Voluntatem teſtatoris à iure communi declarari, vt non aliud, ac ius fert, ſentire exiſtimatur.in §.diui. ff.de leg.1. ſub nu. 75.142. & 220 poſt prin.

Voluntate vltima probibitum ad actum ne inter viuos trahatur.ibid.nu 287.& in verſi.Probibitum.

Voluntate vltima facilius, quam inter viuos alienationem fieri,ibid ſub num.188. & in verſi. Alienationem per voluntatem.

Voluntatem teſtatoris impunè negligi, qua inimica humanitati eſt.ibid.ſub nu.211. & in verſ. Humanitas.

Voluntas tacita, qua ex coniecturis colligitur debilior, quam expreſſa.ad l.in quar. ff.ad l falc. ſub n.71, verſi.ex diuerſis quippè.

Voluntas teſtatoris talis præſumitur, qualem eam eſſe ratio iuris oſtendit.ibid ſub num.90.verſi. rationem hanc diuerſitatis.

Voluntas ex actu nullo declaratur.ibid.ſub nu.100.ver.ſecundo reſpondetur.

Vſuram, & penſionem acceſſiones ciuiles æſtimari.in rub.ff.de leg.1.nu 116.& in verſ. Acceſſiones ciuiles, & in verſic. Penſionem,

Vſus communis loquendi à facto pendet, quod probationem deſiderat.in rub.ff.ſol.mat. ſub nu.44. verſi. de ſecando.

Vſus communis loquendi ex Aſſertione Doctoris, & præſumptione tenus probatur ſecundum communem. ibid.ſub num. 44.verſi. argumentum hoc Areti.

Vſus communis loquendi potius inſpiciendus quam propria. verborum ſignificatio.ibid. ſub nu. 45.& verſi. quateaus,

Vſufructuarius fructus ſuos ſtatim facit, quam percepti ab eo ſunt quamuis mox decedat. in l.centurio. ff. de vulg. ſub num. 121.verſ.nono argumento.

Vſum loquendi communem in verbis attendendum peritorum non eſſe. ibid. nu.356.

Vſufructu bonorum dato, ædibuſque incendio peremptis, area ſolummodo vſumfructum deberi in l.1. ff.de leg.1. nu.17.

Vſumfructum ædium corruptione earum penitus intercidere, vt nec in area debeatur ibid. ſub nu.17.

Vſufructuarium omnium bonorum æri alieno diſſoluendo, re ipſa perſpecta teneri.ibid. nu.31.

Vſum communem loquendi ſignificatiui præſtare.ibid.nu.190.

Vſumfructum filio relictum videri relictum contemplatione patris, aut etiam contemplatione filij, prout melius, & longius valere poteſt ad l in quartam ff ad l falc.nu.41.

Vſumfructum non cenſeri relictum filiofam. contemplatione patris niſi fiat mentio patriæ poteſtatis. ſuper l.cum filio. ff. de leg.1 in 1.lect. nu.43.

Vſusfructus reſtitutus per patrem filio ex cauſa fideicommiſſi, an ſtatim reacquiratur patri. ſuper l. cum filio. in ſecunda lect.num. 45.

Vſumfructum eſſe partem dominij.ibid. nu.241.

Vſufructuarius an capiat de manu hæredis vſumfructum.ibid. num.242.

Vſufructus retentio an ſit prohibita patri, qui tenetur reſtituere ſtatim fideicommiſſum filio relictum. ſuper l.cum filio.in 3.lect nu.42.46 48.52.

Vſusfructus acquiratur ne hodie patri in fideicommiſſo relicto filio, quod olim habebat tacitam conditionem, cum eſſet filius ſui iuris ibid. nu 57.

Vtilia iura euaneſcere, vbi concurrunt cum directis. ſuper l. cum filio.in 3.lect nu.142.

Vtilia iura tantummodo in fideicommiſſarium reſtitutione facta tranſire.in l.1.ff. de leg.1. nu.29 in fin. & in verſic.fideicommiſſarium.

Vtilia iura fideicommiſſarium ſequi.in rub.ff.de leg.1,nu.243. & in ver.fideicommiſſariam.

Vtilis actio, an directa detur, quid interſit, ibid,num.318.& in ver.Directa actio.

Vtilitas publica in militia verſatur, cuius vtilitatis publicæ cauſa a regulis iuris diſcedimus.in l.centurio ff de vulg. ſub nu.8.verſ ratio itaque probabilior.

Vtilitatem publicam in teſtamento ſuſtinendo verſari.in rub.ff. de leg.1 ſub nu.360.& in ver.Teſtamentum ſuſtineri

Vtilitatem publicam in teſtamentis ſuſtinendis verſari. in l.3. ff.de leg 1 ſub nu.110.verſi. Idque in teſtamento in primis. & in verſi. teſtamentum ſuſtineri.

Vtilitatem publicam in voluntate teſtatoris implenda verſari. in §.diui ff.de leg.1. num.8.& 174. verſi.ſed prædictorum omnium.

Vtilitas publica ſecundariò, quæ dicatur.in §.diui. ff.de leg.1. ſub num.13 108. circa fin.verſic. reſponſione, & alia. & num 262.

Vtilitas publica. In his, quę vtilia vniuerſalia ſunt, ex populo vnumquemque rectè experiri.ibid ſub nu 8. 13. 108. 262. circa fin verſi. quatenus ex populo. latius poſt med. verſic. a que argumentum non mouet.

Vtilitatis nomine.quæ publica ſecundariò eſt, actionem publicam non dari ibid.ſub nu 13.108,in fin.

Vtilitate rei adempta, rem ipſam quempiam non habere. ibid. ſub nu.180. & in ver. Effectus cui habere.

Vtilitatem publicam ſecundariò in alimentis verti. ibid.ſub nu.139 & in ver. Alimenta. In alimentis.

Vtilitatem publicam à diſpoſitione omni excipi. ibid. nu.253. & in verſi. Generali ſcriptura.

Vtilitatem publicam ſecundario in dotibus verſari.ibid.nu.54. & in verſi.Dotis cauſam ad vtilitatem publicam.

Vtilitatem ſecũdario publicam infirmiorem vtilitate eſſe, quæ publica principaliter eſt.ibid. num.262.& in verſi. Secundariò,

Vtilitati publicæ priuati vnius medendum malo non eſſe. ibid. nu.263.& in verſi.Tertij vnius.

Vtilitatis publicæ ſcripturam reſtringendam, ne tertij ius alterius fiat.ibid. ſub nu.263.verſic.Inde reſtrictionem. & in verſi. Tertij iuris.

Vxori ſecundæ legatum an debeatur, quod relictum priori eſt. in l.1.ff.de leg.1.nu.22.60.& in verſ. futura.

F I N I S.

D. AYMONIS CRAVETTÆ

A SAVILIANO EX GENOLIAE

Dominis Iureconſ. Eminentiſsimi in Ferrarien. Ticinen. Monteregalen.

Ac poſtremo in Taurinenſi Gymnaſio Anteceſſoris primarij horis veſpertinis iura publicè profitentis.

In Primam & Secundam Infortiati, atque ff. Noui.

REPETITÆ PRÆLECTIONES, SEV REPETITIONES acutiſſima, & ſubtiliſſima.

SVMMARIVM.

1 *Ablatini abſoluti quare ita denominentur, & quotuplex eorum ſit ſignificatus.*

2 *Conditio dicitur, quæ ab euentu futuro incertoq; pendet.*

Conditio dicitur quotiens in diem mortis alicuius diſpoſitio coaſertar. verſi. qua ratione dicimus.

3 *Taxatiaè verba legis intelligi non debent.*

4 *Ablatiui abſoluti conditionem ſignificant, quotiens ad futurum actum, tempúsue, & ipſum incertum ſpectant. vbi ampliatur & limitatur.*

Voluntatem teſtatoris offendens contra legem facere dicitur, & quod fit contra teſtatoris voluntatem inutile habetur, perinde quaſi contra formam legis factum. ibi. verſi. quo circa contra legem.

Conditio expreſſa dicitur, ac propria, quam ablatiui abſoluti indicant. ibid. verſi. ampliatur ſecundo. & verſi. ampliationem ampliatio.

Ablatiui abſoluti conditionem, & in ſtatutis ſignificant. ibid. verſi. inde conſequens fieri.

Exempla regulam non reſtringunt, ſed declarant. ibidem. verſi. nouum quippe non eſt.

5 *Propriè inter ea conuenire dicitur, quæ eundem habent effectum.*

Effectu non mutato, nec nomen immutandum. ibid. verſi. hoc & illud.

Proprie tale non dicitur, quod tale ſimpliciter aut quo ad omnia non eſt, at ſecundum quid & quo ad aliqua tantum. ibid. verſi. quod cum ita ſit.

6 *Propria ſignificatio ex diffinitione cognoſcitur, vt tale proprie id dicatur cui talis definitio competit.*

Proprie iuriſconſultorum, & Imperatorum in ll. Codicis verba intelligenda. ibid. verſi. atque in ſpecie.

7 *Reſeruatio aut proteſtatio inutilis, quæ in re feudali aut emphyteotica alienanda Ablatiuis abſolutis fit, ſaluo & reſeruato iure domini & agnatorum, ob id iure ſuo vaſallus, & emphyteota ita alienando priuatur, ſecus erit ſi ſub conditione reſeruatio fit ſi domino placuerit, vel ſi dominus conſenſerit traditione etiam ſecuta.*

Ratio diuerſitatis ex his colligitur, quæ dicuntur infra in verſi. quid dicendum, ſed in verſi. vnde aliter. Diſtinctio hæc reprobatur, & vtroque caſu pœnam euitari probatur, & in verſi. conſequens Arg. hinc nu. 8. ſed traditione ſecuta vide infra nu. 10.

Offenſio verborū admittitur ne vicioſus aut inutilis actus fiat. ibid. verſi. immo enim.

Natura. A natura actus ſeu diſpoſitionis recedimus, vt actus ipſe valeat. ibid. verſi. atque in ſpecie.

Baldus in c. 1. §. Hoc quoque. de Succeſ. feu. & in c. 1. §. fi. Quæ fuit prima Cau. benef. amit. non probat id ad quod allegatur, vt differat Ablatiuis ac Abſolutis an per ſi particulam Reſeruatio fiat Iuris Domini directi, dum Res feudalis vel emphyteotica alienatur. ibid. verſi. ſecundò reſpondetur.

Beneplacito, aut conſenſu domini ſaluo, facta alienatio rei feudalis aut emphyteoticæ ſuſtinetur. ibid. verſ. Atque in ſpecie ſatis.

8 *Saluo iure, aut ſaluo conſenſu, vel beneplacito domini, alie*

ſit. Ideo pura diſpoſitio dicitur, quæ in conditione omnino extitura ſuſcu ſit. ibid. verſi. Vnde ratio.

Pura diſpoſitio dicitur, quæ ſub conditione omnino extitura ſucta eſt. ibid verſi. ratio eadem conditionis eſt.

Conditionem certitudo temporis nõ recipit, ideo quod promiſſum in diem certum eſt, debitum ante diem dicitur, cũ debitum dici conditione pendente non poſſit. ibid. verſic. ex limitatione hac.

Repetitio eius datur, quod conditione pendente ſolutum eſt. ibid. verſi. idque locum vſque adeo.

29 Conditio in Ablatiuis abſolutis non intelligitur in quibus certi quid ineſt.

30 Conditio quæ ex natura rei intelligitur conditio dicitur non tamen expreſſa, ſed tacita, & tacita non ex voluntate diſponentis, ſed ex natura rei. Inter quæ plurimum differt.

Tranſmiſſionem expreſſa conditio in voluntate vltima nõ patitur, diuerſum eſt in tacita conditione, quæ ex lege aut rei natura ineſt. nu. 30.

31 Ablatiui abſoluti quatiens cauſa finalis vicem ſuſtinent conditionem non faciunt.

Indiuidua hæc videntur conditio, & cauſa finalis. Ibidem verſi. ſed obſeruandum.

Conditionale dicitur, quod ob cauſam aliquam finalem relictum eſt, ideo niſi conditione impleta non debetur. ibi. verſi. ſed obſeruandum.

Cauſa finalis ex conditione neceſſario non inducitur. Ibi. verſi ſed reſpondetur.

32 Ablatiui abſoluti ad diſpoſitionem valent mente diſponentis accedente. nu. 32.

Velle quis creditur, quod rei natura exigit. ibid. verſicu. ſi quidem vbi natura.

Offenſio verborũ permittitur, vt ſecundũ naturam actus interpretatio fiat. ibid. verſicu. etenim offenſio permitti, quod iuramento etiam accedente procedit verſic. idque locum iuramenta.

33 Ablatiui abſoluti conditionem circa ſubſtantiam actus non inducunt, quotiens aſcripti ad executionem ſunt.

34 Conditio quotiens ad executionem actus in eſſe iam producti non ad principium eſſe apponitur, conditione deficiente diſpoſitio non perit.

Ablatiui abſoluti in vltima voluntate conditionem denotant quamuis adiecti executioni ſint. ibid. verſic. ſublimitationem limitatio hac.

Conditionis ea eſt natura, vt antẽ omnia eam impleri oporteat ibid. verſi. ſiquidem ea conditionis natura.

35 Conditionale legatum an dicatur, quod in tempus certum relinquitur vel in diem incertum.

Tutor teſtamentarius non ſatiſdat. ibid. verſic. eu ratione.

36 Ablatiui abſoluti conditionem denotant ſi abſoluti ſimpliciter ſunt ita, vt per ſe aut abſolute conſiſtant, hoc eſt, vt a verbo vllo non regantur. nu. 36.

Interpretatio reijcitur, quæ ex ſubauditione conſiſtit. ibi. verſi. itaque cum relatiuè.

37 Ablatiui abſoluti conditionem non faciunt quotiens per Ablatiuos abſolutos res aliqua frequentioris vſus cauſa exprimitur.

Incluſio vnius alterius non eſt excluſio quotiens vſus frequentioris cauſa aliquid includitur. ibid. verſic. ad limitationem hanc.

38 Ablatiui abſoluti conditionem non ſignificant quotiens per ablatiuos abſolutas expreſſio eius ſit, quod tacitè neceſſarioq́ue ineſt.

39 Dotis nomen remanet ſoluto matrimonio licet dotis nomẽ ſilere dicatur, vbi matrimonium non eſt, cum dos acceſſoria ſit matrimonij nu. 39. declaratur in verſi. ſolutio. & nu. ſeq. & in verſi. concluſio ex prædictis ne locum habeat dote recuperata.

Acceſſorium id dicitur, quod ſeparari a principali non poteſt. ibid. verſi. id enim acceſſorium.

Correſpectiuum. In correſpectiuis vno ſublato tollitur, & alterum. ibid. verſic. tertio Matrimonij contemplatione.

Correctio in iure vno correſpectiuo ad alterum trahitur. ibid. verſi. & quod Signor. ſcribit.

Acceſſorium non perit extincto principali quotiens ratio alia principalis atque acceſſorij eſt. ibid. verſicu. vnde ratione alia.

Acceſſorium principali ſublata perit ſi ex toto principale extinguitur. ibid. verſic. ſecundo ad argumentum.

Vidua matrimonij iuribus ac prærogatiuis æque fruitur ac ſi maritus viueret. ibid. verſicu. enimuero viro vita functo. & in eodem matrimonio perſeuerare vidua creditur, & vxor matrimonio etiam ſoluto appellatur verſ. Quo circa in eodem matrimonio.

Diſpoſitio a ratione ſpeciali reſtringitur. ibidem. verſic. ſi dixeris.

40 Dotis priuilegium an ceſſet ſoluto matrimonio.

Cauſa remota effectus non ceſſat iam conſumatus. Ibid.

Dos recuperata an habeat priuilegia dotis. ibidem. verſic. concluſio ex prædictis. vbi in vtranque partem arguit. & nu ſeq & nu. 48. verſi. vt modum.

41 Verba in dubio demonſtrationis non limitationis cauſa expreſſa videntur.

Collatio dotis æqualitatis ſeruandæ cauſa introducta. ibi. verſi. conferendi enim neceſſitas.

Equitati naturali diſpoſitio contraria in qua æqualitatis ratio inter liberos non habetur. ibidem. verſi. inde Bald. ſcribit.

Fauorabile. in materia fauorabili impropria locutio admittitur. ibid. verſic. ſed & locutionem impropriam.

Fauorabile. in materia fauorabili late verba accipienda ibid. verſi. cum ſententia hac.

42 Extenſio in materia etiam ſtricta atque odioſa locum habet ex identitate rationis vbicũque caſus vnus ſub alia comprehendi ex lata ſaltem aut impropria ſignificatione poteſt. ibid. & num. 48. verſi. idque in materia extenſionis obſeruandum.

Statutum odioſum in quo de dote ſit mentio an ad dotem recuperatam extendatur. ibid. verſic. negotium maius. & nu. 45. verſi. conſequenter his dicendum. & num. 48. verſi. vt modum. & nu 49. verſi ſecundo ex dictis.

43 Odioſum ſtatutum dicitur quo de dote pro arbitrio diſponere mulieri non licet, & in quo vxori pro arbitrio relinquere marito non conceditur.

Odioſa diſpoſitio iudicatur, quæ iuri communi contraria legitur. ibid. verſi. & in vniuerſum.

Hæreditas diei deſinit vbi adita hæreditas eſt. Ibid. verſic. æque baldi opinioni. Aliud eſt ex communi loquendi vſu nu. 44. verſi ex ea item. vide nu. 46. verſi. ſententia hac Baldi.

Mens ſtatuti ex Ratione colligitur cum aliud non ſit quã ratio eius. ibid. verſic. quod ad mentem; quod procedit etiam in ratione tacita.

Ratio pro expreſſa habetur vbi vna tantum reddi poteſt. ibid. verſi. Aretini partes ſuſcipiendo.

44 Statutum ea ratione editum creditur, qua vir prudens moueri potuit, ſi interrogatus de ea fuiſſet, cum non niſi a prudentibus edi ſtatuta ſoleant.

Vſus communis loquendi a facto pendet, quod probationem deſiderat. ibid. verſi. de ſecundo.

Facta non præſumuntur, ſed probari debent. ibid. verſicu. de ſecundo.

Vſus communis loquendi ex Aſſertione Doctoris, & præſumptione tenus probatur ſecundum communem. ibidem. verſi. argumentum hoc Areti.

Conſuetudo aſſertione Doctoris, & præſumptione tenus probatur. ex communi poſt Bart. quæ opinio facilius obtinet ſi Doct. plures per celebres de ea in commentarijs ſuis atteſtentur. ibid. verſicu. argumentum hoc Areti.

45 Præſumptionis ea eſt vis, vt onus probandi in aduerſariũ transferat.

Vſus communis loquendi potius inſpiciendus quam pro-

pria verborum ſignificatio. ibid. verſic. quatenus potior loquendi vſus.

46 Cauſa impulſiua, & quæ finalis dicatur, & quid differat inter vnam, & alteram.

Cauſa impulſiua vbi aliquid inductum ea ceſſante diſpoſitio non perit. ibid.

Rationibus pluribus vbi aliquid introductum vna ceſſante ex alia diſpoſitio ſuſtinetur. ibid verſic. ſecundo principaliter.

47 Similia iudicantur, quæ eandem habent rationem.

Onus. Cum onere ſuo res ſemper tranſit, & recuperatio cum onere ſuo facta intelligitur. ibid. verſ. vltra Iaſ.

Recuperatio cum ſua cauſa onereque ſuo facta intelligitur. ibid. verſi. vltra Iaſ. Decium & alios.

48 Pactum non valet, quo teſtandi facultas coercetur nedum aufertur.

Odioſum ſtatutum habetur, quo pro arbitrio alicui relinquere non permittitur ibi. verſi. atque in ſpecie.

Remittit, quis facilius, quod apud eum non eſt, quam tradat, quod habet. ibi. verſi. facile quippe.

49 Voluntas teſtatoris verbis potior, ſi impropriè ſaltem cũ voluntate verba conueniunt.

Senſus ille ſummi non debet cum quo verba vllo modo cõuenire non poſſunt, & ſi cum ſenſu illo voluntatis teſtatoris præſumptio faciat. ibid. verſic. Caſtren. huc accedit.

50 Pactum inutile dicitur, quo teſtandi facultas reſtringitur, nedum ſi eripitur. nu. 52. etiam ſi iuratum ſit. verſi. ideirco autem pactum hoc. vide omnino num. ſeq verſi. quid dicendum in loco hoc.

Argumentum a Pacto ad ſtatutum negatiuè procedit. ibi. verſi. atque ideo argumentandi ius.

51 Statutum an valeat, quo ſine propinquorum conſenſu teſtari mulieri non licet, & teſtandi facultas reſtringitur.

Statutum non valet, quo filias ad ſucceſſionem admittere ex teſtamento non licet. ibid. verſi. ſententia huic.

Statutum valet, quo liberis ſuis bona relinquere mater cogitur. ibid. verſi. & in ſpecie ſtatuti.

Statutum an valeat quo hæredes filias ſcribere patri non permittitur. ibi verſi Bar. huc aliaque ſpectant.

Statutum an valeat, quo teſtandi facultas reſtringitur. nu. 51. & in verſi. Meditabar. nodum durum appellat de inde per caſuum diſtinctionem difficultatem hanc diſſoluit. in verſi. quid dicendum in loco hoc. & nu. 52. verſi. ſumma diſceptationis huius.

Teſtamentum quantum ad ſolennitatem iuris ciuilis dicitur, inuentione vero aut quantum ad ſubſtantiam eſt iuris gentium. ibid verſic. Meditabar, & paulo infra iuri diuino teſtamentum tribuitur.

Arbitrij ſui Rationem reddere quiſquam non debet, quotiens a volũtate mera non ex Arbitrio viri boni res pendet. ibid verſi Quo circa rationem arbitrij ſui.

Propinquorum conſenſu accedente vbi aliquid permittitur aa propinquis recuſantibus adire ſuperiorem liceat. ibid verſi ſi dixeris.

Iuramento actus confirmatur, qui turpitudinem non continet aut peccatum ita vt citra periculum ſalutis ſeruari poſſit, licet bonis moribus ciuilibus repugnet. ibi. verſi. ratio hac Decij.

Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum iuramento non confirmatur. ibi. verſi. ſecundo ſi vera.

Conſummanti actus tribuitur, & a conſumante fit denominatio ibi verſi. Rurſus ſtatuto ipſi.

52 Pacto etiam iurato hæreditas non datur, quia ad ius publicum cedendum iuramentum non prodeſt.

Pactum de ſuccedendo iuramento non confirmatur. ibid. verſi. idque ex eo iuuatur.

Extenſio etiam in materia fauorabili non permittitur diuerſa accedente ratione. ibid. verſic. proinde ſicut Ratio.

Iure gentium Res quæſita lege aut ſtatuto generali. Rectè priuatis ex cauſa iuſta auferuntur ita, vt eis frui in vita non liceat. ibid. verſi. ſecundo ratione fortiore.

53 Dos matrimonio nulliter aut inutiliter contracto licet impropriè dos dicatur Priuilegijs tñ propria dotis gaudet.

Dos propriè non dicitur ſponſalibus tantummodo contractis, Priuilegijs tamen dotis fruitur, ideo priuilegium quod in actionibus perſonalibus Doti tribuitur, vt creditoribus alijs mulier præferatur ſponſę etiam, & vxori, putatiuæ competit veluti cum 12. Annis minor pro maiore habetur. ibid. verſi. idem ex tex. probatur.

Rubri. ff. ſolut. matr. cui inicium datum in Monte Regali 3 Nouembris 1562.

QVIA in ablatiuos abſolutos verba concepta rubr. huius ſunt, ſpẽs ipſa ablatiuorum id genus apud poſteriores ferè, & quidem perplexe, & obſcurè plus ſatis, nec citra diſſenſionem magnam, diſceptatur. In Doct. his Iaſ. eſt in vtraque lectura; vberius tamen in poſteriore rem ipſam exequitur. Eandem ſpeciem Parpal. Saluiol. Io. Hannibal Ripáve hic diſputant. Cæterum nodos eius, quia diſſolutos apud eos non legi, cum vtilem admodum atque frequentem, Immo enim quotidianam rem ipſam perſpicerem, operę precium facturum me duxi, ſi ad difficultatem hanc explicandam animum applicarem. In qua re præſtanda coniecturam auditori cui vis vel in limine ipſo facere non ægre liceat, laboris quantum ſuſceptum a nobis ijs ſit, quos difficillima quæq; percipere iuuat. Cæterum quo planior res, oblectamentiue fieri maioris poſſit, ordinem in ea faciendum duxi. Et primum omnium ſignificatus declarandus verbi huius abſoluti erit. Secundo ſignificatio multiplex ablatiuorum exponetur, qui poſiti abſolute ſunt. Tertiò loco in qua ſignificantia ablatiuos hos accipi abſolutos oporteat, oſtendemus. In qua re negocij totius ſumma conſiſtit.

Circa primũ, quid dictio hæc abſolutus indicat, in aduerbio ea iuriſconſultum vſum deprehendi in l. Papinianus §. ſi conditioni. ff de inoffi. teſtam. ibi cur ergo in hæredem abſolutè diximus, & in l. ſi cũ dotem. § pen. infra eo. ibi adhuc abſolutè ſocer tenebitur. Quibus in locis idem dictio abſolutè, atq; omnino dictio aut indiſtinctè pollet. Inde ablatiuos † abſolutos dicere licet, ideſt indiſtinctos, qui à
1 verbo vllo non diſtinguuntur aut reguntur, at per ſe omnino conſiſtunt. Similiter vt cum dicimus petitionis actoris reum abſolutum, qui liber factus ab eo eſt, neque ab eo diſtringi amplius poteſt. Propius huc exemplum illud accedit, cum legibus ſolutum ſeu abſolutum principem dicimus, l. princeps. ff. de ll. abſolutus enim legibus in hoc dicitur, quod vinculis earum non tenetur neque ab eis regitur. l digna vox. C. eo. titu. eadem ratione ablatiuos abſolutos rectè dixerimus, quos verbi vllius vinculum non adſtringit aut regit.

De ſecundo quotuplex ſignificatus ablatiuorum ſit, qui aſcripti abſolutè leguntur. Bald. tradit in l. vni. in prima oppoſi. C. quan. non peten. par. vbi triplicem ſignificatum enarrat. interdum enim ſuppoſitionem terminorum denotant. Interdum cauſam finalem oſtendunt. Conditionem quandoque exprimunt. De qua triplici ſignificantia Iaſ. hic meminit in 1. lectu. Cæterum quid ſuppoſitio terminorum dicat, expreſſum a Iaſ. non eſt. Id quia de re hac veriſimiliter ei non liqueret, nempe ſi cognitum id habuerat, ſcriptum credo non reliquiſſet, ex ablatiuis abſolutis rubri. huius ſoluto matri. regulam iuris vulnerari. Declaratio ſuppoſitionis huius,

tet-

terminorum facta apud Saluiolum hic legitur dialectices Iaſone peritiorem. nu. 18. in ſignificatu hoc ſuppoſitionis terminorum ablatiui accipi rubri. huius poſſunt. ſoluto matrimonio quemadmodum dos petatur. Ideſt matrimonij ſolutione aut diſſolutione ſuppoſita, vel præſuppoſita. Aut hoc ſuppoſito ſeu præſuppoſito, quòd ſolutum finitúmue matrimonium ſit, videndum erit in tit. hoc, quemadmodum dos petatur aut peti poſſit a quibus contra quos, qua actione, quomodo & qualiter. In vim etiam cauſæ finalis rubri. huius intelligi verba poſſe nõnullis placuit. Quæ cauſa finalis, quia per dictiones propter, quoniam & ſimiles demonſtratur, ſenſum verborum rubri. per dictionem propter aut quoniam ita interpretantur. Quemadmodum dos petatur ob vel propter matrimonium ſolutum, vel quia direptum matrimonium eſt. Quæ ſignificatio vtrum accommodari ad rubricam hanc poſſit, inferius diſpiciemus. Tertia ſignificantia in vim conditionis, quoniam includi ſub prima poteſt de ſuppoſitione terminorum, idcirco in prima ipſa declaranda occupatio adhibenda.

Rei cuius explicatius indagandæ cauſa, monendi
2 ſumus, conditionem † non aliter dici, niſi ſi ad futurum & ipſum incertum pertineat. Ita vt ab euentu futuro incertoq; pendeat, ſeque ad eſſe, & non eſſe habeat. Proinde circa rem præſentem aut præteritam verſari conditio non poteſt. Id quia certa præſentia *præteritáue* naturæ ſaltem ſunt, tam etſi incerta eſſe homini poſſunt. l. cum ad præſens & ll. duabus ſeq. ff. ſi cer. pet. l. cum in ſecundo in prin. infra de iniuſto teſta. §. conditiones inſti. de verb. obliga. Bart. in l. 1. col. 1. in definitione conditionis & nu. 5. infra de condi. & demon. Bal. in l. ſi quis ad ſe fundũ num. 8. C. ad legem Iul. de vi pub. Cardi. in conſi 92. nu. 5. Saluiol. hic num. 20. Hannib. in prin. De qua re etiam cumulatius infra diſſeremus in octaua limitatione.

Hoc ita prænarrato, ſiquidem ſuppoſitio aut præſuppoſitum terminorum ad præſens præteritúmue in ablatiuis abſolutis ſpectat, conditio intelligi in ablatiuis abſolutis non poterit verbi gratia ſi ablatiuos rubricæ noſtræ ad præſens aut excurſum iam *tempus referimus*, ſuppoſito quòd ſolutum nunc aut antea matrimonium *ſit*. *Si dixeris*, contrarium inſpectioni huic tex. videri in d. l. cum in ſecundo infra de iniuſto teſtam. vbi defectus conditionis ad præſens aut præteritum relatæ non minus diſpoſitionem viciat, atque vbi conditio deficit, quæ concepta in futurũ ſit. Veluti cum hæres quis ita ſcribitur, ſi titius conſul fuit aut eſt: namque ſi conſul nõ fuit aut eſt, ad irritum inſtitutio deducitur, perinde vt ſi defecta conditione in futurum relata, inſtitutio ſit. Atque ideo in præterito etiam præſentiue conditionem propriè intelligi, & ea ratione tex. retorqueri, qui citari ex diuerſo ſolet. Reſpondetur, ex tex. illo opi. hanc iuuari, in præſenti aut præterito conditionem non verſari. Quoniam vti dictum habemus, id inſitum conditioni eſt, hoc natura eius fert, vt ab euentu futuro atq; ipſo incerto pendeat, vt ad eſſe aut non eſſe ſe habeat. cuiuſmodi illa eſt, ſi nauis ex Aſia venerit. incertus quippe prorſus aduentus eius eſt. Enim vero incertitudo hæc ad præſens præteritúmue non competit. neque ad eſſe, & non eſſe in præterito aut præſenti applicari res poteſt. Immo enim certa ſtatim diſpoſitio habetur. In ſpecie puta d. l. cum in ſecundo. aut vtilis mox inſtitutio eſt, ſi conſul titius fuit, aut inutilis, ſi conſulatum non geſſit. Sic incerta inſtitutio quantum ad veritatem aut naturam non habetur. Neque mouet, ob id in præterito aut præſenti conditionem videri, quòd defectus eius æquè actum perimit, atque ſi relata conditio ad futurum ſit. Quoniam ſatis defectus iſte ad conditionem inducendam non eſt, niſi ſi in futurum per conditionem diſpoſitio ſuſpendatur. Ita vt certa, vtiliſque aut inutilis confeſtim nõ ſit. vt Bar. docet in d. l. 1. infra de condi. & demonſt. Quæ ſuſpenſio in præterito præſentiue ſilet. Conſequens his fit, conditionem in ablatiuis ineſſe abſolutis non poſſe, vbicunque ad præſens aut præteritũ ſuppoſitio terminorũ porrigitur. Quo circa ſi ablatiuos hos rubricæ huius ſoluto matrimonio, ad præteritum aut præſens trahimus, ſuppoſito, quòd ſolutum iam matrimonium ſit, abſurdũ illud ſequitur, vt contra quam natura legis ferat, verba rubricæ accipiantur. legis enim proprium eſt, vt ad futura pertineat. l. leges. 2. C. de ll. de quo plenius infra dicemus. At enim titulus iſte totus niſi ad matrimoniũ non ſpectabit, quæ direpta ante titulũ ipſum eſſent.

Si autem ad futurum ſuppoſitionem hanc terminorum referimus, hoc eſt ad matrimonia, quorum ſolutio poſtea fiet, tum vero conditionem ablatiui hi abſoluti facient, ad modum hunc eos interpretando. Soluto matrimonio ideſt ſolutione matrimonij ſuppoſita, quæ poſtea fiet, vel hoc ſuppoſito, quòd ſolutum matrimonium erit, videamus quomodo repetitio fieri dotis poſſit.

Sed dicturus aliquis erit, neque tum cõditionem ex ablatiuis abſolutis hic naſci, cũ ad futurum ſpectant. Quoniam ſatis non eſt, ad futurum verba reſpicere, vt conditio inducatur, niſi ſi incertum id ſit, ita vt eſſe id, atque non eſſe poſſit. Ita vt incertus euentus iſte futurus ſit. At enim incertitudinem hanc in ablatiuis iſtis ſoluto matrimonio non interuenire. quandoquidem nihil omnibus certius, atque finitum ſolutúmue matrimonium morte iri. Quid ita igitur in diſſolutione matrimonij certiſſima conditionem aſſerimus. Reſpondetur, incertitudinẽ temporis ratione verſari. Ideſt quando mortem paſſurus quis ſit. Quanquam enim certum eſt, mortis iter omnes adituros, incertum tamen prorſus eſt, quando futurũ id ſit. Qua ratione dicimus conditionem intelligi, quotiens in diem mortis eius diſpoſitio confertur. l. ſi pecunia legata. §. 1. ff. de leg. 2. l. quibus diebus. §. quidã titio & l. hæres meus. § 1. ff. de condi. & demon. l 4. & l. huiuſmodi in fi. ff. quan. dies lega. cedat; Bar. in d. l. 1. nu. 3. infra de condi. & demon. Roma. in conſi. 17. in fi. Secunda item reſpõſio accommodari iure ciuili inſpecto poteſt, ad euentum futurum incertumque omnino referri ablatiuos abſolutos poſſe ſi; diuortio, ſeruitute aut captiuitate ſolutum matrimonium erit iuxta. l. 1. ff. de diuor. iure planè diuino & canonico niſi morte dirimi matrimoniũ nõ põt iuxta illud quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. Matthęi. c. 5. & cap. 19. Marc. c. 10. Lucæ c. 9. c. inter corporalia de transla. epi. c. 1. de coniugio leproſ.

His ita explicatis, ad præteritũ, præſens, futurúmue referri ſuppoſitionem terminorum in ablatiuis abſolutis poſſe, ſi quæras, ad tempus quod referri in rubri. hac debeant. Reſpondetur, ad futurum ita vt negocijs futuris, vt natura ſua eſt, lex conſulat, ſic quomodo inferius dicemus. Inde error Iaſ. manifeſtiſſimus declaratur, cui viſum ſit, ad præteritũ ablatiuos hos abſolutos referendos, ſoluto matrimonio, propterea quod temporis præteriti participiũ hoc, ſoluto, ſit. Atque regulam illam offendi, qua dici ſolet, conditionem ex ablatiuis abſolutis induci. Siquidem in præterito aut præſenti intelligi conditio nequit. Lapſus enim euidenter Iaſ. hic eſt, qui id credidit, ad futurum trahi ablatiuos hos abſolutos non poſſe, cum nihil prohibeat, ad futurum eos porrigi

rigi terminos in futurum ſupponẽdo, Secundo lap-
ſus Iaſ.eſt, neque excuſari erroris poteſt, Quoniam
& ſi maximè in præteritum aut præſens termini
ſupponi aut ablatiui referri abſolui poſſint, re-
gulæ tamen offenſio vllius non ſequitur. Quam-
uis enim dici ſoleat, conditionem ex ablatiuis abſo
lutis ſignificari, taxatiuè tamen aut rectrictiuè id nõ
dicitur, vt niſi conditionem non faciant. neque ſi-
3 gnificatus vllus eis alius non ſit. cum taxatiuè † in-
telligi verba legis non debeant. l. 2. iuncta. l. 4. ff. de
ſponſal. in l. 2. dicitur, moris veteribus fuiſſe, vt per
ſtipulationem ſponſalia inirent. Sed taxatiue id nõ
intelligitur, quominus ſponſalia contrahere & ſine
ſtipulatione liceat, vt expreſſum in d. l. 4. eſt. no. glo.
& Doct. in §. item verborum inſti. de inutil. ſtipula.
Bart. & alij in l. 1. in prin, num. 5. in quarta oppoſi. ff,
de verb. oblig.

His ita explicatis, circa materiam hanc ablatiuo-
rum abſolutorum, quid ſignificent, regulam com-
ponendam duxi cum ampliationibus & limitatio-
4 nibus. Regula igitur erit, † conditiones ex ablatiuis
abſolutis ſignificari, quotiens ad futurum actum iẽ
púsue, & ipſum incertum ſpectant. l. ab emptione.
ff de pactis, l. ſi mandato. § fin. ff. manda. l. creditor.
2. §. fin. ff. qui potior. in pign. hab. l. euicta re. 1. & 2.
ff. de euictio. l. euictis & l. lite conteſtata. ff de vſur. l,
diuortio in prin, infra eo. l. a teſtatore infra de con
di. & demon. l. acceptis infra ad l. Falci. l. facta. §. re-
ſcripto infra ad Trebel. l. 2 §. videndum infra ad Ter
tullia. l. 3. §. deinde. ff. de incen. rui. naufra. conditio-
nem tamen in d. l. ſi mandato. §. fin. non intelligi, Io.
Hannibal hic putat nu. 25. poſt med.

Ampliatur regula hæc, vt locum habeat, ſiue a le-
ge, ſiue ab homine prolati ablatiui ſint, vt ex ll. me-
moratis apparet. Ampliationem hanc nominatim
Rayn. a Forli. notat inter conſi. Signoroli in conſi.
68. num. 14. & in conſi. vltimo num. 13. circa med.
verſi. ſed oſtendo omnia verba. Ripa hic num. 31.
& quidem in lege facilius id admittendum, quòd
ad futura regulariter atq; ex natura ſua ſpectat, Con
ditionem planè ab euentu futuro incertoque pen-
dere demonſtratum ante habemus. Atq; ita in abla
tiuis legis Parpal. hæc ſcribit num. 1. ex Bald. etiam
ampliatio hæc iuuatur in l. non ſine circa prin. C. de
bonis quæ lib. vbi in ſtatuto loquitur. Quem Iaſ. hic
ſequitur nu. 19. in 2. ampliatione.

In diſpoſitione hominis atque in contractibus
conditionem ex ablatiuis abſolutis naſci Bal. putat
in l. 1. nu. 6. C. quan. liceat ab emp. diſ: Bart. in d. l.
ab emptione in 1. nota. ff. de pactis, Calderi. in conſi.
1. de verb. ſignifi. Parpal. hic num, 1. in 1. ampliatio-
ne. in vltima voluntate tex. loquitur in d. l. a teſta-
tore. & in d. l, acceptis. & in vltima voluntate & con
tractibus tradit Alex. in conſi. 119. num. 1. in fi. lib. 1,
quem Iaſ. refert in conſi. 55. col 5. circa med. verſi.
confirmatur, quia illud participium lib. 3. & in cõſi.
115. nu. 4. verſi. confirmatur quia illud participium,
lib. 4.

Ampliationem hanc quantum ad legem Hanni
bal hic carpit nu. 16. & pluribus ſeq. Namque cum
diſponendi facultas apud legem ſit, diſpoſitio ex
ablatiuis abſolutis, non conditio induci in lege de-
bebit. l. fideicommiſſa. §. cum eſſet infra de lega. 3.
& not. per Barto, in l. 2. §. videndum infra ad tertul.
Quam rationem text. eſſe ait in §. rurſus, Ibi reſciſa
vſucapione, inſtit. de actio. Qui ablatiui diſpoſitio-
nem habent, vt reſcindi omnino vſucapio debeat,
& ea reſciſa actio aut petitio ei detur, aduerſus quẽ
impleta vſucapio erat. Rei cuius ratio alia non eſt,
niſi quòd a lege prolati ablatiui ſunt, penes quam
vſucapionis reſcindendæ poteſtas eſt. De quo infra
dicemus in ſecunda limitatione Si dixeris, opinione
hac admiſſa, regulam abſolute euerti, conditionem
ex ablatiuis abſolutis induci. Quoniam in legibus
omnibus, quæcunque vocatæ pro opinione hac
ſunt, a lege ipſa expreſſi ablatiui leguntur, Atqui cõ
ditionem, non diſpoſitionem inducũt. Reſpondet
Hannibal, & ſi maximè a lege relati ablatiui ſint, in
facto ipſo tamen enarrando id contingere. Sic ita
ab homine actum aut expreſſum iuriſconſultus aut
lex refert. Atque ideo homini ipſi non legi tribui
ablatiui debent, vt perinde ſit, atque ſi in ſcriptura ip
ſa hominis aſcripti ablatiui ſint. Narrat enim lex
ita ab homine dictum. Differentiam hanc inter di-
ſpoſitionem legis & hominis, ex Signorolo confir
mare Hannibal poterat, de quo Rayn, à Forli. præ-
ceptor eius meminit in d. conſi. vlti. num. 13. circa
med. verſi. ſed oſtendo, quòd omnia verba prædi-
cta ſunt falſa. inter Signoroli reſponſa. vbi diſcrimẽ
hoc à Signorolo notatum Ray. improbat. Et ſpe-
cies facti cõtrouerſa in ſtatuto Aſtenſi verſabatur,
cui inicium eſt, deteſtanda. Super quo diſſenſio in-
ter Rayn, & Signorolum fuit. A parte vna Signo-
rol. ſtetit in conſi. 37. ab alia Rayn. in d. conſi. 68. &
conſi. vlti. inter ipſa Signoroli reſponſa. Differen-
tiam tamen hanc expreſſam apud Signorolum non
legi. Fieri tamen poteſt, quod ſcriptis eius alijs aſcripta
eſſet, atque ita exiſtimandum, poſtquam a Rayn. no
minatim improbatur. Quomodo enim refelli opi-
nio poteſt, quæ non conſtat, l. 3. ff. de vſufruct. l. eius
qui verſi. quas vero. ff. ſi cer. pet.

Sed enim mouere Hannibalis arg. neq; locus con
ſequentiæ videtur, poteſtatem diſponendi lex ha-
bet, ergo diſpoſitionẽ ablatiui abſoluti in lege ſem-
per facient. vtpotè quo argumento admiſſo, nun-
quam in voluntate vltima diſpoſitionem ablatiui
abſoluti non inducent, ſiquidem vicem legis teſta-
tor obtinet. §. diſponat in auten. de nuptijs. Quo cir
ca contra legem facere videtur, qui in voluntatem
teſtatoris offendit glo. 2. in l. 1. Ibique Bal, C. pro em
ptore. Eadem ratione inutile habetur, quod contra
voluntatem teſtatoris fit, perinde quaſi contra for-
mam legis factum Calcan. in conſi. 8. nu. 23. Atqui
conditionem ex ablatiuis abſolutis teſtatoris indu-
ci Hannibal non inficiatur, neque inficiari poteſt.

Secundo recta conſequentia non videbitur, pote
ſtatem diſponendi quis habet, ergo diſpoſitionem
ablatiui abſoluti inducũt. Quid enim prohibet, ſub
conditione ab eo diſpoſitionem fieri, qui diſponen
di poteſtatem obtinet. In arbitrio meo cum ſit, pu-
re quid facere, an non ſub conditione perficere id
licebit. Et ſi conditionem ablatiui abſoluti faciunt,
aut facere poſſunt, cur ex conditione factum non
tunc quoque dicemus, cum diſponendi poteſtas
non deeſt.

Tertiò reſponſionem ſuam Hannibal patitur, cũ
ad ll. reſpondet, quibus conditionem ablatiui abſo
luti faciunt, quòd factum in eis partis narretur. Nã-
que aut in facto narrãdo verbis ipſis lex vtitur, qui-
bus vſus homo eſt, & arg. ſuum omnino Hannibali
obſtat. Quoniam ſi ablatiuis abſolutis vſus homo
eſt, eoſque in conditionem lex vertit & pro con-
ditione intelligit, ſigni eſt, conditionem ex ablatiuis
induci legem ipſam ſentire. Aut verbis ipſis homi-
nis lex non vtitur, quod magis eſt dicere, & in expe-
ditores videtur, cum per ablatiuos abſolutos factũ
in lege enarretur, conditionem ex eis in lege etiam
ſequi.

Aliter etiam Hannibalis reſponſio proſternitur
quòd ad narrationem facti aut interrogationem li-
tigatorum prudentum reſponſa ædita, de quibus in
digeſtis, Hannibal innuit. Quæ facta nullo etiam in-
terro-

cerrogante appacet, vt aliud in legibus ſeruatum codicis videatur.

Ad tex. in d. l. fideicommiſſa. §. cum eſſet infra de lega. 3 & ad doctr. Bar. in d. l. 2. §. videndum. inferius reſpondebitur in 2. limitatione.

Ampliatur ſecundo regula memorata, vt expreſſa conditio habeatur, quam ablatiui abſolnti faciũt Bat. in d. l. 1. num. 34. in ſeptima q infra de condi. & demon. Ratione id probat, quoniam effectum conditionis ablatiui iſti abſoluti pariunt. Cõditio enim futurum ſpectat, & à futuro incertoque pendet, vti dictum ante habemus. Effectum hunc ablatiui abſoluti in participio producunt tempus quippe futurũ cum præteritione quadam ſignificant. Similiter vt in futuro ſubiũctiui dicitur. vt in l. cui ctis. ff. de vſur. in l. acceptis infra ad l. Falci. acceptis nummis, ideſt ſi accepti ſi dati erunt, ecce futurum quia ſolui aut accipi in poſterum debent. præteritio item quædã ineſt, cum in præteritum participium acceptis ſonet. Sic in futurum conditio quidẽ ſpectat. At enim præteritionis non nihil habet, ſi accepti tum erunt. Idque & in futuro ſubiunctiui cõtingit. In quo præteritio etiam quædam interuenit, iuxta in actiuo atque paſſiuo. Ampliationi huic poſteriores hic adſtipulantur. Iaſ. num. 17. in fin. verſ. amplia primo. in ſecunda lectura. Parpal. num. 1. in fi. in ſecunda ampliatione. Saluiol. num 9. & ſeq. Ripa num. 31. verſ. ſecundo amplia. Cum ampliatione hac Dec. etiam conſentit in conſi. 63. col. 1. in fin. verſi. nam iſta verba. in conſi. 89. col. 2. circa med. & in conſi. 383. nu. 3. Ruin. in conſi. 190. num. 7. in fin. verſi. item & tertio reſpondetur lib. 2.

Ampliationẽ ampliatio hęc admittit, vt non modo conditionem expreſſam, ſed & propriam ablatiui abſoluti inducant, Parpal. hic in primis verbis, & num. 4 vbi in conditionem veram reſolui participium ſcribit, quod poſitum abſolutè ſit. Ampliationem hanc, vt propria conditio æſtimetur, quam ablatiui abſoluti indicant, Saluiol. hic amplectitur. num. 9. & ſeq. ex Bar. in d. l. 1. q. 7. hic hoc ipſo, quod expreſſam conditionem hãc Bar. arbitratur, & propriam etiam intelligi Saluiol. credit. Pro qua opinione tex. Saluiol. expendit in l. ſi ſtatulibera. §. fin. ff. de ſtatulib. vbi conditionem tex. appellat, quam ablatiui abſoluti faciunt. Ergo propriè, cum propriè accipi verba debeant. l. 1. §. ſi is qui nauem. ff. de exercitor. l. non aliter infra de lega. 3. Miror tex. vulgatiorem, & qui nemini in ore in materia hac nõ eſt, à Saluiolo non vocatum in d. l. à teſtatore, vbi conditio etiam in tex. nuncupatur, quæ ex ablatiuis abſolutis deducitur. In eandem ſententiam tex. accedit in l. thais §. libertatem & §. fi. ff. de fideicom. libe. Ampliationi huic validius Iaſ. hic ſuffragatur num. 10. verſi. addo vltra ſcribentes. & num. 17. verſic. tenendo tamen communem, & nu. duobus ſeq. Qui receptam opi. hanc teſtatur, vt propria in ablatiuis abſolutis conditio inſit. Inde conſequens fieri ait, vt locum concluſio aut regula, & in ſtatutis habeat, hoc eſt, vt conditionem in ſtatutis ablatiui abſoluti faciant, quamuis ſtrictim, & propriè maximè interpretari ſtatuta ſoleant. l. 3. §. hæc verba. Ibique Bart. ff. de nego. geſt. l. 1. §. ſi is qui nauem. ff. de exercitor. l. ſi vero §. de viro. infra co. l. quod conſtitutum. Ibique Bar. infra de teſtam. mili. c. cum dilectus de cõſuc. c. in noſtra de iniur. Bart. in l. omnes populi nu. 56. verſi. & iſtud eſt verum. vberius num. 60. ff. de iuſtit. & iure. Illationem hanc, vt conditionem in ſtatutis ablatiui abſoluti denotent, ex Bald. Iaſ. probat in d. l. non ſine circa prin. C. de bonis quæ lib. vbi cũ vxore præmortua dotem ex ſtatuto maritus lucratur ad ſponſam ſtatutum non trahitur. Id quia ſub conditione ſtatutum loquitur, quæ in ablatiuis illis abſolutis ineſt vxore præmortua, ideſt ſi ante mortua vxor erit, quæ conditio in ſponſa deficit, cum vxor non ſit.

Ampliationi huic ampliationis ſecundæ Hannibal hic contradicit. nu. 3. vbi Iaſonis memoria non habita, Saluiolum taxat, a quo ſcriptum ſit, propriam conditionem intelligi, quam ablatiui abſoluti habent. Perinde quaſi legis aut doct. vllius teſtimonio non nitatur. Et quidem quod ad Bart. attinet in d. l. 1. q. 7. infra de condi. & demonſt. verbum vllum de ampliatione hac circa conditionem propriam, apud Bart. non fit. Expreſſam tantummodo conditionem hanc Bart. ait. Senſus Hannibalis eſt, quamuis declaratum ab eo non ſit, conſequens nõ fieri, expreſſa conditio eſt, ergo propria. Siquidem exprimi nec pauca ſolent.

Eque ad rem attinere text. non putat à Sauiolo nominatum in d. l. ſi ſtatulibera. §. fin. ff. de ſtatulib. vbi conditionem iuriſconſultus dicit, quæ adiecta per ablatiuos abſolutos fuerat. Quoniam exempla ibi aſcripta, & alia ſunt, in quibus conditio expreſſa per ſi particulam eſt, ob id ſecundum exempla alia intelligi, & conditionem oportet, quam per ablatiuos abſolutos iuriſcõſultus commemorat, vt per ſi particulam inſerta, & ipſa fuerit. Nouum quippe non eſt, ab exemplis legem diſpoſitionẽmue declarari, quamuis reſtrictio regulæ induci per exempla non debeat. l. regula. §. fin. ff. de iuris & facti ignor. l. fin. §. cui dulcia infra de triti. vino oleoque lega. l. damni infecti ſtipulatio competit. ff. de dam. infect. l. 1 §. quod dicitur. ff. de vi, & vi arma. l. actionum §. 1. ff. de actio. & oblig. §. hactenus inſtit. de gradi. c. 1. ne cleri. vel mona. glo. in l. 2. in glo. 2. in fin. ff. de priua. delic. quam ſing. Fabius aſſerit in l. naturaliter. §. nihil commune ff. de acq. poſ.

Veram ampliationem puto, vt non expreſſa modo, ſed & propria conditio habeatur, quæ in ablatiuis abſolutis conſiſtit. Idque ex Bar. probari in d. l. 1. q. 7 infra de condi. & demon. Hoc ipſo enim, ꝙ expreſſam conditionem hanc ſcribit, propriam eã ſentir, ſiquidem propriè intelligi verba expreſſa oportet. d. l. 1. §. ſi is qui nauem. ff. de exercitor. l. non aliter infra de lega. 3. & alia compluria. Rurſus ſi nominatim aut ex particula ſi expreſſa conditio ſit, vtique impropriam eam dicere Hannibal non poſſet. Tantumdem in conditione dicendum, quam ablatiui abſoluti exprimunt, poſtquam expreſſa dicitur. Tertio Bar. id ſentire, vt propria conditio iſta exiſtimetur, ex eo etiam oſtenditur, quòd expreſſam eam affirmat, neq; verbis vtitur, quibus impropria oſtendi ſignificatio ſolet veluti, quòd pro expreſſa conditio iſta habetur Bal. in 1. conſti. digeſtorum circa fi. Barba. in l. cum acutiſſimi num. 248. & ſequen. C. de fideicom.

Quartò cum ſententia, & ampliatione hac Bart. facere, aliter etiam ex ratione Bar. demonſtratur. Idcirco enim expreſſam conditionem hanc in ablatiuis abſolutis putat, quoniam actus verbi diſponentis per has conditiones directo ſuſpenditur, & euentus, in quem ſuſpenditur, exprimitur. verbi gratia cũ centum acceptis titium teſtator ſubſtituit. verbum diſponens ſubſtituit eſt, actus verbi diſponentis ſubſtitutio ipſa eſt. Diſponit autem verbum ſubſtituit per conditionem ablatiuorum abſolutorum. Actus iſte ſubſtitutionis directo ſuſpenditur, in caſum videlicet aut euentum, quo centum hæredi data a Titio erunt, ſeu quo centum à Titio hæres acceperit. Qui caſus expreſſus euentus apparet. Siquidem in eum caſum aut euentum collata ſubſtitutio eſt, quo accepta centum eſſent. Itaque ſi expreſſus euentus

iſte

iſte futurus incertúſue eſt, non expreſſa conditio di ci nõ poteſt, quæ in ablatiuis abſolutis ineſt, vt quæ ſuſpenſionem ipſam inducit. apparet ex his, effectũ conditionis, qui in ſuſpenſione conſiſtit, conditio ni conuenire, quam ablatiui abſoluti continent. Si effectus verus propriuſque condinonis conuenit, non poterit nomen quoque verum, ac proprium non conuenire, vt verè propriéque conditio dica-
5 tur. Simpliciter quippe, & † propriè conuenire inter ea dicitur, quibuſcum effectus idem conuenit. l.1.in fi.& l.nihil refert.ff.de condi.ſine cau.l.ſi nõ ſortem.§.indebitam & l.ex his.ff.de condi.indebi. l.fideicommiſſa.§.ſi cui infra de leg.3.l.mulier poſt prin.infra ad Trebel.l.3.C.de inſtit.& ſubſtitu.Signo rol.in conſi.168.num.9. Huc & illud ſpectat, effectu non mutato, nec nomen ipſum immutandum Bal. in conſi.52.in primis lib.4.per tex.in l.1.C.de impo. lucra.deſcrip.lib.10.

Quintò propriam conditionem eſſe, quæ ex abla tiuis abſolutis colligitur, ex eo etiam oſtenditur, quod effectum conditionis propriæ quantum ad omnia, non quoad aliqua ſolummodo profert. Siquidem actum aut diſpoſitionem ablatiui abſoluti in euentum futurum incertumque ſuſpendunt. Quod cũ ita ſit, non poterit conditio hæc non propria veráque dici ex Bar. in l.maritus.§.legis Iuliæ.ff.de adul. Propriè tale non dici, quod tale ſimpliciter aut quã tum ad omnia non eſt, at ſecundum quid aut quoad aliqua tantum. Idque probari ex tex. videtur in l. propriè.ff.de verb.ſigni.no. Alex.in conſ.178.col.1. in fin.lib.2. Ergo ab oppoſitis argumentando, propriè tale dicendũ erit, quod tale ſimpliciter & quan tum ad omnia eſt. De quo genere condicio ſine du bitatione eſt, quam ablatiui abſoluti demonſtrant.

Auditor hic vnus argumento huic à prælectione inſultauit, quod tranſmiſſionem conditio non im pedit, quæ ex ablatiuis abſolutis oritur. d.l.a teſtatore. Sed enim contra tex. ille probat ſecundum glo. & Doct. ibi.& tradit Ruin. in conſi.13 t. nu.13.lib.1.
6 Sextò ſignificatio propria † ex definitione cognoſcitur. vt tale propriè id dicatur, cui talis definitio competit Bar.in d.l.omnes populi nu.59.in l.liberorum.nu.11.ff de verb.ſignifi. Pro qua ſententia tex. videtur in l.1. Ibique Bar. infra de teſtam.in l.1. infra de tutel.inſti.de oblig.in prin. quos text.in ſententiam hanc Rayn. vocat in d.l.omnes populi. nu. 114. text. etiam huc accedit in l.quis ſit fugitiuus.§. erronem. ff. de edil. edic. Quem text. pro ſententia hac in rem aliam tamen, Hannibal hic nominat nu me. 173. Enimuero ſi definitionem conditionis ob ſeruamus, mirum in verba effectuſque eius ad conditionem quadrent, quam ablatiui abſoluti dicunt.

Apparet ex his, ampliationem ampliationis huius ſecundæ rectè ex Bar. adiuuari in d.l.r.q.7.infra 6 de condi. & demon. Textu item confirmatur in d.l. ſi ſtatulibera.§.fin.ff.de ſtatulib. qui vocatus a Saluio ſo eſt, vbi conditio à iuriſconſulto appellatur, quæ expreſſa ablatiuis abſolutis eſt. Neque Hannibalis reſponſio mouet, ſecundum exempla aliarum con ditionum de quibus ibi, conditionem illam accipiẽ dã, quæ expreſſa in ablatiuos abſolutos eſt. In Hannibalem enim ipſum reſponſio hæc retorquetur. Etenim cum inter exempla conditionum illud referatur, quo per ablatiuos abſolutos conditio exprimitur, argumento id eſt, non propriè minus ex ablatiuis abſolutis, quam ex ſi particula conditionem ſignificari. cum propriè intelligi verba debeant. l. non aliter.ff.de leg.3.

Secundò cum ad eandem determinationẽ exempla illa omnia ſpectent, æqualem omnium intelligi determinationem conuenit, vt veræ propriéque conditiones omnes habeantur. Iam hoc iure infra de vulga.

Tertiò ſi ex particula ſi conditionem ab homine adiectam ſimiliter, vt in exemplis alijs dicimus, cũ per ablatiuos abſolutos a iuriſconſulto referatur, ſigni eſt, æque per ablatiuos abſolutos, atque ſi particulam conditionem indici. Aliter quippe non rectè per ablatiuos abſolutos commemoratio eius à iuriſconſulto fieret. Quæ inſpectio Iaſonis hic mẽti congruit nu.17. verſi. tenendo tamen communẽ, cum tex. citat in d.l.facta.§.reſcripto infra ad Treb. ex quo probari ait, nihil referre, vtrum ablatiuis ab ſolutis, an ſi particula diſpoſitio fiat. Id quod ex tex. etiam rectiſſimè probatur in d.l.ſi ſtatulibera.§.fin. vbi nihil intereſſe conſtat, ablatiuis ne abſolutis, an per ſi particulam conditionis adiectio fiat.

Quartò in Hannibalem ipſum reſponſio ſua regeritur, cum exemplis alijs declarari tex. ait ex qua parte ablatiuis abſolutis expreſſa cõditio eſt. Namque declaratione hac admiſſa, conſequens fit, mentem iuriſconſulti declarari, verè propriéque condi tionem dici, quæ comprehenſa ſub ablatiuis abſolutis eſt, quatenus promiſcuè conditionibus vtitur, tam quæ ablatiuis, quam quæ ex ſi particula aſcriptæ ſunt.

Quintò ex tex. Hannibalis arg. refellitur in d.l.à teſtatore.& in d.l.thais.§ libertatem.& §.fin.ff.de fideicomm. libe. in quibus textibus exemplum non pluſquam vnum conditionis per ablatiuos abſolutos aſcribitur. Atqui conditionem eam iuriſconſul tus nuncupat, ergo propriè. ne inſcitiæ alias iuriſcõ ſultum incuſemus, quod propriæ ignorans locutionis fuerit, qui propriè verba accipienda alios docet. Quo caſu id merito iuriſconſultus audiret, turpe eſt doctori, cum culpa redarguit ipſum. c. fin.25.d.c.ne mo 81.diſt.cum alijs apud Spec. collectis in titu. de aduoca. §.6.num.25. Atque in ſpecie, peculiare iuriſconſulti eſſe, vt propriè loquatur, Barr. ſcribit in l.decem nom.6 ibique Imola num.8. verſi. quando que ſimpliciter.ff.de verb oblig. Idem in legibus.C. aut Imperatorum, vt propriè, & in eis accipi verba debeãt, quamuis ad eum linguæ Romanæ pitorem non aſpirent, Imola tradit in l. Titia.§. pen.eo.titu. ff.de verb.oblig.

Sextò contra Hannibalem obſeruandum num.8. in fin. Iaſonem enim ſententiam refert, tacitam cõ ditionem eſſe, quam ablatiui abſoluti continent. Quod contra ſcriptum apud Iaſ. legitur nu.17. verſicu. amplia primo. vbi & expreſſam & propriam conditionem hanc ex Bart. aſcrit in d.l.1.q.7.infra de condi. & demon.

Sed enim quanquam ampliationi huic ſecundæ argumentum Hannibalis non obſtat, eidem tamen reclamare validius id legitur, quod ſcriptum apud Bal. eſt in c.1.§.fin.num.5.verſi. ſed pone pater quæ
7 fuit prima cau. bene. amitten. inutilem † proteſtatio nem aut reſeruationem, quæ in re feudali aut emphyteotica alienanda ablatiuis abſolutis fit, ſaluo & reſeruato iure domini, & agnatorum. Atq; ideo iure ſuo ita alienando, & reſeruando vaſallum emphyteotámve carere. De qua re cum Bal. Abb. con ſentit in c.2.ante fi. verſi. vltimo hic quæro. de feudis. Roma. ſing.512. Tu habes. Areti.in conſ.35.nu. 2.poſt prin. Alex. in conſi.111.in fin.lib.6. Socin. in conſi.251.nu.4 lib.2. Calca.in conſ.51. nu.12. Iaſ.in l.non ſolum.§.morte nu.48. poſt med.verſic. Secus autem eſſet.ff.de operis noui nuncia. & in l.fi.num. 141.q.24.C.de iure emphy. Deci.in conſi.460.nu.5. Cauſa alia eſt, cum ſub conditione reſeruatio fit, ſi domino placuerit, vel ſi dominus conſenſerit. Ibi enim in colume alienantis ius ob reſeruationem id

genus

genns fit ſub conditione factam. Tam etſi ſecuta traditio ſit. Id quia nulla prorſus atque irrita alienatio apparet cõditione deficiente, quia ad alienationem dominus non conſentiat, vt Bald. tradit in c. 1. §. hoc quoque nu. 18. de ſucceſ. feudi. Ita referre nõ paululum videtur, vtrum in ablatiuos abſolutos, an per conditionem reſeruatio hæc iuris aut cõſenſus domini fiat, ſaluo iure aut conſenſu domini, an ſi domini conſenſus acceſſerit Atque ideo cõditio propria naſci ex ablatiuis abſolutis non videtur, vtpotè ex quibus ius integrum alienatoris æquè fieret, ſi cõditionem propriam facerent, atque vbi per, ſi, particulam conditio exprimitur. Conſequenter his dicendum, veram propriamque conditionem non haberi, quæ ex ablatiuis abſolutis ſequitur.

Differentiam hanc, vtrũ per ablatiuos abſolutos, an, ſi, particulam iuris aut cõſenſus domini reſeruatio fiat, Iaſ. hic agnoſcit nu. 1 a. verſi. quinto fortiter facit. & num. 24. verſi. quinto limita. in 2. lectura in d. §. morte. nu. 48. verſi. aliud exemplum. Ibique expreſſim Iaſ. ſcribit, actum conditionalem non perinde ex ablatiuis abſolutis, atque ex particula ſi fieri. Ita diſſimilis ipſi ſibi Iaſ. depræhenditur. qui conditionem propriam ex ablatiuis abſolutis fieri modo ait, modo negat. Negat enim cum ſatis eſſe nõ credit, per ablatiuos abſolutos ius domini reſeruari. Satis quippe ablatiui eſſent, ſi propriam conditionẽ habent. Secundo manifeſtior Iaſ. contradictio apparet, namque conditionem propriam in ablatiuis abſolutis ineſſe ſimpliciter primum generaliterque ſcripſit, atque ideo locum id generaliter habere vel ſi pœnalis materia non ſit. Itaque ſi in materia id locum etiam non pœnali habet, Quanto magis ius idem probandum in materia pœnali erit, vt conditione propria in ablatiuis abſolutis admiſſa, pœnæ quis eripiatur, cum pœnæ cauendæ cauſa, impropriæ, Imo fictè intelligi verba ſoleant, vt inferius dicemus.

Tertiò ampliationi huic, propriam conditionẽ dici, quam ablatiui abſoluti habent, Iaſ. etiam aduerſatur in l. 2. §. prius nu. 11. verſi. ſecundo arguo ſic infra de vulga. vbi irritum actum fieri ob formam omiſſam non putat, vbicunq; ex conditione forma *introducitur, quam ablatiui abſoluti indicant*. Qđ contra in forma eſt, quæ ex conditione vera deduci atq; propria ſolet. Cui Iaſ. dicto Zuchard. adſtipulatur in l. 1. num. 104. C. qui admitti. Ita veram propriamque conditionem ex ablatiuis abſolutis naſci, Iaſ. cum Zuchar. non putant.

Differentiam memoratam, vtrum ablatiuis abſolutis, an ex conditione expreſſa reſeruatio iuris aut conſenſus domini in re emphyteotica aut feudali alienanda fiat, ſaluo iure aut conſenſu domini, an ſi domini conſenſus acceſſerit, Curti. etiam Sen. probat in conſi. 8 per totum. Ripa in c. cum M. nu. 80. de conſtitutio. Hannibal hic nu. 14. Firmanus in d. verſi. emphytheota alienat nu. 2.

Quid dicendum in difficultate hac. Hannibal hic nu. 14. Idcirco conditionem ex ablatiuis abſolutis ſaluo iure domini non induci, quòd naturæ rei feudalis aut emphytheoticæ reſeruatio illa conuenit. Hoc enim feudi emphytheoſisve natura fert, ne iniuſſu domini, eove inconſulto alienatio fiat. ob id mirum facere non debemus, ſi diſpoſitionem ablatiui illi abſoluti faciunt, vt ſaluum ius domini aut ſaluus conſenſus eius ſtatim fiat, ita vt rei, quæ alienatur, natura poſſit ex Bar. in d. l. à teſtatore, & in d. l. 2. §. videndum infra ad Tertul. in quo. §. videndum verbum Bar. de hoc non facit, propter naturam rei ex ablatiuis abſolutis diſpoſitionem induci. Niſi ſi dixerimus, tacitè hoc ex Bar. colligi. Idcirco enim ad ſucceſſionem inuitati maſculi creduntur, quòd natura rei hoc admittit. quandoquidem propter maſculos ipſos fœminæ excluduntur.

Rationem hanc, quæ a natura rei percipitur, Hannibal ipſe patitur. Quoniam ſi conditionem expreſſam propriamve ſecundum naturam eorum ablatiui abſoluti faciunt, ergo conditionem, non diſpoſitionem continere in reſeruatione illa ſecũdum naturam eorum debebunt.

Secundò in Hannibalem ratio eius retorquetur. Siquidem ſatis naturæ rei magis per conditionem, quam per diſpoſitionem fit. Per conditionem quippe non aliter ſacta alienatio intelligitur, niſi conſenſus adhibitus domini ſit. Quod contra in diſpoſitione eſt. Namque ſi diſpoſitionem ex ablatiuis induci illis dicimus, ſaluo iure domini, vt vires ſtatim alienatio habeat, & domini ius reſeruatum diſpoſitiuè dicatur, vtique eo etiam caſu factam alienationem admittimus, quo domini conſenſus abeſt. Atque ideo aliter, quam natura rei poſtulat, facta alienatio apparet.

Tertiò rationem ſuam aliter etiam Hannibal patitur, ſecundum naturam rei verba illa intelligit, ſaluo iure domini, vt momenti nullius reſeruatio fiat. Sed enim quanto iuſtius æquiusve fuerit, ſecundum naturam ablatiuorum abſolutorum verba intelligere, vt conditionem denotent, ne ad irritum reſeruatio deducatur. l. quotiens infra de reb. dub. l. quotiens. ff. de verb. obli. Immo enim offenſio admitti verborum ſolet, ne vicioſus aut inutilis actus fiat. l. Si vno in prin. ff. loca. l. ſi ſtipulatus verſi. verum. ff. de vſur. l. ſi ſtipulatus fuero per te. ff. de verb. obli. l. ſi olei. C. loca. c. conſtitutus. Ibique glo. in ver. rata de religio. domib. Atque in ſpecie, ex Decio reſponſio aut arg hoc iuuatur in l. poſtquam liti nu. 23. C. de pactis à natura actus ſeu diſpoſitionis diſcedi, vt actus ipſe valeat per tex. in l. qui concubinam. §. qui hortos. infra de leg. 3. Idem locupletius Ruin. ſcribit in conſi. 81. col. 3. & ſeq. lib. 1. Quid hic dicendũ, vbi citra læſionem verborum, & ſecundum naturã eorum conditionaliter ablatiuos abſolutos aut reſeruationem per eos factã intelligendo, vtilis efficaxve fieri reſeruatio poteſt, quæ infructuoſa alias omnino ſit.

Vnde aliter reſelli argumẽtum hoc poteſt, quod ex differentia memorata deſumitur. Illud inficiando, differentiamque ipſam reijciendo, vt non differat, vtrum per ablatiuos abſolutos, an, ſi, particulam iuris domini reſeruatio fiat. verum locũ pœnæ ſub caſu vtroque non eſſe. In qua opinione Bald. fuit ſecum pugnans in l. ſi. circa fin. C. de iure emphyt. in auctẽ. quas actiones nu. 12. Ibiq; Barba. in notulis. C. de ſacroſan. eccleſ. idem Bald. in c. 1. §. donare nu. 7. quali. ſeu. alie. poſ. Cardi. Floren. in d. c. 2. de feudis quem Guido Papæ ſequitur q. 163. idem Ancha. probat fraude alienantis remota, in conſi. vlti. nu. 19. verſi. ad decimum, & vltimum dubiũ. Quæ opi. locupletius infra confirmat in quarta reſponſione. Secundò reſpondetur, diſcrimen hoc, ablatiuisve abſolutis, an per ſi particulam reſeruatio fiat, acceptum Baldo referri in d. c. 1. §. hoc quoq; de ſucceſ. feu. & in d. c. 1 §. fi. quæ fuit prima cau. benefi. amitten. Sed enim non rectè mentem verbaque Bal. animaduerſa arbitror. Namque in d. c. 1. §. fi. eo caſu loquitur, quo ius domini reſeruatur, ſaluo iure domini. Sed enim aliud ius, atque conſenſus domini videtur. Siquidem citra præiudicium iuris cuiuſpiam eoque reſeruato, actus fieri ſine conſenſu eius tamen poteſt. Ob id ſatis non videtur ad pœnam vitandã, vt ius domini reſeruetur, niſi ſi & ex conſenſu eius alienatio fiat, ne contemptui habitus videatur. Cæterum

trarius etiam ipſi ſibi Deci. fuit in conſi. 160. num. 4. Secum etiam hic conſtare Pariſ. non potuit in cōſi. 86. nu. 14. lib. 4 Quibus in locis ſcriptum legitur, ad rem clauſulā iſtam non attinere, & non aliter, nec alio modo, quominus iure ſuo alienator decidat, ſiquidē traditio ſecuta rei ſit. Baldiq; ue teſtimonio eo in loco Deci. vtitur, qui Decio ipſi obſtat. Doct. etiam pro opi. hac Pariſ. vocat, qui cum eo non faciunt.

Ius idem ſeruandum, etiam cum ſub conditione per, ſi, particulam expreſſa, alienatio fit, ſi dominus conſenſerit, vt ad rem conditio non attineat, traditione facta Bald. ſcribit iterum, & hic mutatus in conſi. 9. factum tale eſt anno domini 1388. lib. 1. quod repetitum eſt in conſi. 188. lib. 3. Ex Fulg. opi. hæc iuuatur in conſ. 219. viſis binis proceſſibus col. 3. in fi. verſ. præterea cum ipſa venditio. Guid. Papæ in conſ. 192. in 2. dubio ex contractu inutili pœnam committi, quotiens perductus ad executionem eſt.

Sed obſeruandum errore manifeſto Bal. Decium Iaſ. & Pariſ. teneri, Cum vtilem proteſtationē hanc non putant, verbis etiam illis adiectis, & non aliter nec alio modo. vel vbi ex conditione per, ſi. particulam alienatio fit traditione inſecuta vti ſcriptum apud Bal. legitur in d. conſi 9. Sentiunt enim neceſſariam reſeruationem ante traditionem eſſe, re planè tradita, momenti eam vllius nō fieri. Sed enim neceſſaria reſeruatio aliqua ante traditionem non videtur. Siquidem iure ſuo ob alienationem priuari non aliter emphyteota ſolet, niſi ſi facta traditio ſit. Cum alienata res ante traditionem non dicatur, vt ex tex. probatur in l. alienatum. ff. de verb. ſigni. iuncta l. fin. C. de iure emphy. idem glo. probat in c. 1. §. callidis in ver. reuertatur de proh. aliena. feudi per Frederi. & in d. c. 1. in prin. Bal. etiam no. ibique Affict. nu. 46. Spec. in titu. de loca. alias de emphyteoſi §. nunc aliqua verſi. 95. Alex. in conſ. 173. nu. 2. verſi. quinimo ex ſolo contractu lib. 2. Com. in conſi 11. col. 12. nu. 19 lib. 3. Iaſ. in l. filiusfamilias. §. diui num. 38. verſi contra iſtam differentiam. ff. de lega. 1. in 2. lectu. & in d. l. fin num. 132. C. de iure emphy. Guido Papæ in conſi. 161. nu. 2. & in conſi. 192. nu. 4. Ripa lib. 1. reſponſ e. 2. num. 18. Soci. iun. in conſi. 3. num. 19. & pluribus ſeq. lib. 3. vt aliud viſum Guidoni Papæ ſit ſui diſſimili in conſi. 147. in 6. dubio verſi. ſed reſtat videre.

Vſq; adeo porrò neceſſaria traditio habetur, vt dubitari ſoleat, ſatis ne traditio ficta ad pœnam ſit per conſtitutum puta aut reſeruationem vſusfructus. De qua te locus hic diſerendi non eſt. Inde Fulgo. & Guid. Papæ error depræhenditur in conſi. ante relatis, quibus ſcriptum eſt, ex contractu inutili pœnam committi executione eius facta. Innuunt enim nec obſcure, etiam ante executionem pœnā committi, ſiquidem vtilis contractus ſit. Quod ſecus eſſe prædicta docent. Quare nec poſt executionem aut traditionem locum pœnæ eſſe, magis erit dicere.

Secundò contra quam vulgo Doct. ſentiunt, Bal. & comites eius loquuntur, cum inutilia verba iſta & non aliter nec alio modo aſſerunt, quæ vtilia, & fructuoſa eſſe teſtati alibi ſunt. Ob id verba merito tex. audient in l. qui falſa vel varia. ff. de teſtibus.

Conſequenter his dicendum profuturam haud dubiè reſeruationem hanc eſſe, ſaluo iure domini, & non aliter, nec alio modo. Hoc amplius, verbis etiam illis detractis, & nō aliter, nec alio modo, vtilem reſeruationem fieri, ſaluo iure domini. Idque ex verborum etiam ſignificatione. Siquidem in iure domini, & conſenſus ipſe ineſt. Quem petere neceſſe emphyteota Vaſallusve neceſſe habent: non ſolum enim his præſtandis Vaſallus tenetur, quę cō præhenſa ſub ſacramento fidelitatis ſunt; Non modo penſioni laudemijsque ſoluendis inueſtiturę que petendæ emphyteota adſt ingitur, Sed & conſenſum domini in feudo iuréve emphyteotico alienando exquirere vterque obligantur. Sic inter iura domini conſenſus iſte connumeratur. Atque vbi ad conſenſum domini ex natura aut proprietate eorum referri verba iſta non poſſint, ſaluo iure domini, quod ipſum neqnaquam admittimus, offenſio tamen permittenda verbi erit, vt pro conſenſu ius accipiatur. Idque ratione duplici, & pœnæ vitandę, & mentis ita reſeruātis ſuſtinendæ, cauſa, ſic quomodo monſtratum ante habemus. Et quidem extra controuerſiam poſita res videtur, quotiens ad conſenſum verba reſeruationis in ablatiuos etiam abſolutos ſpectant, ſaluo conſenſu aut beneplacito domini per ea, quæ dicta ſupra ſunt.

Limitationem concluſio recipit, ne locum ha-
11 beat, vbicunque † in fraudem domini alienatio cū traditione fit, in potentiorem puta aut domino infeſtum, vnde recuperatio rei difficilior domino fiat. Ibi enim ad rem proteſtatio vlla non attinet verbis etiam adiectis, & non aliter, nec alio modo. Sed factum iniquum magis, quam verborum cōmentū ſpectandum videtur, vt Bal. no. in d. c. 1. § hoc quoque nu. 19. verſi. ſed pone, quòd vendidit. de ſucceſ. feudi. vbi ita a ſe conſultum ait. quod conſ. apud eū inuenitur ſub nu 95. mortuo Gregorio Rabia lib 3. tradit idem Bal. in c. Cumana. nu. 3. de electio. Cur. Sen. in d. conſi. 8. num. 3. Firman. in d. verbo emphyteota alienat nu. 2. Fely. in c. quæ in eccleſiarum nu. 85. verſi. ſaluatur tamen dictus modus. de conſtitu. Brunus in d. conſi. 42. in fin. Ripa in d. c. cum M. nu. 83. de conſti. fraudem etiam Anchar. obſeruat in d. conſi. vlti. nu. 19. in decimo dubio.

Ex limitatione hac perſpicua fieri imo ſedari cōtrouerſia omnis videtur, vt ſatis ſit, verbis quibuſuis reſeruationem iuris domini fieri, quæ trahi ad conditionem poſſint, verba etiam vulnerando, ne iure ſuo alienator careat. Id quia non niſi contemptus cauſa introductum eſt, ne domini iniuſſu alienatio fiat. Sed enim intelligi contemptus nō poteſt, quotiens ex conditione alienatio traditióve fit, quæ cōditio ex ablatiuis abſolutis deducitur, Saluo iure aut ſaluo conſenſu domini. Quæ conditio vbi non exiſtit, domino conſenſum denegante, vigoris quicquam alienatio traditióve non habet. Verum pro eo res eſt conditione deficiente, atque ſi facta prorſus alienatio traditióve non fuerat. l. pecuniā. verſi. perinde eſt enim. Ibique Caſtren. & alij ff. ſi cer. pet. l. ſi donaturus in prin. ff. de condi. ob cau. l. hæc venditio in prin. ff. de contrah. emptio. l. neceſſario. §. 1. ff de peri. & commo. rei vendi. l. Bebius. ff. de pactis dotal. l. legata ſub conditione infra de condi. & demon. l. 1. ff. de donatio. Deci. in conſi. 405. nu. 2. Iaſ. in conſi. 48. col. 1. lib. 3. Vitio igitur aut nullitate cōtractus, quam vocant, ex defectu conditionis interueniente, locum pœnæ eſſe non conuenit, quæ cōmitti in contractu nullo non ſolet. l. ſicut. §. 1. infra de oper. liber. vbi operarum ius patronus non amittit, qui ad libertæ nuptias conſenſum accōmodauit, vbicunque viribus matrimonium deficit. Ita ex matrimonio nullo pœnam priuationis iuris ſui quis non ſubit, ſubiturus alias actus robore admiſſo. At-
12 que in ſpecie † emphyteotæ pœnam non committi, vbicunque firmitatem alienatio non habet. Bal. tradit in l. 2. nu. 3. C. de epi. audi. vbi in alienatione loquitur, in qua forma adhibita ſtatuti non eſt. Sequitur Curti. Sen. in d. conſi. 8 nu. 7. Guido Papæ. q 590. Cremenſ. ſing. 112. Deci. in c. ex tenore nu. 6. verſic.

&

& prędicta habent locūm.de reſcrip.Iaſ.in l.1.§.1.in quinto not.ff.quod quiſque iuris.in l.2.§.1.nu.24.& duobus ſeq.infra eo.in d.l.fi.col.antepen.q.22. C.de iure emphy.Crot.in l.1.in prin.nu.69.ff.de oper.noui nuncia.& in l.4.§.cato.nu.12.ff.de verb.oblig.

Conſequens his fit, locum pœnæ omnino non eſſe, vbicunque reſeruatio iuris aut conſenſus domini facta per ablatiuos etiam abſolutos eſt, qui trahi ad conditionem poſſint. Idque a ratione etiam fortiore argumentandn. Quoniam ſi locum pœna nō haber, vbicunque ex cauſa alia, quam conſenſus domini non petiti adhibitive irrita alienatio fit, ob iuris puta aut ſtatuti ſolemnitatem omiſſam, Longe magis probandum ius idem erit, quotiens ex defectu conditionis alienatio euaneſcit. Quæ conditio a conſenſu domini reſeruato pendet. Minor quippe domini contemptus haud dubie tum vertitur, cum ex conditione in ablatiuos abſolutos facta alienatio eſt, ſaluo iure aut conſenſu domini, quam vbi reſeruatio vlla facta de iure aut conſenſu domini non eſt. Sic quod ad contemptum domini ſpectat, locus pœnæ omnino non videtur, reſeruatione id genus interueniente.

Poſtremo circa conſenſum hunc domini obſeruandum, pro forma eum introductum non eſſe, verum ratione præiudicij ipſius domini, ne præiudicium ei fiat. Idque dilucide oſtenditur, quod nulla
13 † initio iureque ipſo alienatio non eſt domino inconſulto facta; Verum ad irritum tum denique deducitur, ſi ratam eam dominus non habet. l. 2.in ver.volenti. Ibique gl. Bar.& alij. C.de iure emphy. Quocirca ſatis eſt, poſt alienationem & traditionē inſecutam domini conſenſum accedere. Idque locum generaliter habet, vbicunque nullus ipſo iure initioque ipſo ob defectum cōſenſus alicuius actus non eſt.c.quod ſicut cum ibi no.de electio. Frederi. à Senis in conſi.179.quidam prælatus in fi. Cardi. in conſ.62.nu.3.Geminia.in conſ.45.in quinto dubio. Ang.in l.per fundum col.1.verſi.item dicit.ff.de ſeruitu.ruſti.prædio.Soci.in conſi.23.nu.22.lib.4.& in ſpecie conſenſus domini, vt poſtea etiam adhibeatur.Curti.iun.ſcribit in conſi.1.num.15.Socin.iun. in conſi.101.num 2.lib.2.ſi adhiberi poſtea poteſt, quid intereſt, initio ipſo adhibitus ſit, an in temporis id contractus robur cnnferatur, quo domini pręſtitus conſenſus erit.l.cum qui.Ibique Deci.in quarto nota.l.cum quædam puella.ff.de iuriſdi.om.iud. l.quia.2.ff.de dona. inter virum & vxo.l.in tempus infra de hæredi.inſti.l.quod ſponſæ.C.de doua.ante nupt. Itaque quod ad cauſam contemptus domini ſpectat, vnde pœna naſci rei amittendæ ſolet, contemptui habitus dici dominus non poteſt, conſenſus cuius reſeruatus in re alienanda eſt, ſiquidem in temporis id conſerri alienationis efficacia poteſt, quo rata alienatio ipſa habita a domino erit.

Sinaūt non contemptus, ſed præiudicij dn̄i rationem habemus, quód deterior cōditio eius facta alienando ſit, quæ differre non videtur, quibus verbis aut modis reſeruatio iuris facta aut conſenſus domini ſit, an ex particula ſi, an in ablatiuos abſolutos ſimpliciter, an verbis illis adiectis, & non aliter nec alio modo. Quoniam læſione iuris domini interueniente, quod in potentiorem aut alias infenſum domino facta alienatio dicatur, in expedito res videtur, locum pęnæ eſſe. Siquidem verbis vllis contegi alienatoris malignitas nequit. Fortiorque facti improbitas verbis omnibus habetur. Quo caſu locum
14 haud dubie regula illa notiſſima habet, † ad rem proteſtationem nō attinere, cui factum ipſum omnino repugnat, verum a facto ipſo validiori verba vinci.l.cum in plures. §. locator hortei. ff. loca.l.ſi quis in principio teſtamenti infra de lega.3.l.repræhendenda.C.de inſti.& ſubſti.c.cum M. de conſtitu. c.ſolicitudinem de appella. Quicquid enim proteſtatio canret, factum male ruſpat Bald. autore in d. conſi.9.factum tale eſt anno domini nu.1.in fin.lib. 1.quod repetitum eſt in conſi.188.lib.3.

Summa tractatus, & diſceptationis huius erit, vt de controuerſia hac non recte Doct. ſenſiſſe a partibus ſatis enumeratis videantur, Cum referre ſcribunt, in ablatiuos ne abſolutos, an, ſi, particulam reſeruatio iuris domini fiat. Secundo cum differre credunt, an ſaluo iure domini, ſimpliciter reſeruatio fiat, an corollario illo adiecto, & nō aliter nec alio modo. Quoniam aut contemptus domini cauſam obſeruamus, quo caſu ſi contemptus excuſatio peti a verbis poteſt, ita ad excuſationem valere clauſula illa debebit, ſaluo iure aut cōſenſu domini, atque illa, ſi domino placuerit. Vel atque illa, ſaluo iure domini, & non aliter nec alio modo per ea, quæ dicta in ſuperioribus habemus. Aut domini præiudiciū ſpectamus, quod læſum ius eius ex alienatione, & traditione apparear. Quo caſu æquè dicendum, diſcrimen vllum faciendum aut admittendum inter verba non eſſe, quo minus locum pœna habeat verborum omnium cōmento facto perniciali cedente. Confutatum ex prædictis argumentū apparet, quod oppoſinim aduerſus ampliationem ampliationis ſecūdæ eſt. Et quod deductum ex differentia erat, quæ inter reſeruationē admiſſa a Doc. videtur, quæ ablatiuis abſolutis, &, ſi, particula fit. Et cui argumento per limitationem elabi Iaſ. tentauit. Argumenrum aliud reſellendū Iaſ. ſupereſt, de quo apud eum in d.l.2.§.prius nu.11.de vulga. vbi formā ex ablariuis conciliari non putat, de quibus in c.hortamur. 3.q. Ibi tactis ſacroſanctis Euangelijs præbito etiam legaliter ſacramento. Sed enim lapſus Iaſ. circa tex. illum eſt. Quoniam ad conditionem ablatiui ibi ſpectare non poſſunt, cum ad euentum futurum collati, & ipſum incertum non ſint, Si præſtitū ſacramentum erit. Imo enim certiſſimus euentus eſt, ſiquidem iuramentum a teſtibus dandum omnino ſit. Idque dari tex. iubeat. Atque ideo per conditionem intelligi ablatiui illi nequeūt. Ad quem modum abſurdiſſima res conſequitur, vt in arbitrio teſtium ſit, ſacramento dato necne teſtificentur. Proinde ineptum Iaſonis argumentum videtur, formā ex ablatiuis abſolutis non ſequi, quæ induci tamen ex ablatiuis abſolutis ſolet. Quoniam tum denique locus argumenro eſſet, ſi conditionem ablatiui ferrent ex qua cōditione produci forma ipſa ſolet. Sed enim ad formam ablatiui ſpectare in d. c. hortamur non poſſunt. Ob id alienum a re ipſa Iaſ. argumentum apparet.

Secundo nihil inter conditionem diſtare, quæ ex ablatiuis abſolutis, & eam quæ ex, ſi, particula naſcitur, Formamque non minus ex ablatiuis abſolutis, quam ex, ſi, particula eo caſu induci, quo formam ablatiui ipſi denotant, ex Decio in ſpecie oſtenditur in conſi.11.nu.9. ſed & Iaſ. ipſe telam retexuit in conſi.55.colum.5. verſi.ſexto pro iſta parte lib.3.in conſi.115.nu.4. lib.4. in l. 1.num.12. in quinto nota. C.de iure emphy.

Ampliatur tertio concluſio memorata, vt locū
15 habeat, quamuis † cum dictione modali coniuncti ablatiui abſoluti ſint. Veluti cum pro muliere res ita datur, vt nuptijs ſecutis, dotis fiat. conditionem enim verba hæc nihilominus faciunt nuptijs ſecutis, Ideſt ſi factæ aut ſecutæ nuptiæ erunt. l.ſi ego. §. 1.ff.de iure dot.Bar.in l.ſub conditione num. 8.ff.de ſolutio.Iaſ.hic nu.20.in ſecunda lectura.Ripa num. 32.verſi.quarto amplia.Idem Deci.probat in conſi.

63.

63. col. 1. in fi. verſi. nam illa verba. & in conſ. 89.
col. 2. circa med.

Ampliatur quarto, vt ius idem in datiuo ſit abſo
lute poſito, Conditionem enim, & ipſe indicat ve-
luti cum delictum confitenti pœnæ remiſſio per ſta
tutum ex parte fit. In conditionem quippe datiuus
exponitur, ſi confeſſus delictū erit. Bal. in l. 1. nu.
24. verſ. quintus caſus. C. de furt. Cin. Parpal. hic
adſtipulatur nu. 2. Ripa nu. 32. Qui de Parpal. veri-
ſimiliter mutuatus quæſtionem ei dominij referre
veritas tacendo non eſt. Dictum ampliationis hu
ius verum quidem arbitror, rationem plane eius
non admittimus, vt conditionem datiuus idcircò
faciat, quod poſitus abſolute ſit, cum abſolute, & p
ſe conſiſtere non ſimiliter datiuus, vt ablatiuus poſ-
ſit. Vnde ratio alia ampliationis huius in datiuo eſt.
Quoniam participium hoc confitenti ad futurum
ſpectat, ita vt natura legis, aut ſtatuti fiet. d. l. leges.
2. C. de ll. c. 2. & fi. de conſtitutio. mens quippe ſta
tuti fuit, pœnam ijs ex parte condonare, qui delicta
confiterentur. Participium plane in relatiuum, &
verbum exponitur. glo. in clem. 1. in ver. dignita-
tibus. de præben. Freder. à Sen. in conſ. 145 Ioan-
nes Epiſcopus col. 10. circa med. Bar. in l. centu-
rio. nu. 25. circa fi. infra de vulga. in d. l. 1. nu. 35.
infra de cond. & dem. Corn. in conſ. 189. col. 3. lib.
4. Iaſ. in conſ. 55. col. 5. circa med. verſi. confir-
matur quia illud participium lib. 3. & in conſ. 115.
nu. 4. verſi. confirmatur quia illud participium. lib.
4. Relatiuum porro verbo futuro adiunctum con-
ditionem facit. l. ſi debitor. §. veriſimile. Ibique
Bar. & l. ſi quis fundum. Ibiq; etiam Bar. ff. de con
trah. emptio. l. Stichum qui meus erit infra de leg.
1. l. nuper. verſi. fi. infra de leg. 3. Bar. in d. l. 1. nu.
28. infra de cond. & demon. & in l. 1. ff. de peri. &
com. rei vendi. Iaſ. in d. conſ. 55. col. 5. circa med.
verſi. confirmatur, quia illud participium. lib. 3. &
in d. conſ. 115. nu. 4. verſ. eodem lib. 4.

Ampliatur quinto, vt ius idem gerundij ſit, quod
ſonare in ablatiuum videtur, cum per ſe ſtet, vt in
verbis illis, bona ſubhaſtari faciendo. Ad conditio-
nem enim pertinent, ſi ſubhaſtata bona erunt. Bal.
in conſ. 498. quæritur ſi creditores. in fi. lib. 5. ſequi
tur Ripa lib. 2. reſponſ. de reſcript. c. 9. in prin. not.
Alex. in l. ſi tu ex parte, infra de acq. hæred. Iaſ. &
& alii in rubr. C. de eden. Ruin. in conſ. 170. colu.
3. lib. 3.

Sed contrarius ampliationi hinc Bal. viddetur in
conſ. 267. proponitur quod Manfredinus nu. 4. in
prin. & circa fi. nu. verſi. iſta quæſtio eſt multū du-
16 bia lib. 5. vbi † in verbis illis loquitur, vitam vidua-
lem ſeruando, quæ ad futurum haud dubie ſpectāt,
Atqui modum ex eis fieri, procliuior. Bal. ex volū-
tate teſtatoris eſt, vt quandiu vidua erit, hæredita-
tem habeat. Reſponderi poteſt, non recte Bal. ſen-
tire, quem in ſpecie Ruin. damnat in d. conſ. 170.
lib. 3. A Bal. diſcedendum non puto in quo caſu
loquitur. Ideſt in inſtitutione hæredis, cum hæres
vxor ſcripta admodum memoratum eſt vitam vi-
dualem ſeruando, quo caſu ad conditionem verba
pertinere ne tum quidem poſſunt, cum, ſi, particula
vſus teſtator ſit, ſi vitam vidualem ſeruauerit. Con
ditio enim intelligi non aliter poteſt, niſi ſi impleri
eam ante oportet, quàm effectum, actus, aut diſpo
ſitio habeat. l. cum tale. §. 1. & l. qui hæredi. §. fin.
Ibiq; Bar. infra de condi. & demon. Alex. in conſ.
102. nu. 4. verſi. comprobatur etiam lib. 1. Deci. in
l. cum mota. nu. 6. verſi. pro communi tamen opi
nione. Ibiq; Iaſ. nu. 21. circa fi. C. de tranſact. Sed
enim impleri conditio hæc ante acquiſitionē hære-
ditatis non poteſt, vt hæres vxor fieri ante non poſ-
ſit, quam vita ab ea exacta vidualis ſit, cum niſi, ea
mortua impleri conditio nequeat. Quid enim ſi vi
dua hæreditatem amplectitur, deinde ea adita, a d
nuptias alias peruenit. Si dixeris, matrimonio rep e
tito, atque ideo conditione deficiente, hæredis iura
deficere. Reſpondetur, fieri id non poſſe, vt qui hę-
res ſemel extitit, hæres eſſe deſinat. l. ei qui ſoluen
do infra de hæred. inſti. l. miles ita infra de mili. te
ſtam. Bar. in l. paterfamilias. circa fi. infra de hære-
di. inſti. in legatis, locum Ruini opinio habebit, vt
conditionem verba illa faciāt, vitam vidualem ſer-
uando. Id quia deficere legata quantum ad futurū
poſſunt, ſtatim atq; iteratū matrimonium ab vxo-
re erit. Annua quippe legata pura quantum ad præ-
teritum, conditionalia quoad futurum tempus ha-
bentur. l. ſi in ſingulos infra de annuis lega. Sic ratio
in eis ſilet, legatarium eſſe non deſinere, qui legata-
rius factus ſemel ſit. Dici tamen poterit, etiam in in-
ſtitutione conditionem negatiuam, ſi repetitū ma-
trimonium non erit, per cautionem mutianā im-
pleri, vt apud Ruinum in d. conſ. 170. lib. 3.

Conſequenter his dicendum, conditionem ex ge
rundio abſoluto non induci, quotiens pertinere ad
conditionem non poteſt natura puta actus repu-
gnante, vt in verbis illis vitam vidualem ſeruando
inſtitutioni aſcriptis.

Limitatur concluſio memorata, ne locum in di
17 ſpoſitione legis habeat, quotiens † poſt diſpoſitio-
nem iuris iam introducti ablatiui ſubiecti abſoluti
leguntur. Ibi enim diſpoſitionem, non conditionē
ablatiui pariunt. Veluti cum diſpoſitione à lege cir-
ca ſucceſſionem maſculorum, & fœminarum fa-
cta, clauſula illa ſubiungitur, ſola naturali cauſa in-
ſpecta vt in auchen. in ſucceſſione in fi. C. de ſuis, &
legi. Idem in clauſula illa ſublata differentia maſcu
lorum, & fœminarum auchen. poſt fratres. C. de
legi. hæred. Eiuſdem generis clauſula illa eſt, le
gitimis, & datiuis poſtpoſitis, de qua in auchen. ma-
tri, & auiæ. C. quan. mu. tu. off. fungi po. ſtatim enim
diſpoſitio inducitur, vt niſi naturalis ſpectari cauſa
non debeat. Diſcrimen mox deletur, quod introdu
ctum olim inter maſculos, & fœminas erat. Diſpo
ſitio item mox inducitur, vt legitimis datiuiſq; tuto-
ribus anteferri mater, & auia debeant. Id quia diſpo
ſitio iuris huius introducta prius eſt. Limitationem
hanc Signorol. tradit in conſ. 69. nu. 18. Idem Ha-
nibal his ſentit nu. 18. verſ. nec ob. ſi diceres.

Sed enim referre non puto ante, an poſt diſpoſi-
tionem iuris ablatiui abſoluti adijciantur. Vnde ra
tionem aliam, & ipſam ſignificantiorem in ablati-
uis his abſolutis verſari exiſtimo, Idcirco conditio-
nem in eis non intelligi, quod ad futurum non ſpe-
ctant, neque in euentum quem incertum trahun-
tur. Immo enim ad diſpoſitionem puram præſen-
témve accedunt. Præſens quippe diſpoſitio intro-
ducitur; qua æqua fœminarum conditio atq; ma-
ſculorum fit. Qua tutoribus legitimis, & datiuis po
tiores mater auiaq; habentur, ob id ablatiui illi ab-
ſoluti vicem cauſæ finalis ſuſtinent, rationemq; ex-
primunt; quamobrem ius conſtitutum id genus ſit.
18 Limitatur ſecundo, ne locum habeat † poteſtate
diſponendi cedente. Ibi enim ad diſpoſitionem
ablatiui ſpectant. l. fideicōmiſſa. §. cum eſſet, infra
de leg. 3. quem tex Bar. ibi ita aſſequitur. Idcircò
enim fideicommiſſum ex ablatiuis induci abſolutis
putat, quoniam relati ad eum ſunt, cuius grauandi
poteſtas teſtatori erat. Ratio eadem ſtatuti eſt, quo
maſculis interuenientibus fœminæ ſubmouentur,
vt inuitati maſculi intelligantur, atque ideo diſpoſi-
tionem ablatiui inducant. Id quia inuitandi pote-
ſtas haud dubia ſtatuto eſt. vt Bart. docet in l. 2. §.
videndum. nu. 2. infra ad Tertullia. Cuius ſenten-
tia, & ratione Franciſc. à Rampo. vtitur inter conſ.

Bal, in conſ. 88. circa ſecundum quæſitum lib. 3. Roma. in conſ. 32. viſa municipali. in 2. dubio. Veronenſ. in conſ. 7. nu. 3. in fi. verſi. quarto præmitto, Dec. in conſ. 270. nu 6.

Ex Caſtrenſ. & Alex. limitatio hæc iuuatur in l. in ratione. 2. §. tametſi. in fi. infra ad l. falci. ad naturam diſpoſitionis ablatiuos abſolutos magis quã ſi, ſi particulam accedere. Idem ante Caſtren. ſcriptum Bal. reliquit in rubri. C. de inſtl. & ſubſt. nu. 4. de quo in d. §. tametſi. Alex. meminit. Idem Iaſ. hic probat nu. 16. verſ. ſexto in contrarium. & nu. 24. in quinta ſallentia, in 2. lectura. Ruin. in conſ. 134. nu. 5. verſ. ſecundo ad iſtud reſpondeo, & in cõſi. 141. nu. 11. in fi. verſ. nec obſtãt allegata. lib. 3.

Sed obſeruandum circa rationẽ Bar. ad d. §. cum eſſet, ea enim admiſſa, nunquam diſpoſitionem ablatiui abſoluti non induceni. Quibus enim caſibus in controuerſiam vocatur, diſpoſitionem an conditionem pariant, poteſtas vtique diſponendi neceſſario præſupponitur, vtpote qua dempta, ridicula, atque inepta diſceptatio fieret. Quorſum enim laborare diſpoſitionem necne ablatiui inducant, ſi diſponendi poteſtas deſit. l. qui teſtamento in prin. infra de teſta.

Secundo circa rationem Caſtren. & Alex. videndum in d. §. Tametſi. recta enim atque perſpicua non videtur, & ambigua. Imò eadem atque dictum contra l. fi. ff. de off. Ibiq; glo. ff. de off. procur. Cæſar. Cum idcirco diſpoſitionem induci in d. §. cum eſſet, inquiunt, quod ad diſpoſitionem magis, quam, ſi particula ablatiui iſti attinent. Vnde ratio declaranda ab eis fuerat, cur diuerſitas hæc admitti inter ablatiuos abſolutos, &, ſi, particulam ſoleat. Ambigua item ratio hæc apparet, quoniam declaratum non eſt. quibus caſibus diſpoſitionem, magis quàm conditionem ablatiui hi faciant.

Rationem ſecundam d. §. cum eſſet bal. ibi aſſeribit, quoniam verba executiua ablatiuis abſolutis cõcepta, ideſt accepta pecunia, directa ad actorem ſunt, ſeu ad eum qui agere ad pecuniam conſtituit. Quocirca mirum fieri non debet, ſi diſpoſitionem fideicommiſſi producunt, cum in poteſtate ſua poſitum id ſit. Eandem rationem Bal. obſeruat in d. rubri. C. de inſtitui. & ſubſti. nu. 4. per tex. cũ glo. in d. l. in ratione. 2. §. tametſi. Rationem hanc Bal. Alex. agnoſcit in conſ. 185. viſo titulo quæſtionis. nu. 23. in fi. verſi. octauo non obſtat. & in cõſ. 119. ante fi. verſi. ſexto non obſtat. lib. 2. Saluiol. hic nu. 23.

Conſequens rationi huic Bal. fit, locum textui non eſſe in d. §. cum eſſet. ſi verbo aut participio data vſus teſtator ſic, pecunia certa data. Siquidẽ actorem ipſum verbum illud data non reſpicit, quoniã ab alio, non ab actore dandum. Sic cohæredem, nõ actorem verbum illud data executiuum reſpicit. Quæ differentia ad verba mihi, non ad rem pertinere, mentiq; contraria tex. videtur. Quid enim intereſt, vtrum pecunia data, an accepta, fideicommiſſum hæredis ſit.

Aliter, & tertio Tex. in d. §. cum eſſet Hannibal hic interpræiatur. nu. 13. verſi. ſed hæc mihi nõ ſatisfaciunt, negando diſpoſitionem ibi expreſſam induci. Imò enim quod ad verba attinet, conditionẽ ablatiui illi abſoluti denotãt, accepta pecunia, ideſt ſi accepta erit, quia aliter fideicommiſſum præſtare grauatus non cogitur. Cæterum et ſi maxime ad conditionem ablatiui pertineant, diſpoſitionem tamen implicitam, aut incluſam habent, ſecundum Bal. ibi. qui conditionem ibi verſari quidem putat, at non merã, cum implicitam diſpoſitionẽ habeat.

Interpretatio hæc Hannib. ex Bal. deprompta placere mihi non poteſt. Idem enim atque dictum, declaratio, atque ratio hęc habet diſpoſitionem ob id induci, quod conditionem meram ablatiui abſoluti non dicunt, cum implicitam fideicommiſſi diſpoſitionem inducant. Semper enim obſtaturum arg. erit, cur magis ibi, quàm alibi diſpoſitionẽ implicitam ablatiui abſoluti habeant.

Rationem aliam d. §. cũ eſſet Ripa hic affert nu. 34. verſ. ſecundo aduerte. Idcirco diſpoſitionem fideicommiſſi ibi induci, ꝙ ad cõfirmationem diſpoſitionis expreſſæ aut fideicommiſſi expreſſi ablatiui illi abſoluti pertinent. Quæ ratio leuis plus ſatis videtur. Indigens quippe confirmationis vllius fideicommiſſum non erat à teſtatore relictum. In arbitrio cuius fuit, ſimpliciter hæredem grauare pecunia illa non accepta. Secundo argumento aut rationem hanc Ripa ipſe paritur, Ad confirmationẽ fideicõmiſſi expreſſi eſto, ablatiui illi abſoluti pertineant. Confirmatio hæc ad fauorem cohæredis pertinet, cui fideicommiſſum datum expreſſum fuerat, ob id operari confirmatio contra eum non debet, vt ipſo inuito confirmatio fiat, l. nulla. ff. de ll. l. quod fauore. C. eo. tit.

Diu cunctatus circa ſenſum d. text. meditabar, ſi dici poſſit, duobus concurrentibus fideicommiſſũ ibi induci. Id eſt ex natura rei, actus, & verborum, Secundo ob æqualitatem ſeruandam. Diſponend. poteſtatem, vtpotè quæ in antecedens neceſſarium præſupponitur. Natura rei in pecunia eroganda fideicommiſſo maxime congruit. Siquidem fidei committi hæredum ſolet, vt pecunias erogent, natura igitur rei ſuadente, diſpoſitionem ex ablatiuis abſolutis induci proculdubio eſt, vt Bar. tradit in d. l. à teſtatore. Secundò vltra naturam rei, actus etiã natura interuenit. quoniam in fideicommiſſo inducendo teſtator ibi verſabatur. Tertiò natura actus aliter etiam obſeruatur, ideſt natura ipſius fideicõ-
19 miſſi, quod verbis † induci quibus vis ſolet, nõ modo diſpoſitionis, ſed & enunciationis. l. etiam hoc modo. l. & eo modo infra de leg. 1. l. vnum ex familia. §. fi. Ibique Bar. l. codicillis. §. matre infra de leg. 2. d. l. fideicommiſſa. § hæc verba. l. nomen debitoris. §. fi. l. Pamphilo in prin. ibique Bar. infra de leg. 3. l. ex facto. §. 1. infra ad Trebel. l. 2. C. comm. de leg. Quod apud Caſtrenſ. declaratur in conſi. 324. ſuper ſecundo puncto. in tertio dubio lib. 1. Sed enim pluris non paulo aliquid in ablatiuis abſolutis, quàm in verbis enunciatiuis eſt, cum ad diſpoſitionem facilè trahi ablatiui id genus poſſint. Pro qua ſentẽtia expendendus tex. erit in d. l. Pamphilo in princ. vbi verbis illis fideicommiſſum inducitur, ſcio omnia, quæ tibi relinquo, ad filios meos peruentura. Ratio quippe maior fideicommiſſi inducendi in ablatiuis illis abſolutis, de quibus in d. §. cũ eſſet accepta certa quantitate, ex quibus mens teſtatoris apparere, ne quidem obſcura videtur, vt hæres ipſe rogatus pecuniam illam acciperet. Secundum quæ, & rei & actus aut diſpoſitionis & verborum etiam natura perſpecta, ad diſpoſitionem, magis quam ad cõditionem ſpectare ablatiui illi abſoluti videntur, accepta certa quantitate.

Secundo principaliter æqualitatis rationem parui ſaciendam ad fideicommiſſum inducendum in d. §. cum eſſet, non cenſeo. vt qua ratione grauatus cohæres vnus alterius gratia eſt; ita grauatum & alterum intelligi, in animo teſtator habuerit. arg. eius,
20 quod dici in ſucceſſione † ſolet, æqualitatem in ea ſeruandam, vt ſicut alteri quis ſuccedat, ita & ipſi alter ſuccedat. l. communium. C. de natu. lib. l. ab eo, & l. lege 12. tab. C. de legiti. hæredi. §. ſiquis igitur. Ibique glo. & Bar. in authen. quib. mod. nat. effi. ſui. glo. in §. fi. inſtit. de Senatuſconſ. Tertul. Ruin. in cõſi. 12. col. 3. lib. 1. Idẽ planè, ac lex velle teſtator intelligit.

l. quæro

l. quæro. §. inter locatorem. ff. locat. l. ſed niſi. Ibiq; glo. ff. de iur. dot. l. Gallus. §. 1. infra de lib. & poſth. l. ſi duo infra de acq. hæred. l. conficiũtur, in princ. infra de iure codicil. Bar. in l. vxorem. §. teſtamento, infra de lega. 3. & in l. hæredes mei. §. cum ita. nu. 4. infra ad trebellia. Rurſus æqualitatis ſeruandæ cauſa fideicommiſſaria in hæredibus omnibus ſubſtitutio interprætatur, quę directa alias in perſonis quorundam indicaretur, vt habetur in l. in teſtamento. C. de teſta. mili. Tradit Corn. in conſ. 180. lib. 1.

Tertio conſidero ſub eadem diſpoſitione omnia iſta includi, idest fideicommiſſum expreſſum, & alterum interprætatum, ob id facilius argumentum admittendum, quod ab æqualitate deducitur. l. Lucius infra de vulga. l. ſi legatarius, infra, de lega. 3. & arg. eius, quod dici in repetitione ſolet, facilius in eadem tam oratione, quàm in diuerſa recipi. l. qui fundum. ff. de contrah. empt. l. 1. in prin. iuncta. l. 3. §. quod ait. ff. de incen. rui. naufra. Bar. in l. 4. §. cuique differentia. ff. vi bon. rap. in l. in repetendis. col. 2. in fi. verſ. quandoque eſt identitas infra de leg. 3. in l. ſciæ. §. Caio. nu. 2. infra de fundo inſtruc. & in conſ. 27. viſa facti narratione. Bal. in conſ. 58. in reſtitutione dotis in primo dubio. lib. 2.

21 Quarto ad † fideicommiſſum mutuum inducendum non mediocriter rationis identitas valet, quod ratio fideicommiſſi inducendi eadem in perſona vnius, atque alterius verſatur, ob id ius idem conſtitui in cohærede vtroque conuenit. Siquidem mens talis diſponentis colligitur, qualem rationis identitas arguit, cum idem mens, ac ratio ipſa æſtimetur Dyn. in c. vlt. de reg. iur. lib. 6. Bal. in conſ. 2. verba ſtatuti. nu. 2. lib. 1. & in conſ. 200. in cauſa iſta. nu. 3. lib. 3. Quod arg. recipi, & in materia pœnali ſolet Bar. in l. iura. 1. in fi. ff. de l. vbi ratione eadem interueniente, ſub maſculino contineri, & fœmininum putat. Tradit etiam Bal. in l. data. nu. 11. C. qui accu. non poſſ. Alex. in conſ. 75. num. 3. lib. 5. Tex. huc ſpectat in l. 3. §. 1. ibi nec ratio diuerſitatis reddi poteſt infra de iniuſto teſta. Et in ſpecie magis ex doc. id pbat in l. iam hoc iure infra de vulgar. determinationem æqualem determinabilium plurium faciendam, ratione eadem interueniente. Tradit Imola in l. Caius. num. 7. infra eo. Alex. in conſ. 179. col. pen. circa med. verſ. poſſet inſuper dici. lib. 5. & in conſ. 158. in fi. lib. 6. Deci. in d. l. in teſtamento, in tertio nota. C. de teſtam. mili. in conſ. 304. in prin. & in conſ. 436. nu. 12. verſ. ſecũdo reſponderi poteſt.

22 Quinto † mens tacita, aut coniecturata ſatis ad fideicommiſſum inducendum eſt, quamuis expreſſa verbis non ſit. l. licet imperator, & l. pen. infra de lega. 1. l. cum proponebatur in fi. l. vnum ex familia. §. fi. infra de lega. 2. d. l. fideicommiſſa. §. hęc verba. d. l. Pamphilo in prin. l. pater filium. §. pen. cum glo. l. moru in prin. infra de lega. 3. l. cũ auus. infr. de cond. & demon. l. mulier. in prine. infr. ad trebellia. l. & in epiſtola. C. de fideicom. Tacitè fideicommiſſum induci Caſtren. probat in conſil. 410. viſo themate, & dubijs. col. 1. poſt med. lib. 1. Alex. in conſ. 100. viſa parte teſtamenti, col. 1. in fi. lib. 4. Quid dicendum hic erit, vbi coniecturas tam multas, tamq; efficaces retulimus, vnde non obſcure teſtatoris mens colligi ad fideicommiſſum producendum poſſit. Hoc amplius, ex verbis etiã imperfectis fideicommiſſum deducitur, ſi ex eis percipi teſtatoris mens queat. d. l. vnum ex familia. §. ſi omiſſa. Ibiq; Bar. & alij. Soci. iun. in conſ. 121. nu. 21. lib. 2. & in conſ. 1. num. 11. lib. 3. Idem Iaſ. probat in conſ. 108. col. 3. poſt med. verſ. item licet verba lib. 3. Quid hic probandum, vbi perfecta verba ſunt, ex quibus pecuniam certàm ab hærede grauato accipiendam teſtator ſenſit.

Conſequens his ſit, ſolã ſatis diſponendi facultatem ad diſpoſitionem per ablatiuos abſolutos inducendam non eſſe, niſi ſi voluntas tacita diſponendi aliunde appareat, vt Soci. etiã iun. obſeruat in conſ. 158. nu. 64. lib. 2.

Sublimitationem limitatio hæc ſecunda recipit, vt locum tum denique habeat, ſi executionem circa rem ablatiui reſpiciunt, in qua diſpoſitio fideicõmiſſi inducitur, vt in ſpecie d. §. cum eſſet. vbi ad executionem certæ quantitatis dandæ aut accipiendæ circa fideicommiſſum portionis grauati, adiecti ablatiui ſunt. Ibi enim, & in quantitate ipſa certa accipienda ex ablatiuis abſolutis fideicommiſſum inducitur, vt eam præſtare omnino cohæres debeat. Aliter atque ſi perſonam denominationis cuiuſdã vice ablatiui abſoluti ſpectant. Ibi enim conditionem ablatiui denotant, vt conditionaliter non diſponendo, expreſſa perſona cenſeatur. Verbi gratia cum hæres quiſpiam ita ſcribitur, hærede meo legitimo hæreditatem non vendicante, Titius hæres eſto. Inſtitutus quippe hæres legitimus per ablatiuos abſolutos non creditur, verum in conditione poſitus ſolummodo intelligitur. l. ſi quis ita hæres inſtituatur ſi legitimus infra de hæred. inſti. Ita Alexan. declarat, & ſublimitat in d. conſ. 185. nu. 23. in fi. & in conſ. 199. antè fi. lib. 2. Et quamquam in conditione per ſi, particulam. tex. loquitur in d. l. ſi quis ita hæres inſtituatur ſi legitimus. Rationem tamen eandem conditionis videri, quæ ex ablatiuis abſolutis deſcendit, ex glo. ibi percipitur, cum ſcribit, voluntatem teſtatoris eam colligi, ne inſtitutus hæres legitimus æſtimetur perſonam hæredis legitimi, quaſi conditionem quandam eſſe voluit. Nihilq; referre inter ablatiuos abſolutos, &, ſi, particulam in ſpecie. d. l. ſi quis ita hæres. in d. conſ. Alex. omnino ſenſit. Idem ex Ripa hic probatur nu. 34. verſ. ſecundo aduerte. vbi differre non putat, pro ablatiuos abſolutos, an, ſi, particulam in conditione poſiti filij ſint. Vtroque enim caſu locum gloſ. eſſe in l. Lucius, ne vocati filij cenſeãtur. ex Curtio Sen. in conſ. 63. antiquiſſima nu. 2. Decio in conſ. 89. nu. etiam 2.

Sed obſtare ſublimitationi huic videtur, quod arg. à rebus admitti ad perſonas ſolet. l. qui ſurate, ibiq; Alberi. ff. de ſtatu homi. l. ſi quis inquilinos. §. ſi ita legatum infra de lega. 1. Itaq; ſi ex ablatiuis abſolutis ad rem, ſeu executionem circa rem ſpectantibus fideicommiſſum inducitur, cur non tantumdem probamus, cum ad perſonam ablatiui ipſi abſoluti referuntur. Conſequens argumento huic ſit, caſus demum diuerſos in ſublimitatione hac ab Alex. fieri, ratione diuerſitatis vlla non reddita.

Negotium omne in ratione diuerſitatis indaganda verſitur, ratio ne diuerſitatis intelligi in diſcrimine hoc poſſit, ad rem, an ad perſonas ablatiui abſoluti ſpectent. Et quidem ſi verba executiua æque ad perſonas, atque ad res ſpectent, differentia vlla probabilis inter perſonas, & res non videtur. Idque ex Bal. in d. §. cum eſſet, cum rationem illius tex. aſſeribit, quod ad eum directa verba executiua, qui agere conſtituit. Ita inter perſonas, & res diſcriminis quicquam verſari Bal. non putat, quoties ratio eadem in vtriſq; mouet. Ideſt quia ad actorem verba executiua ſimiliter vt ad rem dirigantur. Cæterum vbi per ablatiuos abſolutos mentio perſonę citra verba vlla executiua ſit, neq; natura rei, actus aut verborum, æqualitatisve ratio ad fideicommiſſi inductionem mouent, Tum vero conditionem, non diſpoſitionem induci. Rationes enim ſilent,

quæ animaduerſæ ante circa tex. ſunt in d. §. cum eſſet. Et ex quibus tacita teſtatoris mens colligi ad fideicommiſſum inducendum ſolet.

Sed obiecturus quiſpiã erit, inſpectioni huic Bar. refragari in d. l. 2. §. videndum nu. 3. infra ad Tertull. diſpoſitionem ſeu vocationem maſculorũ ex ablatiuis abſolutis induci, cum maſculis interuenientib. fœminæ ſubmouentur.

Atqui verba executiua ibi ad maſculos non referuntur, vt quid accipiant aut eis detur. Aequalitatis item ſeruandæ ratio vlla ibi non verſatur, verũ diſparitas euidens introducitur inter mares, & fœminas. Reſponderi ad arg. hoc ex Ripa hic poteſt nu. 34. in fi. in cõſequens neceſſarium inuitatos maſculos hoc ipſo intelligi, ꝙ fœminæ excluduntur. Sed glo. obſtare reſponſioni huic videtur in d. l. Lucius. 2. infra de hæred. inſti. vbi vocati liberi in conditione poſiti hoc ipſo non æſtimantur, ꝙ excluſus ſubſtitutus eis interuenientibus ſit. Si dixeris, ius aliud excluſionis teſtatoris, atque ſtatuti videri. Ex tex. arg. tollitur in §. diſponat in auten. de nuptiis.

Proinde aliter vltra Ripam, ad arg. reſpondetur. Idcirco diſpoſitionem aut vocationem maſculorũ ex ablatiuis abſolutis in ſtatuto induci, quo maſculis interuenientibus fœminæ repelluntur, ꝙ inutilis fœminarum excluſio fieret, niſi ſi inuitatos maſculos dicimus. Quorſum enim fœminas à ſucceſſione arceri, ſi admiſſi maſculi non ſunt. Itaq; ne inutilis fœminarũ excluſio fiat, vocatos maſculos non poſſumus non dicere. l. ſi prætor. ff. de iudi. l. fina. ibi alioquin ne quicquam mihi caueatur. ff. ſi cer. peta. & alia non pauca. Quæ ratio diſpoſitionis interituræ in ſententia glo. ſilet in d. l. Lucius. In qua citra vocationem liberorum, operari excluſio ſubſtituti poteſt. Siquidem ab inteſtato hæredes fieri liberi poſſunt in cõditione poſiti ſubſtituto remoto, quo non excluſo, locus ſucceſſioni eſſe legitimæ nõ poſſet. Enimuerò in ſpecie quæſtionis Bar. ſucceſſuri maſculi in perniciem fœminarum ab inteſtato nõ erant, niſi ſi admiſſi ex ſtatuto intelligantur.

Secundò reſponderi ad Bar. dictum poteſt, inficias eundo, quod ipſe ſcribit, vocatos maſculos ex ſtatuto intelligi. Immo enim in conditione ſolũmodo poſitos cenſeri. Qua impleta, locum excluſioni fœminarum tantummodo fieri, maſculos porro iure ipſo cõmuni ab inteſtato, non ex ſtatuto ſuccedere. Quod cum ita ſit, non niſi impedimen-
23 tum fœminarum per ſtatutũ amoueri, cum † pro mortuis quantum ad ſucceſſionẽ fœminæ habeantur, quæ excluſæ ſtatuto ſunt. l. 1. §. ſi nemo. l. 2. §. ſed ſi ſint ſui, infra ad Tertul. l. 3. §. fi. infra de bono. poſſ. contra tabul. §. ſed noſtra, inſti de ſucceſſ. liber. & id genus alia. Ad quem modum interpretando, vera Ripæ reſponſio non videtur, vt in conſequens neceſſarium maſculorum admiſſio in ſpecie ꝙ Bar. inducatur in d. §. videndum. cum neceſſarium conſequens id in ſtatuto non ſit, quatenus aliunde quam ex ſtatuto admitti fœminis remotis, poſſunt, iure videlicet communi.

24 Verumtamen Ripæ dictum arbitramur, ex † ablatiuis abſolutis diſpoſitionem ſequi conſequenti, ſeu antecedenti, neceſſario interuenlente, Idq; & Ray. à Forli. ſentit inter Signorol. reſponſa in cõſi. vlti. nu. 13. circa med. verſ. ſed oſtendo quod omnia verba, Idque locum, & in cõditione habet per ſi, particulam expreſſa, vt ad id diſponendum valeat, quod in antecedens, aut conſequens neceſſariũ venit. l. auia. §. fi. infra de cond. & dem. l. licet. infra vt lega. no. cauea, vbi cum ita cui legatur, aut ex fideicommiſſo relinquitur, ſi cautionem de legato aut fideicommiſſo præſtando non petierit, conditionem verba iſta non faciunt. Verum diſpoſitionem inducunt, vt remiſſa cauendi neceſſitas cenſeatur. Hoc ipſo enim quod conditio legato aſcribit, ſi petita cautio non erit, remiſſa cauẽdi neceſſitas in conſequens neceſſarium intelligitur. Quomodo enim pareri conditioni poteſt, niſi ſi remiſſio intelligitur. Exemplum aliud ex Ruin. percepitur in cõſ. 27. nu. 3. lib. 1. cum in conceſſione principis clauſula aſcribitur, ita tamen quod ſi de dictis bonis iure primogenituræ diſponeret. Diſpoſitio enim in conſequens neceſſarium inducitur, vt diſponere in gratiam primogeniti liceat, ſiquidem effectum alias habere diſpoſitio non poteſt.

25 Limitatur tertio, ne locum habeat, † quotiẽs materia ſubiecta ad conditionem in ablatiuis abſolutis non accommodatur. vt in l. de ſubmerſis. C. de naufrag. lib. 11. vbi iubentur iudices de cauſis ſubmerſarum nauium velo leuato cognoſcere. Rurſus nauiculario contra quàm ius patitur, abſoluto, pœnam, mulctamq; dare iudices coguntur. Ablatiui illi abſoluti velo leuato, & nauiculario abſoluto, intelligi per conditionem pro materia ſubiecta nequeunt, ſi leuatum velum erit, ſi abſolutus nauicularius erit. Ita Salulol. hic interpretatur nu. 27. Idcirco porro conditionem ibi ſecundum eũ materia ſubiecta non patitur, quod abſonus id genus ſenſus videtur, per conditionem ablatiuos accipiendo, fruſtra quippe ad eum modum lex fieret.

Declarationem hanc à materia ſubiecta, Hannibal hic irridet. nu. 24. & nu. 26. vtpote qua admiſſa, nullum argumenti genus effugere non liceat. In promptu enim reſponſio ſemper erit, materiam id ſubiectam non pati. Ea propter rationem vnam atque alteram circa tex. in d. l. de ſubmerſis Hannibal hic exprimit, ob id conditionem ibi non intelligi, ꝙ adiecti ablatiui ad executionem ſunt. In qua reſponſione duo obſeruanda. Primum, falſum eſſe, executioni ablatiuos ibi adiunctos, qui cognitioni aſcripti, atque abſolutioni ſunt. Executioni enim adiecti dicerentur, ſi ſcriptum ſit, velo leuato damnum a nauiculario, aut iudice abſoluente præſtandum. Ibi enim executionem, ideſt præſtationem ipſam damni, ablatiui ſpectarent. Sed enim cognitioni, vti diximus, aſcripti ablatiui ſunt, vt velo leuato cauſæ cognoſcantur, nõ vt velo leuato damnum exigatur. Ad verba ipſa velo leuato Hannib. cogitaſſe reor, quæ ſpectare ad executionem videtur, in qua velo leuato citra cognitionem proceditur. Sed enim executiue procedi lex noluit, at ſummatim cognoſci. Eque executionem, aut exactionem reſpicere ablatiui illi abſoluti nequeunt, vt nauiculario abſoluto, damni partem iudex inferat, ſiquidem ad cauſam potius pœnæ ſpectant, qua iudex afficitur, quàm ad executionem, non enim ex ablatiuis ipſis, aut abſolutione pœnæ modus, aut qualitas denotatur, ſed pœnæ cauſa oſtẽditur, quod perperam nauicularium abſoluit.

Alterum in reſponſione declaratione Hannibalis obſeruandum, cum illud præſupponit, diſpoſitiuè, non conditionaliter ablatiuos abſolutos intelligi, vbicumq; ad executionem ſpectant. Namque tex. aut teſtimonio vllo Doctorum præſuppoſitũ hoc non confirmatur. Vnde ex Bar. id probare Hannib. poterat in l. ita demum per illum tex. ff. de arbitr. & in d. l. Auia. §. fi. infra de condi. & demon. De quo locupletius infra dicemus.

Reſponſionem alteram ad tex. in d. l. de ſubmerſis Hannibal hic ſubiungit, Idcirco diſpoſitiua ablatiuos ibi abſolutos intelligi, quod expreſſi in lege ſunt. Quo caſu diſpoſitionem induci ſemper exiſtimat. Sed enim expugnatam opi. hanc Hannibalis, ſupra habemus in ampliatione prima, ſed & in Hã-

nibalem

nibalem ipſum inferius tex. regeritur in d. l. de ſubmerſis.

Secundum quæ, neutra Hannibalis reſponſio valet. Et potior Saluioli reſponſio videtur, quæ materia ſubiecta nititur, Ideſt materiæ ſubiectæ conditionem in ablatiuis abſolutis non conuenire in d. l. de ſubmerſis. Neque Hannibalis arg. mouet, generalem reſponſionem hanc ad argumenta omnia videri, ſimiliter vt de collirio dicitur, quod ad morbos omnes curandos adhibetur. Quoniam tollerabilis Hannib. cenſura fieret, ſi generalitate Saluiol. niteretur, materiam ſubiectam tantummodo obſeruãdo. Enim vero in ſpecie explicat, quomodo conditionis ſenſum materia ſubiecta non ferat. Ideſt ꝙ fruſtra lex fieret, conditionem intelligendo, ſi cognita cauſa velo leuato erit: nulla quippe legis diſpoſitio verſaretur, at conditionis ſolius citra determinationem vllam, expreſſio. Materiam item ſubiectam in ablatiuis his ſpectandam, vt pro materia ſubiecta accipiantur, Iaſ. hic ſcribit num. 20. in prima fallentia, in ſecunda lectura.

Exemplo, & alio perſpicua magis fieri Saluioli reſponſio poteſt, ſi perſonis alijs excluſis ad ſucceſſionem aliqui inuitantur, conditionaliter quippe intelligi ablatiui illi non poſſunt, alijs excluſis. Ideſt ſi excluſi alij erunt. Siquidem conditione hac recepta, fruſtra inutilis quæ vocatio fieret. Itaq; cũ materia ſubiecta diſpoſitionem ſuadeat, ad eam trahi ablatiuos conuenit. Ex limitatione item proxima reſponſio, & limitatio hæc tertia adiuuatur.

Sed obſeruandum, oſtenſum non mediocriter à Iaſ. Saluiolo, & Hannibale hic circa ſenſum tex. videri in d. l. de ſubmerſis inquantum putant, etiam ablatiuos illos abſolutos poſterius expreſſos, nauiculario abſoluto, diſpoſitiue intelligendos. Quo ſenſu admiſſo, abſurdiſſima res conſequitur, vt nauiculariũ facinoris reum abſoluere neceſſe iudex habeat. Rurſus ex abſurdo hoc abſurdum, & aliud nihilo tolerabilius conſequitur, vt pœnam iudex ſubeat, qui lege ita iubente nauiculariũ abſoluit cõtra. l. gracchus. C. de adulter. Quocirca non conditionaliter intelligi ablatiui illi abſoluti non poſſũt, nauiculario abſoluto, Ideſt ſi abſolutus nauicularius erit, vt eo demum caſu pœnam abſolutionis iniuſtæ iudex patiatur. Inde Hannib. error manifeſtarius arguitur, cui viſum ſit, conditionem nunquã in ablatiuis abſolutis intelligi, qui aſcripti in lege ſunt. Contrarius enim opinioni huic Tex. apparet in d. l. ſubmerſis, & in ablatiuis prædictis nauiculario abſoluto.

Poſtremo item circa ſenſum. d. l. de ſubmerſis, vltra Saluiolum, & alios obſeruandum, faciliorem planioremque tex. illius ſenſum videri, ob id conditionem in ablatiuis illis non intelligi velo leuato, ꝙ in euentum futurum incertúmue collati non ſunt. Namq; & ſi maxime caſus nauis ſubmergendæ à futuro pendeat, ipſa tamen diſpoſitio legis, quæ circa eum caſum ſit, præſens eſt, effectumq; ſtatim habet, vt velo cognoſci leuato debeat. In præſenti plane verſari conditio non poteſt.

Limitatur quarto, ne locũ regula habeat, vbicũ-
26 que † limitandi, aut excipiendi cauſa aſcripti ablatiui abſoluti ſunt, fruſtra quippe atque inutilis limitatio fieret, ſi conditionem tum denotent. l. nam ꝙ liquidæ. §. fi. ibi excepto vino. infra de penu. lega. Bal. in l. 1. q. 5. C. de lib. præteri. Tex. huc pertinet in l. deducta in princ. infra ad trebellia. Affinitatem limitatio hæc quarta, cum limitatione tertia habet. Inde ſcriptũ ibi habemus, ex limitatione hac quarta limitationem ipſam tertiam iuuari.

Rationem aliam d. l. nam quod liquidæ. §. fi. Hannibal hic affert nu. 26. Idcirco conditionem ibi nõ induci, quod declarandi cauſa expreſſi ablatiui abſoluti ſunt. Atque ideo momenti vllius ablatiuos abſolutos vino excepto, non fieri. Siquidem noui quicquam declaratio non habet. l. hæredes palam. § ſed ſi notam, infra de teſta. Granaq; de ſpicis excutienti ſimilis is habetur, à quo declaratio fit, noui enim quippiam excutiens non agit, verum quod erat, aut eſt, excutiendo aperit. l. adeo. §. cum quis. in fi. ff. de acq. rer. dom. Ratio hæc Hannib. placere mihi non poteſt. Siquidem ad rem dubiam explicandam declaratio pertinet, quotiens ambigui quicquam in verbis ſubeſt. d. l. hæredes palam. §. ſi quid poſt. Tex. in proemio ſexti Decretal. in clem. 1. de iure patro. glo. in c. 1. in ver. filio, de ſumm. Trin. lib. 6. Geminia. in conſ. 33. nu. 15. Cæterum vbi ambigui quicquam in verbis non eſt, declaratio intelligi ibi non poteſt, verum conceſſio aut diſpoſitio noua, vt Soci. tradit in conſ. 260. nu. 10 & ſeq. lib. 2. Deci. in l. edita. nu. 49. C. de eden. & cumulatius apud nos in tracta. de antiqui. temp. par. 1. nu. 35. obſcuritas plane, aut ambiguitas vlla in verbis, aut ablatiuis abſolutis non eſt, de quibus in d. l. nam quod liquidæ. §. fi. excepto vino, vt declarationis indigere alicuius videantur, clariſſima quippe exceptio illa de vino apparet, vt mirari ſatis nequeam, quomodo ad declarationem circa tex. illũ cogitare Hannibal potuerit. Deniq; ſi interpretationem hanc Hannibalis admittimus, mirum in tex. illum penitus abolemus, nulla quippe vini ibi induci exceptio poterit. Siquidem ad rem, aut exceptionem nouam inducendam declaratio non valet. verum exceptionem iam factam, ipſamque ambiguã ſolummodo declarat. Exceptio planè alia facta in d. tex. non eſt, quæ per ablatiuos abſolutos declaratur, Immo enim per ablatiuos ipſos inducta exceptio eſt. Sed tolerandum minus id eſt, quod ſcripto Hannib. habet, inutiles ablatiuos in §. fi. munere, vtpote declarandi cauſa aſcriptos. Quomodo inutiles, ſi exceptionem habent, locus cui futurus alias non erat.

Et quod in exceptione, aut limitatione cautum per ablatiuos abſolutos in d. l. quam quod liquidæ. §. fi. eſt, diſpoſitionem exceptionis, aut limitationis induci, locum ex diuerſo habet, quotiens per ablatiuos abſolutos exceptio tollitur, quæ tacite inerat. vt diſpoſitio inducatur, per quam remotio ipſius exceptionis, quæ inerat, inducatur. Verbi gratia cum peculium ſerui legatur, in legato hoc de re aut iure vniuerſali facto exceptio tacite ineſt, vt excipi, aut detrahi ex peculio id debeat, quod debitũ domino conſeruis, liberiſue domini eſt. l. ſi peculium in princ. infra de pecul. lega. Si peculium legatur, ære alieno non deducto, quod deduci ex natura legati debet, diſpoſitionem ideſt remotionem ipſius deductionis per ius excipiendi, ſeu quantum ad excipiendum ſolummodo, ablatiui iſti inducũt. Vt ſiquidem à legatario peculium poſſidetur, & ꝙ debitum ſibi ex peculio ſit, hæres petat, exceptione repellatur, quod ære alieno non detracto, legatum peculium eſt. Idq; æquitatis cauſa, qua ſola exceptio nititur. l. qui æquitate. ff. de except. doli. glo. 2. in l. placuit. C. de indi. Actio plane contra hæredem legatario non competit, vt quod debitum ex peculio hæredi eſt, legatario peculij præſtet. Id quia iuſſus ille teſtatoris ære alieno non detracto, naturæ legati peculij repugnat, quam naturam legati alterare, niſi æquitatis cauſa teſtator nõ permittitur, æquitas plane admitti, niſi excipiendo non ſolet. Ita tex. probat in d. l. ſi peculium. §. 1.

Obſeruandum etiam in limitatione hac quarta, facultatem iuris exceptionis, aut detractionis renunciandi, & ablatiuis abſolutis non cripi. Verum cum

rebus legatis deductis, hæreditatem reſtitui teſtator iubet. Iuri enim legata deducendi renunciare, atq; ideo hæreditatem vna ſimul cum legatis reſtituere hæres permittitur. Sic in arbitrio hæredis grauati erit, legata necne deducat, cum hæreditatem fidei commiſſario reſtituit, vt glo. no. in l. 3. §. idem Pōponius, infra ad trebel. per tex. in l. cogi. §. inde quęritur. eo. titu. Sed an legatarijs factum hæredis noceat, ita vt agendi ius cum hærede non competat, qui ſine deductione hæreditatem reſtituit, apud Caſtren. declaratur in d. §. idem Pomponius, quem vna ſimul interpretatus cum l. 2. eſt.

27 Limitatur quinto, ne locum habeat, † vbicunq; contradictio ſequitur, ſi conditionem ablatiui abſoluti faciant. Ibi enim diſpoſitionem inducunt. l. qui fidem. ff. de tranſact. vbi ſi ablatiuos illos rato manente pacto, conditionaliter intelligimus, ſi ratum pactum manſerit, contrarius effectus nō obſcure ſequitur, quam qui in animo tranſigentibus fuit. Eo quippe caſu pœna aſcribitur, quo paritum tranſactioni non ſit, quo ratum habitum pactū nō erit. At enim conditione in ablatiuis abſolutis admiſſa, eo caſu effectum habitura pœnæ promiſſio erit, quo fides eius præſtita, aut rata habita trāſactio erit. Ita tex. in d. l. qui fidem Ripa hic interpretatur nu. 33. verſ. quarto limitatur. Saluiol. nu. 24. Cum limitatione hac Gozadi. etiam conſentit in l. 1. num. 20. C. de eden. ibique pro ſententia hac tex. citat in c. 1. de filijs presby. qui ad rem non attinet. no. etiam refert in l. 1. & 2. ff. de dona. vbi apud glo. & Bar. verbum factum de re non memini.

Ratione alia confirmari limitatio hæc quinta poteſt, quòd offēſio verborū pmitti cōtrarietatis fugiendæ cauſa poteſt, vt Bar. & alij docent in l. fin. §. idem quæſijt. ff. de condi. indeb. Iaſ. in l. 3. §. in amittenda nu. 10. ff. de acq. poſſ. & apud nos in l. 1. num. 318. infra de leg. 1. Ita Ripa hic limitationem hanc adiutat. Ad rem tamen Bar. non attinet ab eo relatus in d. §. idem quæſijt, ſi quidem verbum de verbis offendendis non facit. In qua Ripæ ratione præſuppoſitum eius falſum obſeruandum. Præſupponit nec obſcurè, neceſſariam verborum læſionē in ablatiuis abſolutis eſſe, vt diſpoſitionem pariāt. Sed enim ad diſpoſitionem pertinere, non proprie minus, atque ad condicionem poſſunt, vt Saluiol. etiā hic ſcribit nu. 22. Verum aliter arg. hoc contrarietatis euitandæ ad limitationem hanc conferre, & quidem ratione fortiore poteſt. Si à verbis aut ſignificatu eorum diſcedere phas eſt contrarietatis cauendæ nemine. Quid dicendum in limitatione huc erit, vbi citra verborum offenſionem, diſpoſitiuè intelligi ne contradictio conſequatur, ablatiui abſoluti poſſunt.

Rationem aliam, quàm contrarietatis in d. l. qui fidem, Iaſ. hic affert nu. 31. in ſecunda lectu. ob id cōdicionem in ablatiuis illis non intelligi rato manēte pacto, quòd materia ibi diſpoſitiua verſatur. Quæ ratio nihilo amplius continere, atque dictum videtur. Iaſonis enim erat, declarare, quam ob rem materia ibi diſpoſitiua verſatur. Secundo contra Iaſ. Ratio eius reflectitur: materiam ibi etiam conditionalem verti; quòd pœnæ locus non aliter foret, q̄ ſi factum contra tranſactionem fit. vera tamen Iaſ. ratio eſt, vt ſupra declarando, materiam ibi diſpoſitiuam verſari, q̄ ratum pactū manere omnino partes cēſerunt, cum factum quicquam aduerſus tranſactionem eſſet. Non etiam condicionem in ablatiuis ipſis intelligi partibus ipſis placuit.

Rationem aliam d. l. qui fidem Hannibal adiungit nu. 32. verſ. ſed ad dictam l. qui fidem. eo diſpoſitionem in ablatiuis illis contineri, rato manente pacto, q̄ adiecti executioni ſunt, pœnam præſtare cogetur, rato manente pacto. Si ad verbum illud præſtare ablatiuos reſpicere abſolutos putat. Sed fallitur Annibal, Quoniam etſi maxime prope aut iuxta verbum præſtare poſiti ablatiui ſint, executionem tamen non reſpiciunt, neque ipſam determinant, at obligationem. oſtenditur enim in ablatiuis abſolutis, non modo pœnam præſtandam, ſed & efficax pactum ſeu ratam obligationem manere. Ita ſeparata cauſa obligationis a pœna præſtanda eſt. Executionem planè præſtare ablatiui dicuntur, quotiens ad executionem ipſam, atque determinationem eius pertinent; vt in caſu d. l. auia. §. ſi. condicio, de qua ibi, executionem ipſam tutelæ adminiſtrandæ ſpectat, eamq; determinat, vt ad tutelam gerendam tum deniq; tutores accederent; ſi vita matre functa, filia impubere conſtituta, fit. Illi planè ablatiui abſoluti circa modum pœnæ præſtandæ, quomodo aut qualiter præſtari debeat, quidquam non determinant. Verum pœnam ipſam præſtandam ſimpliciter tex. ait. Deinde præter pœnam, ſaluam etiam pacti obligationem manere expreſſum eſt. Sic per ſe obligatio pactiue conſiſtit, neque commune quicquam cum pœna habet.

Vnde ratio melior videtur, quæ à contrarietate fugienda decerpta eſt. Ratio tamen conſiderari, & alia poteſt, idcirco ablatiuos illos rato manente pacto, diſpoſitiuè, non conditionaliter intelligi, ne quod effectus vnius cauſa introductum eſt, effectum diuerſum mittat. l. legata inutiliter infra de legat. 1. l. cum tale. §. ſi. infra de condi. & demon. Itaq; cum augendi aut ampliandi cauſa, ablatiui adiecti illi ſint rato manente pacto, vt ſupra pœnam, ratū etiam manere pactū debeat, ſi conditionaliter eos accipimus, diminutionem vtique inducent. Quid autem diminutionem dico, immo enim diſpoſitionis ſubuerſionem, quia pœnæ locus, omnino non erit. contra text. in l. ea lege. ff. locat. in l. ea tamen adiectio infra de leg. 3. in l. ſi mancipia infra de fundo inſtruc. l. in ratione. 2. §. tametſi infra ad leg. Falcid. in l. 1. §. vnde quæritur. ff. de publica. in l. titia. § ſi. ff. de manum. teſtam. in l. quotiens. ff. de actio. & obl. & in l. ſi. C. de præpo. agen. in reb. lib. 12.

28 Limitatio ſexta ſuccedit, ne locus regulæ ſit, † vbicunque circa id aſcripti ablatiui abſoluti ſunt, quod naturæ condicionis repugnat. veluti cum ad rem certam ſpectant, vt in verbis illis arbitrio aut arbitratu Titij, eo caſu videlicet, quo ad viri boni arbitriū res confertur, vt in voluntate vltima, vel glo. & doc. no. in l. ſi quis arbitratu. ff. de verb. oblig. Incertum tum enim contineri in verbis aut ablatiuis non poteſt. non ratione perſonæ Titij, arbitraturus necne ipſe ſit. Siquidem eo etiam arbitrium non ferente, arbitrium viri defuturum boni non eſt. In re etiam arbitranda verſari incertitudo non poteſt, quaſi incerti videatur, arbitrium quale dicturus Titius ſit. Tale quippe futurum arbitrium intelligitur, quale viri boni arbitrio competit. Quocirca in condicionem verti ablatiui iſti nequeunt arbitrio aut arbitratu Titij. Id eſt ſi arbitratus Titius erit, quotiens ad arbitrium viri boni res confertur. Verum diſpoſitionem ablatiui iſti inducunt, vt id detur aut fiat, qđ Titij aut viri boni creditum arbitrio eſt. l. 1. ibique doct. infra de leg. 2. Ita apud Saluiol. hic explicatur nu. 25. Idem Hannibal ſentit nu. 23. verſ. ſecundo facit tex. vltra quos ex Io. id de Anan. confirmatur in conſ. 19. nu. 13. vbi incertam rem dici in ſpecie hac non putat, quod per virum bonum declarandum, id eſt per iudicem eſt. per text. in l. certi condicio in prin. ff. ſi cert. pet.

Rationem aliam quàm certitudinis in ablatiuis his arbitrio aut arbitratu Titij Iaſ. obſeruat in d. l. ſi quis arbitratu nu. 17. ob id condicionem non intelligi

ligi, q̃ niſi ablatiuus vnus ſine ablatiuo altero participij non interuenit. Quæ Iaſ. ratio perſuaderi mihi non poteſt. Principio enim caſus diuerſos tantummodo Iaſ. facit, ratione diuerſitatis vlla nõ addita. Quod genus recipi argumentando non ſolet glo. in l. ſed & ſi lege. §. item ſi rem diſtraxerit verſ. habeant. ff. de peti. hæredi. Bart. & alij in l. 4. §. Cato in noua oppoſi. ff. de verb. obl. Rei cuius illa eſt ratio, q̃ communis lex caſuum omnium eſt, in quib. ratio eadem vertitur. l. illud ff. ad l. Aquil. l. à Titio. ff. de verb. obl. c. intelligentia de verb. ſignif. c. conſuetudo. 1. diſt. Ea propter niſi ratio diuerſitatis appateat, recta reſponſio non videtur, qua niſi diuerſitas caſuum non inducitur. Inde non illepide Bal. ſcribit in l. centurio in fi. primæ q. infra de vulg. intellectu eos vacuos, qui differentiam aut diuerſitatem introducunt, vbi ratio vlla diuerſitatis non eſt. Iaſ. igitur erat, rationem diuerſitatis adiicere, cur differat, vtrum ablatiui duo, an nõ plus quam vnus adiectus ſine participio ſit.

Si dixeris rationem diuerſitatis interuenire. Quoniam vbi ablatiuus alter ex participio accedit, in relatiuum & verbum id reſoluitur. Quod verbum ſi ſi futurum eſt, ad condicionem pertinet, vti dictum in ſuperioribus habemus. Quæ ratio in ablatiuo vnico ſine participio ſilet. Reſpondetur, etiam in ablatiuo hoc arbitrio aut arbitratu Titij, relatiuum & verbum futurum intelligi. Ideſt quod arbitratus Titius erit, cum ad ſuturum relatio fiat. Secundo ad rationem Iaſ. reſpondetur, ea admiſſa, abſurdũ conſequi, vt in ablatiuos duos arbitrio concepto, condicionem in voluntate vltima ex arbitrio fieri. Ita vt recedere à perſona non liceat. Veluti ſi expreſſum à teſtatore ſit, vt Titio arbitrante quid detur, vt fiat. Sed enim referre non videtur, vtrum dicatur, Titio arbitrante, an Titij arbitratu aut arbitrio. Cum ad arbitrium boni viri trahi ablatiui etiam illi poſſint, Titio arbitrante, vti viro bono videlicet congruit.

Vnde ratio melior illa videtur, eo conditionem in ablatiuia non intelligi arbitrio aut arbitratu Titij, cum ad viri boni arbitrium res ſpectat, q̃ ab euentu futuro, & ipſo incerto res ipſa non pendet ſic quomodo declaratum ante eſt. In certis enim verſari condicio non poteſt, neque aliter condicio dicitur, niſi ſi eſſe res & non eſſe poſſit. *Bar. in* d. l. 1. num. 5. infra de cond. & demon. Bal. in l. ſi quis ad ſe fundũ nu. 8. C. ad l. Iul. de vi publ. idque ex tex. probatur in l. cum ad præſens & li. duabus ſeq. ff. ſi cert. petatur. in d. l. cum in ſecundo in princ. infra de iniu. teſtam. & in §. conditiones inſti. de verb. oblig. Ratio eadẽ conditionis eſt, quæ extitura omnino ſit, vt conditionalem diſpoſitionem non faciat. Immo enim pura diſpoſitio æſtimatur, quæ in condicione facta omnino extitura ſit, l. q̃ ſi ſub ea. ff. de condi. indeb. l. ſi pupillus §. 1. ff. de nouatio. Alex. in l. 1. nu. 46. verſic. Roma hic tranſit. ff. ſi cer. petat. Dec. in l. ſi ſuper poſſeſſione col. 1. C. de tranſact.

Ex limitatione hac ſexta ita declarata ſenſus ablatiuorum percipitur, qui ad tempus certũ ſpectãt. cum annua, bima, trima diẽ teſtator quid legat condicionale legatum non intelligi, at purum, quãuis in diem executio differatur. l. talis ſcriptura in prin. infra de leg. 1. Tradit Bal. in l. 1. q. 5. C. de lib. preteri. Condicionem enim temporis certitudo nõ recipit. l. ex his. C. quando dies leg. ced. l. cum ſtipulatus ſim. ff. de verb. oblig. no. Ripa hic num. 33. verſic. tertio limitatur. Saluiol. num. 25. in fi. & num. 28. Annibal. num. 22. verſ. nec obſtat tex. idem vltra iſtos patres, ex tex. oſtenditur. l. in diem & l. ſufficit. ff. de condit. inde. in l. 1. in fi. infra quando dies leg. ced. in l. centeſimis in prin. ff. de verb. oblig. in §. omnis inſtitu. co. tit. in l. cedere diem. ff. de verb. ſignif. glo. & Doct. in l. item quia §. 1. in gloſſ. magna. ff. de pactis. in l. certis condicio. in prin. in ver. non potero. ff. ſi certum petatur. & in l. cum qui calendis. §. quotiens in ver. debeatur. ff. de verb. obl. plene Bar. in l. ita ſtipulatus in 2. q. prin. ff. de verb. oblig. Alex. in conſ. 133. num. 10 in fin. lib. 5. Quibus in locis habetur, quod pmiſſum in diem certum eſt, debitum ante diem eſſe, quãuis exceptio ante diem agenti obſtet. Si debitum ante diem quid dicitur, ergo condicio intelligi meo non poteſt, quod debitum in diem eſt. Debitum quippe diei condiciones pendente non poteſt. l. hæc venditio in prin. ff. de contrah. emptio. l. grege. §. qui ſub condicione. ff. de pignor. l. legata ſub condicione, & l. hæres meus infra de condi. & demon. l. ſi cũ hæres infra quan. dies leg. ced. d. l. cedere diem. Neque iuris quicquam competere ei dicitur, cui debitum quid ſub condicione eſt, dum condicio pendet Oldrad. in conſi. 175. thema tale eſt Titius num. 1. idq; locum vſque adeo habet, vt repetitio ciua competat, quod ſolumm condicione pendente eſt. l. ſub condicione. ff. de cond. ind.

Ratio & alia tamẽ obſeruari ad d. l. talis ſcriptura poteſt, q̃ executioni adiecti ablatiui ſunt. Et quid in arbitrio dictum tertij eſt, condicionalem actum nõ dici, vbicunque ad viri boni arbitrium relatio fit, locum etiam in arbitrio ſtipulatoris ipſius nedũ tertij habet, vbicunque certitudo ratione ſubſtãtiæ vertitur, quamuis in qualitate incertitudo ſit, veluti cũ domum quia ædificari arbitratu ſuo ſtipulatur, certa enim domus quantum ad formam aut ſubſtantiam eſt. Incertitudo non niſi ad qualitatẽ ſpectat. ob id monitionem, non cõdicionem ablatiuus illa denotat arbitratu meo. d. l. cum ſtipulatus ſim mihi à procuio. Ibique Bar. in prin. ff. de verb. oblig. Iaſ. hic nu. 22. in ſecunda lec.

29 Et in vniuerſum, † condicionem in ablatiuis abſolutis nõ intelligi, in quibus certi quid ineſt, ex Bal. probatur in d. l. 1. in 11. oppoſi. infra de leg. 2. Quod dictum pro memorabili Dec. ſequitur in c. tranſlatio num. 3. de conſtitutio. Iaſ. hic num. 20. in prima fallentia in 2. lect.

Cauſa ratioque alia arbitrij eſt, quod ad virum referri bonum non ſolet, & à quo diſcedendi ius non eſt. Ibi enim ad condicionem ablatiuua ſpectat arbitrio Titij. Id quia ab euentu futuro & ipſo incerto diſpoſitio pendet, & à perſona, & à re. A perſona ſi arbitratus Titius erit. A re, quia incertũ eſt, arbitraturus quid ſit, hic incertum prorſus eſt, vtrũ & quid arbitraturus Titius ſit. d. l. ſi quis arbitratu. Ibique glo. & doct. ff. de verb. oblig. Conſequẽter his dicendum, vt Titio non arbitrante, condicione defecta diſpoſitio dicatur, atque ideo inutilis fiat. l. ſi merces in prin. ff. loc. l. fi. C. de contrah. emptio. not. Saluiol. hic num. 25. ad quem modum intelligi Iaſ. hic oportet, cum inter contractus differre atque voluntatem vltimam ſcribit, hoc eſt vt condicionem in contractibus ablatiuus faciat arbitratu aut arbitrio Titij, idque ob incertitudinem à perſona & re vt ſupra. Quod ſecus demonſtratum in voluntate vltima habemus, in qua incertitudo iſta ſilet.

Conſequens declarationi huic fit, vt ratione eadem in contractibus atque in voluntate vltima interueniente; quia à perſona recedere, & ad virũ bonum adire ex pacto liceat, ius idem contractus ac voluntatis vltimæ ſit, vt ad condicionem ablatiuus non trahatur arbitrio ſeu arbitratu Titij, ſiquidem certitudo, & hic in contractu vertitur, & à perſona, & à re, ita Ioan. de Ana. docet in d. conſi. 19. nu. 13. cui deci. ſubſcribit in conſi. 140. col. 1.

Dictum hoc prætereundum Hannibalis non cenſui nu. 5. cum ſuper incerto ablatiui poſiti abſoluti

ſunt

ſunt, ex incerto ipſo, non ex ablatiuis condicionem exiſtere, ex tex. inſpectionem hanc iuuare Hannibal poterat in d. l. t. in fin. infra de condi. & demonſt. & in l. interdum pura. ff. de verb. oblig. condicionem ex natura rei intelligi, quamuis pura ſcriptura quantum ad verba ſit, veluti cum partum, qui in vtero eſt, vel fructus naſcituros quiſpiã legat, aut promittit, dictione vlla non expreſſa, quæ ad condicionem ſpectat. Condicio enim ex natura rei ineſt, ſi natus partus, ſi nati aut percepti fructus erunt. Inde Bald. ſcribit in conſ. 416. proponitur quoſdam mercatores in fi. & in conſi. ſeq. lib. 3. condicionem ex eo fieri, quod in futurum ſpectat.

Conſequens declarationi huic fit, ineptum atq; infructuoſum prorſus à doctoribus laborem captũ, ad condicionem necne ablatiui abſoluti ſpectent. fruſtra item in ſi, particula, dictionibúſve alijs apud doct. certatur, condicionem necne faciant. Rei tantummodo naturam expendendam, ad futurum & ipſum incertum porrigatur. Secundo declaratione, & inſpectione huc admiſſa, conſequens item fit, in diſpoſitionem puram deduci incertum nõ poſſe, quatenus rei ipſius natura actui puro contradicit.

Ea propter ita explicanda res videtur. Conditio-
30 nem hanc, † quæ ex natura rei intelligitur, condicionem quidem dici, & non expreſſam, ſed tacitam, & tacitam non ex voluntate diſponentis, à qua non pendet, verum tacitam ex natura rei. Diſcrimen plane non breue vertitur, expreſſa an tacita cõdicio ſit, quæ per legem aut naturam rei intelligitur. Expreſſa cum tranſmiſſionem in voluntate vltima non patitur, quod contra in condicione tacita eſt, quæ ex lege aut rei natura ineſt, veluti cum ad euentum futurum & ipſum incertum res ſpectat. l. condiciones quæ extrinſecus. ibique Bar. & l. aliquando infra de condi. & demon. Soci. in l. quibus diebus. §. quidã Titio in texto notab. infra de condi. & demon. Iaſ. in l. quotiens nu. 7. circa prin. C. de hæred. inſti.

Inde error Hannibalis manifeſtus deprehẽditur, cui vitium ſit, momenti vllius ad cõdicionem inducendam ablatiuos abſolutos non eſſe. Verum naturam rei ſolummodo ſpectandam, incertum necne contineat. Immo enim vtilitatem non exiguam ablatiui abſoluti. dictioneſque alij condicionales afferunt, expreſſam enim condicionem efficiunt, in qua pluris aliquid non paulo quàm in tacita condicione ineſſe demonſtratum habemus.

31 Limitatio ſexta accedit, † ne locum regula habeat, quotiens cauſæ finalis vicem ablatiui abſoluti ſuſtinent. veluti cum dictum eſt, principe quid iubente faciendum, id eſt quia princeps iubeat, vel ratione id impellente præſtandum; in quo ſenſu accipi ablatiuos hos poſſe Bal. ſcribit in l. vnica in prima opposit. C. quan. non peten. par. Iaſ. hic nu. 2. in prima lectu. & nu. 21. in ſecunda ſallentia in 2. lectura. Hannibal nu. 6. & ſeq. & nu. 27.

Inepte tamen in ſignificatu hoc cauſæ finalis ablatiuos rubricæ huius intelligi poſſe Parpal. hic ſentit nu. 2. verſ. addite etiam. Hannibal in loco prænarrato, quemadmodum ſol. matr. dos petatur, id eſt propter matrimonium ſolutum, vel quia ſolutum ſit matrimonium. Siquidem ad caſum aut tẽpus, quo peti dos poteſt, non ad ipſam petendi cauſam ablatiui hi ſpectant. Itaque vice facti aut materiæ ſeu in vim ſuppoſitionis facti aut terminorũ ablatiui ponuntur ſoluto matrimonio. Super quo facto interrogatio interponitur, facto hoc admiſſo, vt ſolutum matrimonium ſit, quibus modis peti dotem oporteat. Cauſa planè finalis ita circa factum interrogandi in vtilitate publica ſecundario certe vertitur, quam vtilitatem dotium ius incolume præſtat, quoniam per dotes ad matrimonia peruenitur, vnde frequens fieri populus ſolet. Sic materiam ſeu factum, ſuper quo interrogatio fit, non etiam interrogandi cauſam finalem matrimonij diſſolutio præſtat.

Sed obſeruandũ in limitatione hac ſexta, cauſam finalem à condicione ſeparari, cũ pro cauſa finali, nõ per condicionem intelligi ablatiuos abſolutos dicimus. Sed enim indiuidua hæc videntur cõdicio & cauſa finalis. Siquidem in condicione cauſa ipſa finalis ineſt; cauſam finalẽ condicione denotante. l. 2. §. fi. ibique Bar. ff. de dona. Iaſ. in l. 1. §. item acquirimus nu. 41. verſ. quarto ad idem. ff. de acq. poſſ. in l. Titia. §. idem reſpondit 2. ff. de verb. obligat. & in conſ. 42. col. 2. poſt med. lib. 3. Ex diuerſo cauſa omnis finalis condicionem continet. Quocirca quod ob cauſam quam relictum finalem eſt, condicionale intelligitur. Atque ideo debitum niſi condicione impleta non eſt. Roma. in conſi. 134. pro declaratione nu. 2. verſ. quarto quia per tex. in l. cum is. §. ſi mulier. ff. de condi. indeb. & in l. à Titio. ff. de verbo. obl. ſequitur Hannibal hic nu. 8.

Sed reſpondetur indiuiduitatẽ hanc inter condicionem & cauſam finalem in hoc verſari, vt condicione poſita, cauſa finalis intelligatur, ſiquidem ad cauſam finalem condicio reſpicit, eamq; includit. Cæterum quo caſu ad cauſam finalem ablatiui abſoluti reſpiciunt, condicionem ex eis neceſſario ſignificari non admittimus; cum nihil prohibeat, ad cauſam finalem citra condicionem, ablatiuos pertinere. Neque Roma. dictum mouet in dict. conſ. 134. nu. 2. condicionem ſub cauſa finali contineri. Quoniam verum id non videtur, vt condicionem cauſa finalis neceſſario habeat, cum ex modo ſignificari cauſa finalis poſſit. Atq; in ſpecie cauſam finalem ex condicione non fieri Corn. ſcribit in conſ. 259. col. 3. in prin. lib. 1.

Hoc amplius, perpetuum id non eſt, vt cauſã finalem condicio denotet; cum nihil prohibeat, in vim euentus cuiuſdam ſimplicis, condicionem adijci. Rurſus in fauorem tertij apponi conditio poteſt; quo fauore ceſſante, ex facto puta eius, a quo aſcripta condicio eſt, viciari diſpoſitionem non conuenit, vt Bal. ſcribit in conſil. 478. quidam Franciſcus ante fi. verſ. præterea conſiderandum eſt lib. 1.

Septimo diſpoſitionem non condicionem ablatiui abſoluti exprimunt, vbicunque natura rei ad diſpoſitionem ſpectat, id eſt quotiens adiecti circa id ſunt, quod diſpoſitioni conuenit, ſeu diſpoſitionẽ ſuadet Bart in d. l. à teſtatore in tertia opposit. infra de condi. & demon. Hannibal hic nu. 13. in fi. Ad limitationem hanc quadrant, quæ ſcripta ſupra in limitatione ſecunda habemus circa tex. in d. l. fideicõmiſſa. §. cum eſſet infra de leg. 3. fideicommiſſum ex ablatiuis abſolutis induci, natura rei, actus & verborum ita expoſtulante. A limitatione etiam proxima, & octaua robur limitatio hæc ſeptima accipit.

32 Octaua ad † diſpoſitionem ablatiui abſoluti ſine dubio trahuntur, quotiens diſponentis mens ad diſpoſitionem ſpectat, vti ſcriptum hic apud Saluiolum legitur nu. 27. Hãnib. nu. 14 in fi. verſ. vel poteſt dici. Ex Soc. item iun. limitatio hæc iuuatur in cõſ. 158. nu. 64. lib. 2. Ex limitatione proxima limitatio hæc iuuatur. Namque ſi ex natura rei diſpoſitionẽ ablatiui abſoluti faciunt, non ex mente id fieri diſponentis non poteſt. Siquidem vbi natura rei, ibi mens diſponentis vertitur. quæ ab ipſa rei actúſve natura declarari ſolet, vt id velle quiſque credatur, quod ipſa rei natura exigit Oldra. in conſi. 243. factum tale eſt, rectores nu. 2. & apud nos in conſ. 186. nu. 6. Argumento a ratione fortiore deducto limitatio hæc confirmatur. Etenim offenſio permitti verborum ſolet, vt ſecundum naturam actus inter-

præ-

pretatio eorum fiat. l. ſi tibi pecuniam. ff. ſi cer. peta. l. in lege, & l. ſi vno in prin. ff. loca. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſur. l. eas cauſas. ff. de condi. & demon. no. in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. ſed & ſi rerum. ff. de iureiurã. tradit Roma. in conſ. 509. nu. 7. Tolerabiliusq́; eſt, verborum, quàm rerum naturam lædi. Bal. in conſ. 357. in rerpoſitio nu. 5, in fi. lib. 3. per tex. in d. l. §. ſed & ſi rerum, & in l. quiſquis mihi. ff. de verb. ſignif. Idq́ue locum iuramento etiam interpoſito habet Corn. in l. fi. ff. qui ſatiſd. cogan. itaque ſi verba lædere ob naturam rei, aut actus ſeruandam licet, quanto magis diſpoſitiuè intelligi ſecundum ſignificatum eorum ablatiui abſoluti debebunt, quotiens natura rei aut actus ad diſpoſitionem ſpectat, quandoquidem diſpoſitioni ablatiui abſoluti conuenire ex propria ẽt ſignificatione poſſunt. Limitationi huic ſeruire tex. etiam poteſt in d. l. nam quod liquidæ. §. fi. infra de penu lega. Idcirco enim ad diſpoſitionem ablatiui ibi valeat, vino excepto, ꝙ ea mens teſtatori fuit, vt effectum ſeu diſpoſitionem exceptionis induceret, non etiam vt in condicione exceptionem poneret.

33 Nono condicio † ex ablatiuis abſolutis circa ſubſtantiam actus non inducitur, quotiens aſcripti ad executionem ſunt. Quæ limitatio ex Hannibale hic percipitur nu. 22. verſ. ſed ad, d. l. qui fidem. & nu. 34. vbi rationem hanc eſſe ait in d. l. qui fidem, & in d. l. de ſubmerſis. Cur ad condicionem ablatiui abſoluti in dictis ll. non trahantur, ideſt quia adiectos executioni putat, quam rationem impugnatam in ſuperioribus habemus, non quod verum in ſe dictum non ſit, ſed quod ad ll. accommodari prædictas non poteſt.

Limitationem hanc lege, aut teſtimonio vllo doctorum Hannibal non confirmat. Ex tex. enim iuuari diximus in l. ita demum. ff. de arbitr. vbi ſtipulario pœnæ in compromiſſo aſcriptæ ſi factum quicquam aduerſus arbitri ſententiam erit, condicionẽ tacitam habet, ſi dolus malus à ſtipulatore abſit. Ideſt vt committi pœna contra ſententiam veniẽdo, non aliter poſſit, quam ſi citra dolum omnem prolata ſtipulatoris ſit, iudice puta, teſtibúsve à ſtipulatore non corruptis. Dolum modo admiſſum à ſtipulatore ſac, ab eoq́; pœnæ nomine agi; nunquid actionem ad pœnam mero iure habebit. Videbatur dicendum actionem mero iure non dari; perinde quaſi condicione deſecta pœnæ promiſſio ſit, dolo a ſtipulatore adhibito, & condicionem promiſſio pœnæ habeat, ſi dolus malus à ſtipulatore abſit. Sed enim actionem mero iure competere tex. ſentit, cum exceptionem dari reo ſcribit. Quæ neceſſaria exceptio vtiq; non eſſet, ſi iure ipſo actio ſtipulatori non competit. Quij igitur fit, vt condicione deficiente, ſub qua promiſſio facta pœnæ eſt, actionem iure mero ſtipulator habeat contra quã prohibitum lege eſt. l. pecuniam in ver. perinde eſt enim; ibique Caſtren. & alij. ff. ſi cer. pet. l. 1. in prin. infra de reg. cato. Idcirco mero iure actio accommodatur, ꝙ in executione, aut exactione pœnæ, nõ in ſubſtantia ipſa ſtipulationis aut obligationis cõditio illa ineſt; vt peti aut exigi pœna non aliter poſſit, quàm ſi à dolo ſtipulator vacat, non etiam in ſtipulatione condicio ineſt, vt non aliter committatur ſtipulatio aut debita pœna ſit, quàm ſi dolo ſtipulator careat. Ea propter cum in ſubſtantia obligationis condicio non inſit, mero iure promiſſor tenetur; meroq́ue iure actio ad pœnam competit, ſed ob condicionem illam tacitam, quæ executionem ſpectat, exceptio indulgetur. Conſequens his fit, actionis ortum ex defectu condicionis tacitę nõ impediri, quæ executioni hæret, Inde glo. error ibi deprehenditur, quæ ob condicionem tacitam fieri credidit, quominus actio nata ſit. Ita in ortu actionis prohibendo inter condiciones differre expreſsã, atque tacitam glo. credidit, vt debitor tacita ad ortum hunc actionis intercludendum ſit; in qua re melius glo. ſenſit in l. item quia. §. 1. in gl. magna. ff. de pact. Quod igitur, impeditus actionis ortus in d. l. ita demum non ſit, ob tacitam condicionem non fit; verum quód executionem condicio illa tacita reſpicit.

Ex tex. etiam limitatio hæc nona iuuatur in l. muto. §. 1. ff. de tutel. vbi cum ita tutor conſtituitur; Tutorem do, ſi ſatis datum ab eo erit, condicionalis tutela non dicitur; id quia ad executionem ſatiſdationis condicio apponitur, neceſſaria quippe ſatiſdatio ad executionem aut adminiſtrationem tutelæ eſt, eodem tex. ſpectat in l. auia. §. fi. infra de condi. & demon. in l. ſi decem cum petiero. ff. de verb. obl.

34 Bal. huc pertinet † in conſ. 478. quidam Frãciſcus lib. 1. quotiens ad executionem actus ineſſe iam producti, non ad principium eſſe condicio apponitur, condicionem deficiente, diſpoſitionem nõ perire, verbi gratia centum teſtator poſt teſtamentum cõditum Titio ita donat, vt vti eis ante nequeat, quã legata in teſtamento data conſecutæ filiæ erunt, ſi teſtamentum reuocatur, atque ideo legata conſequi filiæ non poſſunt, rata donatio manet, id quia condicio illa, vt re donata vti ita liceat, ſi legatum adeptæ filiæ erunt, executioni, ideſt ad vſum adiecta ipſius donationis eſt.

Ex Decio etiam limitatio hæc confirmatur in l. in omnibus obligationibus nu. 7. ff. de regu. iur. & in c. ſignificaſti nu. 14. de electio.

Idem in ſententia Soc. iun. probat in conſi. 45. nu. 2. verſ. nec dicatur lib. 2. vbi cum dominus actor in iudicio reali per iudicem declaratur, remq́ue dimittere aut reſtituere, ita iubetur, ſi pecunia ei certa ſoluta à petitore erit, executio tantummodo ſuſpenditur, vt rem reſtituere non ante victus debeat, quã ſolutio facta pecuniæ ſit. Sententia planè, ideſt dominij declaratio in ſuſpenſo non manet. Immo. n. dominus petitor & ante ſolutionem habetur.

Locum limitatio hæc nona in condicione etiã tacita habet, vt actum non ſuſpendet, ſi ad executionem ſpectat. d. l. ita demum, ibique Bar. ff. de arbitr. & Idem Bar. in d. l. item quia. ff. de pact. Dec. in c. 2. nu. 5. verſ. ſed aduertendum, & in c. cæterum circa fi. de reſcrip.

Sublimitationem limitatio hæc recipit, ne locũ in voluntate vltima habet, in qua condicionem ablatiui abſoluti denotant, quamuis adiecti executioni ſint. l. quibus diebus. §. quidam Titio infra de condicio. & demon. vbi qui, c. Titio pure legauerat, ita cauit, quas pecunias cuique legaui, eas hæres meus ſi mater mea moriatur dato, ſic niſi poſt mortem matris legata dari teſtator noluit. Quærebatur, condicionalia necne legata eſſent, ita relicta. Atq; ideo Titio legatario condicione pẽdente, ideſt matre ſuperſtite, defuncto, hæredes Titij legatum non ſequatur, Offilio viſum condicionale legatum non videri, cum ad executionem condicio ſpectet. Labeo contra ſenſit; id quia verba illa, ſi mater mea morietur hæres dato, idem atque illa pollent, niſi matre mea ante Titium mortua, hęres ne dato, quo caſu condicionem haud dubie legatum habet; ſi quidem ea condicionis natura eſt, vt impleri eam ante omnia oporteat. l. qui hæredi, §. fin. l. cum tale. §. 1. infra de condi. & demonſt. l. ea condicione, ibique Sali. C. de reſcin. vendi. Bar. in conſ. 4. Anto. de But. in conſ. 48. in prin. Rayn. à Forli. inter Signoroli reſpon. in conſi. vlt. num. 13. circa mediũ verſ. item ſubijcit quod tempus, vnde ſi matrẽ vita ante cedere teſtator voluit, quam præſtatio legatorum

rum fieret, non poſſunt verba illa, quas pecunias cuique legaui, eas hæres meus ſi mater mea morietur, dato, condicionem non facere, quamuis appoſita ad verbum dato executiuum ſint. Sublimitatio hęc ex Bar. deſumitur in d. l. 1, nu. 9. verſ. Tertia differentia, infra de condi. & demon. vbi referre in voluntate vltima non putat, circa diſpoſitionem an circa executionem ſi particula apponatur, conditionalē enim actum ſemper fieri. Ratio eadem ablatiuorū videtur, qui poſiti abſolute sūt. Quid enim intereſt, vtrum dicatur, ſi mater mea morietur, hæres meus legata dato, an matre mea mortua, dari legata volo. An non dictio niſi vtrobique ſubauditur, vt niſi matre ſublata, legata non præſtentur.

Contrarius ſublimitationi huic text. videtur in l. auia. §. fi. infra de condi. & demonſt. vbi executioni per ſi, particulam condicio adiecta condicionem in voluntate vltima non facit. Secundo caſus demum diuerſi in ſublimitatione hac fieri à Bar. videntur, ratione diuerſitatis vlla non redditur vt interſit, in voluntate vltima, an in contractu aſcripti ablatiui abſoluti ſint, cum ab vno ad alterum argumentādi ius regulariter ſit. l. ſeruum filij. §. cum qui chirographum infra de leg. 1.

Secundo obſtare ſublimitationi huic text. etiam videtur in l. ex his verbis. C. quan. dies legat. ced. vbi
35 † cum legata puræ filiæ relicta tunc accipi teſtator iuſſit, cum ad legitimum ſtatum, aut ad ætatem legitimam filia peruenerit, condicionem legata nō habent, ſed in tempus ætatis legitimæ dilata aut extracta petitio creditur. Atque adeo filia ante ætatem legitimam prærepta, ad hæredes eius legatum ambulat, eoq́ue præſtandum tempore erit, quo ad ætatem legitimam peruentura filia fuerat, ſi mortē nō obierat. Sed enim niſi poſt ætatem legitimam legata dari teſtator noluit.

Vnde ſpeciem hanc aliter Bal. explicat in l. ambiguitatem nu. 4. C. de vſufr. vbi intereſſe putat, vtrum legato pure relicto, præſtationi eius dies incertus cū aduerſatiua aut ſine apponatur. Si cum aduerſatiua, condicionem intelligi. d. l. quibus diebus. §. quidam Titio. Ibi enim niſi poſt mortem vxoris, legata dari teſtator noluit. Quæ dictio, niſi aduerſatiuæ vicem obtinet, & pro eo res eſt, vt ſi expreſſum à teſtatore ſit, ſed ante præſtari legata nolo, quàm vita functa mater ſit, aut poſt legatum pure relictum dies incertus ſine dictione vlla aduerſatiua aut contrariatiua apponitur, vt in d. l. ex his verbis, vbi poſt ætatem legitimam legata præſtanda teſtator cauit, Quo caſu condicionem non induci Bal. ſcribit. Si dixeris, caſus diuerſos tantummodo à Bal. fieri, ratione diuerſitatis vlla non expreſſa; nihilq́ue differre, cum, an ſine dictione aduerſatiua dies incertus præſtationi, aut executioni legati aſcribatur. Reſpondet Bal. rationem diuerſitatis interuenire. Quoniam vbi cum dictione aduerſatiua dies incertus præſtationi adijcitur, mens teſtatoris apparet, qui puritati legati aduerſari aut derogare ſenſit, vt quod purum erat, condicionale fieret. Rationem aliam eſſe, cum ſine dictionę aduerſatiua dies incertus executioni adiungitur; tunc enim puritati derogandi animus non apparet. Quocirca aduerſatiua non interueniente, purum legatum manere, quod relictum pure eſt. Ex eo confirmari caſus iſte poteſt, quod dici ſolet, qđ non mutatur, cur ſtare prohibetur. l. ſancimus. C. de teſtam. l. fi. C. de nouatio. l. præcipimus in fi. C. de appellatio. Diſtinctionem, & traditionem hanc Bald. in d. l. ambiguitatem, ſingularem & literis aureis adnotandam Cremenſis ſcribit Singul. 111. quid ſi teſtator.

Diſtinctio hæc Bal. probari iure non videtur, facit enim ſub dictione aduerſatiua diem incertum in d. §. quidam Titio, præſtationi adiectum, ſed nec per ſi, particulam adiectio facta diei incerti eſt, ſi mortua mater eſſet. Quod autem de dictione niſi tex. ait, interpretando id ſit, ꝙ intereſſe nō videtur, ex ſi, particula, an ex dictione niſi dies adiectus incertus ſit; vnde qua ratione, ſi, particula per dictionem niſi in d. §. quidam Titio quantum ad ſenſum exponitur, ita dicendū, & in tex. videtur. d. l. auia. §. fi.

Ratio item eadem mouere, & in ablatiuis videtur, qui expreſſi abſolute ſunt. Quas pecunias legaui, matre extincta præſtari iubeo, hoc eſt niſi morte ſublata, præſtari nolo. Sed & ex Bal. ipſo diſtinctio confutari hæc videtur in d. l. ex his n. 2. Pau. de Caſtr. in conſi. 153. ſuper primo dubio videtur dicendum, ꝙ cum dicta promiſſio col. 1. in fi. verſ. præterea leges illæ lib. 1. Iaſ. in l. ſi cui 1. §. 1. nu. 6. in fin. verſ. Tu dic ꝙ immo infra de leg. 1. & in l. quodcunque. §. non ſolum col. 2. poſt medium verſi. adde ad practicam. ff. de verb. obl. quibus in locis rationem aliam dictorum textuum §. quidam Titio, & d. l. ex his verbis eſſe putant, ꝙ tempus incertū in d. §. quidam Titio vertitur, ideſt tempus mortis, quod incertum circa quando eſt, quando ceſſurum ſit. Quod ſecus in d. l. ex his videtur, ibi enim certum eſt, tempus futurum ætatis legitimæ in genere eſt, quamuis incertum ſit, vtrum id euenturum in filia legataria ſit; ita certum tempus ætatis legitimæ in genere eſt, quamuis incertum in ſpecie legatarij dicatur. Quid dicendum text. hic ſecum pugnantes tres videntur in d. §. quidam Titio in d. l. auia §. fin. & in d. l. ex his ſpecies hæc controuerſa à voluntate tota teſtatoris pendet, & quidem ſi ex verbis voluntatem hanc metimur. ideſt vt in dictionem niſi ſi, particula quo ad ſenſum vertatur, vt in d. §. quidam Titio. Ratio eadē mouere, & in d. l. auia. §. fi. videtur, vt niſi poſt mortem matris dati tutores non videantur, quāuis ad executionem tutelæ verba ſpectent, æquæ ratio eadem interuenire, & in d. l. ex his videtur, etenim ſi poſt ætatem legitimam legatum præſtari teſtator iuſſit, ergo niſi ætate illa tranſacta, præſtari noluit.

Vnde aliter quam ex verbis ſolis diuerſitatē hāc voluntatis colligi teſtatoris oportet, ideſt ex qualitate perſonarum, aut rei, in d. l. auia. §. fi. conditionalis tutela quoad ſubſtantiam idcirco non fit, condicione ad executionem aſcripta, quod condicione admiſſa, deterius pupillæ ius in bonis poſtea quæſitis fieret. Præſumptio quippe cum tutoribus teſtamentarijs facit, melius aut vtilius per eos, atq; alios tutelam adminiſtrari, vtpotè quorum fidem compertam teſtator habuit, ſecutusve eſt, à quo electi ſunt. Ea ratione oneri ſatiſdandi teſtamentarius tutor non adſtringitur, quia approbatio eius à teſtatore facta pro ſatiſdatione eſt. l. teſtamento, infra de teſta. tut. l. 3. & l. ſi. inf. de confir. tut. l. fin. §. cum antiquitas, ibi paterno teſtamento pro ſatiſdatione ſufficiente. C. de cura. furio. Pupillæ igitur intereſt, condicionalem tutelam non fieri. Eam ob rem ad condicionem tutelæ cogitaſſe teſtator non creditur; vnde ius lædi pupillæ poſſet. Et à voluntate teſtatoris præſumpta id fieri, ne condicionalis tutela habeatur, non obſcurè oſtenditur. Quoniam & ſi maximè executioni aut adminiſtrationi tutelæ cōdicio aſcripta generaliter ſit, ne ad tutelam gerendam ante tutores accederēt, quàm vita mater functa impubere filia relicta, eſſet; Attamen limitationem aut reſtrictionem condicio illa generaliter adiecta recipit, vt ad quinquaginta ſub condicione filiæ relicta reſtringatur, ideſt vt ſeipſa tantummodo ante condicionis euentum adminiſtrare prohibiti tutores cenſeantur; idq́; ex veriſimili patris aut teſtatoris mēte; vt qua ratione ſub condicione legatum filiæ exhæredatæ dedit, ſi mortua mater eſſet, ita ius admini-

ſtrandi

ſtrandi ſub ea conditione permiſſum, ad legatum ipſum reſtringatur. Credibile quippe eſt, idcirco conditionem illam tutelæ adminiſtrandæ aſcriptam, quod ante conditionis illius euentum debitum legatũ nõ eſſet. In bonis plane alijs, quæ ad filiam aliunde vẽtura ante conditionis euentum eſſent, ratio illa adminiſtrationis ſuſpendendæ ſilet. Rurſus in bonis alijs pupillæ intereſt, ne ſuſpenſio adminiſtrationis in euentum conditionis inducatur. Eam ob rem cõditio ipſa tutelæ adminiſtrandæ generaliter adiecta, ad legatum reſtringitur, quod relictum ſub ea conditione eſt, & in quo ſolo ratio ipſa adminiſtrationis ſuſpendendæ verſatur. Ita ex voluntate teſtatoris fit, vt conditionalis tutela ipſa non æſtimetur, ne damnum inde pupilla ſentiat. Vnde conditionale ſolummodo ius ipſum adminiſtrandi habetur, nec id generaliter, vt in legato duntaxat, in tex. vero d. §. quidam Titio. conditionale legatum ex voluntate teſtatoris fit. Quoniam cum niſi matre mortua, legata præſtari teſtator noluerit, Signi eſt, matris, hæredisque cauſa conditionem illam præſtationi legatorum adiectam. Atque ideo quandiu inter viuos mater eſſet, chariores matrem hęredemue, quã Titium, aliósue legatarios teſtatori fuiſſe, Ea ratione legatarijs ante matrẽ ſublatis, ad hæredes eorũ trãſmiſſio non fit, qui cogniti fortè teſtatori nõ erant.

Simili modo ex mente teſtatoris fit, vt conditionale legatum in d. l. ex his non habeatur. Quæ mẽs inde deſumitur, quod alterius eius reſpectu, aut cõtemplatione adiecta conditio non eſt, vt nihil poſt ætatem legitimam legati præſtatio non fieret. Verum ad vtilitatem potius ipſius filiæ pertinere clauſula hæc videtur; vt legatum filia tunc acciperet, cũ eius adminiſtrandi rationem teneret. Ideſt cum ad ſtatum legitimum perueniſſet. vnde abſurda res videtur, vt quod in gratiam adiectum ipſius filiæ eſt, in perniciem eius, aut hæredum ſuorum cedat. l. nulla. ff. de ll. l. quod fauore. C. eo. tit.

Secundo quod ad diuerſitatem Textuum attinet in d. §. quidam Titio, & in d. l. ex his. dici põt ob id conditionem in d. l. ex his non induci, quod incertitudinem tantam dies illę ætatis legitimæ nõ continet, quantum mortis tempus, mortis enim tẽpus incertum omnino quantum ad diem certũ eſt, quando videlicet eſſurum ſit. Quæ incertitudo, & in genere, & in ſpecie verſatur. Cauſa alia ætatis legitimæ eſt tempus, cuius certum in genere eſt, vt anno vigeſimo quinto cedat, quamuis incertus euẽtus eius in ſpecie, aut in eo ſit, in quo adiectum tẽpus id eſt, vtrum perucnturus ad eam ætatem ſit Diuerſitatis huius rationem ita. Bald. obſeruat in d. l. ex his. nume. 2. Caſtren. in d. conſ. 153. col. 1. in fi. lib. 1. Iaſ. in d. l. ſi cui. 1. §. 1. nu. 6. in fi. infra de lega. 1. & in d. l. quodcunque §. non ſolum col. 2. poſt med. ff. de verb. oblig.

Tertio voluntas teſtatoris aliter deſumi, in d. l. ex his. videtur, ne conditionale ibi legatum fieret. Credidit enim teſtator ad ætatem legitimam filiã peruenturam naturæ ordine inſpecto, iuxta l. hæreditatum infra ad l. falci. Ea propter petitionis, aut ſolutionis differendæ non conditionis inducendæ cauſa, tempus illud aſcriptum ætatis legitimæ cenſeĩ. Quod cõtra in tpe mortis eſt ſimplicr̃ expreſſo, in quo dici nõ põt, ad id ętatis legatariũ victurũ teſtatorẽ exiſtimaſſe, cũ expſſio ætatis facta certa nõ ſit.

Decima limitatio ſequitur, vt locum regula ita
36 habeat, ſi † abſoluti ſimpliciter ablatiui sũt; ita ut per ſe aut abſolute conſiſtant, hoc eſt verà verbo vllo non regantur. Ius aliud ſeruandum, ſi à verbo quo reguntur. Ibi enim trahi ad conditionem nequeunt. Verum aut ad diſpoſitionem, aut ad facti ſuis narrationem pertinent, vt in l. 3 §. deinde. ff. de incen. ruina naufra. Ablatiui enim, de quibus ibi rate, naueque expugnata, conditionẽ non faciunt, ſi expugnata ratis, nauiſue ſit. Id quia abſolute, aut ſimpliciter per ſe non ſtant. Verum relationis vice funguntur. Ibi enim edictum prætoris à iuriſcõſulto declaratur, de quo in l. 1. in prin. eo. titu. Vnde verba ædicti prætoris in d. §. deinde. breuius referũtur, quæ expreſſa plenius in ædicto ipſo ſunt, ex particula in verba hæc aſcripta. Qui ex incendio, ruina, rate naueq; expugnata rapuiſſe quid dicentur. Quæ verba ex particula detracta in d. §. deinde circa interpretationem edicti referuntur. rate, naueq; expugnata. Itaque quamuis abſolute poſiti ablatiui illi videantur, Attamen quia reperita particula ex per relationem videtur. l. aſſe toto infra de hæred. inſti. l. ſi ita ſcripſero infra de cond. & demõ. l. ait prætor. § ſi iudex. ff. de re iud. particula ex, interueniente, abſolute conſiſtere ablatiui nequeunt, ex rate, naueq; expugnata. Verum à verbo rapuerit neceſſario reguntur. Si quis de rate, naueq; expugnata quid rapuerit. Quomodo enim per ſe ſine verbo conſiſtere ablatiui illi poterunt, ex rate naneq; expugnata. Ita Saluiol. hic no. nu. 29. circa med. Qui incogitatæ plus ſatis ab Hannib. hic taxatur nu. 25. Aliter enim ſcriptum apud Saluiolum refert. Ideſt vt abſolute ablatiui illi ſtent. in d. §. deinde, perinde quaſi relationis vice non fungant̃ obſeruarer.

Senſum poſteriorem Saluioli ad d. §. deinde appoſite magis taxare Hannibal poterat. Cum abſolute ablatiuos illus rateq; expugnata, accipi, atque ideò trahi ad conditionem poſſe, Saluiol. ſcribit. cum ad futurum cum præteritione quadam referantur, ita vti conditionis naturam poſcere teſtatum in ſuperioribus habemus, & Saluiol. ipſe docet num. 21. Quę expoſitio quamquam conſiſtere quoad verba poteſt, Re tamen perſpecta, admittenda non videtur. vtpote qua expoſitione admiſſa, ſubauditio neceſſaria ad ſenſum tex. apparet. Qui rate, naueq; ex pugnata, rapuiſſe quid dicentur. Subaudiendum enim videtur, rapuiſſe de ea quid dicentur, vt ſenſus ſit, qui poſt expugnationem nauis ratisve, de aut ex ea rapuiſſe quid dicẽntur. Itaque cum relatiuè ablatiuos illos intelligendo, citra ſubauditionẽ oẽm tex. procedat, Saluioli admittendus ſenſus non videtur, cum interpretationem reijci oporteat, quę ex ſubauditione conſiſtit. l. ſed & ſi pupillus. §. præſcribere. ff. de inſtitor. l. 1. §. 1. infra de his, quæ in teſtam. delcu. Signorol. in conſ. 76. circa fi. & in cõſil. 245. nu. 8. Bal. in conſ. 57. punctus quæſtionis col. 1. poſt med. lib. 5.

Rationem aliam d. §. deinde, cur conditionaliter intelligi ablatiui illi nequeant, Hannibal hic adducit nu. 25. quod expreſſi in lege ſunt. Quo caſu diſpoſitionem ex ablatiuis his induci Hannibal ſemper credidit, ſed expugnata in ſuperioribus Hãnib. opinio eſt.

Ratione enim mouetur, quod diſponendi facultas pœnes legem eſt. Quæ efficax ratio non eſt, cum nihil prohibeat, ſub conditione ab eo diſpoſitionẽ fieri, pœnes quem diſponendi poteſtas eſt. Secundo in Hannib. ipſum tex. retorquetur in d. §. deinde. vbi ad diſpoſitionem trahi ablatiui illi nequeunt, rate, naueque expugnata, cum ad caſus narrationę, non ad diſpoſitionem pertineãt. Quid enim diſpoſitionis intelligi in ablatiuis illis poſſit. Tertio ex tex. etiam Hannib. opi. præteritur in l. diuortio in princ. infra. eo. vbi in conditionem neceſſario ablatiui exponuntur, diuortio facto. Ideſt ſi factũ diuortium erit. Neque Hannib. reſponſio mouet nu. 26. verſ. ſed rurſus contra præmiſſa diſpoſitionem circa fructuum diuiſionem induci, quomodo diuidi fructus oporteat, quia fateor diſpoſitionem in fructi-

fru&ibus diuidendis induci,ſub conditione tamen, ſi factum diuortium erit. Vndecimo regula limi-
37 tatur, ne locum habeat, † cum vſus frequentioris cauſa expreſsio rei cuius per ablatiuos abſolutos ſit. Ibi enim momenti vllius non videntur, cum neq; conditionem,neque diſpoſitionem faciant, vt in l. 2. in prin. verſ. ſed ſi extraneum, infra de vulg. vbi ſcriptum eſt,pupillo extraneo pupillariter ſubſtitui, ſi pro nepote, filio præcedente, arrogatur. Conditio enim induci ex ablatiuis illis abſolutis,filio præcedente non poteſt. cum neceſſe non ſit, filiũ præcedere,vt nepotis robur arrogatio habeat. l.adoptare ff. de adoptio. Conditionem plane exiſtere ante debere, quàm effectum actus habeat,dictum ſupra, nec ſemel eſt. Diſpoſitio item ex ablatiuis illis in gratiam ſequi filij præcedẽtis nõ poteſt,cum actum quicquam circa filiũ non ſit. Eapropter nihil aliud ablatiui illi operantur,quàm ꝙ vſus cuiuſdam frequentioris cauſa expreſſi ſunt: quod ita fieri ſæpius aſſolet,vt filio interueniente,nepotis arrogatio fiat. Ita Iaſ.no. in d. verſi. ſed ſi extraneum,& hic nu.12. & nu. 23. in quarta limitatione in ſecunda lectu.Saluiol. nu. 29.

Aliter ablatiuos abſolutos in d. verſi.ſed ſi extraneum Hannib. hic interpræatur nu. 24. verſ. & ita poteſt reſponderi. ad diſpoſitionem ablatiuos illos valere in lege poſitos. Errorem ſuum Hannibal hic tuetur. In eumque tex. ille reijcitur.

Quam enim diſpoſitionem habere ablatiui illi abſoluti poſſunt. Quandoquidẽ nihil quicquam diſpoſitum circa filium eſt.

Expoſitionem aliam ad d. §. ſed ſi extraneum accommodari poſſe Hannibal idem ſcribit, aliter literam reponendo, vt pro præcedente prædecedente legatur. Ad quem modum legendo, diſpoſitio ſignificetur. vt efficax nepotis inſtitutio filio prædecedente fiat, quæ vires habitura filio ſuperſtite, eoque præterito non erat. Sed enim vicium hoc probandum literæ eſſet, vt legi prædecedente debeat. Secundo neceſſariam filij mortem ante arrogationem Hannibal putat,ſed enim quid prohibet,vtiſique & filium,& nepotem inſtitui? Et cum vtilis nepotis inſtitutio æſtimatur, habilia aliunde neceſſario præſupponuntur. l. qui teſtamento in princ. infra de teſta.

Aliter etiam ablatiuos illos abſolutos filio præcedente. Saluiol. hic interpræatur nu. 29. verſic. vel dic vltra doc. filio præcedente, ideſt filio prius inſtituto. aut exhæredato,ita vt ad actum,nõ ad perſonam verbum præcedente referatur,vt in actu inſtitutionis,aut exhæredationis nepotem præcedat. Ad quem modum conditionis vice ablatiui abſoluti erunt, filio præcedente. Ideſt ſi inſtitutus filius,aut exhæredatus prius erit.

Senſus iſte Saluiolus explodendus omnino eſt. Principio enim mos iſte loquendi ad iuriſconſultorum nitorem non pertinet. Quid enim locutionis eſt, filio præcedente quoad inſtitutionem videlicet aut exhæredationem.

Secundo ſubauditione carere ſenſus iſte non poteſt neceſſaria quippe ſubauditio circa inſtitutionẽ, aut exhæredationẽ eſt. At enim ſenſum hunc reijciendum,in quo opus ſubauditio eſt teſtatum ante habemus.

Tertio in Saluiolum ſenſus iſte regeritur. Conditionem enim in ablatiuis his abſolutis intelligi ita exponendo,& ſubaudiendo Saluiol. arbitratẽ. Quod falſum oſtenditur. Namque cum neceſſaria inſtitutio, aut exhæredatio ad robur teſtamento ſit. l. inter cætera infr. de lib. & poſth. inſti. de exhereda. lib. in prin. ſi ad inſtitutionem, aut exhæredationẽ filij ablatiuos abſolutos referimus, filio præcedente expreſſum id erit,quod tacitè inerat. Quo caſu intelligi conditio non poteſt. l. muto §.1. infra de tutel. l. aliquando,& l. quibus diebus §. termilius infr. de cond. & dem. l. fideiuſſor obligari. §. fi.ff.de fideiuſſor. Imola,& Iaſ in l huiuſmodi in princ.ſed plenius Iaſ. nu. 13. infra de leg: 1.

Ex limitatione hac vndecima limitatio regulæ colligitur, ita verba interpræanda, vt aliquid operentur locum enim nõ habet, quotiens vſus frequẽtioris cauſa verba ꝑferuntur, vt in d.l.a.in prin.verſ. ſed ſi extraneũ, vbi frugi vllius ablatiui illi abſoluti non ſunt filio præcedente, vtpotè qui gratia vſus expreſsi frequentioris ſunt.

Ad limitationẽ hanc limitatio, & illa confert, quæ accommodari ad regulam ſolet. Vnius incluſio alterius eſt excluſio, l. cum prætor: ff. de iudi. l. maritus. C. de procura. Locum quippe non habet,vbicumque vſus frequentioris cauſa quid includitur, quod frequentius id eueniat, glo. in l.3. in gl. s. verſ. vel dixit hoc. ff. de publicia. in clem. 1. in verſ. præſidentes. Ibiquodomini de reſcrip. Alex. in conſ. 65. circa fi. lib. 6. Iaſ.in l. licet inter priuatos. nu. 6. in fi.verſ. tertio moueor. C. de pactis. in conſ. 166.in fi.lib.4. Corſet. ſing. 24. tu habeſ. plenius ſingular. 119. dominus feudi. Petrus Gerardi ſing. 97 Curt. Iun. in l. iubere nu. 6 ff. de iuriſd. omn iud.Soc.iun.in conſ.8.nu.11.lib.2.

38 Duodecimo limitatur regula, vbicunque expreſſio eius per ablatiuos abſolutos fit, quod taciteneceſſarioque ineſt, ibi enim neque condicionem,neque diſpoſitionem faciunt; verum momenti nullius fiunt. l.muto.§.1.inſ. de tutel.l 3. infra de leg.1. l.aliquando.l.quibus diebus.§. termilius inſ. de cõd. & dem.l.fideiuſſor obligari.§.fi.ff.de fideiuſſ. Bal.in c.fi.num.10.de præſumptio. Imola & Iaſ. in d.l.huiuſmodi in prin.& plenius Iaſ. nu. 13. inſ.de leg.1.

Hoc ita,ſi neceſſario condicio ineſt, & eodem atque ineſt,modo exprimitur Bal.in d. c.fin. num. 10. de præſumptio.

Ex ſubr. hac colligi à docto. ſolet, matrimonio
39 ſoluto, † dotis nomen manere; idem ex tex.probatur in l.a.in prin.infra co.in l etiam.& l.ſeq.§.dotale verſ.hæredi quoque. ff.de fundo dotali. Barto. in conſi.85 in quæſtione Ioannis circa med. cum alijs apud Niconit.hic relatis in 2.notab.

Sed contrarij notabili huic tex. non pauci videntur,quibus oſtenditur,dotis nomen ſilere, vbi matrimonium non eſt, neq; matrimonio carere dotem poſſe.l.3.ff.de iure dot.l.fi.C.de dona.ante nupt.Idq; verum vſqueadeo eſt, vt ſi nuptijs nondum factis, dotis conſtitutio fiat,condicionem ſubauditam cõſtitutio promiſſiòve dotis habeat, ſi ſecutæ nuptiæ erunt. Quocirca condicione deficiente, viribus quoq; conſtitutio,promiſſiòve deficit. l. item quia. §.1.ff.de pact.l.ſtipulationem, & l. dotis promiſſio. ff. de iure dot. Equè cum dotis nomine genero qd pater filiæ legat, ſi ante gener filiàve mortem obit, quàm impletum matrimonium ſit, ad irritum legatum deducitur, vtpotè quod conſiſtere ſine matrimonio nequit.l. Titio centum. §. Titio genero verſ. ante nuptias inſ.de condi.& demon.eodem tex. ſpectat in l.1.in fi.ff.pro dote.in c. etſi neceſſe de dona. inter vir.& vx. Inde fit, vt acceſſionis vice in matrimonio dos fungatur; Namque ſi ſeparationem à matrimonio non recipit, non poteſt acceſſoria nõ dici; id enim neceſſarium æſtimatur, quod diuelli a principali nequit.l.Labeo.ff.quem.ſerui.ami. l.4.ff.depoſit.l. centum capuæ,& l.fi. ff. de eo,quod cer.loc.l.2.inf.de pecul.leg.l.aliam.ff. de nouatio.l. cum principalis. ff. de reg. iuris. l. eos in prin. C.de vſur cap. ſi ſuper gratia de offi. delega.lib.6.Dyn. in reg. acceſſorium per illum tex. lib. 6. Iaſ. hic nu. 4.

verſi. confirmo iſtam communem. in ſecunda lectu. & in rubri. infra de lega. 1. nu. 2. in fi. Atque in ſpecie, acceſſoriam matrimonij dotem eſſe Signorol. ſcribit in conſ. 214. col. fi. Soci. in conſ. 32. col. 2. poſt med. verſ. Secundo loco. lib. 3. per tex. in d. l. 3. ff. de iure dot. & in d. l. fi. C. de donat. ante nup. Inde Signorol. ſcribit, quæ inutilis initio ipſo ob matrimonij vicium dos fuerat, matrimonio cõfirmato, roborari. Itaque principali ideſt matrimonio remoto, quomodo dotis manere nomen poterit.

Secundo à matrimonio dotem pendere ambiguum non eſt. matrimonio igitur non interueniẽte, quomodo dotis ſuſtineri nomen poterit? l. 3. §. fi. infra de lib. & poſth. l. 3. §. fi. infra de iniuſto teſta. l. ab inteſtato infra de iure codicil. & alia complura apud Signorolum collecta in conſ. 217. nu. 3. in fi. verſ. præterea cum ius.

Tertio matrimonij contemplatione reſpectiue dos dicitur. Atque ideò correſpectiua dos, & matrimonium apparent eo vtiq; caſu, quo ſub dote matrimonium perficitur. In correſpectiuis planè vno non ſublato, alterum quoq; tolli non poteſt. l. etiã. §. ex cauſa. ff. de minor. l. cum emptor in prin. ff. de reſcind. vendi. l. clemens. § 1. infra de hæredi. inſti. l. ſi minor. infra de lega. 1. l. pamphilo. §. fi. infra de lega. 3. l. filio. §. matri. l. alumnæ. §. ſeia. & l. alteri infra de adim. lega. l. fi. ff. de acceptila. Freder. a Sen. in conſ. 237. factum eſt tale, quidam nomine Thomeus col. 2. Abb. in conſ. 61. nu. 2. verſic. moueor, lib. 2. Alex. in conſ. 111. col. 3. verſ. & attento quod illud capitulum. lib. 3 & quod Signorol. ſcribit in conſ. 14. col. 1. poſt med. correctionẽ in iure vno correſpectiuo ad alterum trahi, veluti cum ratione ſuccesſionis tutela defertur, iure ſuccedendi correcto, tutelę quoque ius mutari per glo. in auten. quas actiones, C. de ſacroſan. Eccl. quod dictum tamen exequendum hic non cenſui.

Conſequenter his dicendum, vt vbicumq, dotis mentio fit, matrimonium ibi præſupponatur, vt Niconit. hic ſcribit nu. 40. per tex. in §. 1. in authen. vt fratrum fil. Anchar. in clem. 1. col. pen. de probat. Barbat. in l. ſciendum col. 11. ff. de verb. obl.

Solutio. Verum eſt, dotem carere matrimonio non poſſe præſenti, vel præterito. Quoniam ſi matrimonium vnquam non fuit, dotis intelligi nomẽ non poteſt. Aliter atque ſi matrimoniũ olim fuit, quamuis finitum id ſit. Ibi enim nomen ipſum dotis durat, vt in rubr. hac, & C eo. Quibus in locis ſolut. matr. dos appellatur. Ita ſatis eſt, matrimoniũ aliquo tempore fuiſſe, vt dotis nomen vigeat. Ita in ſpecie glo. & Bart. docent in l. ſi marito §. 1. infr. eod. Caſtren. hic in princ. Niconit. nu 7. Socin. in conſ. 121. nu. 7. verſ. confirmantur prædicta lib. 1. & in conſ. 88. nu. 22. lib. 4. Ruin. in conſ. 225. col. 2. circa med. verſ. ſecundo principaliter, & in fin. conſ. lib. 1.

Sed enim reſponſioni huic glo. Bar. & aliorum obſtat, quod dici in acceſſorio ſolet, finem id cum principali accipere, quamuis principale ipſum fuerit. Immò enim cum interire acceſſorium vna ſimul cum principali dicimus, neceſſario fuiſſe principale facimus. aliter quippè diſſolui principale nequit. Quomodo enim perimi id poterit, quod nunquam fuit? l. manumiſsiones. ff. de iuſti. & iure. l. remittit. ff. de iureiuran. l. nam & ſi ſub conditione, verſi. poſt defectum infra de iniuſto teſta cum alijs apud glo. comparatis in c. ad diſſoluendum in ver. accuſari. de deſponſ. impub. Sic glo. Bart. & Doc. ratio in eos regeritur, cum aiunt, eo demum caſu ſine matrimonio dotem appellari, quo contractum matrimonium fuit. q. d. induci dos ſine matrimonio nequit, inducta tamen ſine eo conſtat.

Conſequens enim reſponſioni huic fit, vt quamuis ſine principali induci acceſſorium nequeat, inductum tamen ſine eo conſiſtat. neque principali extincto, acceſſorium interire. Atqui cum diſſolui acceſſorium cũ principali dicimus, neceſſario principale ipſum fuiſſe admittimus, & eo tamen peremptο, acceſſorium quoque deficere.

Vnde ratione alia, & quidem meliore, facilioréne, vt refelli argumentum poteſt. quo expreſsũ eſt, principali extincto, acceſſorium quoque interire. Locum ei non eſſe, vbicumq; ratio alia acceſſorij, atque principalis eſt. Alia quæ diſponentis mens in acceſſorio, quam in principali infirmando verſatur. Verbi gratia fideicommiſſi iure quid cui teſtator, & ſub conditione dat. Deinde eum ſimpliciter conditione quæ nulla adiecta rogat, vt decem Titio præſtet, ſi conditione fideicommiſſum deficit, atque ideò apud hæredem remanet, nunquid debita Titio decem erunt. Videbatur dicendum debita non eſſe, perinde quaſi fideicommiſſi principalis acceſſoria. vtpotè quo fideicommiſſo carere grauamen ipſum non poterat. Eam ob rem fideicommiſſo ipſo principali conditione defecto, grauamẽ quoque ſilere in 10. illis Titio erogãdis videbatur. Sed enim incolume grauamen hoc fieri, tex. probat in l. vnic. §. ne autem. C. de caduc. toll. no. Bar. in l. quandiu vit. in vltimis verbis infra de acq. hære. Alex. in conſ. 1. n. 20. lib. 1. Vnde fit, vt fideicõmiſſo principale perempto, onus quoque illud acceſſorium in decem præſtandis remotum nõ dicatur. Eo id fit, quod ratio fideicommiſſi perimendi, in onere hoc acceſſorio non verſatur. in quo adiecta conditio non eſt, atque ideo deficere in eo conditio non intelligitur. Rurſus mens ea teſtatori fuiſſe non creditur, vt irritum onus hoc fideicommiſſo deficiente fieret. Namq; ſi à fideicõmiſſario id præſtari minus honorato voluit, longè magis idem ſẽſiſſe creditur, cum apud hæredem vberius ditatum; fideicõmiſſum ipſum principale reſidet. Ita diuerſum acceſſorij, atque principalis ius ob rationem diuerſam admittitur. Idem ex tex. demonſtratur in l. qui fundum. §. 1. ff pro emptore, vbi poſſeſſio noua opus ad fundum acceſſorium eſt, qui fundo principali acceſsit. Cum qua ſententia tex. etiam facit in l. & ſi ts. C de præd. minor. Tradunt Bart & alij in l. 4. §. cato, in 1. oppoſ. ff. de ve b. obl. Corn. in conſ. 240. lib. 3. & apud nos in q. ſuper ſtatuto Ferraren. de indemn. mulier. nu. 13. 19. & ſeq. pone tracta. de antiq. temp ſed enim ratio diuerſa dotis abolendæ, atque matrimonij eſt. matrimoniũ quippè neceſſario morte ſoluitur, quæ neceſſitas in dote ſilet. Secundo dotis nomen ob priuilegia ei tributa ſpectatur. Ratio planè priuilegiorum matrimonio etiam finito perſeuerat ob nuptias alias repetendas.

Secundo ad argumentum reſpondetur. Totiens principali abolito, acceſſorium deleri, quotiens ex toto, non in partem, principale extinguitur. l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. ff. de inoff. teſtam. vbi teſtamento patris in partem ſolummodo reſciſo, effectum pupillare teſtamentum, ſeu ſubſtitutio pupillaris habet. Enimuerò viro vita functo, inſolidũ matrimonij effectus non perit, ſiquidem matrimonij iuribus, prærogatiuisve æque vidua fruitur, atq; eo conſtante. l. fœminæ in fi. ff. de Senator. l. filij. §. 1. ff. ad municip. Quo circa in eodem matrimonio perſeuerare vidua creditur. l. fi. C. de bonis mater. §. ſoluto in authen. de nuptijs. §. nuptialibus. in ver. pendente. in auten. neque virum. glo. in l. vni. §. exactio. C. de rei vxor. actio. inde vxorem matrimonio etiam ſoluto, tex. nominat in l. ſi quis

reum. §. idem Iulianus cum glo. in ver. vxor. infra de libera. lega. Tradit Alex. in conſ. 20. nu. 3. lib. 2. in conſ. 207. nu. 4. lib. 6. & in conſ. 125. nu. 6. circa med. lib. 7. Doc. in l. pen. ff. de iuriſd. om. iud. Nicon. hic nu. 14. Itaque nihil prohibet, & præcipuo hoc iure viduam frui, vt qua ratione conſtare adhuc matrimonium creditur, quandiù in orbitate degit, ita integrum, & matrimonij acceſſorium maneat, ideſt dos. ita vt priuilegijs ſuis non careat.

Si dixeris, ſpecialem rationem hanc eſſe, quæ à viduitate deducitur. Atque ideò nuptijs iteratis, dotis priuilegia non dari. cum reſtringi diſpoſitio à ratione ſpeciali ſoleat. l. credendum in princ. infra q pet. tutor. l. cum pater. §. dulciſſimis, infra de leg. 2. l. adigere. §. quamuis infra de iure patro, l. milites agrum in prin. ff. de re mili. Ang. in conſ. 190. viſa dicta quitatione. Areti. in conſ. 161. verũ eſt, quod comicus col. 3. circa med. verſi. audio quod etiam iſtud dictum reuocatur in dubium. &c. vbi verba ampla renunciationis ex cauſa aut ratione ſpeciali in ea adiecta, reſtringẽda Ang. cũ Aret. ſcribunt. Reſpondetur, locum argumento in diuiduis, & ſeparatis eſſe. Cauſa alia dotis eſt, cui priuilegia conceſſa ſtatim ſunt, quam ſolutum matrimonium eſt, ob id à nuptijs poſterioribus lædi priuilegia non conuenit. l. nupta in prin. infra eo. Secundo reſpondetur, arg. retorquendo. ob id enim doti viduæ tributa priuilegia ſunt, vt ad nuptias peruenire alias poſſit, vnde auctior liberis reſpublica fiat, Itaque ſi propter nuptias ipſas poſteriores introducta dotis priuilegia ſunt, eademq́ue vidua habet, ratio validior mouet, vt nuptijs eadem competere iteratis debeant. quia propter vnumquodq; tale, & illud magis auct. en. multo magis. C. de ſacroſanct. Eccleſ.

Tertio in expedito magis reſponſio videtur, quę ab inficiali ſtatu deſumitur, arg. ipſum negando, Ideſt acceſſoriam dotem matrimonij non eſſe defendendo.

Accedere quippè alij non dicitur, in quo rel potiſsima portio eſt, & ſine quo inutile aliud ſit. Quocirca acceſſoria domus portio non habetur, qua domus ipſa nititur. Anchar. in conſ. 160. preſupponitur in themate col. 2. circa med. per tex. in l. 1. §. 1. ff. ſi vſuſruct. pet. vbi aditu detracto, inutilis vſuſfructus æſtimatur. Inde Anchar. ait, acceſſoriũ domus aditum non intelligi, verum cum portio præcipua vſuſfructus ſit, æque eum principale dici. De quo genere dos in matrimonio videtur, In quo primum omnium data exquiri de dote ſolet. dotis qd virgini ſit. Inde lepidè ſcriptum apud comicum legitur, vicium vllum vitio nõ verti, dum comes modo dos ſit, per eam quæ fieri, vt imperia ſua viri vẽdirent. Partibus igitur principalibus in matrimonio dote fungente, fruſtra ab acceſſorio, arg. colligitur, ad irritum id principali perempto, deduci.

40 Eapropter eo pertinere† quæſtio non videtur, vtrum matrimonio finito, iura ſua præcipua perinde quaſi acceſſoria dos retineat, cum acceſſio in ea non cadat. At enim appoſita magis eo quæſtio ſpectat, vtrum cauſa remota, effectum quoq; amoueri opporteat, In qua ſpecie traditum eſt, effectũ non intercidere, qui conſumatus iam ſit. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iuris. l. illicitas in fi. ff. de offi. præſid. l. in rem. §. item quæcũque. ff. de rei vindica. l. quæcunq;. §. fi. ff. de publicia. l. ſi alienus. ff. de noxal. l. ſi cognatis infra de rebus dub. l. fi. in prin. infra vnde lib. l. ſed & ſi. §. arbor. ff. de acq. rer. dom. l. pen. §. 1. ff. de verb. obl. l. fi. ff. de decurio. l. antepe. C. de inſt. & ſubſt. l. 1. §. 1. C. de vſucapio. transfor. l. eam legem. Ibiq; gloſ. & l. eos. C. de excuſa. muner. lib. 10. l. fi. verſ. impetrata ſemel. C. de his qui numero lib. eod. lib. Bar. in l. Titia. 2. §. Imperator. nu. 10. verſ. quæro pone filij, infr. de leg. 2. & in l. 2. §. fi. ff. de donat. Dec. in c. cum ceſſante col. 1. de appellat. Effectus planè dotis conſumationem ſtatim accipit, atque vtile eſſe matrimonium cœpit. Eapropter matrimonio, aut cauſa ipſa dotis finita, effectum dotis finiri non conuenit, qui conſumatus iam ſit.

Si dixeris, dotem quidem negas, acceſſoriã matrimonij eſſe contra quam Signorol. viſum, & Socin. eſt. Sed enim ratione non leuj Signorol. cum Soci. impelluntur, quod matrimonio carere dos non poteſt, reſpondetur efficacem concludentẽmue rationem eorum non videri, eo enim id aiunt, quod ſine matrimonio induci dos nequit, vt in .ll. ab eis vocatis, Conſequens quippè non ſit, ſine parentibus gigni liberi nequeunt, ergo parentibus accedunt, aut acceſſorij iudicantur, ædificari domus ſine materia non poteſt. Ergo acceſſionis vice materia fungitur, & infinita id genus. Ad cum igitur caſum arg. pertinet, quo acceſſorium quid eſſe non dubitatur, ſine principali id non induci, vt in peculio ſerui, aut filij. Cæterum ob id acceſſorium quid non cenſetur, quod induci ſine alio nequeat. Aliter porro interpretantibus abſurda res conſequitur, vt acceſſorij loco in acie princeps habeatur, cui citra ſubditorum opem bellum gerere non liceat,

Ad rem item tex. non attinet in l. dotis promiſſio. ff. de iure dot. quo Signorol. nititur. matrimonij confirmatio ad dotem trahitur, ergo acceſſoria dicenda dos erit. Quoniam ad dotem confirmatio pertinere poteſt, non quaſi acceſſorium, verum quaſi partem eius principalem, & quam pro principali contrahentes habuerunt.

Inde etiam confutatio arg. illius deſumitur, acceſſorium id haberi, quod diuelli à principali nequit, ad id enim arg. pertinet, quod neque induci neque inductum conſiſtere abſq; alio nequit. Dos planè quamuis conſtitui ſine matrimonio non poſſit. Inducta tamen ab eo ſeparatur, vt pręcipuis eius fruat.

Locum opi. hæc haud dubiè habet, vſu communi loquendi perſpecto. Vulgò enim matrimonio etiam dirempto dotem appellamus Bal. & Salic. in l. 1. C. vnde vir, & vxor. Bal. in l. non ſine. nu. 2. in fi. C. de bonis quæ lib. Alex. in conſ. 55. col. fi. circa med. lib. 1. Soci. in d. conſ. 131. nu. 7. lib. 1.

Cõcluſio ex prædictis ſequitur, dotis nomen, & effectum matrimonio etiam diſtracto manere, Quæ locum concluſio tandiù habet, quamdiù apud hæredes mariti dos eſt. Cauſa alia dotis recuperatæ videtur. In ea enim dotis vocabulum, effectusq; eius deſinit. l. 3. in fi. ff. de fundo dotali. Bal. in l. ũ cõſtante in prin. circa med. verſi. in ea glo. ibi reddendæ. infra eo. in l. dotalem circa prin. infra de teſta. mili. in l. 1. C. ſine cenſu, vel reliq. & in l. ſi prædium. in fi. C. de iure dot. Idem Caſtren. hic probat per tex. in l. fi. C. com. vtr. iudi. De quo inducendo mox diſeremus. •Limitationi huic Soci. aſſentiiur in d. conſ. 121. nu. 9. & ſeq. & in conſ. 147. nu. 5. lib. 2.

Sententiæ, & limitationi huic tex. cõtradicit in l. ſi ſocius pro filia, ff. pro ſocio. vbi cum pactum cõuentum inter ſocios eſt, vt de communi ſociorum filiabus dotes conſtituantur, dotem deinde filiæ vni conſtitutam matrimonio dirupto pater recuperat, quærebatur dotis ne priuilegijs dos ita recuperata potiatur. Ita vt ſalua filiæ fieri ob matrimonium aliud contrahendum debeat. An vero redire ad ſocietatem debeat. Diſtinctio duplex à iuriſconſulto paulo adhibetur. Aut ſocietate durante, aut ea finita, recuperatio ſit. Rurſus aut morte filiæ, aut diuortio matrimonium dirimitur. Siquidem ſocietate

conſtan-

conſtante, & filia ſublata. dotis recuperatio fit, Societati dotem recuperatam reſtituendam. Ibi enim nihil eſt, quod de priuilegijs, & conſeruatione dotis tractetur, muliere extincta. Rurſus cum ſalua ſocietas ſit, iniquum fuerit, patris recuperantis in ſolidum dotem fieri. Quo circa in commune eam cōferri ratio poſtulat. Si autem diuortio, ſocietateq; ſalua, dotis recuperatio ſit, cum cauſa ſua facta dotis recuperatio creditur. Sic impedimento recuperatio dotis non eſt, quo minus cauſam ſuam, prærogatiuaſq; ſuas dos ipſa retineat. Ita limitationi huic tex. ille exagitat.

Tex. itē limitationi huic repugnat in l. fi. C. com. vtr. iudi. vbi patre mortuo, à quo dos recuperata filiæ eſt, præcipua ipſius filiæ dos fit. neque ad liberos alios patris defuncti pertinet, vbicunque diſparitas aliàs in filia ipſa verſaretur, quæ minus quam alij ex bonis patris acciperet. Sic æque præcipua filia recuperata dos matrimonio ſoluto remanet, atque eo durante erat. l. 3. §. ſed vtrum. ff. de minor. Eiuſdem generis tex. videtur in l. filiæ. a, C. de collatio. vbi dotem conferre ſimpliciter filia iubetur. atque ideò dos etiam recuperata dotis appellationi cedit, vt conferri, & ipſam oporteat.

Secundo principaliter contrarij limitationi huic Bal. Sali. Caſtren. & alij videntur in l. vni. in fi. C. vnde vir, & vxor. vbi cum dotem ſuam portiuncula quadam excepta, liberis conſeruare mulier iubetur; ad viduam etiam, cui reſtituta dos eſt, pertinere ſtatutum ſcribunt. Idem Caſtrenſi viſum in l. fin. ff. quan. actio de pec. l. eſt annalis. Alex. in conſ. 55. col. fi. lib. 1. & in conſ. 101. in princ. lib. 3. Iaſ. in conſ. 204. lib. 2. vbi in ſtatuto Iaſ. loquitur, quo certam dotis partem fratribus relinquere mulier debet, ad viduam id trahi. Dictum hoc Doc. ad limitationem hanc impugnandam cōferre ratione fortiore videt. Namq; ſi dotis nomen effectúſve poſt recuperationem eius, in perniciem mulieris durat, ne ex arbitrio diſponendi ius habeat contra quam ratio naturalis patitur. l. 1. §. non vſque adeo, infra ſi quis a paren. fuerit manu. & in re mandata. C. mādat. Ratio longe maior hortatur, vt ius idem ſeruari in mulieris gratiam debeat. hoc eſt vt iura ſua præcipua recuperata dos habeat.

Tertio limitationi hinc tex. obſtare præter doc. videtur in l. ſi poſſeſſor. §. ſed & ſi reb. ff. de petitio. hæredi. vbi cum res hæreditaria à defuncto poſſeſſoreve hæreditatis vendita, poſſeſſori hæreditatis quaſi morboſa redhibetur, precióq; reſtitutio emptori hæreditatis fit, in cauſam hæreditariam res ipſa recidit. Atque ideo non amplius quam rem ipsā hæredi reſtituere poſſeſſor debet. neque precio refuſo dando poſſeſſor tenetur, ita vt rem ipſe habeat, quæ minoris eſt, & precium hæredi præſtet, quanti res venit. Ita in cauſam ſuam priſtinam recuperata res venit.

Quarto limitationi huic Tex. etiam aduerſatur in l. ſi marito. in fi. ff. de fundo dotali, vbi ſi cum debitore fundi Corneliani, aut Semproniani matrimonium mulier contrahit, & quod debitum à marito erat, in dotem mulier promittit, quærebatur, cum alternatiuum debitum eſſet, vter fundus dotalis æſtimaretur, Cornelianus an Sempronianus, atq; ideò vtrius fundi alienandi facultas marito ſit. Reſpondet Aphricanus Iuriſconſultus, arbitrium mariti eſſe, vter fundus dotalis ſit. Atque ideo vtrū fundum malit, eum alienaturum. Idq; ex natura alternatiuæ, in qua electio debitori datur. l. plerunque. in fi. ff. de iure dot. Inde fit, vt ſi alienatio fundi facta vnius ſit, dotalis alter maneat; perinde quaſi electio illius ita facta per alienationem alterius ſit.

Sed quæſtionis eſt, quid ſi fundum alienatum maritus recuperat, aut redimit, vtrum in cauſam ſuā recidat. Ita vt eligendi ius, vter dotalis fundus ſit, denuo marito competat. Reſpondetur, ad cauſam ſuam priſtinam fundum recuperatum redire, vt electio marito detur, vter fundus dotis fiat. Atq; ideò qui dotalis fundus factus per alienationem alterius erat, alienari adhuc poterit. Tex. is ratione etiā validiore pugnare cum limitatione hac videtur. Etenim ſi in fauorem mariti, cauſam ſuam fundus recuperatus recipit, Quanto magis ius idem probandum in gratiam mulieris erit. Siquidem mulierum, non maritorum cauſa, dotium introducta priuilegia ſunt.

Auditor vnus à prælectione Tex. memoratos in d. l. ſi poſſeſſor. §. ſed & ſi res. & in d. l. ſi marito in fi. cum limitatione facere, atq; ideo retorqueri cōtendit. Siquidem ius priſtinum, quod ante alienationem erat, in textibus ipſis recuperatur. Quod idem, & in ſpecie limitationis fit, in qua ad ius priſtinum, quod ante conſtitutionem dotis erat, redditio fit. Ex tempore reſpondi, retorſionem ipſam reflectendo; quod ſi naturam priſtinam recuperata res recipit, longè facilius retineri acquiſita ſemel debebit. l. per retentionem. C. de vſur. Atque in ſpecie ex tex. id probatur in d. l. ſi ſocius pro filia. Ibi enim naturam ſuam recuperata dos retinet. quotiens finem matrimonium diuortio accipit, vt præcipua filiæ maneat, neque communis ſocietatis fiat. Ita limitationi aduerſarius tex. ille haud dubiè eſt. Idem ex tex. probatur in d. l. ſi marito. §. fi. ff. de fundo dotali. Ibi enim naturam ſuam fundus alienatus recipit, non quam ante matrimonium habebat, quo tempore dotis non erat. Verum quam matrimonio contracto induit, vt dotalis vna cum altero diſiunctim tamen poſt recuperationem fiat.

Contrarius item limitationi tex. oſtenditur in d. l. ſi poſſeſſor. §. ſed & ſi res. ff. de petitio. hæredit. Ibi enim qualis redhibita res eſt, atque adeo cum vitio ſuo reſtitutio eius fit: ſi dixeris, tanquam hæreditariam eam reſtitui: reſpondetur, hæreditariam rem etiam poſt alienationem manſiſſe, atque ideò peti quaſi hæreditaria, ab hærede vero poterat, ſi redhibita poſſeſſori non fuiſſet.

Quinto limitationi huic reclamare, vſus quoque loquendi communis videtur, quo Bal. Salic. & alij nituntur in d. l. vnic. in fi. C. vnde vir, & vxor. Quo vſu perſpecto, dotem etiam vulgo dictitant, quæ recuperata eſt.

Sexto obſeruandum pro limitatione ipſa iuuanda tex. à Caſtrenſi hic vocari in d. l. fin. C. com. vtriuſque iudi. Atqui in d. l. vni. in fi. C. vnde vir, & vxor. eundem tex. pro ſentētia diuerſa nominat, vt dotis nomen, effectúue poſt recuperationem ēt perſeueret. Ita tex. Idem in ſententias duas diuerſas ſecumq; pugnantes citatus à Caſtrenſi oſtenditur. Eodem tex. pro ſententia limitationi huic aduerſaria in dicta l. vnica in fin. Bald. cum Salicet. vtuntur. Sic pharmaco eodem morbis duobus, & ipſis contrarijs mederi Caſtren. parat. Sed quò pacto fieri id queat, vt ad ſententias diuerſas confirmandas tex. idem valeat, dubitari non immeritò poteſt. Quomodo ad limitationem ipſam infirmandam afferri tex. ille poſſit, inductio ſupra à nobis facta teſtatur, quod ad ſimilitudinem aliorum bonorum dos ibi à patre recuperata non iudicatur, verum præcipua apud filiam remanet, inæqualitate alias interueniente. Pro parte diuerſa, & ad limitationem ipſam iuuandam. tex. eundem à Caſtrenſi his ita inductū, atque extenſum credo, quod inæqualitate remota, quia minus filia habitura, quam liberi alij, nō ſit, præcipua filiæ dos non remanet. Verum in commune affertur, & ad liberos omnes ex æquo pertinet.

Sic ius ſuum præcipuum dos non retinet. Quo iure ſpectato, proprium filiæ patrimonium æſtimatur, d.l. 3. §. ſed virum: ff. de minor.

Sed enim & ſi maximè rationibus, aut reſpectib⁹ diuerſis ad ſententiam vtranq; iuuãdam citari, tex. memoratus poſſit. Attamen non rectè ad limitationem hanc confirmandam à Caſtren. vocatur. Principio quoniam ſi contra viduam, & in perniciem eius circa ſtatutum Senenſe, tex. is obſeruatur, vt dotis nomen effectúſue poſt recuperationem perſeueret, quanto magis ius idem admittendum in viduæ, ipſius gratiam erit. vti demonſtratum ſupra habemus. Secundò retorqueri Tex. ille contra Caſtren. & limitationem non ineptè poteſt. Ibi enim ius ſuum recuperata dos retinet, diſparitate interueniẽte, cum minus habitura filia foret, ſed enim cauſa hæc diſparitatis in ſpecie limitationis huius nõ ſpectatur, vbi de eo ſolummodo inquiritur, vtrum quo caſu ad mulierem ipſam ius dotis recuperatæ pertinet, priuilegia ſua habeat. Tertiò ad limitationem hanc tex. illum non attinere, aliter etiam demonſtratur, limitatio enim generaliter habet, dotis recuperatæ priuilegia vlla non eſſe. At enim generaliter tex. non loquitur in d.l.fi. Immo enim ad eum caſum reſtringitur quo inæqualitas ceſſat, vt ad ſimilitudinem aliorum bonorum patris, dos tunc æſtimetur, hoc eſt ad liberos omnes pertineat. Proinde de caſu vno ſpeciali, rationeque ſpeciali introducto ad caſus omnes generaliter, & in quibus ratio illa ſpecialis non mouet, tex. ille producitur. Atque ideo ex diuerſis arg. colligitur. l. fi. ff. de calumnia. l. Papinianus exuli. ff. de minor.

Quarto cum ad opinionem vtranq; tam quæ limitationi prodeſt, quàm quæ obeſt, tex. ille trahatur fundamentum in eo non rectè ponitur, l. duo ſunt Titii infra de teſta. tu. l. in ambiguo. Ibi Bart. infra de reb. dub. & id genus alia.

Quintò cum ad opinionem vtramq; tex. ille vocetur, ad neutram tamen attinet. In hoc enim tex. ille à Doc. citatur, quod de dote recuperata filiæ applicanda, vel non, diſceptatio ibi fit; vt quo caſu non applicatur, dotis naturam non habeat. Sed .n. dici ob id non poteſt, dotem recuperatam iure dotis, vel non, æſtimari, ita vt ex denominatione argumentari dotis liceat. Siquidem demonſtrationis faciendæ cauſa dos ibi denominatur: quo planũ fiat, quod ius in ſucceſſione cõſtitui de dote illa debeat.

41 Ad rem † quippè demonſtrandam non limitandã, aut diſponendam expreſſa in dubio verba creduntur. l. fi. §. Titia infra de libera. lega. Bar. in l. centurio. nu. 31. infra de vulga. & in l. cum pater. §. menſæ, nu. 8. infra de lega. 2. Caſtrenſ. in conſ. 219. in cauſa quæ vertitur coram Domino Poteſtate Meſtræ. col. 2. poſt med. lib. 2. & in caſu ſcito Carderi. tradit in conſ. 31. col. 2. de teſtam. Reſponſione hac Doc. vtitur, quamuis non perinde confirmet, in d. l. vni. col. pen. in fi. & col. ſeq. poſt prin. verſi. niſi dicatur. C. vnde vir, & vxor.

Apparet ex his, nihil eſſe, ꝙ tex. in d.l.fi. C. cõmu. vtr. iud. limitatio hæc iuuetur aut impugnetur. Eadem ratione ad quæſtionem ſtatuti Senenſis conferre tex. is non videtur, ſenſu hoc admiſſo, vt demõſtrandi cauſa tantummodò dotis mentio ibi fiat.

Ex alio etiam ad rem facere tex. ille nõ videtur, ꝙ ad materiam collationis ſpectat, conferri dos nécne debeat. Vnde & ſi maximè dotem conferri exactam, aut recuperatam etiam oporteat, conſequens ob id non fit, vt ad dotem recuperatam trahi ſtatutum debeat, quo certam partem eius liberis relinqui neceſſe eſt. Id quia ex diuerſis arg. deducitur, ideſt à fauore ad odium. Conferendi enim neceſſitas fauorem habet, vtpotè æqualitatis inter liberos ſeruandæ cauſa inſtituta. l. vt liberis, & l. illud. C. de collatio. inde Bal. ſcribit in l. inter filios per illum tex. cum glo. C. famil. herc. æquitati naturali contrariam diſpoſitionem eſſe, in qua æqualitatis ratio inter liberos non habetur; cui dictò Alex. ſubſcribit in conſ. 163. nu. 6 lib. 7. ſtatutum planè controuerſũ odioſum iurique contrarium eſſe proculdubio eſt; ita à fauore ad odium Bal. cum cæteris argumentari liquet. Aliter etiam arg. hoc inſerius accommodatur.

In animo verſabatur, vtrum ſententiæ vtrique & ipſi diuerſæ, rectéque conferre tex. poſſit in d.l.fi. C. com. vtr. iudi. atque vicio Caſtrenſi non dandum, qui tex. ipſum in ſententiam vtranque vocauit. Hoc eſt dotis nomen ad eam propriè non competere; quæ recuperata ſit, vtpotè cum bonis eius vnita, à quo facta recuperatio eſt, vt ex d.l. fi. probatur. ibi ſed quaſi paternæ facta ſubſtantiæ ſit; idque hæreditatis exemplo. quæ hæreditas dici propriè non poteſt, poſtquam adita eſt: vnde rectè à Caſtrenſi tex. ille citatus hic erit, dotem propriè non dici, quæ recuperata ſit. Equè ad ſentẽtiam Bal. Sali. & Caſtrẽſ. in d.l. vni. tex. idem proſit in d.l.fi. ad hunc modum inducendo. Et ſi maximè dos propriè non æſtimetur, quæ exacta, aut recuperata ſit, ad eam tamen ſtatutum pertinere, de quo in d.l. vni. Bal. cum cæteris mentionem faciunt. idque per tex. in d.l.fi. vbi quãuis dos propriè non ſit, quæ recuperata eſt; ad eam tamen conferendi neceſſitas non minus quam ad dotem propriam trahitur; id quia ratio eadem in dote impropria & recuperata, atq; in dote propria verſatur, hoc eſt vt æqualitas inter liberos ſeruetur. Tantundem probãdum & in ſtatuto videtur, quod in dote loquitur, vt ratione eadem interueniente, ad dotem impropriam extendatur, quæ recuperata ſit. Ad quem modum rem expendendo, contrarietatis quicquam in Caſtrenſ. non erit, qui tex. eundẽ in ſententias duas, & ipſas diuerſas confirmandas protulerit. Id enim rectè fieri reſpectibus diuerſis potuit; in hac rubr. videlicet reſpectu ſignificationis propriæ, vt doti recuperatæ non conueniat. & in d.l. vni. reſpectu extenſionis, vt ſignificatione impropria admiſſa, locum tamen extenſio de ſignificatione propria ad impropriam ob rationem eandem habeat; id quod probari in d.l.fi. videtur.

Itaque contrarietatis reus accuſari ita poſſet, ſi in hoc ab eo citatus tex. ille ſit in d.l. vni. C. vnde vir & vx. vt dos propriè dicatur, quæ recuperata ſit. Atque ideo ex ſignificatu proprio fieri, vt ad dotem hanc recuperatam ſtatutum pertineat. Namque ſi eodem ſignificationis propriæ reſpectu tex. idẽ productus à Caſtren. dicitur, contradictionis excuſari vtique non poterit. Vnde animus eius ſcrutandus, extẽſionisne, an ſignificationis cauſa in d.l. vni. tex. Caſtren. vocauerit in d. l.fi.

Vnum hic, atque alterum principaliter incurrit. Primũ, vera, nécne limitatio generaliter in materia etiam fauorabili ſit, vt dotis nomen & effectus poſt recuperationem eius ſileat. Alterum ad odioſa ſpectat, cuiuſmodi Senarum. Mutinęve ſtatutum habetur; circa primum poſita res extra controuerſiam videtur. Siquidem Bal. & aliorum ſententiam in d. l. vni. admittimus, vt in ſtatuto odioſo locum dotis nomen effectúſque habeat. Etenim ſi in materia id inuita admittimus, quanto magis ius idem recipiendum in materia gratioſa erit. l. cum quidam infra de lib. & poſth. reg. odia lib. 6.

Secundò dotem recuperatam dici non propriè ſac, latè tamen. impropriéque eam intelligi in materia fauorabili conuenit, ita vt effectum priuilegia que dotis habeat. c. fi. de præben. iuncto cap. pen. de verbo. ſignif. Ex quibus tex. coniunctis ita Calderin.

ſcribit

ſcribit in conſ. 19. de regular. idem ex Iaſ. probatur in l. 4. §. prætor ait nu. 6. ff. de in ius voc. quem tex. interpretatus vna ſimul cum l. 2. eſt. cum extenſionẽ in materia permittendam fauorabili ſcribit. Locus quippè extenſioni non eſt verborum proprietate admiſſa. Siquidem ex proprietate citra omne extẽſionis adminiculum caſus tunc diſpoſitioni cedũt; Sed & locutionem impropriam in materia fauorabili admittendam, expreſſim ibi Iaſ. ait nu. 7. verſic. nota perpetuò. ibique ampliat, etiam cum per ſtatutum fauor inducitur; idem locupletius Iaſ. tradit in l. quod Seruius num. 3. ff. de condi. ob cauſ. idem Iaſ. notat in l. non dubium nu. 42. C. de ll. in l. 1. §. hoc autem num. 7. inf. ad Trebel. in 2. lectu. & in l. qui ſe patris num. 55. in fi. & nu. 56 in fin. C. vnde lib. Crot. in rubr. ff. de ope. no. nuncia num. 29. & in rubr. ff. de acquir. poſſ. num. 31. in fi. idem ex Corſeto declaratur ſing. 163. an filius col. 2. circa med. vbi à verbis diſcedere phas eſſe ait, religionis, aut monaſterij cã ob fauorem eius per tex. in auctẽn. niſi rogati. C. ad Trebel. & in c. in præſentia de proba. Ex ſupra id ſcite magis oſtenditur in d. l. qui ſe patris nu. 75. ex mente diſponentis offenſionem verborum hoc ipſo admitti, quod materia fauorabilis verſatur, ob mentem planè diſponentis verborum læſionem admitti palam eſt. l. non aliter inf. de leg. 3. ex Caſtren. id iuuat in l. vbi verborum inf. de reb. dub. ſcitè magis in l. in ambiguo col. fi. eod. tit. Ad ſententiam hanc conferre tex. videtur in l. Senatuſconſulto, & in l. libertum. §. pen ff. de ritu nup. quos tex. Crot. hic nominat nu. 10. poſt med.

Cum ſententia hac tex. docto. que faciunt, quibus viſum eſt, late verba in materia fauorabili accipienda l. ſi. ff. de conſt. prin. l. in teſtamẽtis. ff. de reg. iur. l. neque Dorotheum. C. de decurio. lib. 10. l. ſi quãdo. C. de bon. vacan. co. lib. c. cum dilecti ſecundũ vnũ ſenſum de dona. Signorol. in cõſ. 61 nu. 10. Alex. in conſ. 48. num. 6. lib. 1. in conſ. 37. num. 12. lib. 6. Dec. in conſ. 69. col. 3. ante fin. & in conſ. 76. col. 2. circa med. Iaſ. in l. Gallus. §. inſtituens num. 22. verſ. cõtrariam opinionem, quod in vltimis voluntatibus, & nu. 28. in fi. verſ. ſecundo aduerte. inf. de lib. & poſthum. ſi latè, ergo impropriè, quotiens ſpeciei, non generis ſignificatio vertitur. Alter quippè ſi ad propriã ſolummodo ſignificationem ſpectamus, ſtrictim vtique non latè verba accipimus; & in ſpecie magis, ex Bal. id confirmatur in conſ. 286. ſuper primo puncto, quo quæritur, an pronunciato, nu. 7. lib. 3. ad dotem legatam ante matrimonium contractu ſtatutum porrigẽdum, quo expreſſum eſt, præſcriptionem in dotibus non currere, quamuis dos impropriè ante matrimonium non ſit. Id quia fauorabilis dotis cauſa habetur. Ratione fortiore ad ſpeciẽ hanc Bal. dictum quadrat. Namque ſi dotis nomẽ ante matrimonium in ſtatuto admittimus, longè magis matrimonio peracto licet diſſoluto, ex his, quæ ſcripta in ielo. q. huius ſunt cum glo. Bart. que retulimus in l. ſi marito. §. 1. inf. eo. Caſtr. & alios hic. Cum ſententia hac in ſpecie etiam Socin. hic facit in prin. & in 1. conclu.

Tertio ratione validiore etiam proſterni limira-
42 tio hæc videtur. Locum extenſio † in materia ſtricta etiam, atque odioſa ob rationem eandem habet, vbicumque caſus vnus ſub alio compræhẽdi ex lata ſaltem, aut impropria ſignificatione poteſt. l. filium habeo. ff. ad Macedo. l. libertum. §. 1. ff. de ritu nup. Roma. in conſ. 129. licet magna. Alex. in l. 3. §. ſi procurator in fi. ff. quod quiſque iuris. Soci. hic nu. 18. Crot. nu. 23. cum alijs apud nos comparatis in conſ. 155. nu. 8. in rubri. infra de legat. 1. nu. 31. Cumulatiuus in tract. de antiq. temp. parte quarta nu. 41. & ſeq. Sed enim dotem largè ſaltem aut impropriè dici, quæ recepta matrimonio dirupto eſt, dubitandum non videtur: quatenus dote etiam largè dici, quæ legata ante matrimonium ſit, teſtatum mox habemus.

Conſequenter his dicendum, vt ratione eadem in dote recuperata interueniente, hoc eſt vbicunq; fauor mulieris monet, vt prærogatiuas ſuas id genus dos habeat, ad dotem recuperatam diſpoſitionem prætendendam, quæ introducta in dote eſt.

Negocium maius in ſecundo articulo vertitur: qui ad ſpeciem odioſam ſpectat, quale ſtatuto Senarum, Mutinæve eſt, vtrum dotis nomen ad recuperatam pertineat. In qua re Bal. & aliorum relata ſententia eſt in d. l. vni. C. vnde vir, & vxor. locum ſtatuto, & in dote recuperata eſſe, per tex. in d. l. Si ſocius pro filia. ff. pro ſocio. in d. l. fi. C. com. vtr. iudi. & in d. l. filiæ. 2. C. famil. her. Et quia tex. in d. l. fi. pro contrariu à Caſtren. hic vocatur, ne dos æſtimetur, quæ recepta ſit, pro ſententia hac Bal. & aliorum, tex. illum. Ita Soci. hic inducit. In ſtatuto id genus æqualitatem inter liberos ſeruare mater iubetur, quibus dotem ſuam relinquere ex æquo cogitur. Dotes item conſerendi neceſſitas ob cãdẽ æqualitatis cauſam introducta eſt. l. vt liberis, & l. illud. C. de collatio. Vnde qua ratione dotem, etiam recuperatam conferre mulier debet, ita & eam liberis ſeruare neceſſe habebit, cum eadem æqualitatis ratio vtrubiq; interueniat. Inductionem hanc Soci. Deci. probat in d. l. vni. col. pen. in fi. C. vnde vir & vxor.

Inductio hæc Soci. placere mihi non poteſt. Principio enim innuit, rationem maiorem dubitandi in dote conferenda verſari, quæ recuperata ſit. Siquidem in dote nondum exacta dubitatio nõ eſt, quin dotis appellatione veniat. Sed enim ratio minor dubitandi in materia collationis circa dotem recuperatam verſari vocabuli æthimologia perſpecta videtur. Conferre enim ideſt ſimul ferre, ad dotẽ melius competit, quæ ferri poteſt. Ferri quippè aut portari dos nequit, quæ exacta nondum eſt. Et rationẽ minorem dubitandi in dote verſari, quæ exacta eſt, probari ex tex. videtur in l. 2. & l. 5. C. de collatio. Secundo ex diuerſis conſtare Soci. inductio videtur, in quibus ratio diuerſitatis vertitur. Ab æqualitate enim argumentatur, quæ in collatione obſeruatur, ad eam, quæ in ſtatuto ſpectatur. Sed enim ratio multo diuerſa æqualitatis vnius, atque alterius eſt. in collatione quippe tertij incommodum in æqualitate non vertitur. Immo enim deterior liberorũ conditio fieret, ſi locus collationi non ſit, portionẽ ampliorem filia auferente, quæ vltra dotem, æquã cum liberis alijs portionem acciperet.

Quo circa æquitatis ratio coniuncta cum æqualitate eſt. Cauſa alia æqualitatis apparet, quæ in ſtatuto memorato intelligitur. per mixtã enim matris iniuriam, læſionémue habet, cui de dote ſua ex arbitrio diſponendi facultas eripitur. Ita odio ſtatutũ carere quantum ad matrem non poteſt. Secundum quę à caſu merè fauorabili ad caſum cum odio permixtum non obſcurè Soci. colligit.

Tertio conſequens dicto Soci. fit, locum ſtatuto non eſſe, vbicumque plus filio primogenito, quàm alijs relinquere neceſſe vidua haberet. Sed enim ſi Bal. & doc. mentem verbaq; in d. l. vni. perſpicimus, locum ſtatuto eſſe ſimpliciter ſentiunt, æqualis vel non, liberorum conditio fiat. Ex Iaſ. etiam Soci. inductio euertitur in d. conſ. 204. lib. 2. vbi in ſtatuto loquitur, quo dotem fratribus relinquere ſoror iubetur. Atqui ratio hæc æqualitatis circa collationem, in fratribus non verſatur. cum locus collationi in ſucceſſione tranſuerſalium non ſit.

Quartò ſi rationem hanc æqualitatis in ſtatuto

agnoſcimus,& factum ob eam ſolummodo, dicimus,vt ad dotem exactam ſtatutum porrigatur,falſum erit,quod Soci. ait, ex ll. à Bal. prolatis ſententiam eius iuuari: Siquidem te‥ etiam nominar in d. l. ſi ſocius pro filia, vbi dot‥ nomen effectúſue poſt exactionem retinetur, quamuis æqualitatis ratin vlla id non moneat, aut ſuadeat. Qui tex. Inductioni Soci. refragari non obſcurè videtur: quoniã vti in arg. dictum proximo habemus, reſtringi Bal. dictum ad eũ caſum oportet, quo æqualitatis ratio interuenit, eaq; ſeruatur. Sed enim ratio hæc æqualitatis intelligi in tex. memorato non poteſt.

Apparet ex his, Bal. & comitum eius ſententiam ex ll. non iuuari, quæ productæ ab eis ſunt. Et quidem de tex. in d. l. fi. C. vni. ver. iudi. & in d. l. filiæ. 2. C. de colla. dictum ſatis ante eſt. Ad rem Tex. nihilo magis attinet in d. l. ſi ſocius pro filia. Quoniam filiæ ibi fauor, vtilitaſq; vertitur, ob id ad caſum trahendus non videtur qui onero ſus filiæ, aut mulieri ſit. Siquidem argumentandi ius à fauore permitti ad odium non ſolere, dictum ſupra,& demonſtratum habemus. Denique ex ll. memoraris Bal. & partium eius opinionem non confirmari, ex Caſtren. hic non obſcurè demonſtratur, dupliciter verba, mentemq; eius expendendo.

Principio cum opinionem negatiuam, dotis nomen, atq; effectum poſt recuperationem non manere, per tex. probat in d. l. fi. Itaque ſi ad opi. negatiuam confirmandam tex. ille valet, quomodo affirmatiua iuuari ex eo poterit.

Secundo cum ſtatuti Senenſis memoriã hic Caſtrenſ. habet, Bal. opinionem ex ll. ab eo relatis nõ amplectitur. Verum ex mente eam ſtatuentiũ, cõmuniq; loquendi vſu comprobat. In qua re non obſcurè Caſtren. ſentit, ex ipſa vocabuli proprietate, Bal. dictum non iuuari, quod dos dicatur, quæ exacta ſit. Quorſum enim a mente ſtatuentium, & cõmuni loquendi vſu opem petere, ſi ipſum dotis nomen auxilio eſt. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de lega. 3. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obl.

Si dixeris, ex tex. alijs Bal. opi. defendi, quos contra eum Caſtren. non opponit. Id eſt in d. l. ſi ſocius pro filia,& in d. l. filiæ. 2. Reſpondetur. Et ſi maximè aduerſus. Bal. tex. illi non proferantur, cum eo tamen non facere hoc ipſo Caſtrenſi vitium, quod textuum eorum adminiculo non vtitur. Verũ mentem ſtatuti communemq; loquendi vſum ſolũmodo obſeruat. Secundo ad Bal. opin. iuuandam tex. illos non prodeſſe, demonſtratum ſupra habemus, Id quia ad vtilitatem mulieris tex. pertinet in d. l. ſi ſocius pro filia. Quocirca interpretari contra eam non debet. l. nulla. ff. de ll. l. quod fauore. C. eo. titu. In tex. item. d. l. filij fauor liberorum ſine iniuria cuiuſquam verſatur, neque odium permixtũ cuiuſpiam habet. Eapropter ad caſum trahi ſtatuti non debebit, in quo ex iniuria, & incommodo matris fauori conſultum liberorum eſt.

Aliter etiam ad tex. reſpondetur in d. l. filiæ. 2. quod dos conferri exacta debeat, eo non fieri, ꝙ dotis nomen ad recuperatam pertineat. Verum ꝙ donatio in ea ob cauſam ineſt. Quam donationẽ ob cauſam conferri, dotis etiam titulo remoto, proculdubio eſt. l. pen. C. de collatio.

Difficultatem hanc Soci. perſpiciens, neq; inductione ſua admodum fretus aliter Bal. & Doc. dictum ſulciri in ſtatuto id genus poſſe ſubijcit. Id eſt ex his, quæ in concluſionibus ſuis ſcripta ab eo ſunt. Quid Soci. ageret, cum ita ſcripſit aſſequi ſatis nequeo. Siquidem Bal. ipſi obſtant nedum opitulantẽ, quæ in concluſionibus relata Soc. ſunt. In prima enim concluſione extenſionem ad dotem faciendam impropriam putat, vbicunq; fauor mulieris

43 expoſtulat. ſed enim † odioſum,& mulieri contrarium ſtatutum apparet, quo facultate dotis ex arbitrio diſponendæ mulieri interdicitur. Bal. in l. 1. nu. 58. C. de Summ. Trin. & fid. cat. Cuma. in cõſ. 30. nu. 4. verſ. quamuis ergo ſtatutum. Deci. in conſ. 540. nu. 7. vbi odioſum ſtatutum habetur, quo vxori pro arbitrio relinquere maritus non permittitur. De quo vberius infra verſ. ſed iterum contra Bal. Et in vniuerſum, odioſa diſpoſitio æſtimatur, quæ à iure communi abhorret. l. ius ſingulare, & l. quod vero contra. ff. de ll. l. ſi vero. §. de viro. infra eo. l. 2. C. de noxal. l. aduerſus. C. de nuptijs. c. cum dilectus de conſuetu. c. quod dilectio de conſangui. & affi. c. 1. & 2. de filijs Presby. lib. 6. Bal. in l. non ſine. nu. 5. C. de bonis quæ lib. Abb. in conſ. 1. col. 2. circa med. lib. 1. & in conſ. 117. col. 1. lib. 2. Corn. in conſ. 89. col. 3. lib. 3. & in conſ. 271. col. 4. lib. 4. odio igitur in ſtatuto id genus ex parte mulieris admiſſo, prima Socin. concluſio in eum regeritur, vt Baldi,& cæterorum concluſioni noceat, nedũ proſit. Siquidem impropriè verba in materia odioſa intelligenda non eſſe, prima Socini cõcluſio habet, ad excluſionem alterius ab incluſione vnius argumentando. l. cum prætor. ff. de iudi. l. maritus. C. de procurat.

Eque Bal. opinioni quarta Soci. concluſ. refragatur; In qua dotis nomen perire confeſtim ait, vt recuperatio facta eius eſt. Id quia vnitatem cũ patrimonio mulieris, aut patris eius fecit. Similiter vt in hæreditate dicimus, quæ hæreditas eſſe illico deſinit, vt agnita ab hærede eſt. l. Sed ſi plures. §. ſi ſi illo infra de vulga. l. qui Titij infra de his quibus vt indig. l. 1. §. præterea. ff. de ſepara. l. fi. in fi. C. de inoff. teſta. inſti. quibus manu. licet, vel nõ in prin. & §. 1. inſt. de hæredum quali. & differ. glo. 1. in l. 1. & in l. fi. ff. de fideicom. hæredi. petitio. in l. 1. §. veteres. Ibiq; doc. ff. de acq. poſſ. Bar. in rubr. infr. de acq. hæredi. nu. 1. circa med. Pro qua ſententia Doc. quamplurimos inuenit hic conuocat. nu. 38. Glo. etiam refert in l. 2. ff de poſſeſſ. hæredi. petitio. Quæ verbum de hoc non facit. Secundũ quæ, Bal. opinioni non obſcurè reclamant, quæ apud Soci. ſcripta in quarta concluſione ſunt. Quo magis admiror, quomodo ita ſcribi ab eo potuit, ex concluſionibus eius. Bal. ſententiam adiuuari. Quanto prudentius,& conſultius ſcriptum à Soci. fuerat, ex concluſionibus eius prima, & quarta Baldi dictum impugnari.

Intelligere ex his poſſumus, Bal. & doc. cum eo facientium ſententiam, neque ex legibus ab eo relatis, neq; ex Soci. concluſionibus confirmari, at oppugnari potius. Quocirca aliundè auxilium petendum, nunquid argumentis rationibúſue alijs defendi opinio hæc poſſit. Caſtren. hic mentem ſtatuentium, vſumq; communem loquẽdi auxilio eſſe Baldo putat. quod de dote recuperata non minus atq; non exacta ſenſiſſe ſtatuentes videantur. Rurſus in vſu ipſo loquendi, æque dotem appellamus, quæ exacta ſit, atque non exacta.

Quod ad mentem ſtatuentiũ attinet, ſciendũ eſt, ad rationis identitatem argumentũ ſpectare, quod à mente deducitur. Siquidem ex ratione deriuari,& percipi mens ipſa ſolet. l. cum mulier. 1. Ibiq; Alex. poſt Bal. in quinto nota. infra eo. c. intelligentia de verb. ſigni. glo. in l. ſi in venditione in fi. in glo. nota. cauſam verborum. ff. com. præd. Pau. de Ca. in conſ. 148. viſo,& examinato puncto. col. 2. lib. 1. Aliud quippè ſtatuti mens, atque ratio eius non eſt. Dyn. in c. ſi. de reg. iuris. lib. 6. Bar. in l. non dubiũ nu. 10. Ibiq; Bal. nu. 8. C. de ll. Corn. in conſ. 307. col. 3. lib. 4. Inde apud Bal. ſcriptum nec inſcitè eſt in conſ. 121. à capite num. 6. in fi. lib. 3. ex ratione

magis quam ex verbis mentem oſtendi per tex. in l.
iuris gentium. §. pactorum. ff. de pactis. Eápropter
illud videndum, verum ratio eadem in dote recupe
rata, atque non exacta interueniat.

Et quidem quod ad rationem attinet, vt mentem
ex ea colligere ſtatuti liceat, expreſſam eã eſſe Are-
tin. hic putat nu. x. circa fi. per ea, quæ apud recen-
tiores habentur in l. ſi vero. §. de viro infra eo. Sed
enim ex ratione etiam tacita argumentandi men-
temq; colligendi ius eſſe, Soci. hic ait nu. 18. ex Bal.
in l. fi. nu. 6. in fi. C. de lib. præteri. Alex. in l. ſi con
ſtante in princ. col. 3. in fi. verſ. fortius videtur in ſ.
eo. Idem ex Abb. probatur in c. fi. nu. 1x. in fi. de iu
reiur. & in c. ſecundo requiris in 1. notab. de appel
lat. vbi ex ratione etiam tacita legem gubernari
ſcribit. Et in d. c. ſecundo requiris, mentem diſpo-
nentis ex ratione pcipi, vel tacita ait. De quo apud
Decium etiam habetur in c. ſuggeſtum in x. nota.
de appell. in conſ. 64. col. 4. in fi. verſ. & ſic mani-
feſte infertur, & in conſ. 333. nu. 7. & in fi. conſ.

Areti. partes ſuſcipiendo, ad arg. reſponderi So-
ci. poteſt, ex ratione tacita ita argumentandi ius eſ-
ſe, ſi non pluſquam vna reddi ratio poteſt. pro ex-
preſſa quippè ea habetur. glo. & Bal. in l. quamuis
C. de fideicom. in d. l. fi. nu. 6. in fi. C. de lib. præ-
teri. Peruſin. in d. c. ſuggeſtum in 1. nota. Alex. in
d. l. ſi conſtante. in princ. col. 3. in fi. Sed dici pôt,
rationem in ſtatuto controuerſo intelligi, niſi vnã
non poſſe. Ideſt ob fauorem liberorum, & ſexus
muliebris imbecillitatem. Credibile quippè eſt eo
impulſos ſtatuentes fuiſſe, quod intemperie qua ma
tres adductæ propriæ ſoboli alienos anteponerent.
Aliter quippè ratione occaſionéue ita ſtatuendi re-
mota, veriſimile non fit. id genus ſtatutum editum
à populo eſſe. Cum ea ratione ad legem conden-
44 dam adductus ſapiens credatur † qua impelli ſapiē
tem, prudentémue decet. Seu qua moueri ſapiens
poſſet, ſi interrogatus de ea fuerat, quatenus niſi à
prudentibus, ſapientibúſue edi ſtatuta non ſoleant,
Cyn. in d. l. non dubium. C. de ll. Abb. in conſ. 1.
nu. 7. in conſ. 75. col. 3. in fi. verſ. facit optime lib.
1. & in conſ. 79. col. x. ante med. lib. 2. Alex. in cōſ.
32. nu. 8. in fi. lib. 7. Soci. in conſ. 35. nu. 2. lib. 1. Ita-
que cum ratione alia quam prenarrata adduci ſtatu
ti autores, prudenteſq; veriſimiliter non potuerint,
pro eo rés eſt, atq; ſi in ſtatuto expreſſa ea ſit. Ex ra-
tione planè expreſſa mentem percipi, ex eâve ar-
gumentandi, atque extendendi, vel in materia cor-
rectoria, & odioſa eſſe, proculdubio eſt, vt Caſtren.
no. in d. l. ſi vero. §. de viro infra eodem. De quo
cumulatius apud nos in tracta. de antiqui. tempor.
parte 4. nu. 41. & plurib. ſeq. Secundum quæ, recte
forte ſtatuentium mens ex ratione hac decerpta à
Caſtren. fuit.

Vacua tamen à dubitatione res non videtur. quo
niam ſi ratione ante commemorata impulſos ſta-
tuentes dicimus, ratio hæc generalis videtur, ad bo
na quæ omnia trahitur, quæcunque mulieri dotes
etiam ſupra ſunt. ob id non dotes ſolummodo, ſed
& bona alia quæuis ſalua à matre fieri liberis debe-
bunt. Niſi dixeris, ſatis ſtatuentibus viſum, ſi in doti
bus, ex quibus patrimonium mulierum conſiſtere,
plerumque ſolet, facultas reſtricta diſponendi ſit.

De ſecundo ideſt cōmuni loquendi vſu, quo Bal.
opinionem Caſtren. adiuuat, Aretino etiam cum
Caſtrenſi non conuenit, Siquidem à facto commu
nis loquendi vſus pendet. factum planè probationē
expoſtulat. l. deniq; ff. ex quibus cau. maior. l. quæ-
cunq;. §. qui à pupillo. ff. de publicia. l. qui à quoli-
bet. ff. de contrah. empt. l. in bello. §. factæ. ff. de
captiu. l. 1. C. de manda. prin. l. 1. C. de proba. l. aſ
ſeueratio. C. de non num. pecu. l. ſi emācipati. Ibi,
teque emancipatum eſſe probaueris. C. de colla. c.
cum in iure de offi. delega. c. 1. de procura. c. in præ
ſentia de proba. Atq; in ſpecie communis loquēdi
vſus, probandum eum fore Bar. ſcribit in l. 1. nu. 2.
C. de iura. calum. Idem Bar. ſentit in l. labeo infra
de ſuppell. lega. Vbi probādi modum docet. Quor
ſum enim id docere, ſi neceſſaria probatio non ſit.
Idem Cuma. tradit in conſ. 77. in vltimo dubio.
Fulgo. in conſ. 165. in quæſtione propoſita col. 2.
poſt med. Alex. in l. 5. in prin. col. 3. ff. de verbor.
obli. Deci. in d. c. in præſentia nu. 33. verſ. quinto
fallit. de proba. in conſ. 365. ante fi. verſi tertio nō
obſtat. in conſ. ſeq. nu. 8. verſi. & vlterius non pro
batur, & in conſ. 47x. nu. 15. vſque ad nu. x0. Nico
nit. in rubr. ff. de oper. nou. nunc. nu. 246. Argu-
mentum hoc Aret. dilui contra Caſtrenſ. poteſt,
Bar. doctri. admiſſa in l. de quibus nu. x1. in quar-
ta q. princ. ff. de ll. aſſertione doctoris, & præſum-
ptione tenus vſum communem loquendi probari.
de quo apud nos in conſ. 166. nu 9. Quibus Afflic.
accedit in c. 1. nu. 35. de feudi cogni. & in c. 1. nu.
1x. de natu. ſucceſſ. feu. Pariſ. in conſ. 13. num. 32.
lib. 1. Soci. iun. in conſ. 126. nu. 40. in fi. lib. 1. in
conſ. 131. nu. 1. lib. 1. Curt. Iun. in conſ. 60. nu. 5.
Gozadi. in conſ. 59. nu. 18. Natta in conſ. 218. n. 4.
Rolan. à Vall. in conſ. 71. nu. 21. & ſeq. Quibus in
locis frequentiorem opi. hanc eſſe recentiores aſ-
ſerunt. Tametſi non me lateat, variatum à Doc. &
poſterioribus præcipuè, vſque adeo eſſe, vt ne ipſis
quidem ſibi conſtare potuerint. Modo negantes
ꝙ affirmatum modo ab eis eſſet. Sed enim cū Bart.
ſentire maior Doc. pars videtur. Quæ locum opin.
facilius habet, vbicunque Doc. plures percelebres
teſtimonium de cōſuetudine, aut communi loquē-
di vſu per commentarios ſuos ferunt. Vt Curt. Sen.
ſcribit in conſ. 73. ſuper memorata nu. 24. verſic.
vltimo, vltra præmiſſa Pariſ. in d. conſ. 13. nu. 32.
lib. 1. Natta in d. conſ. 218. nu. 4. Rolan. à Vall. in
d. conſ. 71. nu. x3. & apud nos in conſ. 326. col. 1.
in fi. Sed enim Doc. non pauci, & ipſi claſſici vſum
hunc communem loquendi teſtificātur. In quibus
Bal. alijq; ſunt in d. l. vni. in fi. C. vnde vir, & vxor.
Idem Bal. in l. non ſine. nu. 2. in fi. C. de bonis quæ
lib. vbi in dote ante matrimonium loquitur. Et in
dote recuperata communem loquēdi vſum Alex.
teſtificatur in conſ. 55. col. fi. circa med. lib. 1. Soci.
in conſ. 121. nu. 7. lib. 1. Niconit. hic nu. 41. & ſeq.
& nu. 51. vſque ad nu. 55. incluſiuè. Itaque Doc.
tot tamque clariſſimis de vſu hoc loquendi com-
muni teſtimonia ferentibus, dubitationis quicquā
habere res non videtur.

Ex eo item communis huius loquendi vſus in do
te recuperata adiuuatur. quod in hæreditate dici adi
ta ſolet, hæreditatem nihilominus ex ipſo cōmuni
loquendi vſu appellari, Bal. in c. conſultationibus.
nu. 6. de offi. deleg. Alex. in conſ. 49. in fi. lib. 3. Iaſ.
in l. ſi maior. nu. 3. circa med. C. de repud. hæred.
Communis igitur loquendi vſus in dote exacta quā
tum ad præſumptionem probatione interueniēte,
controuerſiæ quicquam habere res non videtur.
Quoniam negatiuam oſtendere neceſſe habebit,
qui vſum hunc loquendi non admittit, hoc eſt do-
tem vulgo non vocari, quæ recepta iam ſit. Id enim
45 † præſumptio iuris præſtat, vt probandi onus in ad
uerſarium transferat. l. fin. in prin. ff. quod metus
cau. l. minor vigintiquinque annis ex aſpectu. ff. de
minor. l. ab ea parte. l. verius. l. ſi chirographum.
& l. cum de indebito in princ. ff. de probar. l. nup-
tura. in fi. ff. de iure dot. l. quintus. ff. de dona. inter
virum, & vxor. l. generaliter. §. ſi petitum. ff. de fi-
deicom. liber. l. omnimodo. C. de inoffi. teſtam.
l. ſiue poſſideris, ibiq; Bal. & alij C. de proba. c. ſu-
per

per hoc de renuncia. c. ex inſinuatione de procura. c. vni. vt Eccle. bene. Quod ſi negatiuę probatio non affertur, vſu ipſo communi dotis vocabulo in ea ſuffragante, quæ recepta eſt, perinde res videtur, vt ſi dotis nomen ad exactam propriè pertineat. Quatenus potior loquendi vſus ſignificatu proprio habetur, eamq; ſpectari ſignificationem conuenit, quæ vſu ipſo recepta loquendi eſt. l. librorum. §. ꝙ tamen Caſſius infra de lega. 3. l. cum de lanionis. §. aſinam, infra de fundo inſtruct. l. 1. §. 1 ff. de flumin. Bar. in l. omnes populi. nu. 59. ff. de iuſti. & iur. & in l. non dubium. nu. 11. C. de ll. Scite Bal. in l. fi. q. 14. C. de hæredi. inſti. Hoc amplius Baldo viſum in l. liberti, libertæq; nu. 5 in fi. C. de lib. præter. propriam vocabuli ſignificationem ab ipſo loquendi vſu naſci. Idem Bal. ait in l. fi. nu. 5. C. de lib. præteri. vbi à vulgo ipſo ſignificationem adinuentā vocabulorum ait. Quod affirmandum tamen hic non duxi, cum ſatis ſit vſui ipſi loquendi ſignificationē propriam cedere. Eam ob rem ſi ſignificatione ipſa ferente, vt dotis nomen ad recuperatam pertineat, locus ſtatuto Senenſi in dote recuperata haud dubiè eſſet, Longè magis ius idem probandum vſu ipſo loquendi perſpecto erit, qui ſignificatione fortior ipſa habetur.

Conſequenter his dicendum, veram Bal. & Doc. ſententiam eſſe, vt ad dotem recuperatam trahi ſtatutum Senenſe, & id genus aliud debeat, quo dotis mentio ſimpliciter ſit. Idq; tam ex mente ſtatuentium à ratione tacita deducta, quàm ex ipſo loquēdi communi vſu. Cum qua ſententia Doc. facientes Niconit. hic enarrat nu. 13.

Sententiæ huic in ſtatuto Mutinenſi ingenij acuē di gratia Iaſ. contradicit in d. l. vnica num. 9. poſt med. verſ. tu pro opinione. Nicol. de Mutina. C. vnde vir, & vxor. à ratione ceſſante argumentādo. Cauſa quippè ſtatuti Mutinenſis, cur liberis vtriuſq; matrimonij ex æquo dotem relinquere mater cogitur, à ſuaſionibus illecebriſque, & mariti poſterioris, metu deſcendit. qui ad liberorum eius cauſam, commodumq; veriſimiliter laborat. Cauſa plane hæc ſilet, marito ipſo ſublato, doteq; recuperata. Cauſa igitur ſtatuti quieſcente, ipſum quoq; tacere ſtatutum oportet. l. adigere. §. quamuis infra de iure patro. c. poſt tranſlationem de renuncia. c. & ſi Chriſtus de iureiuran. c. cum ceſſante de appell.

Ad arg. hoc Iaſ. Deci. reſpondet in d. l. vnica. nu. 18. verſi. tertio pro iſta parte. Inficias eundo, ratione à Iaſ. expreſſa ſtatutum id genus editum, verum ob æqualitatem inter liberos ſeruandam. Quæ ratio matrimonio etiam finito, permanet. Præter Decium ratione alia efficaciore vtilioreùe Iaſ. argumentum planius euertitur. Rei cuius explicandæ
46 cauſa, ſcire oportet, quæ † cauſa impulſiua. quæue finalis ſit, & quid inter cauſas has diſtet. Cauſa impulſiua habetur, quæ ſpecialis eſt, ob rem, aut occaſionem quam ſpecialem introducta, & quæ ad caſus omnes diſpoſitionis non conuenit. De quo genere cauſa poſtulatione mulierib' interdicēdi fuit. Ideſt propter calphurniæ impudentiam. Calphurniam enim aliaſq; ſui ſimiles tantummodo, non ēt mulieres alias pudore ingenuo, liberaliq; præditas poſtulationis prohibendæ cauſa ſpectat. Quo circa impulſiua cauſa hæc æſtimatur, qua impulſus legis autor ob cauſam ipſam ſpecialē eſt. Cauſa porro finalis dicitur, quæ generalis eſt. Caſusq; & perſonas omnes reſpicit. Declarationi huic conſequēs diſcrimen inter cauſas has fit, vt cauſa impulſiua ceſſante diſpoſitio non ſileat ob cauſam ipſam impulſiuam introducta. Ea ratione ad officium poſtulandi mulier admittenda non erit turpitudinis metuēs & caſtimoniæ ſingularis. Id quia cum ſpecialis ita prohibendi cauſa fuerit ob mulieris vnius frontem perfrictam, generalis tamen prohibitio fuit ratione pudoris aliarum non habita. ob id argumentandi ius à cauſa ceſſante non eſt. quatenus ea etiam in alijs remota, ius tamen idem circa omnes conſtitutum generaliter eſt. Ius aliud ſeruandum in cauſa finali eſt. Namque cum generalis ſit ad caſus quæ & perſonas omnes pertineat, atque ideò ob cauſam illam legis author impulſus generaliter fuerit; Ita generaliter non facturus, ſi ratio illa in caſu quo aut perſona aliqua non interueniret, rectum æquúmue eſt, vt in caſu perſonáue omni cauſa illa interueniat. Atq; ideo vt cauſa illa generali, finaliue quieſcente, locum diſpoſitio non habeat. Idq; ex perſpicua diſponentis mente. Declaratio, & traditio hæc ex glo. percipitur in l. 1. §. ſexum. ff de poſtulan. Bal. in l. 1. in prin. ff. de orig. iuris Corn. in cōſil. 88. col. 3. in fi. lib. 1. in conſ. 13. col. 2. circa fin. in conſ. 53. col. fi. & in conſ. 173. col. 3. in fi. lib. 4. Iaſ. in auth. quas actiones. nu. 18 C. de ſacroſanct. Eccl. quamuis facilitate pari apud Corn. & Iaſ. explicatio non fiat.

His ita prænarratis, conſequens fit, ad rem Iaſ. arg. non attinere, quod à cauſa impulſiua deductū, & ſpeciali eſt. Impulſos enim ſtatuentes ob mariti poſterioris ſuaſiones, metúmue ſic, ad maritos omnes cauſa hæc non ſpectat, niſi ſi malitiam admittere in omnibus non pudeat contra l. merito. ff. pro ſocio. Itaque cum niſi ob nonnullorum nequitiam impulſi ſtatuentes fuerint, & generaliter tamen ſtatutum ita ſit. quamuis generalis ſtatuendi cauſa non eſſet, non rectè à cauſa hac impulſiua argumentari Iaſ. potuit. Idq; expreſſius etiam demōſtratur. Iaſ. enim à ratione hac ceſſante nō niſi in matrimonio finito argumentatur. Sed enim argumento cauſæ ceſſantis admiſſo; Tantundem probandū matrimonio etiam durāte erit. Si id genus maritus interueniat, à cuius ſuaſionibus timeri omnino nō poſſit. quia abſens puta, vel alias muliere imbecillior. vel cuius notiſſima integritas ſit, qui cum iniuria liberorum prioris connubij liberis ſuis commodum non paraſſet. Cum ſententia hac, ob cauſę impulſiuæ defectum diſpoſitionem nō perimi, aut quieſcere. glo. etiam, & doc. faciunt in c. poſt trāſlationem in verſ. ceſſante. de renunciatio. Geminia. in conſ. 52. col. 2. poſt med. verſ. tertio ſit. quod repetitum eſt in conſ. 119. Cum reſponſione hac contra Iaſ. Saluiol. etiam hic facit. nu. 122.

Secundo principaliter vltra Decium, Iaſ. argumentum confutatur. Rationem enim niſi illā Iaſ. non obſeruat, quæ à ſuaſionibus colligi, metuque mariti ſolet. Sed enim ſexus etiam muliebris imbecillitatem ſpectandam, demonſtratum ſuperius habemus. Quæ ratio perpetua eſt æque matrimonio ſoluto, atque eo manente vigens. Quo circa ad rē non attinet, ex rationibus pluribus vnam ceſſare, dum altera tamen moueat, ex qua ſuſtineri diſpoſitio poſſit. l. liberorum. § & ſi talis. ff. de infam. l. ū non lex eliaſcentia infra de hæred. inſti. §. affinitatis. inſti. de nuptijs, ſed & vltra imbecillitatem ſexus, cauſa etiam alia ſupereſt, liberorum fauor videlicet.

Sententia hæc Bal. quamuis inſtructa, & cōmunita ſatis ex ſuperioribus videatur. Ideſt ex mente ſtatuentium, & ipſo loquendi communi vſu: aduerſarijs profligatis, à quib' lædi ſentētia ipſa videbat. Doctrina tamē alia, & ipſa ſignificantiore expeditioreúe cōſtimari eā poſſe Iaſ. ſcribit in d. l. vnic. col. 4. in fi. verſ. vnde pro veritate conſidera. C. vnde vir, & vxor. ex qua doctrina arg. prorſus eliditur, quod opinioni huic obſtare receptæ videbatur. Quod dicitur, dotis nomen, effectúmue poſt recupera-

pera-

perationẽ eius ſilere perinde quaſi vnio eius facta cum reliquo mulieris patrisue eius patrimonio ſit, ad exemplum hæreditatis, locum ita haber, ſi alij reſtitui dos non debet. Cauſa alia dotis recuperatæ eſt, quam reſtitui alij oportet, vt in ſtatuto Senarũ, aut Mutinæ, per quæ liberis reſtitui dotem conuenit. Tum enim dotis nomen, effectúsue durat. Idque hæreditatis etiam exemplo. quæ reſtitui alij debet. In ea quippè nomen, effectúsue non deſinit. Toto titu. ff. & C. ad Trebell. & inſti. de fideicommiſs. hæredi. In quibus titulis hæreditas poſt aditionem appellatur, quam reſtitui fideicõmiſſario oportet. Argumento hoc Iaſ. Deci. etiam vtitur in d. l. vnica col. pen.

Arg. hoc, quod à ſimili Iaſ. colligit, à diſſimili
47 prorſus venit. Similia quippè † æſtimantur, quæ rationis eiuſdem ſunt, ſiue in quibus ratio eadẽ vertitur. l. qui liberis in prin. ibiq; Ang. & alij infra de vulga. Alex. & alij in l. gallus. §. & quid ſi tantum. nu. 11. infra de lib. & poſth. Dec. in conſ. 329. col. 2. poſt med. Ruin. in conſ. 209. nu. 11. lib. 1. Ratio planè diuerſa hæreditatis, atque dotis eſt. hæreditatis enim nomen idcirco poſt aditionem durat, quotiens reſtitui alij debet, quoniam teſtatori non hæredi reſtituenti per reſtitutionem ipſam ea fideicõmiſſo ſuccedit. l. cohæredi §. cũ filiæ inf. de vulg. Eàpropter teſtatoris hæreditas non hæredis neceſſario appellatur. Rationem hanc Socin. iun. aſcribit in conſ. 168. nu. 73. lib. 2. Ratio hæc in dote recuperata ſilet, in qua neceſsitas vlla non vertitur, vt nomen ipſum dotis poſt recuperationem duret, quãuis reſtitui alij debeat. Quoniam impedimento reſtitutio non eſt, quominus res, aut patrimoniũ mulieris dicatur, cum mulieri ipſi ſucceſſio fiat. Sic rectè mulieris bona dicentur, Hoc amplius nec mulieri ipſi in dote ſuccedi, verũ ea ſtatuto ad liberos bona pertinere ſcriptum habemus in tracta. de antiqui. tempor. parte quarta. nu. 80. ad Venetam impreſſionem.

Vltra Ius. Decium, & alios, ratione meliore, faciliorẹq; iuuari Bal. & aliorum ſententia põt onus hoc dotis inter liberos conſeruandæ doti ipſi initio innexum, vbi primum cõſtitutio facta eius eſt. atq; ideò doti ipſi cohæret. Quod cum ita ſit, dotẽ ſemper ſequitur, quamuis recuperata ſit. Siquidem cum onere ſuo res ſemper ambulat. l. ſi pendẽtes. §. ſi quid. & §. ſi qua ſeruitus. ff. de vſufr. l. alienatio. & l. ſi aquæductus. ff. de contrah. empt. l. ſi cõuenerit. 2. §. ſi fundus. ff. de pignor. actio. l. in venditione. ff. de actio. empti. l. nihil proponitur. in princ. ibiq; glo. in ver. cauſa. infr. de leg. 2. l. traditio. ff. de acq. rer. dom. l. debitorem. C. de pig. l. ſi debitor. C. de diſtract. pign. l. vni. C. rem alie. geren. & apud nos in conſ. 112. col. 1. Atq; in ſpecie recuperationis, cum ſua eam cauſa, cum ſuoq; factam onere intelligi, ea tex. oſtenditur in d. l. ſi poſſeſſor. §. ſed & ſi res. ff. d peti. hæredi. in d. l. ſi ſocius pro filia. ff. pro ſocio. in d. l. ſi marito in fi. ff. de fundo dotali, & in auctẽ. ſed quamuis. C. de rei vxor. actio. Ad quem modũ declarando Iaſ. Decijq; defendi ratio poteſt, dotis recuperatæ nomen durare, cum reſtitui alij debet hæreditatis exemplo: hactenus quippè nomen durat, vt cum onere ſuo tranſeat. Idq; & Dec. ſentit. & Hannib. hic. nu. 108.

Sed dicturus aliquis erit, declarationi huic textũ obſtare in d. l. 3. ff. de fundo dotali. vbi onus fundo dotali per legem Iuliam adiectum, ne alienare eũ liceat, fundum ipſum mulieri reſtitutum non ſequitur, cum actio pro eo de dote non competat, neq; competere poſſit.

Sed reſpondetur, Textum illum retorqueri, & cũ recepta Bal. ſententia facere, vtpotè ex quo nõ obſcurè arguitur, cum ſua cauſa, ſuoq; onere prohibitionis alienandi, redditurum fundum ad mulierem fuiſſe, niſi ſi prohibitio ipſa coarctata per lex illum fuerat. Quorſum enim prohibitionem coarctare, ſi coarctatione ceſſante, cum cauſa ſua ad mulierẽ reuerſurus fundus non fuerat. Innuitur igitur ea tex. illo, cum onere prohibitionis ad mulierem fundũ peruenturum, niſi ſi aliud expreſſim cautum per legem illam fuerat.

Si dixeris, cur magis cum ſua cauſa in ſpecie quæſtionis Baldi recuperatio facta dotis creditur, quam in d. l. 3. ff. de fundo dotali. Reſpondetur, ex remiſſione illa prohibitionis alienandi, nõ niſi mulieris ius lædi, ſi facta ab ea alienatio ſit. Quam veriſimile non eſt, ita in perniciem ſuam eam alienaturam, atque ſi incommodè alterius alienatio cederet. Quæ ratio in ſtatuto ſilet, de quo mentionem Bald. alijq; faciunt, in quo liberorum iuſtangitur, ſi alienationem, aut diſpoſitionem dotis permiſſam recuperatæ dicimus. vnde pronior mulier ad alienandũ ſine dubio contra alios, quam cõtra ſeipſam fieret. arg. l. præſes. C. de ſeruitu. Quo circa ratio par extenſionis ad dotem recuperatam faciendæ in perniciem mulieris circa l. Iuliam, atque liberorum in ſtatuto controuerſo non videtur.

Sed iterum contra Bal. & alios validius tex. inducitur, & expenditur in d. l. 3. ff. de fundo dotali à ratione fortiore argumentando. Prohibitio legis Iuliæ fauorabilis æſtimatur, mulierum cauſa fauoréue introducta. Qua ratione inter priuilegia dotis apud Bal. iuniorem refertur in l. 1. nu. 29. in fi. & num. 58. 158. in fi. & ſeq. ſcitè magis nu. 164. vbi maximum hoc priuilegium ait, infra eodem, & in tract. de dote parte 7. Itaq; ſi prohibitio hæc l. Iuliæ fauorabilis vltra tempus dotis exactæ non trahitur. Longè minus trahendum ſtatutum erit, quo teſtandi facultas mulieri, aut adimitur, aut reſtringitur, quod non odioſum dici non poteſt. l. 1. C. de ſacroſan.
48 Eccleſ. Inde fit, vt † robur pactum non habeat, quo teſtandi facultas coercetur, nedum auſertur l. cum duobus. §. idem reſpondet. 1. ff. pro ſocio. l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obli. l. pactũ quod dotali. C. d pactis. l. cũ donationis C. d trãſac. l. pactũ ꝙ dotali. C. de collatio. Atq; in ſpecie, odioſum ſtatutum haberi, quo pro arbitrio quis cui relinquere non permittitur, demonſtratum ſupra habemus, ex Bal. in l. 1. n. 28. C. de ſum. Trin. & fide cath. Cuma. in conſ. 30. nu. 4. verſi. quamuis ergo ſtatutum. Decio. in conſ. 540. nu. 7. ibiq; ſubiectũ eſt, receſſum omnem à iure odioſum æſtimari. Et in ſpecie ſtatuti controuerſi, odioſum id eſſe Soci. ſcribit in conſ. 48. nu. 2. lib. 1. Sed & pœnale Crot. hic aſſerit nu. 29. per tex. in l. teſtamento centurio. §. 1. ibi quos pœna coercuit. ff. de manu. teſta. Quod odium in lege Iulia non interuenit, qua teſtãdi adẽptum arbitrium non eſt. l. 1. ff. de fundo dotali, vnde ſi fauor non extenditur, cur odium ampliatur?

Reſponſio ex prænarratis deſcendit. Lege Iulia alienatio prohibita nuptijs demum manentib' eſt, vt quieſcens tranquillúmue matrimonium fieret, neue dote perdita, contemptui mulier apud virum eſſet dote ipſa nudata. Quocirca nonniſi inter coniuges ipſos ſaluam dotem fieri, non etiam alij culpiam reſtitui iuſſit. Atque ideo cum alij reſtitui dos non debeat, dici non poteſt, cum cauſa ſua recuperationem factam. Siquidem onus aliquod adiectũ poſt recuperationem non eſt. Statutum porrò liberorum fauorem non coniugum ſpectat. Qui fauor tempore quouis locum habet. Proinde poſt recuperationem etiam locus ſtatuto eſt. Et cum ratio eadem alienationis prohibendæ, oneriſue imponendi in

di in dote recuperata, & nemini reſtituenda nõ verſetur, prohibitionem ipſam poſt dotem exactã protrahendam lex Iulia non cenſuit. Cauſa alia eſt, cum alii reſtitui dotem oportet, Eadem tum enim ratio dotis recupatæ, ac non recuperatæ eſt. Quo circa jus idem vtrubique conſtitutum.

Sed roget hic aliquis, ſi matrimonij ſolius cauſa, prohibitio introducta. l. Iulię eſt. quo in ocio id perg at. vnde factum eſt, vt matrimonio etiam exacto, locõ prohibitio habeat, vſque dum recuperatio ſacta dotis ſit. An non cauſa ipſa prohibitionis ſilet matrimonio direpto. Ratione illa factum id credo, quod conſtare coniugium quaſi videatur, dũ apud hæredes mariti dos eſt. Ratio altera, & ipſa efficacior accedit. Gratia id mulieris ſactum, ne fraudis quicqũam ab hæredibus mariti acciperet, ſi permiſſa alienatio ante recuperationem ſit. ſacile quippè negocium mulieri facerent, vt ad eam in partẽ ſaltem remittendam adigant. cum facilius non pauló ad remittendum quis adducatur, quod apud eũ nõ eſt, quàm vt quod habet, tradat l. ſed ſi ego. ff. ad Velleia. l. qui autem in prin. ff. quæ in frau. credit. Qua inſpectione in ſpecie quæſtionis huius, & opinionis receptæ impugnandæ cauſa, Crot. hic vtitur. nu. 26. verſ. quod autem non ſit tania ratio.

Vt modum diſceptationi huic imponamus, quæ ad dotem recuperatam pertinet, dotiſne appellationi cedat, ſumma rei erit, dotem propriè non dici, quæ recuperata ſit. d. l. fi. C. com. vtr. iudi. Ibi ſed quaſi paternæ ſacta ſubſtantiæ ſit. Ita cum reliquis, patris bonis vnita, non vti dos, verum ad exẽplum ſubſtantiæ paternæ iudicatur. Idq; hæreditatis iam aditæ more, quæ hæreditas propriè amplius non dicitur, veluti cum bonis hæredis vnita, & ſubſtantiæ eius ſacta. Impropriè igitur, largeque dotis nomine continebitur, quæ exacta, aut recuperata ſit ad ſimilitudinem peculij ſeruo mortuo, quod peculij nomen impropriè retinet. l. fi. Ibiq; Caſtrenſ. ad dotem hanc colligit. ff. quan. actio de pecul. eſt annal. & impropriè dotem hanc recuperatam appellari. Soci. hic tradit nu. 18. Parpal. nu. 12. Crot. nu. 18. verſi. vel tertio reſpondeo. & nu. 22. 25. Saluiol. nu. 112. Idq; in materia extenſionis obſeruandum. Quæ de caſu proprio ad improprium in materia, vel ſtricta odioſáne permitti ob rationem eandem ſolet. l. filium habeo. ff. ad Macedo. l. Senatuſconſulto. ff. de titu nup. iuncta l. penul. C. de interdic. ma. glo. in Auctẽ. minoris debitor, in glo. 2 C. qui da. tutor. poſſ. in clem. 1. in ver. eligatur. de elec. At enim locus extenſioni non perinde eſſet, ſi ſub caſu expreſſo impropriè contineri caſus omiſſus nequeat, vel difficilius ſaltem extenſio tum fit, quotiens expreſſa ratio non eſt, atque in controuerſiam vocatur, vnáne ratio afferri tantummodo poſſit per ea, quæ verbis pluribus ſcripta apud nos ſunt in tracta. de antiq. temp. par. quarta. nu 44. & pluribus ſeq. ad Venetam impreſſionem.

Simili modo a verbis teſtatoris recedere voluntatis eius ſeruandæ cauſa non licet, vbicumq; menti eius verba conuenire, nec ſecundum impropriam ſignificationem poſſunt. Vnde quod dicitur, potio
49 rem † verbis voluntatem teſtatoris haberi, & à verbis recedere ob mentem ipſam ſeruandam phas eſſe. l. non aliter infra de lega. 3. l. quæſitum. §. pen. infra de fundo inſtr. l. quoniam indignum. C. de teſtam. l. 3. C. de lib. præter. & id genus infinita, locum ita habet, ſi ſenſui ipſi teſtatoris impropriè ſaltem congruere verba poſſint. Aliter porro validiora verba ſenſu ipſo erunt. neq; ratio haberi voluntatis poterit, quam verba ipſa pati, nec ex improprio ſignificatu poſſunt. l. in ambiguo. Ibiq; Bar. & Caſtren. infra de rebus dub. Alex. in d. l. 3. in fi. Ibique Iaſ. nu. 3. verſ. ſecundo intellige. C. de lib. præter. Idem Alex. in conſ. 55. nu. 9. lib. 3. & in conſ. 139. nu. 5. lib. 6. Soci. in l. quotiens. 2. infra de reb. dub. Curt. Se. in cõſ. 42. qa inquit Bal. nu. 21. Rui. in cõſil. 29. nu. 11. in conſ. 49. nu. 5. lib. 2. & in cõſ. 128. in fi. lib. 3. Soci. iun. in conſ. 15. nu. 4. verſic. non obſtat quod dicebatur. lib. 3. Caſtren. huc accedit in conſ. 152. præſens dubium videtur formari in fi. lib. 1. Capiendum ſenſum non fore, ad quem verba accommodari modo vllo non poſſunt. Tam & ſi eum ſenſu illo præſumptio voluntatis teſtatoris faciat per tex. in d. l. in ambiguo. Cui ſentẽtiæ opitulari, & tex. videtur in l. labeo verſi. verum ſi ea, de quibus infra de ſupel. lega.

Apparet ex his momenti exigui diſceptationem non eſſe, impropriè ne ſub caſu expreſſo comprehendi omiſſus dicatur. Idque videre in ſpecie controuerſa eſt, in qua ad dotem recuperatam ſtatutũ non traheretur, ſi dos dici ne quidem impropriè poſſit. Vnde Soci. & alij hic ſcribunt, idcircò dotẽ hanc ſub ſtatuto contineri, quod extenſio permitti de caſu proprio ad improprium ob rationem eandem ſolet.

Secundo ex dictis in quæſtione hac controuerſa colligitur, dotis appellationi, dotem etiam cedere; quæ recuperata ſit vſu communi loquendi perſpecto; Bal. & alij in d. l. vni. in fi. C. vnde vir. & vxor. Alex. in d. conſ. 55. col. fi. circa med. lib. 1. & in conſ. 101. in prin. lib. 3. Parpal. hic nu. 32. Niconi. nu. 41. & ſeq. & nu. 51. & quatuor ſeq. Cuius communis loquendi vſus ratio ſola ſatis ad Bal. & aliorum ſententiam confirmandam in d. l. vni. valet. cum ſignificatu proprio fortiorem eum eſſe declaratum ſatis in ſuperioribus habeamus. Rationes, & aliæ ad Bal. ſententiam iuuandam relatæ in ſuperioribus ſunt.

Cæterum quo perſpicua, & vtilis magis res fiat, obſeruandum in quæſtone hac, prõ exploratiſſimo Doc. habere, ratum ſtatutum id genus eſſe, quo teſtandi reſtricta facultas apparet. Sed enim à controuerſia id vacuum non videtur: à pacto ad ſtatu-
50 tum argumentando. Inutile quippè † pactum habetur, quo teſtandi facultas reſtringitur, nedum ſi eripitur. d. l. cum duobus. §. idem reſponder. 1. ff. pro ſocio. d. l. ſtipulatio hoc modo concepta. Idque locum eouſque habet, vt à iuramento vires pactum hoc non accipiat Bal. in conſ. 22. quidam fecit teſtamentum circa fi. lib. 1. Pau. de caſt. in conſ. 75. Notandum eſt quod præfatum ſtatutum col. 2. & in conſ. 82. in iſta donatione in fi. lib. 2. Abb. in cõſil. 48. in fi. lib. 2. Roma. in conſ. 171. pro deciſione. col. 1. Dec. in d. l. pactum. col. 2. in quarta ampliatione. C. de pactis. in conſ. 184. colu. 3. circa med. & col. 4. in fi. & in conſ. 203. col. 1. poſt med. Idcircò autem pactum hoc, vel iuratum damnatur, quod moribus contrarium bonis eſt, vt in locis memoratis habetur, & Ang. etiam tradit in l. poſthumus in princ. ff. de inoffi. teſta. Deci. in conſ. 361. col. 4. circa fi. Hoc ita admiſſo, & vigorem pactũ eiuſmodi ob id non habeat, quod à moribus alienum bonis dicatur, conſequens fit, vt nec firmitatem ſtatutum habeat, quod moribus bonis repugnat. Atque ideo argumentandi ius negatiuè à pacto tunc ad ſtatutum eſt, vt Bar. docet in l. omnes populi in tertia q. princ. nu. 26. ff. de iuſtit. & iure. in l. non impoſſibile. ff. de pactis. & in l. Titio centum. §. 2. infra de cond. & demon. cum alijs apud Alex. hic relatis in fi. in d. l. pactum quod dotali nu. 4. in l. fi. circa fi. C. de pactis, & in d. l. pactum quod dotali. nu. 4. C. de colla. Deci. in d. conſ. 361 num. 6. Iaſ. in conſ. 87. in tertio dubio lib. 1.

51 Secundo in ſpecie, vtile † ſtatutum non eſſe, quo

teſtandi

teſtandi facultas contrahitur, aut reſtringitur. Veluti cum propinquorum iniuſſu teſtari mulier nõ permittitur. Caſtren. Alex. & Areti ſcribunt in l. ex facto infra de vulg. Alex. in conſ. 55. in fi. lib. 1. & in conſ. 155. nu. 3. lib. 2. Deci. in d. conſ. 303. num. 3. & in d. conſ. 361. col. pen. ante med. verſi. prætcrea etiam poteſt dici. Iaſ. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta in 1. nota. Ibiq; Cior. col. 1. & 2. Idẽ Iaſ. in l. non idcircò. C. de codicil. & in conſ. 137. col. 2. lib. 1. Arg. hoc ratione validiorẽ ſtringit. Namque ſi inutile ſtatutum dicimus, quò iniuſſu aliorum teſtari mulieri non licet. Longè minus validum ſtatutum erit, quo omninò teſtari mulier prohibetur. Veluti cum dotem relinquere liberis iubetur. quatenus niſi dotes plerumq; mulieres nõ habent, vt Soci. ſcribit in conſ. 180. col. 3. verſ. ad idem adduco tex. lib. 2. Sic facultate teſtanti penitùs carent. Quod ſecus eſt, vbi ex cõſenſu aliorum teſtandi facultas reſtringitur. Sententiæ huic Socin. etiam iun. adminiculatur in conſ. 116. nu. 4. in fi. li. 3. irritum ſtatutum eſſe, quo filias ad ſucceſſionẽ admittere ex teſtamento non licet, ex Alex. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta.

Sed enim viribus, ſtatutum conſtare, ne propinquorum iniuſſu teſtari mulier poſſit, Baldo placet in conſ. 132. verus mariſus in fi. lib. 4. & in conſil. 339. ſtatuto communis Aſiſij lib. 5. Corn. in conſ. 316. col. 5. in tertio dubio lib. 1. Idem Deci. admittit ſecum non conſtans in conſ. 455. & in conſ. 612 Iaſ. ſin & ipſe diſſimilis in d. l. ex facto in ſeptimo, & decimo nota. infra de vulga. Boer. in conſuetu. Biturig. de iure, & ſtatu perſo. §. 4. col. 12. in fi. fol. 9. Soci. iun. in conſ 41. nu. 1. lib. 1. & in conſ. 139. nu. 9. & duobus ſeq. lib. 2.

Et in ſpecie ſtatuti, quo liberis ſuis bona relinquere mater cogitur. vtile id eſſe, Anchar. ſcribit in cõſil. 25. quod inſertum inter reſponſa Calderi. legitur in conſ. 20. de conſti. Idem Caldi. ſentit in cõſil. 144. in prin. Abb. in conſ. 63. nu. 6. & ſeq. lib. 1. Fely. in c. 1. nu. 45. de conſtitutio.

Efficax ſtatutum eſſe, quo teſtãdi facultas reſtringitur. Bal. etiam putat in l. 1. nu. 18. C. de ſum. Trinit. & fid. cat. in l. 2. num. 7. C. vt in poſſ. lega. quem Ruin. ſequitur in conſ. 151. ante fi. lib. 2. & in cõſ. 57. col. 1. lib. 3. Cum qua ſententia Ang. etiam facit in conſ. 66. viſis col. fi. Quo cum Dec. conſentit in d. l. nec ex prætorio nu. 6. ff. de reg. iur. ex cauſa enim facultatem teſtandi adimi Ang. ait. ob delictum puta, vel cum bonis cui interdicitur. Idem Ang. probat in conſ. 323. per pactum. Caſtren. & alij hic in ſtatuto Senenſi. Et idem Caſtren. in conſ. 441. pro declaratione eius in prin. lib. 1. Alexan. in conſ. 101. nu. 3. lib. 3. Soci. in conſ. 48. in prin. lib. 1. Bar. huc aliq; ſpectant in l. fi. nu. 5. Ibiq; Deci. nu. 26. C. de pactis. Robur in ſtatuto eſſe, quo hæredes filias ſcribere parens non permittitur, contra quam viſum Soci. iuniori ſit in d. conſ. 116. nu. 4. in fi. lib. 3. Atqui facultatum teſtandi per ſtatutum hoc reſtringi proculdubio eſt.

Meditabar in nodo hoc ſane, quam duro, diſtinguine poſſer, vtrum quoad ſolennitatem, ante ſubſtantiam teſtandi facultas reſtringatur. Priori caſu locum reſtrictioni eſſe veluti cum viro inconſulto, aut propinquorum iniuſſu teſtari mulier non permittitur cauſam aliam reſtrictionis à ſubſtantia eſſe, veluti cum liberis, aut perſonis alijs bona relinquere neceſſe mulier habet. Ibi enim facultate teſtã di omnino ſpoliatur ſi bona omnia relinqui debẽt, vel reſtrictio certè facultatis teſtandi inducitur, ſi in partem relinquere bona cogitur. Diuerſitatis huius aſſerti ratio illa poteſt, quod à iure ciuili quantum ad ſolennitatem, à iure vero gentium inuentione, aut quantum ad ſubſtantiam teſtamentum æſtimatur. Bar. in l. interdum. num. 7. Ibique Iaſ. nu. 4. circa fi. verſi. item teſtamenta inuentione. ff. de condi. indebi. Fulgoſ. in conſi. 61. Domina Catherina. nu. 4. circa fi. Abb. in conſi. 1. col. 2. circa med. lib. 2. Alex. in rubri. infra de acqui. hæredi. nu. 4. Deci. in conſi. 357. col. 3. circa med. & in conſi. 361. nu. 6. Iaſ in l. ex hoc iure num. 46. ff. de iuſti. & iure. in l. admonendi. nu. 151. verſi. iſtud fundamentum Ludouici nõ eſt tutum. ff. de iureiuran. in ſecunda lectu. ibique Ripa nu. 187. idem Iaſ. in l. nemo poteſt. nu. 65. verſi. Tu aduerte. ff. de lega. 1. Firman. in ver. teſtamentum. 1. nu. Cumulatè Fortu. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum nu. 288. infra de lib. & poſth. Criſpus in rubr. infra de lega. 1 nu. 47. Iulius Clarus mihi comparer, & in ordine Senatorio Mediolani fulgens. lib. 4. ſententiarum recep. §. teſtamentum q. 2. & apud nos in conſ. 135. nu. 6. Sed & iuri diuino teſtamentum tribuendũ Brun. ſcribit in conſi. 15. nu. 15. Idem fortun. ſentit in d. §. & quid ſi tantum num. 288. cum à iure naturali teſtamentum eſſe ob id aſſerit, quòd in veteri teſtamento habetur, mentioque de eo fit. Idemque teſtamentum vetus, atque naturale ius æſtimari ait.

Conſequenter eſt dicendum, facilius a ſolennitate, quæ iuris ciuilis eſt, quàm à ſubſtantia teſtandi facultatem reſtringi, cum facultati teſtandi ſine cauſa derogari à Principe, legéve nequeat, cum iuris naturalis, aut gentium ſit, vt in locis memoratis notatur. Quam diſtinctionem ſi admittimus, lapſus non obſcurè. Alex. apparet in d. l. ex facto num. 14. infra de vulga. in d. conſ. 55. in fin. lib. 1. & in d. conſi. 155. nu 3. lib. 2. vbi efficax ſtatutum non credit, quo viri, aut propinquorum iniuſſu teſtari mulier prohibetur, cum niſi a ſolennitate facultas teſtandi reſtringi tum non ſoleat. Hic planè nu. 24. & in d. conſi. 101. col. pen. lib. 3. cum Bal. conſentit in d. l. vni. C. vnde vir & vxor. ratum ſtatutum haberi, quo a ſubſtantia ipſa teſtãdi facultas eripitur, nedum reſtringitur. In qua re mutatus etiam Alex. depræhenditur. Cui viſum quandoque ſit, inutile ſtatutum eſſe, quo ſubſtãtiæ ratione teſtandi cui interdictum facultate ſit. Ita ſcriptum apud eum legitur in d. l. pactum quod dotali nu. 4. & in d. l. fi. circa fi. C. de pactis. in d. l. pactum quod dotali nu. 4 C. de collatio. Cuius ſententiæ eſſe Alex. idem videtur in d. l. ex facto nu. 14.

Diſtinctio hæc à controuerſia vacua nõ videtur, vt pote qua admiſſa, a ſubſtantia etiam teſtandi facultas prohiberi per indirectum poterit contra reg. iuris, de qua in l. quod dictum. ff. de pactis. in l. cum his. § ſi cum his. ff. de tranſactio. l. athletas. §. ait prætor. ff. de infam. l. aduerſus. ff. de arbitr. l. palam. §. ſi cum palam. ff. de ritu nup. l. ſcire oportet. §. 1. infra de tutor. & cura. da. ab his. l. Seius & Augerius infra ad l. Falci. l. fi. C. ſi manci. ita fuerit alie. l. fi. C. de vſur. rei iudi. §. 1. ibique glo. in ver. nullius momenti. inſti. de hæredi. inſtit. c. tuę de procura. c. quanto de priuil. c. ſtatutum de hæreti. lib. 6. reg. cum quid vna via eo. lib. Quid enim ſi conſenſum arbitrio mulieris accommodare propinqui renuant, vt quibus velit bona relinquat. An non a ſubſtantia ipſa prohibita teſtandi facultas erit.

Si dixeris, ad ſuperiorem adiri propinquis ſine cauſa non conſentientibus, qui ipſi actui aſſentiatur, vel ſine propinquorum conſenſu actum fieri reſcribat Abb. in c. nullus de iure patro. & in conſi. 65. quidã Raynerius in tertio dubio lib. 1. late Corſar. Sing. 70. ſtatuto cauetur. Idem ex Bar. probatur in l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. nu. 2. infra eo. quem Iaſ. refert in d. l. ex facto in decimo nota. infra de vulga. Deci. in authen. quod locum n. 2. in fi. C. de coll. Reſpondetur, cum in arbitrio cuiuſq; ſit, cui bona relinquat, quamuis ſine cauſa quibuſ-

dam

dam relinquat, hoc ei permittendum.l. Sed & ſi lege.§.conſuluit.ff.de peti.hæredi.l.1. C. de ſacroſan. eccleſ.l. in re mandata.C.manda. Quo circa rationem arbitrij ſui reddere quiſquam non debet, quotiens à voluntate mera, non ex arbitrio viri boni res pendet.l.cum quidam in prin.infra de leg.2. l.fideicommiſſa.§.quanquam infra de leg.3.l.fideicõmiſſaria libertas.2.in prin.ff.de fideicom.liber.c. Nicena. Sinodus 31. diſt.c.relatum 37.diſt.Bart.in extrauag.ad reprimendum in ver. videbitur.in conſi. 64.in fi. Deci.conſi.254. circa prin.

Quid dicendum in loco hoc iam lubriciſſimo, in quo non modo inter ſe Doc.diſſident.Sed nec ipſis ſibi mente conſtant opinionem modo hanc, modo illam pro re nata agnoſcentes. Caſus aliquos diſtinguendos exiſtimaui, ex quibus, quæ obſcuriora viſa ſunt, clariſſima fiãt. Primus caſus in pacto verſatur, quo teſtãdi facultas eripitur, aut coercetur. In quo ambiguitatis quicquam res non habet, vicioſum id haberi, vel ſi vallatum iuramento ſit. Id quia bonis contrarium moribus eſt per ea, quę cumulate ſcripta ſuperius habemus. Secundus caſus in pacto etiam conſiſtit, verum ſtatuto, aut conſuetudine commẽdatur, aut fulcitur ademptionem, aut reſtrictionem facultatis teſtandi ſtatuto, aut conſuetudine admittente. Quo caſu irritum nihilominus pactum Alex. putat in d.l. pactum, quod dotali. nu. 4.in d l.fin.circa fi.C.de pactis. in d.l. pactum, quod dotali.nu.4.C.de collatio. Iaſ.in d.conſi.87.in tertio dubio lib. 1. Eiuſdem ſententiæ, vbi fauore matrimonij id genus pactum non adijcitur, deci. quoque eſt in conſi.578.nu.5.& pluribus ſeq.

Sed enim vt ſe id genus pactum eſſe, quod conſuetudine roboratum, aut ſtatuto ſit, Deci. putat in l.nec ex prętorio. nu.8.ff. de reg. iuris in d.l.pactum quod dotali.nu.11.C.de pactis.in conſi.516.num.6. Iaſ.in d.l.non impoſſibile. nu 4. ff.de pactis.& in d. l.fi.nu.19.in fi.C.eodem titu. Ratione ea Deci. mouetur, quod contrarium bonis moribus canonicis pactum id genus non eſt, vtpotè, quod turpitudinẽ peccatumve non habet. Moribus tantummodo ciuilibus repugnat. Quorum vicium purgari iure ciuili contrario, id eſt ſtatuto videtur, quo facultas teſtãdi adimi, aut reſtringi ſolet.

Ratio hęc decij vigoris quicquam, non habet, vtpotè qua admiſſa, vires id genus habiturum pactũ iuratum erit. Iuramento enim actus confirmatur, qui moribus ciuilibus bonis ſolummodo contradicit, dum turpitudinem modo, aut peccatum nõ habeat. Ita vt citra diſcrimen ſeruari ſalutis poſſit.c.ſi vero,& c.cum contingat de iureiuran. At enim inutile id genus pactum eſſe iuramento non mouente, demonſtratum ſupra habemus.

Secundo ſi veram, rectamve decij rationẽ agnoſcimus, conſequens ſit, vtilem bonorum omnium donationem eſſe præſentium, & futurorum iuramẽto interpoſito ſiquidem moribus ciuilibus duntaxat donatio hæc contradicit. A turpitudine planè peccatove abeſt. Neq; enim pœnam quiſpiam apud inferos daturus ob id erit, quòd donationem id genus fecerit. Enim verò vicioſum id genus donationem eſſe, neque robur à iuramento accipere frequentior Doc.pars habet, vt ex Bart. cæteriſque apparet in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta. Bal. in conſi. 22. quidam fecit teſtamentum circa fi. lib. 1.Pau.de Caſt.in conſi.75.notandum eſt, quòd præfatum ſtatutum.col.2. & in cõſi. 82.in iſta donatione in fin.lib.2.Abb.in conſi.48.in fin.lib.2. Corn. in conſi.60. col.2.lib.2. Deci.in conſi.184. col.3. circa med.& in cõſi.225.col.2.poſt med.Curti. poſterior in conſi.25.iubeus Alexandri in cõſi.130.in primo dubio. Bocri.q.353. nu.7. & apud nos in conſi. 139. col. 1. Itaq; ſi ratione à Decio expreſſa vires ſtatutũ habet, id eſt, quòd niſi moribus ciuilibus nõ obſtat, non pactum quoque id genus, donatioque vniuerſalis firmitatem habebunt.

Tertio decij contradictio obſeruanda, qui inutile id genus ſtatutum eſſe in d. conſi.361. nu.6. credidit. Sed vtile eſſe in locis mox cõmemoratis ſcribit.

Quartò fruſtrà diſceptatum apud Decium videtur, vires ne pactum à ſtatuto accipiat. Namque ſi pacto remoto, prouiſum per ſtatutũ eſt, quorſum pacti prouiſio? quod niſi ad ſtatuti executionem nõ pertinet. Atque ideo ex ſtatuto ipſo, non ex pacto bona conſequi quiſpiam creditur. l. ſi hæres teſtamento.ff.de actio.empti.l. vnum ex familia. § ſi de Falcidia.& § ſed ſi duos in tex.& glo.in ver.l.ver.hęreditario infra de lega.2.cum alijs apud nos aſcriptis in conſi.144.in prin. Rurſus ſtatuto ipſi confirmãti robur actus tribui, & à confirmante ipſo fieri denominatio debet. l.3. infra de teſta.tu. l.1.§. omnia enim. C. de vet.iure enucl. c. ſi Apoſtolicæ de præben.lib.6.

Si dixeris, eo caſu pactum conferre, quo ſtatutum non proſpicit. Reſpondetur, quo caſu ſtatutum nõ prouidet, ſtatuti adminiculo pactum deſtitui. Atq; ideo nudum ab ſtatuti auxilio vigoris quicquam pactum non habere.

Apparet ex hĩs, ſummam negocij huius in caſu hoc ſecundo vtrum à ſtatuto robur pactum accipiat, à ſtatuto ipſo pendere. Vigorem nec ne, ſtatutum habeat, quo teſtandi facultas aut adempta aut reſtricta ſit. Et quidem maiori Doc. parti placere, vtile id genus ſtatutum eſſe, ex prædictis liquet. Negocium omne in eo verſatur, cum ideo id genus pactum improbetur, quòd moribus cõtrarium bonis ſit, cur ius aliud ſtatuti, atque pacti ſit, quomodo vires habere ſtatutum poſſit, quod a moribus alienũ bonis ſit. Vnde ratione alia, quam a Doct. commemorata, inutile id genus pactum exiſtimo, vnde teſtandi facultas, aut eripitur, aut reſtringitur. Id eſt nõ quòd bonis contrarium moribus ſit. Qua ratione admiſſa, tantundem dicendum in ſtatuto videtur. Verum quia ſi pactum id genus recipimus, pacto hæreditas dabitur. In eum quippè pacto hæreditas confertur, cuius gratia teſtandi facultatem a ſe quiſ
52 piam abdicat, aut reſtringit. Pacto planè † hæreditatem tribui prohibitum iure eſt. l. verba geſſerunt. ff.de verb.ſigni.l.licet. C.de pactis.l. hæreditas C.de pactis conuen.l.ex eo.C de inutil.ſtipula. Neque iuramento firmari id genus pactum poteſt, quia ad ius publicum lædendum iuramentum non valet, vt habetur in l. nemo poteſt. ff. de lega. 1. idque ex eo iuuatur, quod in pacto dici de ſuccedendo ſolet, iuramento non confirmari, vt habetur in d.l. ſtipulatio hoc modo concepta, & apud Decium in conſi. 578 nu.5.& dictum ante habemus, & rationem hãc pacti infirmandi eſſe, ex eo oſtenditur, quòd vbi ſub nomine hæreditatis, aut quotæ eius non interponitur, at ſuper bonis certis, vtile habetur. Guido Papę. q.267. Deci.in d.l.pactum quod dotali col.fin.in ſecunda limitatione.C.de pactis.in conſ.225.colum. pen.poſt med.& in d. conſi.613.nu.2. circa fi. Ruin. in conſi.126.lib.1.Soci.iun.in conſi.143.num.24 & ſeq.lib.1.& in conſi.80.nu.1.lib.2. Curti.iun.in cõſi. 1.num.16.

Si dixeris, pactum de ſuccedendo non ea ratione iuramento non firmari, quòd pacto hæreditas non detur, verum, quia votum mortis captandæ inducit. Reſpondetur, generalem rationem hanc non eſſe. Quid enim ſi ab eo pactum interponitur, bona cuius ſunt, ibi enim ratio mortis captandæ Silet.l.fi. C.de pactis. At enim quamuis ratio iſta taxat, irritum nihilominus pactum eſt. d.l. pactum quod do-

tali.

tali.C.de pactis.& d.l.pactum,ꝙ dotali.C. de colla.

Acque dici non poteſt, ob id pactũ hoc de ſucce dendo non conſiſtere, neque iuramento roborari, quòd facultatem teſtandi adimit. Quid enim ſi niſi de parte hæreditatis non interponitur. Ademptio enim facultatis teſtandi non interuenit. Cum reliqua teſtari hæreditate liceat. Vnde ratione alia firmitatem id genus pactum non habet, quòd pacto dari hæreditas non poteſt.d.l. pactum quod dotali. C.de pactis.Bar.in conſi.212.promitto tibi.Deci.in d.l. pactum quod dotali. nu. 12. in ſecunda limitatione.C.de pactis.in conſi.184. col. pen. in fin. & in conſi.613.nu.2. Ruin.in conſi.16.nu.15.lib.2.

Apparet ex his, non ea ratione pactum id genus repudiari, quòd moribus bonis contrarium ſit, aut turpitudinem peccatúmve contineat. Quid enim Flagitij, aut turpitudinis teſtandi facultatem ſibi adimere, aut conſtringere. Verum ratione illa pactum huiuſmodi non agnoſci, quòd pacto conferri hæreditas non poteſt. Conſequens his ſit, rationem hanc pacti id genus improbandi ad ſtatutum non trahi, quo hæreditatem deferri proculdubiò eſt. Inde ab inteſtato per ll. & ſtatuta hæreditates obuenire videmus toto titu.C.de legi.hæredi.& inſti. de hæred. quæ ab inteſt.deferun.

Proinde ſicut ratio pacti abolendi in ſtatuto ſilet. Ita quod cautum in pacto eſt, ad ſtatutum trahi id non conuenit. Cum extenſio permitti ob rationem diuerſam, nec in materia quidem fauorabili ſoleat.l.lege Iulia.§.hoc capite. ff.de ritu nup. Soci. in conſi. 9. nu.15. lib.3. & hoc vero eſt, quod dictitant, ex diuerſis non inferri.l.ſi.ff.de calumnia.l.Papinianus exuli.ff.de mino.l.naturaliter.§. nihil commune.ff.de acqui.poſ.l.inter ſtipulantem.§. ſacram verſi.ſed hæc diſſimilia ſunt.ff.de verb.obli.

Apparet etiam ex prædictis, non rectè ex iuramẽto ad ſtatutum negatiuè colligi. Vires iuramentum non habet, vbicunque teſtãdi facultas adimitur, aut reſtringitur, ergo valiturum, nec ſtatutum erit. Quoniam ratio diuerſa iuramenti, atque ſtatuti eſt. Iuramentum enim irritum ob id habetur, quod ad ius publicum offendendum, eidemve derogandum nõ valet, vt pacto tribui hæreditas poſſit, vti demonſtratum ſupra habemus. Quod ſecus in ſtatuto eſt. l. omnes populi cum ibi no.ff.de iuſti.& iure.

Summa diſceptationis huius erit, firmitatem in ſtatuto eſſe, vnde teſtandi facultas adimitur nedum conſtringitur. Sed enim argumentum diluendum, quod obiectum ſuperius eſt. A iuregentium teſtandi facultatem eſſe, quamuis ſolennitates eius à iure ciuili ſint. Ob id ratum ſtatutum non habendum, quo facultate hac iuris gentium interdictum apparet. Sed reſpondetur, rectè ex cauſa facultatem hãc teſtandi eripi, aut limitari ſic quomodo expreſſum apud Doct. inuenitur, quibus viſum eſt, viribus id genus ſtatutum conſtare. Eadem ratione videmus contrahendi facultatem perſonis nõ paucis ex cauſa denegari. minoribus puta toto tit. infra de rebus eorum. & C. de præd. minor. mulieribus in fundis dotalibus to.ti. ff. de fundo dot. & cum pro alio fideiubent to.ti.ff.& C.ad Velleia. Prodigis.l.is cui.ff. de verb. obli.

Secundò ratione fortiore arg. diluitur. Res iuregentium quęſitę lege, aut ſtatuto generali rectè priuaris ex cauſa iuſta auferuntur, ita vt eis frui in vita non liceat. Bar.in l.totiens. ff. de pollicita. Alex. in conſi. 190.nu.15.verſ.ad tertium argumentum reſpondeo lib.2.Ruin.in conſi.60.nu.6.lib.5. Gozadi. in conſi.5. nu.21. longè magis vigorem habiturum ſtatutum erit, quo ſua cuique res non eripitur. Tantum eius alienandæ facultas non conceditur.

Satis in his de dote dictum recuperera habemus, dotis necne appellationi cedat. Cæterum, quia caſus alij incurrunt, in quibus difficultas verſari circa nomen ipſum dotis poteſt, locum ne habeat. Ideirco rei planius, pleniusve edocendæ cauſa, concluſiones quatuor Soci. enarrat, ex quibus correlaria, quæ vocat, ſeu conſequentias, aut illationes educit.

53 Prima concluſio in matrimonio nullo † cõtracto, ſeu inutiliter, aut nulliter contrahendo dotis nomen impropric verſari, ita vt priuilegiaria dos hęc impropria nõn minus, ac propria ſit.l. ſi cum dotẽ. § ſi.infra eo. vbi cum vitioſè, aut inutiliter ob errorem in perſona mariti, contractum matrimonium eſt, priuilegijs ſuis nihilominus dos fruitur. Atqui dos dici propriè non poteſt, ſiquidem matrimonio efficaci carrere dos non poteſt.l.3.ff.de iure dot. Idẽ ex tex.probatur in l.lex Iulia.ff.de fundo dot. vbi priuilegium legis Iuliæ, ne alienare dotem liceat, ad matrimonium nondum contractum pertinet, vt quod cautum in mariio eſt, ad ſponſum trahatur. Atqui ſponſalibus tantummodo cõtractis, dotis nomen intelligi propric nequit.d.l.3.ff. de iure dot. eodem tex.ſpectat in l.ſi ſponſa.ff.de iure dot. vbi priuilegium, quod doti tribui in actionibus perſonalibus ſolet, vt creditoribus alijs potior mulier habeatur, ſponſæ etiam, & vxori putatiuæ competit veluti cum annis 25.minor pro maiore habetur. Tex.ſimilis accedit in l.2.§.ſi.ff.de priuil.credi.

L. 1. ff. ſolut. matr.

SVMMARIVM.

1 *SPecies facti ad l. 1. ff. ſolu. mat. 2. & 3. dilucidè explicatur.*

Hypotheca tacita in caſibus tantum à iure expreſsis datur. ibid.

Hypotheca tacita tàm pro reſtitutione dotis, quã eius promiſsione cõpetit. ibid. verſ. inter alios caſus.

Conditio melior creditoris videtur, qui prior ad iudicium prouocauit, & ſententiã obtinuit, qua ad executionem perductu ſit. ibid. verſ. videbatur dicendum. Declaratur infra in verſ. negotium omne.

Creditoris conditio potior qui diligentior fuit. ibid. verſ. videbatur dicendam.

Hypotheca tacita priuilegium ſine iniuria aliena introductum intelligitur. ibid. verſ. Tertio priuilegium hoc. Declaratur infra in verſ. Non obſt. arg. tertiam.

Princeps iuri gentium ſine cauſa nõ derogat, & cũ ex cauſa aliqua iuſta dominium rei ſua ab aliquo aufertur preciũ reſtitui domino oportet. ib. verſ. Quarto hoc amplius.

Poſſeſſoris conditio in dubio melior etiam in cauſa turpi, Turpitudine vtrinque interueniente. ibid. verſ. Quo cuſa iure etiam dabis.

2 *Hypotheca tacita quæ pro dote competit hypotheca tacita alterius, & anteriori præfertur; vbi lege, & ratione confirmatur.*

Legem beneficio ſuo eam quis aſcribit, quam vult. ibid. verſ. Qoonam eam à lege.

Rationum optima, quam effectus commendat. ibid. verſic. optima planè rationum.

Semper dictio, quid ſignificet. ibi. verſ. ſed enim potiorem.

Probatio dubia pro non facta habetur. ibi. verſ. Neque arg. mutat.

Intellectus ille præualet, in quo dubitandi ratio maior verſatur. ibi. verſ. quarto facti ſpecies.

Interpretatio verborum ita fieri debet, vt aliquid operentur, & vt quo amplius poſsint operentur, ſi amplius in cuſa vno operari, q̃ in alio poſsũt, ꝗ limitetur in materia ſtricta, & odioſa. ib. verſ. inde ampliationẽ colligere.

3 *Hypotheca prior in dubio illius intelligitur, qui in poſſeſsione reperitur.*

Poſſeſſionis cemmoda. ibi. vbi in re pari, & in pignore potior eius cauſa eſt, qui in poſſeſſione reperitur.

Priuilegium ſtrictim interpretandum vbicunque tertij ius læditur. ibid. verſ. opinione hac.

Specialia plura ferendo non ſunt, & ius ſpeciale in conſequentiam trahi non debet. ibi. verſ. & vlterius.

Priuilegia non ſunt multiplicanda. ibid. verſi. glo. hoc ſcitiſſima.

Inſtrumenta duo eodem die ita conſcripta, vt incertũ ſit vtrum anterius, Prius illud æſtimatur, in quo dotis fauor verſatur. ibid. verſ. ad argumenta.

Collatio beneficij [illegible] die eodem facta prior illius indicatur, qui prius poſſeſſionem adeptus. ibid. verſ. ſed opinioni huic.

Præſumptio iuris probationem liquidiſſimam facit. ibid. verſ. Apparet ex his.

4 *Priuilegium generaliter conceſſum generaliter intelligendum quatenus ſignificatio verborum patitur, etiam in materia pœnali, & correctoria.*

Generali ſub oratione, aut locutione ſpecies oẽs propriè continentur. ibid. verſ. quam verborum proprietatem.

Vniuerſalia verba generalibus fortiora. ibid. verſ. ſi verba generalia.

Expreſſum id dicitur, quod ex ſignificatu proprio includi ſub diſpoſitione poteſt. ibid. verſ. ſecundò dilucidè.

Vniuerſalia verba ſpecialis expreſſionis vicem obtinent. ibid. verſ. inde fit.

5 *Vniuerſalia verba non ſolum ad eos ſunt trahi debent, qui propriè ſub expreſſis includuntur, ſed & ad eos qui impropriè includi poſſunt.*

Hypotheca mulieris pro dote potior, anteriorq́; in dubio iudicatur, quamuis apud aduerſarium eius res ſit, quæ pignori vtriq; eodem die obſtricta eſt. nu. 2. in fi. & nu. 3. 4. & 5. vbi ampliatur in verſ. itaq; cum locus.

Hypothecam expreſſam mulier habens ſed poſteriorem, Anterioribus non præfertur expreſſum pariter habentibus ex communi. ibid. verſ. ex caſu à Bar. expreſſo.

6 *Libertatis cauſa priuilegiaria, in hyppotheca, in probationibus, in teſtibus.*

7 *Immunitas odioſa æſtimatur, & commodis publicis contraria, cum ab oneribus publicis agnoſcendis quis ſe ſubtrahat, quia ex æquo onera ſuſcipi ab omnib. oporteat.*

Inæqualitas legibus odioſa. ibi. verſ. inæqualitatẽ planè.

8 *Interpretatio contra munus collationis, ſeu collectæ anne dubio ſit facienda.*

Onera extraordinaria odioſa an ſint quæ ſine cauſa magna, et principe inconſulto imponi non poſſunt. ibid.

9 *Pia cauſa, dotis priuilegijs in re dubia gaudet, ideò teſtamentis duobus eadem die conditis illud præualet, quod cauſa pia fauet.*

Argumentum validum à libertate ad cauſam piam. ibid. verſ. Miror Bar. in ſpecie hac. Sed priuilegiaria magis cauſa pia. verſ. Hoc amplius ſecundum Socinum quem author impugnat.

Interpretatio in fauorem Eccleſiæ de iure, & de facto fieri debet, & ſecundum cauſam piam in dubio pronunciãdum. ibid. verſ. ex Bal. etiam.

Piæ cauſæ relictum ob incertitudinem non perit. ibidem. verſ. hoc amplius. {non ſolet.

10 *Legitima liberorum ius deterius fieri ob cauſam piam*

Teſtamentum irritum in quo inſtitutionis titulo liberis nõ relinquitur, quamuis cauſa pia inſtituta. ibid. verſ. Rurſus titulo inſtitutionis.

Legitimæ ius à iure ciuili introductum, ratione naturali impellente. ibid. verſ. atqui à lege humana.

Pia cauſa iure cõi vtitur, & niſi in caſibus iure expreſſis priuilegiaria nõ eſt. ibi. verſ. ſecũdò falsũ dictum hoc.

11 *Extenſio in his ceſſat, quæ propriè ſub eo continentur ad quod extenſionem applicamus.*

Dos cauſã piã in ſe cõtinet. ibid. verſ. enimuerò & in dote: & declarat in verſ. ſolutio. {extenſiuoi.

Pia cauſa in libertate continetur. ibid. verſ. quarto Soci.

12 *Pia cauſa dupliciter intelligitur, in genere, & largè, in ſpecie, & ſtrictim, quod declaratur.*

13 *Potentius quod eſt in caſu mixto dijudicando illud præualet, etiam ſi noxium alij ſit quod potentius eſt, vbi limitatur in cauſa pia.*

Factum. In facto facilius quam in iure fallimur, & in facto errantibus non in iure ſuccurri ſolet. ibid.

Perſona ex aliena quiſpiam non conſequitur quod permitti ex ſua non ſolet, quod limitatur propter cauſam piam & ſublimitatur. ibid. verſ. limitatio & altera.

14 *Aditio an ſit neceſſaria, vt legatum cauſæ piæ relictum debeatur.*

15 *Fiſcus an potiatur dotis priuilegijs.*

Fiſcus licet donationem ante delictum factam non reſcindat ſi fraude careat, Priuilegia eius tamen in onere probandi eſt, donatario enim poſſeſſori probandi onus iniũgitur perfectam donationem ante delictum eſſe. ibid.

Intellectus plures vbi lex aliqua patitur fundamentum ſuper ea conſtitui non poteſt, incognita enim veritas eius dicitur, quod varijs modis exponi ſolet. ibid. verſ. Ad tex. in d. l. 1. Declaratur in verſ. ſed reſponderi ſi ſenſus vnus à Doctoribus ſit receptus.

Inſtrumentum quod multipliciter intelligi poteſt fidem nõ facit. ibid. verſ. Ius idem inſtrumenti.

Fiſci conditio deterior an ſit quam priuati. ibid. verſ. ab extenſione hac. & in dubio an pro fiſco ſit pronunciandum. omnino nu. 17.

Intellectus. l. non puto. ff. de iure fiſci. nu. 15. verſ. Ab extenſione hac, & ſeq. & in verſ. ſed enim non rectè, & nu. ſeq. vide nu. 18. verſ. ſententia hac. & nu. ſeq. & 23. & ſeq omnino nu. 25. & ſeq.

Fraus facilius in titulo lucratiuo quàm oneroſo præſumitur. no. 15. verſ. Reſponſionem ſecundam.

Intellectus. l. 1. C. de iure fiſci lib. 10. ibid. & in verſ. Reſponſionem ſecundam.

Generalis diſpoſitio caſus omnes complectitur quicunq; comprahendi ſub ea poſſunt. ibi. verſ. Diſtinctionẽ hanc.

Interpretatio omnis reſtrictiua generalitatem verborum offendit, & ſermoni literali contraria eſſe. ibid. verſ. Inde ſcite Bal. ſcribit.

16 *Intellectus diuinatiuus reijciendus.*

17 *Fiſcus in dubio an iure pari fruatur, Atq; dos. cauſa pia & libertas omnino nu. 20.*

Fiſci priuilegia remiſſiuè. ibi. verſ. opinionẽ hanc. & n. 25.

Victoria à pari non exiſtit, ob id contraria præſumptiones inuicem ſe eliduut, ibi. verſ ſecũdò æque priuilegiarium.

Fiſcus in bonis poſtea quæſitis priuato præfertur, anteriorem hypothecam habenti. ibid. verſ. tertio ex tex. ſed quid in dote. nu. 18.

18 *Mulier expreſſam habens hypothecam creditoribus anterioribus etiam expreſſam hypothecam habentib. præfertur in bonis tantum poſtea quæſitis.*

Omiſſus caſus non dicitur, in quo ratio eadem, menſue diſponentis verſatur. ibid. verſ. Eque viſitarint ratio.

Lex ſecundum naturam tituli intelligenda ſub quo poſita eſt. ibid. verſ ſi dixeris fatidicam reſponſionem.

19 *Intellectus vbi plures lex aliqua patitur, ille præualet qui verbis Rubricæ, aut tituli magis reſpondet.*

Doli reus dicitur qui id non facit quod de iure facere compellitur. ibid. verſ. Doli enim tenetur. & nu. 23. verſ. tertiò ſi reſponſionem hanc.

20 *Potentius id æſtimatur, in quo ratio maior concedendi verſatur.*

Fiſcus, & reſpublica ſoluendo ſemper dicitur. ibid.

Fiſcus tacitam habens hypothecam anterioribus non præfertur tacitam habentibus, & ita dotis priuilegijs in hoc non fruitur. ibid. verſ. ſecundo potentias.

21 *Intellectus. l. 2. C. de priu. fiſci.*

Conſeruatio facilius permitti, quàm noua acquiſitio ſolet. ibid. verſ. ſecundò facilius.

Fiſcus iure ſpeciali nõ vtitur, niſi expreſſum ſit ibid. verſ. ſecundo Regula.

Regula

Regula pro aliquo faciente, ſi exceptio obijciatur probu-
rtillam oportet. ibid. verſ. ſatis quippè eſt.
Error iuris tolerabilis vbicumq; ad regulam iuris adbe-
renda committitur. ibid. verſ. inde fit vt tolerabilis.
Interprutatia in re dubia eligenda, vt minus quam poſ-
ſit commune ius lædatur. ibidem verſ. quartò in Am-
biguo.
22 Hypotheca tacitæ priuilegium in bonis delinquentis ſen-
tentia ſaltem in eum lata fiſco conceditur.
Interpratatio ſtatuti cantru fiſcum an ſit faciendu. ibid.
verſ. Quinto ſententia huic.
Dubium. in caſu dubio contru ſe iudicandum Imperator
non cenſuit. ibid. verſ. poſtremò cũ ſententia hac.
Fiſci grutiu ſententiam nonam Papinianus, & Meſſius
inuenerunt. ibid. verſ. poſtremo cum ſententia hac.
23 Interpratatio in dubio contra fiſcum faciendu, ne locus pę
na ſit, & offenſio verborum permitti ſolet delicti vitan-
di caufa. verſ. Cuma. Reſponſio.
24 Doli Reus pœnam criminis ſtellionutus patitur.
Interpratutio illu recipi non debet, per quam delinquendi
occaſia dutur. ibid. verſ. Enimuero.
Interpratatio illu reijcienda, per quam illuſoriu legis diſpo
ſitio redderetur. ibid. verſ. Quartò ridicula.
Dubium. In dubio locus nõ eſt priuilegio. ibid. verſ. Ter
tiu Decij reſponſio.
25 Generalis diſpoſitio ad eu non porrigitur, quu ſpecialem
hubent prouiſionem. verſ. iure quippè vulgatiſſimo.
26 Patrimonium generis triplicis principi eſſe, Priuatum, pu
blicum, & fiſcale. verſ. ſed enim verbu.
Princeps de priuato patrimonio pro arbitrio diſponit, &
diſpoſitione non facta ad hæredes eius legitimos perti-
net. ibid. verſ. ſed enim verbu.
Præfecti Ecclesiurum de bonis eorum priuatis pro arbi-
trio diſponunt, & nulla facta diſpaſitione ad hæredes le
gitimos trunſeunt, ibid. verſ. ſed enim verba.
Princeps de publico patrimonio, ideſt de vectigalibus, ceu
ſibus tributis, ac alijs prouentibus qui percipi ex publi
co ſolent, An poſſit diſponere. ibid. verſ. Alterum prin
cipi patrimonium.
Patrimonium fiſcale ex condemnationibus, mulctiſue con
ſiſtit. ibid. verſ. tertium patrimonium.
Fiſci, & Cæſaris bona pro diuerſis habentur. ibi. verſ. Nã
eodem nomine.
Fiſcus Crumena male quæſitorum dicitur, & ſuccus nul-
lius religionis, aut conſcientiæ, & quod nõ capit Chriſtus,
rapit fiſcus. Ibid. ver. Canſequens prædictis ſit.
Fiſcus in his etiam enunciatur, quu extra cunſam delicti
ſunt, poſtquam in fiſcum bona delata pro quibus contra
ctus perfici poſſunt. ibid. verſ. ſed dicturus quiſpiam.
27 Fiſcus priuilegiarius in cauſis ciuilibus circa editionem
eſt, vt à Reo editio fiat, Diuerſum in cauſis criminalib.
obſeruatur.
Fiſcus in pęnis creditoribus poſtponitur: alind in his in
quibus pœnu non vertitur, in quibus deterior conditio
eius, quam priuatorum non eſt. ibidem verſ. in candem
ſententiam.
Interprutatio laudatur, per quam diſtinguendo Textus
conciliantur. ibid. verſ. itaque cum diſtinctio.
28 Notorium ſententia facit.
29 Exceptia non aliter locum habet, niſi ſi deſumptu ex ver
bis regula, & comprahenſa ſub regula, alias ſit exceptio
ne ipſa non facta.
Paria ſunt non eſſe, vel non apparere, & iure carere dici-
tur, à quo probatio eius non fit. ibid. verſ. limitationem
hanc.
30 Teſtium voci viuæ, quàm mortuæ notarij vnius fides ma-
ior habenda, quotiens factum antiquum non vertitur.
31 Stipulatio ficta à præſumpta in quo differat.
Stipulatio præſumitur interueniſſe, vbi de promiſſiane per
ſcripturam conſtat. ibid. vel ſi de interrogatione, & re-
ſponſione appareat. verſ. Secundò ſtipulatio.
Præſũptio circa impoſſibile nõ verſat. ibi. verſ. inde fit.

32 Fictio circa rem certam, præſumptio vero circa ambiguã,
& incertam verſatur.
Gloſa error in c. is qui fidem in prin. Glo. magna de ſpon
ſal. ibid. verſ. ex differentia hac.
Stipulatia præſumpta probationem contrariam admittit,
aliud in ficta ſtipulatione. ibid. verſ. Differentia altera.
Fictia probationem contrariam, nec per confeſſionem ad
mittit. ibid. verſ. cunſu aliu ſtipulationis fictę.
Specialitas duplex admitti non ſolet. ibid. verſ. Tertia in
ter ſtipulationem. (tur, & limitatur.
33 Stipulatia dotis fauore fingitur interueniſſe, vbi ampliu-
34 Hypotheca tacita, quæ pro dote competit, an patri detur
filia ſublata, vel ſuperſtite, ita vt vtilitatem ex priuile-
gio ipſo filiu conſequi poſſit. (tertiò aliter.
Contemplatione cuius aliquid fiet inſpiciendum. ibid. verſ.
35 Hypotheca tacita pro dote cum priuilegio temporis patri
non datur, vt creditoribus præferatur parem hypothecã
habẽtib. ſi vtile id filiæ nõ ſit, quia noĩe ꝓpria pr̃ agat.
Canfirmatianis, & extenſionis ius diuerſum, & facilius
actus canfirmat̃, q̃ extendatur. ibid. verſi. ſecũdò aliter.
36 Hypotheca tacita pro date curà Prælationem tamen ex-
truneo etiam competit, cui ex pacto, aut ſtipulutione reſti
tui das debet.
Hypotheca tacita, & ſtipulatio fictu pro dote gradibus pa
ribus ambulant, vt quibus vna datur altera, etiam ac-
cedat ibid. verſ. quo admiſſo. & nu. 37. verſ. Amplia
tur quintò.
37 Fideiuſſor de dote danda, aut reſtituenda ex pacto nudo,
ſicuti principalis obligatur.
Pactum nudum actionem parit tàm aduerſus principalẽ,
quàm fideiuſſorem datis dandæ, vel reſtituendu. ibid.
Specialia plura admittuntur quotiens acceſſoriè, aut in
conſequentiam veniunt. ibid. verſ.
Neque ad rem attinet. Idem ſi de mente legislatoris appa
reat, vt ad ſpecialia pluru diſpoſitio trahatur. nu. 40.
vbi aliter declaratur.
Stipulatio fictu, quæ pro dote à lege inducitur, locum etiã
habet in donatione propter nuptias. nu. 37. verſ. Am-
pliatur ſexto.
38 Stipulatio ficta an extraneo proſit cui datis reſtituenda
promiſſio ſucta ſine ſtipulatione, vel ea inutili eſt.
39 Pollicitatio nec dotis cauſa prodeſt, & ſtipulatio ficta in
pollicitatione datis non conſideratur, cum abſenti ſine
nũcio, vel epiſtala, et nullo præſente acceptãte ꝓmiſſio fit.
40 Subrogatia cum qualitutibus ſuis amnibus facta credi-
tur, etiã in materia correctoria. verſ. ſecundò aliter.
41 Fictio totiens à lege permittitur, quotiens id fieri æquitas
ſuadet.
Stipulatio, quæ dotis fauare fingitur, non cõſideratur, quo
tiens extra perſanam mulieris omnino res geritur, velu-
ti cum neq; mulieri, neq; marito pro ea dotis promiſſio
fit, ſed dotem alij per delegationem iuſſu mulieris reſti-
tuere maritus promittit. ibid. verſ. limitatur quintò, &
paulò infra, in veramtamen ſublimitatur ut locum ha-
beat vbicumq; ad vtilitatem mulieris delegatio fit.
42 Hypatheca tacita, dotis fauore inducitur, qua bona om-
nium camplectitur, qui doti reſtituendu obligantur, &
tàm patris, quàm filij, cum filio accipienti conſenſit, &
declaratur quod de canſenſu dicitur in verſ. limitutianẽ
Ampliatio hac, & quid in filia minore. nu. 45.
Pater, ex conſenſu dotis filia numerata obligatur, ſiuè vo
luntarius, ſiuè neceſſarius fuerit conſenſus contra Bart.
nu. 42. verſ. limitationem, & verſ. in limitatione hac,
et n. ſeq. Declarat̃ qd ſi pr̃ ꝓteſtet̃ nolle bonã abligatu ẽẽ.
43 Dotem vterq; pater, & filius ſi accipiunt, vel accepiſſe
canfiteantur pro parte dimidia vterq; obligatur.
Proteſtatia fruſtra in eo adhibetur, quad iuris neceſſitate
fit. ibid. verſ. ampliatur tertio.
Indotata vbi mulier remaneret, tunc ipſius canſenſus illi
nan officit. ibid. verſ. ſed obſeruandum.
44 Diminuitur facilius, quad adimi in tatum põt, & facilius
quid reſtringitur, quam ex toto auferatur.

Facilius aliquid differtur quàm auferatur, ibid. verſ. & quod dicimus.

Hypotheca tacita pro dote omnibus competit, quib. actio de dote datur. ibid. verſ. ampliatur ſecundo.

45 *Hypotheca tacita, quæ dotis fauore inducta eſt, bona viri etiam minoris capit contra Bar.*

Alienationis prohibitio ad alienationem neceſſariam non trahitur. ibid. verſ. ſed enim à maiore Doc. parte.

Solemnitas quæ in alienatione requiritur ad alienationẽ neceſſariam nõ pertinet. Ideò decretũ iudicis ſuperfluũ in alienatione rerũ minoris quotiẽs teſtatoris iuſſu alienatio fit. Idem in contractibus mulierũ in quibus propinquorum conſenſus requiritur. ibi. verſ. rurſus quæ neceſſaria,

46 *Hypotheca tacita pro dote, ob fructus etiã cõpetit, quos vxori maritus, hæresve eius reſtituere debet, quia Ius vniuerſale Dos æſtimatur & ex fructibus ipſis augetur.*

Dos vniuerſale ius æſtimatur & fructibus augetur. ibid. verſ. ſed obſeruandum.

Vniuerſale ius ex fructibus augetur. ibid. verſ. vniuerſale ius.

Fructus in petitione dotis, & hæreditatis veniunt, non principaliter, ſed acceſſoriè inſint. ibid. verſ. inde fit.

Sententia de dote dicta peti fructus an adhuc poſſint, quã uis petiti in iudicio, aut de eis dictum in ſententia nõ ſit, ibid. verſ. in quam re lapſus.

47 *Hypotheca tacita pro dote ad alimenta vxori debita porrigitur, licet Doc. inuicem pugnent, & Baldi Iunioris diſtinctio reijcitur.*

Actio perſonalis pro alimentis licet non detur, officiũ tamen iudicis non deficit, cui accedere hypotheca paſſit. ibid. verſ. verior, & crebrior.

Alimentorum cauſa fauorabilior, quam dotis. ibid. verſ. aut rationem fauoris.

Argumentum à ratione maiori in materia etiam ſtricta, & odioſa recipitur. ibid. verſ. Itaque rat tanc.

Dos. ſecũdũ dotis quantitatẽ Alī vxorem, & curari agro tantum oportet. ibid. verſ. ſecundo in dote.

Dos apud eam eſſe debet, à quo vxor exhibetur, aut alitur. ibid. verſ. ſecundo in dote.

Dotem conſtituere is cogitur, qui ad alimenta tenetur. Ideo filiam ſpuriam pater dotare tenetur, quam de iure canonica alere debet. ibid. verſ. eadem ratione.

Spuriam filiam dotare pater cogitur, quam alere Iure canonico inſpecta tenetur. ibid. verſ. eadem ratione, vbi idem in patre naturali quotiens ad alimenta compellitur.

Pater naturalis filiam dotare cogitur, vbi ad alimenta tenetur. ibid. verſ. Ius idem in patre naturali.

48 *Tale. Quicquid aliorum cauſa eſt, vt talia ſint, illud maxime tale.*

Contẽplatione cuius quid fiat, nõ factũ ipſũ inſpiciẽdũ. ib.

49 *Hypotheca tacita, quæ pro dote datur in donatione etiam propter nuptias competit, ſi dotis cauſa, et ob tutelã eius donatio fit vbi limitatur quò ad priuilegiũ prælationis.*

50 *Hypotheca tacita, quæ pro dote datur, an extranea conceditur, cui dotis reſtitutio ex pacto, aut ſtipulatione fieri debet.*

Extenditur aliquid facilius, quam noui permittatur, aut inducatur. ibid. verſ. tertiò fortius.

51 *Actio p ruſcriptis verbis iuris ſtricti dicitur.*

52 *Hypotheca tacitæ priuilegium mulieri datur, nuptijs etiã repetitis, etiam cum prælatione in ſponſa.*

Dos in ſponſa propriè non dicitur. ibid. verſ. Ampliationem hanc. Impropriè verò Dotis vocabulum in ſponſa cadit ſimiliter, vt matrimonio ſoluta. ibid. verſ. improprie tamen.

53 *Extenſiam locus etiam in materia ſtricta de ſignificatione propria ad impropriam ex identitate rationis.*

Hypotheca tacita pro dote, & ipſa generalis non ideò minus cõpetit, quod de hypotheca ſpeciali expreſſim promiſſum mulieri ſit. ibid. verſ. ampliatur decimo.

Tacitum ceſſat vbicunq; expreſſio eius facta legitur, niſi vberior taciti, quam expreſſi prouiſio ſit. ibid. verſ. ex ampliatione iuncto verſ. ſed enim ad regulam. & verſ. ſecunda reſpondetur, vbi declaratur non procedere vbi effectum contrarium expreſſio produceret.

Prouiſio legis ceſſat vbi hominis prouiſio interuenit, quæ prodeſſe poſſit. ibid. verſ. tertia regula aſſenſia, vbi declaratur omnino nu. 55. verſ. Tertia item regula, & num. 59.

Tacitũ ab expreſſo non tollitur, quod comprahenſum ſub eo non ſit. ibid. verſ. tertiò reſpondetur.

54 *Generi per ſpeciem non derogatur quotiens ex cauſa diuerſi generis, & ſpeciei deſcendunt. Idem ſi reipublicæ fauor læderetur d. nu. verſ. ſecunda reſpondetur, vbi aliter limitatur regula prædicta, ſi læſionem, aut odium induceret.*

Prouiſio generalis per ſpecialem non tollitur, quandoque alteri contradicit. ibid. verſ. tertiò reſpondetur, & nu. 55. verſ. ſecundò reſpondetur, vbi declaratur.

55 *Incluſio vnius non eſt excluſio alterius vbicumque effectum diuerſum diſpoſitio pareret. Idem ſi veriſimili mẽtè diſponentis excluſio refragaretur. d. nu. verſ. Reſponſionis huic.*

Prouiſio hominis in caſu prouiſo tollit legis diſpoſitionẽ, aliud in caſu alio ſeruandum. Nam vbi vberius prouiſũ per legem, quàm hominem eſt; à prouiſione legis receſſũ non cenſetur per ſpecialem hominis prouiſionem. ibidẽ. verſ. tertio reſpondetur, & verſ. ſequenti.

56 *Hypotheca legis generalis legatorum cauſa introducta per ſpecialem teſtatoris hypothecam non derogatur.*

57 *Ordinarium, & extraordinarium munus quod dicatur.*

Reſtitutio in integrum petitionem hominis, & iudicis conceſſionem deſiderat. ibid. verſ. Non idem in iure extraordinario.

Reſtitutionis in integrum libellus quomodo concipiẽdus, & quid in eo afferre is debeat, qui reſtitutionem in integrum petit. ibid. verſ. inde libelli modum.

58 *Extenſio cum omnibus ſuis qualitatibus facta intelligitur.*

Specialia augenda non ſunt, & difficilius id extenditur, quod iure ſpeciali competit. ibidem. verſic. eapropter ſtrictius.

59 *Caſus omiſſus iuris cõmunis diſpoſitioni relictus dicitur.*

60 *Hypotheca tacita pro dote, bona omnia tàm mariti, quã vxoris, & eorum ex parte vtriuſque, qui doti danda obligantur, comprahendit non modo præſentia, ſed futura, & nomina debitorum.*

61 *Hypotheca tacita pro dote ob bona etiam paraſerna datur, debilius tamen priuilegium hoc in paraſernis eſt, quam ex hypotheca ſpeciali ladi ſalet.*

Hypotheca tacita pro dote his caſibus datur, quibus ſtipulationi ſictè locus eſt. ibidem. verſ. Ampliatio decima quarta,

62 *Confeſſio dotis receptæ ante matrimonium donandi animo facta marito non nocet, niſi diſpar coniugum conditio ſit, genere, ætate, forma, vicióne alio, vbi Ratio diuerſitatis inter tacitam, & expreſſam donationem.*

Donatio valet, quæ à marito ſoluto matrimonio nondum celebrato fit, ideò ſi dati poſtea res donata tradatur, matrimonio ſoluto repetitur, vt alia res vxoris doti tradita. ibid.

Donatio nihil intereſt, an fiat matrimonio contracto, vel ante, ſed in tempus matrimonij conferatur. ibid. verſ. Nihil planè intereſt.

Papa ſucceſſorem non nominat, quia in tempus electio confertur, quo poteſtas eligentis finitur. ibid. verſ. Inde fit vt ſucceſſorem.

63 *Expreſſum id æſtimatur, quod ex natura verbi includitur.*

Confeſſio de accepto vice traditionis eſt. ibid. verſ. inde in ſententiam,

SPECIES

5 SPECIES facti † ad l. hanc applicari quadrifariam poteſt. ſpecies duplex ad hypothecam taci tam competit. ſpecies totidem accōmodari ad hypothecam ex preſſam poſſunt. In hypotheca ta cita monēdi ſumus, niſi in caſib° à iure expreſſis hypothecam tacitā non dari. l. ante omnia. ff. de proba. l. pro officio à ſpeciali argumentando. C. de admi. tutor. Imola in cōſ. 50. col. 2. Soci. in l. ſi ex toto in prin. in 2. nota. infra de le gat. 1. Inter alios caſus dotis cā in primis connumeratur, vt fauore eius, atque ob eam reſtituendā hypothecæ bona ſuppoſita mariti cenſeantur, quāuis in contractu dotis expreſſio vllaſacta de hypotheca nō ſit. Atque in mariti gratiam hypotheca indulgetur, vt marito pignori nexu bona eius intelligantur, à quo pmiſſio facta dotis eſt. Sic ex parte vtriuſque, ſiue in fauorem vtriuſque mulieris, & viri hypotheca hæc introducta à lege eſt. l. vni. §. & vt plenius. C. de rei vxor. actio. & de hypotheca tacita mulieris cauſa inſtituta tex. etiam meminit in l. fi. C. qui potior. in pignor. ha.

In hac hypotheca tacita caſus fingi bifariam poteſt. Principio hypothecam hanc ſolam ex parte mulieris intelligendo hoc eſt, vt cum eo in iudicio contendat, cui hypotheca vlla expreſſa, nec tacita ſit. verbi gratia centum Titius mutui reſtituendi nomine Seio ſimpliciter citra hypothecæ conſtitutionem, promiſit. Deinde vxorem duxit, cui dotem acceptam reſtituturum ſe ſcriptura, vel non interpoſita, cauit. Sic creditores Seium priorem, & mulierem poſteriorem Titius habet, marito extincto, cum hæredibus Titij Seius egit, ſententiamq́, euicit, qua centum Seio reſtituere iuſſi ſunt. Deinde cum pecunia parata reſtitutioni non eſſet, executio tacta in fundo hæreditario Titij eſt, quem ſolum reliquerat. Ita dominus, & poſſeſſor fundi Seius factus per executionem ipſam, & dationem inſolutum à Iudice impletā eſt. Cum Seio actionem hypotheca riā dotis reſtituēdæ noie mulier exercet. ex.uſſione bonorū viri, hæredūmue legitimè facta Dubitatio nis erat, nūqd rectè actio illata hypothecaria eſſet.

Videbatur dicendum, actionem hypothecariam non ſuffragari, Seio ipſo creditore fundū tacitè obligatum poſſidente, perinde quaſi potius ius eius, q̄ mulieris ſit. Idque ratione duplici. Prima, quia cum prior ad iudicium Seius prouocauerit, ſententiamq́; meruerit, quæ perducta ad effectum eſt, melior ipſius occupantis conditio videtur, l. pluribus. ff. de procura. l. ſi quis à multis. ff. de noxal. c. capitulum ſanctæ Crucis de reſcrip. glo. in l. is à quo in ver. da tum eſſet. ff. de rei vendica. Expreſſinq́; id probari ex tex. videtur in l. pupillus. ff. quæ in frau. credito. vbi potior creditoris conditio æſtimatur, qui diligē tior fuit. & prius nactus rem eſt, dum maligni tantè quicquam non interueniat.

Neque ad rem hypothecam tacitam attinere Seſus deſendebat. Quoniam ad eum caſum pertinere videtur, quo apud hæredes mariti, vel apud tertium iura potiora non habentem res eſt. Non idem ſeruandum, cum apud creditorem anteriorem inueni tur, qui dominus factus eius ſit. negligentiæ .n. ſuæ expenſum damnum ferre mulier debet, quæ ſerius ad iudicem adiit vti tex. ait in d. l. pupillus. Secundò quamuis hypothecæ ius mulieri competat. Dominium tamen penes Seium eſt. quod hypotheca validius ſine dubitatione videtur. cum auferri id ab alio nequeat, quod cōtra in hypotheca eſt toto iure. ff. & C. de rei vendica. Tertio priuilegium hoc hypothecæ tacitæ ſine iniuria introductum alicna intelligitur. l. impuberi infra de admi. tut. l. 3. §. merito, & §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loco pub. l. nec auus. C. de emanci. lib. ob id ad perniciem Seij priuilegium tacitæ hypothecæ trahendum non videtur. Quarto hoc amplius dicendum, nec expreſſim induci poſſe, vt ius tertij, in dominio cuius res eſt, ex hypotheca hac ſubaudita lædatur. Siquidem à iure gentium dominium eſt. l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure. Iuri planè gentium ſine cauſa derogās principi, non licet, vt Bar. cæteriq; no. in l. fin. C. ſi contra ius, vel vtil. pub. Bal. in l. 1. nu. 5. circa med. ff. de conſti. prin. & id genus alia. Atque vbi ex cau ſa, qua iuſta dominium rei ſuæ à quopiam auſertur, precium reſtitui domino oportet. l. barbatius. ff. de offi. prætor. l. venditor. §. ſi cōſtat. ff. com. prædio. l. mulier in opus. ff. de captiu. l. 2. C. quibus ex cau. ſerui pro præmio liber. accip. cum alijs apud nos aſcriptis in l. 1. nu. 20. infra de lega. 1. in conſ. 95. nu. 7. & in conſ. 276. nu. 7.

De controuerſia hac dirimenda cum Iudici non liqueret, aditum ad Vlpianum eſt, vt quid iuris hic vel lei, ipſe doceret. Qui ſpecie facti percepta, in verba hæc reſpondit. Dotis cauſa ſemper, atque vbiq; prę cipua eſt. Quocirca mulieris ius potius æſtimandū, vt per hypothecam tacitam à lege ſine facto, aut prouiſione mulieris introductam fundum reſtitui à Seio oporteat.

Negocium omne In aduerſarijs profligand's ver ſatur. Itaq; arg. primum non mouet, meliorem Seij creditoris conditionem videri, qui prior in iudiciū deſcendit. Locum enim arg. non habet, vbicunq; hypothecæ adſtricta res eſt, in qua alius præuenit, cui hypotheca vlla anterior nō competit. Ibi enim ad creditorem ipſum anteriorem cum onere hypothecæ res ambulat. l. ſi conuenerit. §. ſi fundus. ff. de pign. actio.

Secundum item arg. non mutat. dominū Seium ex datione inſolutum factum: potentiùſue hipothe ca dominium eſſe. Quoniam verum id non eſt ſi cre ditori in re ipſa hypothecam habenti creditum ſol uit. Aliter quippè rem ipſam creditori dimittere tā diū neceſſe habet iure pignoris poſſidendam, quandiū quod debitum ei eſt, coſſecutus erit. Siquidem cum onere illo hypothecæ rei dominium acquiritur. vt apud practic. Papiē in forma libelli in actio. Hypothecar. in ver. relaxandum. Bar. in l. rem alie nam. ff. de pign. actio. Soci. in conſ. 112 nu. 4. li. 4.

Non ob. arg. tertium, ad iniuriam alienam hypothecæ tacitæ priuilegium non trahi. Quoniam intelligi, aut verti iniuria non poteſt, ſi in re hypotheca inducitur, quæ obnoxia tertio ante non eſt. Namq; ſi iuris quicquam in re, aut ad rem creditori tertio non competit, quomodo iniuriam, aut læſio nis pati quicquam dicetur. non enis quippè nulla diminutio intelligi, aut iniuria poteſt. l. 2. ff. de vſufruct. l. eius qui. verſi. quas vero. ff. ſi cert. per.

Quartum quoque, & vltimum arg non obſtat, ſta tui per legem expreſſim non poſſe, vt in re aliena in præiudiciumq; domini hypotheca competat, cū à iure gentium dominium ſit. Quoniam locus argumento eſſet, ſi poſt dominium tertio quæſitum ius hoc introductum hypothecæ ſit. Sed enim in rebus mariti, aut eius, qui dotem promittit, hypotheca hæc legalis inducitur, quæ in dominio mariti, aut tertij ſunt. & in quibus hypothecam, aut ius aliud reale creditor prior non vindicat. Atq; ideò argutum ſilet, dominio non derogari, quod à iure gētiū exiſtit. cum ante dominium ipſum ius hoc conſtitutum hypothecæ ſit. Vnde quamuis in dominio al terius res poſtea fiat, cum onere ſuo hypothecæ huius tacitæ id cōtingit. Inde & arg. illud diluitur, precium tertio reſtituendum, cui dominium, aut ius ab latum rei ſuæ eſt. Iuris enim ſi actu tam nulla ter-

tius facit, hypotheca ante inducta, quam ius adeptus in re ſit.

Secundo modo ſpecies facti proponi in tacita hypotheca poteſt. quotiens creditori ipſi priori hypotheca etiam tacita datur, vt in bonis conductoris in domum conductam inuectis, & illatis, quæ locatori obligata tacitè dicuntur. l. item quia ff. de pactis. l. certi iuris. C. loca. §. item ſeruiana inſtit. de actio. Eque hypotheca tacita in re cōpetit, in poſſeſſionem, cuius per iudicem miſſus quiſpiā eſt, quod prætorium pignus nuncupatur. l. non eſt mirū. ff. de pign. actio. l. creditoribus. ff. de ſepara. vnde caſum fingendo, vt apud eum res ſit, cui hypotheca etiam tacita datur, potior poſſeſſoris conditio quā mulieris videtur. Iura quippè tria cum creditore faciunt. Primū, quod hypothecam tacitam ſimiliter vt mulier habet. Alterum, quod anterior hypotheca eius eſt. ob id anteferenda. l. potior, & l. creditor. ff. qui potior. in pign. hab. l. 2. l. 4. l. licet, & l. ſeq. C. eodem titu. reg. qui prior. lib. 6. Tertium quod apud eum poſſeſſio inuenitur. Quo caſu in re etiam dubia melior poſſeſſoris cauſa habetur. l. ſi minor 25. annis. 2. in princ. ff. de minor. l. viro, atq; vxore infra eodem. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. de ver. obl. §. commodum. inſti. de interdic. Idq; locum in cauſa etiam turpi habet, in qua turpitudine vtrinq; interueniente, potior poſſeſſoris conditio nihilominus habetur. l. 3. l. ſeq & l. pen. ff de condi. ob turpem cau. d. l. viro, atque vxore. Quid hic dicendū, vbi dubia, aut par cauſa nō eſt. Immò enim anterius Seij creditoris ius proculdubio eſt. Deniq; iure triplici creditori Seio fauente, potentius ius eius non dubiè videtur authen. itaq; C. com. de ſucceſſ. l. cum in adoptiuis in princ. Ibique Bal. C. de adopt. §. ſi vero. inſti. eo. tit. c. inter corporalia. verſ. vnde cū non ſit. de transla. epi. c. ex ſententiarum de auctoritate, & vſu pallij. c. 1. cum glo. de tregua, & pace, c. non poteſt de præben. lib. 6. Tex. huc pertinet in l. Baliſta. ff. ad trebel. Itaque cum potētius Seij creditoris ius, quam mulieris appareat, præferendum id videtur. l. quæritur. ff. de ſtatu hom. l. 1. in princ. ff. ſi pars hæredi. per. l. bona fides. ff. depoſiti. l. & ſi non ſint. §. perueniamus infra de auro, & arg. lega. l. quicquid. §. cum partes. ff. de acq. rer. domi. l. priuilegia. ff. de priuileg. creditorum. l. fi. C. de ordi. iudi. l. fi. C. de edic. diui Adrian. tollen. c. duobus de reſcrip. lib. 6. Signorol. in conſ. 217. ou. 13.

Argumentis his non obſtantibus, in gratiam mulieris Vlpianus reſpondit, dotis cauſam ſemper &
2 vbique præcipuam eſſe, atque ideo † hypothecam eius tacitam a lege introductam quamuis poſteriorem, hypothecæ ſeij præuertendam anteriori eſſe. Idque expreſſius conſtitutum oſtenditur in d. l. fin. C. qui potior. in pig. hab. Neque ad rem attinent, quæ oppoſita è regione ſunt. Reſponſione eadem enim omnia refelluntur. Inficias eundo potentius ius creditoris anterioris ratione hypothecæ, temporis, & poſſeſſionis eſſe. Quoniam cum a lege ipſa vtriuſq; inducta hypotheca ſit, in arbitrio legis fuit, conditionem, quam vellet, beneficio ſuo aſcribere. l. in traditionibus. ff. de pactis. l. ob res. ff. eo. tit. l. cum eſſet. §. fi. ff. de ſerui. ruſti. prædior. l. 1. §. ſi conuenerit. ff. depoſi. l. ſi ſeruus ea lege. ff. de ſeruis expor. l. ſed & ſi pupillus. §. item ſi plures. ff. de inſtitor. l. 1. ff. de ſolutio. l. 1. C. eo. tit. l. legem. C. de pactis. c. de monachis de præben. vnde cum potiorem mulieris hypothecam hanc ſubauditam eſſe legi placuerit, idque expreſſum in d. l. fi. ſit, nihil eſt, quòd potentius creditorum anteriorum ius argumentis conuincamus. Locus quippè argumentis in re liquida non eſt. l. ille aut ille. §. cum in verbis infra de lega. 3. l. cōtinuus. §. cum ita ff. de verb. obli. & hanc rationem glo. obſeruat in d. l. fi. in glo. magna. C. qui potior. in pign. ha. & in §. fuerat in ver. creditoribus in fi. inſti. de actio. quæ ait, nihil eſſe, quod de iure hoc in gratiam mulieris inſtituto creditores alij quamuis priores expoſtulent. Siquidem ſuum non ipſorum ipſis auxilium lex denegat. idem glo. ſcribit in l. 1. C. ſi aduer. vendi. Iaſ. in l. 4 §. cato nu. 36. ff. de verb. obli.

Si rogites, quamobrem ius hoc ita mulierū cauſa proditum cōtra creditores anteriores ſit. Reſpōdet Vlpianus. ob id ita ſancitum, quòd reipublicæ intereſt, dotes mulieribus conſeruari. Sed iterum quæritur, cur hoc reipub. inter ſit. Reſpondetur, eo id intereſſe, quod dotatas eſſe fœminas ad ſobolem procreandam, & replendam liberis ciuitatem maximè ſit neceſſarium, Sic ab effectu ratio hæc priuilegij mulieribus in dotibus tribuēdi, deſumitur. Quoniam ſi dotes ſaluæ eis fiunt, per dotes ipſas facilius, crebriusve non paulò matrimonia iunguntur, vnde vtilitas hæc liberis ciuitatis cumulandæ emanare ad rempublicam ſolet. Optima planè rationum, quam effectus commendat. l. vni. §. ſed etſi quis homini. C. de lati. liber. tollen. §. quod in eis in aucten. de nuptijs.

Ternò ſpecies facti proponi in hypotheca expreſſa poteſt. Cum die eodē, & mulieri, & ſeio creditori bona obligata ſunt, & cum tertio poſſeſſorē iudicium, creditore inſtitutum eſt. Deinde poſſeſſori ipſi à muliere etiam actio hypothecaria infertur. Neque conſtare poteſt, vtrius anterior hypotheca ſit, inde dubitari non immeritò poteſt, vtriuſ tū potior cauſa habeatur, mulierisne, an ſeij creditoris. Et quidem cū hypotheca expreſſa interueniat, in qua obijci ſeio nequit, legis, non ſuum ſibi auxilium denegari, potior ſeij cauſa videbatur, qui prior ad iudicium prouocauit. Per ea, quæ dicta ſupra de præueniente habemus.

Sed enim potiorem, & hic mulieris cauſam æſtimandam magis eſt ex Vlpiano dicere, cum præcipue ſemper, & vbiq; dotis cauſa ſit. Quæ vniuerſalia verba videntur, & latiſſimè prætenduntur, vt gl. hic interpræatur ſemper, ideſt omni tempore, & omni caſu ipſius temporis. Per quam glo. Butigel. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter nu. 19. in fi. ff. de verb. obli. dictionem ſemper idem valere ſcribit, atque verba illa indiſtinctè, & in totū. Et quod Ruin. ait in conſ. 7. nu. 6. in fi. lib. 2. propter dictionem ſemper mandātis obitu finem mandatum non accipere, ſi expreſſum in mandato eſt, vt mandatario quid agere ſemper liceat. ex gl. hic. Quid hic dicendum, vbi dictio & altera vniuerſalis interuenit. vbique quam glo. etiam hic obſeruat, & pro vniuerſali habet, ideſt, omni caſu. Ergo caſus nullus excipitur. l. Iulianus infra de lega. 3. l. a procuratore. C. manda. ſic verba vniuerſalia geminata interueniūt, quorum effectus quantus ſit, ſcriptum cumulatius habemus in l. 1. ff. de lega. 1. & in conſi. 294.

Neque arg. mutat ex diuerſo obiectum, hypothecam hic expreſſam verſari ab homine ipſo interpoſitam, ius cuius minui a lege non conuenit. Atque ideo ſeij præuenientis meliorem conditionem videri. Locum enim argu. haberet, ſi anterius ſeij ius in hypotheca conſtaret. Cæterum cum de tempore priori non liqueat, nihil eſt, quod iure vllo potiori nitatur. Pro eo enim probatio dubia habetur, vt ſi facta omnino non ſit. l. duo ſunt titij infra de teſta. tu. l. ſi fuerit infra de rebus dub. c. in præſentia de proba. in re igitur dubia liberum legi fuit, in gratiam mulieris ſtatuere, vt potius ius eius habeatur, neque alienum ius lædi dicitur, de quo non liquet.

Non obſt. ob id anterius ius ſeij creditoris præſumi, quod diligentior muliere fuit, & prior ad iudicium deſcendit. Quoniam à iure id introductum ei

utili eſt, vt melior occupantis conditio fieret. Ea ratione iure alio tolli, aut limitari ciuili potuit, ne in dote locum contra mulierem habeat. l. princeps. ff. de legib. l. digna vox. C. eo. tit. l. 2. ff. de natal. reſtit. c. propoſuit de conceſ. præben.

Quartò facti ſpecies, proponi dubitationis maioris poteſt, vt ad hypothecam expreſſam litigatoris vtriuſque mulieris, & Seij tex. hic referatur. Quæ admittenda magis ſpecies videtur. Namque vbicunque ſenſus plures accommodari ad legem quam poſſunt, cæteris antecellere is creditur, in quo dubitandi ratio maior vertitur. c. cũ in iure. ibiq; Abb. in 1. nota. de offi. deleg. Deci. in l. quotiens idem ſermo circa fi. ff. de reg. iur. & in l. illam col. 1. C. de collatio. Inde ampliatio regulæ deſumitur, ad caſum legem referẽdam, in quo dubitatio inſit, ne inepta, aut momenti nullius fiat ſi ad caſum non neceſſarium, & ab omni dubitatione vacuum legem ipſam applicamus l. quod labeo. ıf. a de Carbo. edic. l. in ciuile. C. de furtis. Ampliationem enim id recipit, vt quamuis extra dubitationem poſita lex non ſit, quæ ad ſenſum vnum intelligitur. Attamen ſi ſenſum admittere alium poteſt, in quo ratio dubitandi afferri maior poſſit, ſenſum eligi eũ deceat, quo ſcitu magis, & momenti maioris lex fiat. Inde ampliationem colligere, & regulæ alterius notiſſimæ licet, ita verba interpratanda, vt aliquid operentur, ne ocioſa, aut inertia fiant. l. ſi quando in prin. infra de lega. 1. cum alijs apud nos accumulatis in conſi. 297. nu. 4. Ampliationem enim regula accipit, vt ſi amplius in caſu vno operari, quã in alio poſſit, ad caſum trahatur, in quo effectus, aut operatio maior contineatur. Ob cauſam quippè aliam ad caſum maioris dubitationis trahi lex nõ debet, niſi vt quo amplius poſſit operetur. Et ad caſum prouiſio legis pertineat, in quo maior prouidẽdi neceſſitas interuenit. Qua ſententia tamen in materia ſtricta odioſave non vtar, in qua interpratationem adhibendam cenſeo, vt quam minimum poſſit, diſpoſitio operetur, cum reſtringi odium oporteat. l. cum quidam infra de lib. & poſth. reg. odia lib. 6 ex text. probari diſtinctio hæc videtur in c. Rodulphus ibique Abb. de reſcrip. Idem Abb. in c. ad audientiam in prin. de reſcrip. Bar. in l. talis ſcriptura in prin. infra de leg. 1.

Sed enim materia hæc gratioſa, fauorabiliſq; verſatur, vtpotè, quæ ad vtilitatem publicam pertinet. Atque ideo in caſu legem hanc intelligi conuenit, in quo ratio maior dubitãdi ineſt fauoris ipſius amplìãdi nomine. Species igitur facti afferri ita poteſt, vt die eodem fundus idem hypothecæ vinculo nexus vtrique ſit mulieri propter dotem, & ſeio ob pecuniam mutuam. Deinde poſſeſſorem fundi ſeiũ factum vtpotè diligentiorem, A quo fundi ipſius poſſeſſionem iudicio hypothecario mulier auocabat. Cum incertum eſſet, vtra alterius prior hypotheca eſſet, in quæſtionem vocabatur, vtram anteriorem ius præſumeret mulierisne, an ſeij. Priorem
3 ſeij † hypothecam ob poſſeſſionem intelligi. Bart. ſcribit in l. 1. §. non autem infra de bon. poſ. ſecun. tab. Bal. in conſi. 274. licet allegationes lib. 2. Iaſ. hic nu. 7. Deci. in l. fi. nu. 53. C. de edic. diui Adria. tollẽ. Et quæ de meliore poſſidentis cõditione in iure pari, aut dubio ante diximus. Atque in ſpecie, & nominatim in pignore potiorem eius in re pari cauſam eſſe, apud quem poſſeſſio comperitur, ex tex. oſtenditur in l. ſi debitor & in l. ſi fundus. §. ſi duo. ff. de pignor.

Secundo ſeio opitulari text. videbatur à fortiori argumentãdo in l. quotiens. C. de rei vendi. Etenim ſi emptoris poſterioris cauſa validior ob traditionẽ priorem habetur, quid in ſeio creditore dicẽdum? quem poſſeſſorem eſſe non liquet, & qui prior ad poſſeſſionẽ aſpirauit? opinione hac in Seij fauorẽ admiſſa, referre non videbatur, priuilegiatam dotis cauſam eſſe. Conſequens quippè non fit, priuilegijs non paucis prædita dos legitur, ergo & in ſpecie hac controuerſa priuilegiatam eam intelligi, cum expreſſum id non inueniatur. & ſtrictim interpratari priuilegium debeat, vbicunque tertij intereſt, aut deterius alienũ ius fit. l. ex facto infra de vulg. l. 1. ibique Bald. C. de legibus. c. ſanè. Ibique Abb. de priuil. Pau. de Caſt. in allegationibus poſt conſi. 339. dico. col. 1. circa med. verſi. eſt vlterius præſumendũ lib. 1. & vlterius ad ſpeciem hanc tex. accedit in l. 1. C de dotis promiſ. ſpecialia ferenda plura non eſſe. Idem ex tex. oſtenditur in l. mulieri in t. a de condi. & demon. quẽ Soci. vocat. in conſi. 13. nu. 11. lib. 1. In eandem ſententiam tex. profertur in c. 2. de filijs presby. & in c. non poteſt in fi. de præben. lib. 6. tex. hac præter cæteros accedit. in l. quod vero contra. ff. de l l. ad conſequẽtias trahendum ſpeciale ius non eſſe, quod idem glo. ſcribit. in §. ſi quis alij in gl. magna circa fi. inſti. de inutil. ſtipula. Atqui in conſequentiam haud dubiè ſpeciale ius deducitur, ſi ſpecialia plura non reijcimus.

Glo. hac ſcitiſſima ſpectat in l. bene à Zenone. §. pen. C. de quadrien. præſcrip. multiplicanda priuilegia non eſſe. Inde conſequens non fieri ſubijcit, priuilegijs alijs per multis decorata Auguſta eſt, ergo permiſſum, & illud dicendum, de quo in d. l. bene à Zenone. Apparet ex his, ad caſus expreſſos dotis priuilegia perſtringenda. Vnde cum priuilegiaria dos in ſpecie controuerſa nõ oſtendatur, efficacius ius ſeij creditoris videri, vt anterior hypotheca eius poſſeſſionis ratione cenſeatur.

Argumentis his poſthabitis, in gratiam mulieris Vlpianus pronunciauit, cui inuitæ, credo, mulieres non eſſent, Dotis cauſam ſemper, & vbiq; præcipuam, priuilegiatámve eſſe. ſi ſemper, & vbiq; ergo, & in ſpecie propoſita. Aliter quippe falſa oratio hæc vniuerſalis eſſet, ſi in caſu hoc locum non haberet. l. ſi is qui. 11. §. verum infra de reb. dub.

Ad argumenta èconrrario oppoſita reſpondetur, locũ eis in cauſis nõ priuilegiarijs eſſe. Ibi enim anterius ius eius in re obſcura, aut pari præſumitur, apud quem res ipſa eſt. Non idem contra perſonã, aut cauſam priuilegiatam ſeruandum, qualis dos eſt. In qua fortius ius eius, quam poſſeſſoris intelligitur, vt ex verbis tex. huius vniuerſalibus apparet. Atque ita in ſpecie hac controuerſa Bal. hic ſun. probat. nu. 192. poſt med. & num. 245. Idem Deci. ſentit in d. l. fi. nu. 54. C. de edic. diui. Adria. tollen. Ripa hic nu. 6. ex his etiam opi. hæc iuuatur, quæ apud Soci. ſcripta in r. nota. ſunt. Cum generaliter ſcribit, in ſtrumentis duobus eodem die ita conſcriptis, vt incertum ſit, vtrum prius altera ſit, prius id eſtimari, in quo dotis fauor vertitur, diſtinctione vlla non adhibita, apud aduerſarium, vel non res ſit.

Sed opinioni huic Iaſ. hic non aſſentitur. num. 7. in tertia limitatione. Qui meliorem creditoris poſſidentis cauſam arbitratur per text. in c. ſi a ſede de præben. lib. 6. vbi cum gemina beneficij collatio die eodem facta legitur, & incertum eſt, vtra alteri anteuertat, potentius ius eius æſtimatur, qui beneficium poſſidet, ſeu qui poſſeſſionem eius adeptus prior eſt. Hic poſſeſſionis ratio, & contra pontificis collationem habetur, quam tamen priuilegiatam eſſe proculdubio eſt.

Ab opinione Decij, Ripæve diſcedendum nõ puto. quæ ex verbis vniuerſalibus, & geminatis tex. huius, vt dixi, confirmatur. Neque opinioni huic obſtare tex. videtur in d. c. ſi a ſede. Ex diuerſis enim, & in quibus ratio diuerſa ineſt, Iaſ. argumentatur. Idcirco enim ratio poſſeſſionis anterioris, & contra

Pon-

Pontificis collationem habetur, quòd credibile, & veriſimile eſt, priorem ordinarij collationem, quã Pontificis eſſe, cum notam beneficij vacationem ante ordinarius in diœceſi, ſeu degens, quam Pontifex habeat, qui longinquo abeſt.

Secundò ex priuilegio minori ad maius. Iaſ. colligit. Debilius quippe, nec paulo dotis priuilegio priuilegiũ eſt, de quo in d.c. ſi à ſede. Dos enim priuilegiaria, vel contra creditores anteriores in tacita hypotheca inuenitur. d.l. fi. C. qui potior. in pign. hab. Quod ſecus in d.c. ſi à ſede eſt, vbi priori ordinarij collationi poſterior Pontificis collatio caſu aliquo non anteponitur. Dum ſuprema poteſtate tamen Princeps Romanus non vtatur, quæ legibus ſoluta ſit, minus item priuilegium eſſe, de quo in d. c. ſi a ſede, ex eo oſtenditur, quòd publica ibi vtilitas non ſimiliter, atque in dote ſic vertitur. A minore igitur ad maius negatiuè non rectè à Iaſ. argumẽtum deducitur. priuilegium minus, de quo in d.c. ſi a ſede, locum contra poſſeſſorem non habet, ergo nec maiori dotis priuilegio locus contra poſſeſſorem erit. l. qui dignus. ff. de Senator. no. in c. cum in cunctis. §. 1. de electio. & in ſpecie de caſu minus fauorabili ad fauorabile magis argumentandi ius nõ eſſe Iaſ. tradit in l. ſtipulatio iſta. §. fi. ff. de verb. obli.

Alterum quoque arg. non mutat à fortiori deductum per tex. in d. l. quotiens. C. de rei vendica. & in l. ſiue autem. § ſi duobus. ff. de publicia. Quoniam à debiliori, nedum a fortiori argu. hoc deriuatur. Ibi enim de iure dominij certamen eſt, cui acquiratur venditione rei duobus facta, an cui prius vẽdita, an cui tradita ante res eſt. Et cauſam eius potiorem reſpondetur, qui rem conſecutus prior ſit. Id quia ſine traditione acquiri dominium non poteſt. l. traditionibus. C. de pactis. Vnde neceſſario ei dominiũ quæritur, qui prior ad traditionem peruenit, quamuis alij res vendita ante ſit. Quæ ratio in hypotheca ſilet. Ad quam acquirendam neceſſaria traditio non eſt. Ea ratione pluris aliquid in hypotheca creditori non contingit, cui res ipſa tradita ante ſit. Quo circa ſi creditori poſteriori res prius à debitore, aut iudice traditur, ab eo euinci per creditorem anteriorem haud dubiè poterit. l. creditor in prin. ff. qui potior. in pign. hab.

Apparet ex his, pluris aliquid ex poſſeſſione pignoris creditorem non conſequi, atque illud cum omnibus commune, de quo in l. qui accuſare. C. de eden. ſi dixeris, ex d. l. qui accuſare creditorem Seiũ in ſpecie enarrata abſoluendum, muliere de iure ſuo anteriori fidem nõ faciente. Reſpondetur, imo fidem iuris præſumptione ex priuilegio mulieribus permiſſo fieri, vt in re dubia anterior mulieris hypotheca præſumatur. Probatio enim liquidiſſima ex præſumptione iuris deſcendit. l. licet imperator infra de lega. 1. cum alijs apud recentiores accumulatis in rubri. extrà de proba.

Non obſtat, ſtrictim priuilegium interpretandũ, & ad caſus expreſſos reſtringendum. Locus enim argumento eſt, cum in caſibus quibuſdam ſpecialibus conceſſum priuilegium legitur. Aliter atque † vbi generaliter cui datur. Generaliter tum enim accipi, & ad caſus porrigi omnes debet, ad quos adaptari verborum proprietas poteſt. l. cum lege. Ibique Areti. infra de teſta. c. ſi quam de ſenten. excommunica. Calderi. in conſi. 2. de conſangui. & affi. & in conſ. 24. de præben. Anchar. in conſi. 187. apud me nu. 2. Idem Bart. ſentit in l. omnes populi. nu. 55. verſi. ſecundo caſu. ff. de iuſti. & iure tradit Deci. in c. non liceat. col. 2. in fin. de præben. & in locis alijs per multis apud Niconit. expreſſis in rubr. ff. de ope. noui nuncia. nu. 254. & in ſpecie priuilegij, generaliter id intelligẽdum, quatenus ſignificatio verborum fert, ex tex. oſtenditur in c. ex parte. 3. Ibique Abb. de decim. vbi priuilegium conceſſionis decimarum, quod ordinarij ius lædit, ad noualia etiam, atque ideo ad decimas futuras producitur, id quia ad eas referri propriè poteſt. cum æque decimæ atque præſentes ſint. Idem ex Ang. probatur in l. fin. nu. 9. & nu. 11. in fin. ff. de conſti. prin. vbi in materia pœnali, & priuilegiaria loquitur, interpretationem largam ad vim, & ſignificationem adhibendam, & in priuilegio Deci. tradit in c. cauſam quę num. 6. de reſcrip. Ruin. in conſi. 153. nu. 15. lib. 4. & in materia correctoria idem Imola ſentit in l. ſi vero. §. de viro nu. 15. infra eo. cui Bulgarin. ad ſtipulatur in rubri. ſupra eo. nu. 38. Sed proprietas, & verborum vniuerſalium Vlpiani, vt præcipua dotis cauſa ſemper, & vbique ſit, caſum hunc controuerſum complectitur, vt in re dubia, vtrius prior hypotheca ſit, priuilegiaria dos habeatur, quamuis apud creditorẽ aliũ poſſeſſio rei ſit. Quam verborum proprietatem, & vim colligere ex glo. hic licet in verſi. ſemper & in ver. vbique expreſſius ex Bar in rubri. ſupra eo. nu. 12, a fortiori argumentando ibi enim ſpecies omnes ſub generali oratione, aut locutione contineri propriè ſcribit per l. ſemper in generalibus. ff. de reg. iur. Idem ex tex. probatur in l. quæ conditio. ibique Soci. infra de condi. & demon. in l. ſi quid eiũ. §. inter emptum infra de lega. 3. in l. fi. C. de codicil, in l. voluntas. C de fideicom. tradit Croti. in rubri. ſupra eo. nu. 64. Niconit. nu. 162 ſi verba generalia ad ſpecies, & caſus omnes ex ſignificatione propria trahuntur, quanto magis ius idem probandum in verbis vniuerſalibus erit, de quibus in text. hoc cum fortiora verbis generalibus non paulo ſint. l. 3. §. 1. iuncta. l. coiri. ff. pro ſocio. vbi patet, plus eſſe ſocietatem bonorum vniuerſorum, ſeu omnium, quam ſocietatem ſimpliciter inire. Pluris æque verba illa vniuerſalia æſtimãtur, à munere omni, quam a munere ſimpliciter, aut generaliter ſine dictione omni vniuerſali, abſtinere. c. ſunt nonnulli. 1. q. 1. tradit glo. in c. paſtoralis in ver. temporaliter, de dona. & id genus innumera.

Secundò dilucidè, & ſcitè magis ad argu. reſpondetur, quo compræhenſum eſt, ad caſus expreſſos priuilegia reſtringenda, neque cumulationem eorũ admittendam. arg. ipſum retorquendo. Siquidem expreſſus ſatis caſus hic controuerſus ſub verbis Vlpiani vniuerſalibus eſt, ſemper & vbique priuilegiariam dotis cauſam eſſe. Expreſſum enim id dicitur, quod ex ſignificatu proprio includi ſub diſpoſitione poteſt Ang. in conſi. 17. Comes Brandiſius nu. 6. verſ. vnum autem ſolum. Curt. Sen. in conſi 49. memoriæ recolendæ nu. 45. verſi. & per illam clauſulã & illa verba. & in conſ. 65. in fin. Idem vltra eos, ex glo. probatur in l. precibus in gl. fi. verſi. item notãr hic quidam. C. de impub. eodem Bart. ſpectat in l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe. nu. 1. in fi. infra de leg. 1. & in l. vxorem. §. agri plagam nu. 2. infra de leg. 3. tacitè legatum non intelligi, quod ex natura verborum cõpræhenditur. Sequitur Iaſ. in l. 1. nu 72. verſi. confirmo per doctrinam infra de leg. 1. Sed enim naturã, & vim generalium verborum eam eſſe oſtẽdimus, vt propriè caſus omnes complectantur, qui includi ſub eis poſſunt. Si locum id in verbis generalibus habet, quantò magis ius idem probandum in vniuerſalibus efficacioribus non paulò erit. Inde fit, vt vicem expreſſionis ſpecialis vniuerſalia verba ſuſtineant Bar. in l. 1. in fi. ff. ſi quis in ius voca. non ierit, vbi intereſſe non putat, an ſpecialiter, & expreſſim priuilegio cui renuncietur, an priuilegio omni. Idẽ Bar. probat in l. a. ff. de nouatio. verbis vniuerſalibus nouationem induci, cum cẽtum quiſpiam promittit, inſtrumento omni alio computato. Atqui ex-

preſſionem

preſſionem ſpecialem nouatio exigit. l. fi. verſi. niſi ſpecialiter. C. de nouatio. Quibus Bar. dictis ad regalium iurium incluſionem per verba vniuerſalia Iaſ. vtitur in conſ. 45. col. pen. lib. 2. Pro qua ſententia cumulata, & alia apud nos ſunt in conſ. 294. col. 4. in conſ. 297. col. 7. in fi. verſi. & in terminis. & in cõſ. 308. col. pen. circa. fi. verſi. quinto conſidero. Idem vltra Bar. Iaſ. & alios, ex tex. declarat in §. poſthumi verſi. maſculos inſti. de exhæreda. libe. quamuis nominatim exhęredari poſthumos maſculos iure illo oporteret, vt ibi habetur, & in l. 1. ibique. gl. infra de lib. & poſt. nominatim tamẽ, atque ſingulariter verbo vniuerſali factam exhæredationem intelligi, quicunque mihi natus, aut genitus filius erit, ex hęres eſto. Qui tex. ratione fortiore hic vrget. Ibi enim in ſpecie, atque nominatim verbo vniuerſali fieri exhæredatio dicitur, quæ odioſa eſt. longè facilius ad expreſſionem ſpecialem valitura verba vniuerſalia Vlpiani in materia doti ſanè quam fauorabili erũt, Rurſus verbum non plus quam vnum vniuerſale in d. §. poſthumi interuenit, quæ duo hic concurrunt ſemper, & vbique, & conſtat fortiora non paulo vniuerſalia verba eſſe, quæ plura ſunt, vti ſcriptũ ante habemus Non paſſim tamen in materia odioſa pro expreſſione ſpeciali habenda verba vniuerſalia ſentiam. Verum locum id tum denique habere, ſi effectum quem habere aliter nequeunt, vt in d. §. poſthumi, atque in exemplis ſuprà commemoratis. Ad quam declarationẽ ſpectant, quæ ſcripta apud nos ſunt in d. l. 1. nu. 104 verſi. tertiò confirmo. infra de lega. 1. De qua re tractatus neceſſarius ampliſſimus foret, an & quando reſtrictionẽ pati verba vniuerſalia poſſint.

Tertiò ratione fortiore etiam arg. diluitur, quo ſcriptum eſt, plura admittenda priuilegia non eſſe, verum ad caſus expreſſos ea perſtringenda. Namq; præterquam, quod expreſſio vlla in ſpecie facta ab Vlpiano non eſt, in qua priuilegiaria dos ſit. Atq; ideo dici non poſſit, ad caſus expreſſos reſtrictionẽ faciendam, Attamen expreſſione etiam interueniẽ-
5 te, † non ſolum ad caſus trahi verba vniuerſalia debent, qui propriè ſub expreſſis includi, ſed & qui improprie poſſunt gl. in l. 2. in ver. alias C. de quadriẽ. præſcrip. cum alijs apud nos collatis in d. conſi. 294. nu. 2. vnde cum citra vllam verborum lęſionem, ad ſpeciem cõtrouerſam verba Vlpiani adaptari vniuerſalia, repetitaque poſſint, extra ambiguitatẽ omnem poſita res videtur, potiorem, anterioremque mulieris hypothecam in re dubia ęſtimandam, quãuis apud aduerſarium eius res ſit, quę pignori die eodem obſtricta vtrique eſt.

Ex caſu a Bart. expreſſo adnotatũ hic apud Soci. legitur, cum inſtrumẽta vnum, atq; alterum die eodem conſcripta inueniuntur, vt in obſcuro ſit, vtrũ altero prius ſit, anterius id intelligi, in quo dotis fauor vertitur. In quo notabili obſeruandum, ad hypothecam expreſſam id reſtringẽdum, in qua Bar. in ſpecie ſua ſacti non ab re loquitur. In tacita enim ad rem temporis incertitudo nõ attinet. Siquidem creditoribus anterioribus in tacita hypotheca mulier præfertur. d. l. fi. C. qui potior. in pign. ha. Cauſa alia, iuſque aliud ſeruandum circa hypothecam expreſſam eſt, in qua iure, quo priuilegiario mulier nõ fruitur, vbicunque anterius ius creditoris alterius eſſe non dubitatur, vt in d. l. fi. habetur, & apud Socin. hic in fi. Ripam col. 1. & 2. Bulgarin. num. 43. Idem Bellamc. probat in conſi. 31. col. 1. & 2. vbi frequentiorem opin. hanc teſtatur. Idem Alex. ait in conſi. 58. nu. 6. lib. 7. Corn. in conſi. 182. in 2. dubio lib. 1. & in conſ. 183. in fi. lib. 3. Ruin. in conſi. 57. nu. 8. lib. 5. Gozadi. in conſi. 28. num. 29. verſi. decimoquinto a fortioribus terminis, & nu. 34. Eandem opi. crebrio rem aſſerunt, & qui ab ea recedunt, vt hic apud Bal. nouel. nu. 190. & ſeq. & nu. 224 Iaſ. nu. 5. & pluribus ſeq. ad fin. vſque commentarij ſui in 2. lectu. Croi. num. 68. Parpaliæ vero, & viſitarino non ſatis de q. hac liquet.

Itaque cum locus notabili huic eſſe in tacita hypotheca nõ poſſit. Aeque iure, quo ſpeciali prædita mulier in expreſſa hypotheca non ſit, vbicunque de tempore conſtat, vtrum anterius altero inſtrumentum ſit, ad eũ caſum reſtringi nota. hoc neceſſe eſt, quo incertum tempus de hypotheca expreſſa eſt, vt melior tunc atque priuilegiaria mulieris cauſa æſtimetur. Secundum quæ, priuilegio duplici circa hypothecam mulier potitur, vno in hypotheca tacita, atque in re liquida, vt creditoribus etiam anterioribus præſtet. Altero circa hypothecam expreſſam in re obſcura, vt creditores alios in re dubia antecedat. Idque ampliationem admittit, vt ad hypothecam tacitam etiam contra expreſſam pertineat hoc eſt, vt in re dubia prior tacita dotis, quam creditoris alterius expreſſa præſumatur, vt Bal. hic iunior obſeruat. nu. 235.

Et quod Soci. ſubijcit, ius idem libertatis eſſe, videndum eſt, vtrum de hypotheca, & in libertate Socin. ſenſerit, vt in re incerta prior hypotheca cenſeatur, quæ libertati prodeſt. Qui ſenſus ſi Socino fuit, exemplum petendum erit, quo ad libertatem applicari res poſſit. Exemplum afferri illud poteſt, ſi eodem die, & domino quid a Titio ob libertatem ſeruo præſtãdam, & creditori alij propter cauſam aliã promiſſum quid facimus, hypotheca bonorum in gratiam vtriuſque interpoſita, vt in re obſcura anterior hypotheca æſtimetur, quæ ad vtilitatem libertatis ſpectat.

Aliter etiam, & generalius intelligi Soci. dictum poteſt, vt qua ratione præcipua dotis cauſa in hypo
6 theca expreſſa, & re dubia eſt, ita, & † priuilegiaria
in re dubia libertatis cauſa generaliter habeatur, veluti in probationibus. Veluti cum probationes contrariæ interueniunt, ſiue per inſtrumenta ſiue teſtes. Ex quibus libertati aliæ quidem fauent, aliæ obſtãt, vt potiores in re pari, atque dubia cenſeantur, quæ cum libertate faciunt l. lege Iulia, quæ l. antepenul. eſt. ff. de manumiſſio. l. inter pares. ff. de re iudi. Cy. & alij in l. in exercendis. C. de fide inſtru. Idque pro ſing. Petrus Gerardi habet ſing. 11. in fi. Ampliationem dictum hoc recipit, vt non modo in libertate perſonarum, de qua Soci. & Petr. Gerardi loquunt ſed & in libertate rerũ locũ habeat. Teſtibus inuicem pugnantibus, liberam rem quibuſdam, ſeruituri alijs obnoxiam contendentibus. In re enim pari, atque dubia fidem maiorem haberi teſtibus conuenit, qui pro libertate rei ſtant. vt Iaſ. ſcribit in conſi. 81. col. 5. lib. 3.

Dictum hoc Iaſ. generale plus nimio videtur, vt libera res in dubio præſumatur. Ad libertatẽ enim reſtringendum videtur, quæ natura ipſa, & citra factum hominis competit, de qua in l. alius. C. de ſeruitu. Ratio alia libertatis rei eſt, quæ factum hominis deſiderat exemptionem puta. Cum bona ſua libera, & oneribus exempta quiſpiã aſſerit. Ibi enim ècontrario dicendum videtur, potiores in re dubia probationes habendas, quæ exemptioni contradicunt. Idque ratione duplici. Prima: quia
7 odioſa exemptio † æſtimatur, vtpotè commodis
publicis contraria, & per quam oneribus publicis agnoſcendis ſubtrahere, quis ſe certat. l. 1. in fi. ff. de iure immuni. l. vacatis. C. de decurio. lib. 10. l. 1. & l. qui gratiatos. C. de cenſib. & cenſitor. lib. 11. glo. 3. in l. ſi ita ſcriptum ſit infra de lega. 2. Cardi. in conſ. 135. nu. 2. Fulgo. in conſi. 120. ſuppoſita Bulla col. 1. in n. Rurſus cum ex ęquo onera ſuſcipi ab omnibus oporteat.

oporteat. l. 2. §. cum in eadem. ff. ad legem Rho. de iactu. l. omnium & l. pen. C. de vectigal. & commiſ. l. ciuilia, & l. fi. C. de muner. patri. lib. 10. Per exemptionem diſpar onerum diſtributio fiet. Inæqualitatem planè odioſam legibus eſſe Ancha. ſcribit in conſi. 313. quæſitum iſtud circa med.

Iaſonis tamen dicto, & libertate rerũ circa onera aut exemptionem facilius vtar, vbicunque ſuperioris aut concedẽtis ſolummodo diſpendium vertitur, ita vt deterior conditio aliorũ per exemptionem non fiat. Cum tantũ ex oneribus ſuperiori demitur, aut decedit, quanta exempti portio eſt iuxta ea, quæ notata apud nos ſunt in d. l. 1. nu. 22. Infra de lega. 1. legaliſſimam tum enim aduerſus ſuperiorẽ fieri interpretationem conuenit. l. fi. ff. de conſtitu. ptin. niſi ſi dixeris, locum. d. l. fi. tum eſſe, cum in dubium ſuperioris conceſſio non vocatur. Cauſam aliam videri, ſi dubia exemptionis probatio videtur. l. duo ſunt Titij infra de teſtam. tu. l. non nudis. l. neque natales, & l. neque epiſtolis. C. de proba. c. in præſentia co. titu.

Apparet ex his, vacua a dubitatione nõ eſſe, quæ ſcripta apud Corn. ſunt in conſi. 199. colum. 2. lib.
8 5. & in conſi. 194. col. 3. lib. 4. interpretationẽ † contra munus collationis, ſeu collectæ in dubio faciendam vtpotè odioſæ. Quod idem vltra cum. Abb. ait. in conſ. 20. nu. 3. lib. 2. vbi odioſa onera extraordinaria putat, quæ ſine cauſa magna, & principe inconſulto, imponi non debent. De quo apud nos in conſi. 115. in fi. verum enim id non videtur, vbicunque rectè impoſitum munus eſt. Idque priuilegio, quo ſubnixi agnoſcere quiſpiam detrectat. Contra eum enim immunitate ſola fretũ interpretatio facienda in dubio videtur. Ea ratione ad eum caſum reſtringendum. Abb. & Corn. dictum videtur, quo non exemptionis, verum iuris communis adminiculo contra onus, quis nitiť fauorabilior tunc enim cauſa eius videtur, qui oneri contradicit, cum odioſum onus habeatur. l. cohæredi. §. cum filiæ infra de vulga. tex. huc pertinet in l. Arrianus. ff. de actio. & obli. & in reg. fauorabiliores. ff. de reg. iuris. Ad quẽ caſum pertinent, quæ ſcripta habemus in d. conſi. 111. in fi. Ibi enim non immunitate quapiam, at in re ipſo communi, & conuentionum reus vtitur, vt fides conuentionum præſtetur. l. 1. ff. de pactis.

Extenſio ſecunda primi nota. ad cauſam piam
9 per Socin. fit, vt pari † atque dos in re dubia priuilegio circa tempus potiatur. Hoc eſt, vt teſtamentis duobus die eodem conſcriptis, anterius id æſtimetur, quod cauſæ piæ vtile eſt. Ex Roman. in authen. ſimiliter in 13. priuilegio inter voluntates vltimas relato. C. ad legem Fal. & per ea, quæ ſcripta apud Bar. ſunt in repe. l. 1. circa fin. C. de ſacroſan. eccleſ. legi ſcriptæ obnoxiam cauſam piam non eſſe. Sed ſpiritu aut lege dei gubernari. Sed enim ad rem ſpectare Bar. dictum non videtur, Siquidem lex diuina non profertur, per quam anterius cauſæ piæ fauore teſtamentum iudicetur. Miror Bar. in ſpecie hac nominatum non eſſe in l. proximè in fin. infra de his, quæ in teſta. delen. & in l. ſi vnus nu. 2. C. de teſtam. vbi de libertate ad cauſam piam expreſſim argumẽtatur. Cum Bar. Matheſila. ſentit nota. 114 nota regulam. Ibique notula non parca. Idem Bart. ſcribit in l. eam quam num. 2. verſ. Tutius tamen putarem. C. de fideicom. Fulgo. in conſi. 22. vilis col. 2. circa med. Barto. etiam in locis alijs Iaſ. refert in l. ſi vnus nu. 8. C. de teſtam. Sed enim cum materia hic probationis per teſtamenta verſetur, vtrum altero potius anteriúsve ſit, meliorem probationem haberi, quæ libertati arridet, ex tex. apparet in l. antepenul. ff. de manumiſſio. Quæ licet in teſtibus loquatur, ad inſtrumenta tamen pertinet. l. in exercendis. C. de fide inſtru. Qua ratione igitur receptum libertatis cauſa eſt, vt potior probatio æſtimetur, quæ libertatem iuuat, ita probandum in cauſa pia eſt, quatenus cauſæ ſimilis libertatis habetur.

Ex Bal. etiam extenſionem hanc confirmare Socin. poterat in c. in præſentia nu. 21. in fin. de probat. de iure, & de facto in fauorem eccleſiæ interpretationem fieri. Tex. huc pertinet in l. ſunt perſonæ. ff. de religio. ſecundum cauſam piam in dubio pronũciandum. Tradit Alex. in conſi. 190. in fi. & in conſi. 204. nu. 17. lib. 6. Corn. in conſi. 320. col. pen. verſic. & amplectenda eſt illa interpretatio lib. 4. vt aliud plus ſatis irreligioſe viſum Socino lun. ſit in conſi. 120. nu. 30. lib. 1. & in conſ. 189. nu. 11. lib. 2.

Hoc amplius a dubitatione omni vacua Soci. extẽſio videtur, opinione illa admiſſa, vt fauorabilior cauſæ piæ, quam libertatis res dicatur. vt Soci. no. in l. ſi quis de pluribus infra de reb. dub. in quo tex. probatur ob incertitudinem legatarij irritum libertatis legatum fieri, quotiens incertum eſt, cui libertatem dare teſtator ſenſerit. Atqui non æque piæ cauſæ relictum ab incertitudine perit quoniam ſi pauperibus, quicquam ſimpliciter relinquitur, vtile legatum eſt, & ſiquidem hoſpitale in loco ſit, hoſpitali illi debetur. Aliter per Epiſcopum diſtributio legati fit, ius idem ſeruandum, cum in captiuos redimendos quid relinquitur, vt ad Epiſcopum diſtributio pertineat. l. id quod pauperib. l. nulli, & l. ſi quis ad declinandum. C. de epi. & cleri. Secundo priuilegiariam magis piam, quam libertatis cauſam eſſe, oſtenditur, quod legi humanæ cauſam piam non ſubijci Bar. docet. in d. l. 1. circa fi. C. de ſacroſan. eccleſ. Quod contra in libertate eſt, quam regulis iuris in caſibus permultis ſeruire tituli teſtãtur de manumiſ. de teſta. manu. de fideicom. liber. ita maius cauſæ piæ priuilegium Soci. deſendit, & probat in l. Marcellus. §. quod autem nu. 9. verſ. nec procedit arg. Ang. infra ad Trebel.

Tertiò opi. hanc arg. alio Viſitarin. ſi probat nu. 24. quod in arbitrium hæredis non ſimiliter libertas, vt cauſa pia confertur. l. 1. ibique Bart. infra de legat. 2.

Conſequens argumento huic fit, ineptitudinis Socin. extenſionem de libertates ad cauſam piam incuſari, à minori quippè ad maius affirmate deducitur. Id quod ab omni vacuum dubitatione eſt. Vnde nihil erat, quòd in extenſione hac demonſtranda laboris quicquam Soci. caperet, ab elegantiaque Franc. Albergotum ex Aretio commendaret. Cui dictum hoc accepto relatũ à Roma. ait. Quorſum enim in ſe tam perſpicua, aut argumentis, aut Doc. teſtimonijs certare.

Sed reſponderi ad argumentum hoc ineptitudinis poteſt, falſum Soci. dictum videri in d. l. Marcellus. §. quod autem, vt maius cauſæ piæ, quam libertatis priuilegium ſit. Idque iure non oſtendi. Neq; ad rem Socin. arg. attinet, propter incertitudinem libertatis legatum perimi. Quod aliter in legato eſt pauperibus, aut captiuis dato. Diuerſitas hæc non à priuilegio, quo maiori, verum ex ratione diuerſa inter legatum vnum, atque alterum exiſtit. In libertate enim idcircò ob incertitudinem intereidit, quoniam vbi vni ex ſeruis pluribus libertas datur, & in obſcurè res eſt, de quo teſtator ſenſit, ſi omnibus libertas, vel vnius eligendi facultas alij datur, voluntas ipſa teſtatoris offenditur, qui niſi de vno, & ipſo certo non ſenſit. Eam ob rem ne a voluntate teſtatoris diſcedatur, magis eſt, vt inutile libertatis legatum fiat. Ratio multo alia legati eſt pauperibus, aut captiuis relicti. In quo voluntas teſtatoris non læditur, ſi vtile id dicimus. Siquidem ad pauperes, quos certos animus teſtatoris non ſpectat. In genere ſolummodo

ſummodo de pauperibus cogitatum ab eo eſt. Vnde ſi Xenodochium in loco ſit, credibile eſt, de pauperibus in eo degētibus teſtatorem intellexiſſe. Xenodochio planè remoto, æque veriſimile eſt, eum teſtatori animum fuiſſe, vt per alium pauperum captiuorúmve delectua fieret. Ad quam rem idoneus quiſquam magis inueniri, quam Epiſcopus nequit. Apparet ex his, hallucinatum in argumentandi genere Soci. eſſe. Vnde ſi ratio eadem in libertate, atque in cauſa pia interueniret, quód contra quam teſtator ſenſit, nihil fieret, idē vtrubique ius haud dubiè ſeruandum. Idque ex Cuma. probatur in conſi. 108. & in conſ. 118. in fin. ſecundi dubij, vbi ſi perſonis, quibuſdam certis per eum legatum diſtribui teſtator iubet, cui tacitè, aut ſecretò dixit, ſi ante declarationem executor moritur, inutile legatum fit. neque cauſa admitti pia poteſt, ne à voluntate teſtatoris abeatur, & alijs, quam ſenſit, diſtributio fiat.

AEquè arg. alterum Soci. non mouet, ob id præcipuam cauſam piam magis, quam libertatis eſſe, quod legi ſubdita humanæ non ſit. Quod negatur.

10 Idque videre in legitima † liberorum eſt ius cuius deterius fieri ob cauſam piam non ſolet Bart. in d. l. 2. nu. 55. C. de ſacroſan. eccleſ. Alex. in l. pactum, ꝙ dotali. col. 2. in tertia fallentia. C. de pactis. Deci. in conſ. 504. in fi. Iaſ. in d. l. ſi vnus nu. 8. C. de teſta. Rurſus titulo inſtitutiōis liberis relinqui neceſſe eſt. Aliter irrītum teſtamentum fit, quamuis cauſa pia inſtituta, aut inuitata ex eo ſit. Capra in conſi. 85. nu. 10. per no. in l. ſi quis ad declinandum. C. de epi. & cle. & in c. fin. 17. q. 4. quicunque eccleſiam admittere filio exhæredato parat, alterius, quam Auguſtini cōſilium roget. Atqui à lege humana ius inſtitutum legitimæ eſſe non dubitatur, quamuis ratione naturali impellēte factum id ſit. Alex. in conſ. 75. nu. 9 lib. 1. Bertran. in l. hac edictali verſi. ita tamen nu. 13. C. de ſecun. nup.

Secūdò falſum dictum hoc eſſe, ne legi humanæ cauſa pia ſubſit, oſtenditur, quod iure communi vtitur, & niſi in caſibus iure expreſſis priuilegiaria non eſt. c. 1. §. ſi Clientulus de aliena. feudi. Sal. in d. l. 2. nu. 24. verſi. quintò quia, & q. 11. in fi. Ibique Iaſ. nu. 10. & in repe. num. 8. poſt med. C. de ſacroſan. eccleſ. & idem Iaſ. in l. ſi certis annis nu. 10. verſi. extende in l. fi. nu. 5. verſi. ſextò extende. C. de pactis. & in conſi. 155. ante fin. lib 4. Alex. in conſ. 182. circa prin. lib. 5. vnde cum niſi in caſibus expreſſis cauſa dotata pia ſit, potior habenda, quam libertas nō videtur, fauore cuius multa etiam, ſtatuta contra regulas iuris ſunt. §. fi. inſti. de donatio.

Sed aliter, & ſecundò oppugnari Socin. extenſio poteſt, è contrario, quam viſum Socino ſit, argumētando, hoc eſt maiorem libertati, quam cauſæ piæ fauorem præſtari. Seruo enim ſi in libertate læſus accipienda eſt, remedio ordinario ſuccurritur. Veluti cum libertas ſeruo relicta ex fideicommiſſo eſt, hæredique fidei mādatum, vt ſeruum manumittat. Ab hærede grauato ſeruus venditur, quo caſu eum ſua cauſa id eſt manumittendi onere ad emptorem ambulat. l. generaliter. §. pen. ff. de fideicom. liber. ſi data libertas ſeruo ab emptore ſit, & durius cum liberto agat. Auxilium manumiſſo paratum per conſtitutiones, & principium reſcripta eſt, vt ab hærede grauato, & venditore libertatem conſequatur, ſi humaniorem eum futurum patronum credat. Ita remedio ordinario ex conſtitutionibus, & reſcriptis Principum conſultum ſeruo manumiſſo eſt, ſi læſum ſe ex manumiſſione emptoris dicat. d. l. generaliter. §. fi. At enim remedium ordinariū permiſſum cauſæ piæ non eſt, quæ læſam ſe oſtendit. Verum remedium ei proditum extra ordinem eſt reſtitutio videlicet, in integrū toto tit. extra de reſtit. in integ.

Secūdò priuilegiariam libertatem magis, quam piam cauſam eſſe Iaſ. argumentatur in d. l. ſi vnus nu. 8. C. de teſta. quod minor legitima ob libertatū legata ſit, quod aliter in cauſa pia dicitur.

Tertiò ex tex. probari opi. hæc videtur in l. primo gradu. ff. quæ in frau. credi. vbi maior libertatis, quā alimentorum legato præſtatur. Atqui piam in legato alimentorum cauſam verſari dubitandum non eſt. l. Mela in prin. infra de alim. & cib. lega.

Sed reſpondetur, Idcirco remedio ordinario ſerno opem manumiſſo afferri, quod rei eius proſpectum per extraordinariū non eſſet. Reſtitutio quippe in integrum iuria quicquam noui non tribuit, vetus demum reſtituit. In ius enim priſtinum per reſtitutionem, quis reponitur. l. quod ſi minor. §. reſtitutio. ff. de minor. Cæterum ius nouum manumiſſus poſſit, hoc eſt, vt à venditore manu dimittatur, ciuave libertus fiat. Quam rem aſſequi ex reſtitutione ſola in integrum non poteſt. Iaſ. item arg. non mouet in d. l. ſi vnus nu. 8. C. de teſta. quoniam antiquatum hodie iure authen. eſt, quod de legitima per libertates minuenda inſtitutum iure veteri erat, vt gl. Bar. & alij no. in l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffic. teſta. vt aliud in d. l. ſi vnus ſentire Iaſ. videatur.

Aequè opinioni huic contrarius text. non eſt in d. l. primo gradu. Idcireò enim fauorabilior ibi libertas habetur, quòd inutilis aliàs fieret. Neq; aliunde eam conſequi ſeruus poſſet, quod ſecus in alimētis eſt, quæ percipi aliunde poſſunt.

Tertiò extenſioni obſtare Socini videtur. Etenim quod dictum in dote eſt, vt potior in re dubia æſtimetur, ad libertatem primū, ad cauſam deinde piā producit. In qua re cauſam piam a dote ſeparat, vt ſub cauſa pia comprehenſa propriè non ſit. Nempe ſi in cauſa pia incluſam propriè dotē dicimus,

11 quorſum extenſione vti? Locum quippè † extenſio non habet, vbicunq; ſub eo propriè id continetur, ad quod extenſionem applicamus, vt ex Bar. percipitur in l. omnes populi. nu. 60. ff. de iuſti. & iure. Expreſſius Caſtren. id docet in conſi. 441. pro declaratione col. pen. in fi. lib. 1. Saluiol. in rubri. ſupra eod. num. 67. in fi. verſi. & declara. & nu. 358. in fi. vbi tamen. de Bar. & Caſtren. non meminit. Enimuero, & in dote conſiſtere cauſa pia dicitur. l. cum ia. §. ſi mulier. ff. de condi. indebi. Bart. in l. ſi ego. ff. de iure dot. in l. 2. §. fi. in prin. ff. de dona. Bal. in l. ſicut in fin. C. de actio. & obli. & in l. mandatum nu. 6. C. mand.

Solutio cauſa pia in dote abſolutè non intelligitur, at eo demum caſu, quo mulieri egenti promiſſio dotis fit. Ancha. in conſi. 25. num. 4. Alex. hic nu. 13. verſi. concludite. & in l. ſi conſtante. in prin. nu. 18. infra eodem. Bald. nouel. hic num. 40. Calcan. in conſi. 13. nu. 7. Deci. in l. eius qui. §. placebat. col. 2. in tertia fallentia. ff. ſi cer. pet. in conſ. 73. nu. 2. in fin. & nu. ſeq. vberius in conſi. 110 Ripa hic num 46. verſ. tertio cauſa dotis. Firman. in ſuo promptuario in verbo dos. 1. num. 113. Hoc amplius Corn. viſum in conſ. 50. col. 6. verſic. & inſuper paulus lib. 1. nec in dote paupereulæ cauſam piam verſari, cui dos legata vberior ſit, quæ ad mulierem tenuem non competit. In qua re cum Corneo mihi conuenire non poteſt. Ad rem quippè dotis modus non attinet, dū indigens tamen dotis ſit. Etenim ſi cauſæ piæ priuilegia doti huic, non permiſimus, an non fieri poterit, vt indotata mulier eſuriat, viroq; ſe careat veluti cum ex teſtamento minus ſolenni dotem egeſtate laboranti teſtator relinquit. & cauſæ piæ fauore teſtām non ſuſtinemus. Iure hoc igitur admiſſo, vt non paſſim in cā pia dos cōnumeretur, rectè ex cā dotis ad cauſam piā extenſione vſus Soci. eſt, vt ꝗ dotium etiam priuilegia dantur, cum à pia cauſa ſeparatur, ad piam eadem cauſam pertineant.

Quartò

Quartò Soci.extenſioni cõtradicit, quòd cauſam piam à libertate diſiungit, cum extenſione vtitur, vt quæ ſtatuta libertate ſunt, ad cauſam piam trahantur perinde, quaſi incluſa ſub libertate pietas non ſit. At enim cauſam piam meritique plenam libertate ineſſe tex. oſtendit in l.1. circa med. verſic. ad hanc pietatis rationem. Ibique Bald. expreſſim no. C. de commu. ſeruo manu. & in l. contra voluntatem in ver. contra iura pietatis. C. de teſta.manumiſ. Alex. in conſi.76. nu.14. lib.3. Inde legatum libertatis ad cauſam piam ſpectare Specul. ſcribit in titu. de inſtru. edi. §. nunc verò aliqua num. 62. tradit Iaſ. in d.l. ſi vnus nu.8. C. de teſtam.

12 Reſponderi poteſt, cauſam piam † dupliciter intelligi, in genere & large, in ſpecie, & ſtrictim. In genere, vt ad cauſam omnem pertineat, in qua pietatis, & humanitatis officium præſtatur, quamuis animæ aut ſalutis cauſa principaliter id non fiat. In ſpecie, & ſtrictim quotiens ante actæ vitæ conſcius ob cauſam piam, quis quid legat, aut confert. Similiter vt in adoptione dicitur, quæ in genere accipi, & in ſpecie poteſt, in genere adoptionem in ſpecie, & arrogationem complectitur. In ſpecie ab arrogatione diſtat. l.1. & 2. ff. de adoptio. vnde cum ad libertatem cauſam piam Socin. confert, ſtrictim cauſam piam intelligit, quæ ad animã principaliter ſpectat, & cum ob peccata leuanda diſpoſitio, qua fit. Ex Decio iuuari declaratio hæc videtur in conſil. 72. nu.2. in fi. vbi ſtrictim, & propriè niſi ſalute animæ cauſam piam non obſeruat. Inde ait largo modo, & impropriè cauſam piam libertate intelligi piam que pro fauorabili accipi. Idem ex Alex. probatur in l. ſi pecunia. num.15. ff. de condi. ob cau. vbi cauſam piam non aliter in libertate admittit, niſi ſi ob animam relinquitur, vt aliud Viſitarino viſum hic ſit. nu.24. cauſam item piam ſtrictim, & large. Bald. hic nouel. obſeruat. nu.40. & ſeq. Tex. item memoratos obſeruandos cenſeo, quibus expreſſum eſt, ad cauſam piam libertatis præſtationẽ pertinere. Confutari enim ex eis Iaſ. dictum videtur in d.l. ſi vnus nu.8. C. de teſta. fauorabiliorem cauſa pia libertatẽ videri. Contra enim tex. enarrati innuunt. Cum pietatem coli in libertate tuenda inquiunt, & ob pietatem ipſam fauorabilem libertatem arguunt, namq; propter vnum quodque tale, & illud magis. authen. multo magis. C. de ſacroſan. eccleſ.

Salua ex his Soci. extenſio facta de dote ad libertatem, & cauſam piam eſt, vt iure eodem præcipuo omnes potiantur. Ampliationem extenſio hæc recipit, vt locum in teſtamento habeat non ſolum in quo hæres ſcripta cauſa pia eſt, ſed & ex quo non niſi legatum ei, aut relictum quicquam legitur, hærede alio ex bonis vniuerſis facto. Conſequenter locus Soci. extenſioni erit, quamuis teſtamenti vtilitas, quod anterius præſumitur, ad alium perueniturã non priuilegiarium ſit. Ampliatio hæc ex Iaſ. hic percipitur nu.3. verſi. confirmo per optimum ſimile. Eamque ex Roma. confirmat in d. authen. ſimiliter in 12. priuilegio inter vltimas voluntates. Pro qua opinione, & conſultum à ſe, & ſententiam latam in gratiam Xenodochij Brixiæ, Iaſ teſtatur. Qđ conſilium inter reſponſa eius inſertum inuenitur in conſi.64. lib.1.

Ex ampliatione hac limitatio regulæ colligitur, de qua in l. quæritur. ff. de ſtatu homi. in caſu mixto
13 diiudicando, † quod potentius eſt, admittendum. Quod idem ex text. probatur in l. emancipatum. in fi. ff. de Senator. in l. non intelligitur. §. ſi quis palam. ff. de iure fiſci. Recipique id ſolet, etiam ſi noxium alij ſit, quod potentius eſt. l. ſi vir vxori. Ibique Bart. ff. pro dona. vbi in concurſu erroris facti, & iuris ad vſucapionem, vel non impediendam, potior facti error habetur, ne vſucapio impediatur, quamuis perniciałis domino rei ſit. Id quia potentior facti error ęſtimatur. Cum facilius in facto, quam in iure fallamur. Atque in facto ſuccurri errantibus ſolet, quod contra in iuris errore eſt. tradit. Bar. in l.3. §. fi. infra ad Sillania. Anchar. in conſi.37. contra Ioannem. col.2. verſi. venio ad ſecundam rationẽ. Alex. in conſi.100. col. fin. lib.3. Soci. in rubri. ſupra co. nu. 20. Bulgarin. nu.31. Crot. nu.47. Iaſ. in l.1. §. veteres in tertio nota. ff. de acqui. poſ. in l. ſi is ad quem nu. 36. verſi.2. obſtare videtur infra de acquir. hæredi. & in conſi.74. col.2. lib.3. Soci. iun. in conſi. 37. nu.12. lib. 1. Locum enim ius hoc contra cauſam piam non habet. Fauore cuius quod ei prodeſt, ſpectamus, q̃uis quod nocet potentius ſit, quod contingere videtur, hærede alio non priuilegiario inſolidũ ſcripto.

Limitatio & altera regulæ alterius ex ampliatione hac deſcendit. Iure enim illo vtimur, ex perſona aliena quempiam non conſequi, quod permitti ex ſua non ſolet. l. ſi mihi, & tibi. §. regula infra de leg. 3. l.1. §. quæſitum eſt ſi forte. Ibique glo. in ver. nihil ff. de ſeparatio. l. Labeo. ff. de vſucapio. l. nec per ſe. C. de hæredi. inſti. gl. in l.1. C. ſi in commu. eademq; cau. Signorol. in conſi. 160. col.1. poſt med. Locus enim regulæ in ſpecie ampliationis huius nõ eſt, in qua per cauſam piam hæres prophanus aufert, qđ habere à ſeipſo non licet, vt in re dubia anterius teſtamentum intelligatur, ex quo ſcriptus hæres ſit. Perpetuum tamen id non eſt, vt ex perſona aut cauſa priuilegiaria quiſpiam aſſequatur, quod obtinere per ſe nequit. Verum ad eũ caſum reſtringitur, quo indiuiduitas vertitur. l. ſi communem in prin. ff. quem. ſerui. amit. l. fin. C. de duobus reis. Bart. in l. atheius §. fi. ff. de aqua plu. ar. Fely. in c.1. de præſcri. Iaſ. in l. ſi emãcipan col.3. C. de collatio. Indiuiduitas planè in ampliatione hac, & limitatione ſecunda ex ea decerpta interuenit. fieri quippe non poteſt, vt anterius teſtamentum idem in partem, & ex parte poſterius altero ſit. Cum eodem fieri contextu debeat. l. cum antiquitas. C. de teſta.

Sed obſeruandum in ampliatione hac, quamuis ſecundum eam pronunciatum Iaſ. teſtetur, contrarium ei tamen Sali. videri authen. caſſa. q.9. C. de ſacroſan. eccleſ. ex legatis ob cauſas pias hæredis prophani inſtitutionem non roborari, verba gratias fides teſtamentis per ſtatutum non habetur, quæ in ſcrinijs recondita publicis non ſunt, & quæ archiua vulgo nuncupant, ſi hæres ſcriptus non priuilegiarius eſt, & legata cauſæ piæ data. Ad irritum ea deduci. Siquidem hæreditas ex teſtamento adiri ob vitium eius non poteſt. Ergo commodi quicquam ex cauſa pia hæres non accipit. Sequitur Iaſ. in l. cũ quam nu.19. verſi. item conſidera C. de fideicom.

14 Reſpondetur eo caſu Sali. loqui, quo † vires legatum habere nõ poteſt, cauſæ piæ relictum. Opinione illa admiſſa, vt neceſſaria aditio in legatis etiam pijs ſit. Quam opin. etſi frequentiorem Iaſ. teſtatur in d.l. eam quam, affirmandam non cenſui. Cum vulgatiorem opi. diuerſam Rubeus Alexandri affirmet in conſi.72. nu.5. Alex. tamen, & Abb. in conſ. quibuſdam refert, qui in codicibus meis hoc non dicunt. Teſtimonia tamen alia Doc. non deſunt, quibus opi. confirmare diuerſam liceat. Sed locus diſcutiendi hic non eſt, quatinus ampliationi huic cõtrarius Sali. non eſt, qui in caſu impoſſibili loquitur, quo ad legata admitti cauſa pia nõ poteſt. Quæ impoſſibilitas hic iacet. Nihil quippe prohibet, quominus in re pari, & dubia cauſa melior pia ſit.

Ampliationem ſecundam extenſio Soci. in cauſa pia, recipit, vt locum habeat, quamuis, & teſtamẽto altero vocatus in poſſeſſione hæreditatis ſit. Melior enim cauſæ piæ conditio in ſpecie nota. huius

nihi-

nihilominus erit. Siquidem ad rem poſſeſſionis ſolius commodum aduerſus cauſam, aut perſonam priuilegiariam non attinere declararum ſuperius habemus ex Decio in d.l.fin. num.54. C. de edi.diui Adria.tollen. Ripa hic nu.6. Bal.iuniore nu.192.poſt med.& nu 245.

Ampliatur tertiò Socin.extenſio, vt non modo in inſtrumentis iuxta ſpeciem controuerſam, ſed & in teſtibus etiam inter ſe pugnantibus locum habeat, vt potiores teſtes æſtumentur, qui pro cauſa pia dicunt.d.l.antepenul.ff.de manumiſſio.d.l.inter pares cum ibi not.ff. de re iudi. cum alijs apud Corſetum collectis ſingul.23 n.in dubio ſtamus. Etenim ſi libertati tributum ideſt, vt ex.ll. memoratis appareт, tantumdem admittendum & in cauſa pia videtur.

15 Extenſio tertia a Socin. ad fiſcum adijcitur, † vt prærogatiua eadem atque dos potiatur. per text. in l. 1. C. de iure fiſci lib. 10. vbi quamuis donationem ante factum, quam admiſſum facinus aut debitum contractum in fiſci rationibus ſit, fiſcus non reſcindat, ſi fraudis quicquam non interuenit, priuilegiarius fiſcus tamen in onere probandi eſt. Siquidem donatario poſſeſſori etiam, probandi onus iniungitur, perfectam donationem ante delictum eſſe, ſecundum primum glo. ſenſum, quem Bald. cum Sali. agnoſcunt in l. ſi debitor. C. de priuileg. fiſci. Ita potior fiſci in re dubia conditio æſtimatur, poſſeſſione etiam donatarij non obſtante, vt prior fiſci obligatio in re obſcura intelligatur. Hoc eſt, vt donationem crimen anteuerterit.

Ab extenſione hac Barto. diſſentit in l.non puto. ff. de iure fiſci. Matheſila. nota. 72. nota vnam regulam. Alexan. hic nume.2. verſicu. quarto contra Dyn. Felyn. in cap.fin nume.6.de re iudica. Iaſo. in §. fuerat nume.70.inſtitu.de actionibus,& idem Iaſ. in conſilio 99.colum fin.lib.1. Quibus viſum generaliter, & econtrario eſt, non modo priuilegio, quo fiſcum dotatum in re dubia non eſſe, ſed & deteriorem, quam priuati cauſam eius æſtimari, vt interpretationem patiatur. per l. non puto. ff. de iure fiſci.

Ad text. in d.l.1.C.de iure fiſci lib.10. Alexan. hic reſpondet d. nume.2. in fin. fundamentum locari in eo non poſſe, cum ſenſibus per multis confundatur. Barto. in l. in ambiguo infra de rebus dub. per illum text. Imola & Roma. in l. cum prolatis per illum text. Ibique Iaſ. nume.12.ff.de re iudic.& idem Iaſ. in l.admonendi nume 48.ff. de iureiuran. in l.naturaliter.§.nihil commune nume.99.ff.de acquiren. poſſeſ.& in l.captatorias nume.12.C.de teſtamen. mili. Cuius rei illa ratio eſt, quod incognita veritas eius dicitur, quod exponi multifariam ſolet.l.veteribus. ibique glo.ff.de pactis. Bald. in l. ſcire leges. ff. de ll.l.ita fidei. Ibi cum diuerſitas rerum obſcurum faciat legatum. ff. de iure fiſci. Ius idem inſtrumenti eſt, quod intelligi multipliciter poteſt, vt fidem non faciat Bald. in l. ſi ex cautione. quæſt. 4.C.de non nume.pecu.

Sed reſponderi ad arg. Alex. poteſt, locum ei non eſſe, vbicunque ſenſus vnus receptus a Doct. eſt. Ibi enim ad rem ſenſuum numerus, ſenſuumve nõ attinent Iaſon.in d.§.nihil commune nume.99.Caſſodor. deciſi. vni. de acquiren. rerum domi. nume. 15. ſolio 104. Sed enim crebrior ſenſus is primus glo. videtur, quorum Bald. facere, & Salyce. diximus. Eidem item aſſentiri Barto. videtur in d. l. 1. C. de iure fiſci lib. 10. cum neceſſitatem probandi fiſco remitti ait, rem ante pignori ſibi nexam, quã in dominium donatarij veniret. Ad quem modum meliorem fiſci in re pati, aut dubia cauſam perſpicuè putat, quotiẽs in dubio res eſt, vter prior ſit. Idem Roman. admittit ſingul. 158. agens hypotheca. Et in ſpecie reſponſione hac Viſitarinum hic vti poſtea reperi nu.40.

Secundò Alex. reſponſio refellitur, quòd ſenſu quouis interueniente, ſatis eſt, priuilegiatium ibi contra priuatum fiſcum eſſe. Contrà quam Barto. Alexan. que viſum & alijs ſit, qui cum eis ſentiunt.

Reſponſionem ſecundam ad d.l. 1. Barto. opinionem in d. l. non puto, adiuuando, accommodari poſſe, Socin. ſubijcit, idcircò præcipuam fiſci, cauſam ibi eſſe, non quòd priuilegiarius fiſcus in ea re ſit, verum fraudis præſumptæ cauſa, quæ fraus ex titulo lucratiuo donationis colligitur. Facilius quippe in titulo lucratiuo, quam oneroſo fraus præſumitur. l. 1. §. ſi quis in fraudem. & §. ſi mutuam infra ſi quid in frau. patro. nor. in l. omnes. ff. quæ in frau. credito. Calcan. in conſilio 59. num. 3. circa fin. verſicu. & idem tenet ibi Bald. Eodem glo. ſpectat in §. item ſi quis in fraudem in glo. magna inſtitutio. de actio. Inde conſequenter fortè dicendum Socin. ſubijcit, ius aliud in cauſa oneroſa ſeruandum, ſi cauſam oneroſam in d. l. 1. C. de iure fiſci libro 10. fiſci aduerſarius defenderet. Quam reſponſionem, & declarationem Saliceto viri tribui, & pro inaudito id a Sali. haberi Socin. commemorat, quamuis cum eo non conſentiat.

Sed enim non rectè declaratio hæc Salice. ſoli accepta a Socin. fertur. Siquidem apud Iaco. a Belui. tradita & Cuman. legitur, de quibus Alexan. hic meminit. numero ſecundo verſicu. ego de hac deciſione. cum ſenſum eorum circa text. refert in d. l. non puto, vt locum tum denique habeat, ſi de lucro fiſcus, de damno priuatus certat. Contrà fiſcum ibi interpretationem faciendam. Non idem ex diuerſo probandum, ſi lucrum priuatus, diſpendium fiſcus faceret, vel ſi par vtriuſque cauſa ſit, lucratiua, aut oneroſa vtriuſque. Namque ſi ad eum caſum text. reſtringunt. in dicta l. non puto, quo lucrum fiſcus incommodo alieno parat, vt interpretationem patiatur. Ergo in caſibus alijs omnibus melior fiſci habenda cauſa erit. Quo circa, quod Saliceto viſum in reſponſione ſua eſt, idem & multò facilius Beluiſo, & Cuman. placet. Qui largius fiſco, quam Salice. fauent. Salyc. enim niſi in caſu dictæ l. primæ. C. de iure fiſci libro decimo. non ſuffragatur, cum ad text. ipſum reſpondet. Id eſt cum lucrum in priuato, contrà damnum in fiſco agitur. In cæteris a text. ita reſpondendo non diſcedit in dicta l. non puto, vt contraria fiſco interpretatio fiat. Atque ideo in cauſa pari, ideſt lucrum, aut damnum vtroque defendente, contra fiſcum pronunciandum. Beluiſus planè atque Cuman. pro fiſco ſemper interpretationem præterquam in caſu vno faciendam, cum ad lucrum ipſe incommodo alieno aſpirat. Quid ita igitur Salyc. vni opinionem hanc Socin. arrogat, quæ apud Belui. & Cuman. admiſſa cumulatius etiam, apparet. Hoc amplius diſtinctionem hanc lucri, & damni admittere Barto. videtur in dicta l. prima. C. de iure fiſci libro decimo. qui exemplum dicta l. in donatario ſemper exprimit, & expreſſius id Barto. ſcribit in lege ſi is, qui. ff. de iure fiſci, vbi ius aliud ſeruandum in cauſa oneroſa putat. & ita Barto. Bulgarin. hic expendit numero ſexto & ſequen. Crot. numero decimonono, & ſequ. quamuis a Bart. Crot. diſſentiat.

Diſtinctionem hanc lucri, & damni in ſpecie cõtrouerſa Alexan. hic non agnoſcit, numero ſecundo in fine, nec placet mihi, vtpote quæ contraria textui videtur in dicta lege non puto, qui generaliter

liter loquitur. Atque ideò intelligi generaliter debet, lucri damnive diſtinctione non adhibita. l. qui que. §. parentes. ff. de in ius vocan. l. ſi quis ſic ſtipuletur infra eodem. l. prætor ait. §. ait prætor. Ibique Caſtren. ff. de ope. noui nunciatio. l. cùm quærebatur. ff. de verborum ſignificatio. & caſus omnes propriè diſpoſitio generalis appræhendit, quicunque compræhendi ſub ea poſſunt. Bartol. in rubrica ſupra eodem numero duodecimo Areti. in l. cum de lege in princi. infrà eodem Socin. in lege ſecunda in tertio nota. ff. de exceptio. Iaſon in conſilio vigeſimoquarto colum. quinta verſic. non obſtat, quod illud verbum fratribus lib. primus. Inde ſcite Bald. ſcribit in conſilio 371. in volumine capitulorum Sauiliani numero primo circa finē libro quinto interpretationem omnem reſtrictiuam ſermoni contrariam litterali eſſe. Hoc eſt ipſi verborum ſignificantiæ contradicere, & verba ab ea generalia offendi. Itaque cum generaliter text. loquatur in dicta lege non puto, noſtrum limitare non erit. lege tertia in fine. ff. de offic. præſid. l. qua actione. §. occiſum. ff. ad legem Aquil. l. 1. §. occiſorum infra ad Sylla.

Secundò ex Vaticinio reſtrictio hæc conſtat, vt ad eum caſum text. reſtringatur in dicta lege non
16 puto, quo lucrum fiſcus captat. Sed enim † ſenſum legis recipi fatidicum, ſeu diuinatiuum non conuenit. l. ſi putator. ff. ad l. Aquil. l. ſi fideiuſſor. §. ſi cum debitor. ff. manda. cap. vt noſtrum vt eccleſia. bene. text. Scitus magis in l. fin. circa fin. C. de contrahen. emptio. Sic duo reclamare ſenſui huic videntur. Primum, quòd reſtrictiuus eſt. alterum, quod diuinationem habet.

Ea propter cum Barto. in dicta lege non puto Alexan. hic ſentit, generaliter text. illum accipiendum, lucrum, vel non fiſcus perſequatur. Qua opinione Matheſila. etiam vtitur dicto nota. ſeptuageſimaſecunda Iaſon in dicto conſilio nonnageſimonono. colum. fina. libro primo. Idem placere & Felyno videtur in cap. fi. nu. 6. de re iudic.

Inde Felyn. error apparet in cap. paſtoralis numero ſexto verſi. eſt etiam alia doctrina. de reſcrip. vbi declarationem, ſeu reſtrictionem Iaſo. a Belui. & Cuma. ad dictam legem non puto ab Alex. hic admitti ait. Atque eam ob id amplectitur. Euidem vicli Caſtellione. In notula Matheſila. tenetur dicta nota. ſeptuageſimaſecunda vbi propterea Felyno ſubſcribit in dicto capitulo paſtoralis. In eadem erroris nam & Iaſon verſatur in lege de die circa fi. prin. ff. qui ſatiſda. cogan. vbi cum diſtinctione memorata. Alexan. hic facientem aſſerit, quam expreſſim repudiat. In text. Felyn. Iaſo. & Caſtellion. oſtenderunt in lege in ciuile. ff. de legib. Contradictio & in ſpecie controuerſa Felyn. obſeruanda. qui in dicto capit. fina. de re iudic. a Barto. ſtat in dicta lege non puto. Cum Barto. planè Felyn. ipſe pugnat in d. c. paſtoralis.

Contraria etiam ipſi ſibi in ſpecie hac Iaſon loquitur, qui diſcrimen hoc Belui. & Cuman. inter lucrum, & damnum, in dicta lege de die circà fin. prin. agnoſcit. Eandem diſtinctionem Iaſo. ipſe l. probat in §. ſi quis agens circà fin. inſtitu. de actio. & in conſil. trigeſimonono. colum. 2. libro primo. Atqui improbata apud eum legitur in dicto conſil. nonageſimonono colum. fin. libro primo, vbi Bar. fauet in dicta lege non puto. Bel. & Cuman. diſtinctioni Deci. etiam aſſentitur in l. in ambiguis. primo numero ſecundo. ff. de regul. iuris. Angel. Areti. in §. fi. circa fin. inſtitutio. quibus mod. teſta. infir.

Siquidem Barto. ſenſum in dicta lege non puto admittimus, vt intelligi generaliter debeat lucri, dāni ve ratione non habita, Conſequens fit, iure defen di Salyc. reſponſionem non poſſe, quæ reddita ad text. eſt in dicta lege prima. C. de iure fiſci libro decimo. Idcircò fiſcum ibi anteferri, quod cauſa lucratiua aduerſarius niteretur. Quam reſponſionem Crot. etiam hæc non admitti. nu. 20.

Sed obſeruandum in reſponſione hac ſecunda ad dictā l. 1. quam Saliceto Socin. tribuit. Sali. enim reſponſionem hanc obfirmantem Soci. facit. in d. l. ſi debitor. C. de priuil. fiſci. Atqui non id obfirmatum a Sali. legitur. Imo enim meditandam q. relinquit. Idque per tex. in l. ſi is qui. ff. de iure fiſci, vbi cauſa onéroſa vtrinque interueniente, tam ex parte priuati, quam fiſci, potior fiſcus tamē in bonis poſtea quæſitis habetur, quamuis anterior hypotheca priuati, & ipſa generalis ſit. tex. is reſponſioni huic ſecundæ obſtare ratione fortiore videtur. Namq; ſi in re manifeſta priuato fiſcus anteponitur, cum anteriorem priuatum eſſe nō dubitatur, quid in re admittendum incerta, aut dubia erit, quamuis cauſam oneroſam priuatus ducat. Quam inductionē a fortiori plenius infra confirmabimus.

Si dixeris, declinati tex. poſſe in d. l. ſi is qui, quod non abſolutè fiſcus anteſertur, at in bonis poſtea quæſitis ſimpliciter. Reſpondetur, cum hypotheca generalis priuati in bonis expreſſim conſtituta poſtea, quærendis ſit, atq; citrà expreſſionem vllam etiam ad futura trahatur. l. fi. C. quæ res pign. obli. poſ. pluris videri in bonis poſtea quæſitis, quam in re dubia fiſcum præuerti. facilius quippe in re dubia, quam in certa priuilegium conceditur reg. fauorabiliores. ff. de reg. iuris. Inde fit, & quod minimum eſt, in dubio ex contractu debeatur. l. ſi fideiuſſor. 2. ff. mand. l. fi. ff de prætor. ſtipula. Quod contrà in re certa eſt. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obl. Rurſus facilius pro aliquo in re dubia præſumitur, quam in re clara ſtatuatur. l. vni. poſt prin. C. de rei vxor. actio. Bulgarin. hic num. 4. verſicu. confirmatur, ſeu declaratur hoc. Itaq; ſi in eo, quod pluris eſt, priuilegio fiſcus vtitur, quanto magis hoc idem in re probandum leuiore erit.

Dixerit hic aliquis quid ita factum eſt, vt in bonis poſtea quæſitis tantummodo priuilegiarius fiſcus habeatur. An non ratio eadem, & in bonis vertitur, quæ acquiſita ante ſunt, quam fiſci inducta hypotheca eſſet. Reſpondetur, rationem multò aliam bonorum ante acquiſitorū eſſe. In eis enim ius ante quæſitum priuato eſt, quam fiſci nata hypotheca eſſet. Quo circà æquū, rectum ve non eſt, ius hoc ex contractu quæſitum ſine cauſa, qua iuſta a fiſco auferri. l. fi. ff. de pactis. l. id quod noſtrum. ff. de reg. iuris. Ratio alia bonorum eſt, quæ poſtea debitori contigerunt, quā fiſci contracta hypotheca eſt. In his enim ius ante priuato quæſitū dici, quam fiſco non pōt. imo enim acquiſitionē iuris in bonis poſtea, quæſitis præueniſſe fiſcus dr̄, vt expreſſim tex. ibi in fi. ait præuenit enim cauſas pignoris fiſcus. Quod cū ita ſit, iuris demum acquiſitio in priuato impeditur, nō etiam quæſitū ius tollitur facilius planè ius quærendum impeditur, quam quæſitum adimatur. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. l. Papinianus. § ſi conditioni verſi. quoniā ante aditam. Ibiq; gl. in ver. querela. ff. de inoffi. teſta. l. ſi ſpōſus. §. ſi maritus 2. ff. de dona. inter virū & vxor.

Apparet ex his, in reſpōſione hac ſecūda a Soci. relata, & quā Sali. arrogat, Salicetum ipſum non acquieſcere. Atq, ideo ex fide nō bona ſatis a Socino Sali. referri. Apparet etiam ex oppoſi. Sali. cum text. opponit in d. l. ſi is qui. & plenius expendendam. q. relinquit, non paululū inter Sali. & Alex. diſtare. Sal. enim viſum, cauſam ēt oneroſam priuato defendēte, potiorē fiſcū haberi, vt in d. l. ſi is qui. Quod aliter

Alex. credit, cum Bar. aſſentitnt in d. l. non puto. generaliter tex. illum interpretandum, deteriorem ſemper cauſam fiſci eſſe lucro, vel onere priuatus nitatur. Secundò inter Salic. & Alexand. non conuenit. Salicet. etiam reſponſione ad text. admiſſa in dicta l. 1. C. de iure fiſci. lib. decimo, vt ad cauſam lucratiuam priuati reſtringatur. Atque ideò locum textui non eſſe cauſa oneroſa in priuato interueniente. Aliter enim Alexand. ſentit, meliorem priuati conditionem in cauſa etiam lucratiua eſſe. Nihil...ue tex. faciendum in d. l. 1. C. de iure fiſci, ob ſenſus eius varios, & multiplices.

Vt paucioribus diſcrimen inter Salic. & Alexan. enarrem, Cum ad tex. in d. l. 1. Salic. reſpondet, niſi lucro priuati fiſcum anteſerendum non putat. Aliter atque ſi onus priuatus, aut damnum ſentiat. Cum tex. opponit in d. l. ſi is qui. damno etiam, aut onere in priuato interueniente, fiſci fauorem non quieſcere. Alex. planè deteriorem fiſci cauſam citra diſtinctionẽ omnem lucri damnive ſem per credit.

Sed enim tolerabilis eſto Alexan. reſponſio ad tex. ſi in d. l. 1. quam impugnari poſſe, ſupra oſtendimus, ad tex. tamen in d. l. ſi is qui. reſponſionis quicquam datum ab Alexan. non eſt. Cum generalitati tex. obſtet in d. l. non puto. Non enim deterior ſemper fiſcus habetur. hypothecam cuius in bonis poſtea quæſitis fortiorem tex. indicat in d. l. ſi is qui.

Si dixeris, in iure ibi quærendo, præcipuam fiſci cauſam eſſe, vt fauore eius iuris acquiſitio in priuato impediatur, vti dictum ante habemus. Argumẽtum retorquetur. Namque ſi in iure quæſito, & in re dubia fiſcus poſtponitur ſecundum Bart. Alexã. & comitum eorum ſententiam, Quantò magis fiſcum poſthabendum in iure quærendo dixerimus, quotiens in manifeſto anterius priuati, & fiſci aduectarii ius eſt. Itaque ſi potior in d. l. ſi is qui in iure quærendo fiſcus habetur, quamuis anterius priuati ius non obſcurè ſit, Longe magis ius idem probandum in iure iam quæſito erit, vbicumque in dubio res eſt, vtrius potius, aut prius ius ſit. cum difficilius quæſitum, quam quærendum ius lædatur, vti dictum ante habemus. Sic cum opin. Bart. Alexã. & parrium eorum nec molliter pugnare. tex. ille videtur.

Quid dicendum, in ſpecie hac tam controuerſa, quam mediam Salic. reliquit, & in qua non modo ſecum Doc. certant, ſed & conſiſtere mente nequeunt. Socin. hic à Bartol. in dicta l. non puto, & alijs cum Bart. ſentientibus, qui commemorati ſupra ſunt, omninò diſcedit. Quibus viſum eſt, deteriorẽ fiſci cauſam ſemper eſſe. Atq; à diſtinctione la c. de Belui. Cuman. & Salic. omnino diſſentit, quatenus inter l...m, damnumve referre arbitrati ſunt. E contrario enim quàm Bart. ſcripſit, Socin. ſentit, potiorem fiſci cauſam in re ſemper obſcura haben dam diſtinctione illa lucri, ac damni neglecta. Atque id ò extenſionem hanc tex. tertiam omninò Soci.
17 amplectitur: vt quod † dictum in primo notab. & in extenſionibus eius circà dotem, libertatem, & cauſam piam eſt, meliorem cauſam earum in ambiguo æſtimari, ad fiſcum etiam pertineat. vt pari atque dos, libertas, cauſa ve pia, iurẽ fruatur.

Opinionem hanc fundamento tripliciSocin. confirmat, quæ fundamenta à Bald. ſubtracta iuniore hic ſu...t nu. 37. & in tractat. de dote parte 9. ſpeciali. t. Atque ita Socin. Viſitari. hic taxat. nu. 31. Crot. num. 12. Principio à ſimili Socin. argumentatur. Ideſt à priuil...io dotis ad priuilegium fi... Dos ... idcirco in re dubia anteponitur, quod præcipua cauſa eius, hoc eſt priuilegiaria eſt, vt hoc tex. Ratio hæc fiſco etiam competit, qui priuilegijs, & ipſe non paucis dotatur, vt cumulatè videre apud Bald. eſt in l. 1. num. 7. C. de hæredi. vel actio. vendi. Atque in ſpecie ex glo. ſimilitudo hęc dotis, & fiſci declaratur in l. 2. per illum tex. C. de priuileg. fiſci. vbi paribus fiſcum, atque dotem incedere gradibus ſcribit. Quod idem ex glo. vltra Socin. oſtenditur in .§. fuerat in verſi. creditoribus. Ibique Iaſon. num. 70. inſtit. de action. Pro qua ſententia text. videtur in l. dotis, & quod gloſ. ibid. no. C. de iure dot. Tradit Bald. nouel. hic numer. 236. & num. 238. & num. ſeq. in fin. in tractat. de dote parte 10. colu. 2. ante med. Itaque ſi par fiſci, atque dotis conditio æſtimatur, non poterit dotis prærogatiua ad fiſcum non ambulare.

Secundò æque priuilegiariam fiſci, atque dotis cauſam eſſe, in ſpecie etiam Socin. demonſtrat. quod priuilegium dotis, de quo in dicta l. final. C. qui potior. in pign. hab. vt creditores, anterioreſque in hypotheca tacita mulier anteuertat, contrà fiſcum non datur. dicta l. 2. C. de priuil. fiſci. Conſequens rei huic ſit, par fiſci, atque dotis ius cenſeri, liquidem à pari victoria non exiſtit. l. non ſolum. §. de vno. Ibique Bald. ff. de ritu nupt. l. ſi reus. §. 1. ff. de duobus reis. l. generaliter. verſi. verum. ff. de fideiuſſor. Inde ſit, vt præſumptiones plures contrariæ inuicem ſe elidant. c. mulieri. Ibique Abb. in tertio notab. de iureiurand. Quod ſi dotis potentius, quàm fiſci ius dicimus, vtique nonà dote potentiore vinci fiſcus non poſſet. d. l. ſi reus. & d. l. generaliter, & l. ſi reus. ff. de fideiuſſor. Idem ex tex. probatur in l. bona fides. ff. depoſi. in l. priuilegia. ff. de priuil. credi. in l. fi. C. de edic. Diui Adria. tollend. in c. licet cauſam de proba. in c. ſuggeſtum in fin. de iure patronat. in c. 2. de conuerſion. infid. Paritate igitur in fiſco, atque dote interueniente, quod dictum in dote eſt, trahendum ad fiſcum erit. Aliter quippè non par vtriuſque conditio, verum cauſa fiſci debilior, quam dotis æſtimabitur.

Conſequens item argumento huic ſit, priuilegiarium fiſcum magis, quam priuatum eſſe, qui licet anterior, à muliere tamen in tacita hypotheca vincitur. Eapropter cum potius quàm priuati, ius fiſci appareat, non poterit à fiſco priuatus in re pari non ſuperari, cum potentiori tribui victoria ſoleat.

Tertiò ex tex. ſententiam hanc Socin. confirmat in d. l. ſi is qui. ff. de iure fiſci à fortiori argumentando. Namque ſi in re certa, & liquida, cum certum eſt, anteriorem priuati hipothecam generalẽ eſſe, potior fiſcus in bonis poſtea quæſitis ęſtimatur. Quanto magis ius idem admittendum in re incerta erit, vti dictum ſuperius habemus. Secundò à fortiori tex. ille inducitur, ratione eius ſpectata, & animaduerſa. Idcircò enim potior ibi fiſcus æſtimatur, quod cauſas, aut acquiſitiones pignoris præuenit. Ideſt ante contracta fiſci hypotheca eſt, quàm acquiſitum pignus priuato, ſeu quàm dominus pignoris factus priuati, fiſcique debitor eſſet. Vnde cum in dominio debitoris res efficitur, quæ poſt natam creditoris vtriuſque, & fiſci, & priuati hypothecam ad debitorem ipſum peruenit, eodem tempore vtrique obligari, & fiſco & priuato creditori incipit. Sic par cauſa vtriuſque à tempore quoad rem poſtea debitori acquiſitam apparet. Atque ideò tempus pignoris debitori acquiſiti fiſci fauore, non quo hypotheca contracta priuati eſt, obſeruatur. Quod contrà ſit, vbicumque inter priuatos lis vertitur. In quibus potior hypotheca in bonis etiam poſtea acquiſitis habetur, quæ prior eſt. l. licet. Ibique Bart. C. qui potior in pign. hab. Idẽ vltra Soci. ex tex. pbat in l. hac edictali. §.

C. de ſecun. nup. & in l. fin. & vtrubique, Bal. C. qui potior. in pign. hab. quas. ll. Bal. hic iun. refert nu. 193. vnde cum tempus ſpectetur fiſci fauore, quo bona debitor poſtea acquirit, non quo hypotheca inducta priuati eſt. Et cum bona debitor acquirit, hypothecam fiſcus iam habet, conſequens fit, vt par fiſci, atque priuati condicio in bonis poſtea acquiſitis inueniatur, quoniam tempore eodem vtriq; bona ipſa obligari incipiunt. Qua paritate admiſſa, potiorem fiſci, quam priuati cauſam eſſe. Text. ille docet. contra quam Bar. & ſectatorum eius ſententia ferat, vt poſteriores fiſcus in re pari, dubiaq; ſiſti neat. In hoc planè à fortiori in ſecunda hac inſpectione tex. ille vrget, quod non ſolum in cauſa pari fiſcus præualet, ſed & paritatis inducendæ gratia, tempus ſpectatur, non quo prius contracta hypotheca eſt, verum quo rem debitor adipiſcitur, vt ſatis ſit, hypothecam tunc fiſco competere, contra quam inter creditores fieri priuatos ſoleat. d. l. licet. Ita inductionem hanc contra Bar. concludere, ſiquidem non fallitur, Socin. ait. Tex. ita inductũ ſuum Socin. facere non dubitauit, quem mutuatus de Salic. eſt in d. l. ſi debitor. C. de priuil. fiſci, niſi ſi dixeris, propter inductionem id genus à fortiori tex. illum Socino vendicari.

Ex tex in d. l. ſi is qui. ff. de iure fiſci. ita à Socino inducto limitatio eius colligitur, quod in principio nota. huius primi dictum Socin. habemus, ad
18 hypothecam expreſſam reſtringendum. In qua † creditoribus anterioribus præferri mulier non ſolet, vt locum id quoad bona poſtea quæſita non habeat. In quibus priuilegiariam dotem eſſe, & contrà anteriores creditores oportet. Ita Socin. hic inferendo limitat. num. 8. per tex. in d. l. ſi is qui. Namque ſi par dotis, atque fiſci conditio ſecundum Soci eſt, & in bonis poſtea quæſitis fiſco primum conſulitur, quamuis poſterior hypotheca eius ſit, Cur non idem admittendum & in dote erit? Sed & ratio maior in dote vertitur, tempore quam maioribus, ac fiſcum donatam priuilegijs eſſe inferius demonſtrabimus. Limitationem hanc, vt in bonis poſtea quæſitis creditoribus prioribus circa hypothecam expreſſam mulier præferatur, expreſſim Salicet. probat in d. l. fin. in tertia quæſt. nu. 4. contra glo. ibid. C qui potior in pign. hab. de quo Socin. hic meminit. Eandem limitationem præter Socin. Bald. agnoſcit in conſil. 189. Dominus Lanfranchus num. 2. lib. 3. Paul. de Caſtr. in conſi. 54. viſo puncto prædicto, & omnibus, in vltimis verbis lib. 2. Bellame. in conſ. 31. col. 2. verſ. caue tamen. & in conſ. 33. col. 4 in princ. Bald. nouel. hic num. 190. in fin. & num. 224. in fin. & in tract. de dote parte 10. col 2. circa med. ver ic. poſſet tamen non improbabiliter dici, & col. 12. in 16. limitatione. verſic. poſſet etiam dici Crotus hic numer. 2.

Ratione tamen non recta Crot. mouetur, quod nulla prior hypotheca ſit ante con[ſt]ituta, quàm ius in bonis debitor habere[.] [Qua] ratione admiſſa cõſequens fieri, inutilem, & po[ſt]eriorem hypothecam fieri ante acq[uiſi]tionem bonorum inductam.

Secundò textui ratio [h]æc Croti contradicit in d. l. fi. C. quæ res pi[gn]. ob. poſſ. ad bona futura hypothecam trahi, quæ conſti[t]uta ſimpliciter eſt. Etenim quomodo bona complecti futura poteſt, ſi vigorem in eis non habet.

Rurſus quomodo pluris aliquid caſui omiſſo tribui, quàm c[on]ceſſo poterit. l. qui ad certum. ff. loca. Neque ad [rem] ratio Croti attinet in bonis conſtitui hypothecam non poſſe, quæ in dominio debitoris non ſ[un]t. Quoniam ex Retrotralitione id fit. l. ſi fundus. §. 1. ff. de pignor. l. potior. & l. qui Balneum. ff. qui potior. in pign. hab.

Tertiò neutrum priorem in bonis poſtea acquiſitis Crot. ait, id quia hypotheca conſtitui in eis non poſſit. Atqui contrarium id textibus eſt ſuprà enarratis, quibus expreſſum eſt, priorem creditorem in bonis id genus anteferri: quotiens inter priuatos res agitur. Priorem igitur creditorem in bonis eiuſmodi lex admittit. Aliter quippè loco priore haberi quomodo poſſet.

Limitationi huic glo. contradicit ſub dubio fortè tamen, in d. l. fin. in glo. magna, poſt medium verſic, ſed nunquid mulier. C. qui potior. in pignor. haber. Bulgarin. hic num. 44. Crot. num. 24. verſic. prætereà licet fiſcus. Viſitarin. num. 37. in fin. & num. 39. in fin. Ratione illa Bulgarin. ducitur, quod doti imperti[ta] fiſci priuilegia, ex diuerſóue dotis fiſco non leguntur. Siquidem ad fiſcum priuilegium non trahitur, de quo in dicta l. fin. vt creditoribus anterioribus, quibus hypothecæ taciiæ ius eſt, tacita fiſci potior hypotheca habeatur. Ratione & alia Viſitarin. mouetur, quod expreſſum iure non legitur, vt a[d] dotem priuilegium trahatur, de quo in d. l. ſi is qui.

Sed enim reijciendam limitationem non credo, quam frequentiorem videri ex prædictis apparet. Neque ad rem Bulgarini arg. attinet, communia cum fiſco facta dotis priuilegia non ſunt, ergò tantundem probandum ex diuerſo erit, vt fiſci priuilegium de quo in d. l. ſi is qui, commune doti non fiat. E diuerſis enim Bulgarinus argumentatur. Ideſt a fiſco minus priuilegiario ad dotem priuilegio maiori ſubnixam, negatiuè: dotis priuilegio fiſcus non potitur, qui priuilegiarius æque, ac mulier, non eſt; ergò idem ſeruandum, & vice contraria erit, vt fiſci priuilegium circa hypothecam in bonis poſteà quæſitis ad dotem non producatur. A minori quippè ad maius negando recipi, argum. non ſolet. glo. in c. cum in cunctis. in princip. in verſic. multò fortius de electionib. Atque in ſpecie argumentandi ius de minus fauorabili ad fauorabile magis non eſſe. Iaſ. ſcribit in l. ſtipulatio iſta. §. final. in tertio notab. & in fin. comment[i]. ff. de verbor. oblig. & in l. ſi vnus. num. 8. poſt med. C. de teſtament. E contrariò planè à [fi]ſco minus priuilegiario, ad dotem priuilegiariã magis rectè colligitur. Priuilegio dotatus [fiſcus] minus priuilegiarius eſt, de quo in dicta l. ſi is qui, ergo & doti tribui hoc idem debebit, quæ priuilegio ornata fortior eſt auct. en, multo magis. C. de ſacroſanct. Eccleſ. l. quanto magis. ff. de furtis.

Eque Viſitarini ratio euertitur, expreſſum iure non eſſe, vt priuilegium. d. l. ſi is qui, mulieri in dote detur. Quoniam & ſi maximè verbis expreſſum id non eſt, ratione tamen omiſſum, atque mente legis veriſſimili non dicitur, a minori ad maius affirmatiuè colligendo. Siquidem omiſſus caſus non habetur, in quo ratio eadem, menſue diſponentis verſatur, & longè minus vbi ratio maior vertitur. l. non poſſunt. ff. de ll. Bald. in l. illud num. 4 C. de Sacroſanct. Eccleſ. cum alijs apud Alexan. relatis in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. num. 11. infra de liber. & poſthum. Curt. Sen. in conſ. 51. num. 28. poſt med.

Sententia hæc contrà Bar. & partes eius argumentis tribus prænarratis ita a Soci. obfirmata, vt melior fiſci conditio ſemper ſit. quia opinioni h[ui]c reſiſtere tex. videtur in d. l. non p[lus]. q[uã] a Bart. cum operis ſuis nituntur. R[e]ſponſione dupl[i]ci te[x] ille[m] Soci. declinat. Prima Iacobo a B[elu]i. [fe]tur. in l. vnic. §. final. C. de cadu[cis] to[l]len. & Carman. hic. nu. 11. Ad eum c[ert]um text. illum reſtringenti, quo lucro fiſcus n[i]t[itu]r, g[r]ecium ſim[u]l ſ[i]t bel[lum] i.
o[bſer]uat

obſeruat, vt Bulgarinus hic notat num. 3. circa fin. verſic. & tenendo. Sed anguſte magis text. illum Cuman. conſtringit; cum odium in lucro vertitur: ex delicto puta. Reſponſionem hanc, vt ad lucrum odioſum reſtringi Text. debeat in d. l. non puto, Bald. hic agnoſcere iunior videtur num. 237. Bulgarin. num. 3. circa fin. verſic. & tenendo. & numero 5.

Eandem reſponſionem Ripa hic probat num. 4. in fine. Felyn. in c. paſtoralis num. 6. verſic. cit etiam alia doctrina. de reſcript. Angel. Aretin. in §. final. circa fin. inſtit. quibus modis teſtam. infir. Deci. in d. l. in ambiguis. 1. num. 2. ff. de regu. iuris. in conſil. 175. column. penult. in fin. verſic. & in tali caſu. in conſ. 189. col. fi. circa prin. in rub. de iudi. col. fi. verſi. vnde ad illum tex. reſpondetur in 2. lectura, & in d. c. ex literis. colum. 3. circa med. verſi. ſed tamen contrà hoc. de proba. Iaſ. in d. l. de die. in prin. col. fi. nu. 3. ff. qui ſatiſd. cog. & in d. §. ſi quis agens circa fi. inſti. de action. Caſtellion. in d. notula Matheſila. nota. 72. Crot. hic nu. 18.

Si dixeris, fatidicam reſponſionem hanc, & aduerſariam textui videri in d. l. non puto, quæ ſcripta generaliter eſt, vt Alex. hic ſcribit. Reſpondetur, diuinationem in reſponſione hac non verſari. Siquidem ex natura tituli, in quo relata lex ipſa eſt, reſponſio hæc iuuatur. In titu. quippè de iure fiſci de bonis principaliter tractatur, ad quæ fiſcus ex delicto venit. vt in l. 1. eo. titu. apparet. Itaq; ſecundũ naturam ipſius tituli intelligi, & reſtringi. d. l. nõ puto oportet. l. Imperator. ff. de in diem adictio. glo. in l. fi. in prin. in ver. poſſe. ff. de condi. inde. in c. tibi. qui in glo. 2. de reſcrip. lib. 6. in c. 1. in glo. magna. in prin. & in c. ab arbitris. in ver. appellandũ. de offi. delega. lib. 6. Ita in ſpecie Bulgarin. hic reſpondet nu. 5. Crot. nu. 16. 18. Deci. in d. l. in ambiguis. 1. & in d. c. ex literis. Iaſ. in d. l. de die. in princ. col. fi. Ibiq; reſponſio hæc confirmatur, quod ab autore eodem. d. l. non puto edita, atq; l. 1. eſt.

Sed validè magis accommodari reſponſio hæc poteſt. Inficias ire non licet, quin ſenſus plures applicari ad tex. ſoleant. in d. l. non puto. In ſenſuum
19 planè † certamine eligi eum cõuenit, qui tituli verbis, aut rubricæ reſpondet glo. & Doc. in c. 3. in glo. magna. verſ. & iſta fuit ſimplex confirmatio. Ibiq; Deci. nu. 3. de confirma. vtili vel inutili. Alex. in l. 1. in tertio nota. ff. ſi cer. pet. Deci. in l. quotiens idẽ ſermo, in fi. ff. de reg. iur. Abb. huc accedit in 5. q. Augerio. col. 5. in fi.

Reſponſio altera, & ſecunda ad d. l. non puto, à Soci. hic datur, vt ad ius, aut priuilegium fiſci minuendum non ſpectet. Verum ad cauſam, & perſonam iudicis pertineat. qui in re dubia contra fiſcum pronunciat, delicti ne reus, litemq; facere ſuam dicatur, ſecundum ea, quæ habentur inſti. de obliga. quæ ex quaſi delic. in prin. & apud Bar. in l. fi. C. de pęna iudi. qui malè iudi. Quocirca non is tex. memorati ſenſus erit, vt in quæſtionibus dubijs ſententiã fiſcus patiatur, deteriorq; eius, ac priuati conditio æſtimetur. Verùm ne pœnam Iudex ſubeat, qui in re ambigua priorem fiſcum non habuit. De reſponſione hac Bulgarin. etiam hic meminit, nec damnat, quãuis Cuma. reſponſionem anteponat, nu. 5.

Si dixeris à dubitatione omni in ſenſu hoc vacuũ tex. videri. in d. l. non puto. Quis enim dubitet, pœnæ Iudicem non alligari, ſi in re dubia fiſci ſatis expectationi non fecit? Quid criminis intelligi in re dubia poteſt? Perinde enim ius fiſci dubium æſtimandum, vt ſi iuris quicquam prorſus non haberet l. duo ſunt Titij. ff. de teſta. tu. c. in præſentia de proba. Reſpondet Soci. extrà dubitationem. d. l. nõ puto, ſecundum ſenſum hunc non videri. Pœnæ enim teneri Iudex videbatur, qui fiſco fauorabilis in re dubia non eſt. perinde quaſi victorem fiſcum, vt priuilegiarium eſſe in ambiguo oporteat. l. inter pares. ff. de reiud. c. fi. eodem. titu. Hoc amplius priuilegio fiſci admiſſo, hoc eſt, vt priuilegiarius ſimpliciter ſecundum Soci. opinionem habeatur, atq; ideò in re pari ſententia dici fiſco gratioſa debeat, in dolo Iudex videtur, qui fiſco ſententiam contrariam tulit. Doli enim tenetur, qui id non facit, ad quod faciendum adſtringitur. l. dolus. ff. manda. l. dolo. infra ad l. fal. l. non poteſt dolo carere. ff. de reg. iur.

Rationibus his dubitandi non mouentibus, ius aliud ſeruandum, Iuriſconſultus reſpondit, delicti reum ob id Iudicem non intelligi, quod in quæſtionibus dubijs contra fiſcum pronunciat. Si roges, vtrum ad cauſas alias priuilegiarias ius hoc trahatur, ne litem in eis ſuam iudex faciat, qui rem dubiam ſecundum priuilegiarium non iudicauit, integrum Soci. animoq; volutandum reliquit. ſatis .n. Socino viſum, vt priuilegiarium magis, ac priuatorum, ius fiſci oſtenderet. Cæterum inter priuilegiarios ipſos, quis cui antecellat, & an fortius aliorum priuilegium, atque fiſci habeatur, ne ad eos tex. ſpectet in d. l. non puto. dirimendum Soci. non duxit. ſenſum hunc Soci. Crot. hic improbat. nu. 16. in fi. verſ. alium intellectum.

Reſponſionem tertiam ad d. l. non puto. Deci. aſcribit in d. l. in ambiguis. 1. nu. 2. in d. rubri. de iudic. col. fin. in ſecunda lectu. & in d. c. ex literis. col. 3. de probationib. vt locum tum denique habeat, ſi de priuilegio diſceptatio incurrat, fiſco priuilegiarium ſe aſſerente contra priuatus locum priuilegio non eſſe contendit, verum iure communi, quod cum priuato facit, litem finiendam. Ibi enim ſi ambigua res ſit, priuilegium nécne fiſco cõpetat, fiſci inſeruiendum expectationi non eſſe. Immò enim vt ius commune fert perinde quaſi potentius, iudicium dandum. l. eius militis. §. militia miſſus, infra de militar. teſtamen. Cui reſponſioni Ripa hic ſubſcribit. num. 4. De ſenſu hoc Decij Viſitari. hic meminit, nu. 30. ſed improbat.

Reſponſio quarta accedit, vt ad pœnam, qua corpus afficitur, tex. referatur in d. l. non puto. Quem ſenſum admittere Deci. videtur in d. conſ. 175. col. penul. in fi. & in d. conſ. 189. colu. fin. Ad reſponſionem hanc Viſitarini hic ſenſus accedit num. 31. cum ad quæſtiones per tormenta quæſtionibus verbum refert, vt in dubijs per tormenta quæſtionibus habitis contra fiſcum pronuncietur.

Reſponſio quinta dubij, vt ad quæſtiones iuris dubias tex. ille reſtringatur ad Iudicem, & Doctorem de iure reſpondentem, verba eius referendo, qui & ipſi iura interpretantur, vt ambiguam Iuris ſcripturam contra fiſcum torqueant. Non idem in facti quæſtione ſeruandum. In eam enim pro fiſco in re dubia rem dirimendam. Quem ſenſum Bald. hic nouel. non ſpernit. nu. 237. & in tracta. de dote parte 9. ſpeciali 1. col. 2.

Reſponſio ſexta apud Viſitarinum hic ſubiungitur. num. 31. in fin. fundamenti quicquàm locari non magis in d. l. non puto, quam in dicta l. 1. C. de iure fiſci. lib. 10. ob multiplices, atque varios earum ſenſus.

Reſponſio ſeptima apud Crotum hic aſcribitur num. 18. verſic. ſecundo modo poteſt intelligi. vt ad iuriſconſultum tex. d. l. non puto reſtringatur, qui de iure in cauſa fiſcali reſpondit, ne delicti reus fiat, ſi in re dubia contra fiſcum reſponderit. Sic ad Iuriſconſultum, non etiam ad Iudicem tex. illum referendum. Iudicem enim in delicto eſſe, quod contra in Iuriſconſulto eſt.

Summa commentarij Soci. in ſpecie controuerſa eſt, vt priuilegiarius fiſcus in re dubia perinde, vt dos, libertas, cauſave pia habeatur, contra quam Bartolo viſum, & comitibus eius fit. Neque ad rem tex. attinere in d. l. non puto, quia reſtringi ad caſus debet, de quibus in duplici Socin. ipſius reſponſione. Quibus Soci. reſponſionibus datæ & aliæ ſupra ſunt.

Duo principaliter in Soci. hic excutienda. Primum circà illationem, aut extenſionem eius tertiã contra Bar. vt quod in dote, libertate, cauſave pia ſcriptum apud Soci. eſt, ad fiſcum etiam pertineat. Hoc eſt vt præcipua fiſci cauſa generaliter, ſimiliter ve ſit, vt dos, libertas, & pia cauſa, præterquam ſi lucrum odioſum a fiſci parte interueniat, Quod ex delicto exiſtit. In quo ſolo locum textui eſſe in d. l. nõ puto exiſtimat. Alterum ad reſponſiones ſpectat, quæ ad tex. d. l. non puto, redditę a Soci. alijſq; ſunt, iure defendi nec ne poſſint.

Circa primum, argumentis tribus illationem, aut extenſionem prædictam confirmatam à Soci. vidimus. Sed enim imbecillum plus ſatis primum videtur, quod a dote extractum ad fiſcum eſt. A maiori quippe ad minus deduci affirmatè, videtur maius porrò dotis, quam fiſci priuilegium eſſe, non obſcurè demonſtratur. Cauſam enim priuilegij concedendi in potentia eius maiore indicanda ſpectari
30 oportet, vt potẽtius † id æſtimetur, in quo ratio maior concedendi vertitur l. verum. §. fin. ff. de minor. Bal. in authen. habita nu. 33. C. ne filius pro pa. Deci. in c. in præſentia nu. 51. ante fi. de prob. Sed enim cauſa, neceſſitaſque maior priuilegij tribuẽdi in dote, quam in fiſco verſatur. Siquidem ſoluendo fiſcus, & reſpublica ſemper creditur l. 3. ff. de fundo dotali. l. 1. §. ſi ad fiſcum infra vt lega. nomi. cauea. Bal. in conſi. 363. quæritur an ſi per officiales col. 1. lib. 1. Soci. in conſi. 46. nu. 21. & in conſi. 121. nu. 23. lib. 4. Iaſ. in l. ſciendum in prin. nu. 33. verſi. tertiò limita. ff. qui ſat. cogan. Quod idem præſumi in muliere non poteſt.

Secundò potentius dotis, quam fiſci priuilegium inde arguitur, quod creditoribus anterioribus hypothecam tacitam habentibus tacita dotis hypotheca anteponitur. d. l. fi. C. qui potior. in pign. hab. Quod non idem ſtatutum in fiſci gratiam legitur, vt poſt Dyn. Bar. notat in d. l. ſi is qui ff. de iure fiſci. contra glo. in l. ſi pignus. ff. qui potior. in pign. hab. Quam Bar. opinionem contra glo. receptam Bald. hic iun. teſtatur num. 193. & in tracta. de dote parte 10. col. 2. poſt med. verſ. imo circa priuilegium. Eãdem opi. Bal. ipſe iun. hic probat nu. 224. in fi. Bulgarin. nu. 44. in fi. Crot. nu. 72. Ripa. nu. 1. verſi. ſecundo quia fiſcus.

Tertiò maius dotis, quam fiſci priuilegium eſſe aliter etiam Viſitarin. hic oſtendit nu. 43. quod creditores omnes anteriores in tacita hypotheca mulier excludit d. l. fi. fiſcus planè niſi in bonis poſtea quæſitis in expreſſa hypotheca creditores priores non vincit d. l. ſi is qui.

Quartò potentius dotis, quam fiſci priuilegium aliter etiam Crot. hic demonſtrat num. 24. in fin & ſeq. quòd pro dotibus in dubio pronunciandum expreſſum regulæ vice eſt, d. l. in ambiguis. 1. ff. de reg. iur. Quod non idem conſtitutum in fiſco legitur. Quid autem non idem dixi, imo enim contra ſcriptum in fiſco legitur. d. l. non puto. Quo argumentandi genere Viſitarin. etiam hic vtitur nu. 38.

Hoc ita edocto, vt validius, & fauorabilius dotis ius, quam fiſci ſit, non rectè à dote ad fiſcum Soci. argumentatur. Siquidẽ a maiori ad minus affirmatiue eo mõ arg. deſumitur à potentiori ad debilius, Quod argumentum admitti niſi negatiuè nõ ſolet. gl. in c. cum in cunctis in prin. in ver. multò fortius. de electio. & in fauorabiliori ad minus fauorabile nonniſi negatiuè argu. recipi Alex. ſcribit in l. Marcellus in prin. nu. 11. ff. ad Trebel. Iaſ. in l. ſtipulatio iſta. §. fi. in tertio nota. & in fi. cõmentarij. ff. de verb. ob. & in l. ſi vnus nu. 8. poſt med. C. de teſta. Rurſus cum ratio diuerſa in fiſco minus priuilegiario, atq; in dote priuilegiaria magis ſit, Quomodo extenſione ad id vti Socin. potuit, in quo ratio minor verſatur. Siquidem prohibita tunc extenſio, vel in materia extendibili, hoc eſt fauorabili dicitur. l. lege Iulia §. hoc capite. ff. de ritu. nup. c. fi. de translatio. epi. cũ alijs apud nos collectis in conſi. 6. num. 10. in conſi. 17. nu. 2. in conſi. 176. nu. x. in conſ. 284. num. 3 Quid dicendum hic erit, vbi cauſa odioſa agitur, in quantum potiorem fiſcum habendum citra diſtinctionem vllam Soci. putat. Quo caſu priuato cauſam oneroſam defendenti fiſcus an teſtabit, qui lucro admittitur, & cum potentius dotis, quam fiſci ex maiore, & fauorabiliore concedendi ratione ſit, a potentiori Soci. ad infirmius argumentari apparet.

Soci. argumẽto de dote ad fiſcum ita perfracto,
31 ad rem tex. † non attinet, in d. l. 2. cum glo. C. de priui. fiſci paſſibus cum dote æqualibus fiſcum incedere. Locum enim id habet, vbicunque in fiſci perniciem priuilegio in dote vti mulier ſtudet, in fiſci diſpendium id non ferri, pati enim tum atque mulier iure fiſcus cenſetur. Atque ideo fiſci iuris ſeruandi cauſa text. editus legitur in d. l. 2. Cæterum iuris quicquam noui contra priuatos per tex. illum tributum fiſco non eſt, Eam ob rem, quod iuris conſeruandi cauſa introductum eſt, ad ius nouum conferendum valere non debet. l. cancellauerat infrà de his, quæ in teſta. delen. l. in agris. ff. de acq. rerum domi. ſecundò facilius cõſeruatio permittitur, quam noua acquiſitio ſolet. l. Sed & ſi quid. 1. §. pen. & l. arboribus. §. quid tamen. Ibique Bald. ff. de vſufruc. l. qui fundum. ff. quem. ſeruitu. amittan. ob id ad priuilegij acquiſitionem non iure ex tex. Soci. argumentatur in d. l. x. qui ad conſeruationem ſpectat. A minori quippè ad maius affirmatiuè colligit.

Secundò regula iuris Soci. extenſioni, aut illationi contradicit, iure quo ſpeciali fiſcum non cenſeri, niſi ſi expreſſum ſit, l. item veniũt. §. in priuatorum. Ibique glo. ff. de poſitio. hæredi. glo. in l. 1. C. eodem titu. Guido papæ. q. 536. in fi. Iaſ. in l. 1. in 5. notab. in fi. ff. de officio procura. Cæſar. in l. ſtipulatio iſta. §. alteri col. 1. ff. de verb. obl. Crot. hic nu. 24. circa fi. Viſitarin. nu. 29. Io. Hannibal. in l. poſt contractum nu. 361. ff. de donatio. Pro qua ſententia tex. videtur in l. extat. ff. de iure fiſci, & in l. vni. C. de conductor. & procura. præd. fiſ. domus Augu. lib. 11. quos text. in ſententiam hanc affiic. vocat in rubri. de conſuc. recti feudi nu. 8 & in c. 1. §. illud quoque nu. 47. de prohibi. aliena. feudi per Frederi. vnde cum expreſſum non inueniatur, vt potior priuato in ſpecie controuerſa, & extenſionis huius tertiæ fiſcus æſtimetur, ſtãdum regulæ erit, vt ad exemplum priuati cauſa eius definiatur. Satis quippe eſt, regulam cum quo facere, Contra quam ſi exceptio obijcitur, probari eam ab opponente oportet. l. ab ea parte. ff. de probatio. l. ſuus quoque verſi. puto. infra de hæredi. inſti. c. venerabilibus verſi. poteſt quoque de ſen. excom. lib. 6. Bar. in l. quotiens ff. ſi quis cautio. & in l. 2. in prin. col. 1. ff. ſi quis in ius voca. non ierit. Cum alijs apud nos collectis in conſi. 25. nu. 8. in conſi. 76. nu 4. & in conſi. 168 nu 8. Inde fit, vt tolerabilis iuris error habeatur, vbicunque ad regulam iuris adhærendo cõmittitur. §. ſed tamen inſti. de vſucapio. iuncto. §. in pecudum inſtit. de rerum diuiſ. quos tex. ſimul coniunctos in ſententiam hanc Io. Hannibal nominat in rubri, ſupra eodem nu. 313. Sed enim exceptio regulæ

gulæ

gulæ ex tex. non docetur in d. l. 2. C. de priuil. fiſci. quæ ad ius fiſci conſeruandum ſolummodo, ne per dotem minuatur, non etiam ad ius nouum tribuendum ſpectat.

Tertiò ad ius commune inter dotem, & fiſci cauſam tex. ſpectat in d. l. 2. C. de priuil. fiſci. hoc eſt, vt ius commune in cauſa dotis, & fiſci ſpectetur, ne dotis priuilegium ad fiſci incommodum pertineat, vl ceque contraria ob id, quod iuris communis tuendi nomine introductum eſt, ad priuilegium inducendum valere non conuenit, ne effectum contrarium pariat. l. legata inutiliter infra de lega. 1.

Quartò in ambiguo rem eſſe de extenſione hac tertia Socin. fac, ad eam ne probandam tex. iuuet in d. l. 2. In re dubia interpretationem eligi oportet, vt quam minimum poſſit, commune ius lædatur. l. 2. C. de noxal. l. ſi quando in prin. C. de inoffic. teſtam. c. cum dilectus de conſuetu. Iure planè communi ad ſimilitudinem priuati regulariter fiſcum æſtimari, demonſtratum ante habemus.

Quintò in ſpecie magis, ad rem tex. non attinere in d. l. 2. Ideſt, vt priuilegio dotis fiſcus non decoretur. Verum ad eum caſum reſtringatur, quo inter priuilegiarium, & fiſcum lis tractatur, ne locus priuilegio contra fiſcum ſit viceque verſa, Ripa hic ſcribit nu. 1. verſi. ſecundo quia fiſcus, & nu. 10. in fi. vbi incogitatè tamen plus ſatis in ſenſum hunc Bal. nominat in conſi. 171. lib. 1. vbi de fiſci priuilegio verbum Bald. non facit. Tantum ex bonis mariti fiſco coactis dotis, legitimæque liberorũ fieri detractionem ſcribit. Reſtrictionem, ſeu declarationem eandem Viſitarin, hic admittit nu. 13, & nu. 27. Cum ea ſentire, & Bulgarin. hic videtur nu. 9.

Non obſtat ſecundum Soci. argumentum, priuilegiarium fiſcum magis, quam priuatum eſſe. Siquidem non ſimiliter aduerſus fiſcum, vt priuatum iure, quo præcipuo in dote mulier vtitur. d. l. 2. C. de priuil. fiſci. Reſponſio enim ex prænarratis deſcendit. Ad ius fiſci conſeruandum limitatum priuilegium eſſe. de quo in d. l. 2, ne fraudi ei dotis priuilegium ſit. Ob id ad priuilegium nouum tribuendum tex. non valere, vt in re dubia contra priuatum potior fiſci cauſa habeatur. Ex diuerſis quippe arg. ſũe deducitur. Ideſt a conſeruatione ad acquiſitionem, quarum diuerſam rationem eſſe ſupra oſtẽdimus, cum facilius conſeruatio permitti, quam acquiſitio ſoleat. Conſeruatio enim ad damnum vitandum, Ad lucrum acquiſitio ſpectat. Sed enim par lucri ratio, atque damni non eſt. l. fi. C. de codicil. ita in conſernatione, & acquiſitione Signorol. argumentatur in conſ. 23. nu. 16. poſt med.

Secundò ad tex. reſpondetur in d. l. 2. C. de priuil. fiſci. materiam ibi priuilegij verſari inter mulierem, & fiſcum. ob id perſonas alias egredi priuilegium non conuenit, vt priuilegiarius fiſcus contra priuatos fiat. l. 2. Ibique Bal. in primo nota. C. de ll. c. ſanè de priuil. c. petiſti. 7. q. 1. Abb. in c. querelam nu. 9. ante fi. de electio. & in q. Augerio col. 4. poſt med.

Apparet ex his, quod ad argumenta duo priora Soci. attinet, quibus opi. ſuam contra Bart. inſtruit, Bar. ex eis opinionem non lædi. Sed nocere tex. magis Bartolo videtur in d. l. ſi is qui. ff. de iure fiſci qui inductus ſuperius à fortiori eſt. Ad quem & ſi maximè reſpõdere Viſitari. hic laboret nu. 28. Attamen quod referatur dignum, quicquam non affert. Atq; vti dictum in ſuperioribus habemus, reſponſionis quicquam ad tex. illum accommodatũ apud Alex. hic alioſve non legi, qui cum Bar. faciunt. Proinde ſatis tex. illum ſolum ad Bar. opinionem confutandam exiſtimo, quod ſit in re liquida ius illud ſpeciale conſtitutum pro fiſco eſt. Longè magis, pro eo præſumi in re dubia debebit. Siquidem facilius in gratiam cuius præſumi in re dubia, quam ius inſtitui nouum ſoleat. l. vni. poſt prin. C. de rei vxor. actio. vbi ſi ſtipulatio noua in fauorem mulieris inducitur, quã interpoſitam non eſſe conſtat, a fortiori interpoſita adiuuatur, quamuis inutilis ſit. Eadem ratione ſi ius illud nouum, ſpecialeque introductum fiſci fauore eſt, de quo in d. l. ſi is qui facilius vtique pro eo præſumendum in re dubia erit. Siquidem noui, quicquã ex præſumptione non inducitur. Sed quod inductũ eſt, & in dubio vertitur, potius iudicatur. Quem tex. pro ſententia hac ita Bulgarin. hic obſeruat num. 4. verſi. confirmatur, ſeu declaratur hoc. Idem Crot. hic ſentit num. 13. verſi. præterea, & tertio. Sed vltra Bulgari. validè magis tex. illum induco. Facilius ibi æſtimatur, quod vitioſum, aut inutile eſt, pro vtili haberi, quam vt nouum conſtituatur. Quanto facilius erit, in re dubia pro fiſco præſumere. Cum vtilis efficax, vel hypotheca eius apparet.

Secundò à fortiori vltra Soci. & Bulgari. text. ille inducitur. Ibi enim in re diſpari, atque vbi potentius ius creditoris priuati contra priuatum alij eſt, potior fiſci conditio æſtimatur. Quantò magis idẽ admittendum in re pari erit. Ideſt, vbi ius creditoris priuati potentius priuati alterius iure non eſt. Namque ſi contra ius potẽtius priuilegio fiſcus dotatur. Longè magis tantundem admittendum contrà ius debilius erit. Aliter quippè abſurda prorſus res conſequitur, debilius a fiſco non vinci, qui victor contra potentius eſt. Cum, & in materia odioſa pro abſurdo lex habeat, minus ei non permitti, cui, quod maius eſt, licet. l. in ſuis. Ibi licet eos exhæredare, quos occidere licebat infra de lib. & poſt. l. nec in ea. ff. de adulter. Ibique Bart.

Tertiò generaliter imo, & vniuerſaliter Bar. Alex. & qui cum eis ſentiunt, tex. interpræantur in d. l. nõ puto, vt ad caſus omnes pertineat, lucrum, vel non in fiſco verſetur. At enim generalitati, & vniuerſitati huic euidenter tex. repugnat in d. l. 1. C. de iure fiſci lib. 10. vbi potior fiſci cauſa in re dubia in caſu ſaltem illo habetur, quo lucratiuo titulo fiſci aduerſarius nititur. Ob id falſum apparet, quod Bar. Ale. que placet. vniuerſaliter tex. accipiendum in d. l. nõ puto. falſa quippe oratio vniuerſalis habetur, quæ falſa in vno depræhenditur. l. ſi is qui. 11. §. verum infrà de rebus dub. Neque Alex. reſponſio mutat, nihili tex. faciendum in d. l. 1. qui ſenſus tot patitur d. l. in ambiguo ibique Bar. infra de rebus dub. Qua reſpõſione & Viſitari. hic vtitur nu. 31. in fi. & nu. 33. circa fi. Quoniam demonſtratum ſuprà habemus, locum textui non eſſe in d. l. in ambiguo. vbicunque ex ſenſibus pluribus receptus vnus eſt. Atqui admiſſũ ſenſum hunc eſſe, ſuperius etiam oſtendimus, cum ſecũdam Soci. reſponſionem referemus. Ibique & Bart. ipſi Sali. reſponſionem placere diximus. Cuius ſententiæ Bar. eſſe, Bal. hic poſterior ſcribit nu. 236. in fi. & nu. 239. Bulgarin. nu. 5. in fi. nu. 6. & nu. 9. in fi & ſeq. Idque receptum eſſe dicto num. 5. in fin. Bulgarin. ait.

Quartò ex eo item ſententia hæc contra Bar. ad-
22 iuuatur, quod hypothecæ † tacitæ priuilegium in bonis delinquentis, ſententia ſaltem in eum lata, fiſco conceditur glo. & Doc. in l. reſcriptum in prin. ff. de pactis. Bar. in l. poſt contractum num. 16. ff. de dona. in l. aufertur. §. fi. ff. de iure fiſci. Anto. de But. in conſi. 61. ſtrictè in fi. Alex. in conſi. 75. nu. 6. verſi. Si ergo admittitur dictus Nicolaus lib. 1. Emanuel a Claris aquis ſing. 227. Itaque ſi hypotheca tacita fiſci fauore inducitur, ratio fortior monet, vt in re dubia prior eius hypotheca habeatur. Tantum abeſt, vt interpretatio admitti contra fiſcum debeat. Argumento tamen huic eripi non difficulter, quis poteſt, quod caſus nonnulli incurrunt, quibus & ad

priua-

priuatorum vtilitatem induci hypotheca tacita ſolet. Atqui priuilegiarii ob id in re obſcura priuati non ſunt.

Quintò ſententiæ huic contra Bart. ſubſcribere maior Doc. pars videtur, in quibus Iaco. à Belu. & Cuma. ſunt, cùm ad lucratiuam cauſam ad modum ſupra expreſſum tex. reſtringunt in d.l. non puto.

Eiuſdem ſententiæ Doct. ſunt, a quibus reſtrictionem hanc probari ſupra oſtẽdimus. In quibus enarrati Fely. Deci. Iaſ. Caſtellion. & Ripa ſunt, quamuis Fely. & Iaſ ſecum pugnare demonſtrauerim. Bartolo etiam Bal. iunior hic contradicit num. 236. verſi. nec etiam videtur procedere dictum Bar. & nu. ſeq. Bulgarin. nu. 4. Crot. nu. 12. vſque ad nu. 21. Viſitari. nu. 35. Cum opi hac facere Bal. videtur in conſ. 223. primo ſtatuto Aſtenſi circa fi. lib. 1. cõtra fiſcum interpretationem faciendam ſtatuti non eſſe.

Poſtremò cum ſententia hac facere text. videtur in l. & hoc Tiberius infra de hæredi. inſtit. vbi in caſu dubio contra ſe iudicandum imperator non cenſuit. Eodem tex. ſpectat in l. fi. §. ſed cum vtraque. ff. de iure fiſci, vbi ſententiam nouam fiſci gratia Papinianus, & meſſius inuenerunt. Longè magis in re dubia pro fiſco pronunciandum Quos tex. Ancha. nominat in conſi. 210. inter contraria nu. 3.

Sententia hac cõtra Bar. ita inſtructa, illud ſuper-
23 eſt, vt tex. refellamus † in d.l. non puto. Ad quem reſponſiones enarratæ ſeptem ſupra ſunt. Sed verum ad tex. illum declinandum conferant, hic vidẽdũ, & hoc eſt, quod ſecundo loco diſpiciendum in ſcriptis Soci. diximus. Prima Iaco. à Bel. reſponſio quæ ad lucrum ſimpliciter tex. reſtringit in d.l. non puto, vt ſententiam interpretationemve in re dubia fiſcus patiatur, qui ad lucrum aſpirat, odioſum vel non lucrum ſit. Generalis plus nimio videtur. Quid enim ſi lucro etiam priuatus nititur. Donationem pura, aut legatum vterque defendat. Qua ratione cauſam oneroſam vtroque afferente, potiorem fiſcũ habendum Belui. putat, ita Imo facilius probandũ in cauſa lucratiua videtur, vnde niſi eo caſu Belui. admittendam reſponſionem non arbitror, quo lucrum fiſcus captat, oneroſam priuatus cauſam ſuſtinet. Ibi enim rationis non videtur, incommodo alieno commodum fiſco parari Bald. in conſi. 145. præſuppoſito quodam capitulo nu. 2. lib. 2. Ad quã ſententiam text. quadrat in l. cum ratio. §. pen. ff. de bonis damna. ibi cum ampliari imperiũ, &c. Eodẽ tex. pertinet in l. 1. ibi ne fiſci noſtri videamur habere rationem. C. de ſecun. nupt. & in l. vni. §. pen. C. de cadu. tolle. cũ alijs apud nos relatis in conſi. 6. in fi.

Cuman. reſponſio non vera modo, ſed & extra ambiguitatem poſita videtur. Quis enim dubitat, interpretationem in re obſcura contra fiſcum faciendam ĩnc locum pœna habeat. l. merito. ff. pro ſocio. Bar. & alij. in l. non ſolum. §. ſed vt probari. ff. de op. noui nuncia. Hoc amplius offenſio permitti verborum ſolet delicti vitãdi cauſa vt habetur in l. 2. §. creditum. ff. ſi cer. pet. in c. cum tu de teſtib. glo. in c. ne quis arbitretur. in glo. 1. propè fin. 22. q. 2. Bart. in l. ſi finita. §. ſi ante in fi. ff. de dam. infect. Imola in conſ. 101 nu. 4. Ex Beluiſi item reſponſione, vt mox a nobis declarata, ratione ſortiore Cuma. ſenſus corroboratur. Namque ſi in lucro non odioſo in fiſcum interpretatio torquetur, quotiẽs damnum priuatus ſubit Quartò magis ius idem probandum in lucro odioſo erit. Idque in primis, quòd infamiam etiam facti ſaltem vltra pecuniæ iacturam priuatis facit.

Altera Soci. reſponſio non tam ridicula, quam ſecum repugnans videtur. Primum enim aſſerit, ſecundum fiſcum in re dubia pronunciandum. Deinde extra culpam, delictumve eſſe iudicem putat, à quo ſentẽtia in re ambigua dicta contra fiſcum ſit. Quomodo cohærere hæc poſſunt, vt ſententia gratioſa in re ambigua dici fiſco debeat. Atqui culpæ, delictive, ſeu quaſi incuſari iudex nequeat, à quo offenſum in ius hoc ſit.

Secundò contradictio in Soci. arguitur. Namq; ſecundum fiſcum interpretationẽ habendam, ſententiamque ferendam in re dubia aſſerit. Quo admiſſo, quamuis dubia inter priuatos res ſit, certum tamen, & liquidum ius fiſci nomine apparet. Siquidem expreſſum, aut definitum iure dicimus pro fiſco in ambiguo pronunciãdum. Certum quippè ius hoc conſtat, vt victor fiſcus in re obſcura habeatur. Quo ita amiſſo, contra ius clarũ interpretationem habere, ſententiamque proferre iudex arguitur, a quo ſententia dicta fiſco pernicialis ſit. Ita contradictionem euidentem Socin. hæc reſponſio habet, vt ius idem certum, atque incertum tempore eodẽ, atque in cauſa eadem ſit.

Tertiò ſi reſponſionem hanc Soci. agnoſcimus, delinquendi materia permiſſa ex textu erit in d.l. nõ puto. Etenim ſi fiſcus vincere in re dubia debet, ita vti Soci. ſententia fert, in dolo iudex videtur, qui in re obſcura fiſco nõ fauet. Siquidem in eo præſumi dolus ſolet, qui id non facit, quod fieri ab eo oportet. l. Iulianus. §. Marcellus ſcribit verſi. dolus autem in eo eſt. ff. ad exhiben. l. quod in hæredem. §. 2. ff. de tributor. l. ſi procuratorem. §. dolo. ff. mand. l. 1. §. eſt autem apud. ff. depoſi. l. vendicantem l. ſi fundo. §. 1. ff. de euictio. Dolus planè delictum dicitur. l. ſi ex cauſa. § nunc videndum. ff. de minor. l. 1. §. nunc tractemus verſi. planè. ff. de tutel. & ratio. diſtra. glo. & Bar. in l. 1. ff. de fideiuſſor. Iaſ. in l. ſi ita quis. §. Seia canit. nu. 18. ff. de verb oblig. & in conſi. 14. col. 2. lib. 3. Sed & maleficium in dolo atrox Bal. obſeruat in conſi. 410. in cauſa, & quæſtione Antonij col. 1.
24 lib. 2. Inde fit, † vt pœnam criminis ſtellionatus ſubeat, qui reus doli eſt. l. 3. in prin. ff. de crimi. ſtellio. Quod cum ita ſit, doli in iudice admittendi occaſionem tex. dederit in d.l. non puto, ſi impunè, id iudex ferat, quod contraquam prohibitum iure eſt, in fiſcum commiſit, ſententiam fiſco ipſi noxiam in re obſcura dicendo. Enimuero interpretationem admitti non conuenit, vnde delinquendi occaſio exiſtit. cum irrita, vicioſaque ad eum modum lex fiat. l. ſi vnus. § illud nulla. ff. de pactis. l. conuenire. ff. de pactis doral. c. ex parte de conſue. Roma. in cõſi. 90. in fi. Aretl. in cõnſi. 58. diligenter nu. 10. Deci. in c. cognoſcentes col. 1. de conſtitu.

Quartò ridicula, atque illuſoria Soci. concluſio ex reſponſione eius non obſcurè fit. Primum enim aſſerit, potiorem fiſci cauſam in re dubia æſtimandam. Deinde ſecurum pœnæ iudicem eſſe, qui fiſco ſuffragatus in re dubia non ſit per d. l. non puto. Secundum quæ, in arbitrio iudicis erit, priuatum fiſco perferre. ſic eueniet, vt liberum iudici ſit, concluſionem hanc, iuſque hoc præcipuum fiſci cauſa introductum pro animi libidine illudere, atque fruſtrari. Atqui recipi interpretatio huiuſmodi non ſolet, vnde in poteſtate alicuius ſit, illuſoriã legẽ, diſpoſitionemve aliam præſtare. l. 1. in fi. ff. de calum. l. ſi prætor. ff. de iudi. l. ſi in prin. ibi alioquin nequicquam mihi caueatur. ff. ſi cer. pet. l. hanc legem. ff. de cõtrah. emp. l. fi. ff. ne qd in loco pub. l. 1. §. exceptiones. ff. quarum rerum actio non da. l. cum alijs in fi. C. de cura. furio. l. fin. §. non autem. C. de bonis quæ lib. l. fi. C. de vſuris rei iudi. c. commiſſa. §. porrò de electio. lib. 6.

Quintò ex Soci. ipſo hic confutari reſponſio hæc videtur. Qui in ſpecie. d.l. non puto id admittit, qđ in priuilegiarijs cauſis alijs admittere auſus nõ eſt. Anceps de priuilegiarijs alijs Soci. eſt, litem ſuam, necne iudex faciat, qui priuilegiũ ſecutus in re du-

bia

bia non eſt. Contra fiſcum plane hoc dirimere non dubitauit. Qui magis contra fiſcum, atque priuilegiarios alios affirmandum id cenſuit. An non cenſus demum diuerſos facere ratione diuerſitatis vlla non reddita, per modum hanc Soci. apparet contra reg. l. illud ff. ad l. Aquil. l. a Titio. ibique laſ. latè ff. de verb. obl. in qua re contrarietas, & alia operiri Socin. videtur, qui quam ſententiam contra Bart. negocio tanto roborauit, per reſponſionē hanc adeo dubitat, vt a Bar. partibus ſtare potius videatur. Nā que ſi pœnam a iudice remouet, qui fiſcum in re dubia poſt ponit, in antecedens, aut conſequens neceſſarium culpa quoque tollitur. Sic fiet, vt pœnam iudici ſit, iudicium contra fiſcum in re incerta dicere. Quæ ſententia a Bar. dictare non admodum videtur. Tertia Decij reſponſio, vt ad controuerſiam de priuilegio locus ei an non, ſit, tex. reſtringatur in d. l. non puto ex vaticinio tota conſtat. Secundo titulo reſponſio hęc non congruit. Namq; a Decio ipſo autore de lucro fiſci ex delicto ſub titulo de iure fiſci principaliter agitur, ergo aliena a titulo reſpōſio Decij e. 11. quæ ad diſceptationem ſuper priuilegio ipſo pertinet.

Tertio dubitationis quicquam in ſenſu hoc Decij non vertitur. Namque ſi præcipui quicquam in re dubia fiſco non datur, verum ad exemplum cedatus priuati dicitur, vt dictum ſupra habemus. Quis dubitet, contra fiſcum non minus, atque contra priuatorum in ambiguo pronunciandum, locum priuilegio non eſſe, de quo liquidè nō apparet. l. duo ſunt Titij infra de teſta. tuto. l. ſi fuerit infra de rebus dub. l. non hoc. C. vnde legiti. Rurſus quis dubitet locū in dubio priuilegio non eſſe l. centurio infra de vulga. l. ſi quando in prin. C. de inoffi. teſta. l. quanquam & l. in teſtamento. 1. C. de teſta. milit. c. ex miſſa de voto. glo. in c. ex tua de filijs presby. Bal. nouel. hic num. 237. co item minor in ſenſu hoc Decij vertari dubitatio poteſt, quod iuris cōmunis præſumptio ei obſtat, qui priuilegio nititur, ſiquidèm priuilegiū in re dubia præſumi lex prohibet. Quocirca proba tio validior liquida ve magis priuilegij præſcinda ob contrariam iuris præſumptionem eſt Ab. in c. quia veriſimile in ſecundo nota. de præſumptio. ex aliis apud nos collectis in tracta. de antiqui. temp. parte 2. num. 16. Quo circa ad tex. d. l. non puto quadrare ſeu ſus iſte Decij non videtur.

Reſponſio quarta ex his ſponte ſua concidit, quę ſcripta ante circa Cuma. reſponſionem ſunt, à fortiori argumentando. Etenim ſi vacuum Cuma. ſenſum in pœnis pecuniariis oſtendimus. Longè magis hoc idem admittendum in pœna corporali erit per tex. in l. abſentem. ff. de pœnis. Ad hæc augurale ſi æquo reſtringens ve reſponſio hæc apparet. Eadem ratione Viſitarini reſponſio cadit, cum ad quæſtiones hoc eſt tormenta, quæ quærendo, inferuntur, text. illum applicat. Rurſus ſi iam habitæ quæſtiones ſunt, vtique dubitatio verti niſi in iure non poteſt, declaratum ne, aut probati crimen per tormenta ſit. Sed enim in errore iuris pro fiſco pronunciandum Viſitarin. hic credit nu. 29. in fi. quod ſi facti dubietas vertitur, tantundem in facto & ratione fortiore Viſitari. ibi putat. Ad hæc cognitius poteſt, vt quæ dicta ab eo obſcurè ſunt, perſpicue exponat l. de ætate. §. nihil. ff. de interro. actio.

Reſponſionem quintam, vt ad iuris controuerſiam tex. reſtringatur, repudiare Doc. videt, quibus viſum eſt generaliter tex. intelligendum in d. l. non puto. Ad tactum, vel ius controuerſia, aut quæſtio ſpectat, vt Matheſila. tradit nota. 7. nota vnam regulam mirabilem. Bulgarin. hic num. verſi. ted ad uerte primo. Crotus nu. 12. & nu. 16. Viſitarin. l. nu. 29. in fi. ex tex. id iuuatur in c. ſicut ſtatus de tempori.

de quo tex. Crot. hic meminit num. 16. & in rubr. ſupra eo. num. 55.

Reſponſioni huic Bal. etiā aduerſatur in d. conſi. 223. circa fi. lib. 1. Reſponſio ſexta Viſitarini quæ ex tex. deſumitur in l. in ambiguo. ibique Bar. infrà de rebus dubiis profligata non videtur, inficias cundo, ambiguam tex. videri in d. l. non puto. Cum generaliter loquatur. Atque ideo ad caſus omnes referri, nec impropriè poteſt, quicunque comprȩhendi ſub generalitate poſſunt. l. cū de lege. Ibiq; Aret. infra de teſtam.

Septima Croti reſponſio deterrima omnium videtur, vt ad iuriſconſultum tex. pertineat in d. l. non puto. Qui contrà fiſcum de iure reſpondet. Reſtrictiua quippe, & generalis ante alias omnes eſt, per quam ad iuriſconſultum ſolum reſtringitur, quam in iudice ſolo Doct. ſcire intelligunt. Secunda ad iuris ambiguitatem ſolummodò pertinet. Id quia ad factum iuriſconſultus non reſpondet. l. ſi ex plagis. § in cliuo. ff. ad legē Aquil. l vt reſponſum. C. de iuri ſacto. Tertio diſcrimen inter cauſam liquidam, & dubium Crot. inducit, vt ſiquidem in re aperta contra fiſcum iuriſcōſultus reſpondet, pœnam dari ab eo oporteat, quod contrà in re ambigua putat. Sed enim ſi pro fiſco pronunciari in re dubia debet, inter cauſam differre liquidam ambiguam ve non dicitur, quatenus clarum ius ſemper in hoc vertitur, vt iudicium fiſcus euincere in re dubia debeat. Sic quomodo ante dictum contrà ſecundam Soci. reſponſionem eſt. Quartò perplexitatem ſenſus iſte Croti habet, vt in re dubia ſecundum fiſcum iudicari is debeat, ſed ob id mulcta, qua afficiendum iuriſconſultum non eſſe, a quo reſponſum datum cōtra fiſcum ſit. Quintò occaſio, & hic præberi fiſci cauſæ amittendæ videtur, cum impunitas aduocato, aut patrono datur aduerſus fiſcum reſpondendi. Quid enim ſi iudicem pro ingenij ſui acrimonia vbertate ve impellat, vt contrariam fiſco ſententiam dicat. Similiter vt dictum in iudice ante circà ſecundum Soci. ſenſum habemus.

25 Quid dicendum circa tex. in d. l. non puto, qui Bar. opinioni adminiculatur non mediocriter videtur. quatenus eliſæ reſponſiones ſunt, quas ad tex. illum applicari ante oſtendimus. In cōtrouerſia hac vnum obſeruandum, atque alterum cenſeo. Primū ad hypothecam ſpectat, verum potius in ea fiſci ius in re obſcura cenſeatur. Alterum ad iura alia fiſci pertinet. Circa hypothecā ſententia obfirmata eſt, potiorem in ea fiſcum haberi per tex. in d. l. ſi is qui a fortiori, vt ſupra multifariam expenſum, atque inductum. Cui ſententiæ in hypotheca obſtare text. non videtur in d. l. non puto. Quoniam cum priuilegiarium fiſcum in hypotheca eſſe, expreſſum in ſpecie ſit. Ad caſum hunc hipothecæ trahi tex. non cōuenit in d. l. non puto, qui generaliter loquitur iure quippe vulgatiſſimo vtitur, ad ea diſpoſitionem generalem non porrigi, in quibus conſtitutum, quid ſpecialiter eſt. l. cohæredi. §. qui patrem in fi. de vulga. l. quod in rerum. § ſi quis poſt in fi. infrà de lega. 1. l. vxorem §. fœliciſſimo infra de lega. 3. l. alimenta. §. Baſil. cæ, & l. Stichus nutricis. infra. de alim. leg. l. doli clauſula, & l. ſtipulationes commodi limum. ff. de verb. obli. l. cum quæſtio. C. de legat. & in ſpecie legis generalis, ad ea cam non trahi, in quibus expreſſum, quid in ſpecie ſtatuitur. tex. affertur in l. in teſtamentis. Ibique Sal. C. de teſta. no. glo. & Doct. in l. ſciendū in prin. ff. qui ſat. cog. Bal. in c. 1. de reſcrip. vbi ſtatutum generale, quo iudicis arbitrio crimi num omnium pœnæ creduntur, ad pœnam trahi homicidij non putat. De qua ſtatuto a Io. cautum ſpeciali eſt. Itaque cum priuilegio circa hypothecā in ſpecie fiſcus dotatus ſit, ad iura hypothecæ produci

duci tex.non conuenit in d.l. non puto, qui generaliter loquitur, ne ſpeciei genus deroget reg. generi. lib. 6.

Si dixeris, expreſſum quicquam in ſpecie de re controuerſa non eſſe, quotiens dubitatio vertitur, vtrũ vtrius potius iure ſit. Reſpondetur expreſſum id ex ratione maiore ſatis dici, à qua argumentari in materia etiam pœnali licet. l. in ſuis infra de libe. & poſth. l. nec in ea. Ibique Bar. ff. de adul.

Secundò priuilegiarium fiſcum circa hypothecã eſſe, demonſtratum etiam ſuperius habemus, quod jus hypothecæ tacitæ in bonis delinquentis ſententia lata, fauore eius inſtitutum ante oſtendimus.

Dubitatio maior in iuribus alijs fiſcalib. monet, potius ne fiſci ius in re dubia æſtimetur. Concluſio
26 a Soci. obfirmata generaliter eſt, vt potior † ſimpliciter fiſcus contra priuatos ſit. Quam opin. maiori Doc. parti placere demonſtrauimus. Sed tex. hic laborioſus exudandus in d.l. non puto, qui tam generaliter loquitur, & laqueis cuius effugiendi rationẽ vix vllam Doct. inueniunt. Satis mihi ante omnes. Cuma. reſpõſio facit, vt ad lucrum odioſum reſt[r]ingi tex. illum oporteat, quod ex delictis petitur. Negocium omne in argumento depellendo ſubeſt, qđ in ſenſum, reſtrictionemve obiectum Cuma. eſt, ex vaticinio reſtrictionem hanc conſiſtere.

Sed enim verbis tex. ſignificatiuive eorum reſtrictionem hanc conuenire exiſtimo. Rei cuius explicandæ cauſa, monendi ſumus, patrimonium generis triplicis principi eſſe priuatum, publicum, & fiſcale. Priuatum, quod quaſi priuatus vti Titius, non tanquam princeps habet, veluti, quod ante ei erat, quam euectus ad imperium eſſet, vel ſi ditione accepta, quicquam ei ex titulo quouis vti priuato non dignitatis contemplatione, acceſſit, ex donatione puta, inſtitutione legato, aut emptione, vel ſi quid opera induſtriave adeptus ſua eſt. Cuius patrimonij priuati diſponendi facultas ei pro arbitrio datur. Quod ſi diſpoſitio vlla facta de patrimonio id genus priuato non ſit, ad hæredes eius legitimos pertinet, vt in patrimonio priuato Papæ Geminia. ſcribit in conſi. 64. in prin. per tex. in c. quia nos. in c. relatum. 2. & in c. requiſiſti in fi. de teſta. in c. 1. & 2. 12. q. 3. in quibus expreſſum ius hoc in bonis præfactorum eccleſiarum legitur, quæ profect[o] ad eos extra cauſam eccleſiarum ſunt. Et de bonis opera, induſtriaque Principis acquiſitis Ripa loquitur in l. centurio num. 20. infra de vulga. in quibus pares, atque clericos Ripa principes habet, ad præfectos eccleſiarum honeſtius principes comparati a Ripa fuerant.

Alterum principi patrimonium competit, quod publicum appellatur, & quod ex prouentibus conſiſtit, qui percipi de publico ſolent. De quo genere vectigalia cenſus, tributa & id genus alia ſunt, vnde commoda principes conſequi iure imper[i]j, ditioniſque ſolent. De patrimonio hoc ſecundo vtrum diſponendi ius Principi ſit. Ol[d]ra. docet in conſi. 94. eleganter in fi. Bart. in l. prohibere. §. planè nu. 5. ff. quod vi aut clã. Abb. in conſi. 3. q. 26. lib. 2. Roma. in conſi. 116. in fi. Soci. in conſi. 7. col. 1. lib. 3.

Tertium patrimonium principi contingit, quod fiſcale vocitant, ex condemnationibus, mu[lct]iſve id pendet toto titu. ff. & C de iure fi[ſc]i. tri[p]le[x] hoc principis patrimonium. Bal. di[ſt]inguit in conſi. 278. caſus conſi[lij] talis eſt, Dominus Ferrandus nu. 5. lib. 1. Imola planè in conſi. 35. nu. 23. patrimonium duplex tãtummodo in prin[ci]pe di[ſt]inguit priuatum, & fiſcale. Idem Alex. facit in conſi. 6. num. 5. lib. 4. in qua diſtinctione pro iu[ri]bus fi[ſcal]ibus omnia habent, quæcunqu[e] princeps, vti [princ]eps habet. Sed enim melior, pleniorve Bal. di[ſtin]ctio [vi]detur, per quam fiſcale à publico principis patrimonio ſeparatur, fiſcalia enim, vti dictum eſt, ex Condemnationibus, & mulctis cõſtant. Idque, & communi ipſo loquendi vſu declaratur. Secundum quem, aliter principis bona, redditusve aliter fiſcalia iura vocantur. Namque vbicunque quid cui ex delicto eripitur, a fiſco id ablatum dictitant. Non eodem nomine principis bona appellamus. Fiſci quippè dici bona non ſolent. Secundò ex tex. euerti Imolæ, & Alex. diſtinctio videtur in l. fiſcus in fin. ff. de iure fiſci, vbi pro diuerſis Cæſaris, atque fiſci bona habentur, contrà, quam Imolæ viſum & Alex. ſit, apud quos iure pari cenſentur, permixtaque vna ſimul ſunt.

Conſequens prædictis ſit, In his propriè fiſcum intelligi, quæ ex mulctis bonorumve proſcriptionibus deferri ad fiſcum ſolent. Inde dicimus, Crimenam fiſcum male quæſitorum eſſe, vt Bellame. ſcribit in conſi. 15. col. fi. A numine quippe ſit, vt in fiſci laqueos id genus bonorum poſſeſſores incidant. Eodem Guido Papæ ſpectat. q. 259. Saccum nullius religionis, aut conſcientiæ fiſcum eſſe, vtpotè in quem infundi male parta videmus per text. in l. in hæredem. ff. de calumnia. & in l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoffi. teſta. Expreſſius id Beatus Auguſti. enarrat in c. maiores 16. q. 7. quod Chriſtus non capit, a fiſco id tolli. Conſequens his ſit, in iuribus pœnalibus fiſci nomen præcipuè verſari. Ea ratione fatidicus habendus ſenſus hic Cuma. crebriorve non videtur. Quem ipſa verborum ſignificatio innuit. l. 1. §. ſi is qui nauem. ff. de exercitor. l. non aliter infra de lega. 3. Itaque cum de fiſco, non principe tex. loquatur, contra fiſcum in dubijs quæſtionibus pronunciandum, ad lucra ex delictis venientia reſtringi non tex. is poterit.

Sed dicturus quiſpiam erit, in his etiam, nec raro fiſcũ enunciari, quæ extra cauſam delicti ſunt. Admitto poſtquam ad fiſcum bona delata, coactaque ei ſunt, adminiſtrationem eorum apud fiſci procuratores, præfectosve eſſe. Per quos contractus perfici ob bona ipſa poſſunt. Ad quos pertinere textũ non arbitror in d.l. non puto. per tex. in d. l. ſi is, qui. vbi priuilegiarius fiſcus in contractu ſuo quantum ad bona poſtea quæſita eſt. Secundum quæ, ad lites, ſeu quæſtiones criminatorias reſtringendus tex. videtur i[n] d. l. non puto. Ideſt cum [ti]tulo, aut contractu, [q]uo [ſuo] fiſcus non [vt]itur. ve[r]um delicti pœnæ, aut mulctæ iure cauſam ſuam duntaxat tuetur.

Ex tex. diſtinctio hæc iuuatur in l. 2. §. 1. ff. de iure
27 fiſci. vbi priuilegiarius † fiſcus in cauſis ciuilibus circa editionem eſt, vt a reo editio fiat. Quod contrà in cauſis obſeruari criminatorijs ſolet. In eandem ſententiam tex. videtur in l. in ſumma, & in l. quod placuit. ff. de iure fiſci, vbi expreſſim ſcriptum eſt, in pœnis fi[ſc]um creditoribus poſtponi. Cauſam aliã eorum eſſe, in quibus pœna non vertitur. In quibus deteriorem conditionem eius eſſe, quam priuatorum non conuenit. At enim priuatorum iure haud dubiè fiſcus carebit, ſi in eum interpretationẽ ſemper torquẽdam dicimus. Quæ res abſurdiſſima fuerit, quatenus in caſibus non paucis meliorem fiſci, ac priuatorum cauſa fieri expreſſum legimus.

Itaque cum diſtinctio hæc inter cauſas criminatorias, & ciuiles facta nominatim inueniatur, quomodo vicio dandus. Cuman. ſenſus erit, qui verba tex. generalia in d.l. nõ puto. Ad diſtinctionem memoratã reſtringit, vt niſi ad quæſtum odioſum non trahatur, qui ex delicto procedit. Imo enim lau[da]tribui interpretatio ſolet, per quam diſtinctionis ope textum al[i]oquin tumultuantium gratia, cõci[l]iatiove induc[t]u[r], tam & ſi expreſſim per leges facta non inue[n]iat[u]r. [I]tem videndum in fin. prin. ff. de peti. hæredi. l. ſi finita. §. illud. ff. de damn. infect.

adeo.

adeo.§.cum quis. ff.de acqui. rerum domi. c.literas. Ibiqueglo.in verbo viam mediam. de reſtit.ſpolia. glo.in c.quærenti in ver.per ætatis ſemitam. de offi. delega.& in c.ſcientes de cenſib. Ang.in conſi. 376. nobiles viri nu.2.verſi.ſed ſi ſalua ratione.Alex.in l. 2.ff.ne quis eum qui. in conſi.141.num.7. lib.2.& in conſi.50.nu.7.lib.7.Pariſ.in conſt.92.nu.30.lib.2.Io. Iacob. a Leonardis inter Soci. Iunioris reſponſa in conſi.39.nu.78.& in conſi.121.nu.36.lib.2. Quid hic dicēdum,vbi non a Cuma. aut doctoribus tantummodo, ſed & per ll. ipſas diſtinctio hæc adhibita legitur. Amplectendus igitur ſenſus iſte erit,vnde cōtradictio omnis legum ſilet.

Sed enim ſenſui huic Cuma.contradicere duo videtur. Primum, quòd dubitationis quicquam ineſſe in eo non videtur, vti demonſtratū ſupra habemus. Quis enim ambigit, interpretationem in re dubia habendam, vnde delictum excludi, pœnaque tacere ſolet. l. meritò. ff. pro Socio.l. quotiens. §. qui dolo.ff.de probatio.c. eſtote miſericordes de regul. iuris. ſed & fictè, verba propriéque minus accipienda oſtendimus,potiuſquam delictum intelligatur.

Reſpondetur, à dubitatione vacuum ſenſum hunc Cuma. non eſſe. Imo rationes dubitandi afferri poſſe. Prima an præſumptio d. l. meritò locū ſimpliciter habeat. ſiue probatum quicquam vtrinque non ſit a fiſco,& reo. Siue probationes præſtitæ vltrò citróque ſint, ex quibus dubia facta res ſit. Ita vt pro reo præſumi in caſu omni debeat.An priuilegiarium in re ambigua eſſe fiſcum oporteat.Secundò mouere poterat, vtrum ad cauſas omnes criminatorias præſumptio illa generalis ſpectet,de qua in d.l.meritò.An vero ad eum caſum reſtringatur,quo vitæ,aut cruciatus diſcrimē vertitur, atque ideo niſi ad pœnas corporales non pertineat.Tertiò dubitationis eſſe poterat, an ad priuatos reſtringi text. debeat in d.l.meritò.quotiens inter priuatos negotiū, aut lis exercetur. An ad fiſcum etiam trahatur, quē priuilegiarium in caſibus non paucis eſſe proculdubiò eſt.

Quarta dubitādi ratio. Quoniam ad reum ipſum duntaxat ſpectare tex. videbatur, vt præſumptio cū eo iuris faciat,de qua in d.l.meritò. Proinde dubitationis eſſe poterat, vtrum ad creditores rei extendi ius hoc poſſet, in quibus pœnæ ratio,infamiæq; ſilet. Si dixeris, deciſum in creditoribus alijs ſatis per ll.alias atque nominatim eſſe in d.l.in ſumma. & in d.l.quod placuit.ff.eo.titu. de iure fiſci. Reſpondetur,inficias eundo, definitum quicquam circa creditores alios eſſe. Quoniam ad eum caſum text. memorati pertinēt, quo liquidum creditorum ius eſt, vt fiſco tunc potiores habeantur.tex.planè in d.l.nō puto. In re obſcura loquitur. Atque ideo pluris aliquid,nec pauló creditoribus tribuit, vt non modo in re aperta,lucroue odioſo, ſed & in re occulta fiſcum vincant.

Alterū ſenſui huic obſtare Cuman.videtur, quòd deteriorem fiſci cauſam,quam priuati in quæſtu odioſa exiſtimat. Sed enim priuilegio fiſcus dotatus, & in lucro id apparet. Siquidem hypothecam tacitam in bonis delinquentis poſt ſententiam latam fiſci fauore introductam demonſtratum ſupra habemus. Reſpondetur, in re manifeſta fiſco priuilegium tributum. Poſtquam planum delictum,notiſſimumque factum ſententia eſt. Notiſſima quippe
28 † aut notoria res per ſententiam fit.l.emptorem.ff. de actio.empti.c. veſtra & c. fin.de cohabi. cleri. & mulier.c. cum inter de re iudi.c.fin. iuncta glo.2.de tempor.ordi.c.cum olim de verb. ſigni.glo.in c.exceptionem de excep. Bar.in l.1.in prin.q.1.ff.de operis noui nuncia. In re planè obſcura deteriorem fiſci cauſam in lucro odioſo eſſe legi placuit. Ex qua reſponſione mirum in argumentum retorquetur.in re dubia interpretationem contrà fiſcum faciendā. quatenus niſi in re manifeſtiſſima, poſt ſentētiamque latam in lucro odioſo fiſco fauendum lex non cenſuit. Vnde a ſenſu contrario argumentando. fiſci rationem in ambiguo,quæſtúve odioſo habendam non eſſe ex reſponſione ipſa oſtenditur.

Secundò reſpondetur, indignè ferendum a priuaris non eſſe, iure hoc hypothecæ tacitæ præditum fiſcum eſſe, quatenus in caſibus permultis tantundem præſtitum, & priuatis legimus toto.tit.ff.& C. in quibus cau.pign. vel hypo.taci. contra. Notabile hoc primum ita ampliatum, vt priuilegiaria dotis, libertatis, cauſæ piæ, & fiſci in re dubia cauſa ſit. Limitationem apud Soci.ipſum recipit,ne locum habeat,vbicunque per naturam ipſam certus temporis ordo oſtenditur. Veluti cum habitus in vno, priuatio in altero continetur.Ibi enim poſterius id neceſſariò intelligitur,ex quo priuatio apparet. Veluti ſi promiſſionem inſtrumentum vnum habet, renunciationem alterum, vel ſi legatum in codicillo vno,ademptio in altero aſcripta ſit ex Cyno.Bal.& alijs in l.cum proponaris.C.de codicil.Bal.in §.quibus nu.5 in prima conſtit.C.& in c.2.in prin.de offi. delega. Ita in limitatione hac, legi Soci. oportet in Codice meo deprauatum. Baldū item in locis memoratis,& in ſententiam hanc Fely.refert in d.c.paſtoralis nu.5.circà fi.de reſcrip.

Inepta limitatio hæc Soci.apparet. Locum quip
29 pè † exceptio,aut limitatio non aliter habet, niſi ſi deſumpta ex verbis regulæ, & compræhenſa ſub regula alius ſit,exceptione ipſa non facta.l.nam quod liquidæ.§.fi.infra de pœnu lega.glo.in c.1. in glo.3. de appella.lib.6.Bar.in l.in his.ff.de ll.& in l.1. ibiq; deci.nu.26.ff.de regul.iur. Signorol.in conſi.71.nu. 5.in conſi.82.nu.10.in conſi.138. num.11.in fi. & in conſi.166 col.6.in fi.verſi.ſeptimò ſic.Alex.in l.fin. col.fin. circa med.verſi. Sed ipſemet Iapus.ff.quod quiſque iuris. Iaſ.in l. ſi ita legatum in prin. num.5. infrà de lega. 1. vnde inepta,atque ridicula prorſus exceptio liquet, ſi dictum ſit, ſcholaſticos omnes in ludis eſſe Titio mercatore excepto. De quo genere Soci. exceptio, aut limitatio euidentiſſimè arguitur. Regula enim,aut notabile Soci. de re dubia loquitur, quotiens incertum eſt,vtrum altero anterius inſtrumentum ſit. Exceptio planè ad caſum liquidum,planumve ſpectat. Cum ex natura ipſa,aut neceſſitate eius temporis ordo in manifeſto eſt. Ita ſit, vt diuerſo caſu,atque regula exceptio aſcripta a Soci. ſit, & quæ ſub verbis includi regulæ nō poteſt. Quo circà melius citrà limitationem ſcriptū à Socin.fuerat, incertitudinem vllam non verſari, vbicunque temporis ordinem natura ipſa demōſtrat. Quo caſu poſita res extrà ſpeciem nota. huius primi non obſcurè eſt.

Limitatio altera notabili huic à Soci.accommodatur. Ne locum habeat, vbicunque ſcriptura mulieris de dote priuata.eſt ſubſcriptionē teſtium non pluſquā vnius, atque alterius habens iuxta text.in l. ſcripturas. C.qui potior.in pig.hab.Ibi enim ſi cum non priuilegiario, qui inſtrumētum publicum profert, mulier concurrit, & de temporis ordine controuertitur,reſque incerta ſit, vtra vtrius prior ſcriptura ſit, melior priuati conditio erit,qui ſcriptura publica nititur. Quam limitationem ex ſententia, aut mente.Cyn. & quidem clarè ſatis eſſe in d.l.in exercendis.q.2.C.de fide inſtru. Soci.ait.

Limitationem hanc,aut ineptam perinde ac primam, aut falſam arbitror. Ineptam, ſiquidem de ſcriptura priuata Soci. ſentit, quæ fidem non facit. Quis enim dubitat, potiorem dotem non eſſe, de qua non conſtat. Namque vbicunque de dote diſceptatur,

diſceptatur, prædita ne priuilegio quo ſit, de dote ipſa conſtarcante omnia oportet. l. diuus. Ibique Bar. infia de mili. teſtam. Deci. In c. conſuluit. 1. in tertio nota. de appellatio. Iaſ. in l. ſi quando in quarto nota. C. vnde vi. Calea. in conſi. 87. num. 3. Quod cum ita ſit, non inepte diſputari de dotis prærogatiua oon poterit, vbicunque dos ipſa non apparet. Pro eo quippe tum res eſt, vt ſi vere dos non Siquidē referre non dicitur, an quicq̃ omnino non ſit, an de eo non conſtet. l. argentarius. §. cum autem. ff. de eden. l. Pompooius ſcribit ſi frumeotum in fi. ff. de rei vendica. l. in lege. ff. de cōtra. emptio. l. duo ſunt Titij infra de teſta. tu. l. ſi cum res §. itaq; infra de lega. 1. l. ſi fuerit infrà de rebus dub. l. quidam tabularum. ff. de furtis c. in præſentia, & c. licet cauſam de probatio. Inde fit, vt parum iuuet, bonū cui ius eſſe, de quo probatio oon præſtatur Ancha. in conſi. 242. prius de viribus io princ. Quinetiam iure carere dicitur, à quo probatio eius non fit Bal. in conſi. 67. quia ex facto nu. 3. io fi. lib. 3. Ibique ſubijcit, qui neſcit probare, oon probat.

Sin autem de ſcriptura dotis Soci. intelligit, quæ fidem facit, vtpote à teſtibus duobus recognita, & qui vltra recognitionem, veritatem rei actæ dicunt. hoc eſt dotem conſtitutam, ita vti comprehenſum ſub ſcriptura legitur. vera limitatio non videtur. cum nihil referat, teſtibus an inſtrumento probario fiat. d. l. in exercendis. ſed, & fidem maiorem
30 † viuæ teſtium voci, quam mortuæ notarij vnius habendam, quotiens factum antiquum non vertitur. Alex. ſcribit in conſi. 3. nu. 9. lib. 2. per tex. in §. ſi quis igitur in authen. de ioſtru. cau. & fide. Idem ex glo. probatur in c. tertio loco. in glo. magna. de probatio. Atque in ſpecie ex Bal. limitatio hæc Soci. coofutatur in conſi. 198. ad intelligentiam nu. 4. & ſeque. lib. 1. Quod repetitum ex parte bona videtur in conſi. 466. lib. 5. Contrarius item limitationi huic, quotiens ſcriptura priuata teſtibus confirmatur. Caſtren. eſt in conſ. 134. in cauſa Ser Ludouici lib. 1. Cacialupus in l. admooendi nu. 64. ff. de iureiuran. qui perperpetuo id notandum ex Bal. ait in d. conſi. 198. quod nullo numero citràque voluminis expreſſionem incertum proſſus vocat.

Quia de priuilegijs dotis circà hypothecam, & ſtipulationem tacitam Bat. hic memioit nu. 1. & pluribus ſeq. Dignusque tractatus videtur, in quo operæ, laboris quæ nonnihil capiatur, De ſtipulatione primū, De que hypotheca deinde aliqua enarranda cenſui. Cæterum quo planior res ipſa fiat, ordinem in ea faciendum, hunc duximus. vt quid inter ſtipulationem fictam, atque præſumptam interſit, ante omnia. expoua mus. Quo peracto, per regulam, ampliationes, & limitatiooes tractatulū ipſum ſtipulationis fictæ, quæ ad priuilegia dotis ſpectat, paucis abſoluamus.

31 De primo, quid † à ſtipulatione præſumpta ſtipulatio ficta diſtet. monendi ſumus, ad caſum dubiū ſtipulationem præſumptam pertinere, cum in obſcuro res eſt, per ſtipulatiooem, an pacto oudo facta promiſſio ſit. quia æque ad moduoi vnum, atq; alterum fieri promiſſio potuit. verbigratia promiſſum quid cui per ſcripturam ſimpliciter apparet, expreſſione ſtipulationis, pactive vlla non facta. Per ſtipulationem promiſſum lex intelligit, & præſumit, ideſt quod altero interrogante, non vltrò in reſpouſa promiſſio ſit. l. ſciendum. ff. de verb. obli. l. 1. C. de contra. & commiten. ſtipul §. ſi ſcriptum Inſti. de inutil. ſtipula. §. fi. ioſti. de fideiuſ. Ex præſumptione hac iuris nomen ſtipulationi datum, vt præſumpta in re dubia appelletur.

Inde fit, vt locus ſtipulationi huic in multo non ſit. Etenim ſi ſtipulandi ius expreſſim non habet l. 1. in prin. ff. de verbo. obli. quō tacita pſumi in eo poterit. cum circà impoſſibile præſumptio non cadat. l. qui ad certum. ff. loca. Anchar. in conſi. 32. ſubtiliter nu. 1. verſi. ſecundo probo. & ita in ſpecie muti Galian. ſcribit in d. l. 1. io prin. nu. 14. Quibus caſibus tamen ſtipulatio contrahi à muto poteſt, ideſt per ſeruum præſentem. d. l. 1. in prin. & in muto locū ſtipolationi huic præſumptæ puto. veluti ſi muti ſeruo, aut per muti ſeruum promiſſum quid ex ſcriptura legitur.

Secundò ſtipulatio aliter intelligi præſumpta ex modo contrahendi poteſt, qui ſtipulationi conuenit. quamuis mentio facta ſtipulationis non ſit. veluti cum interrogatio, & reſponſio interuenit. interrogantique promiſſio facta citrà ſtipulationis expreſſionem apparet. Ex modo quippe hoc contraheodi ſtipulationis contractus præſumitur, qđ ſtipulationem inire contrahentes ſenſerint Crot. poſt Areti. in d. l. 1. §. ſi quis ita nu. 6. in quinto nota. Ibique Alcia. nu. 13. io quarto nota. & quæ ſcripta apud nos ſunt in rubri. infra de lega. 1. nu. 27. 98. & nu. 111. ex modo procedendi voluntatem diſponentis declarari. Cui ſententiæ tex. non inſcitus ſeruit in l. ſed & ſi ſuſceperit. §. 1. Ibi ex genere comparationis. ff. de iudi. & in l. ſi fundum ſub conditione §. ſi libertus. Ibique Iaſ. in 2. nota. infra de lega. 1.

Stipulatio planè ficta ad caſum certum, non dubium pertinet. Ideſt cum certum eſt, interpoſitam omnino ſtipulationem non eſſe, vel ſi interpoſita ſit, vicioſa, aut inutilis ob formam eius neglectam apparet. Quo vicio non obſtante, ritè eam interpoſitam lex fingit. l. vni. in prin. C. de rei vxor. actio.

Ex declaratione hac ſtipulationis præſumptæ, & fictæ diſcrimen fictionis, & præſumptionis per-
32 cipitur, vt circà rem † certam fictio, circa incertā, & ambiguam præſumptio verſetur, vt in ſpecie glo. docet in d. l. vnic. §. accedit in ver. pſæſumatur. Idem ex glo. oſtenditur in l. fi. in prin. in verſi. præſumptioni ff. quod metus cau. de qua Iaſ. meminit in §. fuerat nu. 55. inſti. de action.

Ex differentia hac prima glo. error demonſtratur in c. is qui fidem in prin. glo. magnæ. de ſponſa. quæ præſumptā ſtipulationem vocat dotis fauore introductam, & de qua in d. l. vni. in prin. In quem errorem per glo. illam tractus, & nigri eſt in d. l. 1. in prin. nu. 71. ff. de verb. obli. vnde non aliter defendi glo. illa cum nigro poſſunt, niſi ſi largè, atque improprie præſumptionem pro fictione accipimus vt apud glo. in l. ſiue poſſidetis in glo. fi. C. de pba.

Differentia altera inter ſtipulationē preſumptā, & fictā vertitur, ꝙ probatione contrariam ſtipulatio præſumpta admittit. d. l. ſi. io prin. ff quod metus cau. l. diuus. ff. de reſti. in integ. l. ſi chirogaphū, & l. cum de indebito. §. 1. ff. de proba. l. nuptura in fi. ff. de iure doi. d. c. is qui fidem de ſponſal. & in genus alia. Quocirca liberum promiſſori eſſet in ſpecie. d. l. ſciendum. ff. de verb. obli. & tex. conſimiliū, de quibus ante, abſeotium ipſius promiſſoris, vel aliter impedimentum aliud oſtendere, quominus cōtrahi ſtipulatio potuerit, vt expreſſim hic Bal. noue. explicat nu. 91. & ſeq. & nu. 97. & in tracta. de dote parte. 6. priuil. 2. in prin. & col. 2. in fi. verſi. quid autē ſi in inſtrumento reſtitutionis. Cauſa alia ſtipulationis fictæ eſt, quæ probationem contrariam non patitur glo. fi. in l. ſi duo infrà de acqui. hæredi. in l. conficiuntur in prin. infrà de iure codicil. in l. ſiue poſſidetis in glo. fi. C. de proba. & in d. l. vni. §. accedit, ſed nec per confeſſionem probatio contrà fictionem admittitur Fely. in c. pen. nu. 17. verſi. non obſtat etiam ſi diceretur. de iudi. Inde Soci. error iunioris proditur in l. 4. §. cato num. 136. in fin. ff. de verb. obli. Locum fictioni veritate comperta non eſſe.

eſſe. Quomodo enim id a Soci. ſcribi iuniore potuerit, aſſequi non valeo. Cum veritati contraria fictio ſit. l. lex Cornelia infra de teſtam. l. lex Cornelia infra de vulga. l. fi. C. de ſen. paſ. §. fi. inſti. quibus modis teſta. infir. Soci. in conſi. 116. nu. 15. lib. 1.

Tertia inter ſtipulationem præſumptam, & fictã differentia, quod iuris quicquam præcipui in ſtipulatione præſumpta non vertitur. Quod enim ſtipulatio ex verbo promitto præſumatur in ſcriptura relato, commune inter contrahentes omnes eſt, priuilegio omni amoto. Ius aliud ſtipulationis fictæ habetur, ex priuilegio enim id conſiſtit, vtpote quod introductum niſi in dote non legitur. Parui porrò non refert, iure præcipuo, aut priuilegiario, necne ſtipulatio nitatur. Quoniam ſi priuilegiariã eam dicimus, & caſus alter ſpecialis etiam incurrit, duplex priuilegium admitti, aut ſpecialitas non ſolet. l. quod vero contra. ff. de ll. l. denique. ff. ex quib. cau. maior. l. mulieri & Titio infra de condit. & demon. l. 1. Ibique Bald. & alij. C. de dotis promiſ. verbi gratia cum executionem paratam ex ſtatuto inſtrumentum habet, quia ius ſpeciale in ſtatuto hoc vertitur, ad ſtipulationem trahendum fictam non erit, ne ſpecialitas geminetur. Non idem in ſtipulatione ſeruandum præſumpta erit, in qua præcipui quicquam non ineſt. Ita Bald. hic iunior obſeruat. num. 98. & ſeq. & num. 100. in fi. & in d. tracta. de dote parte. 6 priuil. 2. col. 3. verſi. & prædicta omnia limita. Meditandam rem tamen vtrubique reliquit, quod inficias ire non licet, quin præcipui quicquã ius illud habeat, vt ad ſtipulationem promitto verbum referatur, quod expreſſum in ſcriptura ſit. Sed enim quomodo cohærere hæc poterunt, vt ad omnes ius hoc pertineat, & priuilegiarium æſtimetur.

Declaratione hac ſtipulationis fictæ, & præſumptæ, diſcriminibuſque earum ita enarratis, quia niſi ad ſtipulationem fictam priuilegium non ſpectat, quod contractui permiſſum dotis eſt. De ſecundo videndum, ideſt de materia ipſa ſtipulationis fictæ, quam per regulam, ampliationeſque, & limitationes traditurum di i. Regula igitur præmittenda ſti
33 pulationem tacitam † in dote, aut contractu eius fingi, quæ interpoſita, aut omnino non ſit, aut interpoſita quidem, at viciosè, quo caſu ritè, legitimeve eam interpoſitam lex fingit. d. l. vni. in prin. C. de rei vxor. actio.

Ampliatur regula hæc, vt ex latere locum vtroq; habeat, ideſt tam ex parte mulieris, quam viri. Ex parte mulieris ad vtilitatem viri circa dotem dandam. Cum promiſſa à muliere dos, patreve eius, aut extraneo pro ea marito eſt. Atque ideo quamuis de ſtipulatione vlla non appareat, neque in ſcriptura relatum verbum promitto ſit. Locum tamen ſtipulatio ficta in gratiam mariti habebit. Ita vt ſtipulationis adminiculo in dote exigenda niti maritus poſſit. d. l. vni. in prin. & §. & vt plenius. Bald. iun. hic num. 68. vberius num. 95. & nu. 106. & in d. tracta. de dote parte 6. in prin. & priuil. 2. col. 1. in fi. verſi. hoc autem priuilegium.

Aeque ex parte viri locum ſtipulatio ficta in fauorem mulieris circa dotem reſtituendam contra virum ipſum habet. d. l. vni. in prin. iuncta gl. in ver. exigi. cum verbum illud exigi exponit, ideſt peti, vel repeti. Non ſolum autem mulieri contra virum ſtipulatio hæc ficta ob dotem repetendam, ſed & contra extraneum pro dote petenda prodeſt, quotiens dotis promiſſio facta ab extraneo eſt. d. l. vni. §. accedit. Bald. nouel. hic num. 95. & in d. tracta. de dote parte 6. priuil. 2. col. 1. in fin. verſic. hoc autem priuilegium.

Ampliatur ſecundò, vt non ſolum mulieri, ſed & patri eius ob dotem repetendam ſtipulatio hæc ficta competat. Siue communis patris, & filiæ actio de dote ſit, atque ideo ad vtilitatem filiæ ſtipulatio etiam pertineat. Siue patris dumtaxat interſit. Conſolidatione puta ob filiæ mortem in patre facta. d. l. vni. §. extraneum verſi. parenti. Bal. iun. hic num. 95. & nume. 103.

Cum ampliatione hac pugnare Iaſ. videtur in §.
34 fuerat num. 54. in fin. & num. 138. vbi circa † ſtipulationem, & hypothecam tacitam non aliter ad patrem eam trahi filiæ exiſtimat, niſi ſi ſuperſtes filia ſit, ita vt vtilitatem ex priuilegio ipſo conſequi filia poſſit. Quæ vtilitas ſilet filia ſublata, & cõſolidatione in patrem facta.

Sed enim opinio verior Bald. iun. videtur, quam tex. confirmat in d. §. extraneum. vbi differentia inter dotem ab extraneo, & patre conſtitutam aſcribitur, quod donantis in extraneo animus intelligitur. Quod aliter in patre eſt, cui tacita ex ſtipulatu actio accommodatur. Generaliter text. loquitur, actionem tacitã ex ſtipulatu patri reddi, diſtinctione non adhibita, communis inter patrem, & filiam necne actio ſit. ergo generaliter intelligi. tex. conuenit. l. de precio. ff. de publicia.

Secundò initio ipſo ſtipulatio tacita, aut ficta accommodatur, cum dotis conſtitutio a patre fit. Ob id ex morte filiæ tolli, aut perimi ius hoc non conuenit. l. 1. in fi. cum l. ſeq. ff. de itin. actuque priua. l. clam poſſidere in prin. ff. de acq. poſ. l. ſancimus. C. de admini. tutor.

Tertiò aliter pro opinione hac tex. inducitur in d. § extraneum verſi. parenti. Ibi enim differre inter extraneum, & parentem dicitur, quòd donantis animus in parente non intelligitur. Cum tacita ei ex ſtipulatu actio præſtetur. Sic patris ipſius cauſa introductum eſt, ne donare credatur. Idque ex eo tex. probat, ꝙ actio ei tacita ex ſtipulatu competit. At enim ſi niſi filiæ fauore, & quamdiu filia ipſa degit, actionem competere tacitam non dicimus, ſaltum videtur, patri ipſi actionem illam dari. Filiæ quippe non patri dari cenſetur, ſi filiæ contẽplatione actionem illam pater habet. l. iſti quidem. § fi. ff. quod metus cau. l. ſi cui. 1. §. ſi Titio. Ibique Iaſ. in ſecundo nota. l. ſeruo legato. §. ſi teſtator infra de leg. 1. l. cum pater. §. donationis infra de leg. 2.

Non obſtat, filiæ non intereſſe, ſtipulationem hanc vtilem patri eſſe conſolidatione factã. Quoniam ſatis eſt, initio ipſo vſui, bonoque filiæ ſtipulationem exiſtere. l. ſed an vltro in fi. ff. de nego. geſt. l. 3. §. Scio. ff. de minor. l. cum filius. §. hæres infra de lega. 2.

Ad rem item non attinet, quod ſcriptum apud
35 Iaſ. eſt in d. §. fuerat num. 138. hypothecam † tacitã cum priuilegio temporis patri non dari, vt creditoribus præferratur, quibus hypotheca par eſt, vbicunque ex vſu id filiæ non ſit, quia nomine proprio pater agit. Ex diuerſis quippe arg. deducitur, ideſt a priuilegio antelationis, quod perniciale creditoribus eſt, & vnde eorum ius læditur, ad priuilegium ſtipulationis fictæ, quod damni quicquam creditoribus non affert. Siquidem affici bona ex ſtipulatione nõ ſolent. Neque in actione perſonali ex ſtipulatu tacita creditoribus alijs prior pater ipſe habetur. Quocirca locum arg. hoc hypothecæ tacitæ, & cum priuilegio antelationis haberet, ſi priuilegium antelationis in actione tacita ex ſtipulatu patri etiam competere dicimus, ſimiliter vt mulieri, aut filiæ datur. l. 2. in fi. & ll. duabus ſeq. ff. de priuil. credi.

Secundò aliter ex diuerſis arg. hoc colligi oſtenditur. In priuilegio antelationis, de quo Iaſ. loquitur in d. §. fuerat num. 138. iuris paterni ampliatio, ſeu incrementum vertitur, vt creditores alios vincat, qui priores ſunt. In ſtipulatione tacita id demũ

agitur, vt ſine iniuria aliena, & ampliatione aliqua efficacius, firmiusve partis ius fiat, vt ex ſtipulatu debeatur, quod ex pacto exigi nudo non poterat. Sic confirmatio obligationis per ſtipulationem inducitur. Cum extenſio, aut ampliatio ex priuilegio anterlationis ſequatur. Sed enim cauſa multò alia confirmationis, atque extenſionis, aut ampliationis eſt. facilius quippè confirmationem, vt efficacior, aut firmior actus fiat, quam extenſionem, aut ampliationem lex admittit. per extenſionem enim ius nouum contra creditores acquiritur. qui priores ſunt, quod ſecus in confirmatione eſt. Bal. in l. 1. num. 19. C. de ſeruis fugi. Socin. in l. 2. col. 1. ff. de vulga. & ius diuerſum confirmationis, quàm extenſionis eſſe, faciliuſque actum confirmari, quam extendi, aut ampliari, ex tex. demonſtratur in l. Aurelius. §. teſtamento infra de libera. lega. Quem tex. ad hoc Bald. nominat in l. 3. in fi. C. ſi aduer. rem iudi. in l. nominationes in fi. C. de appella. in c. 1. in prin. nu. 2. per quos fiat inue. Pau. de Caſt. in conſi. 162. viſis & ponderatis omnibus col. 1. in fin. & in conſi. 187. notandum eſt, quod iſta imperialis in prin. lib. 2. Alex. in conſi. 122. viſo puncto, & accuratè penſato num. 17. verſi. ſecundò principaliter oſtendo lib. 4. Deci. in rubr. de confir. vtili, vel inutili col. 1. circa fin. Idem ex text. iuuatur in c. inter dilectos. §. porrò de fide inſtru. quem Oldra. vocat in conſi. 164. viſo priuilegio in fi.

Tertiò ex Iaſ. ipſo opinio hæc confirmatur in d. §. fuerat nu. 36. verſi. nunquid autem extraneus, &
36 nu. 69. vbi extraneo † etiam hypothecę tacitę citra prælationem tamen, competere ius putat, quotiēs ex pacto, aut ſtipulatione extraneo reſtitui dos debet per tex. in d. l. vni. §. & vt plenius, & in d. §. fuerat. quos tex. Iaſ. ibi inducit. d. nu. 36. ſi iure hoc hypothecæ tacitę extraneus vtitur, longe magis patet, Quo admiſſo, tantumdem probandum, & in ſtipulatione tacita, aut ficta erit. gradibus quippe paribus incedunt. vt quibus vna dat, altera etiam accedat. d. §. & vt plenius. Bal. iun. hic nu. 103. & nu. 105. & in d. tracta. de dote parte. 6. priuil. 7. col. 1. in fi. verſi. confert etiam, & col. 2. circa med. verſi. contrarium tamen. Idem Iaſ. ſentit in d. §. fuerat nu. 40. poſt med. verſi. pro hac etiam parte facit. vbi ex ſtipulatione tacita ad hypothecam etiam tacitam colligit. Argumento hoc ab hypotheca ad ſtipulationē in hoc vſi ſumus, vt planū fieret ex opinione Iaſ. in d. §. fuerat nu. 54. in fi. & nu. 138. ampliationem hanc ſecundam à Bal. nouello relatam non confutari. Iuſt porro Iaſ. opinio necne conſentiat, vt ad extraneū hypotheca tacita pertineat, loco ſuo inferius declarabitur, cum de hypotheca tacita tractatus fiet.

Ampliatio tertia accedit, vt locum regula habeat, quamuis promiſit verbum adiectum in ſcriptura publica ſit, vnde ſtipulatio colligi, aut præſumi tanquam expreſſa ſolet. d. l. ſciendum. ff. de verb. ob. cum aliis ante relatis. Quo circa ſtipulationi, & hic locus fictæ erit. Neque ab vtilitate vacua ampliatio hæc fuerit. Quoniam ſi locum ſtipulationi fictæ nō damus, inutilis fieri ſtipulatio præſumpta poterit, de qua in d. l. ſciendum. ſi probatione contraria præſumptio ipſa eliditur quod eliſionis periculum in ſtipulatione ficta, ſilet. per ea, quæ dicta ſupra in differentia ſecunda habemus inter ſtipulationem præſumptā, & fictam Ampliatio hæc tertia apud Bal. hic iun. affirmatur, & defenditur nu. 97. iunctis his ſcripta ante ab eo ſunt nu. 91. & ſeq.

Ampliatur quartò, vt locum ſtipulatio ficta contra fideiuſſorem etiam de dote danda, & ratione faciliore reſtituenda eo caſu habeat, quo doti reſtituendæ accedere fideiuſſor poteſt, vt Bal. hic nouel. ſcribit nu. 100. & in d. tracta. de dote parte. 6. priuil. 2. col. 3. poſt med. verſi. In fideiuſſore autem dotis.

37 Sed dubitatio hic incurrit, vtrum ex pacto † nudo fideiuſſor obligetur. obligationem non induci in locis ante commemoratis ſub dubio forte Bal. iun. putat, ſed enim efficax pactum nudum ad fideiuſſorem adſtringendum Baldo ipſi iuniori hic viſum nu. 74. Idque magis eſt dicere. Etenim cum vigorē pactum nudum ad actionem pariendam aduerſus promiſſorem principalem dotis fauore habeat, l. ad exactionem. C. de dotis promiſſio. fauor iſte æque contra fideiuſſorem, atque principalem ipſū mouet. Neque ad rem attinet, ſpeciale ius geminari, vt actionem pactum nudum in dote pariat, & ex pacto nudo fideiuſſor obligetur contra. l. blanditus C. de fideiuſ. Quoniam acceſſoriè, aut in conſequētiam obligationis principalis obligatio fideiuſſoris procedit. §. fideiuſſores inſti. de fideiuſſor. Quo caſu ſpecialia admitti plura ſolent. l. ſub conditione. ff. de ſolutio. §. ſi ab hoſtibus inſti. quibus modis ius patriæ pote. ſol. Bar. in l. ſi is qui pro emptore nu. 71. ff. de vſuca. Bal. in l. fi. nu. 15. in fi. C. de ſenten. paſ. Aliter etiam confutari arg. poteſt, non pluſquam ſpeciale vnum interuenire, vt ex pacto nudo efficaciter vterque obligetur, & principalis, & fideiuſſor.

Ampliatur quintò, vt ad omnes commodum hoc ſtipulationis fictæ pertineat, quicunque hypothecam tacitā ob dotem habent. viceque contraria profutura omnibus hypotheca tacita erit, quibus ſtipulationis tacitæ ius competit, vt Bal. hic nouel. docet nu. 103. & nu. 105. & in d. tracta. de dote parte 6. priuil. 7. col. 1. in fi. verſi. confert etiam, & col. 2. circa med. verſi. contrarium tamen. per tex. in d. l. vni. §. & vt plenius. C. de rei vxor. actio. De quo dictum etiam in ampliatione ſecunda habemus verſ. tertio ex Iaſone ipſo, & inferius etiam in ſpecie hypothecæ tacitæ repetitur,

Ampliatur ſextò, vt locum ſtipulatio ficta, & in donatione propter nuptias habeat Bal. in l. 2. per illum tex. C. de bonis quæ lib. Idem ex tex. probatur in l. fi. Ibi vel ſtipulatione vel lege. C. com. vtr. indi. Quem tex. Iaſ. citat. in d. §. fuerat nu. 40. poſt med. & num. 57.

Limitationem regula memorata admittit, ne ex
38 traneo vtilis † ſtipulatio ficta ſit, cui dotis reſtitutionē promiſſio facta ſine ſtipulatione, vel ea inutilis eſt d. l. vni. §. accedit. ibi pacto vel ſtipulatione. vbi donantis animum in extraneo pręſumi, qui dotem conſtituit, tex. ait, niſi ſi de dote ſibi reſtituenda pactus expreſſim, aut ſtipulatus ſit. Ita pactum, aut ſtipulationem in extraneo text. expoſtulat. Innuitur igitur ne quidem obſcure, non aliter ſtipulationis ope extraneum iuuari, niſi ſi interpoſita ab eo expreſſim ſit. Namque ſi tacita in ſtipulatio ſuffragatur, quorſum ſtipulationem exquirere. Ita text. illum Bald. hic iun. expendit, & obſeruat nu. 95. in fi. & nu. 105.

Contrarius limitationi huic Iaſ. videtur in d. §. fuerat nu. 36. vbi extraneo competere hypothecam tacitam citra ius tamen prælationis ſcribit. Eadem ratione extraneo prodeſſe, ſtipulatio ficta debebit. cum paſſibus ſimilibus ius vtrunque ambulare declaratum ſupra ſit. Quinetiam ratio maior in ſtipulatiōe ficta vertitur, vt ad extraneum trahatur, quam in hypotheca tacita, ſiquidem tertij ius non perinde ex ſtipulatione lædi, atque ex hypotheca ſolet, ſed ea videnda de opinione hac Iaſ. quæ infra dicturi in tacita hypotheca ſumus, ea ne vti extraneo liceat.

Limitatur. 2. ne locum ſtipulatio ficta habeat. habilitate extremorum non interueniente. cum mutus puta, ſurdus dotē promittit, aut accipit, ſermoque, aut notarij copia, aut præſentia, non eſt, quo

tam

rum opera fieri ſtipulatio poſſit, Qua enim ratione loquendi facultate data, expreſſim ſine verbis ideſt interrogando, & reſpondendo, contrahi ſtipulatio nequit, l. 1. in prin. ff. de verb. obli. Ita nec fingi tacitè poterit. l. qui ad certum. ff. locati. Itaque cum citra ſerui, aut notarij operam ſtipulationem muto contrahere, & ſurdo non liceat, ita nec fingi. Ita Bal. hic iun. ſcribit nu. 93. & in d. tracta. de dote parte. 6. priuil. 2. col. 1. circa med. Quam opi. receptam nigri aſſerit in d. l. 1. in prin. nu. 66. & pluribus ſeq. ff. de verb. obli.

Limitationem hanc admittendam omnino non cenſeo. fundamento quippe infirmo plus ſatis nititur, quod habilia extrema ob notarij, aut ſerui defectum, non ſunt. ſiquidem neceſſaria habilia in ſtipulatione ficta non ſunt. vt in d. l. 1. in prin. Bar. notat. Ibique Nigri nu. 39. & pluribus ſeq. & idem in d. l. 1. §. ſi quis ſimpliciter Galiau. ſcribit nu. 15. Qua ratione à Bal. nouel. Crotus hic diſcedit nu. 92. Parpal. nu. 19. A Bal. item iuniore diſſentire, & Nigri videtur in d. l. 1. in prin. nu. 39. & ſeq. expreſſius nu. 67. Idem Io. Fabri teſtimonio confirmatur in d. §. fuerat nu. 18. vbi qua ratione inter abſentes, ita, & inter mutos fingi ſtipulationem putat. neque notarij, aut ſerui interuentum expoſcit.

Secundò Bal. iun. opinio confutatur. habilitatẽ enim extremorum in ſpecie Bal. nouel. exigit ideſt in contractu ipſo dotis. Cum ipſe contractus fit. Sed enim habilitas hæc extremorum in genere exquiri, non in ſpecie ſolet, ſatis quippe eſt, vt in genere interuenire habilia poſſint. Bart. in d. l. ſi is qui pro emptore num. 26. & ſeq. ob id ſatis eſt, fieri in genere poſſe, vt ſeruum, aut notarium habere mutus potuerit, per quos ſtipulatio fieret, quamuis in ſpecie contractus illius notarij, aut ſerui copia non fuerit. Quo argumento contra Bal. iun. Crotus hic vtitur. num. 92.

Tertiò impoſſibilitas hæc ſtipulandi in muto, à iure non a natura exiſtit. Siquidem a iure ipſo ſtipulatio introducta cum ſolennitate verborum ſit. Ob id inhabilitas impoſſibilitaſve obſtare fictioni non debet, quæ a natura non eſt. l. 2. ff. de vſufructu carũ rerum, quæ vſu conſu. quem tex. Crot. inducit in d. l. ſi is qui pro emptore nu. 80. Argumentum, & hoc in Bal nouel Crot. hic torquet nu. 93.

Quartò vltra Crotum ex tex. & glo. Bal. iun. opinio proſternitur in d. l. vni. in prin. C. de rei vxor. actio. vtilem enim ſtipulationem lex fingit, quæ contractu inutiliter eſt. Ibique gl. in ver. inutiliter exemplo declarat, cum adhibita ſtipulatio inter abſentes eſt. Atqui inhabilitas haud dubiè extremorum interuenit, cum locorum interuallo diſiuncti contrahentes ſunt.

Apparet ex tex. illo cum glo. ad rem inhabilitatẽ non attinere, quæ in ſpecie ſit. Dum in genere modo habilitas non deſit. In quem tex. & glo. euidentius etiam offenſum ab eodem Bald. hic iun. eſt nu. 94. & in d. tracta. de dote parte. 6. priuil. 2. col. 1. poſt med. verſi. quid autem ſi per nuncium vbi ſcriptum reliquit. Locum ſtipulationi fictæ inter abſentes ob inhabilitatem extremorum non eſſe. Etenim ſi robur à fictione legis ſtipulatio accipit, quã vitioſam eſſe perſpicue apparet. Quomodo inhabilitatem extremorum cauſari Bal. iun. poteſt. Qua admiſſa, vires nunquam habitura ſtipulatio inutilis erit. Inhabilitas quippe ſemper obijci extremorum poterit.

Ab abſentia item ad mutum Io. Fabri argumentari diximus in d §. fuerat. nume. 18. vt qua ratione inter abſentes, ita & inter mutos fingi ſtipulatio debeat.

39 Limitatur tertiò, ne locum ſtipulatio ficta † in pollicitatione habet, cum abſentia quis ſine nuncio, epiſtolave, & nullo pro eo acceptante, quid promittit. Id quia vigoris quicquam, nec dotis cauſa pollicitatio habet. Ob id abſurda res fuerit ſtipulationem in ea intelligi, aut fingi vt Bal. hic iun. ſcribit nu. 72. & in d. tracta. de dote parte 6. in prin. col. 2. ante med. verſi. Imo poſſet notanter dici. Bal. tamen iun. ratione non moueor, quod habilitas extremorum non interuenit, cum inter abſentes ſtipulatio fiat. Expugnata enim ratio hæc ſupra eſt, Verũ rationem aliam limitationis eſſe huius crẽdo, quod momenti vllius, nec dotis fauore pollicitatio habetur, atque ideo perinde res eſt, vt ſi promiſſio facta vlla non ſit Bal. in rubri. C. de dotis promiſ. Bal. iun. hic nu. 70. & in d. tracta. de dote parte 6. in prin. col. 2. Galiau. in rubr. ff. de verb. obli. nu 65. Ibique Alci. nu. 9. verſi. tertio poteſt attentari, vbi argumentando loquitur. ad Bal. iun. in d. tracta. quæſtionem reijciendo. Eandem opin. Nata admittit in conſi. 253. num. 5. vt aliud albæ in d. rubri. viſum & quidem incogitate plus ſatis ſit nume. 67. Baldi enim iunioris teſtimonio in d. tracta. nititur, qui albæ ipſi euidenter repugnat, Vnde cum dotis contractui tacita hęc tributa hypotheca ſit, & contractus vllus intelligi in pollicitatione ſola nequeat, ad eam trahi ſtipulatio ficta non poterit. Quam rationem ſentire Io. Fabri videtur in d. §. fuerat num. 18. vbi locum ſtipulationi huic non putat, vbi conſenſus deficit, veluti ſi contra patrem agitur, vt dotem conſtituat, quo ignotante contractum matrimonium eſt. At enim contrahentis alterius conſenſus in pollicitatione deficit. Ideſt eius cui pollicitatio ſit, vſque adeo vt obligatio inde oriri, nec naturalis poſſit Bar. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. poſteriores in rub. ff. de verb. obli.

Neque mutat, etiam ſtipulationem inutilem in dote confirmari. Quoniam etſi inutilis ſtipulatio ſit, irritus tamen contractus non habetur, cum vigorem habere vti pactum nudum poſſit per ea, quæ habentur in l. 1. §. ſi quis ita ff. de verb. obli. ſecundo reſpondetur, eo caſu ſtipulationem inutilem confirmari, quo etſi vtilis contractus iure pacti non eſſet, agi tamen pactum nudum potuit, veluti per nũcium, aut epiſtolam inter abſentes iuxta. l. 2. ff. de pactis. Idem & multò magis cum inter præſentes res agitur. Cauſa alia pollicitationis eſt, quæ citrà nuncij, epiſtolæve opem inter abſentes fit. Ex Io. Fabri reſponſio hæc iuuatur in d. §. fuerat nu. 18. vbi conſenſum tantum exquirit, vt fictæ locus ſtipulationi ſit.

Limitatio quarta additur, ne in promiſſione locum dotis incertæ habeat, ea ratione videlicet, ne ſpecialia geminentur tam a fictione, quam ab incertitudine, quæ iure admitti communi non ſolet, vt Bal. hic iun. notat nu. 99. & in d. tracta. de dote parte. 6. priuil. 2. col. 3. verſi. & prædicta omnia limita. Qua limitatione admiſſa, conſequens fit, priuilegiariam ſtipulationem hanc tacitam non eſſe, locumque in ea antelationis prærogatiuam non habere, de qua in d. l. 2. cum. ll. duabus ſeq. ff. de priuil. credi. Id quia ratio ſemper mouerit, locum ſpecialibus pluribus non eſſe. Quo circa limitationem admittendam ipſam non credimus.

Neque argu. mutat, quod a ſpecialibus pluribus reijciendis deducitur. Quoniam locum id non habet, vbicunque cum effectibus ſuis omnibus ſpeciale ius in vicem iuris communis ſuccedit. Ibi enim in caſu aperto verſamur, vt effectus ſuos omnes ſpecialis caſus habeat, quos cõmunis haberet. vt Curti.
40 poſterior notat in conſi. 1. nu. 37. vbi ad rem † ambiguam pertinere arg. ſpecialium plurium non admittẽdorum putat. Aliter atque ſi manifeſta legiſ-

latoris mens eſt, vt ad ſpecialia plura diſpoſitio trahatur. Enim vero cum effectus ſtipulationis expreſſe accommodati omnes ſtipulationi tacitæ fictæve ſint. d. l. vni. in prin. ſicut vigorem ſtipulatio expreſſa in dote incerta habet. l. cum poſt. §. gener. ff. de iure dot. Ita robur hoc habitura ſtipulatio ficta erit.

Secundò aliter, & ſignificantius ad arg. reſpondetur. Locum ei non eſſe, vbicunque in locum remedij iuris communis remedium ſpeciale ſubrogatur, Ibi enim naturam remedij communis per omnia induit. Idque ex ſubrogationis ipſius cauſa, quæ cũ qualitatibus facta omnibus ſuis creditur. l. ſi cum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. Deci. in conſi. 40. num. 4. poſt prin. & in ſpecie magis ex Caſtren. id probatur in conſi. 73. licet iſta domina lyſa circa fi. lib. 1. vbi cum loco legitimæ dos credit, naturam legitimæ in his etiam accipit, quæ iure præcipuo tributa legitimæ ſunt. Hoc eſt vt renunciationem ſpecialem ſimiliter dos, atque legitima deſideret iuxta tex. in l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inoffi. teſta. idem ex Soci. iuuatur in conſi. 268. circa fi. lib. 2. vbi quæ loco rei priuilegiarię res ſuccedit, priuilegio eodem, atque res ipſa priuilegiaria fruitur per tex. in l. res in dotem l. res ex pecunia, & l. ſi ita conſtante. ff. de iure dot. Vnde qua ratione priuilegiaria ſtipulatio vera, atque expreſſa eſt, ne ad irritum ob incertitudinem deducatur. Ita priuilegiariam eſſe ſtipulationem tacitam conuenit, quæ in locum ſubrogata expreſſæ ſit.

Hoc amplius, in ſpecie etiam correctoria locum argumentum habet, quod ex ſubrogatione colligitur, vt ius idem ſubrogati, atque eius ſit, in vicem cujus ſubrogatio cedit. §. reliquum verſi. vnde conſequens. in authen. de hæredi. ab inteſt. venien. vbi cũ in locum patris filius ſuccedit, ita fratrem conſanguineum defuncti in materia correctoria excludit, atque frater ipſa excluderet, ſi ſuperſtes eſſet. Quem tex. ad hoc Iaſ. vocat in l. 3. in prin. num. 11. verſi. ſecundò quia ius vtile. ff. de acqui. poſ. idem ex Areti. probatur in conſi. 162. diligenter, & maturè num. 8. in fi. verſi. confirmatur iſta concluſio. Quid hic dicẽdum in ſtipulatione priuilegiaria erit. In qua correctio iuris non vertitur. Prohibitum quippe lege nõ

41 eſt. quominus fingi ſtipulatio poſſit. Imo enim † permiſſa a lege fictio totiens inuenitur, quotiens id fieri æquitas hortatur. l. qui in vtero. ff. de ſtatu homi. l. denique & l. nec vtilem. ff. ex quibus cau. maiores. l. poſtliminium in prin. ff. de captiuis. Aequitas planè hic non abeſt dotis, atque rei publicæ cauſa.

Limitatur quintò, ne locum habeat, quotiens extra perſonam mulieris omnino res geritur, ideſt cũ neque mulieri, neque marito pro ea dotis promiſſio fit. Verum dotem alij per delegationem teſtituere mulieris ipſius rogatu maritus promittit. Locum enim ſtipulatio hæc ficta non habet. Atque ideo momenti vllius id genus delegatio, non erit, vtporè quæ ſtipulationis ope carere non poteſt. l. 2. in prin. ibi ſtipulanti a ſenſu contrario. infra eodem. ita Bal. iun hic num. 99 in fin. & num. 107. & in d. tracta. de dote parte. 6. priuil. 2. col. 3. poſt med. verſic. adde etiam. & priuil. 7. col. 2. in fi.

Inepta limitatio hæc quinta ex his redditur, quæ ſcripta apud Bald. ipſum nouel. hic ſunt num. 95. in fin. & num. 105. in gratiam extranei dotem promittentis, aut dantis ſtipulationem hanc non intelligi. de quo dictum in prima limitatione habemus. Nã que ſi in contractu ipſo dotis, cum ab extraneo datur, aut promittitur, ſtipulationem intelligi Bal. iun. non credit. Quantò minus fictio eius admittenda extra ipſum dotis contractum erit. Rurſus ſi extraneo ſubueniendum tamen Bal. iun. non putat, cum benemeritus de vxore eſt, dotem ei conſtituendo, longè minus beneficium hoc fictæ tribuendam ſtipulationis erit, cum beneficio aliquo dotis, mulierem non promeruit. Quod cum ita ſit, ad rem dubitationis nullius ſpectare limitatio hæc Bald. iun. videtur, vtique ſi opinionem eius admittimus, de qua ſupra, in dicta limitatione prima. Cuius opinionis explicatio remiſſa a nobis ad tractatum hypothecę tacitę eſt.

Veram tamen limitationẽ ipſam exiſtimo. Sublimitationemque recipit, ne locum habeat, vbicunque ad vtilitatẽ mulieris delegatio fit, quia vti procurator mulieris dotem reſtitui pactus ſit, vt Bald. hic iun. ſcribit d. num. 99. & dicto priuil. 2.

Sublimitationem alteram Bal. iun. ſubijcit. num. 107. & in d. tracta. de dote. parte 6. priuil. 7. colum. 2. in fin. Quam recenſendam non duxi. Cum veram non putem. Atque meditandam eam Bald. ipſe relinquat.

Qui caſus alios cognoſcere cupiſit, in quibus fingi ſtipulatio ſolet, ad Bart. & recentiores adeant in d. l. 1. in prin. Ibique Alcia. num. 19. & pluribus ſeq. Nigri num. 70. in fin. verſi. antequam ad glo. deueniam, & nu. pluribus ſeq. & nu. 100. & pluribus ſeq.

Tractatu ſtipulationis fictæ ita paucis enarrato, ſupereſt, vt de hypotheca tacita, ſeu ficta in dote etiam aliqua attingamus. In qua ſpecie non ab re futurum duxi, ſi eundem, atque in ſtipulatione tacita ordinem tueremur. Ideſt per regulam, ampliationeſque, & limitationes rem ipſam examinando.

42 Regula igitur in iure † conſtat, hypothecam tacitam dotis fauore induci. d. l. vnica. §. & vt plenius. C. de rei vxor. actio. l. fin. §. ad hæc. C. qui potior. in pigno. habean.

Ampliationem regula accipit, vt bona omnium appræhendat, quicunque doti reſtituendæ ex parte viri obligantur. d. l. vni. §. & vt plenius. Ibi ſiue ex parte mariti pro reſtitutione dotis. Non enim de mariti vnius bonis text. ille meminit, verum de bonis omnium generaliter loquitur, quicunque obſtricti doti reſtituendæ ſunt, doti omnia obligari. Atque ideo non viri modo, ſed & patris eius, qui dotem nurus accepit, hypothecæ onus bona patiẽtur. Hoc amplius, quibus caſibus fideiuſſori locus ob dotem reſtituendam eſt, fideiuſſoris quoque bona hypothecæ huic tacitæ ſeruiẽt. Ita tex. in d. §. & vt plenius & in dictis verbis, ſiue ex parte mariti pro reſtitutione dotis. Bal. hic nouel. expendit & inducit nu. 102. & in d. tracta. de dote parte 6. priuil. 7. in prin. Corn. in conſi. 256. colum. 6. verſi. concludo itaque lib. 1.

Ampliationem ampliatio hæc prima capit, vt non ſolum patris bona hypotheca hæc tacita appræhendat, cum dotem ipſe accepit, ſed & cum filio accipienti conſenſit. Sicut enim dotem reſtituere tunc debet, ita hypothecæ nexa bona eſſe eius conuenit. Bar. in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. nu. 7. infra eod. Bal. iun. hic nu. 102. & in d. tracta. de dote parte 6. priuil. 7. circa prin. Socin. in conſi. 269 num. 2. verſic. tertio declarandum eſt lib. 2. Corn. in conſi. 303. col. 2. in fi. lib 4.

Limitationem ampliatio hæc ampliationis primæ recipit: vt non aliter ex conſenſu pater obligetur, bonaque eius hypothecæ cedant, niſi ſi conſenſui accommodando tenetur. Obligatione planè cõſentiendi remota, ob conſenſum ſolum neque perſonę, neque bonorum induci obligatio debet, vt autor Bar. eſt in d. §. tranſgrediamur. nu. 7.

In limitatione hac cum Bar. ſentiendum Corn. non putat in d. conſi. 256. col. 5. verſi. & de mente tex. & glo. lib. 1. vbi ex conſenſu iuxta voluntario, atque neceſſariò perſonam bona quæ patris obligationi cedere omnino credit. Cuius ſententiæ eſt, & Bal. hic iun. videtur nu. 102. & in d. tracta. parte.

6. priuil. 7. Soci. in d. conſi. 269. nu. 2. Quibus in locis patris conſenſum Bal. iun. Soci. quæ ſimpliciter obſeruant, diſtinctione vlla non adhibita, coactus, an non conſenſus ſit. Conſenſum patris ſolum in ſpecie cōtrouerſa Firman. etiam in promptuario ſuo ſpectat in verbo bona paterna nu. pen. ſententiæ huic ſubſcribendum, & ipſe cenſeo, quoniam, & ſi maxime ambiguitatis quicquam verſari in re hac poſſit, pro dote tamen in dubio reſpondendum tex. monet in l. in ambiguis. r. ff. de reg. iuris. & aliter interpretantibus indotatæ mulieres fieri facilè poſſent bonis à patre mariti diſtractis, vel ab eo aliter ablatis.

Sed vltra Corn. ex tex. Bar. refelli opinio videtur in d. l. vni. §. & vt plenius. vbi hypothecæ bona ſuppoſita patris dicuntur, cum promiſſio ipſi facta de dote præſtanda eſt. Ita ibi probatur verſi. ſiue ipſæ principalis perſonæ dotem dederint, vel promiſerint, vel ſuſceperint. Id planè fieri ob aliud non poteſt, niſi quod promiſſionem dotis ſuſcipiendo, contractui ipſi dotis apertiſſimè pater conſentit. At qui neceſſitatem vllam promiſſionis ſuſcipiendæ tex. ibi non exigit. niſi dixeris, pluris aliquid in promiſſione ſuſcipienda, quam in conſenſu.

Obſeruandum tamen in dicto hoc, non aliter doti reſtituendæ ex promiſſione ſuſcepta patrem adſtringi, quam ſi patri ipſi, aut filio ex conſenſu eius dotis promiſſæ ſolutio fiat. Abſurda quippè res foret, patrem ipſum bona, quæ eius ob dotem reſtituēdam adſtringi, quæ ipſo neſcio, aut nolente ſoluta alij ſit, vt Soci. docet in d. conſi. 269. num. 2. & ſequ.

Locum declarationi, aut reſtrictioni huic Soci. non puto, quotiens ab alio, quam à muliere promiſſio facta dotis ſit. Ibi enim ius mulieri quæſitum in dote reſtituenda contra ſocerum eſt. cui iuri derogari à promiſſore non potuit, à quo ſolutio facta alij ſit. l. ſi. ff. de pactis. l. id quod noſtrum, & l. non debet alteri. ff. de reg. iuris. Ex Bar. quæ probari id videtur in l. pen. §. ſi vir. infra eodem. Eam ob rem cum promiſſore tunc, qui alij ſoluit, patri certandum.

Ampliationem Secundam ampliatio prima admittit, vt non ſolum pater, bonaque eius teneantur, cum dotem accipit, aut filio accipienti conſenſit. ſed, & filius bonaque eius adſtringātur, cum dotem ipſe accepit. Atque ideo *inſolidum* vterque obligatur ob acceptionem filius, ex conſenſu pater Corn. in d. conſi. 303. col. 2. poſt med. lib. 4.

Locus ampliationi huic ſecundæ non eſt, vbicū-
43 que dotem † vterque, & pater, & filius aut accipiāt, aut accepiſſe confitentur. Ex æquo tum enim, ideſt in partem dimidiam vterque obligatur, vt habetur in d. §. tranſgrediamur, & apud Corn. in d. conſi. 303. col. 2. in fin. Locupletius apud nos in conſi. 91. in prin.

Ampliatur tertiò ampliatio prima, vt quibus caſibus hypothecæ tacitæ nexa bona patris ſunt, cum dotem videlicet accipit, aut filio accipienti conſentit, ad rem proteſtatio eius non attineat, in cauſam hypothecæ cadere bona nolle. fruſtra quippè in eo proteſtatio adhibetur, quod iuris neceſſitate fit. l. Papinianus. ff. de publicia. glo. Bar. & alij in l. alimenta. C. de nego. ge. Bar. in l. ſi. §. item ſi prædixerit. ff. nau caupo. ſtabul. & in l. non ſolum. §. morte nu. 22. & nu. 31. ff. de oper. noui nuncia. & in ſpecie Iaſ. tradit in d. §. fuerat nu. 108.

Sed obſeruandum in ampliatione hac, locum ei non eſſe, vbicunque ex conſenſu patris proteſtatio fit, vt habetur in d. l. alimenta. Eo tamen caſu noxium conſenſum non credam, quo deteriorem cauſam dotis facere mulieri non licet. veluti ſi indotata fieri, ad eum modum poſſit, bona aduentitia filio non habente, in quibus cautum eſſe mulieri poſſit. l. de die cum. ll. ſeq. ff. de pactis dot.

Conſequens declarationi huic fit, vt nec eo caſu proteſtatio conſenſusve mulieris iuuet, contra quam proteſtatio fit, quo voluntarius patris mariti conſenſus eſt, ſiquidem deterior conditio dotis fieri ex proteſtatione poſſit. ſi verbi gratia bona marito non ſunt; in quibus ſalua eſſe dos poſſit.

Sed dubitari hic poteſt, quid ſi bona marito non deſunt, quæ hypothecæ habere mulier poſſit. filioque dotem accipienti cum proteſtatione pater cōſentit, ne hypothecæ teneantur, neque conſenſus ad proteſtationem accommodatus à muliere ſit; vtrum vtilis proteſtatio ſocero eſſe in cōſenſu eius voluntario poſſit. vtilem futurum credo. Namq; cum liberum patri eſſet omnino non conſentire, Ita conſenſum reſtringere licuiſſe dicendum eſt arg. l. iuriſgentium. §. adeo. ff. de pactis, & l. quæ de tota. ff. de rei vendica. Rurſus ius idem diminutionis, atque ademptionis videtur, vt quod adimi, aut
44 † denegari in totum poteſt, diminuere id, aut reſtrīgere liceat, viceque verſa. l. cum filius in ſi. infra de mili. teſta. l. quod de bonis. §. ſi. infra ad l. falci. l. ſi optio. ff. qui, & à quibus. Itaque ſicut conſenſum ſuum omnino denegare, ita, & reſtringere pater pmittetur. Hoc amplius facilius quid reſtringi, aut minui, quam ex toto auferri Alex. ſcribit in conſi. 225. num. 11. lib. 6. vbi naturale ius diminui per diſtinctionem poſſe ait, quamuis perimi id omnino nequeat, & quod dicimus, facilius quid differri, quā auferri. l. quotiens. C. de precib. imper. offeren. Crotus in rubr. ſupra eo. nu. 8.

Ampliatur ſecundò principaliter concluſio, aut regula prædicta, vt ſicut partem viri hypotheca hęc tacita paſſiuè apprehendit, ita mulieris partem actiuè contingat. Hoc eſt, vt non mulieri ſolum hypotheca hæc tacita contra maritum, & partem eius proſit. Sed & mulieris patri cōpetat, quotiens dos ei reſtitui debet ex ſtipulatione, vel conſolidatione puta. Ampliatio hæc expreſſa hic apud Bal. iun. legitur num. 102. & in d. tracta. de dote parte 6. priuil. 7. per tex. in d. l. vni. §. & vt plenius, & per glo. in d. §. fuerat in ver. hypothecam, quæ priuilegium hoc hypothecæ tacitæ ad partem vtramque actiuè, paſſiueque ſpectare putat. Ex Bart. item hic num. 1. ampliationem hanc ſecundam Bald. iun. confirmat. Actioni enim de dote, non mulieri ipſi priuilegiū hoc hypothecæ tacitæ competere, atque ideo reale, non perſonale eſſe, & ad omnes ambulare, quibus actio de dote datur. Bar. ſcribit. Itaque quibus caſibus actionem de dote pater habet, hypothecam quoque tacitam eidem dari ambigendum nō erit.

Ratione hac Bar. & Bal. iun. admiſſa, conſequens fit, extraneo etiam hypothecam hanc tacitam profuturam, vbicunque actionem de dote habet, veluti cum eā ſibi reſtitui pactus, aut ſtipulatus eſt. Sed extraneo hypothecam hanc tacitam non tribui, Baldo ipſi iuniori hic placet. num. 105. & in d. tracta. de dote parte 6. priuil. 7. col. 2. circa med. verſic. vidi etiam dubitatum. De quo inferius videbimus, vnde ſi extraneo priuilegium hoc denegatur, ſigni eſt, perſonale, non reale priuilegium hoc haberi.

Secundò obſeruandum in ampliatione hac ſecūda, & ſi maximè patri conceſſum priuilegium hoc admittimus, generaliter plus æquo tamen a Bal. id iuniore expreſſum. Quoniam citrà prærogatiuam temporis prælationisve, ius hoc hypothecæ tacitæ patri dari, & ad cōmodum eius. Iaſ. ſcribit in d. § fuerat nu. 138. Idē Bar. hic ſentit nu. 2. verā igiť ampliātionē rōne ipſius hypothecę ſolūmodo, non ĕr prælatiōis reſpectu credo. Vbicūq; nō niſi patris ipſi in

rem eſſe hypotheca pōt, cōſolidatione puta actionis de dote in eum facta, vel cum dotem ſibi reſtitui ſtipulatus eſt.

45 Ampliatur tertiò, vt bona † viri minoris etiam hypotheca hæc tacita capiat, vt quamuis bona ſtabilia alienandi facultatem minor non habeat toto titu. infrà de rebus eorum. & C.de præd. minor. Ad hypothecam tamen tacitam, & neceſſariam prohibitio hæc iuris non trahatur, vt Alex. contra Bar. ſcribit in l. ſi conſtante in prin. nu. 29. infrà eodem, Quam opi. crebriorem Iaſ. ibi aſſerit nu. 186. & pluribus ſequen. Ampliationi, & opinioni huic contrà Bar. Roma. aſſentitur in conſi. 394. nu. 5. Soci. in conſi. 80. nu. 17. verſi. & pro his optimè facit lib. 4. Calca. in conſi. 13. nu. 7. verſi. nec obſtat quod dicit Bar. Ruin. in conſ. 61. nu. 4. lib. 3. Curt. minor in conſil. 168. nu. 20. Qui frequētiorem etiam contra Bar. ſententiam hanc teſtatur.

Cum Bar. tamen facere Soci. videtur ſecum non conſtans in l. conditionibus in ſecundo nota. infrà de condi. & demon.

Sed enim a maiore doc. parte diſcedendum non puto. Idque ex iure illo vulgato, alienandi prohibitionem ad eam non trahi, quæ neceſſariò fit. l. alienationes. ff. famil. her. l. 1. ff. de fundo dot. l. peto. §. fratre. à ſenſu contrario infra de lega. 2. l. pater filium in prin. infra de lega. 3. l. quædam. ff. de acq. rerum domi. l. qui potuerunt. ff. de manu. teſta. l. eum fidei. ff. de fideicom. liber. Bal. in l. 1. nu. 8. q. 3. C. de inoffi. dot. Pro qua ſententia tex. & alios Roma. colligit in conſi. 107. nu. 2. Rurſus quæ neceſſaria ſolennitas in alienatione eſt, ad alienationem coactā non pertinet. Quocircà ſuperuacuum decretum iudicis in re minoris diſtrahenda habetur, vbicunq; teſtatoris iuſſu alienatio fit. l. magis puto. §. ſi pater infrà de rebus eorum. l. 1. & fi. C. quando decre. opus non eſt. Roma. in conſi. 280. nu. 4. quod repetitum eſt in conſi. 394. Soci. in conſi. 80. nu. 26. lib. 4. Conſenſus item propinquorum, quem in contractibus mulierum ſtatutum expoſtulat, ad contractus neceſſarios non porrigitur, qui legis, ſtatutive neceſſitate fiunt Roma. in d. conſi. 280. & in d. conſi. 394. Pau. de Ca. in cōſi. 183. in cauſa quæ vertitur coram domino Vicario Caſtri Anglati nu. 3. lib. 1. Alex. in conſi. 215. nu. 6. lib. 6. Iaſ. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. nu. 27. verſi. ſexto facit. ff. de pactis. & quod ſcriptum apud decium legitur in l. ſi tibi pecuniam in quarto nota. ff. ſi cer. pet. Cum pupillo quis ca lege donat, vt contractum quem faciat, neceſſariam iuris formam in contractu pupilli veluti neceſſario non eſſe. vtique ſi vigorem donatio habet, quod è re pupilli ſit. & id genus innumera. Itaque cum neceſſaria hypotheca hæc tacita ſit, vtpotè generaliter à lege inducta, locum ei, & in bonis viri minoris eſſe dicendum habemus.

46 Ampliatur quartò, vt ob fructus † etiam hypotheca hæc tacita competat, quos vxori reſtituere maritus hæresve eius debet Bal. in d. l. vni. §. & vt plenius. Bal. iun. hic nu. 14. & nu. 109. & in d. tracta. de dote parte. 2. col. 6. in fi. verſi. an pro illis repetendis, & parte. 6. priuil. 7. col. pen. verſic. an autem bona viri. Soci. in rubr. ſupra eodem num. 52. Ibique Parpal. nu. 27. Iaſ. in d. §. fuerat nu. 43.

Sed obſeruandum, ampliationem in fructibus non verſari. verum ſub regula ipſa, & dotis nomine non quaſi acceſſionis vice, ſed vti res dotales, fructus contineri. Namque cum vniuerſale ius dos æſtimetur, vt Bar. tradit in rubri. ſuprà eodem num. 57. & pluribus ſeq. Ibique Soc. nu. 38. ad fi. vſq; commentarij. qui nu. 43. receptum id ait. & idem Soci. ſcribit in conſi. 126. nu. 4. l. 1. Crotus in d. rubri. num. 65. Parpal. nu. 26. qui conſi. Alex. non pauca in ſententiam hanc affert. vniuerſale ius ex fructibus ipſis augetur. l. itē veniunt. §. fructus. ff. de petitio. hæredi. l. peculium naſcitur. ff. de pecul. Soci. in conſi. 254. nu. 8. lib. 2. Iaſ. in d. rubri. nu. 37. verſi. ſecunda concluſio. Ibique cumulatius Niconit. num. 206. Io. Hannibal. nu. 403. & in fructibus rei dotalis, ex tex. id demonſtratur in l. ſi marito. §. fi. infrà eodem. Itaque hoc ipſo quod doti obligata eſſe bona dicimus, ob fructus etiam obſtricta aſſerimus, quatenus in dote ipſa principaliter, non acceſſoriè fructus inſunt. Inde fit, vt cum dotem ſimpliciter mulier petit, fructus quoque petiti cenſeantur. ſimiliter vt cum hæreditatem quis petit, petitioni cedere, & fructus creduntur, qui ex hæreditate percepti à reo ſunt. d. l. item veniunt. §. item non ſolum, & ſeq. Bal. in c. grauis. nu. 9. de teſti. ſpol. Niconit. in d. rubri. ſupra eodem nu. 207. & nu. 219. Idem Io. Hannibal. ibi ſentit nu. 78. verſi. ad iſtud dici poteſt. Cum partem rei in vniuerſalibus fructus exiſtimat. Sed enim qui rē petet, vtique, & partes eius petere omnes creditur. l. ſi quis cum totum. ff. de excep. rei iudi. l. in toto, & l. ſemper in generalibus. ff. de reg. iur. In qua re lapſus Iaſ. in d. rubri. videtur nu. 37. verſi. ſecunda concluſio. cum ait, ſententia in dote dicta, peti fructus adhuc poſſe, quamuis petiti in iudicio, aut de eis dictum in ſententia non ſit. Id quia æque principaliter, iureque actionis de dote debentur. Innuit enim ne quidem obſcurè, petitos fructus, condemnationemve de eis factam non aliter intelligi, quam ſi expreſſum ſit, quod idem, & Croto ibi viſum nu. 74. & ſeq. Bald. iun. hic nu. 17. Quis manifeſtus error apparet, ſiquidem fructuū neceſſaria expreſſio non eſt, vtpotè in quibus pars rei æque principaliter conſiſtit, & qui dotis, nomine ſimpliciter iuxtà in libello, atque ſententia veniunt.

47 Ampliatur † quintò, vt ad alimenta vxori debita hypotheca hæc tacita porrigatur Bart. in l. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſæuiſſimo nume. 7. infrà eod. Bal. in cōſi. 268. ſuper primo puncto videlicet vtrū in fin. lib. 5. Alex. in conſi. 56. nu. 8. lib. 4. Soci. in conſ. 41. nu. 13. lib. 4. Crotus hic nu. 47. verſi. vltimò procedit. Firman. in ver. bona mariti nu. 1. nigri in l. 1. nu. 142. poſt med. verſi. facit doctr. Bar. infra de leg. 1.

Ampliationem hanc Abb. non agnoſcit in conſ. 43. in vltimo dubio lib. 2. Roman. in conſi. 454. in re præſenti circà fin. Bald. iun. hic nu. 180.

Inexplicabilis nodus iſte Iaſoni viſus in d. §. fuerat nu. 43. qui Doc. certamen tantummodo refert. A pugna planè ipſa pedes, manuſque abſtinuit. In altercationem hanc dirimendam medium ſe Bal. iun. in d. tracta. interpoſuit parte. 6. priuil. 7. col. pen. ante med. verſi. an autem bona viri. Ibi enim litē hanc diſtinguendo componendam ita cenſuit. Aut ex re ſtabili, aut ex pecunia dos conſiſtit. Siquidem in re ſtabili, & fructus eius maritus percepit, neque matrimonij functus oneribus eſt, hypothecam tacitam ob fructus competere, vtpotè qui dotē augent. Atque ideo ob dotem tunc ipſam, non ob alimenta tanquam acceſſoria hypothecam competere. Sin autem in pecunia dos eſt, locum hypothecæ non eſſe. Id quia acceſſionis vice alimenta tunc petuntur. Ad quæ acceſſoria producendam hypothecam non putat.

Sed obſeruandum, diſtinctionis quicquam, effectu ipſo perpenſo, hic non verti. Imo enim locum hypothecæ tacitæ ob alimenta ipſa non eſſe, ſimpliciter Bal. iun. negat. Siquidem niſi in caſu vno hypothecam non admittit, cum fructus percepti, & præſtita alimenta non ſunt, quo caſu propter fructus ipſos. à quibus auctior dos fit, non alimentorum nomine locum hypothecæ eſſe, Qui caſus ab omni vacuus dubitatione videt per ea, quæ dicta in quar-

ta ampliatione ſunt. Rurſus cum rationem Bal.iun. exprimat, quam ob rem hypotheca cōperat, quia maior dos ex fructibus fit, qui matrimonio percepti conſtante ſunt. Oneribus matrimonij a marito non agnitis, iam non ob acceſſionem aliquam alimentorum, verum ob dotem ipſam ita adauctam hypotheca dabitur. Quod cum ita ſit, diſtinctionis quicquam in traditione hac ineſſe Bald. poſterioris non videtur. Cum alimentorum nomine nunquā hypotheca detur.

Verior & crebrior ſententia affirmatiua videtur, ob alimenta etiam hypothecā hanc dari. Quæ opinio iuuari argumento etiam non infirmo poteſt, quod a partibus ſatis enumeratis deducitur. Namque aut ob id hypothecam tacitam in alimentis nō admittimus, quod impoſſibile id videatur, perinde quaſi actio perſonalis non interueniat, cui hærere hypotheca valeat. l. grege. §. ſub conditione. ff. de pignor. l. ſi legati ſerui infrà de lega. 1. Alex. in l. 1. nu. 24. eo. tit. & nihil ratio hæc facienda, cum officium iudicis non deſit, quo alimenta ab vxore peti contra maritum poſſunt, cum per legem debeantur, vt habetur in l. de alimentis, ibique Iaſ. num. 6. & ſeq. C. de tranſact. ſatis planè officium iudicis habetur, vt cum eo conſiſtere, aut ei accedere hypotheca poſſit. Bar. & alij in d. l. 1. num. 13. in fin. Ibique Soc. num. 16. infra de lega. 1. Aut rationem fauoris obſeruant, qui hypothecæ locum tacitæ eſſe in alimētis non concedunt, perinde quaſi parem alimentorum atque dotis fauorem eſſe non deceat, & admittenda ratio hæc omnino non videtur. Cum maiorem alimentis, atque doti fauorem præſtari verbis hic non paucis Alex. oſtendat num. 11. & pluribus ſeq. Socin. num. 32. Ripa num. 46. Deci. in l. ſi certis annis num. 6. C. de pactis. Itaque ratione validiore in cauſa hac fauorabili alimentorum mouente, extrà controuerſiam poſita res videtur, quod ius conſtitutum de hypotheca tacita in dote eſt, ad alimenta trahendum, quatenus argumentum hoc a ratione maiore admitti, & in materia etiam ſtricta, odioſaue ſolet. l. qui indignus. ff. de ſenator. l. cui pacto. ff. de ſeruis expor. l. in ſuis. ff. de libe. & poſthu. l. nec in ea. Ibiq; Bar. ff. de adul. l. relegatorum. §. poteſt. ff. de interdi. & releg. l. 1. cū gl. C. de patribus qui fil. diſtra. c. cum illorū de ſen. excom. & id genus non pauca.

Secundò in dote ipſa alimēta inſunt. Quoniam propter alimenta dos conceditur. l. dotis fructus. ff. de iure dot. l. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſęuiſſimo infra eodem. Vbi ſecundum dotis quantitatem ali vxorem, & curari ægrotantem oportet. Inde fit, vt apud eum eſſe dotem oporteat, a quo vxor exhibetur, aut alitur. l. is qui Stichum. §. ibi dos. ff. de iure dot. l. fin. ff. de exceptio. doli. Eadem ratione qui alimentis præſtandis tenetur, doti & is conſtituendæ adſtringitur. l. cognouimus. C. de hæreticis. Eam ob rem ſicut filiæ ſpuriæ alimenta a patre agnoſci canonicum ius præcipit. c. cum haberet de eo, qui duxit in matri. quam polluit per adul. ita & ſpuriæ dotandæ onus patri iniungitur Bar. in l. fin. num. 7. ff. de his quibus vt indignis. Bal. iun. hic num. 140. & in d. tracta. de dote parte 6. priuil. 16. col. 2. poſt prin. ius idem in patre naturali ſeruatur, qui filiam dotare eo caſu compellitur, quo alimenta expedire neceſſè habet Bald. in l. neque mater. C. de iure dot. Bald. iun. hic dicto num. 140. Socin. nu. 41. in fin. verſi. poteſt, & tertiò modo reſponderi. Bal. nouel. d. priuil. 16. col. 2. itaque cum propter alimenta, & contemplatione eorum dos ipſa debeatur, ſi doti ipſi hypothecam inductam dicimus, ratio maior facit, vt alimentis etiā prodeſſe hypotheca hæc tacita debeat, quia propter vnum quodque tale, & illud magis au then. multo magis. C. de ſacroſan. eccleſ. & ſi alimētorum ratio in cauſa eſt, vt talis dos fiat, hoc eſt priuilegium hoc hypothecæ tacitæ habeat, maxime talem, & alimentorum eſſe cauſam conuenit, quia
48 quicquid † aliorum cauſa eſt, vt talia ſint, id maxime tale eſt Philoſopho. 2. Metaphiſi. autore. de quo Bald. meminit in authen. res quæ nu. 12. C. com. de leg. Quinetiam abſurda res fuerit, vt cum alimētorum contemplatione priuilegijs locupletata dos ſit, alimentis ea non tributa dicamus, cum id ſpectari oporteat, contemplatione cuius quid fit, non factum ipſum. l. quid ergo in fin. cum glo. & l. Lucius. ff. de inſam. l. ſi filiusfamilias conſtituerit. ff. de in rē verſo. l. cum pater. §. dulciſſimis infra de lega. 2. l. cū tale. §. fin. infrà de condi. & demon. l. verum. 2. ff. de furtis, & alia compluria.
49 Ampliatur ſextò, vt † in donatione etiam locum propter nuptias, hypotheca hæc tacita habeat, vtique ſi dotis cauſa, & ob tutelam eius donatio fit. gl. & Doct. in authen. ſiue à me in glo. 3. C. ad Velleia. Soci. in conſi. 200. in fi. lib. 2. Pro qua ſententia textus videtur in l. vbi adhuc circà prin. Ibique glo. in ver. ſuppoſitas. C. de iure dot. Quem tex. in ſententiam hac glo. nominat in l. fin. verſi. fin. in ver. ſuo tempore. C. qui potior. in pign. hab. De qua glo. Iaſ. meminit in d. §. fuerat num. 40. verſi. ſed ego in hoc audacter teneo. Ibique Ang. Aret. nu. 18.

Limitatur ampliatio hæc, ne locum quantum ad priuilegium prælationis habeat. Creditoribus quippè anterioribus potior mulier in donatione hac propter nuptias circà hypothecam tacitam non habetur glo. in d. l. fin. verſi. fin. in verſi. ſuo tempore. Ang. Aret. in d. §. fuerat nu. 18. ibique Iaſ. nu. 40. verſ. non obſtant allegata in contrarium. & nu. 125.
50 Ampliatur ſeptimò † vt extraneo etiam ius hoc hypothecæ tacitæ patrocinetur, quotiens reſtitutio ei dotis fieri ea pacto, aut ſtipulatione debet. Iaſ. in d. §. fuerat num. 36. verſi. nunquid autem extraneus, & num. 69. per illum tex. & per tex. in d. l. vni. §. & vt plenius, quos inducit. Pro qua ſententia Bar. etiam teſtimonio hic vtitur. nu. 1. & in repe. l. poſt dotem in ſexta. q. prin. infra eo. vbi actioni de dote hypothecam hanc tacitam indulgeri, atque ideo ad omnes ambulare ait, quibus actio ipſa de dote eſt.

Cum ampliatione hac Bald. iun. hic non conſentit num. 105. & in d. tracta. de dote parte 6. priuil. 7. col. 2. circa med. verſi. vidi etiam dubitatum. Ampliationem hanc Fulg. etiam reijcit, de quo memoriam Bal. iun. non habet, in conſi. 59. nu. 2. Ratione vna atque altera Fulgo. ducitur. Prima, quod cautū id lege non inuenitur, vt pactioni, aut ſtipulationi de dote reddenda, ab extraneo interpoſitæ hypotheca hæc tacita accōmodetur. Ratio altera, quod actio præſcriptis verbis ea pacto, vel ex ſtipulatu, cū adiecta ſtipulatio eſt, extraneo datur d. l. vni. §. accedit. C. de rei vxor. actio. Atqui bonæfidei actio præſcriptis verbis non eſt, verum iuris ſtricti. Qua ratione igitur priuilegiarius extraneus in actione bonæfidei non eſt, ita nec priuilegio frui circà hypothecam tacitam debebit.

Secundò validius ratio hæc Fulgo. intenditur, ab impoſſibili argumentando. Namque ſi iuris ſtricti actionem extraneus habet, ergo reſtringi eam neceſſè eſt, ita vt ad hypothecam tacitam non trahatur. Siquidem hypothecæ tacitæ compræhenſione admiſſa, iam non iuris ſtricti verum latioris erit, cōtra quam actionis ipſius ſtricti iuris natura ferat, ad quam venire niſi ea non ſolent, de quibus cautū, aut expreſſum eſt. l. quicquid adſtringendæ. ff. de verbo. oblig. glo. & Doc. in §. actionum inſtit. de actio. Cohærere igitur nequeunt, vt ſtricti iuris actio ſit, & hypothecam tacitam complectatur, de qua verbū factum vllum non eſt.

Tertiò

Tertiò fortius etiam vltra Fulgo.tex.inducitur in
d.§ accedit. Iure enim illo vtimur, facilius quid ex-
tendi, quam nouum permitti, aut induci.l ſi cũ dies
in prin.ff.de arbitr.l.1 & 2.cum ibi not.ff. de iudi.l.ſi
donatæ.§.ſi ſponſus.ff.de dona.inter virum & vxor.
l.ſed ſi manente.ff.de præcar.l.priuatorum.C.de iu-
riſdi.om.iud.glo.pen.in c.cum olim Abbas de offi.
delega.Signorol.in conſi.69.num.12. verſic.& hæc
prædilectio in vita. Iaſ. in l. conuentionum nu.7.ff.
de pactis cũ id genus innumeris. Vnde ſi ſtipulatio
ab extraneo inducta ad naturam bonæfidei non ex-
tenditur, quantò minus hypothecam nouam extra-
nei ipſius cauſa introductam dicemus?

Ex reſponſionibus memoratis ſponte ſua Iaſ.ar-
gumentum corruit, cum actioni de dote priuilegiũ
hoc cõceſſum de hypotheca tacita ait. Falſo enim
præſuppoſito nititur, actionem de dote extraneo
51 ſupereſſe, qui niſi † præſcriptis verbis, ipſamque iu-
ris ſtricti actionem non habet. Secundò reſponde-
tur, actio de dote eſto extraneo accommodetur, pri
uilegia tamen totiens retinet, quotiens bonæfidei
eſt. De quo genere eſſe actio non poteſt, quam ex-
traneus habet, præſcriptis quippè verbis, & ipſam
iuris ſtricti non haberet, ſi actionem alioquin bonæ
fidei habeat. Inde explicatio quæſtionis deducitur,
quam integram relictam ſupra habemus, vtrum ex-
traneo ſtipulationis tacitæ priuilegium competat,
in qua variatum inter Bald. iun. & Iaſ. oſtendimus.
Namque ſi actionem præſcriptis verbis ex ſtipulatu
habet, quam iuris eſſe ſtricti diximus, ſigni eſt, actio-
nem ex ſtipulatu tacitam non cõpetere, quam bo-
næfidei eſſe non ambigitur.d.§.fuerat. Fulg.in cõſi.
201. Domina Gualdrada in prin. cõſequens his fiet,
iuxta ſtipulationis, atque hypothecæ tacitæ cõmo-
do extraneum non frui.

52 Ampliatur octauò, vt † mulieri priuilegium hoc
hypothecæ tacitæ competat, quamuis repetitæ ab
ea nuptiæ ſint. Quo caſu ratio tacere priuilegij vi-
detur Iaſ.in d.§.fuerat.nu.95.& ſeq.

Ampliatur nonò, vt in ſponſa locum hypotheca
tacita cum prælatione habeat Imola in c. ex literis
nu. 29.de pignor.

Ampliationem hanc Iaſ.non admittit in d.§.Fue-
rat num.38. id quia dos in ſponſa non vertitur. Sed
enim verior Imolæ, atque æquior opinio videtur.
per tex.in l.4.ff.de fundo dotali. Neque Iaſ.argumẽ
tum mutat, dotem in ſponſa non intelligi. Quoniã
ad ſignificatum id proprium attinet, vt dos propriè
ſine matrimonio non ſit.l.item quia.§.1.ff.de pactis
l.3.l.ſtipulationem.l.ſi pater mulieris.in fin.& l. do-
tis promiſſio.ff.de iure dot.l.Titio centum.§.fi.ver.
ante nuptias infra de cond.& demon.& dicitur vbe
rius eſt in rubri.ſupra eo.impropriè tamen dotis vo
cabulum in ſponſa cadit ſimiliter vt matrimonio
finito Anchar.in conſi.93.verba teſtamenti circà fi.
Bal. Iun. hic num. 28. ſignificatione hac impropria
53 admiſſa, conſequẽs fit, locum extenſioni † de ſigni-
ficatione propria ad impropriam ex ratione eadẽ,
vel in materia ſtricta eſſe.l.filium habeo.ff.ad Mace
do.l.ſenatuſconſulto.ff.de ritu nup. iuncta. l.pen.C.
de interdic. matri.glo.2.in authen.minoris debitor.
C.qui dar.tutor.poſ.& in clem.1.in ver. eligatur. de
electio. Alex.in l.2.num.3.infra de lega.1.in l.pere-
gre.§.quibus.ff.de acq.poſ. cum alijs apud nos rela-
tis in rubri.infra de lega.1.num.31.in tracta. de an-
tiqui.tempor.parte 4.num.41.& ſeq.& in conſ.155.
num. 8. Quocirca ad dotem impropriam a ſponſa
traditam priuilegium hoc trahendum hypothecæ
tacitę omnino erit. Cum & ratio eadẽ per omnia,
& ſpecies fauorabilis interueniat, quatenus locum
extenſioni eſſe, & in materia etiam odioſa oſten-
dimus.

Ampliatur decimò, vt locum hypotheca hæc ta-
cita, & ipſa generalis bonorum omnium non ideo
minus habeat, quod de hypotheca ſpeciali cautum
expreſſim mulieri ſit Doct. in l.fin.C. de pactis con-
uen.Boeri.q.332.Bald.iun.hic nu.394.

Ex ampliatione regulæ iuris tres vulnerantur. Pri
ma, locum tacito non eſſe vbicunque expreſſio fa-
cta eius eſt.l.cum ex filio.§.1.l.qui plures.§.itaque &
l.ex facto. §. item quæro infra de vulga. cum alijs
apud nos aſcriptis in rubri.infra de lega.1. num.4.&
in l.cum filio num.142.eo.titu.

Altera regula generi per ſpeciem derogari.l.vxo
rem.§.fœliciſſimo inſra de lega.3.l. in toto. 1.ff. de
reg.iur.reg.generi lib.6.& in prouiſione ſpeciali, de
rogatum per eam generali intelligi tex. probat in l.
in cauſę.2.in prin.ff.de minor.l.in prouinciali.§.1.ff.
de oper.noui nuncia.l.doli clauſula. ff.de verb.obli.
Quas.ll.in ſententiam hanc Signorol. vocat in cõſ.
137.col.1.poſt med.verſi.prætcrea prouiſio. Tertiæ
regulæ offenſio. Legis prouiſionem extraordinariã
quieſcere, vbicunque adiumento eſſe hominis pro
uiſio poteſt.d.l.cum ex filio.§.1.& d.l.ex facto.§.itẽ
quæro inſra de vulg.l.& habet.§.cum quis.ff. de pre
car.l.maritus.C.de procu.l.pen. C.de arbit.l.2. ibiq;
Bald.num.12. C.de iure emphy. d.l.fin. C.de pactis
conuen. inde Bald. ſcribit in conſi.329. caſus talis
eſt, quidam Nicolaus de Verona num.6. lib.1. per
ſpecialem, & reſtrictiuam hominis prouiſionem ex
tenſiuam legis prouiſionem reſtringi per text. in l.ſi
cum dotem in prin. infra eodem. & in d.l.maritus.
C.de procura. idem in prouiſione conſuetudinis ex
traordinaria, vt ſileat, cum præſens hominis pro
uiſio adeſt. Ruin.ſcribit in conſi.74.nu.8.lib.1.

Sed enim ad regulam primam reſpondetur, reci-
pi eam non ſolere, quotiẽs vberior taciti, quam ex-
preſſi prouiſio eſt Pau. de Caſt.in l. teſtamento.nu.
3.verſi. ſed contra quia. C. de impuber. Ripa in l.re
coniuncti num.139.infra de lega.3. Locupletior pla
nè legis prouiſio circà hypothecam tacitam, quam
hominis, aut mulieris in ſpeciali eſt, generalis quip-
pe legis hypotheca eſt bona omnia arripiens, quod
ſecus in ſpeciali eſſe nomen ipſum teſtatur.

Secundò reſpondetur. Locum regulæ non eſſe,
quotiens effectum cõtrarium expreſſio induceret,
quam homo ſenſit. Signorol.in conſi.173.nu.12.an
te fin.verſi.prætcrea expreſſio. At qui is animus mu
lieri fuit, cum hypothecam ſibi ſpecialem proſpe-
xit, vt cautum ſibi Tutius eſſet, ob id contra quam
in animo mulier habuit, operari non debet, vt ius
ex ea læſum mulieris dicatur, quod vtique fieret, ſi
ad bona alia hypotheca non competit.

Tertiò reſpondetur, locum regulæ in tacito eſſe,
quod contineri niſi ſub expreſſo non ſolet, & quod
intelligi expreſſo remoto, non poteſt, qualis ſubſti-
tutio tacita vulgaris eſt, quæ ſub pupillari expreſſa
includitur, namque vbi vulgaris ipſa exprimitur, lo-
cus tacitæ non eſt, viceque verſa. Cauſa alia eſt, vbi
cũque citrà expreſſionem alterius caſus tacitè, quid
ſubauditur. Ibi enim ab expreſſo tolli tacitum non
debet, quod comprahenſum ſub eo non ſit, vti ſcri
ptum habemus in d.l.cum filio nu.102.inſra de leg.
1. Hypotheca planè hæc tacita ſub hypotheca non
continetur, quæ expreſſa ſit. Imo enim & citrà ex-
preſſionem vllam tacitè à lege ſubauditur, aut fingi
tur, ob id nihil faciendum arg. videtur, quod ab ex-
preſſione deductum taciti eſt.

Aeque ampliationi huic aduerſaria regula nõ vi
54 detur, generi † per ſpeciem derogari. Quoniam lo
cum regula non habet, quotiens ex cauſa diuerſa
genus, & ſpecies deſcendunt Signorol.in conſi.181.
nu.8.in fi.per tex.in l.Titia. §.qui marco infra de an
nuis leg.& in l.4.ff.de ſtip.ſeruor. & ex Dy.in d.reg.
generi.

generi. Enimuero à lege hypotheca generalis, ab homine ſpecialis deriuatur.

Secundò reſpondetur, ad eum caſum regulam non pertinere, reipublicæ fauor læditur. ſi generi derogatum per ſpeciem dicimus. Quo circa mandato generali ob debita fiſci exigenda, derogatum per ſpeciale de nominibus quibuſdam repetendis non creditur. l. quoniam augerio. C. de conue. fiſci debi. lib. 10. Bal. in l. 2. nu. 7. C. quan. fiſcus vel priua. Roma. ſing. 320. fiſcus. Rationem hanc fauoris publici Bal. non exprimit in d. l. 2. Decio etiam incognita ratio hæc vtilitatis publicæ fuit in d. l. in toto iure nu. 16. verſi. ſimiliter in mandato fiſcali Iaſoni in l. cohæredi. §. qui diſcretas in quarto nota. verſi. adde tamen infra de vulga. Quibus in locis reg. prædictum de qua in d. l. in toto iure, in mandato fiſcali ſimpliciter deci. cum Iaſ. limitant, caſus diuerſos afferendo, ratione diuerſitatis vlla non expreſſa, ſed enim fauorem publicum in dote verſari tex. noſter docet.

Tertiò reſpondetur, locum regulæ, non eſſe, vbicunque ex prouiſione duplici vna generali, & altera ſpeciali, neutra alteri cōtradicit, & plenius generalis ſuccurrit. generali tum enim derogatum per ſpecialem non creditur. l. 1. §. vnde quæritur. ff. de publica. cum alijs apud Ang. relatis in conſi. 355. verum per ſtatutum nu. 3. & duobus ſeq. ſed enim ex hypothecis his duabus, Ideſt tacita, & generali à lege ſubaudita, & ficta, & altera ſpeciali à muliere expreſſa, neutra alteri contradicit. Quid enim probibet, & fundum quem in ſpecie. & bona omnia hypothecę in genere oneri adnecti. Contradictione igitur tacente, cum plenior generalis, & tacita hypotheca ſit, per ſpecialem ei derogatum dicendum non erit. Ex Bal. reſponſio hæc iuuatur in conſi. 329. caſus talis eſt, quidam Nicolaus nu. 6. verſi. in contrarium facit. lib. 1. vbicunque perſonæ eiuſdem cauſa, genus, & ſpecies exprimuntur, ampliorem generis prouiſionem ex prouiſione in ſpecie non perimi per tex. in l. quæſitum. §. fi. infra de fundo inſtruc. ſed enim ampliorem prouiſionem in hypotheca generali, atque ſpeciali eſſe, ambiguum non eſt. Ob id incolume hypothecæ generalis eſſe ius conuenit.

Quartò reſpondetur. generi per ſpeciem non derogari, quotiens effectum contrarium diſpoſitio poneret, quam diſponens cogitaret. ſi verbi gratia læſionem, aut odium inducat, quod fauoris actum cauſa eſt Bal. in d. conſi. 329. in fi. hypotheca planè ſpecialis fauore mulieris, iuris que eius tuendi cauſa, adiecta haud dubie eſt. ob id læſionem ius id accipere ab hypotheca ipſa ſpeciali non debet. Huc, & illud ſpectat, quod in regula dici incluſionis vnius
5 † ſolet, excluſionem alterius ex ea non ſequi, vbicunque effectum diuerſum, quam ageretur, diſpoſitio pareret Iaſ. in conſi. 202. in fi. lib. 2. Ruin. in cōſi. 88. in vltimo dubio. in conſi. 96. nu. 1. circa med. & in conſi. 225. nu. 4. circa med. verſi. præterea ſtatutū lib. 1. Quæ traditio ad rem hanc apposite quadrat, ne ex hypothecæ ſpecialis incluſione hypothecæ excluſio generalis ſequatur. Reſponſioni huic quartæ limitatio, & alia regulæ prædictæ de incluſione vnius, non mediocriter confert. Excluſionem alterius ab incluſione vnius non conſequi, quotiens veriſimili diſponentis menti excluſio refragatur Iaſ. in l. 1. §. 1. nu. 4. verſi. & ſic in iſto tex. ff. de acq. poſ. Soci. iun. in conſi. 121. nu. 22. lib. 1. in conſi. 1 nu. 27. verſi. nec obſtat regula. d. l. cum prætor. & nu. 47. lib. 3. Mentem plane mulieris ad hypothecam generalem excludendam non ferri, cum in ſpecie de hypotheca ſibi proſpicit, nemo dubitat.

Tertia item regula non mouet, extraordinariam legis prouiſionem ſilere, vbi cautum ab homine in ſpecie eſt. Eiſdem enim reſponſionibus eam diluere, atque regulas anteriores licet. Principio locum regulæ non eſſe, quotiens prouiſio hominis in fauorem introducta odium pareret Deci. in cōſi. 232. col. fi. Ripa in l. ita ſtipulatus nu. 82. ff. de verb. obli. Idem ex Alex. iuuatur in conſi. 118. in fi. lib. 5. ſi qđ intereſt, promiſſum conductori ſit, vbi in cōductione eum manere locator non patiatur, iuris ob id derogatum prouiſioni non intelligi, quominus tueri ſe poſſit, ne à conductione moueatur. ſiquidem ab ea expelli iure nequit.

Secundò reſpondetur, locum regulæ ita eſſe, cū inuicem cohęrere prouiſiones nequeunt, iuris, & hominis. neque alteram altera patitur. Aliter atq; ſi inuicem non pugnant Bal. in d. conſi. 329. num. 1. poſt prin. verſi. præterea in dicto contractu lib. 1. Caſca. in conſi. 24. nu. 8. Atqui repugnantia vlla hic non vertitur, cum nihil prohibeat, & generalem, & ſpecialem hypothecam concurrere.

Tertiò reſpondetur. locum regulæ in cauſa prouiſio ab homine eſſe, vt legis in eo prouiſio ſileat. non idem in caſu alio ſeruandum Alex. in conſi. 126. nu. 6. lib. 5. ex Bar. in l. ſi cum dotem in prin. & in l. ſi conſtante in prin. in 3. q. ſecundæ. q. prin. infra eo. Quocirca locus regulæ nonniſi in bonis erit, quę hypothecæ ſuppoſita in ſpecie ſunt, vt incluſa ea ſub tacita, & generali non dicantur. Ratio alia bonorum aliorum videtur, in quibus prouiſio facta in ſpecie non eſt. Ex Caſtrenſi reſponſio hæc iuuatur in conſi. 15. circa ea, quæ ſuperius col. 3. circa fi. verſic. item non obſtat tertium. lib. 1. ob prouiſionem hominis ita legis prouiſionem quieſcere, ſi ad idē per omnia prouiſio vtraque ſpectat, aliter atque ſi ad aliud. Ad idem planè per omnia hypotheca ſpecialis non pertinet, quæ niſi bona aliqua in ſpecie non appręhendit.

Quartò reſpondetur, locum regulæ non eſſe, vbicunque vberius per legem prouiſum, atque hominem eſt. Ibi enim à prouiſione legis diſceſſum per hominis prouiſionē non cenſetur Bar. In d. l. 1. §. vnde quæritur in fi. ff. de publica. Ang. in d. conſi. 355. nu. 4 Bal. in d. conſi. 329. nu. 6. lib. 1. Caſtren. in d. l. teſtamento num. 3. verſi. ſed contra. C. de impub. ſed enim largius per legem, atque hypothecam generalem, quam per ſpecialem ſuccurſum hominis eſſe nemo non intelligit. Qua ratione in ſpecie. q. controuerſæ Ripa vtitur in l. 1. in fi. infra de lega. 1. idē Soci. tradit in l. 1. col. 19. circa med. verſi. ad tertiam rationem reſpondet infra de vulga. vbi non aliter per prouiſionem hominis prouiſionem tolli legis putat, quam ſi ſuperuacua legis prouiſio fiat.

Quintò qui generali hypothecæ, atque ideo prouiſioni legis generali derogatum per ſpecialem aſſerit, nihil aliud niſi nouationem factam contendit. hoc eſt in nouā, & ſpālem hominis hipothecā legis hypothecā deducta, & à legali hypotheca receſſum. Enimuero nō aliter īduci nouatio ſolet, niſi ſi expſſum ſit, aut neceſſario id fiat, quod inuicem ſe diſpoſitiones non patiantur. l. fi. C. de noua. & ita in ſpecie hac prouiſionis hominis, & legis Bal. argumentatur in d. conſi. 329. nu. 1. circa prin. lib. 1.

Apparet ex argumentis prædictis, & ex reſponſionibus ad regulas tres, de quibus ante, dotis etiā, fauore remoto, per hypothecam ſpecialem ab homine expreſſam receſſum ab hypotheca legis generali, & tacita non intelligi. Idque communi, non priuilegiario quo iure receptum Roma. oſtendit
56 ſing. 592. vbi per hypothecam ſpecialiter † in re quapiam à teſtatore conſtitutam hypothecæ derogatum generali non putat, quæ à lege inſtituta propter legata eſt iuxta. l. 1. C. com. de lega. ex tex.

Roma.

Roma. id probat in l. fundos. ff. de annuix lega. ſequitur Ripa in d. l. 1. in fi. infra de lega. 1. idem ex Io. Fabri confirmatur in §. item Seruiana. num. 5. ibique Iaſ. num. 67. & duobus ſeq. inſtit. de actio. ex pignore ſpeciali locatori conſtituto receſſum a generali, & tacito non intelligi.

Sed obſeruandum, ſiquidem iure priuilegiario, aut extraordinario hypothecam hanc niſi tacitam dicimus, extra dubitationem rem non eſſe. Quoniã à iure hoc extraordinario legis ob hominis prouiſionem receſſum dicitur d. l. fi. C. de pactis conuen. Neque ad rem valere reſponſiones videntur, quæ accommodatæ ante, ad regulam illam ſunt. Quoniam ad prouiſionem legis ordinariã ſpectant, ſi Alex. traditionem intuemur in d. l. maritus. num. 3. C. de procura. Iaſ. planè in d. §. item Seruiana num. 69. iure communi, non extraordinario hypothecã ſubniti tacitam putat, quæ locatoris fauore introducta eſt. Quo admiſſo, expeditæ quæſtionis eſſe res videtur. Sed quomodo ordinarium, aut commune ius hoc dici hypothecæ tacitæ poterit, quod regulæ contrarium iuris eſt, locum tacitæ hypothecæ niſi in caſibus non eſſe, qui expreſſi iure ſunt l. ab ea parte. ff. de probatio. Bar. in l. Lucius circà fi. infrà de alimen. & cibar. lega. de quo vberius dictum in prima lectionum l. huius primæ habemus.

Cogitabam ſi ordinarium ius hoc dici de hypotheca tacita poſſit, quòd perpetuam, certamq; ſem-
57 per cauſam habet. Similiter vt † ordinarium munus æſtimatur, in quo præſtatio certa determinataque vertitur. Extraordinarium vero ius id iudicari, quod ex caſu aliquo neceſſitate, aut cauſa, qua iuſta competit. De quo genere reſtitutio in integrũ eſt, quæ vniuſmodi ſemper non eſt. Verum extra ordinem pro perſonis, rebus, & caſibus indulgetur toto titu. ff. de reſti. in integr. de minor. & ex quibus cauſis maior. Idque ad exemplum muneris extraordinarij, quod ex caſu pro neceſſitateque imponi, non ad eundem modum, at variè ſolet Bar. in l. vni. num. 37. C. de mulier. & in quo loco lib. 10. per text. in l. ſed etſi per prætorem. § ſi cum feriæ. ff. ex quib. cau. maior. & in l. Seio. §. medico infra de annuis lega. hypotheca planè tacita certam, & determinatam formam ſemper habet, neque diuerſitatis quicquã pro perſonis, temporibus, aut caſibus in ea incurrit. Atque ideo iure ipſo ordinario competere hypotheca hæc tacita dicetur.

Secundo in animo verſabatur, hypothecam hãc tacitam iure ipſo citrà vllam hominis petitionem, aut iudicis declarationem, ſeu conceſſionem, competere. Neceſſe quippe mulier non habet, hypothecæ ius in iudicio poſtulare, aut excipiendo opponere. Neque conceſſio qua neceſſaria iudicis non eſt, vt ius hoc mulieri concedat, aut competere declaret. Cum declaratum, & conceſſum lege ipſa ſit. Ea ratione iure ordinario mulierem tutam rectè diximus. Non idem in iure extraordinario ſeruandũ, quod paſſim, ſemperve, atque vniuſmodi nõ competit. Qualis reſtitutio in integrum habetur. Quæ iure ipſo non datur, neque competit. Atque ideo, & petitionem hominis, & cõceſſionem iudicis expoſtulat. Tutus quippè iure ipſo minor, aut is non eſt, cui reſtitutionis in integrum beneficium permittitur. Imo enim beneficium id peti, atque a iudice cõcedi oportet. l. in cauſæ. 2. §. fi. ff. de minor. l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de minor. l. fina. C. vbi & apud quos. Inde libelli modum in reſtitutione componẽdi Bar. & Bal. docent in l. fi. C. de in integrum reſtit. min. Bald. in l. verum. §. ſciendum ff. de minor. cum alijs apud Ruinum relatis in conſi. 119. num. 13. lib. 5. Sed & offerri in libello reſtitutionis in integrum oportet, quicquid conſecutus actor, aut petitor ex acto eſt, contra quem reſtitutio deſideratur, vti ſcriptum habemus in conſi. 7. num. 14 idem Pariſ. ſcribit in conſi. 96. num. 112. lib. 1. Hoc amplius tempus certum reſtitutioni huic præſtitutum petendæ eſt. l. fi. C. de temp. in integ. reſtit. Quæ cum ita ſint, non poteſt ius hoc de reſtitutione in integrum conſtitutum, extraordinarium non dici. Quæ ratio in tacita hæc hypotheca ſilet.

Conſequens his fit, per magni inter ius ſpeciale, & extraordinarium referre. Siquidem ordinarium dici, & ſpeciale ius poteſt, quod ordinem certum, & formam certam, atq; vniuſmodi ſemper habet, & quod petitionem, cõceſſionemve Iudicis vllam non exquirit. De quo genere hypotheca tacita, & legalis eſt. Quod ſecus in iure extraordinario eſſe ex præmiſſis liquet. Conſequenter etiam his dicendum, regulam memoratam, ex prouiſione hominis a iure receſſum extraordinario intelligi, ad hypothecam hanc tacitam non pertinere, in qua ordinarium, non extraordinarium ius verſatur.

Dixerit hic aliquis, declarationem hanc textui aduerſari in d. l. fi. C. de pactis conuen. qui de hypotheca hac tacita loquitur ob bona paraferna introducta. At enim ius hoc hypothecæ tacitæ conſumi ex prouiſione hominis ait, qui hypothecã ſibi ſpecialem conſtituit. Reſpondetur, tex. illũ retorquendo. Namque hypotheca illa tacita pro bonis non dotalibus, recens introducta per tex. illum eſt extenſione hypothecæ dotis ad bona paraferna facta. Verum quia perpetuum ius ad futurum, & locum habiturum tum etiam ſuapte natura erat, cum ſpeciale interpoſitum pignus fuerat, limitatio, reſtrictiove ſubiecta, ne ad eum caſum pignus illud tacitum producat, quo ſpeciale expreſſum aliud ſit. Etenim ſi alias, iureque ipſo limitatio illa inerat, quorſum eam exprimere. Itaque ſuperuacuam omnino limitationem, reſtrictionemve illam dixerimus, ſi expreſſione eius non facta, tacitè tamen inerat. Atqui ferendum non eſt, vt fruſtra, atq; ſine effectu aliquo ſubiecta limitatio illa cenſeatur l. 1. in prin. Ibique glo. & Bal. ff. quod metus cau. l. ſi quando in prin. infra de lega. 1. cum alijs apud nos aſcriptis in conſi. 297. nu. 4.

Secundò aliter tex. ille retorquetur. Extenſionem enim tex. ille habet, vt quod priuilegium circa hypothecam tacitam introductum dotis fauore eſt, ad bona etiam paraferna producatur. Extenſio pla-
58 nè † cum omnibus ſuis facta qualitatibus creditur. l. ſed ſi manente. ff. de precar. l. cum ſtipulatus ſim mihi a proculo. ff. de verb. obli. l. legem. C. locati. c. eccleſia. 1. vt lite penden. glo. &c. glo. in c. de multa in ver. eandem. de præbend. & in clem. 1. in ver. ſacerdoti de offi. vicar. quas glo. Geminia. vocat in conſi. 56. num. 1. poſt prin. Proinde neceſſaria limitatio illa fuit, vtpote, qua omiſſa, hypothecæ tacitæ derogatum in bonis alijs ſimiliter non eſſet, vt in hypotheca tacita doti permiſſa. Ad quem modum intelligendo, & interpretando, non obſcurè apparet, iuris etiam priuilegiarij prouiſioni derogatum ex prouiſione hominis non videri. Atque ideo non rectè tex. illum ſententiam diuerſam vocari, qui contrarius ei ſit.

Sed dicturus quiſpiam erit, ſi limitatione illa remota, locum hypotheca tacita habitura in bonis alijs erat, neque prouiſioni iuris derogatum ſpecialis videbatur, cur ius hoc mutatum limitando fuit. Cur ſubiecta limitatio eſt? Reſpondetur, non ab re id factum, ne ſpecialia augeantur l. virilis. §. ſi quid vxori & l. is qui in poteſtate. §. ei quæ infrà de lega. præſ. c. 2. de filijs presby. lib. 6. c. non poteſt. §. fina. de præben. eodem lib. Ea propter ſtrictius in iure ſpeciali extendendo procedendum, viſum legi fuit.

Diffi-

Difficilius quippe id extenditur, quod iure ſpeciali comperit. l. mulieri & Titio infrà de condi. & dem. Bal. & Sali. in l. fi. C. ſi quis omiſſa cau. teſta. Ang. in l. 1. §. lex Falcidia infra ad legem Falci. Ratio & alia afferri poteſt, quòd ratio tanta priuilegij in bonis paraſernis, quanta in dote non vertitur. Ob id ſtrictior ad ea facta extenſio fuit.

Sed obſtare prædictis tex. videtur in l. maritus. C. de procura. vbi prouiſioni iuris ſpecialis ex hominis prouiſione derogatum apparet. Reſpondetur, in præſumpta hominis vtilitate ius illud conſiſtere, quod intereſſe mulierum videatur, a maritis defendi. Idque ex tex. illo oſtenditur, quo de rato cauere neceſſe maritus habet. Quæ neceſſaria cautio non eſſet, ſi certa mulieris volũtas ſit. Vnde quia fieri poſſet, vt expreſſim a muliere prohibitus ſit, ne ad negotia, iudicia ve eius exercenda accedat, neceſſitatẽ marito cauendi lex impoſuit. Atque vbi neceſſaria cautio non eſſet, ſatis eſt, muliere inuita agendi, defendendive ius in bonis extra dotem, marito non eſſe. Quod cum ita ſit, mirum facere non debemus, ſi mandato expreſſo, ipſoque ſpeciali interueniente, prouiſionem ſuam denegandam lex cenſuit, ne mãdato locus generali ſit. Id quia præſumptio vna alteram perimit, & a fortiore infirmior vincitur. l. pen. ff. de reſtit. in integ. l. cum de indebito. & l. cum de ætate. ff. de proba. l. non ſolum. ff. de ritu nup. l. excipiuntur infra ad Syllania. c. in noſtra de teſti. & id genus alia. Cauſa enim ſpectanda, quamobrem nõ niſi ob res aliquas mandatum viro datum ab vxore ſit. Argumento enim id eſt, fidem in omnibus mariti ſecutam vxorem non eſſe. Itaque cum ratione voluntatis præſumptæ, quæ ab vtilitate præſumpta vxoris deſcendit, mandatum illud inductum a lege ſit, ius hoc ſeruandum, non niſi in caſu dubio lex cenſuit, ideſt cum mandatum vllum expreſſum nõ interuenit. Cauſa, ratioque alia videtur, cum hominis voluntas expreſſa, & ipſa limitata conſtat. In manifeſtis enim locum coniecturæ non habent. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obli. & cum limitata volũtas mulieris in quibuſdam ſit, ad aliam eam protendi non conuenit. l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pactis. l. de quibus in fin. ff. de li. l. operis non poſitis infra de oper. liber. l. 1. §. Iulianus. Ibique Bart. ff. de itin. actuque priua. & alia non pauca.

Ratio hæc voluntatis præſumptæ in hypotheca tacita ſilet, quæ introducta ob vtilitatem certam, atque euidentem mulierum eſt, vſque adeo vt iuris remittendi facultatem vxor non habeat, vt Bal. nouel. hic ſcribit nu. 394. & in tracta. de dote parte. 6. priuil. 68. col. 1. in fin. verſic. allegabatur tandem in contrarium. Quocirca non rectè ex d. l. maritus ad ſpeciem controuerſam circa hypothecam tacitã legalem argumentum deducitur. Ex diuerſis enim argumentatio ſit, in quibus ratio euidens diuerſitatis apparet. Ideſt ab incerto, & præſumpto ad certum, & manifeſtum, voluntati incertæ, & præſumptæ voluntas manifeſta derogat. Ergo vtilitati certæ, & euidenti in hypotheca tacita, voluntas etiam derogatura incerta erit, quotiens hypothecam ſibi ſpecialem mulier proſpicit.

Iam neceſſariam declarationẽ hanc ad tex. in d. l. fin. C. de pactis conuen. eſſe, vt receſſum a prouiſione iuris ſpecialis ex prouiſione hominis regulariter non cenſeatur, niſi ſi cautum, aut expreſſum lege ipſa ſit, vt in d. l. fin. legitur ex eo non obſcurè confirmatur, quod receptum apud Doct. eſt, receſſum a
59 prouiſione † iuris ob hominis prouiſionẽ non intelligi, quotiens vberior prouiſio iuris eſt, vel dictũ ante habemus in quarta reſponſione ad tertiam regulam. Quod dictum, ſeu quæ reſponſio ad prouiſionem iuris ſpecialis neceſſariò trahitur. Siquidem prouiſioni iuris communis derogatum per hominis prouiſionem regulariter nõ creditur, imo enim qui omiſſus caſus in diſpoſitione, aut prouiſione hominis eſt, iuris relictus prouiſioni dicitur. l. ſi extraneus. ff. de cõdi. ob cau. l. ſi cum dotem in prin. ibique Bar. infra eo. tradit idem Bart. in l. ſi conſtante. in prin. in quinta q. ſecundæ q. prin. infra eo. Abb. in conſi. 30. nu. 2. ante fi. lib. 2. Alex. in d. l. maritus nu. 3. in conſi. 132. col. 1. in ſecundo dubio lib. 4. Socin. in l. 1. col. 19. circa med. verſi. ad tertiam rationem reſpondit. infra de vu iga. deci. in conſi. 232. col. fin. & idem Deci. inter conſi. Soci. iunioris conſi. 128. nu. 200. lib. 1. in ſubſcriptione. Iaſ. in d. §. item ſeruiana. nu. 67. & duobus ſeq. Ruin in conſi. 74. nu. 18. lib. 1. collegium Doct. Bononien. inter conſi. Curtij ſenioris in conſi. 50. nu. 31. Hoc ita admiſſo, vt a prouiſione iuris ſpecialis receſſum per hominis prouiſionem non credatur, quotiens locupletius ſpeciale ius prouidet, neceſſario tex. oſtenditur in d. l. fin. C. de pact. conuen. vbi prouiſioni iuris ſpecialis derogatum apparet, quamuis plenius ius illud ſpeciale eſſe proculdubiò ſit, vtpotè, quod generale eſt, & ad bona omnia pertinet. Quod cum ita ſit, dicendum neceſſariò habemus, idcirco a iure ibi ſpeciali receſſum videri, quod ita nominatim cautum per legem ipſam eſt, vel dictum ante habemus. Atque ideo ex tex. ipſo oſtendi, regulam in contrarium vertendam, per hominis prouiſionem ſpecialem iuris prouiſioni derogatum generalis non intelligi, quãuis priuilegiarium ius hoc ſit. Quod ſi regulam diuerſam ex text. illo confirmari non dicimus, falſa neceſſariò limitatio Doct. erit, de qua dictum mox habemus, vtpotè cui tex. contrarius euidenter ſit in d. l. fina.

Summa igitur, atque clauſula diſceptationis huius erit, ex prouiſione hominis ſpeciali iuris prouiſionem generalem non lædi, quamuis ſpeciale, aut priuilegiarium ius hoc ſit. Verum iuris ipſius diſpoſitioni, prouiſionive omiſſum ab homine caſum relinqui.

Limitationem concluſio hæc recipit, ne locum habeat, vbicunque extẽſionem, aut ampliationem iuris alterius ſpecialis ius ipſum ſpeciale habet. ibi enim locus iuris prouiſioni non videtur, vbicunq; prouiſio ſpecialis facta ab homine ſit, quo caſu edictam legem illam fi. conſtat. Id quidem imprimis, cum ratio tanta in caſu non vertitur, ad quem extenſio fit, quantum caſus extenſus habet. Cuiuſmodi bona paraſerna videntur, quibus fauor idem præſtitus, atque doti non legitur.

Ex limitatione hac limitatio cliei regulæ alterius videtur, ex qualitatibus ſuis omnibus factam extenſionem intelligi, ne in extenſione locum iuris ſpecialis habeat, de quo apud Bal. & Sali. in d. l. fin. C. ſi quis omiſ. cau. teſta.

60 Ampliatio vndecima ſubijcitur, vt bona † omnia mariti, eorumve ex parte eius, qui dotem reſtituere debẽt bona item omnia vxoris, atq; ex parte eius, qui doti dandæ obligantur, hypotheca hæc tacita arripiat, neque præſentia modo, ſed, & quæ poſtea accedunt. l. hac edictali. §. omnibus. Ibique Bal. nu. 8. C. de ſecun. nup. quem tex. vna ſimul cum §. his illud conglutinauit. Idem Bal. hic iun. ſcribit nu. 109. in fi. & in d. tracta. de dote parte ſexta priuil. 7. col. 3. verſi. hæc autem tacita hypotheca. Roma. ſingu. 146. fui hodie interrogatus. deciſio neapoli. 335. nu. 2.

Ampliatur duodecimò, vt nomina etiam debitorum hipotheca hæc tacita appræhendat. l. nomen. C. quæ res pign. obli. poſ. decl. in conſi. 349. col. fi. Idem vltra decium, ex Bar. probatur in l. hæredem. C. de hæredi. actio. Pau. de Ca. in l. ſi quis ſeruum.

num.§.certam in fi. infra de lega.2.& in conſi.198. notandum primo ad euidentiam in prin.lib.1.

61 Ampliatur decimotertiò, vt ob † paraferna etiã bona hypotheca hæc detur.d.l.fi.C.de pactis conuen.Iaſ.in d.§.fuerat nu.41.Anguſtius tamen, aut debilius priuilegium hoc in paraternis eſt, vtpotè, qđ ex hypotheca tacdi ſpeciali ſolet, quæ expreſſa ab homine ſit.d.l.fi.

Ampliatio decimaquarta additur, quæ communis hypothecæ, & ſtipulationi ficta eſt, vt quibus caſibus locum ficta ſtipulatio habet, hypothecæ etiam locus tacitæ ſit, viceque contraria, cum paribus gradibus ambulent d.l.vni.§ & vt plenius.Bal.iun.hic nu.103.& nu.105.& in d.tracta.parte.6.priuil.7.col.1.in fi.verſi.confert.etiam, & col.2.circa med verſi.contrarium tamen.Ex vna item ad alteram Iaſ.argumẽtatur in d.§.fuerat nu.40.poſt med.verſi pro hac etiam parte facit.

Cum priuilegio tamen prælationis niſi mulieri hypotheca tacita non competit Bar.hic nu.2.Bal.iun.in d.tract.parte octaua priuil.36.Crotus hic nu.52.Iaſ.in.d.§.fuerat nu.132.Boeri.q.328.nu.3.

Scripta Soci.attingenda hic cenſui nu.69.& pluribus ſeq.vbi dotis confeſſæ ſpeciem tractat, priuilegiaria, necne ſit. Quam rem in articulos duos principaliter ſecat. Primus in confeſſione vertatur, quæ ante matrimonium contractum ſit, quotiens dotem accepiſſe futurus vir confitetur. Alter, cũ matrimonio contracto, id genus confeſſio fit. Primum rurſus articulum in articulos duos partitur. Primus, vtrum confeſſio eiuſmodi ante matrimonium facta marito noxia, hæredibusve eius ſit. Secũdus damnum ne creditoribus afferat anteriores, vel poſteriores ſint.

Circa primum articulum, de quo in ſubdiuiſione, deterius ne mariti ius, aut hæredum eius ex confeſſione hac fiat. concluſiones aliquot Soci.componit, quas combinationes Bar.nuncuparet. Prima concluſionum, vbicunque non dubitatur, confeſ-
62 ſionem hanc donantis † animo fieri, domino eam mariti non cedere, vtique ſi diſpar coniugum conditio à genere, ætate, forma, aut vicio quo alio non ſit.l.1.ibique Bal.Sali.& alij.C.de dona.ante.nup. vbi referre tex.ait, directò ne futurus maritus quicquam mulieri donet, an dotis cauſa accepiſſe dotis ipſius augendæ cauſa, confiteatur, cum vere id non ſit. Priore caſu, cum in manifeſto animus donandi eſt, vtilem donationem eſſe. Quocirca ſi doti poſtea res donata traditur, locum repetitioni eius perinde vt dotis matrimonio finito eſſe, non minus atque ſi vxoris ob cauſam aliam, quam donationis memoratæ, res illa fuiſſet, quæ ab ea data doti eſt. Poſteriore caſu, cũ dotis cauſa rem, quam habuiſſe ante nuptias maritus confitetur inutilem donationem fieri, ſi dixeris, imo efficacem donationem hanc videri, quæ tacitè, aut indirectò ex confeſſione inducitur. Id quia cum prohibita expreſſim ante matrimonium non ſit, tacite eam promiſſam intelligi dicendum erit.l.cum quid.ff.ſi cer.pet.l.qui ad certum à ſenſu contrario.ff.locati. Reſpondetur, idcirco vicioſam donationem id genus tacitam æſtimari, quod cum ob cauſam dotis confeſſio de accepto fiat, in tempus matrimonij neceſſario confertur, ſi quidẽ ſine matrimonio intelligi dotis vocabulum nequit.l fi.C.eo.titu.de dona.ante nup. Atque ideo in tempus donatio tacita confertur, quo permiſſa non eſt.toto titu.ff.& C.de dona.inter virum, & vxor. Nihil planè intereſt, matrimonio contracto donatio fiat, an ante quidem, verum in tempus matrimonij collata ſit.l.cum qui ibique deci.in quarto nota.ff.de iuriſdi.om.iud.l.quod ſponſæ.C.de dona.ante nup.c.de vxore de ſepul-tur. Inde fit, vt ſucceſſorem papa non nominet.in id quippe temporis electio confertur, quo finem poteſtas eligẽtis accipit Abb.q.ſempronius col.2. ante fi. Conſequenter his dicendum, non parui intereſſe, vtrum ſimpliciter vxori futuræ quid tradatur, aut donetur, quãuis tacite id matrimonij contrahendi cauſa fiat, An dotis expreſſa cauſa ſit. Quo caſu locum regula habet, de qua in l.expreſſa.ff.de reg.iuris. Eandem concluſionem Aret.etiam tradit in conſi.86.diligenter nu.2.

Ex concluſione hac correlaria duo Soci.depromit. licentiam marito eſſe, id genus confeſſionem, ſeu donationem tacitam, quæ ab ea deſcendit, reuocãdi, quatenus momenti vllius donatio non eſt, l.2.C.de dote cau.non numera. vbi cum matrimonio impleto, doti quicquam, donandique animo maritus adijcit tradendo, aut legitime per ſtipulationem promittendo, incremento huic dotis reſtituendæ hæredes mariti obligantur, ſiquidem donationis maritum nõ pœnituit, aut reuocata ab eo donatio nõ eſt. Liberũ igitur marito eſſe tex.putat, id genus donationem reuocare cum niſi heredibus denegata reuocandi facultas non ſit. Idcirco autem de donatione legitime facta tex.loquitur, quod ſi facta ritè non ſit, hæredibus etiam ſubuertendi ius erit. Quomodo autem legitime accipi verbum debeat, mox declarabitur.

Aliqua obſeruanda circa tex.ſunt in d.l.2. Principio cauſa, inquirenda, quamobrem verbum illud legitime confectam, per traditionem glo.exponat, vt legitime confecta donatio æſtimet, in qua traditio interuenit. Reſpondetur, traditione ſecuta, fruſtra diſceptari, rite, necne facta donatio ſit, ſolennitas enim in hoc exquiritur, vt agi ex donatione poſſit, ſi confirmata eſt. At enim re tradita, neceſſaria actio, aut petitio non eſt, cum poſſidenti non competat.l.ſi quis ex argentariis.§.prohibet.ff.de eden.l.1.§.interdictum autem.ff.vti poſſi.§.æque verſi.quod genus inſti.de actio.c.examinata de iudi. Rurſus ſolennitas hæc niſi ad ſtipulationem non pertinet. Enimuero ſuperuacua ſtipulatio re tradita habetur, ex qua dominium acquiri confirmatione facta donationis ſolet.l.Papinianus.ff.de dona.inter virum, & vxor.l.traditionibus.C.de pactis.

Si dixeris, referre à ſtipulatione, an traditione donatio incipiat ſi ad hæredes mariti forte donata res veniat, proinde quaſi actionẽ tunc mulier non habeat ſtipulatione non interpoſita. Reſpondetur, nihil ſtipulationem faciendam, cum dominium rei quæſitum ex traditione, & confirmatione inſecuta ſit. Quo caſu actio realis aduerſus poſſeſſorem quamuis mulieri datur.

Secundò in expoſitione glo.videndum, cum per traditionem verbum legitime accipit. Quomodo enim ad tex.accommodari expoſitio id genus poterit, vt in augmentum dotis res cedat a marito tradita, cum ex parte vxoris non mariti augmentũ fieri, ex ipſa dotis definitiõe appareat, de qua apud Bar.& alios in rubri.ſupra eodem num.16.ſecundo marito ipſi dos, acceſſiove eius traditur, vt in dicta definitione habetur. Ob id quomodo dotis auctuarium verſari in eo poterit, quod mulieri ipſi a marito, non ex diuerſo ab vxore viro datur. Reſpondetur, ad eum caſum textum pertinere ſecundum expoſitionem hanc glo.quo rem ſibi a marito traditã marito ipſi dotis ampliãdæ nomine mulier reddit.

Dixerit hic aliquis, ex vaticinio expoſitionem gl.conſtare, quòd traditio interuenerit. Reſpondetur, diuinationis quicquam non interuenire. Quoniam cum de donatione text.loquatur, quæ facta legitime ſit, & ad traditionem conuenire verbum id legitimè poſſit, declarari in ſpecie dicitur, quod com

præhen-

præhenſum ſub genere eſt. Ea propter iuris declaratio, non facti ſubauditio in glo. expoſitione verſatur. Secundò facti eſto ſubauditio interueniat, attamen cum natura verbi legitimè ad factum hoc applicetur, pro eo res eſt, vt ſi expreſſa traditio in tex.
63 ſit. Expreſſum quippe † id æſtimatur, quod ex natura verbi includitur. l. prætor. §. 1. ibique glo. in ver. expreſſum. ff. de oper. noui nuncia. Bar. in l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe infra de lega. 1. & in l. vxorem. §. agri plagam num. 2. infra de lega. 3. Ancha. in conſ. 393. viſa diligenter gratia col. 1. circa med. Iaſ. in l. 1. num. 72. verſic. confirmo per doctrinam infra de lega. 1. Curt. Sen. in conſi. 49. nu. 45. & nu. 65. in fi. & alia non pauca.

Tertio monendi ſumus in expoſitione hac glo. circa verbum legitimè per traditionem. Glo. enim in d. l. 2. in glo. fin. contra text. ipſum argumentatur, inutilem donationem, de qua ibi, videri, neque viri morte conualeſcere, atque ab hæredibus etiam expugnari. Siquidem vigorem morte donantis accipere non aliter ſolet, quam ſi traditio interueniat. l. Papinianus. ff. de dona. inter virum & vxor. Atqui verbum vllum de traditione factum in d. l. 2. non eſt. hic ex text. in d. l. Papinianus, tex. glo. oppugnat in d. l. 2. Secundum quæ, ſecum pugnare glo. videtur. in glo. enim 1. cum verbum legitimè interpretatur, & per traditionem intelligit, traditionem interueniſſe haud dubiè ſentit. Atqui traditionem nõ interueniſſe in glo. fin. contendit. inualeſcit argumẽtum, vſque adeo enim traditionem veram non interueniſſe in d. glo. fin. putat, vt ad fictam traditionem adierit. Ideſt, quod promiſſa res prius vxori a marito ſit. Deinde accepto late ab vxore promiſſio marito fuerit, & deniq; maritus confeſſus, quod accepto latam ab vxore eſt, in dotem id ab vxore acceptum, atque ideo doti accumulatum. Ex qua re ficta deduci traditio ſolet, hoc ipſo enim, ꝙ rem ab vxore accepiſſe maritus confitetur, vxori prius deinde ab vxore tradita viro fingitur. Aliter quippè accipi ab vxore non poſſet, niſi ſi fuiſſe apud eam cenſeatur. Sed expeditionis celerioris cauſa actua iſte traditionis occultatur. l. 3. §. ſed ſi debitorem. ff. de dona. inter virum, & vxor. l. ſingularia. ff. ſi cer. pet. Inde in ſententiam hanc vocari tex. aſſolet in d. l. 2. C. de dote cau. non numera. vice traditionis confeſſionem de accepto eſſe. vt ibi apud glo. videre, & doc. eſt. tradit Bar. in d. l. Papinianus. Roma. in conſi. 44. num. 2. & in conſi. 445. num. 6. Alex. in conſi. 45. nu. 8. lib. 1. Soci. hic nu. 101. verſi. vel ſecundo dicamus, & in conſi. 79. col. 1. lib. 4. Iaſ. in l. 1. §. ſi vir. nu. 17. ff. de acq. poſ. & in l. ſi diuortio nu. 9. circa med. ff. de verb. obli. & inferius etiam dicemus. Itaque ſi confeſſio ficta in d. l. 2. fuit, vt glo. ibi fi. docet. quomodo in traditione vera tex. idem intelligi in glo. 1. potuit. Locus quippe fictioni niſi in ſubſidiũ non eſt, cũ aliter mederi, aut ſuccurrere veritas nequit. l. filio quem pater ĩ. de lib. & poſt. l. non dubito in prin. ff. de captiuis. l. in rebus. Ibique Bal. in fi C. de iure dot. Curt. iun. in conſi. 5. nu. 41.

Solutio; contradictionis quicquam in glo. non vertitur. Namque cum morte viri donationem confirmari tex. dicat, Idque citrà traditionem nõ fiat. veram, vel fictam, De traditione porro verbũ in tex. factum expreſſim, aut ſingulariter nõ ſit, ſed in genere ſolummodo, verbi legitimè natura perſpecta, tex. illum ita interpretandum glo. duxit, vt ad traditionem referri vtranque poſſet veram, & fictam. Atque ideo traditionem vtranque glo. 1. expreſſit, cum per traditionem, & ſtipulationem legitime verbum expoſuit, & quia ſtipulatio ſola ad traditionem inducendam non valet, quod ſimpliciter de ſtipulatione dictum in glo. 1. eſt, vberius in glo. fi. declaratur.

Quartò cauſa expoſitionis alterius indaganda, cur per ſtipulationem legitimè verbum declaratũ apud glo. 1. & vlti. ſit. vt traditione non facta, ſtipulatio interuenerit. Ad hunc enim modum pactum nudum haud dubiè glo. excludit. l. cum lex ff. de fi. l. l. cum prætor. ff. de iud. l. ex eo. ff. de teſtib. c. nonne de præſumptio. ſed enim ſuperuacua in dote ſtipulatio videtur, cum ſatis pactum nudum ad actionem producendam dotis fauore ſit. l. fi. C. ad Velleia. l. ad exactionem. C. de dotis promiſ. ſi pactum nudum ſatis in dote eſt, Ius idem ſeruãdũ, & in augmento eius erit, quod iuris eiuſdem, atque principale habetur. l. ſi ego. §. quod tamen ff. de publica. l. inter ſocerum. §. cum inter. ff. de pactis dotal. l. fi. C. de dona. ante nup. l. etiam. C. de iure dot. Quinetiã dotis etiam fauore remoto, cum donationis ſpecies in d. l. 2. incurrat, pacto eam nudo perfici tex. oſtendit in l. ſi quis argentum §. fi. C. de donatio.

Solutio ex glo. percipitur, locum prædictis in donatione tacita, aut præſumpta non eſſe, quæ ex confeſſione poſt dotem promiſſam colligitur. ſtipulationem enim ad eam neceſſariam non obſcure in d. l. 2 glo. ſentit, cum per ſtipulationem legitimè verbum aſſequitur Itaque expreſſius Bar. docet in l. iuriſgentium. §. quinimo nu. 20. & in l. ſi tibi decem in fi. prin. ff de pactis vbi rationem dicti, aut limitationis huius a iure ſpẽali non cumulando deducit, vt donatio initio vicioſa robur morte capiat, contra quam rigor iuris patiatur. l. cum hic ſtatus in fi. prin. ff. de dona. inter virum, & vxor. vel vt donatio præſumatur, quod ſecus fieri regulariter ſolet. l. cum de indebito. ff. de probatio. Rurſus vt locum idem etiam habeat, cum pacto nudo donatio perficitur. Cum Bar. Soci. ſentit in conſi. 44. nu. 6. lib. 4. Iaſ. in l. rogaſti. §. ſi tibi nu. 4 ante fi. verſi. ſed tu fortius dic. ff. ſi cer. pet. Galiau. in rubr. ff. de verb. obli. nu. 94 vbi vulgariorem Bar. opi. ait. Bar. etiam Alcia. ſubſcribit in l. 1. in prin. nu. 21. eo. titu. Burigella in d. l. 1 §. ſi quis ita nu. 56. ſed miror à Bar. & aliis, qui cum eo faciunt, animaduerſam glo. non eſſe in d. l 2.

A Bar. tamen Ang. Aret. diſcedit in § in perſonã col 6. in fi. verſi. tertio principaliter contra Bar. inſtitu. de actio. Galiula in d. rubri. ff. de verbo. obliga. nume. 104.

S V M M A R I V M.

1 *Subſtitutionis vocabulum generale eſt, quod ſub ſe duas continet ſubſtitutiones directam ſcilicet, & indirectam, ſeu obliquam, quæ fideicommiſſaria dicitur. Et in quibus differant nu 3. & nu. 75. verſi. nono ratione.*

Subſtitutio directa cur dicatur. ibid. verſi. monendi ſecundo ſumus.

Directa iura ab vtilibus differunt. ibid. verſi monendi ſecundo.

Subſtitutio directa vulgarem, pupillarem, militarem, & exemplarem ſub ſe continet nu. 1. verſi. ſcire tertiò debemus. Quod declaratur. nume. 2. verſic. quartò præmittendum.

2 *Compendioſa, & reciproca ſubſtitutio inter indiuidua directa ſubſtitutionis non referuntur, etiam cum directas habent, ſed adiectionis, ſeu demonſtrationis cuiuſdam vicem ſuſtinent.*

Subſtitutio compendioſa quod ad eſſentiam ſubſtitutionis attinet nouum ſubſtitutionis genus non conſtituit ibidem verſi. adiectionem hanc.

Subſtitutio exemplaris iure ſſorum Principis iniuſſu fieri non poterat, hodie vero humanitatis cauſa generaliter permittitur. ibid. verſi. quarto præmittendum.

Speciale ius. Ratio eius haberi non ſolet, quod iure demum ſpeciali, aut priuilegiario conſtat. ibidem. verſiculo

priuilegij igitur.

3 *Subſtitutio directa, & fideicommiſſaria in quibus differant remiſſiuè, & Paulo infrà declaratur. vide numero 111.*

Subſtitutio directa, & fideicommiſſaria, quibus verbis fiant. ibid. verſi. ſed iuxta differentias has.

Directa verba dicuntur, quibus iure ſuo, aut authoritate propria hæreditatem accipere licet citrà vllum hominis factum. Obliqua vero, aut ad fideicommiſſum ſpectantia dicuntur in quibus immediatè, aut lege ipſa ius non datur, ſed hominis miniſterio, reſtitutioneve opus ad ius quærendum eſt, ob id de manibus alienis accipi bona oportet. ibidem verſiculo cæterum regula ipſe.

Iuſpatronatus teſtatoris ad hæredem ambulat. ibid. verſi. non Paululum.

Adeundi ius alij non competit, quam ei qui directò hæres inſtitutus, aut ſubſtitutus ſit. ibid. verſicu. alij quippe adeundi ius.

4 *Authoritate propria hæres inſtitutus bona non accipit, quæ ab Alio occupantur.*

Dominium, aut ius hæreditatis ſubſtituto directò ſtatim quæritur, quam adita ab eo hæreditas ex ſubſtitutione eſt. ibid verſ reſpondetur.

Fideicommiſſarius poſſeſſionem vacantẽ authoritate propria non accipit. ibid. ſed contra in eodem nu. verſic. ſed obiecturus, vbi declaratur.

Intellectus. l. inter omnes. ff. qui ſatiſda cogan. numero 3. verſiculo, ſed contrarius & numero 4. verſi. altera conſequentia.

Legatarius poſſeſſionem rei legatæ vacantem iure ſuo accipit nu. 4. verſi. ſed obiecturus aliquis.

5 *Subſtitutio directa puberibus iure communi poſt aditam hæreditatem non fit, quia hæres eſſe non deſinat, qui hæres ſemel factus eſt. Ratio alia adducitur ſub numero ſexto verſiculo, ſed ratio hic. & numero 7. verſiculo Calcu. igitur.*

Subſtitutio fideicommiſſaria aditionem deſiderat, ideo niſi poſt aditam hæreditatem non fit, hac ratione remedium proditum cogendi hæredem, vt hæreditatem adeat. nu. 5. verſi. cauſa diuerſa.

Subſtitutionis fideicommiſſariæ vbi ratio affertur quare aditio deſideretur, quia aliter ab hærede reſtitui fideicommiſſum non poſſet.

6 *Aditio hæreditatis neceſſaria ad ſubſtitutionem pupillarem eſt, quia vtile patris teſtamentum ſine aditione eſſe non poteſt. nu. 6.*

Fideicommiſſum. Per fideicommiſſum non niſi iura vtilia hæredi grauato pereunt. ibid. verſic. reſponſio ſubdi & altera.

Aditio. Per Aditionem in dominio, & patrimonio hæredis bona efficiuntur ita, vt hæredis non teſtatoris, aut hæreditaria dicantur. ibidem verſiculo Rationem hunc.

7 *Teſtatur de bonis hæredis, quæ in dominio teſtatoris nunquam fuerunt perinde vt de ſuis diſponit.*

Fideicommiſſarius, & legatarius ex voluntate teſtatoris expreſſa, vel tacita bona fideicommiſſa, legatave authoritate propria accipiunt. ibidem verſiculo quarto glo.

Intellectus. l. Centurio. ff. de vulgar. numero octauo, & numero 118.

8 *Ratio, vt ſit bona generalem, & neceſſariam eſſe oporteat, vt neceſſario concludat. verſi. ratio enim.*

Voluntas etiam pagani exactè ſeruanda, & indiuidua teſtatoris voluntas dicitur, cui ſine diminutione obtemperandum. ibid. verſi ſecundo Calca. rationi.

Priuilegij militaris de quo in l. Centurio, vt directò poſt pubertatem ſubſtituere poſſit, quæ ſit ratio. ibid. verſiculo ſed ratio Priuilegij huius. Omnino in verſ. ratio itaque probabilior.

Vtilitas publica in militia verſatur, cuius vtilitatis publicæ cauſa a regulis iuris diſcedimus. ibid. verſic. ratio itaque probabilior.

9 *Subſtitutio directa poſt pubertatem, & hæreditate aditam à milite facta filium a legitima excludit ſecundum crebriorem, & meliorem Doct. ſententiam contra Ripã & Caſtrenſem. verſic. Sententia diuerſa melior. Quod verum de iure Digeſtorum & Cod. aliud hodie iure nouiſſimo auth. inſpecto. num. 10. verſic. inde fit, vt poteſtate hac.*

Subſtitutio pupillaris matrem a legitima excludit. numero 9.

Subſtitutio militaris filij teſtamentum non dicitur cum patri non filio per eam quis ſuccedat. ibid. verſi. teſtamentũ quippe filij.

Directa iura, quæ apud hæredem grauatum remanent, quẽ effectum pariant. ibid. verſi. quod contra in ſubſtitutione directa.

Subſtitutio militaris bona filij non complectitur. ibid. ver. tertiò opi. hæc.

Legitima filio debita, quod ad legatarius, & ſubſtitutos attinet æris alieni loco habetur. ibid. verſi. qua ratione igitur. Declaratur num. 11. verſ. non obſt. creditorem, vt impropriè id ſit.

Intellectus. l. precibus. C. de impub. ibidem verſiculo ſententia diuerſa melior. & numero 84 verſiculo ſed cum manus, & numero ſequen. & numero 101. & ſeq. & numero 124. & ſeq. verſi. compendio ſuperiora recolligendo.

Benefacere alij nemo compellitur, nocere tamen prohibetur. nu. 9. verſi. & propius id.

10 *Legitimam miles filio relinquere non compellitur, ideo querellæ inofficioſi teſtamentum eius non ſubijcitur filio exhæredato aliud de iure nouiſſimo auth. d. nu. verſicu. inde fit, vt poteſtate.*

Teſtamentum militis querellæ inofficioſi non ſubijcitur filio exhærede facto. ibid. diuerſum hodie de iure Auth. ut in verſi. inde fit, vt poteſtate hac.

Subſtitutionis directæ commoda remiſſiuè. Ibid. verſ. æque Gulian. Arg.

11 *Legitimè ius à iure ciuili Proditum ratione tamen naturali impellente. numero 82. verſiculo pro reſponſione.*

Legitima lege, aut ſtatuto in ſolidum adimi poteſt. ibidem verſi. inde fit vt in ſolidum, ſed vide infra in verſi. ſecundo reſpondetur.

Legitima propriè debita non dicitur, ſed quaſi. Ideo loco creditoris filius in legitima dicitur, & impropriè æs alienum in legitima conſideratur. ibid. verſiculo non obſt. creditorem.

Dictio quaſi, tanquam quodammodo locutionem improprium denotat. ibid. verſi. non ob. creditorem.

12 *Subſtitutione fideicommiſſaria a milite facta an legitimam ex ea detrahere ante ius authenticorum liceret. & 82. verſi. neque dixeris.*

Trebellianicum, falcidiamve prohibere hodie teſtator poteſt. num. 12. verſi. quod ad Arg. Ripæ. Expreſſionem autem ſpecialem prohibitio hæc deſiderat d. nu. verſic. ſed dicturus aliquis.

Trebellianicæ, falcidiæque detractio voluntati teſtatoris cõtraria ſecundum communem Doct. ſententiam. ibid. ver. Atqui poteſtate hac non mouente.

13 *Error iuris in milite, ſicuti in minore præſumitur.*

Trebellianica, Falcidiave ad teſtamentum militis, ſeu fideicommiſſum hodie pertinet ſecundum communem. ibidem verſi. cæterum quia ius legitimè.

14 *Species facti. l. Centurio. ff. de vulga. & pupil. ubi dubitandi, & decidendi rationes.*

Res una, & eadem diuerſo iure cenſeri non debet, etiam in materia odioſa, & pœnali ibidem Declaratur regula iſta. numero vigeſimo verſiculo rationi hac decidendi.

vt non

Et non procedat ob temporis, & perſonarum diuerſitatem, & numero uigeſimoprimo ubi uide, & in uerſiculo apparet ſecundo. & nume. uigeſimoſecundo uerſiculo ſecundo principaliter.
Priuilegia reſtringenda, quia iuris ſtricta ſint. ibid. verſi. Neque mouet priuilegio militis.
Quod ampliatur etiam ſi pupillo, & cauſa pia conceſſum ſit.d.nu.verſi.ſecundo ſi diuerſitatem.
15 Diſpoſitio in dubio facta intelligitur cui verba conueniunt.
16 Princeps extraordinaria, ac priuilegiaria poteſtate vti creditur vbicunque inutilis alias actus fieret.
Expreſſum in ſpecie dicitur, quod ad vnum tantum referri poteſt.ibid.verſi.ſecundo cum verbis.
17 Legatum eorum, quae viuus teſtator medico praeſtabat, ad ea reſtringitur, quae vniformiter praeſtabantur.
Vniformiter diſpoſitio intelligenda, quotiens ita accipi poteſt.ibid.
Ius commune iure communi inſpecto actum in dubio, quid intelligitur. ibidem verſiculo ſi dixeris. & numero ſequen. vbi ampliatur, vt offenſio verborum permittatur, potiusquam contra ius commune interpretatio fiat.
Determinatio vniformis in diſpoſitione hominis facienda quamuis diuerſa ratio in perſona vna, atque altera ſit. ibid.verſi.inualeſcit difficultas.
18 Statutum ſecundum ius commune ordinarium non extraordinariam interpretandum.
19 Subſtitutio pupillaris fauorabilior militari, cum haeredem pupillus ex pupillari habeat, pupillo enim, & in bonis eius omnibus ſubſtitutus ſuccedit, ideo pupillaris in dubio ſubſtitutio aſtimatur, qui pupilli interſit ne inteſtatus decedat.
20 Fauorabilius, quod eſt id potentius aſtimatur.
Subſtitutio compendioſa communi verbo facta variè pro temporibus accipitur.ibid.verſiculo idem in ſpecie ſubſtitutionis, & nihil intereſt puberi, an impuberi verbis directis à pagano fiat. nume. 35. & ſeq. omnino nume. 89.in fi.& ſeq.
Claudicat contractus pupilli fauore. ibid.verſi.ſecundo hoc idem.
Feudum iure diuerſo in perſonis diuerſis intelligitur, vt nouum à tranſuerſalibus, paternum à deſcendentibus habeatur. ibidem verſiculo feudum item iure diuerſo.
21 Intellectus.l.iam hoc iure. ff. de vulgar. ſeu illius ratio.
Aequalitatem inter liberos ſeruare pater creditur. ibidem.
22 Mens ex ratione deſumitur, & nihil aliud mens, quam ratio aſtimatur.
Determinatio diuerſa fit ob diuerſam rationem. ibidem verſi.iam in tex. non paucos.
23 Cumulare remedia contraria licet reſpectibus diuerſis.
24 Vnitas. In vnitate, pluralitateve actuum dijudicanda executio obſeruanda.
Bartol. emendatio in primo notabili. ibidem verſiculo in l. hac.
Directo ſubſtituendi facultas paganis poſt aditam haereditatem non datur. ibidem verſiculo notabilis, ſed differentia huius.
Ius commune priuilegiario, & ſpeciali iure potentius. ibid.verſi. potentius planè.
25 Subſtitutio pupillaris priuilegiaria.
Subſtitutio militaris directa poſt pubertatem ad bona teſtatoris ratione duplici reſtringitur. ibidem verſi.Rationem duplicem ſubſtitutionis militaris. Ampliatur eod.nu.verſi. Ampliatur notabile.
Princeps bona aliena ſine cauſa non aufert, & vbi liceret ſine cauſa ius alienum laedere, quia indignum eſt factum in dubio non creditur. ibidem verſiculo Rationem duplicem vbi ampliatur etiam ſi iuſta cauſa ſit tertio praeiudicandi, praeiudicatum enim in dubio non creditur.
Princeps quibus caſibus tertij ius laedere poteſt, reſtringi tamen Principis actus debet, vt minus laedat, quam ſit poſſibile. ibidem verſiculo hoc amplius.
26 Dictum Doctoris ſecundum legem, quam allegat intelligendum.
Referens ita accipiendum, vt relatum eſt.ibid.
27 Intellectus.l. in pupillari & l.verbis ciuilibus. ff. de vulgar. & pupillar. & vigeſimooctauo verſiculo ex ſcriptis Barto.
Tranſitus in his facilis in quibus Symbolum intercedit. ibidem verſi. regula haec facilem tranſitum.
28 Qualitatis mutatio haeredis vnius in alium recipitur.
Res eadem diuerſo iure ob perſonarum diuerſitatem cenſetur.ibid.verſi. Aliter etiam ad arg.
29 Offenſio verborum admittitur in teſtamentis praecipuè ne irrita teſtatoris voluntas fiat, & in disiunctam coniuncta, & econtra reſoluitur mentis huius ſeruandae cauſa.& nu. 31.
30 Subſtitutio puberi verbis directis facta ad fideicommiſſariam trahitur. & ſequen. pluribus vbi, qui ex mente teſtatoris directa, verba obliquantur omnino. num. 35. verſi. verba directa.
Haeredis appellatione largè fideicommiſſarius continetur. ibid verſi. quarto appellatione haeredis.
31 Impropriè mentis ſeruandae cauſa verba intelligenda, quinimo in ſignificatu contrario, & alimenta pro vſufructu, & econtra accipiantur ex voluntate diſponentis.
32 Extenſio in materia etiam ſtricta, & odioſa ad ea permitti ſolet, quae ſub caſu expreſſo ex largo, aut improprio ſignificatu contineri poſſunt ratione eadem interueniente.
Facilius id ſuppletur, aut reformatur, quod omiſſum omnino non eſt, quam quod omiſſum omnino ſit, quod exornatur. ibidem verſiculo ex Butrgela id confirmatur.
33 Facilior incluſio, quam extenſio, & latè verba in materia etiam poenali accipimus, quatenus eorum ſignificatus generalis patitur.
34 Quandocunque reum ſiſtere, qui cauet etiam poſt ſententiam obligatur, aliud eſt ſi reum apud iudicem ſiſtere ſimpliciter promittat.
Conditio ſi ſine liberis pupillarem ſubſtitutionem non excludit.ibid.verſi.qua ratione.
35 Inſtituo verbum merè directum, & ciuile dicitur.
36 Tale, quid initio ſit, an tale poſtea fiat nihil intereſt.
37 Actus agentium praeter intentionem eorum non operantur, & actus noſtri voluntarij non extenduntur vltra quam gerantur, & animus diſponentis ferat, vbi ampliatur.
38 Interpretatio reijcienda, in qua ſubauditio vertitur quoniam verbis legis inhaerendum.
39 Verba reſtringenda, vt quo reſpectu prolata ſunt intelligantur.
40 Vniuerſalia verba reſtringenda ne irrationabilia alias remaneant.
Voluntatem ultimam adimpleri publicè intereſt, & iura pietatis uiolare dicitur, ac in legem committere, qui uoluntati teſtatoris non obtemperat.ibid.
Interpretatio reijcitur per quam ſterilia, & inertia uerba fiunt.ibid.uerſi.aitio item ſenſus.
41 Extenſio ad caſum omiſſum ex minori ratione non fit cum rationem minorem omiſſus caſus, quam expreſſus habeat, quamuis extenſionem alias materia ipſa admittat, ubi ampliatur procedere ſi dubitetur, an eadem in caſu omiſſo ratio ſit.

42 *Conſenſu, aut voluntate actus vitius ear ac non poteſt.*

43 *Interpretatio licet in dubio facienda ſit vt actus effectũ ſortiatur, ad actum tamen non pertinet cui mens diſponentis repugnant.*

44 *Interpretatio priuilegij ita facienda ne inutile fieri poſſit.*

Interpretatio ſtatuti ita facienda, vt in omnibus ſuis partibus operetur, neque ſufficit ſi in parte aliqua operari poſſit. ibidem verſiculo ſententiæ huic non inepta.

45 *Subſtitutio vbicunque puberi, aut impuberi ſit cui pupillariter ſubſtituere per legem non licet, ex fideicommiſſo defenditur vbi Ampliatur, & ad argumen. filij Reſpondetur in verſi. contra limitationem hanc.*

Directa verba, quæ iure directo conſiſtere initio nequeunt ad fideicommiſſum trahuntur. ibidem limitatur. nume. 54.

46 *Subſtitutio directa in codicillis facta ad fideicommiſſarium trahitur vbi ampliatur, & limitatur, & de eo quæritur, an idem ſit in inſtitutione in codicillis facta.*

47 *Cogitata. Ad non cogitata diſpoſitio non trahitur, quia à non cogitatis conſenſus abeſt.*

Codicilli nullo facto teſtamento robur accipiunt ſi ab inteſtato agnita hæreditas ſit. ibidem verſicu. quoniam non aliter.

48 *Subſtitutio directa, quamuis vti directa ſuſtineri nunquã potuerit in fideicommiſſariam non tranſit. Vbicunque ad directum teſtantis voluntas coarctata inuenitur, & pluribus ſeq. vſque ad nu. 52. verſi. ſumma igitur ſublimitationis.*

Fideicommiſſum in directam ſubſtitutionem tranſire ius noſtrum non patitur. ibidem verſiculo quod vtique non fieret.

Factum ad animum declarandum verbis potentius. ibid. verſi. imo factum.

49 *Verba reſtringenda, vt quo reſpectu prolata ſunt intelligantur.*

Intellectus. l. ſecunda. §. ſed ſi extraneum. ff. de vulgari & pupilla. numero 48. & ſequen. & numero 51. & ſequen.

50 *Subſtitutio pupillaris puberi expreſſim facta an iure fideicommiſſi defendi poſſit.*

Conditio impoſſibilis in voluntate vltima reijcitur ne caduca fiat diſpoſitio. ibid. verſi. confirmationem animaduerſio hæc.

Specialia plura reijcienda. ibid. verſiculo ſecundo Ang. diſtinctione.

51 *L. Quod ab initio. ff. de reg. iuris declaratur.*

52 *Intellectus ille præualet, in quo maior verſatur dubitatio, vt caſui magis neceſſario conſultum dicatur.*

53 *Hæres ante dici, quis non poteſt, quam adita ab eo hæreditas ſit.*

54 *Intellectus. l. fina. C. de hæredib. inſtituen. & pluribus ſequen.*

55 *Error in nomine inſtituti, & inſtituentis non vitiat teſtamentum.*

56 *Præſuppoſito aliquo quotiens, quid exprimitur non aliter ratum id habetur, quam ſi de præſuppoſito conſtet. & numero ſexageſimoſexto verſiculo Caſtren. opi. verior.*

Præſuppoſitum. Ex verbis præſuppoſitiuis diſpoſitio non inducitur. ibidem verſiculo Alterum ex dicta lege.

Subſtitutio in qua mentio mortis non habetur pupillarem includere poteſt ſi impuberi in poteſtate ſiat velut ſi cum ita dicitur filio meo Titium ſubſtituo. ibid. verſ. non rectè de tex. illo.

57 *Clauſula codicillaris non operatur, vt ad fideicommiſſum vulgaris porrigatur, vbi limitatur ſi ex interpretatione vulgaris intelligitur, & dubitatur, an trahi ad fideicommiſſariam poſſit, quia locus fideicommiſſaria erit. dicto numero verſiculo ſed a dubitatione vacuum. vide numero ſexageſimotertio verſic. veram ſublimitationem.*

58 *Fideicommiſſarius teſtatori non hæredi ſuccedit vbi idem in ſubſtituto ex vulgari.*

59 *Subſtitutio pupillaris in codicillis facta obliquatur, etſi tractum temporis non habeat.*

Argumen. de toto ad partem, in tempore, & ad partem temporis recipitur. ibid. verſiculo tam vbi circa reſtrictionem.

60 *Subſtitutio compendioſa verbis ciuilibus impuberi facta fideicommiſſi iure poſt pubertatem ſuſtinetur, quamuis iure directo conſiſtere initio potuerit.*

Clauſula codicillari adiecta limitatur. numero ſexageſimoprimo verſicu. ſublimitationem limitatio hæc. Ampliatur. nu. 62. & nu. 64.

61 *Expreſſum illud dicitur, quod in antecedens, aut conſequens neceſſarium venit.*

Subſtitutionis obliquatio, quando admittatur. ibid. verſ. ex Bal. inuari.

62 *Onus eo caſu non imponitur, quo cõmodum, quis non conſequitur. verſi. eadem ratione.*

63 *Clauſula codicillaris contra voluntatem teſtatoris non operatur.*

64 *Clauſula codicillaris in præſens tempus concepta obliquationem ſubſtitutionis non admittit, quæ verbis directis facta ſit, quia ad tempus futurum poſt pubertatem clauſula non trahitur.*

65 *Subſtitutio compendioſa, quæ verbis ciuilibus impuberi facta ſit, ad fideicommiſſum poſt pubertatem trahitur clauſula interpoſita omni meliori modo, &c. Vires enim clauſulæ.*

Codicillaris habet. ibidem idem & facilius in clauſula probandum vulgariter pupillariter, & per fideicommiſſum d. nu verſi. idem & facilius.

Clauſula omni meliori modo, &c. Vim habet. Clauſulæ codicillaris. ibidem verſiculo confirmatur limitatio.

66 *Subſtitutio compendioſa, quamuis in verba directa concepta ſit effectum poſt pubertatem quaſi fideicommiſſaria habet conditione adiecta ſi ſine liberis deceſſerit, vbi diuerſas Docto. ſententias refert. Et ampliat, vt procedat ætatis etiam pupillaris mentione facta, veluti ſi filius in ætate pupillaris, & ſine liberis moriatur.*

Subſtitutio breuiloqua cum clauſula ſi quis veſtrum ſine liberis deceſſerit ad fideicommiſſariam trahitur. ibidem verſi. ad limitationem hanc.

Habilia aliunde præſupponuntur, quotiens de aliquo diſceptatur. ibid. verſi. Huc, & illud ſpectat.

67 *Impubes, vt pater ſint pro miraculo habetur. numero 66. verſiculo neque ad rem, & numero ſequen. verſiculo ſecundo Reſpondetur vbi qui viris etiam grauiſſimis id aſſerentibus non creditur.*

Communiter. Voluntas diſponentis ab his declaratur, quæ communiter fieri ſolent. ibid. idque actum præſumitur, quod fieri conſuetum eſt, vt ob id probandi onus in aduerſarium transferat.

Filiationis probatio impoſſibilis etiam inter maiores. ibi. verſi. ſecundo reſpondetur.

Probatio fortior ab eo præſtanda contra quem ſtat iuris præſumptio. ibidem verſiculo id quidem in prim. ſ.

68 *Abſurdum, quod eſt voluiſſe nemo creditur, nec illud ſenſiſſe, quod vitio, aut probro ei dari poſſit.*

Coniuncta in Alternatiuam reſoluitur, quæ poſita inter contraria ſit. ibidem verſiculo quinto in diſiunctiam.

69 *Coniunctim, vel diſiunctim ex mente diſponentis verba in*

telligenda

intelligenda, quotiens neque coniunctionem, neque diſiunctionem oratio habet.

70 Dubium. In dubio opinio illa præualet, per quam vtrique caſui prouidetur.

Subſtitutio vbicunque cum verbo directa, aut ciuili coniunctum verbum commune inuenitur veluti ſi filio impuberi decedenti Titium pater inſtituit, & ſubſtituit directam, & fideicommiſſariam ſubſtitutionem continet, ne inutile verbum commune ſubſtituo fiat. ibidem verſic.

Limitatio quinta. omnino nume. 76. 77. 78. vbi ſublimitatur.

71 Subſtituo verbum commune contra Decium, quo lege ratione, & authoritate probatur. numero ſeptuageſimoſecundo 73. 74. 75.

72 Subſtitutio fideicommiſſaria tractum temporis deſiderat, quia aditionem hæreditatis expoſtulat.

Subſtitutio compendioſa dicitur, quæ ſub mortis commemoratione fit, ſeu conditione vide nu. 141. verſi. circa definitionem.

73 Verba ſingula legis, & priuilegij ponderanda, vt effectum aliquem pariant.

74 Relatio id efficit, vt ſecundum naturam relati referens intelligi debeat. & nume. 92. verſic. nona ex illa glo. producitis.

Propriè verba intelligenda tam in legibus Iuriſconſultorum, quam Imperatorum verſiculo idque in legibus.

Subſtitutio non tantum in hæreditate, ſed & in legatis fit. ibid. verſi. quinto non modo.

Tale propriè non dicitur, quod tale ſimpliciter non eſt. ibid. verſi. ſexto præter alios.

75 Subſtitutio Directa in dubio potiusquam fideicommiſſaria dijudicatur. 88. vbi declaratur vbi cum perſonis, & rebus ſubſtitutio directa congruit rationem vide. nu. 94. verſi. tertio ad ſubſtitutionem.

Subſtitutio quaſi genus intelligitur, quod in ſpecies duas diuiditur directam, & obliquam, quas ſub ſe propriè continet. ibid. verſi. nona ratione.

76 Subſtitutio tantum directa continetur, vbicunque ad verbum directum determinandum commune additur.

77 Demonſtratiuè in dubio verba intelligenda, vbicunque dupliciter intelligi diſponendi, aut demonſtrandi cauſa poſſunt.

78 Subſtitutio compendioſa verbo communi tantum perſonis diſparibus facta matre etiam non interueniente, Ad pupillarem propter diſparitatem nihilomagis trahitur.

Subſtitutio reciproca ſi compēdioſam admixtam habeat fideicommiſſariam continebit ſi verbo communi facta ſit. ibid. verſi. inde ſenſus.

79 Subſtitutio pupillaris filio arrogato facta ad filij bona non trahitur, ſed patris tantum bona capit.

Filius naturalis ſub poteſtate patris non dicitur, ideo ei pupillariter non ſubſtituit. ibidem verſiculo, ſed Bart. ſolutio.

Verba to reſpectu intelligenda, quæ prolata ſunt. ibid. verſic. quæ ſolutio.

80 Subſtitutioni pupillari filij exhæredatio non nocet declaratur. nu. 82.

Subſtitutio pupillaris a milite an fieri poſſit filio ſui iuris ſi ab ea inſtitutus ſit. ibidem verſiculo reſponſioni Bartol.

81 Filiorum Appellatione in materia fauorabili nepotes veniunt.

Priuilegium filio datum non aliter ad nepotem tranſit, quam ſi fauorem merum habeat, & Tertij ius non minuat. ibidem verſi ſed melior Caſtren. Ratio.

82 Subſtitutio militaris filio exhæredato rectè fit cui aliquid ex fideicommiſſo, aut legata relictum ſit in quo locus eſſe ſubſtitutioni poſſit.

83 Fideicommiſſum in teſtamentis militum, & fauore militis directo iure ſuſtinetur idem pagano permiſſum, vt verba obliqua ad directa trahere poſſit, ſi de voluntate eius appareat vbi declaratur.

84 Gloſſa vltima. l. Centurio. ff. de vulga. & pupilla. explicatur. & ſequen. & numero octuageſimoſeptimo aliter author ſecundam partem glo. intelligit, quam Bartol. & Docto. alijs viſum ſit rationibus motus de quibus. nu. 90. & ſeq.

85 Subſtitutioni pupillari tacitæ contra matrem locus non eſt.

86 Subſtitutionis compendioſæ materia tractatur. in 141. & & pluribus ſeq.

Subſtitutionum variatio pro tempore fit. ibid.

89 Interpretatio fauorabilior per quam ad ius commune Res reducitur, vt ob id verba ipſa offendere liceat.

Propriè in materia quauis etiam odioſa, & pœnali verba intelligenda. ibid. verſi. vt reſponſionis.

Relatio ad ea non fit, quæ ſeparata omnino videntur. ibid. verſi. ſecundo reſpondetur.

Subſtitutio compendioſa verbo communi a pagano facta directo ante pubertatem, deinde iure fideicommiſſi ſuſtinetur. ibidem verſi. antequam vlterius, & num. ſeq. contra Bart. & alios, & quid ſi mater ſit in medio num. 95. verſi. ſed obiecturus.

90 Repetitio ad præcedentia non fit, quæ perfectam, & determinatam orationem habent. verſi. ſecundo vtrumque caſum.

91 Subſtitutio pupillaris facta intelligitur poſtquam de ætate pupillari mentio fit.

Natura. Secundum naturam actus verba accipienda, & vt quam minimum poſſit natura ipſa offendatur, & generalia verba reſtringenda, vt ad ea referantur, quæ ad naturam actus ſpectant. ibidem verſic. tertio cum in ætate.

92 Copulæ proprium eſt, vt inter diuerſa ponatur.

Quilibet dictio diſtributiua eſt. ibid. verſi. octauo verba illa obſeruanda.

Argumentum a tota ad partem ceſſat vbicunque ratio eadem partis, atque totius non eſt. ibidem verſic. regula item de qua.

93 Facilius ex diuerſitate temporum, quam perſonarum diſpoſitio diuerſa admittitur.

94 Propriè, & impropriè reſpectibus diuerſis verbum idem accipitur.

Potentius, quotiens actus, aut verba dua natura diuerſa interueniunt de pleniori, & potentiori cogitatum ſemper creditur. ibidem verſic. tertio ad ſubſtitutionem directam.

95 Interpretatio potior per quam contrarietas excluditur.

96 Fauoris ampliandi cauſa verborum aſſenſio permittitur.

97 Omnimoda dictio verbum vniuerſale eſt modum, & caſum omnem ſignificans.

Subſtitutio pupillaris tacita matrem non excludit. ibid. limitatur. nu 98. verſi. ſed enim in pupillari expreſſa verbis generalibus.

98 Alternatiuæ natura eſt, vt inter diuerſa ponatur.

99 Generalis expreſſio idem ac ſpecialis præter caſus certos præſtat.

Generalis forma propriè ſpecies ſuas omnes complectitur. ibid. verſ. ſecundo ex eo.

Generalis diſpoſitio latè accipitur etiam in materia odioſa, & pœnali. ibid. verſi. idque & iure illo iuuatur.

Subſtitutio vulgaris expreſſa, quare tacitam pupillarem contineat contra verborum formam. nu. 100. & an illam contineat matre in medio exiſtente cum illam non excludat. nu. 103. & ſeq. vbi de vtilitate huius quæſtionis diſſeritur. vide nu. 107. & ſeq.

100 Subſtitutio pupillaris tacita, quæ ſub vulgari expreſſa cōtinetur interpretatiua, & legalis appellatur.

101 *Genus, quod in genere dictum apud legem, gloſas, Doctoreſve eſt ſecundum id intelligendum, quod in ſpecie declaratum inuenitur, ne ſpeciei genus deroget.*

102 *Iure communi non priuilegiario militem in dubio vti credendum eſt.*

104 *Facilius aliquid confirmatur, quam de nouo inducatur.*

Morte an repudiatione ab hæreditate, quis excludatur nihil intereſt. ibid. verſi. ita ſubſtituto nocere.

Deportati mortuorum loco habentur. ibid. verſi. idem præter Barto.

Paria ſunt neminem extare, qui ſuccedat, vel inhabilem eſſe. ibid. verſi ſimilimodo nihil refert.

Teſtamenti tempus inſpicitur, vt intelligamus, quid & quantum ſub teſtamento contineatur. ibid. verſ. tex. huc ſpectat. & verſ.

Secundò quid, & quantum limitatur nu. 109 ſi de alia teſtatoris mente conſtare poſſit.

105 *Taciti, & expreſſi par ſemper non eſt virtus, & locum regi la in tacito habet, quod neceſſariò ſub expreſſo includitur. d. nu. verſ. locum enim.*

Subſtitutio Pupillaris tacita, & coniecturis probata a ſubſtitutione tacita interpretatæ, ſeu legali differt ibid. verſi. hoc ita niſi pupillaris.

Legatum [illegible]rum ſimpliciter a legato differt in quo pure expreſſim legatur veluti, vt præſenti die debeatur. ibid. verſ. itaque cum voluntarie, vbi ratio diuerſitatis.

Tacitum expreſſo cedit. ibid. verſ. rei huius illa eſt ratio.

106 *Offenſio verborum permittitur, vt contrarietas euitetur.*

Effectus. Cum effectu verba intelligenda. ibid. verſ. inde dicimus.

107 *Facilius id conualeſcit, quod factum aliquando ſit, quãuis vitioſè, quam quod factum omnino non eſt.*

108 *Variatio in eodem actu pro diuerſitate perſonarum admittitur. ibid. verſ. ſecundo igitur. & nu. ſeq. & nu. 109. verſi. ſumma diſceptationis.*

Intellectus & declaratio regulæ. l. quod initio. ff. de regu. iuris.

Præteritione filij vitioſum teſtamentum, vtile eo abſtinente fit. ibid. verſi. ex tex. præter Imolam.

110 *Declaratio caſus primi & ſecundi de quibus apud Bart. in quinta eius oppoſi. nu. 110.*

111 *Subſtituto directo beneficium Diui Adriani ſtatim datur quam ſubſtitutionis conditio euenit, fideicommiſſario vero non niſi poſt reſtitutionem fideicommiſſi verbalem caſibus nonnullis exceptis.*

Subſtitutionis militaris, & fideicommiſſariæ differentia nu. 110. in fin. & ſeq. & nu. 115. 116.

112 *Obliquatio matris fauore quando admittitur.*

113 *Fructus viuo teſtatore percepti, & in eius hæreditate inuenti, exemplo aliarum rerum hæreditariis indicantur. & nu. ſeq. verſi. opinio diuerſa: & num. 118. & conſumptorum æſtimatio debetur fideicõmiſſario nu. 122. verſ. ad arg. ſecundum Bar. Codex deprauatus in quinta eius oppoſi nu. 113. verſi. quocirca inemendatum.*

114 *Fructus vltra triennium ſeruari lex non præſumit. numero 114.*

Remedijs omnibus prohibitis & excluſis.

116 *Reſtitutio in integrum ſalua manet.*

Legitimæ creditor, quo ad patrem filius dicitur & debitũ bonorum ſubſidium appellatur. ibid. verſ. rurſus ſi ad militarem.

Perpetuum temporali potentius. ibid. verſi. perpetuum eluat.

117 *Principaliter quod fit inſpiciendum non illud quod in conſequentiam venit, ideo a principali fit denominatio.*

Territorium. Ad bona extra territorium decretum iudicis trahitur quotiẽs ad perſonam pupilli, aut adulti principaliter ſpectat. ibid. verſ. alienum ab his.

118 *Subſtitutio militaris fructus non comprahendit, qui in hæreditate filij reperti ſunt contra Bartolum.*

Alienatio in hæredes legitimos ab eo facta dicitur, qui ab inteſtato moritur, & tacite teſtari dicitur, qui expreſſim non teſtatur. ibid. verſi. ſecundo ſi a filio.

119 *Immediata ad declarandum potiora, quam mediata & remota ſunt.*

120 *Clauſula in fine poſita ad ſuperiora omnia refertur, ſed quod in vna oratione ponitur ad aliam non trahitur.*

Relatio ad proxima, & non ad ſeparata fit. nu. 119. in fi.

Relatio ad præcedentia omnia non fit quoties capituli vnius declarandi, moderandi, aut limitandi cauſa quid adſcribitur, ſed ad capitulum illud reſtrictio fit. nu. 120. verſi. ſexto ad præcedentia.

Relatio ad præcedentia omnia nunquam fit quotiens ratio aliqua inuenitur ob quam ad proxima potius relatio fiat ibid. verſi. ſeptimo ad ſuperiora.

121 *Dubium. In dubio ad teſtatorem non ad hæredem verba referenda.*

Prohibitio alienandi extra familiam ad familiam teſtatoris applicatur. ibid. verſ. idem Bar.

Vſufructuarius fructus ſuos ſtatim facit, quum percepti ab eo ſunt quamuis mox decedat. verſ. nono argumento.

122 *Reſtitutio in integrum de principali præmiſſa ad fructus, & acceſſoria alia non porrigitur limitatur cum iure ipſo abſque ſententia iudicis reſtitutio in integrum conceditur d. nu. verſi. ſecundo ſpeciale ius odioſum ideo reſtringendum, & receſſus omnis a iure communi odioſus. ibid.*

123 *Reſtrictio verborum fit, vt quo reſpectu verba prolata ſunt intelligantur.*

Hæreditas viuentis non dicitur. ibid. verſ. quarto niſi poſt mortem.

124 *Exceptio a Regula ab eo probanda a quo allegatur. verſ. ſenſum hunc glo.*

Pia cauſa gratia a verbis non diſcedimus. ibid. verſi. quomodo porrò exceptio. Quod tamen indiſtinctè non approbatur.

125 *Generalis lex generaliter intelligenda etiam in materia pœnali.*

Mens ex verbis cognoſcitur. ibid. verſ. inde contrarium.

Subſtitutio a patruo verbo communi facta intra pubertatem matris gratia obliquatur. ibid. verſi. qua enim ratione.

126 *Dubium dicitur, quod intelligi multifariam poteſt.*

Dubium in dubio iure communi non priuilegiario vti miles creditur. ibid. verſ. in re planè dubia.

127 *Veluti dictio veritatem exprimit, idem in dictione quaſi, & dictione ſicut. Declaratiuè etiam, & cauſa ſine intelligi dictio veluti, & dictio ſicut poſſunt. d. nu. verſi. declaratiuè etiam.*

128 *Intellectus, & facti ſpecies. l. Scæuola. ff. ad Trebellia. & ſequen.*

129 *Omni, quod in fideicommiſſo ſpectari ſolet, ad reciprocam ſubſtitutionis euentus rationem non pertinet.*

Subſtitutio breuiloqua inter ſubſtitutos facta de qua in l. Scæuola. ff. ad Trebel. & qua ex fideicommiſſo ſuſtinetur, quo iure in fideicommiſſo hoc ipſa valeat. ibid. verſi. tertia quæſtio.

130 *Confirmatio ad ampliandum non valet.*

131 *Subſtitutio reciproca, quæ tractum temporis habet ad fideicommiſſum trahitur.*

132 *Ad fideicommiſſum etiam pertinet ob clauſulam codicillarem.*

Subſtitutio reciproca in teſtamento expreſſa ad fideicommiſſum regulariter, ideo non porrigitur, quia directa in dubio ſubſtitutio iudicatur, quæ ſimpliciter, & citra temporis tractum fit. ibid. verſ. ſententia hæc.

Velle quis creditur quod natura actus poſtulat, & pro expreſſo habetur, quod eſt de natura actus. ibid. verſi. itaq; cum ad codicillos.

133 *Teſtamenti iure vbi ſcriptura non ſuſtinetur, nec codicillorum iure valebit, quod intellige ſi ad teſtamentum coarctata diſponentis voluntas erat.*

134 *Subſtitutio pupillaris in codicillis a milite ſicut militaris fieri poteſt; cum directo in eis ſubſtituendi conceſſum militi ſibi, & in verſi. dubitari in eo poteſt, vbi limitatur ſi*

ver-

verbo communi miles vtatur.
Priuilegia multiplicanda non ſunt. ibid. verſ. quarto niſi ex priuilegio.
135 Fructus ab hærede percepti ſubſtitutioni non cedunt, quia iuſſus hæreditatem reſtituere id demum reſtituit, quod hæreditatis fuit, nec in quartam Trebellianicum imputantur. eod. nu. verſi. textum etiam validiorem.
Hæreditatis nomen ſtatim deſinit, quam adita hæreditas eſt, & hæredis bona poſt aditionem appellantur. ibid. verſic. ſi dixeris.
Bart. in octaua & vltima oppoſitione ad l. Centurio contra communem & verum Doct. ſententiam loquitur. nu. 134. in fi. & ſeq. verſi. quia abunde ſatis.
Ratio idem eſt ac cauſa in diuerſorum ad finem eundem tendentium coniunctio. nu. 135. verſ. vnde illud videndum, vbi dictum Bal. refert caſus eoſdem non diuerſos intelligi in quibus Ratio eadem inuenitur.
136 Quartæ duplicis detractio, an aſcendentibus ſicuti deſcendentibus competat in vtramque partem urgitur, & aſſirmatiuam opinionem author tuetur de qua in conſi. ſuo. 110.
Extenſio in correctorijs, non fit etiam ex identitate rationis. verſi. ſecundo ſpecies hic Limitatur. nu. 138. vbi Ratio eſt expreſſa.
Conſequentia, vt tollatur influentiam dare ſufficit nu. 136. verſi. tertio ad tollendam. Declaratur nu. 138. verſi. tertiam item urg.
Legitima æque Aſcendentibus debita ac deſcendentibus eſt nu. 136. verſi primum igitur.
Perſonarum duarum iura, vbi in perſona vnius concurrunt, de perſona vna in ſeparabilibus perinde iudicium faciendum, vt de duabus. ibid. verſi. iure enim notiſſimo.
Expreſſum id dicitur, quod ex narratis ſequitur. ibid. verſ. itaque urg primum.
Tacitè cautum dicitur, quod rationem eandem habet. ibi. verſ ſecundo ex Bal. ipſo.
Extenſio ad caſus fieri non dicitur, quos ratio ipſa complectitur, ſed ſub ipſa diſpoſitione comprahenſos dicimus. ibid. verſ. tertio acrius.
137 Expreßum & ſcriptum dicitur, quod ex verbis ſcriptis colligitur, & inſeritur vbi ſcripturam lex deſiderat.
Expreſſum dicitur, quod ita declaratur, vt ad capiendum intellectus non laboret, verum dubitatione omni remota putet. ibid. verſ. quinto expreſſum dicitur.
138 Ius canonicum ius ciuile in his non corrigit, quæ ad peccatum, aut ſalutem non pertinent, ſed vnamquodque in foro ſuo ſeruatur. verſ. ſecundo præter Crotum. Declaratur eodem nu. in verſi. aut iure ciuili.
Voluntas ſine poteſtate fruſtra conuinr. vnde pro non correcto habetur, quod corrigi non poteſt. ibid. verſ. & quomodo correctio.
139 Teſtis ratio non idonea teſtimonium eius prorſus euertit, quia Ratio Dictum ad ſe trahit.
Teſtis dictum firmum, & conſtans & ſine dubitatione aliquu eſſe oportet. ibid. verſ ſecundo reſpondetur.
140 Referens. In referente pluris aliquid eſſe, quam in relato non poteſt, ideo ſi erroris relatus conuincitur vuij eiuſdem & referens damnatur.
141 Subſtitutionis compendioſa tractatus, & pluribus ſeq.
Subſtitutionis compendioſa definitio, & declaratio. ibid. verſi. circa definitionem. & nu. ſeq.
Limitata diſpoſitio ad certum tempus, vltra illud non porrigitur. ibid. verſi. circa definitionem.
Pura diſpoſitio habetur ſub conditione facta omnino extitura. ibid. verſ. aliqua in Bar. definitione. & nu. ſeq.
Conditio non aliter dicitur, quam ſi ad eſſe iuxta, ac non eße ſe habeat. ibid. verſ. inde dicimus.
Conditionalis actus habetur, qui purus a verbis apparet, quotiens effectus eius ab euentu dubio pendet. ibid. verſ. Econtrario conditionalis.
142 Mortis tempus hæredi grauato an honorato adiectum ſit plurimum refert.
143 Alternatiua, vel diſiunctionem denotat.
Pluritas, vnitasve ab effectu non a materia dignoſcitur. ibid. verſ. ſin autem puberi.
144 Subſtitutio compendioſa non dicitur quæ puberi fit, cum effectum non pluſquam vnum fideicommiſſariè parere poſſit, ſed reprobatur nu. ſeq. quia vulgarem etiam complecti poteſt niſi verbis obliquis compendioſa ſubſtitutio concepta eſſet, qua ad vulgarem trahi non poßunt, quinimo & exemplarem continere poſſet nu. 146. verſ. opi. hac admißa.
Speciale, quod nomen habet ſub generali nomine non continetur. verſ. neque ſub nomine.
145 Subſtitutio compendioſa, ideo appellatur, qui verbis paucis ſubſtitutiones plures, vel plura tempora complectitur. & ſeq.
146 Contemplatio. Qua contemplatione actus fiat ſpectandum, & quamobrem quid fiat diſpiciendum.
Cauſa facti potiusquam factum ipſum inſpici, & obſeruari debet. ibid. verſ. & quod dicitur.
Vnum tantum intelligitur, vbicunque duo propter vnum deſideruatur, vel vnum propter alterum. ibid. verſi. tertiu præter Areti.
147 Pars vna ſcripturæ aliam declarat.
148 Subſtitutio compendioſa an dicatur, qua pupillo fit ſi in ætate pupillari deceſſeris, & quam vtilitatem quæſtio iſta afferat.
Subſtitutio vulgaris tacita, qua ſub pupillari expreſſa continetur, an ad matrem excludendam proſit, vel pupillari tacitæ æquiparetur. & quid in matre teſtatoris. ibid. verſ. ſi dixeris frugi nidum.

Repetitio. l. Centurio. ff. de vulga. in Taurinorum academia edita. Cui initium datum die 20. Februarij eſt 1567. In Monteregali autem cœpta enarratio eſt die 5. Maij 1563.

TRactatus. l. huius facilius enarrandi cauſa, meminiſſe, nos oportet,
1 ſubſtitutiōis † vocabulū generale
eſſe. Sub eoq; ſubſtitutiones duas præcipue, & quaſi ſpecies contineri, Directam ſcilicet, & indirectā, ſeu obliquam, quæ fideicommiſſaria nuncupatur, vt apud Glo. magnam in §. qua ratione inſti. de pupilla. in c. Raynutius in 1. Glo. magna. de teſtam. in c. 1. co. titu. lib. 6. Imolam hic nume. 1.

Monendi ſecundo ſumus, ſubſtitutionem directam modo vno, atque altero accipi: Primū, quod iura per eam directa ad ſubſtitutum ambulāt, quod contra in fideicommiſſaria eſt, quæ iura niſi vtilia non transfert l. 1. §. ſublata ibique Bar. & l. ſi hæres inſtitutus in prin. infra ad Trebel. & quamuis Soci. in d. §. ſublata nu. 9. poſt prin. parum aut nihil referre dicat, directa, an vtilia iura ſint, Attamen interea diſtare. Iaſ. oſtendit in d. l. 1. in fi. prin. in poſteriore lectura. in l. cum fundus. §. 1. col. pen. poſt med. ff. ſi cer. pet. in l. qui ſtipendia. C. de procura. in l. precibus. col. 12. verſi. ſecunda vtilitas & l. ſeq. poſt med. eod. num. 1.

Secundo directa ſubſtitutio eo dicitur, quod directo; Seu mox, & immediate, manuque ſua, non aliena hæreditatem ſubſtitutus accipit.

Scire tertio debemus, ſub ſpecie hac ſubſtitutionis directæ indiuidua plura contineri, Cuiuſmodi vulgaris, pupillaris, militaris, & exemplaria. Ita vice generis, ſubalterni ſubſtitutio directa erit, ſimiliter vt homo animalis ſpecies indiuidua plura complectitur Petrum, Ioannem, & alia deinceps. & qua ratione

tione effectus varij indiuiduis ipſis hominis ſunt, Ita inter iudiuidua ſubſtitutionis directæ intereſſe, inferius oſtendemus. Alia quippe vulgaris; pupillaris, militaris, & exemplaris conditio, & ratio.

Inter indiuidua † planè ſubſtitutionis directæ cōpendioſa, & breuiloqua, ſeu reciproca ne tum quidem referuntur, cum directas habent, verum aut vulgaris, pupillaris, exemplaris vel militaris erit, quæ ſub compendioſa, reciprocave includuntur. Ita adiectionis, ſeu demonſtrationis cuiuſdam vicem compendioſa, & reciproca ſuſtinent. eo quippe proditæ voces hæ ſunt, vt modus facilis, breuisque ſubſtituẽdi inueniretur, Quo voluntati teſtatoris ſatis in ſubſtitutione omni per compendioſam fiat. Verborum item compendio per breuiloquam, aut reciprocam, mutuum, viciſſimve hæredes ſubſtituuntur. Inde breuiloquæ, & reciprocæ nomen deductum. Adiectionem hanc in compendioſa, quotiens ad ſubſtitutiones plures trahitur, Bar. hic obſeruat nu. 11. Ripa nu. 60. Seuerin. in d l. precibus nu. 29. vt aliud Baldo viſum ibi ſit nu. 34. Qui genus quartum per ſe in compendioſa adnotauit, ſed enim negocio haud ita magno Bal. opinio refellitur quomodo enim ſubſtitutio vna, & per ſe intelligi compendioſa poterit? Quæ ad alias, & ipſas diſtinctas demonſtrandas applicatur. Proinde quod ad eſſentiam ſubſtitutionis attinet, nouum ſubſtitutionis genus intelligi in compendioſa nequit. Idque, & Aretl. probat in l. in teſtamento grand. col. 3. in fi. verſi. quarto adde. Ibique Deci. nu. 4. C. de teſta. mili. Seuerin. in d. l. præcibus nu. 31. Galiau. hic nu. 25.

Quartò præmittendum, ſubſtitutiones directas non pluſquam duas eſſe, vulgarem, & pupillarem, Ripa hic teſte circa prin. Idque, & Lanfran. hic tenuit nu. 6. ſi dixeris, militarem, & exemplariam in directis eſtimari. Reſpondetur, iure priuilegiario, & extraordinario ſubſtitutiones has cenſeri, vt lege hac patet. Eque priuilegio iure ſtorum. exemplaris vſque ad cō nitebatur, vt principis iniuſſu facultas cauendi non eſſet. l. ex facto in prin. infra eo, Hodie planè humanitatis cauſa, poteſtas eius permiſſa generaliter eſt. l. humanitatis. C. de impub. Priuilegij igitur, & humanitatis cauſa perſpecta; non perperam ſcriptum apud Lanfranchum, & Ripam eſt, ſubſtitutiones directas vnam, atque alterã ſolummodo eſſe. Quæ iure ſcilicet communi conſiſtant. ſiquidem ratio haberi eius non ſolet, quod iure demum priuilegiario, aut ſpeciali conſtat l. 4. §. 1. ff. de fideicō. liber. Glo. & Bar. in l. 2. §. 1. inſ. de bon. poſ. ſecun. tab. Bar. in l. 1. §. quidam filium circa prin. infra de bon. poſ. contra. tab.

3 Quintò meminiſſe debemus, differentias † non paucas inter ſubſtitutiones verſari directas, & fideicommiſſarias. Quas Ripa hic commemorat num. 58. ad nu. vſque 60. de qua re etiam apud Bart. infra videbimus in 1. oppoſi. & nu. 14. verſ. primo quæro. Differentias itẽ non paucas Caſtren. refert in l. precibus nu. 19. ſuper glo. fi. ibique Iaſ. nu. 17. verſi. pro introitu. C. de impuber.

Sed iuxta differentias has neceſſariò & ſexto loco videndum, quomodo, & quando, ſeu quibus verbis ſubſtitutio facta directò, & per obliquum ſeu fideicommiſſum dicatur. In ſpecie hac explicanda regulis quinque ad ſubſtitutionem directam, totidẽ ad fideicommiſſariam dignoſcendam Bal. vtitur in l. fin. nu. 12. & pluribus ſeq. C. de ſacroſan. eccleſ. verba cuius ſimpliciter translata apud Lanfranc. hic ſunt nu. 6. & pluribus ſeq. regulas tres alias Ripa hic cumulat num. 179. & pluribus ſeq. Cæterum regulæ ipſæ omnes tam etſi verbia conceptæ diuerſis ſint, effectum tamen eundem fermè pollent, vt directa verba æſtimentur, quibus iure ſuo, aut autoritate propria hæreditatem capiendi facultas datur, ſeu quibus ius ipſum hæreditarium ſtatim, & per legem ipſam citra vllum hominis miniſterium, reſtitutionemve competit. Econtrario obliqua verba, aut ad fideicommiſſum ſpectantia dicuntur, in quibus immediatè, aut lege ipſa ius non datur, verum miniſterio, reſtitutioneve hominis opus ad ius quærendum eſt. Atq; ideo de manibus alienis accipi bona oportet. l. eam quam. cum glo. in verbo directis. C. de fideicom. §. pen. inſti. de ſing. rebus per fid. relic. vbi libertas directa dicitur, quæ ex teſtamento ipſo citra miniſterium, aut manumiſſionem hæredis mox cōpetit. Quocirca teſtatoris, non hæredis libertus tum dicitur. Non paululum autem refert, teſtatoris an hæredis libertus quis æſtimetur, quamuis ius patronatus teſtatoris ad hæredem ambulet, vti ſcriptum habemus in l. 1. num. 140. ff. de lega. 1. diſciplina hæc circa verba directa, & obliqua dignoſcenda, apud Bar. hic percipitur. q. vlti. vberius in l. Titia. 1. §. Lucius infra de lega. 2. in l. 2. in prin. C. comm. de lega. Bald. in d. l. fi. nu. 12. & ſeq. C. de ſacroſan. eccleſ. cui ſubſcriptum a Lanfran. hic diximus. Doctrina hac Galiau. etiam hic vtitur nu. 502. & ſeq. Alex. hic nu. 65. verſi. ſeptimo adducitur. & in l 1. num. 6. verſi. & mihi ſatis placet infra de leg. 1. Bald. huc accedit in conſi. 296. factum ſic ſe habet teſtator num. 2. lib. 5. vbi obliquum verbum id ſentit, ex cuius natura, aut ſignificatu de manu capi alterius debet per tex. in l. cohæredi. §. cum filiæ infra eo. in l. ex facto in prin. infra ad Trebel. in d. l. 2. ibique aliquid per Barto. C. com. de leg. & in d. l. eam quam. C. de fideicom.

Sed contrarius doctrinæ huic tex. videtur in l. inter omnes. ff. qui ſat. cogan. vbi cum hæredi ſub conditione ſcripto ſubſtitutus adijcitur, ſi conditione defecta inſtitutio erit, ſi conditione deficiente, ſubſtitutus adit, ſeu hæreditatem acceptat, & ab hærede bona poſſidentur, aut occupantur, neceſſe ſubſtitutus habet, ab hærede ipſo bona petere Sic miniſterium hæredis exigitur, vt bona hæreditaria reſtituat. Atqui directò ibi ſubſtitutionem factam neceſſario, eoque ipſo tex. innuit, quòd hæreditatem adiri a ſubſtituto ait, vt glo. ibi obſeruat in ver. adeũtem. Alij quippe adeundi ius, quam ei non competit, qui directò hæres inſtitutus, aut ſubſtitutus ſit, vt Bal. etiam docet in d. l. fi. num. 13. Lanfran. hic num. 7. verſi. ſecunda regula. Ripa num. 179. verſi. & ideo Bald. idque ratione non dubia oſtenditur. Etenim ſi adeundi ius ſubſtituto datur, ergo per aditionem, atque ideo, ex facto ſuo citra miniſterium alterius ius acquiritur. l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus infra de leg. 1. l. cum hæredes in prin. ff. de acq. poſ. l. a Titio. ff. de furtis. l. omnium ibique glo. in ver. complere C. de teſtam. tradit Signorol. in conſi. 165. nu. 2. verſ. ſecundo præmitto. Fulg. in conſi. 104. quædam Domina Lucia col. 2. in fi. ſi ex aditione ſua ius ſubſtituto acquiritur, cur ab hærede bona petere neceſſe habet. Apparere ex his videtur, locum doctrinæ non eſſe, ius bona appræhendendi autoritate propria ei dari, qui ſubſtitutus directò ſit. Siquidem neceſſe ſubſtitutus directò habet in d. l. inter omnes, ab hærede bona vendicare. In quem text. offenſum a Ripa hic legitur num. 52. cum ſcriptum reliquit, licentiam ſubſtituto directò eſſe, iure ſuo bona capiendi, etiam quæ apud alium ſunt.

Secundò aduerſarij doctrinæ huic doc. ſunt, qui-
4 bus viſum eſt, nec † hæredi ipſi inſtituto phas eſſe autoritate propria bona, accipere, quæ ab alio occupantur. In Doc. his Alex. eſt in conſi 83. nu. 3. lib. 2. Pau. de Caſt. in d. l. titia. 1. § 1. circa fi. infra de leg. 2. Decj. in l. fi. nu. 4. C. de edic. diui Adria. tol. Soci. iun. in conſi. 75. nu. 10. lib. 1. Quomodo igitur locũ

habi-

habitura doctrina hæc erit, vt directo ſubſtitutus is demum ęſtimetur, Cui iure ſuo bona capiendi ſacultas ſit. Reſpondetur, ad ius aut dominium bonorum quęrendum omnino, & ſimpliciter doctrinam hanc pertinere Dominium quippe, aut ius hæreditatis ſubſtituto directo ſtatim quęritur, quam adita ab eo hęreditas ex ſubſtitutione eſt. d. l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus, & alia ante relata. In poſſeſſione plane diſtinctio adhibetur, vt ſiquidem vacans ſit, ſacultatem iure ſuo eam apprehendendi ſubſtitutus directus habeat. Quod contra in fideicommiſſario eſt.

Conſequentia duplex ex prædictis deſcendit. Prior ſacilius dominiũ, aut ius, quam poſſeſſionem acquiri, quæ appręhenſionem deſiderat, neque iure ipſo contingit, cum à ſacto, quantũ ad acquiſitionẽ pendeat d. l. cũ hæredes in prin. & hoc genus plura.

Altera conſequentia ad ſenſum ſpectat. d. l. inter omnes. In quo ab hærede bona petere neceſſe ſubſtitutus habet. Ad reſtitutionem facti, & citra iuris cuius acquiſitionem, tex. ipſum pertinere, vt bonorum hæreditariorum poſſeſſionem ſubſtitutus nanciſcatur. Ius plane hæreditarium petitioni ſubſtituti non cedit, neque per reſtitutionem acquiritur, verũ per legem ipſam, & ſtatim quam adita hæreditas ex ſubſtitutione directa eſt, ſubſtituto ipſi citra petitionem, & reſtitutionem vllam acquiritur. Declaratio hæc ex Azone deſumitur in titu. de teſta. manu. circa fi. Quem ſub titu. de fideicom. liber. imprudens Bal. nominat, nili, & mendum Bal. habeat in d. l. fi. nu. 12. & nu. 14. in fi. C. de ſacroſan. eccleſ. Declarationi huic, & Lanſran. hic adſcribit nu. 7. Galiau. nu. 501. Ripa nu. 179. Seuerin. in d. l. precibus nu. 37. in fi.

Sed obiecturus aliquis erit, Declaratione hac admiſſa, inter ſubſtitutum directum, & fideicommiſſarium non intereſſe. Quatenus poſſeſſionem vacãtem, & fideicõmiſſarius citra vitiũ, & impune iure ſuo accipit Glo. & Doc. in l. 1. §. 1. ff. quorum lega. & in l. 1. C. eo. titu. Cauſa eadem legatarij eſt, vt Glo. cum Doc. referunt in l. non dubium. C. de lega. Soci. in conſi. 33. col. fi. in 5. q. lib. 1. Corn. in conſil. 140. in fi. lib. 1. Deci. in conſi. 243. col. fi. & in conſil. 424. col. fi. Reſpondetur, non paululum inter ſubſtitutum directum, & fideicommiſſarium circa poſſeſſionem apprehendendam differe. Quoniam vbi à fideicommiſſario, aut legatario vacans occupatur, ſiquidem Falcidiæ, Trebellianæve detractio incurrit, bonis captis reſtituendis fideicommiſſarius, & legatarius tenentur, vt ff. & C. quorum lega. Quod aliter in ſubſtituto directo eſt. Qui detractionem vllam non patitur. Rurſus iura directa fideicommiſſarius, legatariusve non cõſequuntur. Quod aliter in ſubſtituto directo eſſe, ante oſtendimus.

Apparet ex his, non modo in dominio, & iure quærendo, ſed & circa poſſeſſionis acquiſitionem apprehenſionemve inter ſubſtitutum directum, & fideicommiſſarium differre.

Septimò principaliter in ſenſu. l. huius, & 5 proprius adnotandum, ſubſtitutionem † directam puberibus poſtea iure communi non fieri, quam adita hæreditas eſt. l. hęreditas ex die ſupra titu. 1. l. verbis ciuilibus ſupra eo. §. maſculo. qui pen. eſt. & §. ſeq. inſti. de pupilla. Rei cuius ea eſt ratio, qđ hæres eſſe non deſinit, qui hæres factus ſemel ſit. l. & ſi ſine. §. ſed quod Papinianus. ff. de minor. l. ſeruus alienus. §. qui fideicommiſſariam. l. ei qui ſoluendo in fi. ſupra titu. 1. l. miles ita infra de mili. teſta. & hoc genus De quo latius inferius. Cauſa diuerſa ſubſtitutionis fideicommiſſariæ eſt, quæ aditionem poſcit. Atque ideo niſi poſt aditam hæreditatem non fit. l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. l. apud Iulianum. §. idẽ Iulianus infra ad Trebel. Bar. hic nu. 32. in l. 1. eo. nu. ſupra eo. & in l. quamdiu vltima in fi. infra de acq. hære. Inde ratio patet, quamobrem ius hæredis perditum cogẽdi ſit, vt hæreditatem adeat. l. cogi, & l. quia poterat infra ad Trebel. §. ergo verſ. ſed ſi recuſet. inſti. de fideicom. hæredi. Ratio enim illa conſtat, ne irritum hæreditate non adita, fideicommiſſum fiat.

Ratio plane, cur aditionem fideicommiſſum exigat, ea apparet, quod reſtitui ab hærede fideicõmiſſum nequit, ſi adita ab eo hęreditas non ſit. l. traditio. ff. de acquir. rerum domi. l. nemo plus. ff. de reg. iuris Atque in ſpecie, ex tex. ratio hæc percipitur in d. l. apud Iulianum §. idem Iulianus. & in l. ita tamen. §. qui ſuſpectam infra ad Trebel. Bar. in d. l. quamdiu vlti. in fi. Bal. in conſi. 474. ad euidentiam præmittendum eſt quædam conditio; circa prin. verſi. ſecundo præmittendum eſt lib. 2. Alex. in conſil. 1. nu. 11. verſi. vnde dicimus lib. 1. Quæ ratio in directa vulgari ſiler, cum ad eum caſum pertineat, quo adita hæreditas non erit. Atque ideo hęreditate adita intercidit. l. poſt aditam. C. de impub.

Sed dicturus quiſpiam erit, rationi huic obſtare, 6 quod neceſſaria † aditio ad ſubſtitutionẽ & pupillarem eſt. l. 2. §. quiſquis verſi. adeo autem. Ibique Bar. nu. 24. verſi. octauo requiritur ſupra eo. Soci. in l. 1. col. 54. poſt med. verſi. ſecundo mouetur Bar. ſupra eo. Atqui ratio ea in pupillari non vertitur, qđ dari aut reſtitui nequeat, quod apud hęredem non ſit, cum neceſſaria datio, aut reſtitutio in pupillari non ſit, verum iure ipſo ſubſtituto adeunti hæreditas acquiratur. Alter quippe directa dici ſubſtitutio non poſſet. ſiquidem non directo, at per obliquum, & reſtitutione mediante, acquiſitio fieret. Quam rationem Azo ſenſit in dicto titu. de teſta. manu. in fi. in ſumma. Bal. in d. l. fi. nu. 12. C. de ſacroſan. eccleſ. Reſpondetur, ratione alia in ſubſtitutione pupillari aditionem exquiri, quod vtile teſtamẽtum patris eſſe ſine aditione non poteſt. l. is qui tres. §. obuenire ſupra de excu. tutor. l. omnia in prin. infra de leg. 2. l. ſi iure Ibiq; Bar. infra de lega. 3. l. ſi patroni §. qui fideicõmiſſariam infra ad Treb. l. ſi nemo. ff. de reg. iur. l. omnium ante fi. C. de teſta. Itaque ſi hæreditas adita ex teſtamento patris non eſt, qua ratione teſtamentum ipſum inutile patris ſit, ita, & ſubſtitutio pupillaris deficit, quæ paterni ſequela teſtamenti dicitur. §. liberis inſtit. de pupilla. d. l. 2. poſt prin. verſ. nam ſi principale ſupra eodem.

Sed ratio hic indagãda, quamobrem factum ſit, vt directo puberibus ſubſtituere hæreditate iam adita non liceat. Cur aliud conſtitutum in fideicommiſſaria ſit, quam niſi poſt aditionem non fieri, dictum ſupra habemus. Iuris huius rationem Calca. affert in conſi. 107. nu. 2. quod hæreditatis dominus per aditionem hæres fit. ob id citra factum ſuum ab eo auferri quæſitum iam dominium non conuenit l. fi. ff. de pactis. l. id quod noſtrum. ff. de reg. iuris. ſi dixeris, rationem hanc, & in fideicommiſſaria verſari, per quam hæredi grauato bona auferuntur. Reſponſio ex mente Calca. licet expreſſa ab eo non ſit, percipitur, ſine facto hæredis grauati id non contingere. cum reſtitutio ab eo fideicommiſſi fiat re, aut verbo. l. reſtituta infra ad Trebel. Quod hæredis factum non ſimiliter in ſubſtitutione directa verſatur. Per quam iure ſuo à ſubſtituto bona capiuntur, ſic quomodo declaratum in ſuperioribus habemus. Reſponſio ſubdi, & altera poteſt, præiudicium tantum hæredis in fideicommiſſaria, quantum in directa non verti. ſiquidem uſã nna vilia per fideicommiſſum hæredi grauato nõ pereunt. l. quis ergo caſus. ff. de pecul. Glo. in l. 3. ff. pro Socio. Atque in ſpecie fideicõmiſſi tex. id probat in l. ſancimus. in fi.

in fi. C.ad Trebel.§.reſtituta in fi.inſti. de fideicom. hæredi. Iaſ. in l.cum filio nu. 105.infra de lega.1.De quo etiam dictum ante eſt.

Rationem hanc in genere, & verbis alijs Iaſ. refert in l.poſt aditam in prin.C.de impub.Galiau.hic nu.6.Ripa nu.1.verſi. iſta ratio. Eo poſt hæreditatē agnitam puberi à pagano directo non ſubſtitui, qđ de rebus alienis teſtator diſponeret. In dominio enim, & patrimonio hæredis per aditionem bona efficiuntur. ita vt hæredis, non teſtatoris, aut hæreditaria dicantur, l. ſed ſi plures. §. ſi filio hoc eodem titu l.qui titij.§.infra de his quibus vt indignis. l.1.§. præterea.ff.de ſeparatio.l.fi. in fi.C.de inoffi.teſta.§. 1.in fi. inſti.quibus ex cau.manu. non li.§.1.inſti. de hæredum quali. & differ.Quibus in locis bona hæredis poſt aditionem denominantur. & hoc genus mille.

Sed enim futilis ratio hæc, & ridicula eſt, & quæ propterea à Iaſ.Galiau. & Ripa damnatur. vtpote qua admiſſa, nec militi ipſi priuilegium tribuendū hoc fuerat, Quod ad fraudem, & iniuriam alienam ſpectat. l.impuberi ſupra de admini.tutor. Quo argumentandi modo contra rationem memoratam Galiau. hic vtitur nu.6.Ripa nu.1.verſi.iſta ratio.

Secundò nec ex fideicommiſſo ſubſtituendi poteſtas erit, ſi rationem hanc agnoſcimus. ſiquidem, & hæredis grauati poſt aditionem bona dicuntur vt in d.l.poſt aditam Iaſ.obſeruat. Aeque nulla eius culpa, aut ſine vllo eius facto bona reſtituere hæres grauatus cogitur. Inde Calca. inſpectio euertitur, à quo culpæ huius, aut facti ratio habetur.

Tertio argumento inuicto, quod à ratione ſortiore deſumitur, ratio prædicta debellatur. Etenim
7 † ſi liberum teſtatori eſt, de bonis hęredis diſponere, quæ in dominio ipſius teſtatoris nunquam fuerunt, perinde vt de ſuis.l.ſi hæredis ſeruus infra de lega.1.l.vnum ex familia.§.ſi rem.l.cum filius.§.dominus infra de lega.2.l. hæredum.C.de fideicom.§.nō ſolum inſti. de lega. Quantò magis tantundem teſtatori permittendum in bonis erit, quæ ipſius erãt, cum ſubſtitueret, aut alias de eis diſponeret. Quod argumentandi genus relatum hic apud Galiau. eſt nu.7.Ripam nu. 1.verſi. præterea licet teſtator. Miror, iure illo vulgatiſſimo argumentum hoc à Galiau confirmatum, & Ripa non eſſe, In re ſua tradenda quam legem velit, vnumquemque adijcere. l.in traditionibus.ff.de pactis.l.legem.C.eo. titu.l.1. §.ſi conueniat.depoſi. l. ſi ſeruus ea lege.ff.de ſeruis expor.l.ob res.ff.de pactis dotal. & hoc genus. Itaq; quod ad rationem memoratam, & meritoriam attinet, cur in arbitrio teſtatoris non erit, directo puberi, & poſt hæreditatem agnitam ſubſtituere, cum eo id tempore fiat, quo penes teſtatorem adhuc bona ſunt.

Quartò Glo. & probatiſſimæ Doc. ſententiæ ratio hæc contradicit. Ex voluntate teſtatoris expreſſa, vel tacita bona fideicōmiſſa legatave authoritate propria rectè à fideicommiſſario, legatariove accipi, vt habetur in l.non eſt dubium.C.de lega. Galiau. hic nu. 302.Bal. in conſi. 234 veritas lib.1.Cuma.in conſi.61.Petrus in h.Ruin.in conſi.119.nu.6. lib.3.Atqui falſum id eſſet, ſi rationem illam ſequimur, eo puberi poſt hæreditatem quęſitam directo non ſubſtitui, quod ſine facto hæredis ab eo eripi bona non decet. ſine facto quippe hæredis, & tunc bona auferuntur, cum apprehēſio eorum iure ſuo à fideicommiſſario, aut legatario fit.

Calca. igitur, & cum eo facientium ratione poſt habita, ratio amplectenda, Quam Bar.ſentit in l.1. nu.71.C.de ſacroſan.eccleſ.Eo poſt aditam hereditatem directo puberi non ſubſtitui, quod hæredis directi nomen intercidere poſt hęreditatem nequit, Quæ accepta ſemel eſt. l. & ſi ſine. §.ſed quod Papinianus.ff.de minor.l.3.§.qui fideicommiſſariā. & l. ei qui ſoluenda in fi. ſupra titu.1.l. miles ita infra de mili.teſta.l.qui hæredi.§.cum hæreditas infra de condi.& demon. Bar. in l. paterfamilias nu.6.ſupra titu.1.Rationem hanc Iaſ.admittit in l.in teſtamento.1.nu. 3.verſi.ſecundo præmiſſo. C.de teſta. mili. in d. l. poſt aditam C. de impub. Ripa hic nu. 1.in fi.

8 Ex præmiſſione hac † ſeptima ſenſus.l.noſtræ ſponte ſua emanat. Iure priuilegiario circa ſubſtitutionem directam militum teſtamenta niti, vt directo, & poſt hæreditatem aditam ſubſtituant. Idem ex tex. confirmatur in l.5.& in l.certi iuris.infra de mili.teſta.in l.in teſtamento.1.in fi.C.eo.titu.de teſta. milli.Glo.in d.l.precibus.in Glo.magna in prin.Ibique Iaſ.nu.9.

Sed ratio priuilegij huius indaganda. Quam ob rem militibus magis, quam paganis tributum id eſt. Rationem Calca.affert in d.conſi.107.nu.3.quod ad vnguem voluntatem ſeruari militum conuenit.l.1. in fi.infra de mili. teſta. Calcanei hic fuerat. rationem aliam ſubijcere, quid ita militum magis, quam paganorum abſolutė, aut ad vnguem impleri voluntatem oporteat. Quare eadem ac dictum Calca.ratio inuenitur, atque ideo inepta Glo. 2. in l. fi. ff. de offi. procura.Cæſar. Glo.pen. in l.1.ff.de exceptio. Ratio enim ad confirmationem, & probationem dicti pertinet. vnde generalem eam eſſe, & neceſſariam oportet, vt neceſſariò concludat Glo.in l.non omnium.ff.de ll.Rurſus clariorem probato probationem eſſe neceſſe eſt. Aliter momenti quicquam probatio non haberet, ſi æque, ac probatum obſcura ſit Bar.in l.qui interrogatus.ff.de petitio. hæredi. ſcite huc Bal. accedit in l. 1.nu.15.circa fi. C. de ſeruis fugi. per rationem dictum demonſtrandum, hoc eſt eo rationem ſubdi, inuentamque eſſe, vt per eam dictum demonſtretur, & planum fiat. Demonſtratio plane non aliter præſtatur, niſi ſi plus aliquid, quam dictum contineat. vt in ſumma dicam, Generalior dicto eſſe ratio debet. Quod, & Corn. affirmat in conſi. 22.col.4.lib.2.

Secundò Calca. rationi aduerſatur, quod & Pagani voluntas ſeruanda exacte eſt. l.etiam ſi partis infra de lega.1.l. liberto.§.Lucius de annuis lega. l.rogo.ff.de fideicom.liber. Quos tex. in quæſtione ſcita Socinus profert in l.quibus diebus §.fi. nu.10 verſic.& prædicta faciunt ad quæſtionem.infra de condi.& demon.tex.huc ſpectat in l. legatarius infra de lega.1.in l. cum qui. §.pro parte infra de his quibus vt indig.in l. quidam eulogio.C.de iure delib. Quibus tex. oſtenditur, indiuiduam teſtatoris voluntatem eſſe. Atque ideo per omnia eam ſequendam. Idque, & Feder.docet in conſi. 4.col. 2.poſt med. & citra diminutionem voluntati teſtatoris obtemperandum, Abb. etiam ſcribit in conſi. 24. circa. fi. lib.2.

Rationem alteram priuilegij huius Ripa hic ſubdit nu.2.verſi.ſed cum lex.quod perniciale filijs priuilegium hoc non ſit militibus tributum. vt directo poſt pubertatem, & hæreditatem aditam ſubſtituant. Quandoquidem ad filiorum bona ſubſtitutio hæc militaris non trahitur. Ratio hæc Ripæ melior nihilo, quam Calcanei non eſt, vtpote qua recepta, nec paganis denegandum priuilegium ſit. filijs enim ob ſtatutum non magis quam militum priuilegium erit. filiorum etiam Pagani bonis extra ſubſtitutionem poſitis.

Ratio itaque probabilior videtur quam vtilitas publica in militibus inducit. Ad vtilitatem enim publicam militiam ſpectare proculdubio eſt. l. item ſi verberatum.§.1.ff.de rei vendica.l.poſtliminium.

nium. §.filius.ff.de captiu. & ritu. ff.& C.de re mili. Ea propter vt ad diſciplinam militarem arripiendã animis,ſtudijſque maioribus iuuenes impellerentur, Priuilegio hoc ſubſtituendi præter cætera, milites ipſos proſequendos lex cenſuit. Id enim maxime quiſque appetit, In quo cæteris ſe præſtare videt. Quam vtilitatis publicæ cauſam Alex. hic in ſpecie obſeruat nu.9. Galiau. nu.39.& duobus ſeq. Ripa nu.12.verſi. ſecundo ẽt in odioſis.vtilitatis ſanè publicæ cã à regulis iuris diſcedi nõ dubitatur. l. 1.ſupra ſolu.matri.l.ſi.C.qui potior. in pignor.hab.

Sed quæſtio hic incurrit, vtrum priuilegium hoc
9 militi tributum, vt directo † poſt pubertatem & hæreditatem aditam ſubſtituat, filijs in legitima perinde vt ſubſtitutio pupillaris noceat. ſubſtitutionem quippe pupillarem ad legitimam filio debitam in matris etiam perniciem trahi palam eſt.l.Papinianus. §.ſed nec impuberis.ff.de inoffi. teſta.l. Lucius infra eod.l.ex tribus. C.de inoffic.teſtamen.l. precibus.C.de impub.c.1.de teſta.lib.6.Bar.in l.2.in prin. In quinta.q.prin. verſi.tertius effectus. Ibique Ripa nu.44.ſupra eo.Idem Bar.in conſi 56.Bar.fecit teſtamentum nu.2.Bal.in conſi.60.viſo teſtamento Ser. Iacobi lib.1.Signorol. in conſi.107.nu 27.& ſeq.Cuma. in conſi. 16. in prin. Fulgo.in conſi. 63. Blaſius col.3.in fi. in tertio dubio. Alex.in conſi. 45.nu.10. lib.1.in conſi.12.nu.2.lib.3.deci. Neapoli.310.nu.2. & decis.367.nu.1. In ſpecie propoſita ius aliud ſeruandum, ex Ripa probari hic videtur nu. 1. verſic. Iſta ratio, & nu.2.in fi. verſi. & propter iſtam rationem. vbi ad perniciem filij priuilegium hoc trahendum non putat per tex.in l.impuberi ſupra de admi. tutor. & in l. cum filiusfamilias infra de mili. teſta. quo arg. in ſpecie hac Galiau. etiam hic vtitur nu. 70.poſt Imolam hic nu 7.poſt.med.verſi.vnde fortè tertia ratio.At enim oneroſum filijs priuilegium erit, ſi legitimæ prohibita detractio ſit.

Opinionem hanc, ne ad legitimam ſubſtitutio trahatur, Caſtren. probat in d. l. precibus col. pen. circa med. verſi. dat etiam glo. duas alias vtilitates. Idque bifariã confirmat. Primum ex ratione eadẽ, aut pari.Secundò per rõnem fortiorẽ.Circa primũ, rationem eãdem,aut ſimilem ſubſtitutionis militaris atque fideicommiſſariæ, ne legitimam apprehẽdat, ita Caſtren. probat, ob id enim ad legitimam fideicommiſſaria ſubſtitutio non trahitur, quod oneroſa filio ęſtimatur. l. ſi arrogator. ff. de adoptio. l.Papinianus. §. ſi quis impuberi. iuncta Glo.ff. de inoffi.teſta.l.coheredi. §.cum filiæ hoc iure.opus plane legitimæ non imponi palam eſt.l.quoniam in prioribus.C.de inoffi.teſta.onus hoc æque in militari,atque fideicommiſſaria vertitur. ſiquidem vtilitatem filij non habet, teſtamentum quippe filij non ſimiliter vt pupillaris, neque per eam teſtatus filius dicitur, cum patri,non filio ſucceſſio per eam fiat Bar. in l.Marcellus.§.quidam liberis nu.9.verſi. quæro an id Ibique Soci.nu.6.infra ad Trebel. Fulgo.in d.l.precibus nu.10.in. fi. & nu. 12.Caſtren.in l. in teſtamento.2.nu.7.in fi. C. de teſta. mili.Calca. in d. conſi. 107.nu.3.Ial. hic nu.20.verſi. ſecundo pro communi. Ripa nu. 28.verſi. ſed iſtis non obſtantibus. qui receptum id ait. vt aliud Socino viſum hic ſit in vltimo nota.

Secundò ratione fortiore opi. hanc Caſtren. iuuat. Namque ſi in fideicommiſſaria legitima non venit filio debita, longè minus ventura in militarẽ erit, quæ oneroſior filio, quam fideicommiſſaria eſt. ſiquidem iura directa finiri per reſtitutionem fideicommiſſi non ſolent. cum niſi vtilia ad fideicommiſſarium non ambulent. d. l. pen. in fi. C.ad Trebel.d.§.reſtituta inſti. de fideicom.hæred.Quod contra in ſubſtitutione directa eſt, in qua iura directa ſubſtitutum ſequuntur, hæredisque nomen omnino perit.l.certi iuris.C.de teſta.mili.Caſtren. ipſe in d. l. precibus nu. 19.in fi. Galiau. hic nu.11.Soci. nu. 29.in prin. Effectu plane vacua iura directa non eſſe, quæ apud hæredem grauatum remanent,in d.l. precibus Caſtren.docet nu.19.vſque ad nu.21.Ripa hic nu. 38.adulque nu. 60. De quo etiam apud nos in l. 1.nu.162.infra de lega.1. De quo etiam dictum ſuperius habemus.

Tertio opi.hæc confirmari Caſtren.poteſt.Nam que iuris incerti non eſt, ad filij bona ſubſtitutionẽ militarem non trahi vt hac. l. In qua, & Soci.id obſeruat in ſeptimo nota.Ripa nu.2.in fi.Idque ea ratione, ne ad iniuriam alienam priuilegium trahatur. vti dictum ante eſt. Atqui ad iniuriam filij haud dubiè priuilegium pertineret,ſi filij bona apprehenderet. facultate quippe teſtandi in bonis ſuis filius careret.Quod ferendum lex non cenſuit.l.cum duobus. §. idem reſpondet. 1. ff. pro Socio. l. ſtipulatio hoc modo concep: 2.ff.de verb.ob.l.pactum quod dotali.C.de colla. & id genus alia. Qua ratione igitur bona filij ſubſtitutio. militaris non arripit, ita trahenda ad legitimam non videtur, quæ debita filio dicitur, & quod ad legatarios, & ſubſtitutos attinet, æris alieni loco habetur. l.Papinianus. §.ſi quis impubes.Ibique Ang.in fi.ff.de inoffi.teſt. Bal.in l.ſi vero.§.1.infra de mili.teſta.in conſi.170.pater inſtituit in fi.lib.1.Alex. in conſi.45.nu.15.circa fi.verſi. & tanto fortius in caſu noſtro. & in conſi.69. nu.3. lib. 1.in conſi.83.nu. 2.lib.4.Soci. in l. Marcellus.§. Idem Pomponius circa fi.infra ad Trebel. Cur. ſen. in conſi.27.nu.30.& in conſ.38.in prin. Picus in l.in quartam nu.134.& nu.137. infra ad l.Falci.

Si dixeris, fieri non poſſe, vt ex militari legitima deducatur. Quoniam aut ex Trebelliano,aut quaſi hæres filius eam detrahit. Trebelliano locus in ſubſtitutione directa non eſt. Atque vti hæres directus non detrahit.Nomen, & effectus cuius ſtatim deſinit, vt ſubſtitutionis caſus militaris euenit. Hæresq́; ſubſtitutus fit.l.5.l.milites etiam infra de mili. teſta. l.certi iuris.l.in teſtamento.1.in fi.C.eo. titu.Reſpõdet Caſtren. hęredem filium in legitima remanere, atque ideo iure eam directo detrahi.

Sententia diuerſa melior, crebriorve ęſtimatur. Quæ tex.iuuatur,in d.l. præcibus. Bar. & antiquorũ ſenſu admiſſo, vt matris ibi gratia poſt pubertatem filij obliquatio ſubſtitutionis inducatur à milite factæ. At enim fauoris quicquam mater non conſequitur, vel pauſillum certe, ſi ad legitimam ſubſtitutio directa militaris non trahitur. Matris enim quid intereſt, iure directò, an indirectò ſubſtitutio conſtet, ſi in caſu vtroque legitimam acceperit. Imo enim niſi ob legitimam diſpoſitio introducta d. l. non videtur, vt Imola hic expẽdit col.1.in fi.verſi. tertius effectus. Galiau.nu.73. Alex. nu.48. & nu. 53. verſi.ſi autem teneremus. Deci. in d. l. precibus.nu. 25.verſi. Alex. concludit.

Secundò opi. hanc gl. cognoſcit in d. l. precibus in glo. vlti. verſi. item in Falcidia. à ſenſu ꝯtrario. ibi enim legitimam detrahi idcircò ait, quod ex fideicommiſſo ſubſtitutio valet. per quod onus filius in legitima non ſentit. Ius igitur aliud ſeruandum nõ obſcurè glo. innuit, ſi iure directo. & militari ſubſtitutio valet. Idem Bartolo hic placet nu. 8. Alex. nu. 54. verſi. vnde tertia poteſt aſſignari ratio. iuncto verſi. ſed per hoc non recedo, Soci. in ſeptimo nota.& nu.28.in fi.& ſeq. Iaſ.nu. 20.verſi. & per iſta duo fundamẽta. Galiau.nu.69 85.& ſeq & nu.91.& duobus ſeq.Ripa nu.66. Deci. in d. l. precib. nu.25. & in conſi.578 nu.3.

Sententia hac cõtra Caſtren. ita textu.& Doc. teſtimonijs confirmata, Reliquum illud ſupereſt, vt argu-

argumenta à Caſtren. obiecta profligemus. Itaque arg. primum nō obſtat. Aeque onerosam militarē, atq; fideicommiſſariam videri, cum vtilitatis quicquam ex militari filius non capiat, qui teſtatus dici ob eam non poteſt. Dupliciter enim reſpondetur. Principio, oneris quicquam in militati filio non iniungi, cum faciendum quicquam ab eo non ſit. Cauſa alia fideicommiſſariæ eſt, in qua reſtitutio hæreditatis fieri à filio debet. Neque ad rem attinet, vtilitatis quicquam ea militari ad filium non venire. Conſequens quippe non fit, vtilis filio non eſt, ergo nocet, aut filium onerat. Non enim lædunt, qui ſolū non proſunt. vnde medium quoddam inter nocere, & prodeſſe videtur. Ideſt non prodeſſe. Iuxta illud, mihi neque obſuiſti, neque proſuiſti vnquam quod item medium inter nolle, & velle Doc. obſeruant, ideſt non velle in l. qui ſe patris. Ibi que Deci. nu. 17. C. vnde lib. & propius id ex eo declaratur, quod alij bene facere nemo compellitur, nocere tamen prohibetur c. ad fidem 23. q. 5. Glo. 1. in c. ad reprimendum de offi. ordin. Deci. in l. culpa caret nu. 8. ff. de reg. iuris.

Secundò reſpondetur, ex diuerſis Caſtren. argumentari, ab impoſſibili ad id, quod fieri non prohibetur. A fideicommiſſo pagani, per quod ius filij minui in legitima nequit, ad ſubſtitutionem militis
10 directam, Qui † legitimam filio relinquere neceſſe non habet. Atque ideo querelæ inofficioſi teſtamētum eius non ſubijcitur, filio exhærede facto. l. de inofficioſo, & l. fi. C. de inoffi. teſta. l ſicut certi, & l. ſi cum vel in vtero. C. de teſta. mili. Imola hic col. 1. in fi. verſi. tertius effectus. Soci. nu. 29. poſt prin. Galiau. nu. 95. Deci. in d. l. precibus nu. 25. verſi. & prædicta ratio. Inde fit, vt poteſtate pari in pagano, atque in milite circa legitimā admiſſa, quod legitimam filio dare neceſſe paganus non babeat, Ius idē ſubſtitutionis fideicommiſſariæ à pagano factæ, atque militaris ſit. hoc eſt ne legitimæ detractionem contra voluntatem pagani fideicommiſſum patiatur ab eo relictum. Quotiens voluntas eius liquet, ne legitimæ deductio fiat. Cum voluntati teſtatoris contraria ea ſit. l. Titia infra ad l. Falc. & alia apud nos adſcripta in l. 1. nu. 135. infra de lega. 1.

Si dixeris, locum argumento eſſe, vbi, & militis voluntas conſtaret, ne relectio legitimæ fieret. Ea planè non apparente, locum Caſtren. argumentis eſſe, neque ab impoſſibili tunc eum colligere. Reſpondetur, hoc ipſo militis voluntatem manifeſtā fieri, ne legitimæ detractio fiat, quod directò filio puberi, & poſt aditā hæreditatem ſubſtituit. Quatenus detractionem vllam ſubſtitutio directa eicit, vt Deci. indicat in d. l. precibus nu. 25. verſi. ſi autem dicamus.

Inde fit, vt poteſtate hac militi per ius Auten. hodie detracta, Quo legitima filium fraudare non permittitur. §. & hoc quidem de parentum in Auten. vt cum de appella. cogno. & no. in Auten. ex cauſa. C. de lib. præteri. Ratione priuilegij militaris tacente, locus ei non ſit. Atque ideo legitimæ ſectionem, & militaris ſubſtitutio ferat. Idque in d. l. præcibus Caſtren. adnotauit nu. 20. tex. plane inductionem in d. §. & hoc quidem de parentum. Iaſ. docet in d. l fi. nu. 6. C. de inoffi. teſta. ſententiæ huic Alex. hic ſubſcribit nu. 51. verſi. putarē hoc vltimo caſu, & in d. l. precibus nu. 18. De quo mirari ſatis nequeo, cum ſcriptum id apud alium non inueniſſe dicit. ſiquidem ſcriptum id Cuma. hic reliquit nu. 7. De quo Iaſ. hic meminit nu. 18. Ripa nu. 43. Hoc idem in d. l. precibus nu. 20. à Caſtren. animaduerſum, & notatum mox diximus. Idem in d. l. precib. in ratione ab eo expreſſa Bar. ſentit nu. 8. ab oppoſitis argumentando cum ideo ad legitimam pertinere militarem putat, quod in legitima iure ffoiſi & C. à milite grauari filius poterat. Aliud igitur iure nouiſſimo Auctē. non obſcurè Bar. innuit, Quo ratio illa grauaminis ſilet. Atque Bartolum ita Soci. hic expendit nu. 29. circa prin. Inde Alexandro inſultat, cum ab alio id ſcriptum non inueniſſe aſſerit, ſcriptum quippe ſatis à Bart. eſſe, ex mente cuius clarè id colligitur, Soci. ait.

Et quamuis illationi huic, quæ à ratione ceſſante decerpitur, Soc. hic contradicat nu. 29. in fi. Galiau. nu. 92. & duobus ſeq. Deci. in d. l. precibus nu. 25. Attamen ab ea diſcedēdū non arbitror. melior quippe, verior, & crebrior ex prædictis apparet. & ad rationes è regione à Soci. expreſſas reſponſum hic apud Ripam legitur.

Aeque Galiau. arg. nō morſicat nu. 94. claudam ſubſtitutionem hanc militarem fieri, & fideicommiſſi potius iure cenſeri, ſi ad legitimam non trahitur. arg. d. l. præcibus inducendo vt ſupra. Quoniam commoda alia, nec pauca ex ſubſtitutione directa contingunt, quæ à fideicommiſſo abſunt. De quibus apud Bar. in d. l. precibus nu. 8. Soci. hic nu. 29. poſt med. veri. ſed iterum contra concluſionē, quāuis in l. 1. §. ſublata nu. 9. infra ad Trebel. nihil aut parum referre dicat, directa, an vtilia iura tranſeunt. vtilitates etiam, quæ in iuribus directis verſantur Ripa hic accumulat nu. 38. aduſque nu. 60. Secundo Galiau. arg. proſternitur, quod in d. l. præcibus ponit. Quoniam per ius nouiſſimum Auten. inductio. d. l. precibus circa legitimam tollitur.

Apparet ex his, Iuris nouiſſimi ratione poſthabita, quod ad ius ſforum, & C. attinet, opinionem defendi Caſtren. non poſſe. ſiquidem iure illo legitimæ iure à patre milite impunè fraudari filius poterat. Neque argumentum tertiū officit, quod ſuprà adiectum pro Caſtren. eſt, Ad iniuriam alienam priuilegium hoc militare trahi, ut filij legitimam apprehendit, Quoniam profligatu difficiè arg non vſ, tametſi reſponſionis quicquam ab his redditum ad illud non legerim. Quibus opi. Caſtren. non placet. Inficias quippe inus, iniuriæ, aut damni quicquam per militarem filio inferri. ſiquidem a iure
11 † ipſo ciuili proditum ius legitimæ eſt. l. hac edicta li verſi. ita tamen. Ibi quæ eiſdem liberis debetur ex legibus. C. de ſecun. nup. §. his verſi. & quod ex lege eſt in Auten. de nuptijs. Bal. in l. 1. §. ius naturale in fi. ff. de iuſti. & iure. & in conſi. 49. ſtatuto cauetur, quod mater lib. 5. Lepidè, & ſcitè Ang. in conſi. 362. poſt hoc ſcriptum nu. 3. Ratione tamen naturali ius impulſum ciuile eſt, vt legitimam liberis arrogaret. l. ſcripto in fi. infra vnde liberi. l. cum ratio in prin. ff. de bonis damna. §. 1. Ibi tāquam hoc ſecundum ipſam naturam eis debeatur. in Auct. de hæredi. & falci. & tradit Alex. in l. quod de bonis. §. ſi. infrà ad l. Fal. & in conſi. 75. nu. 9. lib. 1. Galiau. hic nu. 86 Soci. iun. in conſi. 62. nu. 10. lib. 3. vnde meritò filius illud audiet, ſuum non tuum tibi auxilium lex denegat glo. in l. 1. C. ſi aduer. vendi. in l. aſſiduis in glo. magna. C. qui potior. in pign. hab. & in §. fuerat in ver. creditoribus in fi. inſti. de actio. Inde fit, vt in ſolidum per legem, aut ſtatutum adimi legitima poſſit, vt apud Decium habetur in l. iura ſanguinis. ff. de reg. iur. Quid hic dicendum, vbi ne quidem in partem filio legitima auſertur, ſiquidem ſolida ea in vita tota fruitur, tantum hæredibus eius, commodum legitimæ auſertur. Quam rationem Soci. hic expendit nu. 29. Non ob creditorem filium in legitima dici, & ſtis eam alieni vice quantum ad ſubſtitutos, & legatarios haberi. Quoniam impropric id eſt. vnde debita propriè non dicitur, at quaſi. d. l. Papinianus. §. ſi quis impubes. Ibi quartam ei quaſi es alienum concedendam. ff. de inoffi. te. Qua

dictio

dictio quaſi locutionem impropriam denotat. l. nec quaſi. ff. de rei vendi. l. 2. ff. de vſufruc. earum rerum, quæ vſu conſu. l. ſi cum dotem. §. fi. ibique glo. in verſi. quaſi ſupra ſolu. matri. glo. in l. pen. ff. de ſeruitu. & alia compluria, & in ſpecie idem ex Bal. probatur in l. ſcimus in prin. nu. 10. C. de inoffi. teſta. vbi loco creditoris filium in legitima ait. Quæ verba ad ſignificatum etiam improprium ſpectãt. Aliud quippe eſt creditorem quempiam, atque loco creditoris eſſe. l. qui fundum. §. ſi tutor. ff. pro emptore. l. interdum. §. qui tutelam. ff. de furtis. l. ſi cui, & l. mercis. 2. ff. de verb. ſigni. §. quos autem inſti. de bon. poſ. Alex. in l. 1. nu. 37. verſi. per quod apparet. ff. ſi cer. pet. & alia non pauca. Idem ex Bal. oſtenditur in l. filium nu. 28. poſt med. C. famil. her. vbi creditorem bonorum filium in legitima per verba illa aſſerit, vt ita dixerim, quæ verba ad locutionem abuſiuam pertinere nemo ambigit. Idem Baldo viſum in d. l. ſi vero. §. 1. infra de mili. te. vbi tanquam æs alienum legitimam dijudicat. In qua dictione tanquam, ſenſum etiam improprium verſari palã eſt l. meminimus circa med. Ibique Bal. C. de legiti. hæredi. cum alijs apud Alex. collectis in conſi. 2. nu. 12. lib. 1. Rurſus vltrà, & extrà facultates teſtatoris legitimam quodammodo eſſe in d. l. ſi vero §. 1. Bal. ſcribit. Quæ dictio quodammodo locutionis, & ipſa impropriæ index eſt. l. prætor. §. 1. ff. de eden. l. 1. ff. de rerum diui. d. 1. ſupra rerum amo. l. in ſuis ſupra de lib. & po. l. in ratione. 2. §. iam, & ſi infra ad l. Falci. l. id tempus. §. 1. ff. de vſucapio. l. ſi me in vacuam. ff. de acq. poſ. l. 4. §. cato. Ibique Areti. in ſecũdo nota. ff. de verb. obli. Bar. in l. ſi vt certo. §. ſi duobus nu. 10. ff. commoda. & in l. quod ſi vir. in fi. ſupra Solu. matr. Impropriè item æs alienum in legitima æſtimari Calca. ſcribit in conſi. 74. nu. 12. picus in d. l. in quartam nu. 163. infra ad l. Falci.

Secundò reſpondetur, propriè alienum æs eſto in legitima inſit. Iure tamen ciuili citra hominis cõtractum, inductum id eſſe, ante oſtendimus, ob id iure ciuili contrario tolli id, nedum derogari ei potuit, vt ſatis filio ſit, ſi quamdiu inſtitutio eius durat, commodo frui legitimæ liceat. §. pen. inſti. de iure natu. gen. & ciuili. tutum tamen arg. hoc non arbitror per ea, quæ ſcripta apud nos ſunt in trac. de anti. temp. parte. 1. nu. 17.

Conſequenter hic dicendum, ad legitimam ſubſtitutionem militarem ſtorum. C. que iure trahi, cũ prohibendi ius, ne detractio eius fieret, poteſtas militi eſſet. Cauſam aliam iuris nouiſſimi eſſe, quo detractionis impediendæ facultas abeſt.

Sed quæſtio hic incurrit, vtrum ius idem ſeruan-
12 dum in ſubſtitutione † fideicõmiſſaria ſit à milite facta, vt legitimam ex ea detrahere ante ius auctenticorum non licet. Soci. hic nu. 31. & deci. in d. l. precibus nu. 24. Ius idem admittendum in dubio exiſtimant. Idque rationis defectu, propter quam in fideicommiſſo à pagano relicto legitimæ locus detrahendæ eſt, ob id enim legitimæ detractio ex fideicommiſſo pagani fit, quod onus in ea imponere ipſi non licet. d. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſta. Quæ ratio, & prohibitio imponendi ratione ipſa ſubnixa, inepta eſſet, ſi poteſtas oneris imponendi pagano ſit. Ratio hæc in milite ſilet, qui legitimam ſolidam auferre, ita filio poterat, vt per querelam reſcindi teſtamentum non poſſet, ſic quomodo dictum ſupra habemus. Ratione igitur legitimę detrahendæ in fideicommiſſo militis quieſcente, & ipſum ceſſare detrahendi ius conuenit. l. adigere. §. quamuis infra de iure patro. §. Pauonum inſti. de rerum diui. §. aliquando inſti. de vſucapio. & hoc genus.

Opinionem diuerſam Imola, & Doc. frequentius probant, vt hic apud Ripam nu. 46. qui argumẽta eorum recenſet, & quamuis cum Soci & Decio antea ſentiret, & opinionem eorum veriorem duceret, quod contra voluntatem teſtatoris detractio legitimæ fiat, ob id poteſtate detractionis prohibendæ recepta, voluntati militis teſtantis parendum, ne contra quam ſenſerit, detractio fiat. Attamen in ſententia hac mutatum ſe poſtea ait. Rationem ſententiæ variandæ eam adijcit, quod cum facultatem detractionis impediendæ miles habeat, ſi prohibita ab eo detractio non eſt, permiſſa cenſetur. l. mutus, §. cum quæritur. ff. de procura. l. nec non. §. quod eis, ff. ex quibus cau. maior. l. 1. ff. de teſtib. l. cætera in prin. Ibique Iaſ. in tertio nota. ff. de lega. 1. Sic argumentum Soci. & Decij, qui poteſtatem detractionis prohibendæ expendunt, vt locus ob eam detractioni non ſit, in eos Ripa regerit.

Quod ad arg. Ripæ attinet, Socino id obſtare Decioque non videtur, ſiquidem prohibendi etiam facultate admiſſa, contra voluntatem tamen teſtatoris detractionẽ fieri magis eſt dicere. Falcidiam enim, Trebellianamve ꝓhibere hodie teſtator poteſt Auctẽ. ſed cum teſtator. C. ad l. Falci. Atqui poteſtate hac non mouente, contrariam voluntati teſtatoris detractionem eſſe, maior Doc. pars putat, vti ſcriptum habemus in l. 1. nu. 135. infra de lega. 1. & plenius in l. in quartam poſt Ripam ibi nu. 114. infra ad l. Falci. voluntate igitur militis à detractione remota, locum habitura detractio non erit. contraquam Ripa argumentatur. Neque magni Ripæ arg. faciendum, Permiſſum intelligi, ſi nihil quicquam permiſſioni repugnat. At enim contrariam detractioni verba fideicommiſſi generalia videntur, cum hæreditatem reſtitui teſtator iubet. Ad totam enim ſpectare verba videntur vniuerſalis indefinita obtinente. l. placet ſupra de lib. & po. l. plane. 1. §. fi. infra de lega. 1. l. ſi ita relictum. l. ſi pluribus infra de lega. 2. l. hæres meus, & l. ſi plures infra de lega. 3.

Sed dicturus aliquis erit, ſi promiſſioni quartæ detrahendæ teſtatoris verba contradicunt, cur non ſemper prohibita quarta videtur, cum prohibendi ius ſit. Reſpondetur, Idcircò prohibitam quartam non intelligi, quod expreſſionem ſpecialem prohibitio hæc deſiderat. §. ſi vero expreſſim in Auctẽ. de hæredi. & Falci d. Aucten. ſed cum teſtator. C. ad l. Falci. Apparet ex his. Ripæ conſequentiam non ꝓcedere, non prohibuit teſtator quartam ergo permiſit, quia prohibendi quidem interuenire animus potuit, quamuis quod ſatis eſt, declaratio facta animi non ſit.

Secundò in ſpecie quæſtionis controuerſæ. ideſt in milite locum Ripæ arg. non habet. Permiſſionẽ enim legitimæ detrahendæ ex fideicommiſſo militis hoc ipſo Ripa oſtendit, quod prohibita ab eo detractio non eſt, cum prohibendi ius detur. Sed
Poſtremò obſeruandum, ſubobſcure in nota. hoc Bar. locutum cum ſimpliciter de compendioſa loquitur verbis directis facta, tam ante pubertatem, quam poſt viribus eam conſtare, militis mentione non facta. Namque ſi generaliter nota. hoc intelligimus, vt poſt pubertatem fieri ſubſtitutio directa poſſit, textui id refragatur in l. verbis ciuilibus ſupra eo. in l. hæreditas ex die ſupra titu. 1. §. pen. & fi. inſti. de pupilla. Quare, & ſi maxime de compendioſa ſimpliciter, & verbis directis conſcripta Bar. loquatur, Attamen ſecundum ſpeciem l. huius intelligi notabile hoc oportet. Ideſt cum facta à milite eſt, cui directo ſubſtituendi ius hæreditate etiam
26 adita, & puberi datur. Siquidem † vt lex eſt, vnde notabile hoc percipitur, ita & notabile interpræta-ri ipſum conuenit Bar. in l. non ſolum. §. ſi liberationis verba nu. 7. infra de libera. lega. & in l. cum quidam verſi. ſed dices ergo primum intra de his quibus vt indig. Roma. in conſi. 211. nu. 5. Curti. Sen. in conſi. 49. nu. 72. circa med. Idque ratione iuuatur, namque cum ad tex. ipſum notabile hoc referatur, & ex tex. deriuetur, ſecundum ſpeciem intelligi tex. ipſius debet. ſiquidem vt relatum eſt, ita accipi referens oportet l. ſi prior maritus ſupra ſolu. ma. l. 1. §. ſi quis ſub conditione. Ibi huic ſtipulationi eaſdem conditiones, & cauſas ineſſe ſciendũ eſt, &c. j. vt lega. nomi. cauea. l. in ſumma. ff. de re iudi. Bal. in Auten. ſacramenta puberum nu. 7. q. 2. C. ſi aduer. vendi. Iaſ. in l. ſcire debemus in tertio nota. ff. de verb. obli. Inde ratio dicti Bar. percipitur, quamobrem ſecundum legem, quę allegatur, dictũ intelligi doctoris oporteat. Ideſt vt pro natura relati referens interpretetur.

Secundum Bar. notabile attingendum hic non duxi quoniam in oppoſitionibus à Bar. explicatur verſi. oppo. ad ſecundam partem, & in vltima oppoſitione. Ibique vberius de eo diſſeremus.

In prima oppoſitione tex. aductſus, l. hanc Bar. obijcit

27 obiicit in l. proximè † antecedente, vbi cum ſubſtitutioni pupillari tempus prolixius, quam ſerat, à teſtatore adiicitur, finem pubertate nihilominus ſubſtitutio capi. veluti ſi intra vigeſimumquintum annum, vel quandocunque filius meus deceſſerit, titiũ ei pupillariter ſubſtituo, vel hæres ei titius eſto. Neque quaſi fideicommiſſaria poſt pubertatem defenditur. Ita difformitatem ſubſtitutio eadem nec ob temporum diuerſitatem recipit, contra quam lege expreſſum noſtra eſt. Quid ita igitur pubertate, & in l. hac ſubſtitutio non petit. Non ab re autẽ dixi, quaſi fideicommiſſariam in l. proximè antecedente poſt pubertatem ſubſtitutionem non conſeruari. Quoniã dubitationis quicquam in directa nõ contingit, poſt pubertatem eam, & aditam hæreditatem à pagano non fieri. Proinde quod de interitu ſubſtitutionis poſt pubertatem dictum in l. contraria eſt, ad fideicommiſſariam referri neceſſario oportet, quæ ſola in poteſtate pagani eſt. Ad cum quippe caſum referri verba conuenit, qui in poteſtate diſponentis eſt. d. l. Gallus. §. 1. ſupra de lib. & po. l. ſi quis ita infrà de condi. inſti. l. 1. in prin. infrà de ſuis, & legiti.

Secundò tex. in l. hanc Bar. opponit in l. verbis ciuilibus §. 1. ſupra eo. vbi cõpendioſa verbis directis ciuilibus à pagano facta vſque adeo pubertate intercidit, vt nec coniunctionis iure forma maneat, hoc eſt vt quaſi coniunctus, aut adiectus hæres vel cohæres poſt pubertatem ſubſtitutus inueniatur. Quæ coniunctionis, aut cohæredis ratio dubitationem ibi mouebat. Namque, & ſi maximè iure fideicommiſſi vigorem poſt pubertatem ſubſtitutio nõ habet, quæ verbis directis facta ciuilibus eſt, cum obliquationem non ferant. Ratio tamen alia coniunctionis, aut cohæredis eſt, ſi quaſi cohæres, & cõiunctus ſubſtitutus admittatur, ſiquidem nulla ibi obliquatio, cum iure directo vna ſimul cum inſtituto ſuccedat. Sed enim ratione hac dubitandi nõ refragante, nec vti cohæredem, aut coniũctum ſubſtitutum mutandum, tex. refert. Rei cuius rationem illam ſubdit, quod contrarium voluntati teſtatoris id eſt, vt quaſi cohæres ſubſtitutus admittetur. Solidam quippe apud inſtitutum hæreditatem eſſe, quã diù ſubſtitutionis conditio pendet, teſtator voluit. Qui niſi filio ſublato, ſubſtitutum non vocauit. At enim ſi per adiectionem cohæredis pubertate accedente, ſubſtitutionem ipſam directam ſuſcipimus, hæreditatem non niſi ex parte conditione pendente hæres habebit, qui ſcriptus ex aſſe eſt. Partem alteram cohæredis iure ſubſtituto auferente. Quocircà tolerantius legi viſum ad interitum poſt pubertatem ſubſtitutionem deduci, quæ verbis directis facta ciuilibus eſt, quam vt variationem ex adiectione cohæredis contra, quam animus teſtatoris eſt, admittat, & ſi iure ſemper eodem hoc eſt directo valitura tunc eſſet. Quod ſi in iure eodem, aut directo fieri variatio non ſolet, Longè magis in iure diuerſo hoc eſt obliquo, & fideicommiſſario repudianda variatio erit.

Inde in hoc adnotari tex. ille ſolet, magis eſſe, irritum actum fieri, quam vt voluntas teſtatoris offendatur.

Quò pellucidus magis d. l. verbis ciuilibus, ſenſus fiat. Monendi ſumus, quod de adiectione ibi expreſſum cohæredis eſt, ad tempus pubertatis neceſſario pertinere, ſiquidem ante pubertatem ipſam vti pupillaris, & ad modum expreſſum firmitatem ſubſtitutio habet. Conſequens inſpectioni huic limitatio ad regulam aperitur. De qua dictum ſuperius eſt, qui ſemel hæres eſt, hæredem nunquam deſinere. Locum enim habitura ex parte non erit. In d. quippe l. verbis ciuilibus. pro expedito habetur, iure cohæredis ſubſtitutionem directam conſiſtere ſiquidem voluntati aduerſaria teſtatoris non eſſet. Atque ideo pubertate ineunte, hæres ex parte eſſe deſineret, qui pro ſolido factus hæres eſt, ſoluto hæres inſolidum ſcriptus ſimpliciter non diceretur, verum ſub conditione, ſi viuendi finem in pupillari ætate faciat, Quod ſi pubes, non niſi ex parte.

Antequam ad oppoſi. huius ſolutionem veniamus, ſciendum eſt, aliter à Caſtren. in d. l. verbis ciuilibus. quam à Bar. hic textum illum pro contrario induci. Caſtren. enim principium ipſius legis ad inductionem, aut oppoſi. Bar. in ver. fruſtra expendit, vt irrita ſubſtitutio poſt pubertatem fruſtraque omnino fiat. ita vt vigoris quicquam neque directo, neque obliquo iure habeat. Atqui finem l. illius tantummodo in oppoſi. hac Bar. obſeruat. De qua re ideſt circa verbum fruſtra cumulatius infra dicemus.

Secundò obſeruandum, quomodo ad oppoſi. hanc tex. ille à Bar. afferri in fi. potuerit. Namque ſi ſolutionem Bar. inſpiciemur, in variatione tex. ex diuerſo citatos intelligit, quæ per fideicõmiſſum, atque ideo ſpeciem diuerſam contingit. Sed enim de variatione per fideicommiſſum tex. non loquitur in d. l. verbis ciuilibus §. fi. qui de iure directo per adiectionem cohæredis mentionem non obſcurè facit, ſolutio à fortiori induci tex. ille potuit, vt ſi in ius aliud directũ conuerſio directi non fit. Lõge minus in ius diuerſum ideſt in obliquum indirectũ cum facilior in ſimilibus tranſitus habeatur l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff de pactis l. in rem actio §. item quæcunque. ff. de rei vendica. De quo vberius mox diſſeretur, ſi dixeris, ad conuerſionem in ius directum Bar. ſolutionem non quadrare, immo enim ſolutioni Bar. tex. refragari in d. l. verbis ciuilibus. §. 1. Inferius reſpondebitur.

Oppoſitio hæc prima ita à Bar. diſſoluitur. Ex diuerſis in quibus ratio diuerſa verſatur, argumentũ, aut oppoſitionem deduci. De ſubſtitutione quippe à pagano facta tex. loquuntur è contrario oppoſiti, in qua variatio contingere niſi iure contrario non poteſt. Ideſt de ſubſtitutione directa ad indirectã aut obliquam. Etenim cum directò poſt aditam hæreditatem ſubſtituendi ius paganus non habeat, & ſubſtitutio directa ab eo facta in textibus ſit, qui dati pro contrarijs ſunt, nonniſi iure contrario poſt pubertatem defendi ſubſtitutio poſſet, quod iuri non congruit. Cauſa ratioue alia tex. noſtri eſt, qui in milite loquitur, & cui directò poſt pubertatem ſubſtituendi facultas datur. ob id in ſubſtitutionem contrariam variatio, aut conuerſio non fit. & eandem in genere, cum directa vtraque ſubſtitutio ſit æque militaris, atque pupillaris. Atque ideo propter ſimilitudinem hanc tranſitus facilior ab vna ad alteram paratur. d. l. in rem. § item quæcunque. ff. de rei vendica. vbi diſcrimen in his exprimitur, quæ per ſimilia, & diuerſa conglutinantur per ferruminationem puta, & plumbaturã, ſi per ferruminationem ideſt ſimilia, quia auro aurum, argento argentum, ferro ferrum permiſcetur, dominio eius res adit, à quo coniunctio, aut permixtio fit. Id quia facilis tranſitus in dominium alterius ob ſimbolum, aut ſimilitudinem eſt quod contra in ijs fit. In quibus per diuerſa coniunctio contingit. veluti ſi brachium, pedemve ſtatuæ alienæ, ſtatuæ meæ per plumbaturam adiecero. Ibi enim rei adplumbatæ perire dominium non ſolet. Idem ex tex. oſtenditur in l. 3. in fi. cum. ll. tribus ſeq. infra de bonor. poſ. Quamuis iuri accreſcendi locus non minus in bonorum poſſeſſionem, quam in hæreditate ſit. verumtamen id ita eſt, ſi iure eodem bonorũ poſſeſſio competit ſecundum tabulas puta. Ibi enim ſi

admiſſa

admiſſa, aut agnita ab vno eſt, a cæteris vero omiſſa, aut repudiata, cæterorum portiones iure ipſo ſine petitione alia, admittenti, aut agnoſcenti accreſcunt. Ratio alia eſt, ſi iure diuerſo bonorum poſſeſſio pluribus datur, veluti ſecundum tabulas hæredi a liberto ſcripto, & cõtra tabulas patrono, qui præteritus a liberto ſit. Ibi enim ſi bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas hæres ſcriptus contemnit, patrono iure ipſo non accreſcit. Verum neceſſe habet a prærore eam petere. Qui eam patrono pollicetur. Atqui neceſſaria petitio non eſſet, ſi locum accreſcendi ius habeat. Sic non accreſcendi iure, ſed nouo prætoris beneficio portionem ab hærede repudiatam patronus conſequitur, id quia diuerſo iure, quæ hæredi ſcripto, ius hoc bonorum poſſeſſionis parrono datur. Hæres enim ea voluntate teſtatoris ad eam admittitur.

Quod aliter in patrono fit, qui contra quem libertus teſtator ſenſit, teſtamentum eius impugnat ſecundum, quæ facilius portionis omiſſæ dominiũ cohæredibus per ius accreſcendi acquiritur, qui iure eodem ad hæreditatem aſpirant, quam vbi diuerſo ad eam iure veniunt. In eandem ſententiam tex. affertur in l. ſi acceptolatum in prin. ff. de acceptila. vbi obligatio verborum. quia a iure introducta ciuili eſt. l. ſi fideiuſſor in fi. ff. de condi. inde. §. de conſtitura inſti. de actio. per acceptilationem tollitur, quę iuris etiam ciuilis, & prodita ab eo eſt. l. actus legitimi. ff. de reg. iuris. Cauſa alia obligationis eſt à iure gentium introductæ, eam enim perimere acceptilatio non poteſt. Idque expreſſius tex. docet in §. 1. inſtit. quibus modis tolli. obli. ex quibus tex. probari id videtur, quod dici in principe ſolet, liberum ei non eſſe, ius alienum ſine cauſa lædere, quod iure quæſitum gentium ſit.

Regula hæc, facilem tranſitum in ijs eſſe, in quibus ſimbolum intercedit. ex tex. etiam iuuatur in l. 2. §. mutui datio. ff. ſi cer. pet. vbi in his, quæ pondere, numero, menſurave conſtant, quia functionem, & ſimilitudinem recipiunt, admiſſum mutuum eſt, vt rei mutuatæ dominium in accipientem tranſeat. ex tex. etiam regula hæc iuuatur in l. pediculis in prin. infra de auro & arg. lega. in d. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret in prin. ff. de pactis. l. penul. §. ideoque. C. de adoptio. inde fit, vt teſtamentum in ſcriptis ad teſtamentum facile nuncupatiuum tranſeat, id quia in ſpeciem diuerſam tranſitus nõ ſit Iaſ. poſt Cynum, & alios in l. hac conſultiſſima. §. per nuncupationem in fi. C. de teſtam.

Sed in ſpecie magis ex text. ſolutionem ſuã Bart.
28 iuuat in l. 3. §. pen. ſupra tit. 1. vbi qualitatis † mutatio hæredis vnius in aliam recipitur, vt de neceſſario voluntarius fiat, id quia ſubſtantia circa nomen hæredis directi non alteratur, neq; in ius diuerſum ſubſtantia ipſa variatur, hæres quippe directus ſemper manet, cum hæres eſſe non deſinat, qui hæres factus ſemel ſit. Qualitas demum variatur; vt ad voluntarium a neceſſario perducatur, & obſeruandum circa ſenſum dicti tex. quæſtionem duplicem ibi verſari. Prima, vtrum hæres inſtitui ſeruus poſſit, cui libertas in l. conditione, & per fideicommiſſum relicta à teſtatore primo erat. Altera an cõditione pendente. hæres neceſſarius dici ſeruus is deberet. Circa primam q. mouebat, quòd hæres ſeruus fieri ſine libertate non poteſt. §. idemque iuris inſtitu. quibus ex cau. manu. non licet. Sed enim ſi conditio libertatis fideicommiſſariæ in teſtamento priori datæ impletur, ex fideicommiſſo competere libertas videtur, quod cum ita ſit, ex inſtitutione eam conſequi ſeruus non potuit. Siquidem iterationem libertas non recipit. l. 2. C. de vindi. liber. Atque ideo effectum conditione pendente inſtitutio habere, libertatis defectu non potuit. d. §. idem quæ iuris inſti. quib. ex cau. maio. non ſi dixeris, ex inſtitutione, nõ ex fideicommiſſo libertatem competijſſe. Reſpondetur, In poteſtate hæredis nõ eſſe, vt ante legatum, aut fideicommiſſum præſtet, quam dies, aut conditio eius eueniat. l. vnum ea familia in prin. infra de lega. 2. l. ſed etſi ante infra ad Treb. quas ll. pro contrarijs in d. §. pen. glo. apponit, nec refellit.

Argumentis his non mouentibus, ius aliud conſtitutum, inſtituendi poteſtatem conditione pendẽte eſſe, ita vt liber hæreſque neceſſarius, dum conditio pendet, inſtitutus fiat. Ratio decidendi eſt, quod in dominio hæredis conditione pendente ſeruus dicitur. l. ſi fur. ff. de vſufruct. l. 3. C. de fideicom. liber. ob id quaſi dominus rectè hæredem eum cum libertate facit inſti. de hæredi. inſti. in prin.

Neque mutat, liberum cõditione pendente ſeruũ non fieri, perinde quaſi ex fideicommiſſo conditione impleta, libertas competat. Atque ideo impoſſibile videri, vt ſine libertate hæres ſeruus conditione pendente, dicatur. Quoniam argu. negatur. Imo enim libertatem cõſecutus ex inſtitutione eſt, cum in dominio hæredis inſtituentis conditione pendẽte eſſet. l. in re mandata. C. manda.

Non obſt. iterationem in libertate non dari, atq; ideo ſi libertatem ex fideicõmiſſo conditione eueniente conſequitur, libertatẽ ei ab inſtitutione non competijſſe. Quoniam iteratio hic, aut repetitio libertatis non interuenit. Imo enim niſi ab inſtitutione libertas non exiſtit. Qua accepta, liber amplius ex fideicommiſſo non fit.

Neque ad rem attinet, executionem præueniri fideicommiſſi non poſſe. Verum enim id ita habetur, ſi alterius interſit, ne præuerſio ſolutionis, aut executionis fiat. vt in ll. ex diuerſo prolatis. Sed enĩ ſerui hic non intereſt, liberum eum ante conditionem exiſtentem fieri. Quoniam ſi conditio deficit, rectè inſtitutio proceſſit, ſin autem impletur, ad vtilitatẽ eius præuentio ſpectat, ſi dixeris, damnoſam ei præuentionem eſſe. quoniam euentu conditionis expectato, & libertate ex fideicõmiſſo accepta, neceſſarius futurus hæres non erat, Reſpondetur, diſpendij quicquam ex hoc non inferri. Siquidem mutatio tum qualitatis fit, vt qui neceſſarius conditione pendente, hæres erat, voluntarius ea adimpleta, fiat.

Sed quæſtio ſecunda circa variationem qualitatis in d. §. pen. incurrit, quomodo admitti variatio poſſit, vt qui ſemel hæres neceſſarius fuit, talis eſſe deſinat contra. l. etſi ſine §. & quod Papinianus. ff. de minor. l. ei qui ſoluendo ſupra tit. 1. id quidem præcipuè, quod contrarietas in qualitatibus his vertitur neceſſarij, & voluntarij, vnde qua ratione ſubſtitutio directa in obliquam non vertitur, quòd ſpecies oppoſitæ videntur ſecundum Bart. hic. Ita in qualitatibus ijs dicendum, quæ contrariæ inuicem apparent.

Reſpõdetur, ſiquidem regulam iuris ſpectamus hæredem eum non deſinere, qui hæres ſemel fuerit, ad rem eam non attinere. Hæres quippe, & directus eſſe, nomine tenus nõ deſinit, qualitatis demũ alteratio contingit, quia voluntarius ex neceſſario fit. Sin autem effectum obſeruamus, iacturam ex alteratione hac ſeruus non facit, quoniam voluntarius hæres, vti diximus, cõditione impleta, fit, & perinde res eſt, vt ſi voluntarius ſemper fuerit.

Non obſt. contrarietatem in qualitatibus his verti neceſſarij, & voluntarij. Quoniam contrarietas hæc circa ſubſtantiam non contingit. Cum hæres ſemper directus maneat. In qualitatibus demum, & temporibus, atque adeo reſpectibus diuerſis contrarietas incurrit, Quod fieri poſſe, declaratum in

ſupe-

ſupioribus habemus. Atq; in ſpecie magis, ex tex. id oſtendit in l. ſi pariter in fi. ff. de lib. cau. & in l. 1. §. 1. C. de lati. liber. tol. Quos tex. in ſententiã hanc Io. And. vocat in reg. ſine culpa in mercur. in reſponſione ad Secundum arg. De quo Ruin. meminit in conſi. 94. nu. 10. poſt prin. lib. 3. Ab oppoſitis argumentando, id accipi ex ll. prædictis poteſt, quod in partem ſeruus, & liber eſſe quis non poteſt. Quod niſi tempore eodem non fit. Temporibus planè diuerſis varietatem hanc admitti, vel tex. illi indicant, quod in partem tum ſeruus, & liber quis non inuenitur, verum aut liber, aut ſeruus ex toto, hnc eſt tempore vno liber, alio ſeruus.

Non ob. variationem circa ſubſtitutionem directam non permitti, vt in fideicommiſſariam ob contradictionem abeat. Quoniam circa ſubſtantiam variatio ibi contingit, Alia quippe ſubſtantia directæ, atque ſubſtitutionis fideicommiſſariæ eſt. Nulla hic à ſubſtantia variatio, quia hæredis directi nomen perpetuo durat. In qualitatibus demum variatio conſiſtit, vt voluntarius ex neceſſario fiat.

Aliter etiam ad arg. hoc variationis Bal. hic reſpondet col. 2. poſt med. ob diuerſitatem perſonarum teſtatoris, qui libertatem per fideicommiſſum dedit, & hæredis, qui hæredem ſeruum inſtituit, variationem hanc neceſſarij, & voluntarij fieri eamque admitti. Demonſtratum enim in ſuperioribus habemus, pro diuerſitate perſonarum rem eandem diuerſo iure conſtitui. Idque vltra iam dicta, ex tex. probatur in d. l. 3. §. pen. ſupra titu. 1. Secundũ declarationem Bal. hic. Idem ex Bal. probatur in l. ſi arrogator in quinta oppoſi. ff. de adoptio. vbi filium arrogatum perinde vt hominem. aut filium duplicem ob patres duos intelligi ait. De quo Soci. meminit in conſi. 288. poſt prin. & in conſi. 292. nu. 2. lib. 2.

Reſponſio, & alia ex his deſcendit, quæ circa ſenſum d. l. verbis ciuilibus contra Bar. & comites eius dicturi ſumus, variationem in ius diuerſum ob diuerſitatem temporum admitti.

Ex ſcriptis Bar. in oppoſi. hac prima, ſenſus percipitur d. l. proximæ, & d. l. verbis ciuilibus, vt ad ſubſtitutionem fideicommiſſariam poſt pubertatẽ pertineant, vt quæ verbis directis, aut iure directo impuberi facta ſubſtitutio eſt, inutilis prorſus poſt pubertatem fiat, vſque adeo, vt nec iure conſiſtere fideicommiſſi poſſit, & ad ſubſtitutionem fideicõmiſſariam tex. prædictos reſtringendos, ratio, vti diximus, coacta docet. Siquidem in milite tex. memorari non loquuntur, at in pagano. In quo vacua res prorſus ab omni dubitatione eſt. directo ſubſtituendi ius poſt hæreditatem à pubere aditam ei non dari. Quocirca de ſubſtitutione fideicommiſſaria accipi tex. illos oportet. cuius faciendæ arbitrium pagano eſt. Aliter quippe de re impoſſibili diſceptatio in lege fieret. Quem ſenſum Bar. & ſectatoribus eius fuiſſe, confitendum habemus poſtquam de fideicommiſſaria ſubſtitutione mentionem ſoluente faciunt. De quo latius infrà.

Sed obſeruandum, tam etſi ſenſum hunc dictarum legum Bar. ſolutio innuat, & neceſſario præſupponat, Attamen ſenſum hunc tex. non pati in d. l. verbis ciuilibus. §. 1. quem Bar. citat. Ibi enim de iure directo cohæredis adiecti poſt pubertatem loquitur, vnde relatio fieri ad fideicommiſſum non poteſt, & quamuis ratione fortiore Bar. ſolutionẽ iuuari ex tex. eo diximus, vt ſi iure ibi directo poſt pubertatem ex adiectione cohæredis non conſiſtit, longe minus obliquo, quod directi diſſimile prorſus eſt. Attamen ex inductione hac fortiore arg. non diluitur, quod contra l. noſtrã factum eſt. Quoniam ſicut in ius aliud directum variatio in d. l. verbis ciuilibus in fi. non admittitur. Ita nec in ſubſtitutionem aliam directam in l. noſtra recipiendus tranſitus videbatur. Quòcircà imprudenter tex. ipſum in d. l. verbis in fi. vocatum à Bar. puto.

Vnde ad ſolutionem à Bar. redditam appoſitè magis tex. ille in fi. quadrat. hoc eſt vt Solutioni ipſi obſtet. Atque ideo aduerſus ſolutionem ipſam aptè magis tex. ille opponitur. Solutio enim Bar. habet, ad tranſitum in ius diuerſum arg. pertinere ex. ll. contra oppoſitis deductum quod aliter in l. noſtra fit, in qua ad ius idem directum tranſitus contingit. Solutioni huic obſtare tex. videtur in d. l. verbis in fi. vbi nec ad ius idem directum tranſitus permittitur. Ad quod arg. in ſolutionem Bar. factum Bar. etiam reſponſio confert, in ius diuerſum, & in d. l. verbis in fi. tranſitum fieri. Ideſt. à ſubſtitutione ad coniunctionem, ſeu adiectionem cohæredis. Inter quas non conuenit, neque cohærere inuicem poſſunt. ſiquidem in vicem alterius ſubſtitutus ſuccedit. Adiectus planè per ſe, & æque principalis conſtat, & vna ſimul cum inſtituto altero admittitur. Ita in ius diuerſum omnino, & à ſubſtantia, & à qualitate, de ſubſtitutione ad inſtitutionem, ſeu adiectionem cohæredis in d. l. verbis in fi. tranſitus fieret. Neque minor ibi diuerſitas, quam vbi à ſubſtitutione directa in obliquam tranſlatio interuenit. Quæ tranſitus diuerſitas hic ſilet, ob id ſimboli ratione facilior.

Secundò vltra Bar. ex tex. ipſo in d. l. verbis. ſolutio decerpitur, ſi in fi. cum pro aduerſario damus eo in adiectionem cohæredis tranſitum non ferri, quod voluntati inimicus teſtatoris apparet. Qui ex aſſe hæredem eſſe inſtitutum voluit, quamdiu conditio ſubſtitutionis pendet. At enim non niſi ex parte hæres poſt pubertatem fieret, ſubſtitutionem in adiectionem cohæredis tranſmutando.

Conſequens prædictis fit. Commendabiliorem Caſtren. Alex. & Areti. & poſteriorum ſenſum in notabilibus d. l. verbis ciuilibus eſſe. Qui arg. & oppoſitionem ipſam ex l. ipſius initio, & in verbo fruſtra decerpunt. Ad fideicommiſſum id applicando. Quo caſu idonea magis Bar. & aliorum ſolutio apparet, in ius diuerſum penitus tranſitum in dictis. ll. futurum, ſi vigorem poſt pubertatem ſubſtitutio habet. Ideſt à ſubſtitutione directa ad indirectam.

Infertur ex declaratione hac, & fruſtra verbum obſeruando, ad impotentiam, non voluntatis defectum tex. referendum in d. l. verbis ciuilibus, & conſequenter in d. l. in pupillari, quæ proxime antecedit, hoc eſt vt liberum pagano non ſit, iure fideicommiſſi per verba directa ciuilia poſt hæreditatem admiſſam maiori ſubſtituere. Conſequenter ex voluntate pagani verba directa non obliquari. Etenim ſi obliquationi locus ex voluntate teſtatoris eſſet, vtique fruſtra ſubſtitutio directa poſt pubertatem non fieret. Quomodo enim fruſtrà, ſi iure fideicommiſſi defendi ex voluntate teſtatoris poſſit. Itaque cum ſimpliciter, & abſolutè ſubſtitutionem fruſtra poſt pubertatem fieri tex. dicat, intelligi ſimpliciter debet, de fideicommiſſo, vel non teſtator ſenſerit, & ita impotentia Caſtren. obſeruat in d. l. precibus nu. 14. Imola hic nu. 12. & duobus ſeq Areti. hic col. 8. verſi. Tu autem quantum ad quæſtionem principalem.

Sed enim illationi, & ſententiæ huic obſtare tex. videtur in l. quærebatur verſi. ſed in propoſito. infra de mili. teſta. vbi ad fideicommiſſum inſtitutio trahitur, quotiens in poſteriori teſtamento prius valere teſtator cauit, & ſi obligatio hæc in teſtamento militis fit, cui directo ſubſtituendi ius fortius, quam pagano datur. Longè magis idem probandum in pagano erit, & ideo obliquationem difficilius in mi

lite

lite admitti Galiau. hic ſcribit nu. 236. Rurſus ſi ad fideicommiſſum inſtitutio trahitur, lõge magis ius idem probandum in ſubſtitutione directa erit, quæ maiorem cum fideicommiſſo, quam inſtitutio ipſa ſimilitudinem habet. Eodem tex. pertinet in l. Scæuola infra ad Trebel.

29 Secundò iure illo vulgatiſſimo vtimur, † offendenda verba in teſtamentis præcipuè eſſe, ne irrita teſtatoris voluntas fiat. l. non aliter infra de lega. 3. l. Gallus. §. 1. ſupra de lib. & poſthu. vbi in diſiunctam coniuncta reſoluitur mentis huius ſeruandæ cauſa, è contrario ob mentem ipſam tuendam pro coniuncta diſiuncta accipitur. l. Lucius 2. ſupra titu. 1. l. generaliter in prin. C. de inſtit. & ſubſti. & generaliter verba offendenda, vt menti teſtatoris pareatur. tex. docet in l. ſi quis in fundi vocabulo infra de leg. 2. in l. quæſitum. §. pen. infra de fundo inſtruct. in l. Labeo infra de ſuppel. lega in l. in ambiguo. Ibique Soci. in quarto not. infra de rebus dub. in l. quiſquis. ff. de verb. ſignifi. in l. quoniam indignum. C. de teſt. in l. 3. C. de lib. præte. & alia id genus innumera. itaque ſi voluntas teſtatoris manifeſta eſt, vt extra pubertatem etiam, ſubſtitutio trahatur, vltra eam ætatem ſubſtitutionem ipſam conferendo, veluti ſi intra 25. annum, vel quandocunque mortuus filius erit, hæredem Titium facio, vel ſubſtituo, vel hæres eſt, quãuis iure directo vtilis eſſe ſubſtitutio nequeat, cur non a verbis diſcedimus, vt eo modo vires habeat, quo locus ei eſſe poteſt. d. l. Gallus. §. 1. ibi qui ex verbis concipi poteſt. l. 1. §. lex Falcidia. ibiq; Bar. & alij inf. ad l. Falci.

Tertiò ſententiæ huic arridere text. videtur in d. l. precibus ſenſu illo admiſſo, vt in verba directa facta ibi ſubſtitutio ſit. Idque percipi ex tex. ipſo videtur, ibi & ſecundum hæredem ſcripſiſſe, & inferius, eos habeat hæredes, quos pater ei conſtituit. In quibus verbis ſubſtitutionem verbis directis factã text. refert. Ita tex. illum Galiau. hic obſeruat, & inducit num. 239. poſt Soci. hic nu. 27. idem Galiau. facit nu. 287. in fi. verſi. tertio adducitur. Ibique vaticinium apertum ait, quòd verbo communi ſubſtitutio facta ibi ſit. Atqui iure eam fideicommiſſi poſt pubertatẽ valere clarum eſt. Neque dixeris, militis id cauſa fieri, quoniam ad militem priuilegium eius ſpectar, non ad fideicommiſſariam, quæ iure communi nititur. Et in ſpecie, priuilegium in obliquatione hac non verſari, Galiau. hic ſcribit nu. 238. verſi. ſeptimo & vltimo. Sal. in d. l. precibus num. 21. circa prin. verſi. & per illa duo. Et eodem nu. verſi. & iſtã partem teneo, caſum in d. l. precibus pro opin. eſſe hac ait, & priuilegium in d. l. precibus ſilere, ex eo etiam oſtenditur, quod dictum ſuperius habemus, diuerſo iure pro diuerſitate temporum, & perſonarum diſpoſitionem eandem in pagano etiam cenſeri. Vnde ſi neceſſarium ibi ad obliquationem priuilegium non eſt. Conſequens erit, iure ipſo communi eam induci, neque a verbis eam directis impediri.

Vnde non rectè ſentire Imola hic videtur. num. 13. in fin. iure priuilegiario militis, fieri in d. l. precibus, vt obliquationem ſubſtitutio patiatur. Quod idem in d. l. precibus Ang. ait nu. 10.

Quartò opinioni huic adminiculari, & tex. videtur in d. l. verbis ciuilibus, cum retorquendo. Generaliter enim tex. loquitur, poſt 14. annum fruſtra ſubſtitutionem pupillarem fieri, diſtinctione non habita, vtrum impuberi ſubſtitutio hæc fiat, quæ in tempus producta longius ſit, an puberi. Atque ideo ad eum pertinere caſum poteſt, quo poſt 14. annum, id eſt puberi ipſi fit. l. de precio. ff. de publicia. & in ſpecie Imola hic obſeruat nume. 14. hoc amplius Ang. viſum in d. l. precibus num. 11. ad eum caſum d. l. verbis ciuilibus pertinere, quo puberi ſubſtitutio fit. Idem Corasi. ibi putat num. 58. Enimuero cum

30 puberi † verbis directis ſubſtitutio fit, ad fideicommiſſariam eam trahi, neque fruſtrà tum factam intelligi inter Doctores conſtat. Sic verbum fruſtrà fideicommiſſariam tunc non excludit, vt glo. ibi & Doct. notare lat. ibi ſcribit nu. 14. Soci. hic num. 35. verſi. ſecundus caſus. Galiau. nu. 264. Lanfran. num. 27. idem Bal. probat in l. ex tribus nu. 4. C. de inoffi. teſta. in conſi. 129. Domina Franciſca num. 1. lib. 1. Pau. de Caſt. in conſi. 410. col. 1. in fi. lib. 1. & in cõſi. 12. col. 2. lib. 2. ad impreſſionem vltimam. Alex. in conſi. 82. in prin. lib. 2. & in conſi. 51. num. 2. lib. 6. Socin. in conſi. 94. col. 1. lib. 4. Corn. in conſi. 307. ante fin. lib. 1. itaque ſi ad fideicommiſſariam text. non pertinet in d. l. verbis ciuilibus, quotiens puberi fit. Tantundem dicendum cum impuberi fit, & poſt pubertatem producitur, quatenus generaliter loquitur. Puberi, vel impuberi fiat. Qua ratione arg. tollit, quod ex dictione deſumi fruſtrà ſolet, vt ad ſubſtitutionem etiam fideicommiſſariam trahatur. Aliter quippe ſi generaliter verbum hoc in fideicommiſſaria etiam intelligimus, falſum id apparet, vbicunque puberi initio ipſo ſubſtitutio fit. Quo argumentandi genere Galiau. hic vtitur num. 263. in fi. verſi. item illic tex. loquitur generaliter. Corasi. in d. l. precibus num. 58. ſed ante eos arg. hoc expreſſum apud Bal. legitur in d. l. ex tribus nu. 4. Sal. in d. l. precibus nu. 21. poſt prin. verſi. & hæc ratio fortiſſima.

Apparet ex his, à partibus latis enumeratis argumentando, falſam glo. & Doct. ſententiam in caſu vtroliber videri. Namq; aut generaliter fruſtra verbum accipimus, vt æque fideicommiſſariam apprehendat ac directam, & falſum erit, quod vulgo. glo. & Doct. inquiunt, ſubſtitutionem verbis directis puberi à pagano factam ex fideicommiſſo defendi. Aut generaliter fruſtra verbum non intelligimus, verum fideicommiſſariam ab eo demimus, & falſum illud erit, quod glo. cum Doct. aiunt, ſubſtitutionem verbis directis ciuilibus impuberi a pagano poſt tempus etiam pubertatis factam nec ex fideicommiſſo poſt pubertatem ſuſtineri. Et enim ſi potentia non deeſt, verba directa ciuilia ad effectum obliquorum trahendis. Quid ita id faciendum in ſpecie. ll. prædictarum non erit, cum impuberi poſt pubertatem etiam ſubſtitutio fit.

Quintò appellatione hæredis largè, ſeu ex vocabulo largè fideicommiſſarius continetur. l. item veniunt. §. licet autem. ff. de peti. hæredi. l. ſi filius. §. 1. ff. quod eo. l. 1. §. de filio, ibique Bart. & alij. l. poſtulante. § 1. infra ad Trebellia. glo. in l. pro hærede. §. fin. infra de acq. hæredi. Aret. in l. non amplius. §. fi. col. 2 poſt med. verſi. Tu ergo dic. inf. de lega. 1. Galiau. hic num. 270.

Idem ex titu. probatur. ff. de fideicom. hæredi. peti. & inſtit. de fideicom. hæredi. ſi hæreditatis nomẽ tributum fideicommiſſarię ſubſtitutioni eſt. Cur nõ & hæredis nomen largè competere fideicommiſſario poterit. Ita ex ratione hac Bal. argumentatur in conſi 46. verba inſtitutionis col. 1. poſt med. lib. 1. vbi hæredem propterea ſecundarium fideicommiſſarium appellat, cui hæreditatis definitio competit.

Hoc ita admiſſo, conſequens fit, cum manifeſta teſtatoris voluntas ſit, vt effectum ſubſtitutio poſt pubertatem etiam habeat, compendioſe verbis illis ſubſtituendo, quandocunque filius meus deceſſerit, vel ſi ante annum mortuus vigeſimum quintũ erit, impropriè, aut largè intelligi verbum directum debeat, vt ad fideicommiſſarium pertineat. Nouũ

31 quippe non eſt, impropriè † verba intelligi, mentis ſeruandæ cauſa. l. proculus. ff. de vſufruct. l. ſi in venditione. ff. com. præd. l. ſcire oportet. §. aliud ſupra

de

de execu.tutor. l. librorum.§.quod tamen caſſius infra de lega. 3. l. ita ſtipulatus in fi. ff. de verb. obli. l. quoniam indignum.C.de teſta. l. non eſt dubium. C.de lega.c.conſtitutus de religio.dom.c.intelligẽtia,& c.in his de verb.ſigni.c.15.auẽt. 22.q.2.Alex.in conſi. 43. nu.23.lib.4. & plenius in conſi.53.nu.5.& duobus ſeq.lib.7.& apud nos in rubri. infra de lega. 1.nu.135.Bal. huc accedit in conſi. 408.quidam eiuis florentinus col.fi. circa med. lib. 1. verbum alimenta pro vſufructu, viceque verba vſumfructum pro alimentis ex voluntate diſponentis accipi argumento hoc quamuis non ita cumulate, Galiau. hic vtitur numero 270.& ſequent.& numero 285. quod Docto. argu. eſt,quibus opi.hæc ante Galiau. placuit, vires argumentum hoc accipit, quoniam non impropriè ſolum verba admittimus, ſed, & in ſignificatu contrario, volũtatis, aut menti tuendæ cauſa.l.ſi is qui ducenta. §. item ſi pater infra de rebus dubijs, vbi in coniunctum diſiuncta vertitur, ne offenſionem teſtatoris mens patiatur. Ideſt ne melior extranei quam poſteriorum conditio fiat, ſecundum glo. ſenſum vulgo. ad Doc. receptum, Atqui contraria diſiunctæ coniuncta eſt, quem tex. Ruin. obſeruat in cõſi.188.nu.6.lib. 2.Idem expreſſius ex tex. probatur in l. iam hoc iure ſupra eo. vbi ſubſtitutio vulgaris ſi hæres non erit, pupillarem tacitam complectitur, quæ contraria euidente vulgari eſt, locum quippe pupillaris contrario quam vulgaris habet, ſi hæres pupillus erit. Idque ex voluntate teſtatoris introductum, quod idem in pupillari facturus veriſimiliter fuerat, ſi ad eum caſum cogitaſſet, vel interrogatus de eo eſſet, Bar. hic nu. 21. in fi. & nu. ſeq. Caſtren. in d. l. iam hoc iure in prin.& in l.fi.nu.3.in fi.C.de inſtit. & ſubſti.Calca.in conſi.105.col.3. verſi. vnde aduertendum. Idem ex tex. probatur in hæredis mei §.cum ita infra ad Trebel. vbi dictio vterque in ſignificatu contrario pro altero, diſiunctim ob teſtatoris voluntatem intelligitur. Quos tex. in ſententiam hanc Ruin. profert in conſi.140.nu.11.lib. 3. Quid hic dicendum, vbi non ex interpretatione legis, quę ex voluntate teſtatoris remota contingit, verum ex verbis eius voluntas hæc colligitur, fortior quippe non paulò voluntas teſtatoris habetur, quæ ex verbis, & tacita eius mente deducitur, quod de aliquo cogitauerit, quã quæ per legem immediate, & ex remota teſtatoris voluntate deſcendit, cum de aliquo cogitatum à teſtatore non eſt, vt Bar. hic docet nu.21.& ſeq.Bal. hic ante fi. Imola nu.9.Quam rationem Galiau.hic ſentit nu.287.

Vires argumentum hoc quintum accipit, quod
32 extenſio † ad ea permitti in materia etiam ſtricta, & odioſa ſolet, quæ ſub caſu expreſſo ex largo, aut improprio ſignificatu comprehendi poſſunt, ratione eadem interueniẽte.l.filium habeo.ff.ad Macedo. l.liberũ. §.1.ff.de ritu nup. Roma.in cõſi.129. licet magna. Alex. in l.3.§.ſi procurator in fi. ff. qđ quiſque iuris in l.2. nu.3.infra de lega.1.& in l. peregre.§.quibus.ff.de acq.poſ. & alia compluria. ſi locus extenſioni ob rationem eandem, de caſu expreſſo ad omiſſum eſt, quamuis ſignificatio propria in caſu ommiſſo non ſit, ſed largè ſolummodo ſub expreſſo continetur. Quanto magis locus eſſe comprehenſioni debebit. Ideſt vt effectum diſpoſitio in caſu etiam comprehenſo, aut expreſſo in genere habeat, quamuis ad caſum illum niſi ex larga ſignificatione accommodari verba nequeãt, in comprehenſione quippe diſponentis mens immediate percipitur ex verbis ab eo expreſſis, quod ſecus in extenſione eſt, quæ omiſſum caſum omnino quantum ad verba, præſupponit, ob id tranſitũ facilius admitti in caſu ſimiliore conuenit, ex Butigella id confirmatur in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter nu. 19.ibique Crot.nu.27.& nu.19.ff.de verb. obli.facilius id ſuppleri aut reformari, quod omiſſum omnino non eſt, quam quod omiſſum omnino ſit. ex Bar. in l.triticum.ff.de verb.obli.& in l.cum quid ff. ſi cer.pet. cum tex. nominat in l. quidam cum filiſi ſupra titu. 1. Rurſus facilius quid adiuuatur, quam inſolidum fiat, l.fi.§.pen.C.de dona. ante nup. facilius donationem inſinuari quam nouam fieri, & quod Doc. no.in l.fi. C. de eden. editionẽ actori ad intentionem eius coadiuuandam, non probandam fieri, ſed enim vbi caſus comprehenſus eſt, nonniſi adminiculum vertitur, vt impropriè verba accipiuntur. Cauſa alia extenſionis eſt. In qua non adminiculum ſolum in verbis oſtendendis, ſed opus
33 etiam extenſio eſt. Iam faciliorem † incluſionem, aut comprehenſionem, quam extenſionem eſſe Neque locum extenſioni eſſe, vbi ex mente comprehenſio inuenitur, ex tex. etiam declaratur in l. his ſolis. Ibi ſatis etiam tacite cautum putamus. C. de reuo.dona.tradit Bal.in l.quod vero contra col. 1. verſi. Item veriſimile eſt. ff de ll. in l. ſi quis ſeruo nu.4 C.de furtis.& in l.fi.nu.9.C.de lib.præter. Alex. in cõſi.75.nu.3.lib.5. & in cõſi.89.nu.9. lib.6. & alia apud nos adſcripta in ꝯſi. 118. nu. 15.locupletius in conſi.183.nu.3.Atque præter Bal.& alios, ex tex.id confirmatur in l.cum lege Ibique Areti. circa prin. ff.de teſta.vbi late verba in ſpecie etiam pœnali accipimus, quatenus ſignificãtius eorum produci generalis poteſt. Atqui per extenſionem id non conceditur. Cui in materia locus pœnali non eſt.l.fi.C. de interdic. matri.habetur in l. cum quidam. ff.de lib.& poſth.& in reg.odia lib.6 Ad ſententiam hãc, locum extenſioni non eſſe, quotiens ſub diſpoſitione quid comprehendi, aut includi ex natura verborum poteſt, tex. etiam demonſtratur in l.Gallus §. 1.ibi qui ex verbis concipi poteſt ſupra de lib.& po. l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum ibi quærentibus inſpiciendus eſt ſermo ſtipulationis.ff.de verb.obli.l. intereſt. Ibi quantum lectio probat.ff.de ſolutio. l. fideiuſſores magiſtratum.§.Aurelio. Ibi lecta ſubſcriptione.ff.de fideinſ.l.Sãcimus in verſi.placiti tenor. C. eo. titu. l. fi. circa prin. Ibi ſtipulationis paternæ tenor.C.com.vtr.iudi.l.ad probationem. Ibi quem tenor deſignat. C.de probatio. c. pręterea. Ibi viſo tenore. de dilatio.tradit Fely.in c.Rodulphus nu.4. de reſcrip. Ial.in l.1.§.hoc autem nu.7.in fi.infra ad Trebel.Ita fortiorem incluſionem, aut comprehẽſionem extenſione eſſe, planum ex prædictis fit. Ea propter cum apertiſſima in ſpecie controuerſa teſtatoris mens conſtet, vt vltra pubertatem ſubſtitutio trahatur, quidque verborum offenſione timemus. Quandoquidem nec extenſione tunc repudiamus.

Sextò pro opinione hac affirmatiua contra Glo. Bar.& alios, Qui cum eis faciunt, fundamenta, & alia. Lanfran. hic accumulat nu. 24.& ſeq. Galiau. nume.283.& ſequen.populo, quæ transferenda non caſui.

Cæterum quia glo. Bar.& aliorum cum eis faciẽtium opinionem frequentiorem poſteriores aſſerunt, neque ex fide bona ſatis Doc. enarrant. Non ab re futurum duxi, ſi Doc. recenſeam. Quibus viſum contra eſt, & quibus cum Io. And.& canonum doctoribus conuenire legimus, vt planum indefiat, maiorem potius Doc. partem à Io. And.ſtare. In quibus Bal. eſt in l. ex tribus nu. 4.C.de inoffi. teſta. in conſi. 46. verba inſtitutionis in conſi. ſeq. nu. 1. lib. 1. Idem ſentire Bal. videtur in conſi. 474. ad euidentiam præmittendum eſt, quædam conditio nu. 5. verſi. item illa verba lib.2. vt aliud ei viſum hic ſit col.3.& in d. l. verbis ſimilibus opinioni

huic Salic. etiam poſt Cyn. ſubſcribit in d.l. precibus
num.21. Calderi. in conſi.9. & in conſi.35. de teſtam.
qui in caſu dubitationis maioris loquitur, vt inſe-
rius oſtendemus.

Cum opi. hac affirmatiua Caſtren. etiam ſentit
in conſi.410. viſo facto, & dubijs num.2. in fin. libri.
Eandem repudiare Caſtren. idē non vī in cōſi. 152.
viſo puncto, & dubio ſupraſcriptis col.1. ante med.
verſi. licet Io. And. & poſt med. col. verſi. q̄cunque
ergo opinionem de prædictis teneamus lib.2.

Sententiæ huic adſtipulari, & Doct. videntur, qui-
bus viſum eſt, locum opinioni. glo. & Docto. non
eſſe in d.l. verbis ciuilibus, vbicunque conditio ad-
iecta ſubſtitutioni eſt, ſi ſine liberis deceſſerit. Id q̄a
mēs teſtatoris apparet, vt extra pubertatem etiam,
ſubſtitutio abeat. Atque ideo ex voluntate hac ver-
ba directa offendi, & obliqua poſt pubertatem fie-
ri. Bald. in d.l. ex tribus num.4. in conſi. 47. caſus ta-
lis eſt, dominus Andriolus num.1. lib.1. Anchar. in
conſi.27. non ſeruato ordine in ſecūdo dubio. Pau.
de Caſtr. in d. conſi. 410. col.2. in prin. lib.1. Pariſ. in
conſi.92. nu.18. lib.2. Ripa hic nu.74. in fi.

Atque ideo cōtraria ipſi ſibi loqui Ripa videtur,
qui num.69. in fi. cum Bar. ſentit. opi. cuius freqnen
tiorem ait. Atqui ſi vera Bart. opi. eſt, poteſtatis id
defectu contingit, quoniam ſi voluntatis defectu id
fieri dicimus, falſa non obſcurè Bart. ſententia vide-
tur, ſi quidē euidens teſtatoris mens ex verbo quan-
docunque apparet, vt effectum poſt pubertatem
etiam, ſubſtitutio habeat. Vnde aut poteſtatis deſe-
ctu Bar. niti concluſionem dicimus, id quod Imolæ
hic viſum num.12. & duobus ſeq. Aret. col.8. circa
fin. verſi. tu autem quantum ad quæſtionem princi-
palem. Caſtren. in d.l. precibus num.14. idem neceſ-
ſario Doct. ſentiunt, quibus placet, nequidem pu-
beri directo factā ſubſtitutionem obliquari, & falſa
Ripæ opinio, & limitatio erit, quæ poteſtatem ne-
ceſſario admiſerit, cum voluntatem ſolam ad ſubſti-
tutionem ſuſtinendam obſeruat. Aut voluntatis
defectu Bart. opinionem admittimus, & falſa illa
euidenter apparet. Siquidem in maniſeſto volun-
tas teſtatoris eſt, vt poſt pubertatem etiam, firmita-
tem ſubſtitutio habeat. Vnde non tam Bar. opinio
à Ripa limitari, quam deſtrui videtur. Siquidem li-
mitatione admiſſa, voluntatis defectu niti Bar. con
cluſionem dicimus. Quo caſu falſa concluſio eius
erit. Siquidem voluntas in ea non abeſt. Atque ex
Imola hic num.14. in fin. Aret. col.8. verſi. Io. autem
de Imola. Ripæ limitatio euertitur, opinione ad-
miſſa, vt poteſtatis defectu obliquatio nō fiat. Quo
caſu ne tunc quidem locum obliquationi eſſe Imo
la, & Areti. putant, cum per temporum diſtinctionē
expreſſam ſubſtitutio fit, ſi deceſſerit in ætate pupil-
lari, vel poſtea quandocunque id quia poteſtas ab-
eſt. Quocirca niſi voluntatis defectu ſuſtineri Ripę
limitatio non poteſt. Quo admiſſo falſa opin. glo.
& Barto. erit, quam vti frequentiorem Ripa agno-
ſcit. Sic a ſeipſo Ripam deſidere non obſcurè appa
ret. Secundum quæ ſententia huic contra gl. & Bar.
haud obſcurè Doct. reſragantur, qnicunque cum li-
mitatione hac ſentiunt, & obſeruandum, ſi ad fidei
commiſſum ob verba illa ſine liberis ſubſtitutio di
recta trahitur. Longè magis ius idem probandum,
verbo quandocunque adiecto. Siquidem ad tem-
pus poſt pubertatem admittendum, aut compræ-
hendendum verba illa non perinde valere, ſine li-
beris, atque iſta videntur, quandocunque deceſſerit.
Id quia reſtrictionem ad tempus ætatis pupillaris
dictio quandocunque vniuerſalis non patitur. l. Iu-
34 lianus infra de lega. 3. vnde qui † reum apud iudicē
ſiſtere promiſit, quamuis ſententia lata, teneri de-
ſinat. l. græcæ §. poſt litem. ff. de fideiuſ. Attamen ſi
reum ſiſtere quandocunque caueat, etiam poſt ſen-
tentiam obligatio durat Ang. poſt Bald. in l. quód ſi
nolit. §. ſi quid. ff. de ædil. edic. Alex. in l.1. §. fin. ff. qui
ſat. coga. Ruin. in conſi.77. nu.13. lib.2. ſed enim ad
tempus ætatis pupillaris facilius reſtringi verba illa
poſſent, ſi ſine liberis deceſſerit, ſiquidem ſine libe-
ris decedere, vel propriè pupillus dicitur. Qua ra-
tione impedimento verba illa ſine liberis non ſunt,
quominus pupillaris æſtimari ſubſtitutio debeat, vt
l. hac probatur, & in d.c.1. de teſtam. lib. 6. idque ex-
preſſim Bar. hic no. num.17. Imola nu.2. Alex. num.
27. Soci. num.4. in 2. nota. Iaſ. nume.10. in ſecundo
nota. vberius num.33. in 2. q. Bart. Galiau. num.132.
in 2. nota. Ripa num.89. & quamuis Doct. cum opi.
hac pugnantes Ripa nominet, attamen receptam
eam teſtatur. Cum qua etiam Bald. facit in conſilio
264. ſtatuto cauetur num.2. verſicu. tamen in propo
ſito lib.1. in conſi.18. teſtator. in conſi.35. pater filio
circa fin. lib.2. Ang. in conſi.97. Viuianus colum.2.
in fin. verſic. nec obſtat ſi teſtator dixit. Signorol. in
conſi.111. num.1. verſi. item non obſtat. & in conſi.
248. in prin. & ad ætatem omnem tam ante puber-
tatem, quam poſt verba hæc propriè. l. accommo-
dari. Bal. docet in d. conſi.264. nu.2. lib.1.

Opinioni huic Ioan. Ard. Puteus aſſentitur in d.l.
precibus Polytus in tract. ſubſtitu. carta 43. col.1. in
fi. de quibus Neuiza. meminit in conſi.53. num.7. à
ſententia hac Sapia etiam ſtat in d.l. precibus num.
52. & pluribus ſeq. Coraſi. nu.57. & duobus ſeq. ibiq;
eandem agnoſcere & deci. videtur num.17. ſed ex-
preſſius idem Deci. in conſi.89. circa prin. vbi Cald.
adſtipulatur in conſi.9. & in conſi.35. de teſtam. qui
in caſu controuerſiæ ne paulo quidem maioris lo-
quitur, cum ſine dictione quandocunque poſt mor-
tem pupilli, & per verbum inſtituo, ſubſtitutio a pa-
gano fit, obliquationem in ea poſt pubertatem ad-
35 mitti. Inſtituo planè † verbum directum merè eſſe
Barto. hic tradit num.38. & in conſi.241. pater filio
num.1. in fin. per tex. in l.1. §. ſi ex fundo & §. ſeq. ſu-
pra titu. 1. in l.2. ſupra eo. in l. quærebatur infra de
mili. teſta. directum, & ciuile verbum hoc inſtituo
eſſe Bal. etiam ſcribit in conſi.176. quidam nomine
a nu.3. lib.3. Bellame. in conſi.26. col.5. in fi. directū
item ciuile ſeu directum directo verbum inſtituo
Corn. ait in conſi.312. col.7. verſi. tertia datur reſpō
ſio lib.3. Hoc amplius, verbum nullum æque dire-
ctum à iure proditum, atque hoc hæredem inſtituo
Bal. putat in conſi. 46. verba inſtitutionis poſt prin.
lib.1. & in conſi.272. caſus talis eſt, quidam teſtator
nu.2. lib.2. vbi ita conſultū à Bar. teſtatur, & nihil in
ter verba iſta differre inſtituo, & hęres eſto Are. hic
ſcribit col.7. in fi. verſi. in ea gl. &c. De verbo inſti-
tuo, directū id eſſe. Soci. ēt ſcribit in l. 1. in prin. col.
2. circa med. ſup. eo. Lanfran. hic nu.9. qui rationem
adijcit, q̄ id genus modus directo ſignificandi intro
ductus à iure eſt toto tit. ff. C. & inſti. de hæredi. inſti.
Calderi. tñ opinionē quandocunq; verbo detracto,
affirmandam hic non duxi, q̄ voluntas tum verbis
directis ꝯria apparere non ſimiliter vr̄, atq; vbi per
verbū ſubſtitutio concepta q̄ncunque eſt, & ꝯrius
Cald. Aret. hic eſt col.8. verſi. & hanc opi. ex Ang. in
d. l. precib. in lectu. Patauina. Calderino etiam, vt eū
non referat, etiā aduerſarius Galiau. hic eſt nu.296.

A partib. Io. And. Galiaula etiam conſtanter hic
ſtat nu.262. & plurib. ſeq.

Opinioni huic, & Ang. fauere in d.l. precib. in lec.
Patauina, quotiēs ex verbo q̄ncunq; vel expreſſim
poſt pubertatē ſubſtitutio fit. Are. hic refert col.8.
verſi. & hanc opinionem ſequitur. Ang. vbi Bald. ēt
refert in d.l. ex trib. Verba directa ex mente teſtato
ris obliquari Soci. ēt admittit in conſi.1. nu.21. li.4.

Eiuſdem ſententiæ eſſe, & Pariſ. videtur in con-
ſilio

ſilio 1. nume. 43. & pluribus ſequen. in conſil. 41. nume. 60. uerſi. non obſtat, quòd uerbo communi, & in conſi. 92. colum. 1. & duabus ſequen. lib. 2. ubi niſi teſtatoris ſpectandam uoluntatem non putat. Qua opinione admiſſa, in expedito res uidetur, cõtrariam uoluntati teſtatoris. glo. Bart. & comitum eorum ſententiam eſſe.

Conſequenter his dicendum, veriorem, crebrioremve à poſterioribus ſaltem, opinionem hanc Io. Andreæ contra glo. & Bart. eſſe, & quam æquam & menti teſtatoris amicam Alex. hic non inficiatur. numero 65. verſic. eſt tamen hæc ſecunda opinio. Idem Ripa hic admittit nu. 77. qui locum opinioni Bart. in foro non putat, in quo ius dici ſecundum æquitatem oportet. Idem ante eum Cacialupus ſcripſit in d. l. precibus nume. 46. Galiau. hic nume. 291. qui opin. hanc agnoſcendam iuxta in iudicijs faciendis, atque reſponſis dandis ait. Aequitatem in opinione Ioan. And. Neuizan. admittit in conſ. 53. num. 8. quamuis in foro Cæſaris ſeruatum eam forte non iri ſubdat.

Sententia hac contra glo. Bar. & comites eorum ita obfirmata, ſupereſt, vt text. reſpondeamus, quibus diuerſa adiuuari opinio ſolet, & quidem ſi tex. refellimus in d. l. verbis ciuilibus, qui omnium acerrimè in verbo fruſtrà pugnat facilis ſponte ſua aliorum profligatio fiet. Difficilis porrò tex. memorati declinatio non erit, opinione illa probatiſſima admiſſa, locum textui non eſſe, cum puberi ſubſtitutio directa ſit, iure eam obliquo conſiſtere. Quo caſu verba directa ciuilia ad ſignificatum contrarium neceſſario trahuntur. Atque ideo ad impotentiam tunc ea non trahi in manifeſto eſt. Conſequenter his dicendum, ſicut eo caſu impotentia non vertitur, quo puberi ſubſtitutio directa ſit, quo minus ad fideicommiſſariam pertineat. Ita nec vbi impuberi, & vltra pubertatem expreſſim protenditur, & teſtatoris voluntas perſpicua emicat. Cur enim minor caſu vno, atque alio poteſtas erit.

Secundò cum generaliter tex. loquatur in d. l. verbis fruſtrà poſt pubertatem ſubſtitutionem directam fieri, intelligi generaliter debebit, impuberi vel puberi ſubſtitutio fiat, vti dictum in ſuperioribus habemus, cum text. ipſum in glo. Barto. & aſſeclas eorum remitteremus. Quocirca opinione hac admiſſa, vt locum eo caſu text. non habeat, quo directa puberi ſubſtitutio fit, non poterit ex verbo fruſtrà fideicommiſſaria non detrahi. Qua detractione facta, ſententiæ Ioan. Andr. quam crebriorem demonſtrauimus, contrarius omnino text. is non erit d. l. verbis.

Si dixeris, rationem diuerſam cum puberi, atque impuberi directa ſubſtitutio fit, quod vbi puberi, effectum habere nunquam poſſet, ſi fideicommiſſi ius excluditur. Reſpondetur eandem caſus vtriuſque rationem verſari, poſtquam vltra pubertatem ſubſtitutio fit, & ſubſtituentis animus ad illud tempus fertur. Quocirca niſi caſuum diuerſitatem glo. Bart. & alij non obſeruant, ratione diuerſitatis idonea vlla non reddita. Quod ridiculum haberi apud Doct. ſolet glo. in l. ſed etſi lege. §. item ſi rem diſtraxerit. in ver. habeant ff. de peti. hæredi. ſcite hic Bald. in fine primæ q. vbi intellectus eos expertes ait, qui differentiam introducant, vbi ratio vlla diuerſitatis non eſt, & hoc genus.

36 Secundò reſpondetur, nihil † intereſſe, tale quid initio ſit, an tale poſtea fiat. l. 1. & l. ſi fullo. ff. de condi. ſine cau. l. ſi mulier. ff. ſolu. matri. l. ſed integrato. ff. rerum amot. Signorol. in conſi. 18. num. 2. Alex. in conſi. 206. num. 6. lib. 6. Quid igitur refert, puberi ſubſtitutio fiat, an impuberi, qui ad pubertatem poſtea venit.

Conſequens reſponſioni huic ſecundæ fit, ad eum caſum differentiam pertinere, vtrum puberi, an impuberi ſubſtitutio a pagano directa fiat, quo ſimpliciter & citra temporum diſtributionem adſcribitur. Cauſa longe alia apparet, quotiens ætatum, aut temporum commemoratio exprimitur, per quam manifeſtandi teſtatoris voluntas nitet, vt effectum ſubſtitutio, & vltra pubertatem habeat. Quo caſu ratio vlla diuerſitatis non contingit, cur non & poſt pubertatem voluntas impleri teſtatoris debeat. Cuius nomine ad ſignificatum contrarium nedum improprium verba trahenda, teſtatum ſupra habemus. Quandoquidem ad integrum & citra diminutionem omnem, morem voluntati ipſi gerendum, declaratum initio habemus, cum de ratione indagatio fieret, quamobrem priuilegio l. huius præditi milites ſint.

Secundò principaliter tex. profligatur in d. l. verbis ciuilibus opinione etiam, aut ſenſu admiſſo, vt ad impotentiam fruſtrà ibi verbum ſpectet. Idcircò poſt pubertatẽ verbis fruſtrà directis ciuilibus ſubſtitutionem fieri, quod ad ſubſtitutionem fideicommiſſariam animus prorſus teſtatoris non fertur, eo quippe caſu loquitur. Quo ad ſubſtitutionem directam teſtator ſe arctauit, qui ſubſtituere niſi directo etiam poſt pubertatem non voluit, vnde etſi maximè vltra pubertatem producta ſubſtitutio per verbum vniuerſale quandocunque ſit, atque ideo mẽs eius conſtare videatur, vt poſt pubertatem etiam, vires habeat, Attamen quia reſtricta, & arctata voluntas ad directam eſt, extendi voluntas limitata ad fideicommiſſariam non debet, ne præter agentis
37 † intentionem ad effectum actus producatur. l. non omnis in prin. ff. ſi cert. pet. l. ſi quis ita §. pen. ſupra de teſtam. tut. cap. 2. de ordi. cogni. cap. ſi quis preſbyter de conſecra. diſtin. 4. c. homines & cap. fin. 22. quæſtio. 2. quos text. Calderi. vocat in conſi. 1. col. 2. in fin. de accuſa. glo. hac ſcita accedit in cap. 2. in glo. pen. ibique Abb. num. 14. de offic. ordi.

Cum his & illud facit, actus noſtros voluntarios trahendos vlterius non eſſe, quam animus diſponentis ferat. l. de quibus in fi ff. de legib. l. ſi is ad quẽ. ff. de acqui. hæredi. l. operis non poſitis. ff. de operis liber. l. 1. §. Iulianus. ibique Barto. ff. de itin. actuque priua. l. Fulcinius. §. quòd ſi aduerſus & §. denique. ff. quibus ex cau. in poſ. eatur. l. tutori. C. de nego. ge. l. fin. C. de vxor pro mari. l. tutores qui. C. de adminiſtra. tutor. l. voluntariè. C. de excuſa. tutor. cap. auditis & cap. cum olim de præſcriptio. cap. manifeſta 12. quæſtio. 1. Barto. in l. Titium & Meuium. §. altero nume. 6. ſupra de adminiſtra. tutor. & in l. ſi patruus in fin. C. com. vtr. iudi. & quod Bart. Idem no. in l. cum de in rem verſo nume. 9. uerſic. breuiter aduerte. ff. de uſur. Ampliationem dictum hoc recipit, etiam ſi dolum admixtum actus habeat. uerbigratia dolum in re dotali tertij odio maritus admittit, nociturus marito dolus in gratiam uxoris non erit, quæ iudicium de dote marito intulit. l. etiam. §. 1. ſupra ſolut. matr. ſed in ſpecie magis ex Ang. reſponſio hæc iuuatur in d. l. precibus. numero 11. in fin. locum textui non eſſe in l. Sceuola inſi a ad Trebellia. quotiens ad teſtandum quiſpiam ſe diſpoſuit. ex Azone in ſumma illius titu. C. de impub. Quod dictum ſing. & menti fixum ſemper uti quotidie neceſſarium Ange. ipſe aſſerit, & monet. Apud Azonem tamen in Codice meo id non legi. ſequendum tamen exiſtimo. Quod etiam ex l. non codicillum. C. de teſta. corroboratur. De quo apud nos in rubr. ff. de lega. 1. nu. 24.

Inde regulæ memoratæ ampliatio decerpitur, Actus noſtros uoluntarios extra uoluntatem ipſam diſponentis non produci, ut locum id habeat, quis

irritus actus ad eum modum, ſeu voluntate ita reſtricta, fiat. Idque ex tex.d.l.uerbis. in prin.in d.uerbo fruſtrà ad modum prælibatum expenſu, & in fi. etiam d.l.verbis non obſcurè demonſtratur, ubi inanis potius ſubſtitutio directa fit, quam ad cohæredis adiectionem, contra quam teſtator ſenſit, protendatur.

Ad quem modum in commentarijs Areti. & poſteriorum in notabilibus tex. ille non enucleatur, cũ id ex eo decerpunt, tolerantius eſſe, vt frugi nullius actus fiat, quam diſponentis mens offenſionem vllam patiatur.

Reſponſionem hanc ſecundam ad d. l. verbis ciuilibus, eò extra pubertatem ſubſtitutionem non porrigi, neque ex fideicommiſſo effectum eius defendi, quòd niſi ad directam teſtatoris animus non ſpectaret, & perſtricta ad eam eſſet, quamuis non ita explicatim, neque tanto adminiculo adiutam. Bald. affert in d.l. ex tribus num.4. C.de inoffi.teſta. Salice.in d.l. precibus num.21. in fin.verſicu.vel dic quòd ibi loquitur. Ibique Sapia numero 59. qui ex Areti. hic eam confirmat colum. 8. circa fin. verſiculo. Tu autem quantum ad quæſtionem principalem.

Conſequens reſponſioni huic ſecundæ fit, quamuis a glo. Barto. & aſſeclarum opinione Bald. in d. l. ex tribus. Sali. & Sapia in d.l. precibus diſſentiant, vtilemque poſt pubertatem ex fideicommiſſo ſubſtitutionem arbitrentur. Attamen ſenſum eundem d.l.verbis ciuilibus agnoſci ab eis videri. Quem gl. Barto. & alij neceſſariò ſentiunt, vt ad impotentiam fruſtrà verbum referatur. Quod & Imolæ hic placere ſuperius diximus nume. 12. & duobus ſeq. Aretino colum. 8. circa fin. verſic. tu autem quantum ad quæſtionem principalem. Caſtrenſ. in d. l. precibus. numero 14. idem neceſſario, & expreſſim magis Doct. opinantur, qui nec puberi quidam verbis directis ſubſtitutionem factam obliquãdam putant. In quibus Imola hic, & Areti. ſunt. Ang. in d.l. precibus num.31. Matheſila. nota. 140. nota vnam doctrinam ſingularem Barto. verſic. ex quo ſequitur, quòd ſubſtitutio. Guido Papæ quæſti. 534. quam opin. textu. Areti. confirmat in l. ſi quis in fundi vocabulo infra de lega. 1. ſi nec puberi facta ductoribus his ſubſtitutio directa obliquatur, ergo potentiæ id non voluntatis defectu contingit. Quoniam quod ad volũtatem attinet, in ambiguo ea non eſt, poſtquam puberi facta ſubſtitutio apparet.

Hoc ita admiſſo, & præſuppoſito, vt ab impotentia deciſio, & ratio d.l.verbis ciuilibus. Baldo etiam Salic. & Sapia autoribus pendeat, qui gloſæ. Bartolo, & operis eorum contradicunt. Quomodo diſſenſio intelligi inter eos poterit. Si de ſenſu eodem d. l. verbis. inter eos conuenit. In qua l. certamen omne Doctorum ponitur. Repugnantiam enim res habet, vt idem omnibus tex. eiuſdem ſenſus ſit, vnde difficultas omnis exiſtit, & inter eos diſſidium incurrat. Rurſus ſi ab impotentia deciſio. & ratio. d. l. verbis. cõſiſtit, quomodo fideicommiſſi iure poſt pubertatem defendi ſubſtitutio poterit, quæ verbis directis a pagano facta impuberi ſit. Sic quomodo opinati Bal. Sali. & Sapia ſunt, qui impotentiam & ipſi in d.l. verbis admittunt.

Solutio. gloſæ. Bartolo, & alijs aduerſarij apertè Bald. cum Sali. & Sapia ſunt. Neque mutat, impotentiæ rationem in d.l. verbis. & ab eis nõ repudiari. Quoniam aliter, ac glo. Bart. & alij impotentiam hanc Bald. Salic. & Sapia obſeruant. glo. enim Bar. & comites eorum impotentiam ipſam ſimpliciter & præciſè intuentur, vt in poteſtate pagani non ſit, verborum directorum naturam, & effectum mutare, cum impuberi directo ſubſtituit, vt obliquationem poſt pubertatem ferant. Quam impotentiam abſolutam, & præciſam Bald. Salic. & Sapia non probant. Imo enim in arbitrio pagani eſſe obliquationem ipſam putant, quotiens voluntas eius in obſcuro non eſt, vt vigorem poſt pubertatem etiam ſubſtitutio habeat. Quod autem impotentiam in d. l. verbis obſeruant, ad ſubſtitutionem id fideicommiſſariam non pertinet. In qua a glo. Bartol. & alijs conſideratur. Verum ad directam. Quã ſolam conſumare, & exequi in animo teſtator habuit, & ad quam in d.l. verbis coarctata pagani mẽs teſtatoris Baldi. Salic. & Sapiæ ſententia, fuit. Ita arctationem, non impotentiam Bald. Salic. & Sapia vltra verba directa, exquirunt. glo. planè Bart. & alij niſi verba directa non obſeruant, vnde impotentiam colligunt.

Apparet ex his, non modo in ſubſtantia, & ſententia ipſa inter. glo. Barto. & ſectatores eorum, ab vna parte, Bald. Salic. & Sapiam ab altera, ſed & in ſenſu & ratione. d. l. verbis differre. glo. enim Bartol. & comites ad ſubſtitutionem fideicommiſſariam impotentiam referunt. Contra Bald. & cum eo ſentientes ad directam ſubſtitutionem propter arctationem prædictam, impotentiam applicant.

Conſequens ſecundo prædictis, & reſponſioni Baldi. Salic. & Sapiæ fit, verba directa ſola ſatis ad coarctationem voluntatis teſtatoris demonſtrandam non eſſe, quotiens vltra pubertatem ſubſtitutionem extendit, verum factum ipſum extenſionis huius potentius ad verborum ſignificatum offendendum eſſe, quam ècontrario, verba ipſa directa ad voluntatem ipſam coanguſtandam prodeſſe, vt niſi directo ſubſtituere non cogitauerit. Idque perpetuum videtur, vt potius verbis factum ſit. l. 2. §. ignominiæ. ff. de infamibus: l. ſi inſtituta. §. 1. ff. de inofficio. teſtamen. l. ſi tamen. §. ei qui. ff. de ædil. ædic. l. fin. ff. de diuer. & hoc genus apud nos adſcripta in reſpon. pro Genero numero 176. ita coniecturis alijs liquere de arctatione ipſa oportet.

Si dixeris, vnde aliter coarctatio voluntatis conſtare niſi ex verbis ipſis directis poteſt. Reſpondetur, cum ita declaratum a teſtatore inuenitur, vt niſi iure directo ſubſtitutio non conualeſceret, vt in d. l. precibus Salic. adnotauit numero vigeſimoprimo in fin. vbi exemplum dat, cum directo verbum verbis ipſis directis additur Titium puta directo hæredem ſubſtituo. Quid etiam præter Salic. ſi de ſubſtitutione pupillari memoria habita a teſtatore ſit. filio puta quandocunque decedenti hæredem Titium pupillariter ſubſtituo.

Opinio hæc, ex verbis directis ſolummodo arctationem voluntatis non colligi, ne ad fideicommiſſum trahatur, ex glo. etiam Barto. & maiore Doct. parte oſtenditur. Quibus viſum eſt, ſubſtitutionem directam puberi a pagano factam in obliquã tranſire. Namque ſi ad voluntatem perſtringendam verba prodeſſe directa dicimus, vtique nec vbi puberi directò ſubſtituitur, rata ex fideicommiſſo ſubſtitutio haberetur, contra quam animus teſtatoris ferat. Quæ inſpectio ad ſententiam Ioan. Andr. & cum eo facientium corroborandam non mediocriter confert, vt ex fideicommiſſo ob voluntatem teſtatoris non obſcuram, poſt pubertatem ſubſtitutio ſuſtineatur. Quando quidem ad directam reſtricta voluntas non eſt, & verborum ſignificatui voluntas non ſeruit. at ex diuerſo voluntati verba. l. 3. C. de libe. præter. c. in his & cap. intelligentia de verb. ſignifi.

Conſequenter & tertio prædictis dicendum, de vero inter glo. Barto. & aduerſarius eorum, paucis exceptis, conſtare. Hoc eſt ex verbis directis ſolummodo, arctationem voluntatis non

elici,

elici, vt niſi ad ſubſtitutionem directam cogitatum à teſtatore non ſit. Id enim non obſcurè glo. cum Barto.& alijs ſentiunt. Cum ratam ex fideicommiſſo ſubſtitutionem habent, quæ verbis directis puberi à pagano fit. Rata quippe non haberetur arctatione voluntatis ad directam admiſſa. Id etiam expreſſius. Bald. Salic. & Sapia Indicunt. Qui ultra verba directa, declarationem aliam arctationis huius expoſtulant. A qua opinione paucos abhorrere dixi, Inter quos Ang. Imolam. Aret. Matheſila. & Guido Papæ ante numerauimus. Qui inutilem prorſus ſubſtitutionem ipſam directam puberi etiã factam arbitrantur.

Conſequenter & quartò dicendum, etiam inter Doct. qui cum gl. Bar. & alijs pugnant, diſcordiã inueniri. Id eſt circa ſenſum, & confutationem d.l. verbis ciuilib. Cum ad eam reſpondent. Bal. enim Sali. & ſupra reſponſione illa vtuntur, ideo poſt pubertatem ex fideicommiſſo ſubſtitutionem nõ conſiſtere, quòd niſi directo ſubſtituendi animus non fuerit. Atque ideo ad ſubſtitutionem directam reſtricta teſtatoris voluntas eſſet. Ita arctationem vltra verba directa. Bal. Sali. & Sanio. expoſtulant. Conſequenter ita tex. illum accipiunt, vt nec fideicommiſſi iure in d. l. verbis firma poſt pubertatem ſubſtitutio maneat. Doct. planè alij, qui gloſæ & Bartolo reſiſtunt. ſubſtitutionem ipſam fideicõmiſſariam in d. l. verbis, poſt pubertatem recipiunt fruſtrà verbum ad directum reſtringendo, quam fideicommiſſariã. Bal. Sali. & Sapia reſpuunt.

Sed obſeruãdum reſponſionem Bal. Sal. & Sapiæ, defendi eam iure non poſſe. Ratione enim duplici proteritur. Prior, quòd factum arctationis voluntatis ad ſubſtitutionem directam in d. l. verbis ciuilibus aliundè, quam ex verbis ipſis directis cõtinet, quòd enim verbis alijs teſtator vſus præter directa ſit, a facto pendet, quod præſumi non ſolet. Atq; ideo probationem deſiderat. l. deniq;. ff. ex quib. cau. maior. l. quæcunque. §. qui à pupillo. ff. de publicia. l. ſi emãcipati, ibi te que emãcipatum eſſe probaueris. C. de collatio. c. cum in iure de offi. deleg.

38 Secundò reijci interpretatio † debet, in qua ſubauditio vertitur. quoniam verbis hærere legis oportet. l. 1. §. ſi is qui nauem. ff. de exercitor. l. ſed etſi pupillus. §. proſcribere. ff. de inſtitor. l. 1. §. 1. ſupra de his, quæ in teſta. delen. l. proſpexit. ff. qui & a quibus ibi enim conſiſtendum, vbi pedes lex figit gl. pen. in l. ſi non fuerint. ff. pro ſocio. Atque in ſpecie, ſenſum abijciendum, qui ſubauditionem habet. Bald. ſcribit in conſil. 57. punctus quæſtionis col. 1. poſt med. lib. 5. Signorol. in conſi. 76. circa fi. & in conſi. 245. nu. 8. & ſpeciem propius, citra ſubauditionem teſtatoris mentem interpretandam. Bald. refert in conſi. 232. proponitur in facto, quòd quidam Matthæus col. fi. lib. 5. per tex. in l. fi. ff. de manu. teſta. Atq; præter Signorolum & Bal. iure illo vulgato id iuuatur, agnoſcendum ſenſum non eſſe, qui ex diuinatione cõſtat. l. ſi putator. ff. ad l. Aquil. l. ſi fideiuſſor. §. ſi cũ debitor. ff. mand. l. fi. circa fi. C. de contrah. emptio. c. vt noſtrum vt eccleſia. benefi. glo. in l. quotiens. §. ſi colono. ff. de vſufruc. & in l. filium quem. In glo. 3. in prin. C. famil. hær. quæ vti miſerorum refugium hoc genus reſponſionem, ſenſumve irridet.

Tertiò in reſponſione hac Sapiæ in d. l. precibus nu. 59. incogitatio adnotanda, cum Aret. hic ad reſponſionem ipſam iuuandam vocat, qui glo. Bar. & alijs ſuffragatur, quotiens impuberi ſubſtitutio directa a pagano fit. Quod aliter Sapiæ viſum. Quomodo igitur Are. ſibi producere Sapia potuit, qui Sapię ipſi contrarius euidenter eſt. Si dixeris, rationem, nõ dictum Aret. a Sapia animaduerti, perinde quaſi ex verbis directis ſolummodo, arctationem voluntatis Aret. colligat. Reſpondetur, ex arctatione ſenſum, & opinionem Aret. non conſiſtere, verum impotentia niti. Quod ad voluntatem enim attinet, arctationem in ea omnino non ponit, vtpote qua admiſſa, voluntatis defectu, non impotentia opinio eius euidenter ſubmittitur.

Conſequens his fit, reſponſioni huic Bald. Salic. & Sapiæ Apoſtincæ, & ſubauditiuæ adſcribendum omnino non fore.

Reſponſio tertia ad d. l. verbis ciuilibus. apud Galiau. hic legitur num. 263. per quam in glo. Barto. & alios text. is tegeritur. Qui in §. 1. idcirco ex adiectione cohæredis poſt pubertatem non ſuſtineri ſubſtitutionem ait, quòd voluntati teſtatoris id repugnat, qui ex aſſe hæredem filium eſſe, non in partem voluit. Atqui niſi partem non haberet, cohærede alio admiſſo, voluntate igitur teſtatoris per tranſitum in ſubſtitutionem aliam, non læſa, tranſitum ipſum tex. is non vetat. Atqui læſionis quicquam teſtatoris mens non patitur, ſi ex fideicommiſſo poſt pubertatem ſubſtitutio defenditur. Quoniam hæres ſemper ex aſſe filius manet. Neque eo ſublato, ſubſtitutum iura directa ſequuntur. Imo enim voluntati teſtatoris tranſitus ipſe arridet. Quandoquidem, & poſt pubertatem ratam haberi ſubſtitutionem voluit, cum poſt pubertatem ſubſtituit.

In tertia hac reſponſione aliter retorcutione Galiau. vtitur, atque à nobis animaduerſa in reſponſione prima eſt. Nos enim initium d. l. verbis retorquendo expendimus. Galiau. planè alteram text. partem ſpectatam habet. Secundò niſi inductionem Barto. Galiau. non confutat, cum in §. 1. aut in fin. d. l. verbis. textum ipſum contrarium Bart. opponit. At enim initio ipſius l. verbis atque in verbo fruſtra. Certamen omne verſari. Caſtren. & alios ſentire ſuperius oſtendimus. Ad quam inductionẽ Galiau. reſponſio non valet. Quocirca partes ſuæ erant, dictionis illius fruſtra ſignificatum elidere, & ad obiectionẽ reſpondere, quæ ex initio d. l. verbis. & ex voce illa fruſtrà deſumi ſolet.

Itaque meliorem reſponſionem arbitror, quæ primo loco reddita retorquendo eſt, & per quam ad ſubſtitutionem directam fruſtrà verbum neceſſario reſtringendum probauimus.

Neque mutat, vniuerſale verbum hoc fruſtrà vſque adeo videri, vt irritum actum iure ipſo efficiat. l. pen. §. ad crimen. ff. de publi. iudi. Fulgo. in conſi. 150. quidam ciues nume. 4. Iaſ. in l. cum ea circa fin. C. de tranſactio. Atque ideo ſi falſum verbum fruſtrà in fideicommiſſaria inuenitur, falſum ex toto videri. l. ſi ſeruus. §. ſi plurium. ff. ſi quis cautio. l. ſi is qui 11. §. cum ita verſiculo, vel vt propius accedamus infrà de rebus dub. Quoniam locus argumento eſſet, ſi abſolutè, aut per ſe adiectum fruſtrà verbum ſit. Ad ſubſtitutionem puta ſimpliciter, fruſtrà eam fieri. Ibi enim ſicut ſubſtitutioni in genere adſumitur, ita ſpecies eius quæuis remouetur. Siquidem ſine ſpeciebus ſuis interire genus nequit. Atque ideo genere ſublato, non poſſunt ſpecies eius omnes non intercidere. l. iuriſgentium. §. ſed ſi fraudandi. Secundum vnum ſenſum. Ibique Barto. numero 1. & ſequen. ff. de pactis. l. 1. ff. de tranſactio. l. ſi cauſa cognita. C. eodem titu. l. 1. §. quod ait. ff. de aleator. l. duobus. §. colonus. & §. ſequen. ff. de iureiuran. l. ſi quid earum. §. inter emptum. & l. ſi chorus infra de lega. 3. & hoc genus. At enim generi hic adſcriptum fruſtrà verbum non eſt, fruſtrà ſubſtitutionem fieri, verum ſpeciei, hoc eſt ſubſtitutioni directæ adiectum fruſtrà eam poſt pubertatẽ fieri. Ob id ad ſpeciem ipſam reſtringendũ, in qua inſertum eſt Geminia. in conſi. 29. circa fin. qui in dictiõe vniuerſali quoquomodo loquit, ad modos

eam reſtringendam, qui materiæ congruunt, in qua ex preſſa eſt. per glo. quam memoratu dignam prædicat in c. maximum 1. q. 1. tex. huc pertinet in cap. cum in illis. de præben. literas, quibus de beneficijs prouideri quibuſcunque mandatur, ad beneficia eu rata non trahi. Id quia ad beneficia reſtringi dictionem illam quibuſcunque oportet, quibus materia promiſſionis conuenit. Materia planè ſubiecta ad eu rata non competit, in quibus habilitas, induſtriave maior exquirit. De quo tex. Deci. meminit in conſ. 541. nu. 9. Quid hic dicendum, vbi ad ſubſtitutionē directam expreſſim relatum fruſtrà verbum eſt.

Secundò ad verbum fruſtrà ex iure illo reſponde
39 tur. Reſtringenda † verba eſſe, vt quo prolata reſpectu ſunt, intelligantur. l. inteſtatò. ff. de legi. tutor. §. quod autem inſti. eo. tit. ſeu de legi. agna. tutela. vbi verbum illud inteſtato, quod negatiuum vniuerſale eſt, tantundemque, ac verba illa, pollet, nullo cōdito teſtamento, ad tutelam reſtringitur, cuius expreſſum reſpectu eſt, quamuis conditum teſtamentum ſit, in quo cautum quicquam de tutoribus non ſit. Tradit Soci. in conſi 92. nu. 22. in fi lib. 3. Decl. in c. 1. in 13. nota. de poſtu. præla. in c. ſi pro debilitate. col. 5. verſi. notandum tamen. de offi. deleg. in cōſi. 283. col. 1. circa med. glo. huc accedit in l. inter omnes in gl. 1. ff. qui ſat. cog. ſed textu id expreſſiore cōfirmatur in §. fin. Inſtit. de codicil. vbi verba illa vniuerſalia negatiua, nullam ſolēnitatem codicilli deſiderant, ad teſtamentum neceſſariò reſtringuntur, reſpectu cuius prolata ſunt, hoc eſt ſolennitatē nullam teſtamentariam deſiderant. Quæ in teſtium numero, qualitate, & rogatu vertitur. Itaque ſicut ſubſtitutionis directæ cauſa, de qua ſola tex. meminit, fruſtrà ſubiectum verbum eſt. Ita reſtringi ad eam oportet.

40 Tertiò reſpondetur. Reſtrictionē † in verbis vniuerſalibus agnoſcēdam, ne irrationabilia alias ſint, & vitioſa Bar. in l. 1. §. nunciatio nu. 25. ff. de operis noui nuncia. Iaſ. in l. quodcunque in prin. nu. 4 ff. de verb. oblig. in conſi. 182. col. 6. lib. 2. & in conſi. 115. col. 5. lib. 4. Atenim abſurdi vitium hic incurreret, ſi generaliter fruſtrà verbum accipimus, vt fideicōmiſſariam etiam capiat. Ad quem modum offenſionem teſtatoris voluntas accipit. Qui & poſt pubertatem vtilem, & ratam fieri ſubſtitutionem voluit. Cum publicè interſit, volūtatem vltimam adimpleri. l. vel negare. ff. quem teſta. aper. glo. & Doc. in l. Gallus. §. quid ſi is, ſupra de lib. & poſth. Sed & iure diuino voluntati vltimæ obtemperandū, ex Paulo declaratur ad Galathas. 3. c. vltima voluntas 13. q. 2. inde iura pietatis violare dicitur, qui voluntati teſtatoris non paret. l. contra voluntatem. C. de teſtam. manu. ſed & in legem cōmittere intelligitur, qui in voluntatem teſtatoris offendit. glo. & Bal. in l. 2. C. pro emptore. idque ex tex. etiam iuuatur in §. diſponat in Auctēn. de nuptijs. c. tuæ de teſta. elem. quia contingit de religio. dom. d. c. vltima voluntas 13. q. 2. vitium igitur quo pacto excludi ab interpretatione poterit. Vnde inanis voluntas teſtatoris fit. Vitio item, & improbitate ſenſus nō caret, per quē ſterilia, & inertia verba fiunt. Pau. de Caſt. in conſi. 175. caſus præſens valde dubitabilis colum. 4. poſt med. verſ. & dum dicitur, argumentum a contrario ſenſu lib. 1. de quo memoria habita apud nos eſt in reſpon. pro Genero nu. 312. infructuoſa planè verba hic vniuerſalia fieri, ſi fideicommiſſum abijcimus, palam eſt. Huc ea ſpectant, quæ ſcripta habemus in conſi. 297. nu. 4.

Quartò ad ſubſtitutionem directam fruſtra verbum perſtringendum, ex text. iuuatur in l. quod his verbis in prin. infra de lega. 3. & in l hæredes mei in prin. infra ad Trebel. vbi vniuerſalia fideicommiſſi verba, quibus quicquid ex bonis, & hæreditate ſuperit, reſtituere quis rogatur, ad fructus non trahuntur, qui in vita percepti rogati ſunt, ne inutilis eius inſtitutio maneat. Ratio eadem facit, ne ad fideicōmiſſariā fruſtra verbum in d. l. verbis ciuilibus porrigatur, vnde inanis ſubſtitutio fit vltra pubertatem expreſſim facta. Reſponſionibus, & alijs declinari fruſtra verbum poterit, de quibus apud nos in d. reſponſo pro Genero nu. 78. & pluribus ſeq.

Quintò reſpondetur, niſi de ſubſtitutione directa mentionem habitam in d. l. verbis ciuilibus; nō eſſe, fruſtrà verbis directis ciuilibus maiori ſubſtitui. De fideicommiſſo planè verbum nullum, ob id ad caſum fideicommiſſi omiſſum trahi fruſtra verbū non debet, cum ratio minor non Paulo in fideicōmiſſo excludendo, atque in ſubſtitutione ipſa dire-
41 cta contingat, iure quippe notiſſimo vtimur, † a ratione minori ad caſum omiſſum extenſionem impediri, cum rationem minorem omiſſus, atque expreſſus habet, quamuis extenſionem aliàs materia admittat. l. lege Iulia. §. hoc capite. ff. de ritu nupt. c. fin. de transla. epi. c. ſuper quæſtionum. §. ſi vero de delega. c. ſedes de reſcript. c. qui ad agendum de procura. lib. 6. clem. non poteſt eodem titu. quid autem rationem minorē extenſioni obſtare dicimus. Imo enim & dubitatio ſola ſatis ad extenſionem repudiandam eſt, quotiens dubitatio vertitur, eademque, nec ne in caſu omiſſo ratio interueniat. Sali. in l. 2. num. 21. in fin. C. de noxal. & alia apud nos collecta in conſi. 67. num. 6. in conſi. 173. nume. 13. in conſi. 176. num. 2. Quibus Bald. accedit in l. fin. num. 6. in fin. C. de lib. præteri. de quo Alex. meminit in cōſi. 54. nu 10. lib 7. idem ex Signorolo probatur in cōſi. 247. col. 2. poſt med.

Sextò reſpondetur. Dictionem fruſtrà in d. l. verbis ciuilibus, neceſſariò reſtringi, neque intelligi generaliter poſſe. Siquidem generaliter eam intelligēdo, abſurdiſſima, & iuri contraria res conſequitur, vt nec ſubſtitutio vulgaris maiori, aut puberi fiat. Quæ quo directa magis verba ſunt, eò facilius ad ea pertinet, vt hic apud Bar. nu. 32. Seuerinum in d. l. precibus num. 60. qua ratione igitur ad vulgarem verbum fruſtrà non trahitur, quia in poteſtate pagani eſt, ita nec ad fideicommiſſariam, quæ & ipſa in manu eius eſt, & quamuis ſubſtitutioni fideicommiſſariæ verba directa refragantur, attamen offenſionem verborum admitti, ne mens ipſa lædatur, teſtatum ſatis in ſuperioribus habemus.

Non obſtat, falſum verbum ex toto fruſtra fieri, ſi falſum in parte, hoc eſt in fideicommiſſo fit. Reſponſio enim ex prædictis apparet. Locum argumēto non eſſe, quotiens ad ſpeciem vnam ſubijcitur. falſum tum enim ex aliquo non fit. Imo enim verum perpetuo, & ſemper in ea ſpecie inuenitur. Atque ideo fruſtra ſemper puberi directo ſubſtituitur, cum niſi de directa ſubſtitutione tex. non loquatur.

Secundò reſpōdetur, ad ſpeciem vnum reſtrictū eſto fruſtrà verbum non ſit, vniuerſaliter tamen cōtra quam mens ferat, intelligi non debebit l. ſolutum. §. ſolutum ibi non enim credibile eſt, &c. ff. de pign. actio. l. ſi quis ita §. pen. ff. de teſta. tut. Alex. in conſi. 76. col. 1. lib. 4. tex. huc ſpectat in l. obligatione generali. ff. de pignor. & hoc genus apud nos adſcripta in l. 1. num. 46. infra de lega. 1. Mentem planè teſtatoris generalitati verbi fruſtrà reclamare, proculdubiò eſt.

Satis hæc quantum ad confutationem d. l. verbis ciuilibus, ſunt. Ad tex. in d. l. in pupillari, reſponſio facilior ex ſuperioribus liquet. In pupillari cum nominatim loqui, cum facta pupillaris eſt. Atque ideo ad pupillarem teſtatoris mentem coarctatam. Quo caſu iuris exploratiſſimi eſt, contraquam mens ferat,

rat, ad fideicommiſſariam extenſionem non fieri, per ea, quæ dicta ſupra in reſponſione ſecunda ad d.l. verbis, ex Bal. Sali. & Sapia ſunt. Reſponſione hac Galiau. hic vtitur num. 205. Quam a verbis tex. alienam non arbitror.

Ratio planè, quamobrem vltra diſponentis mentem protendi actus non debeat, illa eſt, quod con-
42 ſenſu † aut voluntate carcere actus vllus nequit. l. ſi omnis, & l. ſi ego. ff. ſi cer. pet. l. ſi pignus. ff. de pign. actio. l. in ambiguo. ff. de rebus dub. l. multum intereſt circa fi. C. ſi quis alteri vel ſibi. l. cum te. Ibique Bal. C. de dona. ante nup. l. ſi genero. C. de iure dot. c. cum ſuper in fi. de offi. delega. c. ad hæc. c. de appella. Sed, & poſſeſſio, quæ facti plurimum habet. l. denique. ff. ex quibus cau. maior. l. 1. in prin. & §. adipiſcimur, & §. ſi vir. & l. quemadmodum ff. de acq. poſ. l. 1. §. Sceuola ff ſi quis teſta. liber eſſe ius. fuerit. c. cum in noſtris de conceſ. præben. poſſeſſoris, aut poſſeſſionem acquirentis animum expoſtulat, neque ſola ſatis rei appræhenſio, detentiove eſt. d. l. ſi pignus. ff. de pign. actio. d. l. 1. §. 1. & l. 3. in prin. & §. neratius. ff. de acquir. poſ. l. licet. C. eo. tit. l. 1. §. Iulianus, & l. fi. ff. de itin. actuque priua. Abb. in c. bonæ. 2 nu. 20. de poſtula. præla. Sed nec maleficium ſine animo, aut voluntate admittitur. l. ſi quis teſtamentum in fi. ff. ad l. Aquil. l. furtum. ff. de vſucapio. §. ſed tamen inſti. eo. titu. & hoc genus. Inde dictitant, tolle voluntatem, & indifferens actus omnis erit. Bal. in l. pro hærede in prin. in 1. nota. per illum tex. ff. de acq. hæredi. Itaque iure fideicommiſſi poſt pubertatem defendi quomodo ſubſtitutio poterit in d. l. in pupillari, ſubſtituentis animo à fideicõmiſſo remoto, & ad pupillarem coarctato.

Limitatio ex reſponſione hac regulæ illius colli-
43 gitur, interpretationem in † re dubia faciendam, vt effectum actus habeat. Ne ad actum pertineat, Cui diſponentis conſenſus abeſt. Namque, & ſi maxime poſt pubertatem ſubſtituere in animo teſtator habuerit, Attamen quia niſi ad ſubſtitutionẽ pupillarem animus non fertur, & coanguſtatus ad eam eſt. Rata illa ex fideicommiſſo non habetur. Atque ideo irritum actum fieri magis eſt, quam vt præter agentis animum vlterius propagatur. Limitationem hanc Sapia obſeruat in d. l. precibus nu. 56. Eamque textu confirmat in l. ita ſtipulatus l. Grand. cum ibi no. per Bar. col. 2. ff. de verb. obli. De Bar. ibi ſenſit nu. 1. verſi. hanc tamen ſolutionem. Sed dilucidè magis ex tex. limitatio hæc iuuatur in d. l. in pupillari. ad modum prænarratum explicata. Ex tex. in d. l. verbis ciuilibus in fi. vti demonſtratum in ſuperioribus eſt. Ibi enim diuinatio non verſatur, qua Bald. vſus cum Sali. & ſapia eſt, tex. item ad limitationem hanc cõducit in d. l. ſi is ad quem infrà de acq. hæredi. in d. l. non codicillum. C. de teſtam. & in vniuerſum ex tex. omnibus limitatio hæc confirmatur, quibus compræhenſum eſt, præter hominis animum actus eius voluntarios non protendi, & alijs, quibus illud percipitur, vt valere poteſt, actũ non conſiſtere, qui vires vt agitur, non habet.

Reſponſio altera ad tex. accommodatur in d. l. in pupillari. Niſi de pupillari pubertate finienda tex. ipſum non loqui, quamuis in tempus facta prolixius ſit. De fideicommiſſaria plane verbum ibi nullum, vt nec ex fideicommiſſo ſuſtineatur. Ob id extrà terminos ſuos egredi tex. ille non debebit, vt, & fideicommiſſum apprehendat, verum iure communi caſum ipſum fideicommiſſi omiſſum relinqui oportet. l. ſi extraneus. Ibique. Iaſ. in 1. nota. ff. de condi. ob cau. l. ſi cum dotem in prin. l. ſi viro ſupra ſolu. matri. l. commodiſſimè ſupra de lib. & poſt. l. ſi ſeruum. §. non dixit prætor infra de acq. hæredi. l. ſi ita quis, & l. pater filium hoc noſtro titu. & id genus. Quod ad ius planè attinet. In eum caſum facta ſubſtitutio creditur quo fieri potuit. Nempe ex fideicommiſſo, ne voluntas caduca teſtatoris fiat, per ea, quæ verbis pluribus contra glo. Bar. & alios pro Io. And. & maiore. Doc. parte ſcripta ante ſunt.

Ratione minimè, molli reſponſio hæc adiuuatur, quæ ab abſurdo deſumitur, quod ſi ad fideicommiſſum etiam, tex. extendimus in d. l. in pupillari, vt nec ex fideicommiſſo poſt pubertatem ſubſtitutio ſuſtineatur, tantundem probandum, & eo caſu ſit. Quo verbis communibus concepta ſubſtitutio eſt. Generaliter quippe tex. is loquitur, verborum diſtinctione non facta, directa, an communia ſint. At enim plusquam abſurda res fuerit, ne tum quidem ex fideicommiſſo poſt pubertatem ſubſtitutionem conſiſtere, cum verbis facta communibus eſt d. l. præcibus. De quo vberius infrà in quæſtionibus Bar. Inficias tamen non eam, & ad pupillarem verbis communibus conceptam tex. illum pertinere, arctatione voluntatis ad pupillarem interueniẽte.

Ex reſponſionibus prædictis ad tex. in d. l. verbis, & in d. l. in pupillari. nec non, & ex concluſione cõtra glo. Bar. & comites eorum obfirmata falſa Bar. reſponſio apparet. Ad ius diuerſum ſeu ſpeciem diuerſam nec ex voluntate teſtatoris tranſitum fieri, ex directa ſubſtitutione videlicet ad obliquam. Immo enim, & in diſſimilibus ex voluntate diſponẽtis tranſitum admitti, ſuperiora docent. Sed, & idẽ hoc ex ipſis glo. Bart. oſtenditur quotiens initio ipſo quaſi directa conſiſtere ſubſtitutio nequit, Ibi enim in obliqua verba degenerare directa aiunt. Idem tex. declarat in l. pater ſeuerinam. §. conditionum infra de condi. & demon. vbi pro cura tutelæ verbum poſt pubertatem accipitur. Atqui ſpeciei diſſimilis tutelam, atque curam haberi proculdubiò eſt. Qui tex. vrgere à fortiori videtur. Ibi enim ad ſpeciem diuerſam tranſitus fit. quamuis effectũ ſemel ſpecies vna hoc eſt tutelæ habuerit, ſic ſpeciei vtriuſque ibi effectus admittitur. Quid hic dicẽdum, vbi niſi vni locus eſſe ſpeciei non poteſt, quia aut directa, aut fideicommiſſaria ſolummodo ſubſtitutio erit, per ea, quæ dicta ſuperius in ſpecie facti enarranda ſunt, cum ad regulam reſponderemus, de qua in l. cum qui ædes. ff. de vſucapio, ex Caſtren. in d. l. precibus nu. 14. poſt med. verſi glo. vero inſti. eodem. §. qua ratione. &c. Quam Bar. hic animaduerſionem fuiſſe nu. 30. ſuperius oſtendimus, & alijs item adiutam. Doc. exemplis habemus.

Conſequens declarationi huic fit, circa Brocardicum illud, ſi non valet, quod ago, vt ago, an vt poteſt, valere debeat. Ad rem non attinere, diſſimilem expreſſi actum alium fieri, ex quo ſuſtineri actus poteſt, dum voluntas teſtatoris, aut diſponentis modo ad actum ipſum diſſimilem feratur. Cui ſententiæ tex. appoſitè quadrat in l. pen. ff. de vſu, & habi. de quo apud Areti. in l. quod in rerum. §. infra de lega. 1. Iaſ. in l. 1. in tertio nota. ff. de eo quod cer. loco.

Secundò ex concluſione hac contrà glo. & Bar. ita explicata ampliatio regulæ percipitur, interpretationem in dubio faciendam, vnde vtilis actus fiat, vt in caſu omni conſiſtere actus debeat, ad quẽ diſponentis mens trahitur, neque ſatis ſit, vtilem actum in caſu vno fieri. Idque in d. l. precibus, nominatim Sapia obſeruat nu. 61. ſatis quippe non erit, vtilem ſubſtitutionem intrà pubertatem fieri, niſi ſi effectum etiam poſt pubertatem extracta à teſtatore eſt. Cæterum à remotis, & ipſis generalibus Sapia id probat, ſed efficacius, & proprius ex glo id confirmatur in c. pen. in ver. non debent. de priuil.
44 lib. 6. quæ † priuilegij interpretationem faciendam

ita

ita putat, ne fieri inutile poſſit. Sic potẽtiam ſolam priuilegij irritandi glo. obſeruat, ob id interpretationem ita habendam, ne caſu perire quo poſſit, quam glo. Abb. agnoſcit in c. quam ſit in primo nota. de iudæis. Deci. in c. cum ordinem col. 2. in prin. verſi. ſecundo limitatur. de reſcrip. ſed enim ſi inutilem ſubſtitutionem in ſpecie, controuerſa poſt pubertatem dicimus, ex toto perire haud dublè poterit, filio ad pubertatem perducto. Proinde ſatis non eſt, effectum in ſubſtitutione verſari intra pubertatem poſſe, quatenus interitura omnino poſt pubertatẽ eſt. Sententiæ huic non ineptè Deci. ſeruit in conſi. 626. num. 6. verſi. non obſtat illa vana reſponſio. Interpretationem ita habendam, vt in omnibus ſuis partibus ſtatutum operetur, neque ſatis eſſe, ſi in parte operari qua poſſit. contra Soci. in conſi. 207. nu. 12. lib. 2. cui ſatis viſum eſt, ſi in parte aliqua ſtatutũ operatur, quod idem Soci. ſcribit in l. ſi filius qui patri col. fin. infra de vulga. ex Anto. in c. cauſam quæ num. 17. in fi. ibique Imola nu. 11. de reſcript. Alex. in l. 4. §. ait prætor. ff. de dam. infect. ſed enim cum Soci. Doct. iſti non faciunt. Tantum enim ſcribunt, ſatis eſſe, ſi quid vel modicum ſtatutum, aut priuilegium operetur, quod iuri cõtrarium communi eſt, non etiam illud aiunt, ſatis eſſe, ſi ex parte aliqua operatur, inter quæ longè diſtat. Qua enim ratione operari in toto debet, ita & in qualibet eius parte, cum ne verbum quidem ocioſum eſſe debeat Bald. in rubri. C. de contrah. emp. q. 9. cum alijs apud nos relatis in conſi. 297. nu. 4. in reſponſo pro Genero. num 46. 312. & vberius nume. 340. & ſequen. eadem regula huc pertinet, idem partis, ac totius iudicium eſſe. l. quæ de tota. ff. de rei vendic. Proinde ſatis quidem erit, effectum tantulum a ſtatuto priuilegio ve produci, dum effectus is tamen in parte quauis interueniat. Quæ res ad ſpeciem hanc controuerſam mirificè confert, vt ſatis non ſit, intra pubertatem iure directo ſubſtitutionem operari, niſi ſi & poſt pubertatem pro teſtatoris mente effectum habeat, vnde non rectè diſcrimen habitum à gl. Bart. & alijs videtur, vt referat, impuberi, an puberi verbis ciuilibus ſubſtitutio fiat. Cur enim ſterilitas poſt pubertatem ferenda ſubſtitutionis erit, contra quam placitum teſtatori eſt.

Apparet ex his vindices acerrimos opinioni Io. And. contra glo. & Barto. adeſſe. Hoc eſt crebra, & grauiſſima Doct. teſtimonia iuris, & æquitatis rationibus ſubnixa.

Glo. tamen & Bart. opinione citra præiudicium veritatis, admiſſa, ad filum quodammodo ex limitationibus recidit, & primum quidem locus ei non
45 eſt, vbicunque † puberi, aut impuberi fit, cui pupillariter ſubſtituere per legem non licet, ſi in poteſtate puta teſtatoris non eſt, vel eo ſublato, in poteſtatem alienam recaſurus. iuxta text. in l. 2. in prin. ſupra eo. Quo caſu ex fideicommiſſo ſubſtitutio defenditur. l. pen. §. fin. infra de condi. inſti. l. filiusfamilias. §. vt quis hæredem infrà de lega. 1. l. imperator. §. pen. l. codicillis. §. fin. infrà de lega. 2. l. ex facto in prin. & l. Imola infra ad Trebel. l. hac conſultiſſima. §. pen. C. de teſtam. Glo. Bar. & alij in d. l. verbis ciuilibus, ibique Iaſ. num. 18 glo. fin. in §. pen. inſti. de codicil. Bal. in conſi 129. Domina Franciſca nu. 1. lib. 1. Pau. de Caſt. in conſi. 410. viſo facto & dubijs col. 1 in fi. lib. 1. & in conſi. 12. præſens conſultatio col. 2. lib. 2. Alex. in conſi. 82. in prin. lib. 2. & in conſi. 51. nu. 2. lib. 6. Corn. in conſi. 307. ante fi. lib. 1. Socin. hic num. 35. verſi. ſecundus caſus. in l. 1. num. 36. in fin. verſi. pro quo facit communis theorica ſupra eo. & in conſi. 94. col. 1. lib. 4. Lanfran. hic nu. 27. Galiau. nu. 264. Fulgo. in d. l. precibus nu. 17. in fi. Cacialup. num. 51. verſi. ſexta concluſio. & numero 61. Sapia num. 71. Coraſ. num. 57. & ſequen.

Ampliationem limitatio hæc admittit, vt inſtitutio ipſa etiam ad ſubſtitutionem obliquam trahatur, quoties iure ſuo cõſiſtere inſtitutionis nequit. Caſtren. in l. ſi ita ſcriptum. § teſtamentum nu. 3. ſupra de lib. & poſth. Galiau. hic nu. 514.

A limitatione hac Glo. diſcedit ſecum non conſtans in §. fi. in fin. inſti. de pupil. Bal. ſeu & ipſe contrarius in conſi. 272. caſus talis eſt, quidam teſtator col. 1. in fi. lib. 2. Imola hic nu. 12. & 14. Alex. & ipſe hic mutatus nu. 70. Aret. col. 8. poſt med. verſi. tu autem quantum ad quæſtionem principalem. Ang. in d. l. precibus nu. 11. Guido Papæ q. 534. quam opin. receptam Matheſila. aſſerit nota. 140. nota vnam doctrinam ſingularem verſi. ex quo ſequitur. Ambiguam item limitationem hunc ob opiniones contrarias, Soci. putat in conſi. 12. num. 16. lib. 3. contra quam & hic etiam argumentatur nu. 34.

Contra limitationem hanc textum filius meus Ioannes Frãciſcus obſeruauit die 16. Auguſti 1567. in §. extraneo, qui vltimus eſt. inſti. de pupil. vbi extraneo, vel puberi verbis directis ſubſtituere poſt aditam hæreditatem non licet. Atque ideo per verba ſolum precaria, vel niſi ex fideicommiſſo, vt hæreditatem reſtituat, obligari eum non poſſe. Si ex fideicommiſſo ſolummodo grauari poteſt. Ergo ad fideicommiſſum valitura verba directa non erunt, quamuis iure directo firmitatem initio habere ſubſtitutio nequit. Etenim ſi ad fideicommiſſum trahi verba directa poſſent, neceſſaria vtique verba fideicommiſſi non eſſent, & falſa dictio ſolum taxatiua fieret, per verba fideicommiſſi ſolum obligari extraneum vel puberem filium poſſe.

Sed enim ad fideicommiſſum verba directa trahi, quæ iure directo conſiſtere initio nequeunt, ex text. declaratur in l. ex facto in prin. & in l. Sceuola infra ad Trebel. quod cum ita ſit, a ſenſu contrario contra dictus. §. induci tex. non poteſt in d. §. fi. Inde fit, vt erraſſe tam grauis Guido Papæ increpandus a Galiau. hic nõ fuerit nu. 264. & nu. 291. perinde quaſi autor opi. huius, in eaque ſolus ipſe doctorum omnium factus. Imo enim cenſoria magis Galiau. cenſura apparet, cui Doct. incognita controuerſia hæc apparet. In limitatione hac excutienda occupandum me non duxi, poſtquam plenioribus Doct. teſtimonijs comprobatur. Atque neceſſariam limitationẽ, aut exceptionem hanc non credimus, quatenus admiſſa a nobis regula non eſt, vnde exceptio ipſa fit.

Rationem limitationis huius Caſtren. adſcribit in d. l. precibus nu. 15. quòd ratio in ea variationis ſilet. Siquidem vniuſmodi ſemper ſubſtitutio hæc inuenitur, id eſt fideicommiſſaria. Qua ratione admiſſa, locus variationi ne tum quidem erit, cum verbo communi, matreque non interueniente, ſubſtitutio fit, contra quã Bar. hic & Doct. placet in tertia prin. q. vnde rationem aliam Bar. alijque ſentiũt, quod vitio grauiori dandum, ſi inutilis penitus actus ſit, cum puberi ſubſtitutio fit, quam ſi in caſu vno intercidat, cum impuberi verbis ciuilibus compendioſe, quis ſubſtituitur. arg. l. tutori. C. de nego ge.

Sed obſeruandum impoſſibilitatem in limitatione hoc videri, ad cũ quippe caſum reſtringitur, quo à iure directo ſubſtitutio conſiſtere omnino nõ potuit. Sed enim impoſſibilis id genus caſus videtur. Siquidem iure directo tempore omni valere quaſi vulgaris poteſt, quam rem Bal. obſeruat in d. conſi. 272. col. 1. in fi. lib. 2. Reſpondetur, de ſubſtitutione directa Doct. loqui, quæ ſub compendioſa includitur, quia in compendioſa quæſtio proponitur. Atque ideo de directa ſentiunt, quæ tractum in futurũ habet, & poſt hæreditatem agnitam cedit, non de vul

gari.

gari, quæ etſi maximè in compendioſa etiam inſit, in præſens tamen impletur, neque tractum futurum mortis expectat. Conſequenter tempus illud poſt aditionem ſpectandum, vtrum iure directò valere hæreditate adita potuerit. Ita ex Bar. colligitur in l. Lucius nume. 20. infra eodem. Idem in d. l. verbis Bar. ſentit num. 7. verſi. contra omnia. Cuma. in d. l. verbis ciuilibus nu. 15. in fi. verſi. ſed videtur quod ſemper. Imola in l. 2. in prin. nu. 5. ſupra eo. Lanfrā. hic nu. 29. verſic. quarto facit. Sapia in d. l. precibus nu. 71. verſi. ſed aduertendum eſt. Soci. in conſi. 116. nu. 17. in fi. verſi. nec obſtat ſi diceretur lib. 1. Neuiz. in conſi. 93. nu. 15. verſi. quarto ad illā clauſulā. Inde declaratio d. l. verbis percipitur, vt verbū fruſtrà, de quo ibi ad vulgarem non trahatur. Idque, & Cacialupus obſeruat in d. l. præcibus nu. 60.

46 Infertur ex limitatione hac † ſubſtitutionem directam in codicillis factam ad fideicommiſſariā degenerare. Id quia iure directo conſiſtere vnquam non potuit, quo caſu tex. ferè loquuntur, qui relati ſupra ad limitationem hanc probandam ſunt. Hoc caſu Caſtren. loquitur in d. conſi. 12. col. 2. lib. 2. Corn. in d. conſi. 307. ante fi. lib. 1. Fulg. in conſi. 43. in primo col. 2. circa med. Quam opi. receptam Soci. hic aſſerit, quamuis in eam argumentetur nu. 34. & quidem ratione fortiore illatio hæc iuuatur. Namque ſi iura ſpectamus, quæ adducta ſupra pro opi. hac ſunt, de inſtitutione fere loquuntur in codicillis facta. Itaque ſi obliquationem hanc inſtitutio non repudiat. Longè minus abiectura ſubſtitutio erit, ſiquidem non ſimiliter vt ſubſtitutio, obliqua vlla inſtitutio inuenitur, vnde ſimbolum maius in ſubſtitutione vna in altera tranſmutanda, quam circa inſtitutionem vertitur.

Ampliatur Illatio hæc, vt procedat, quamuis tractum temporis in futurum ſubſtitutio non habeat in codicillis facta. Ita ex Bar. colligitur in d. l. Lucius nu. 20. infra eo, dū quæritur apud eum, vtrū fideicommiſſariam breuiloqua contineat, & contineri ex tex. argumētatur in d. l. Sceuola. Sed reſpōdet. obliquationem illam idcirco admitti, quod facta ſubſtitutio in codicillis eſt. Locum igitur obliquationi huic, & in breuiloqua putat, quæ facta in codicillis ſit, Atqui tractum temporis breuiloqua non habet, præterquam ſi iuncta cum compendioſa ſit Atque in breuiloqua nominatim Soci. tradit in conſi. 6. nu. 4. lib. 3. Hoc ita, niſi ſi vulgarem tantum modo ſubſtitutio contineat, quæ tractum non habet, ad fideicommiſſariam enim hæc non trahitur, l. fi. C. de hæredi. inſti. de quo plenius infra ut ſecunda ſublimitatione.

Limitationem illatio hæc recipit, ne locum habeat, quotiens ad teſtamentum tantummodo diſponentis animus ſpectat, quia teſtari, non codicillos facere in animo diſponens habuit Ang. hic col. fi. ante med. & in d. l. precibus nu. 11. in fi. tex. huc pertinet in l. 1. in l. illud §. tractari infrà de iure codicil. in d. l. non codicillum C. de teſta. de quo Caſtrē. etiam meminit in d. l. verbis ciuilibus nu. 7. verſi. qđ autem dixi. Lanfrancus hic nu. 28. poſt med. verſi. Secundò allegatur.

Sed quæſtio hic occurrit, verum quod in ſubſtitutione directa dici in codicillis facta ſolet, ad obliquam eam, arctatione voluntatis remota, trahi, ad inſtitutionem etiam pertineat in codicillis adſcriptam. Galiau. hic nu. 266. rationem diuerſam inſtitutionis putat. Difficiliusque eam, ac ſubſtitutionem directo factam obliquari. Id quia in culpa teſtator videt, qui inſtitutione vſus in teſtamento nō eſt, cum id ei facere liceat. Quod non ſimiliter in ſubſtitutione directa contingit ſub codicillis facta, ſiquidem nec in teſtamento perfici ea poteſt, vnde cum per codicillos inſtitutio fit, quam facere niſi ex teſtamento non licet, & recte in ea fit, argumento id eſt, ad teſtamentum, non ad codicillos diſponentem cogitare. Conſequenter arctationem voluntatis ad teſtamentum, vt niſi teſtari noluerit, facilius circa inſtitutionem, quam ſubſtitutionem intelligi. Ad teſtamentum enim animum arctari hoc ipſo intelligi, quod inſtitutio fit. Quod aliter in ſubſtitutione directa videtur, arctatio enim per eā ad teſtamentum non colligitur, cum fieri nec in teſtamento queat. Quomodo igitur ad teſtamentum arctatus animus in quo teſtamento fieri actus non poteſt ex Caſtren. inſpectionē hanc iuuare Galiau. poterat in d. l. verbis nu. 7. verſi. Quod autem dixi. Qui coarctationem hanc voluntatis ad teſtamentum ex inſtitutione ſola obſeruat. De quo inferius etiam memoria habetur.

Inſpectio hæc Galiau. perſuaderi mihi non poteſt, vtpotè quæ textu euertitur in d. l. Sceuola. vbi in fideicommiſſum ſubſtitutio directa abit pupillo in codicillis facta, quæ adſcribi teſtamento poteſt. At enim recipiendum id non videtur, ſi Galiaulæ inſpectionem ſequimur, ſiquidem ad teſtamentū hoc ipſo arctari teſtatoris voluntas intelligitur, qđ fieri teſtamento poteſt.

Secundò in Galiau. ipſum conſideratio eius reflectitur, quod niſi ſub teſtamento fieri ſubſtitutio directa ſimiliter, ac inſtitutio nequit. l. illud. §. fi. infra de iure codicil. d. l. Sceuola. l. 2. C. de codicil. Calder. in conſi. 35. de teſta. Ita ad exemplum inſtitutionis in hoc ſubſtititutio directa redigitur. Atque ideo diuerſum ius circa ſubſtitutionem directam, atque inſtitutionem ipſam in voluntate ipſa arctanda non videtur. Ratione arctandi à Galiau. animaduerſa ex æquo vtrubique interueniente.

Tertiò contrarius ipſi ſibi Galiau. inuenitur à quo nu. 514. limitationem glo. & Bar. circa d. l. verbis cum puberi ſubſtitutio directa initio fit, ad inſtitutionem propagandam ſcriptum eſt. Quæ iure directo conſtare initio nequit, vt in fideicommiſſum habeat. ex Caſtren. in d. l. ſi ita ſcriptum. §. teſtamentum nu. 3. ſupra de lib. & poſt. Atqui locū conuerſio hæc in fideicommiſſum non haberet, ſi ad teſtm̄, inſtituendo arctatam voluntatem aſſerimus.

Roget hic aliquis, ſi ob id ſolum, quod inſtitutio hæredis ſit, arctatio ad teſtamentum voluntatis non colligitur, verum pari in re hac iure, atque ſubſtitutio cenſetur. Atque ideo ad fideicommiſſum etiam inſtitutio abit, quæ iure ſuo conſiſtere initio nequit. Quid ita in d. l. 1. infra de iure cod. & in d. l. non codicillum. C. de teſta. codicillorum iure teſtamentum non ſuſtinetur, & in fideicommiſſum inſtitutio non vertitur, quatenus ob id ſolum ad teſtamētum coarctari animus non dicitur, quod inſtitutione vſus teſtator ſit. Reſpondetur, arctationem voluntatis in d. ll. non modo ex verbis directis inſtitutionis, ſed, & ex modo procedendi colligi. ſubſtitutus enim vulgaris hæredi adiectus inſtitutio eſt legata ab ipſo hærede ſcripto, data ſunt, vt ex tex. oſtenditur in d. l. illud §. tractari eo. titu. de iure codicillor. Qui procedendi modus ad codicillos non competit.

Si dixeris modum hunc procedendi in d. l. 1. & in d. l. non codicillum, non legi. reſpondetur, ſpeciem facti. d. l. 1. in d. §. tractari. exponi, & ab eo d. l. 1. declarari. l. non eſt nouum, & l. Sed, & poſteriores. ff. de ll. Idque in ſpecie Ang. docet in d. l. verbis ciuilibus nu. 1. circa fi. Is procedendi modus ad codicillos, vti dixi, nō quadrat. In quibus ab hærede legitimo, non ſcripto legata relinquuntur. ſeu hæres ipſe legitimus, non ſcriptus legatis grauatur, Atque vbi expreſſim legitimus non grauetur, grauatus ta-

men

men intelligitur. Inde vigor ille clauſulæ codicillaris declaratur. Per quam non modo legatorum onus ad hæredem ipſum legitimum recidit. Sed, & hæreditatem reſtituere ei adſtringitur, qui in teſtamento hæres ſcriptus inuenitur, quod iure conſiſtere teſtamēti nequit, & robur, aut effectum habere niſi ex clauſula codicillari, & quaſi codicillus non poteſt. l. ex ca. §. ex his. Ibique Bar. ſupra de teſta. l. quætebatur infra de mili. teſta. l. poſthumus. §. ſi paganus ſupra de iniu. teſta. l. codicillis. §. fi. & l. Lucius. 2. §. filiam, infra de lega. 2. l. fi. C. de codicil. Glo. & Doc. in l. eam quam in ver. traditur verſi. item ſecūdo, & in l. ex teſtamento in Glo. 2. C. de fideicom. Bar. in l. 1. q. 5. 7. 11. & ſeq. infra de iure codicil. & hoc genus. Aeque Modus is procedēdi ex legatis ab hrēde ſcripto datis obſeruatus à nobis eſt in l. 1. nu. 121. ver. aliam ſolutionem infra de lega. 1. ad codicillos ſubſtitutio vulgaris non applicatur. Per quā directò hæreditas confertur, quod fieri in codicillis non poſſe, teſtatum ante habemus.

Vires declarato hæc à modo procedendi per vulgatem accipit, quod vbi hæredi ſcripto ſubſtitutio vulgaris fit, & robore teſtamentum deficit. Atque ideo ab hærede legitimo hereditas aditur. Impoſſibilis teſtamenti defenſio codicillorum iure propter vulgarem, ſeu in vulgari videtur, quod hæredi demum ſcripto, non etiam legitimo vulgariter ſubſtituere teſtator cogitauit, ob id ad hæredem legitimum trahenda ſubſtitutio non videtur,
47 de quo † cogitatum non eſt, l. quæ cum tutoribus. l. cum aquiliana. ff. de tranſactio. l. ſi ſeruitus 1. reſpon. ff. de ſeruitu. vrba. præd. l. qui peculij. ff. de pecul. l. lege, & l. vtilia poſſa. ff. de contra. emptio. l. 3. ff. de euictio. l. ſi quis ita § pen. ff. de teſta. tu. & alia ſexcenta. Rei cuius ea eſt ratio, quod à non cogitatis conſenſus abeſt. Hoc amplius, de hærede cogitatum legitimo fac, ad eum ſubſtitutio vulgaris applicari nihilomagis poterit. Idque repugnantiæ cauſa, quoniam non aliter hæres legitimus dici, robur ve intelligi in codicillis poteſt, quam ſi ab inteſtato agnitā hæreditas ſit. l. 2. & ſeq. ff. de fideicom. liber. Glo. & Bar. in l. qui filio §. 1. in ver. ex codicillis, ſupra de hæredi. inſti. Matheſila. nota. 163. nota ſingulare. Alex. in l. nemo poteſt nu. 10. circa fi. verſi. intelligo tamen infra de lega. 1. Iaſ. in l. 3. in 1. nota. eo. titu. & alia non pauca. Hæreditate planè ab inteſtato admiſſā. Quomodo locum ſubſtitutio habere vulgaris poterit l. poſt aditam. C. de impub. Aliter etiam ſubſtitutio vulgaris ad coarctationem voluntatis circa teſtamentum animaduerſa à nobis eſt in d. l. 1. nu. 121. ante fi. verſi. ideo puto infra de lega. 1. q̄ hæredem ſubſtitutum vulgarem eſſe non legitimū vellet, vbi hæres eſſe ſcriptus non poſſet.

Apparet ex his, ſubſtitutiōis vulgaris cauſam impedimento vni, atque alteri eſſet quominus codicillorum iure teſtamenti ſcriptura conſiſtat. Primum, quod fruſtrà ſubſtitutio vulgaris aliave directa in codicillis fit. Deinde quod contradictio incurrit, vt hæres ex vulgari in codicillis adſcripta hæredi legitimo non adeunti ſubſtitutus exiſtat, cum aditione carere codicilli nequeant. Inde etiam planum fit, ad teſtamentum ob ſubſtitutionem ipſam vulgarē, neceſſariò diſponentis voluntatem coarctari.

Ex legatis etiam ab hærede ſcripto relictis, ſeu quibus hæres grauatus ſcriptus eſt, coarctationem hanc argui, demonſtratum ante habemus.

Ne ab inſtituto aberraſſe, aut euagari longius videamur. glo. & Bar. opinione, citra veri læſionem, admiſſa, vt interitum omnino poſt pubertatem in d. l. verbis, & d. l. in pupillari. ſubſtitutio ſentiat. Limitatio ſubiecta, ne locum habeat, quotiens puberi initio, aut impuberi, cui phas ſubſtituere pupillariter non eſt, ſubſtitutio ipſa directa fit. Hanc enim ex fideicommiſſo ſuſtineri, frequentior Doc. ſententia probat, vt aliud viſum pleriſque ſit. Ex limitatione hac illationem ſponte ſequi ſua diximus, cauſam eandem ſubſtitutionis directæ eſſe ſub codicillis factæ. Id quia vires vnquam iure directo non habet. Quæ limitata illatio eſt, ne locum habeat, vbicunque ad teſtamentum voluntas arctata diſponentis inuenitur. Arctationem planè non ex verbis directis ſolummodo, verum ex alijs colligi, etiam ſi inſtitutio interueniat, contra quam viſum Galiauſit. In qua re tex. enodatus in d. l. 1. & in d. l. illud §. tractari infra de iure codicil.

Et obſeruandum, quæ de arctatione voluntatis dicta ad teſtamentum ſunt, ne ad codicillorum ius migret. Ad glo. etiam. Bar. & aliorum opinionem pertineri, cum puberi initio, aut impuberi, qui pupillarem non admittit, ſubſtitutio directa fit, & ad ius ipſum directum animus perſtrictus teſtatoris inuenitur, quod directo puta verbis directis ſubſtituit, ſecundum ea, quæ dicta ſuperius circa reſponſionem Bal. Sali. & Sapiæ ad d. l. verbis ciuilibus ſunt. Idque in d. l. verbis ciuilibus Bar. ſentit nu 7. Ibique Caſtren. eodem nu. 7. ver. ſentiunt etiam Doc. Qui eo caſu loquuntur, quo pupillaris maiori fit. Nec ex fideicommiſſo eam ſuſtineri. Abſurda quippe res fuerit, ortum eo tempore fideicommiſſariæ dari à quo finem ob pupillaris expreſſionem accipit. l. Titio cum morietur. ff. de vſufru. Quæ infirma mihi ratio videtur. cum niſi ad ſubſtitutionem directā non ſpectet. In fideicommiſſaria planè quid prohibet, initium ei eo tempore dari, quo finem directa accipit. Sed vberius infra de hoc.

Ratio eadem d. l. non codicillum eſt, vt ob id ſolum ad teſtamentum arctata diſponentis mens nō dicatur, quod verbo directo inſtitutionis vſus teſtator ſit, verum quia exhæredatio etiam interuenit. Quam facere in codicillis non licet. §. pen. inſti. de codicil. Ita text. in d. l. non codicillum Iaſ. explicat in l. 1. §. ſi quis ita nu. 15. verſi. aduerte tamen dū Bar. ff. de verb. obli. ſignificantius, atque factum à Iaſ. ſit, ratio hæc impotentiæ declaratur, vt quaſi codicillus ſcriptura non conſiſtat, aut conſiſtere nequeat, quæ exhæredationem habet, quod confirmationem codicilli ab aditione hæredis legitimi ab inteſtato deſiderant, ſic quomodo demonſtratum ante eſt. Ab inteſtato planè hæres, exhæredatus ipſe in partem ſaltem efficitur, qui exhæres factus in teſtamento inutili eſt. Quare repugnantia euidens incurrit, vt exhæredatus idem, atque hæres dicatur, vt qui hæres eſt. exhæredationem de ſe factam confirmet, vt effectus contrarios actus idem aditionis patiat acquiſitionis, & excluſionis l. Titio cum morietur ff. de vſufruc. qui tex. in actibus contrarijs in ſpecie loquitur, ideſt amiſſionis, & acquiſitionis. Idem ex tex. probatur in l. cum is. §. 1. Ibiq; Iaſ. ff. de condi. indebi. in l. qui hominem §. fi. ff. de ſolutio, & id genus alia. Sic actus duplex in d. l. non codicillum interuenit, inſtitutionis, & exhæredationis, vnde voluntatis declarari arctatio videtur, ne ad codicillos trahi teſtamenti ſcriptura poſſit, vnde non abre coniunctim inſtitutionem, & exhæredationem tex. obſeruat in d. l. non codicillum, perinde quaſi inſtitutio ſola ſatis ad arctationem ipſam arguendam non ſit. In exhæredatione planè ſola, inepta quæſtio videtur. Ibi enim neque ad teſtamentum ſine inſtitutione, neque ad codicillos contrarietatis prædictæ nomine voluntas ſpectare diſponentis videtur, hodie tamen locum, & effectū codicillus, ſeu clauſula habere codicillaris videtur exhæredatione non obſtāte Bar. in l. Titia in fi. ff. de inoffi. teſta. Ratio hæc arctationis ex modo proce-

dendi,

dendi, de qua in d.l.1.in d.l.illud.§.tractari infra de iure codicil.& in d.l.non codicillum. in ſpecie limitationis ſilet, in qua niſi verba directa non obſtant, ſignificatui quorum mens ipſa teſtatoris repugnat, quæ ex verbo quandocunque, aut alijs ad tractum temporis poſt pubertatem etiā neceſſario pertinēt.

Inde declaratio eius percipitur, quod ſcriptum apud Bal. eſt in d.l.verbis ciuilib. in fi. Ang.nu.1.circa fi. Cuma.nu.10.Caſtren.nu.7.verſi. quod autem dixi. Ita ad obliquam, ſubſtitutionem tranſire verbis directis in codicillis factam, ſi certum erat, aut conſtabat, codicillos facere quempiam velle. Nāq; ex modo ipſo procedendi certitudo argui hæc poteſt, & debet, neque enim neceſſe eſt, de codicillis nominatim mentionem facere. Idque ex tex. oſtenditur in d. l.illud.§ tractari. quem commentarium. d.l.1.eo.titu. eſſe ex Ang.diximus in d.l. verbis nu.1. circa fi. vnde cum argumenta, aut coniecturæ tacēt de quibus In d.§.tractari, & in d. l. non codicillum, ad codicillos in genere cogitatum ſeu, ad teſtamentum arctatam voluntatem non intelligi, magis erit dicere. Atque ideo magis ſatis videtur ad codicillorum ius admittendum, vt cogitatum ad eos in genere cenſeatur, ſi ad teſtamentum reſtricta voluntas non apparet. Conſequenter voluntas diſponentis conſtare, vt de codicillis faciendis ſenſerit, hoc ipſo dicetur, quod inutilis ſcriptura quaſi ex teſtamento eſt, & ꝙ ad teſtamentū reſtricta volūtas nō apparet.

Inde etiam manifeſtus error fieri Caſtrē. videtur in d. l. verbis nu.7.verſi. quod autem dixi. hoc ipſo ad teſtamentum reſtrictam voluntatem intelligi, ꝙ inſtitutio facta hæredis eſt. Id quod, & Galiau. hic ſentire nu. 266. ſuperius retulimus. Sed contrarius opinioni huic tex. eſt in d.l.illud §.tractari. & in d.l. non codicillum, qui inſtitutione hæredis contenti ſola non ſunt. Iam opinione Caſtren. admiſſa, ridicula quodammodo Doc. cōtrouerſia fit, cum illud quærunt, vtrum ex codicillis conſiſtere teſtamenti ſcriptura poſſit, locum quippe quæſtio habitura nūquam propemodum erit. Id quia hæredis ſemper inſtitutionem præſupponunt. Aliter porro inſtitutionem detracta, quorſum de teſtamento verba facere, vtpotè à quo caput eius abeſt, quæ inſtitutio dicitur, & qua carere teſtamentum non poteſt. l. ꝓximè ſupra de his, quæ in teſta.delen. l.fi.infra de iure codicil.§.ante hæredis inſti.de lega.

Conſequenter his dicendum, à duobus ideſt inſtitutione, & exhæredatione, non inſtitutione ſola rationem tex. pendere in d.l.non codicillum. Declarando vt ſupra.

Sublimitatio hæc limitationis glo. Bar.& cum eis
48 ſentientium, hoc eſt † ad ius fideicommiſſi ſubſtitutionem directò factam non abire, quamuis vti directa conſiſtere nunquam potuerit, vbicunque ad directam coarctata voluntas inuenitur, ex tex. etiam iuuatur in l.2.§.ſed ſi extraneum ſupra eo. vbi quaſi directa initio valere ſine dubio noo potuit, vtpotè extraneo facta. Atqui in fideicommiſſariam non mutatur. Idque neceſſario declaratur, quod adoptione aut arrogatione inſtituti ſubſecuta, iure pupillaris conualeſcit. Quod vtique non fieret, ſi firmitatem initio ex fideicommiſſo habuerat, ſiquidem in directam fideicommiſſum tranſire, ius non patitur. l. neque enim in fi. infra de miſſ. teſta. Bar. in d. l. verbis ciuilibus nu.2.& hac.l.nu.13.& 20.Soci.nu.18.verſi.& ſi diceres, & col.18.verſi. tertio adducitur. Ripa nu.101. Rei cuius ea eſt ratio, quod facilior deſcenſus, quam aſcenſus eſt iuxta illud, facilis deſcenſus auerni. Quod, & tex. probat in l. 2. C. de liber. & eorum liber. vbi offenſa vel leui faciendo admiſſa, in ſeruitutem libertus recidit. Ad libertatē planè niſi principis iuſſu, & patrono rogante, non reſtituitur. Quem tex. in ſententiam hanc Bal. nominat in conſi.326.ſuper puncto, an dictus Antoniotus in prin. lib. 5. Ratio ſanè quam ob rem ad fideicommiſſariam in d. §. ſed ſi extraneum. ſubſtitutio non tranſeat, ea eſt, quod ad pupillarem reſtrictus animus teſtatoris fuerat. Qui in forma pupillaris pupillo, non maiori ſubſtituit, vt Soci. hic docet col. antepenul. verſi. vel ſecundo dicamus. & verſ. ſeq. Aliter etiam, & ſecundo reſtrictionē ad pupillarem Socin. obſeruat. Ideſt ab euentu inſecuto quod pupillum adoptauit, aut arrogauit. Quod ex cauſa factum antecedente creditur, ſubſtitutionis ipſius confirmandæ nomine l. quædam muliere. ff. de rei vendi. l. qui in aliena.§.is qui putauit. Ibique Bar.& Ang.infra de acq. hæredi.l.quæſitum. ff.de interdic. & regula.l.2.C.de acq.poſ.ſi ob pupillarem confirmādam facta adoptio exiſtimat. Non poteſt arctatio voluntatis ad pupillarem non intelligi. Quandoquidem ſi cogitatum ad fideicommiſſum erat, neceſſaria adoptio non fuerat. Ex facto igitur adoptionis arctatio voluntatis declaratur. Immo factū verbis potius ad animum declarandum ęſtimatur. l. 2.§.ignominiæ. ff. de infam. l.ſi inſtituta.§.1.ff. de inoffi.teſta.l.ſi tamen.§.ei qui.ff.de ædil. ædic.l. fi.ff. de diuor. c.dilecti.2. Ibique Deci. in ſecundo nota. de appella. Inde in ore eſt omnibus, facta maſculina, fœminina verba eſſe.

Tertiò, & ſignificantius præter Soci. voluntatis ad pupillarem arctatio in d. §. ſed ſi extraneum. arguitur quod arctatione ipſa remota, fruſtrà de adoptionis effectu diſceptatio fieret, ſiquidem ſubſtitutioni alij neceſſaria adoptio non erat.

Quartò iure illo nouiſſimo arctatio hæc ſuadetur, quod ſub lege poſitus tex. eſt in d.§.ſed ſi extraneum. In qua niſi de pupillari non tractatur. Atquę ideo ſecundum. l. in qua poſitus tex. is eſt, intelligi eum, & reſtringi oportet. l.imperator.ff.de in diem adiectio. glo. in l.fi.in prin.in ver.poſſe.ff.de condi. indebi.in c.tibi qui in glo.2.de reſcrip.lib.6.in c.1.in glo. magna in prin. & in c.ab arbitris in ver.appellādū, de offi. delega.eo.lib. Imola in rubri.ff.de verb. obli. nu.7. robur ex reſponſione hac reſponſio accipit, quæ accommodata ad tex. eſt in d.l.in pupillari. Ad pupillarem ibi voluntatem arctatam. Nāq; cum de pupillari expreſſim tex. loquatur, ſecundū eam intelligi, & reſtringi conuenit. Huc, & illud ſpe
49 ctat, Reſtringenda † verba eſſe, quo prolata reſpectu ſunt, intelligantur. l.item eorum in prin.ff.quod cuiuſque vniuer.nomi.l.profectitia.§.ſi pater.2.& in fi.l.ff.de iure dot.l.ſi res aliena in prin.& l.debitor.§. fi.ff.ad Trebel.& hoc genus. Senium hunc. d.§ ſed ſi extraneum, vt à voluntate ad pupillarē limitata ratio eius pēdeat, Galiau. etiā hic admittit n.202.in fi.

Apparet ex his, non rectè de tex.in d.§.ſed ſi extraneum. Imolam hic ſentire nu. 14. circa fi. & in c. Raynutius nu.181.poſt med.verſi.& contra opinionem Bar.de teſtam.ex eo probari, iure fideicōmiſſi ſubſtitutionem directam ne tum quidem conſiſtere, cum iure directo valere initio non potuit. Hallucinatus enim in tex. illo apparet, ad ea non animaduertens, ex quibus ad pupillarem voluntatem coarctatam teſtatoris oſtendimus. Quam curæ arctationem Imola non habuit. Impotentiam demum ſpectat, hoc eſt in arbitrio teſtatoris non eſſe, vt ad obliquum directa verba trahantur. Hoc amplius Imolę ipſi aduerſarius tex. videtur in d. §.ſed ſi extraneū, à ratione eius ceſſante, quam in arctatione poſitam oſtendimus. Qua remota, Quin ex fideicommiſſo ibi ſubſtitutio ſuſtineatur, nihil impedit.

Aliter etiam tex. illū Imolæ contrariū, ex Soci. hic defendemus. col. antepen. verſi tertio adducitur tex. Qui fideicommiſſariam ibi excludi non putat.

Quatenus

Quatenus iure directo firmitatem habere initio ne-
quit. Idque ex limitatione ipſa, quã glo. Bar. & fre-
quentior Doc. numerus admittunt. Neque magni
Imolæ argumentum faciendum, ſi fideicõmiſſam
induci initio aſſerimus, in directam poſt adoptionẽ
non reſilgere. tum enim arg. mouere Soci. ait cũ io
forma fideicõmiſſariæ initio ipſo vtiliterque ſub-
ſtitutio fit. Ad directam enim hęc non aſcendit. Ali
ter atq; cũ nõ fideicõmiſſaria, at directa initio ipſo
inutiliter tamen ex impedimento, aut vitio quo ſub
ſtitutio adſcribitur. Hæc enĩ ex fideicõmiſſo initio
quidem Glo. Bart. & aliorũ ſententia ſuſtinetur Cæ
terum, vitij aut impedimẽti cauſa tacente, propter
quã iure conſiſtere directo non poterat, vti directã
reuireſcere. l. adigere. §. quãuis infra de iure patro.
Rurſus ſicut iure directo facta ſubſtitutio eſt. Ita eo
cõfirmari facile debebit, ſuã naturã re facile redeũ-
te. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret verſi. quod, & in ſpe
cie. Ibiq; Iaſ. in quarto not. ff. de pactis. l. filio quem
pater ſupra de liber. & poſth.

In reſponſione hac contrarius ipſi ſibi Soci. de-
præhenditur, Qui ad pupillarem teſtatoris animũ
dupliciter oſtendit, & In reſponſione hac impedi-
mento fideicõmiſſariæ arctationẽ non putat. Quo-
circa repudiandã reſponſionẽ hanc ob arctationẽ
ipſam omnino exiſtimo. Qua remota, non ægre cũ
ea conſentiã. Ea propter melior reſponſio ad Imo
læ inductionem confutandam erit, quæ deſumpta
ab arctatione eſt.

Sed quæſtio hic non minus vtilis quã neceſſaria
incurrit, & q̃ leuiſſimè commemorata ſuperius eſt.
Quæ dicta in ſuperioribus, & circa limitationẽ glo.
& Bar. ſunt, ad eum caſum pertinent, vel quo impu
beri, cui ſubſtituere directo non licet vel puberi ini
tio verbis directis ſubſtitutio fit, ex fideicõmiſſo eã
non ſuſtineri, vbicunque ad directã limitata ſubſti-
tuentis mẽs apparet. glo. & Bar. limitationẽ ad mo-
50 dũ hunc ſublimitando. Quid ſi † pupillaris puberi
expreſſim fit. Locum ne ſublimitatio habebit, ideſt
nec ex fideicommiſſo ſubſtitutionẽ defendi, perin-
de quaſi ad pupillarem voluntate coarctata. Locũ
ſublimitationi eſſe vt ex fideicõmiſſo non ſuſtinea-
tur, Bar. opinatur in d. l. verbis ciuilibus nu. 7. Ibique
etiam Caſtrẽ. eodem nu. verſi. ſentiunt etiam Doc.
Ratione illa impelluntur, qđ eo tempore pupillaris
ſit, quo finem accipit. Quam rem abſurdam, & im
poſſibilẽ ius habet. l. Titio cũ morietur. ff. de vſufru.
Sed confutata ante ratio hæc eſt. Quam niſi ad di-
rectã pertinere non diximus. In fideicõmiſſaria ve
ro nihil prohibere, quominus tunc incipiat, quo di
recta deſinit, in quæſtione hac diſtinctione Ang. hic
vtitur col. fi. circa med. verſi. fallit in vno caſu, & in
d. l. in pupillari in fi. Referre enim putat, in facto ne
erratum. an in iure à teſtatore ſit, ſiquidem in facto
error incidit. Qui eò pupillariter ſubſtituit, ꝙ impu
berem filiũ exiſtimaret, locum ſublimitationi eſſe,
hoc eſt irritam prorſus ſubſtitutionem fieri, vt nec
fideicõmiſſi iure conſiſtat. Id quia poſſibilẽ condi-
tionem ſubſtitutionis, ſi in ætate pupillari filius de
ceſſerit, teſtator credidit, quæ impoſſibilis erat. Quo
caſu ad irritũ deduci diſpoſitio ſolet, neq; conditio
tunc abijci impoſſibilis ſolet, ꝙ voluntati teſtatoris
abiectio videtur, qui ſcientia ætatis admiſſa, ita ſub
ſtituturus veriſimiliter nõ fuerat. l. ſeruo manumiſ-
ſo. ff. de condi. indebi Si autẽ nullus in facto error,
verum in iure demum fuit, quia puberem filiũ eſſe,
teſtatorem non fugiebat. Cæterũ & puberi ipſi pu-
pillariter ſubſtituendi facultatem eſſe arbitrabatur,
tum vero fideicõmiſſi iure ſubſtitutionem defendi.
Id quia conditio tunc, nõ etiam diſpoſitio inutilis
ipſa fit. l. ſi Mæuio. Ibiq; no. ſupra titu. 1. Cum Ang.
Imola ſenſit in d. l. verbis nu. 4. & in d. c. Raynutius
nu. 201. de teſtam. Ita grauior facti, quã iuris error
ad actum perimendum eſt. Quod à voluntate totũ
ipſius teſtatoris fit.

Conſequens diſtinctioni huic fit, morſicantem
Bar. & Caſtren. rationẽ non eſſe, quę textu nititur in
d. l. Titio cum morietur, vtpotè qua recepta, fruſtrà
inter errorem iuris, & facti diſcrimen ponitur. Im-
mo enim irrita ex toto ſemperq; ſubſtitutio erit, in
facto erratum, vel iure ſit.

Diſtinctionẽ hanc Ang. & Imolæ Soci. hic dam-
nat col. fi. verſi. ſecundo põt defendi. veramq; Bar.
opinionem ſimpliciter, & per rationẽ eius arbitra-
tur, quę ex d. l. Titio cũ morietur, hoc eſt ab impoſſi
bili conſiſtit. Neq; arg. mouere Soci. ſcribit, Quo
Ang. vtitur. Conditionẽ impoſſibilẽ reijci, quã im-
poſſibilem quantum ad factũ eſſe, teſtator nõ igno
rabat, à quo erratũ niſi in iure nõ eſt, locũ enim ita
habet, ſi conditione ipſa reiecta, efficax actus in ea
ſpecie manet, in qua factus eſt, veluti ſi rata ſubſti-
tutio haberi quaſi pupillaris poſſet. Ratio alia vide
tur, ſi ex ſpecie alia firmitas actus contingit, vt ex di
recta puta fideicommiſſaria fiat.

Cõfirmationem animaduerſio hæc Soci. à ratio
ne ceſſante accipit. Quòd enim dicitur, conditionẽ
impoſſibilem in voluntate vltima abijci. l. 1. Ibique
glo. infra titu. 1. Gratia id proditũ ipſius voluntatis
vltimæ eſt, ne caduca fiat. Soci. in l. quidã relegatus.
nu. 11. poſt med. verſi. circa ſecũdũ, quãdo volũtas.
infra de rebus dub. At enim vbi ad ſubſtitutionẽ di-
rectã voluntas limitatur, contraquã teſtator ſenſit,
vtilem eam ex fideicõmiſſo à quo conſenſus abeſt,
non faciendã demonſtratũ ante habemus, per tex.
in d. l. verbis, & in d. l. in pupillari, & alia ſupra cõge
ſta, Quocirca ad rem nõ attinebit, ætatis filij ſcientẽ
teſtatorem eſſe, vt eo nomine reiectio conditionis
impoſſibilis fiat, ſi pupillus, aut in ætate pupillari de
cedat. vt ex fideicõmiſſo ſubſtitutio defendatur. In
quo conſenſus prorſus teſtatoris non ineſt, Ita niſi
ad directam conſeruandam abiectio conditionis
impoſſibilis non ſpectat, ob id fideicõmiſſi gratia,
à quo conſenſus abeſt, locus abiectioni non erit.

Secundò Ang. diſtinctione admiſſa, ſpãlia gemi-
nãtur. Primũ, quod in conditione impoſſibili tol-
lenda vertitur, contra ac conſtitutũ in cõtractibus
eſt. §. impoſſibilis inſti. de verb. obli. l. impoſſibilis.
ff. eo. titu. Alterum, vt à volũtate teſtatoris receda
tur, quæ ad ſubſtitutionẽ coarctata directã eſt. At
enim agnoſci interpretationem non conuenit, vn
de ſpeciale ius creſceret. l. quod vero contra. ff. de ll. l.
deniq; ff. ex quibus cau. maior. l. cum poſt. §. gener.
ff. de iure dot. l. mulieri, & Titio inſ. de condi. & de-
mon. l. 1. C. de dotis promiſ. Idem ex ll. duabus ſi-
mul coniunctis probatur in l. ſi quis reum. §. fi. ff. de
pollicita. iuncta. l. fi. C. de ſacroſan. eccleſ. Quos tex.
Bar. inducit in q. 1. Lucanæ ciuitatis ſtatuto. in fine
argumentorũ primæ partis tradit gl. ſcitiſſima io l.
bene à Zenone. §. pen. C. de quadrien. præſcrip.

Dixerit hic aliquis. Ratione cõfirmationis huius
admiſſa, in qua voluntatis ratio teſtatoris habetur,
& ob eam conditionẽ impoſſibilẽ non reijci, quã-
uis impoſſibilem eam teſtator cognoſceret. Abſur-
dam rem, correctionẽ iuris conſequi, ne reiectio
vnquã conditionis impoſſibilis ex voluntate vlti-
ma fiat. Quatenus citra lęſionẽ voluntatis teſtato-
ris fieri reiectio nequit, à quo conditio adſcripta
impoſſibis eſt. Reſpondetur. Immo plenius, reijciẽ
do, voluntatem impuberi, cũ à conditione ipſa im
poſſibili non perimatur.

Si dixeris, quid ita igitur in q. cõtrouerſa cõditio
impoſſibilis nõ demitur, quo vtilis ſubſtitutio fiat
pupillariter maiori facta, vt ꝯditio amoueatur, ſi in
ætate pupillari mortalitas filij cõtigat. Atq; ideo ex
fideicom-

fideicommiſſo ſubſtitutio valeat. Rñdetur voluntati teſtatori ſatis in q. propoſita per adiectionẽ conditioois non fieri. Qm̃ ad ſubſtitutionẽ directam limitata voluntas apparet, ob id in obliquũ abire citra aoimi, aut mentis offenſum nequit, vnde ſi vti teſtator ſenſit cõditione ipſa remota, rata haberi ſubſtitutio poſſet. Reiectiooi conditionis locus haud dubie fieret.

Sed videndũ in traditione hac Soci. alioquin arguta. Bar. quidẽ per eam & Caſtren. dictũ iuuari; vt irrita omnino ſubſtitutio fiat, quæ in forma pupillaris maiori fit. Neq; conditionẽ impoſſibilẽ reijciendam ætatis ẽt ſcientia interueniente, quatenus ea reiecta, in ſpecie ſua actus cõſeruari ſubſtitutionis nequit. Cæterum ratio ipſa dicti per Soci. non defenditur, qua Bar. vſus cum Caſtern. eſt, & quæ textu nitiť in d. l. Titio cũ morietur. ff. de vſuſru. Rei cuius enarrandæ cã, ſciendum, vtilem ex fideicommiſſo ſubſtitutionem extraneo impuberi pupillariter factam à ratione ceſſante Bar. & Caſtrẽ. lem innuere. Namq; vbi maiori pupillaris fit, eò vitioſum aſſerunt, ꝙ inde iociperet, vode deſinit. Sed enim locũ ratio hæc nõ habet, vbi impuberi ſubſtitutio hoc genus fit, vtpotè, quę finem io ætate pupillari non accipit. Ergo ratione dicti tacente, & ipſum ſilere dictum opoitebit. c. cũ ceſſante de appella. c. neophitus 61. diſt. ſed enim vbi extraneo ſubſtitutio pupillaris fit, ad rem non attinet, poberi an impuberi fiat. Infirma enim ſemper apparet. Atq; eadem vtrubiq; iuris impotẽtia. Quorſum igitur pubertatem, & impoſſibilitatẽ, de qua in d. l. Titio cũ morietur. in extraneo ſpectare. Ad q̃ rem Aret. forte animaduertit in d. l. verbis ciuilibus col. 3. circa med. verſi. tangit ẽt hic Bar. ad filiũ Bar. qõnem refert. In quo ioepta Bar. ipſius ratio non vr. Quamuis generaliter apud Bar. quæſtio propoſita & Caſtren. ſit. In extraneo planè nihili ętatis diſtinctionem pendendam in d. l. verbis. Are. ſcribit col. 2 poſt prio. verſi. ſed Ang. in conſi.

Sed & in filio impubere inepta Bar. & Caſtren. rõ dicenda, quoties ſubſtitutio ad eum pupillaris non pertinet, ſui iuris puta, aut in poteſtatem patris auo extincto, recaſurũ. Pro extraneo enim quãtum ad ſubſtitutionem ipſam pupillarem æſtimatur. Neq; iure defendi fideicommiſſi poteſt, quamuis ratio ſileat, quę ex tex. deſumpta a Bar. & Caſtren. eſt in d. l. Titio cum morietur. Id quia ad directam hoc ipſo limitata voluntas inuenitur, quòd in forma pupillaris facta ſubſtitutio eſt, & qnam coarctationem a Soci. hic obſeruari, & demonſtrari ante oſtendimus. Inde contradictioni eripi Socin. nequit, cum Bart. & Caſtren. rationem agnoſcit. Qua admiſſa, conſequens fit, vt ea taceote, ex fideicommiſſo ſubſtitutio directa, & in forma pupillaris facta ſuſtineatur, in qua arctatio voluntatis contingit.

Conſequenter his dicendum, veram quidem in q. controuerſa Bart. & Caſtren. opinionem eſſe, vt irrita omnino ſubſtitutio æſtimetur, quæ puberi ad formam pupillaris adſcripta filio, aut extraneo eſt. Verum oõ ratiooe a Bar. & Caſtreo. expreſſa, quòd initium iode caperet, vnde interitus exiſtit. Siquidẽ ad fideicommiſſariam interitus is non ſpectat. At enim arctationis ratione caducitas hæc ſubſtitutionis ex fideicommiſſo contingit.

Apparet ex his, limitationis ſublimitationem, quæ in arctatiooe ponitur, non obſcurè ex text. declarari in d. l. 2. §. ſed ſi extraneum. in d. l. in pupillari inducendo, & explicando, vt ſupra. Ex Bald. Saly. & Sapla, qui nominati ſupra in reſponſione ſecunda ad d. l. verbis ciuilibus, ſunt, qnamuis ad tex. illum citra vaticinium reſponſionem eorum non congruere, teſtatum ſatis in ſuperioribus ſit. Ex Imola etiã ſublimitatio iuuatur in d. l. 2. in prin. num. 5. verſi. & per hoc etiam patet. ſupra eod. Ex Socin. hic col. antepen. verſic. vel ſecundo dicamus. Ripa hic ou. 31. verſic. ſed vltra alios. Bald. his additur in conſi. 470. ſtatuto cauetur, quòd ſi vltima dies lib. 1. ibiq; tex. profert in l. 1. §. 1. ff. de conſti. pecu. De quo etiã apud nos in rubri. infra de lega. 1. nu. 24. verſic. ex hac reſponſione.

Si dixeris, impoſſibilem ad directam voluntatis reſtrictionem, cum locus eſſe directæ oequeat. Reſpondetur, in voluntate directam, non in poteſtate verſari, hoc eſt ſecundum voluntatem, non potentiam reſtrictionem iudicandam. Cum nihil prohibeat, & circa impoſſibilia animum hominis occupari. Qua reſponſione ita in ſpecie Bald. vtitur in conſi. 272. caſus talis eſt, quidam teſtator col. 1. circa med. verſi. ſed dicet aliquis lib. 2.

Sed obiecturus iterum quiſpiam erit, quomodo ex adoptione poſtea ſecuta robur accipere ſubſtitutio pupillaris poſſit in d. §. ſed ſi extraneum, quæ
51 † inutilis priocipio erat l. quod ab initio. ff de regu. iuris. Reſpondetur tractu temporis ſubſtitutionem non confirmari, at facto hominis ideſt adoptione, aut arrogatione, vt apud Alex. in d. l. 2. in prin. num. 10. circa fi. verſi. vel ſecundo. Ibique Ripa nu. 26. circa med. ſupra eodem.

Secondò reſpondetur. Locum regulæ noo eſſe. d. l. quod ab initio, quoties irritus actus omnino ioitio ipſo ooo eſt, vt ibi habetur. Et enim inutilis penitus ſubſtitutio pupillaris non eſt, quæ extraneo fit, ſiquidem iure ſubſiſtere vulgaris poteſt. ita Bart. reſpondet in d. l. 2. in prio. nu. 9. ibique Alex. nu. 10. circa fin. verſi. nec obſtat. l. quod ab initio. Ripa nu. 26. inde fit, vt ratum habere Domino liceat, quòd a falſo actum procuratore eſt, id quia firmum initio ad incommodum gerentis eſt glo. in l. ſi expreſſim in verſi. præſcriptione. ff. de appella. in l. licet. in glo. fi. C. de procu. Alex. in conſi. 78. nu. 18. verſi. vel etiam poteſt reſponderi lib. 5.

Tertiò reſpondetur, ad eum caſum tex. pertinere in d. l. 2. §. ſed ſi extraneum, quo poſt inſtitutiooem hæredis extranei adoptio ſeu arrogatio ſecuta eſt. deinde tempore interpoſita ſubſtitutio pupillaris adiecta iuxta. l. ſi quis eum §. 1. infra eodem. Qua reſponſione Imola hic vtitur nu. 14. poſt med. in d. c. Raynutius. nu. 181 ante fi. & Doct. alij, quos in d. l. 2. Alex. refert nu. 10. verſi. ideo dicebat Franc. de Rampo. ibique Iaſ. ou. 16. Ripa nu. 25. quam reſpooſionem Iaſ. etiam ibi probat.

Sed enim reſponſionem hanc Imola non admittit. in d. l. 2. nu. 4. circa med. Principiò, ꝙ vim textui aliqualiter affert. Sed qũo afferat, nõ exponit. Alex. ibi violentiã hanc docet, ꝙ neceſſe ſit poſt adoptionẽ ſubſtõnem fieri, hoc enim tex. non exigit. ſed aliter atq; Alex. ſcribat, hoc demonſtrať, qm̃ in verba ſubiũctiui text. loquiť adoptauerit, vel adrogauerit, q̃ ad futurũ referri æque ac præteritũ pñt. Sed enim ad futurũ in dubio referri in lege debent. Proprium cuius eſt, vt futuris proſpiciat. Bar. in l. Solemus. ꝟ. de ꝯdi. & demon. Fely. io c. ad hæc in prin. de ꝯſti. Iaſ. in l. 3. §. ex plurib. on. 19. ff. de acq poſ. ad ꝙ arg. rñſionis quicq̃ Iaſ. non accõmodat in d. l. 2. nu. 16. aliter ẽt a ſenſu hoc vim tex. patiť, ꝙ per eũ eſtringiť, cũ generaliter loquať literæ quippe interp̃tatio oĩs reſtrictiua aduerſať Bal. in ꝯſi. 371. in vol. nu. 1. poſt me. li. 5.

Secundò rñſionẽ hanc in d. l. 2. Imola non agnoſcit, ꝙ dubitationẽ modicã ꝯtinet. ꝟ l. ꝙ Labeo ꝟ. de carbo. edic. l. j. in fi. ff. ad munici. l. Ancillæ in fi. C. de furtis. c. fi. ibiq, p̃poſi. io vlti. not. qui cleri. vel vouẽ. Iaſ. rñdet, in d. l. 2. ou. 16. ſ. eo. A dubitatione vacuã rem non videri, perinde quaſi tp̃s ſpectandũ teſtĩ, videať, a quo ſubſtõ pupillaris pẽdet. ſed q̃ dubitatio, cũ p ſe fieri ſubſtõ hæc poſſit d. l. ſi quis eũ. §. 1. ꝟ. eo.

Secundò Iaſ. arg. refellitur. Quoniã etſi maximè
52 dubitationis verſari quicq; poſſit, attamẽ † potiorẽ habendũ ſenſum conuenit, in quo dubitatio maior vertitur, vt caſui proſpectũ magis neceſſario dicatur. Abb. in c. cum in iure in primo nota. per illum text. de offi. deleg. deci. in l. quoties idem ſermo circa fi. ff. de verb. obli. & in l. illam col. 1. C. de collatio.

Conſequenter his dicendũ, veriorẽ melioremve Bar. ſenſum eſſe, vt ante ſubſtõ facta adoptionẽ ſit, & ad ea, quæ contra opponuntur, ſolutio ex prædictis, & alijs apud Alex. in d. l. 2. relatis apparet.

Summa igitur ſublimitationis huius ſecũdæ erit, ex fideicommiſſo ſubſtitutionem directã non ſuſtineri, quoties arctata voluntas ad directã eſt, quamuis vti directa valere nunquam potuerit.

Contrarius ſublimitationi huic Oldr. vr̃ in conſi. 45. cum in narratione, vbi ex fideicõmiſſo ſuſtinendam ſubſtitutionem ſcribit, quæ reſtricta ad vulgarem erat. In verba enim infraſcripta conceptã ſubſtitutionem ait, ſi contingat filium meũ hæredem vniuerſalem ſine liberis decedere, Titiũ vulgariter ſubſtituo. Et enim vti fideicommiſſariam conſiſtere putat. Id quia effectu animaduerto, fideicommiſſaria neceſſario dr̃. Siquidem in tpſ confertur, cum adita hæreditas erit, cum hæredem filium eſſe præſuppoſuit, in id tpis ſubſtitutionem conferẽdo, quo
53 filius hæres decederet. Id ꝙ † fieri niſi hẽditate adita non poteſt, cum hæres ante diei quiſpiã nequeat l. 3. §. ſi quis ita. ibiq; Bal. & Imola. ſ. tit. 1. l. ſi in diem in prin. j. de condi. & demon. l. 3. §. ſi quis hæredi. ff. de ſtatulib. Bar. in l. gerit. nu. 15. inf. de acq. hære. vbi cum hẽredem quiſpiã vel ob aliud, ſe aſſerit, aut narrat, aditio probatur, ſine qua intelligi nomen hæredis non poteſt, tradit Alex. in conſi. 1. nu. 9. verſi. pro hoc facit lib. 1. neque ad rem vocabulum illud attinere vulgariter ait. Id quia abuſiuè, & ſuperuacue adiectum ab eo putat, qui imperitus iuris eſt. Atque ideo ex enunciatione id genus rei veritatem nõ mutare. Ratio mouere eadem vr̃, tum in forma pupillaris ei ſubſtitutio ſit, ad quem competere non põt, vt effectum ſpectari magis, ꝗ verba oporteat. Atque ideo ex iure valere fideicõmiſſi debeat. Conſequenter ad directum reſtricta voluntas dici ob formam pupillaris non debebit.

Rñdetur, reſtrictã voluntatem ad directam dicere in ſpecie Oldra. non poſſumus, vt potè effectu ipſo voci vulgariter repugnante, quatenus in tpſ ſubſtitutio collata expreſſim eſt, quo finem vulgaris accipit, id eſt cum adita hæreditas eſſet. l. poſt aditam. C. de impuber. Rurſus in tpſ mortis vulgaris nõ cõfertur, cũ tractum non expoſtuler. Sic effectus geminus vulgari aduerſatur, qui effectus p̃rius in qõne controuerſa non vertitur. Ad eũ quippe caſum pertiner, quo effectus vllus verbis directis p̃rius non demonſtratur, ꝙ ex fideicommiſſo ſubſtituere in animo haberet, nĩ impoſſibilitas interuenit, ꝙ ei facta ſubſtitutio directa dr̃, cui fieri nequit. Quocirca ſi ex verbis alijs effectus argui directæ p̃rius poſſit, effectum ipſum verbis potiorem habendũ haud dubie cẽdam.

Sublimitatio ſecunda glo. & Bartoli limitationi accommodatur, quæ ex Soci. hic colligitur col. antepen. in fi. verſi. quarto inducitur, ne locũ limitatio
54 habeat. Quoties tractũ in futurũ † ſubſtitutio directa non habet ei facta, cui directò ſubſtituendi ius nec initio eſt. vt in l. fi. C. de hæredi. inſti. Sẽpronius Plotij hæres eſto. Nullus enim in futurum tractus, qui ex cõmemoratione mortis arguitur, veluti Plotio decedenti hæres Sempronius eſto. Quocirca tractu illo temporis omiſſo, niſi ex vulgari ſubſtitutionem non defendi, neq; ex fideicõmiſſo ſuſtineri, quod tractũ in futurum poſtulat, vt in naturam eius directa tranſeat. Soci. ipſo autore.

Sed quo perlucidus magis. d. l. fi. ſenſus fiat. Caſus tres diſtinguendos cenſui. Ex quibus triplex dictorum verborum percipitur. Primus caſus, vt ad teſtatorem ipſum atq; inſtitutionem, non ſubſtitutionẽ verba illa referãtur, Sempronius Plotij hæres eſto, vt ſenſus ſit, Plotio mihi teſtatori hæres Sẽpronius eſto. Quæ veterum iuriſconſultorum ſententia de tex. illo fuit. Qua admiſſa, vtilis ſine dubio inſtitutio apparet. Sed obſtare veterum ſententiæ videbatur, ꝙ ad perſonam tertiã verba illa, non teſtatoris ſpectant. Sempronius Plotij hæres eſto. Ita Plotio vti tertio cum tertius huius nominis eſſet, non ipſi ſibi Sempronium hẽredem teſtator faciebat. Quod permiſſum niſi in pupillari, & exemplari non eſt. Atq; ideo irrita inſtitutio apparet. Rurſus Plotio quaſi tertio non ipſi ſibi hæredem Sempronium facere, in animo teſtatorem habuiſſe, vſus & nosipſe inſtituendi indicat. In prima enim perſona, nomine ẽt proprio omiſſo, verba inſtitutionis concipi mos eſt. Hæres puta Sempronius mihi eſto. Ad argumentum hoc priſci illi iuriſconſulti reſpondebant, tam etſi Plotij nomen tertio alij non teſtatori eſſet, qui Titij nomine diceretur, attamen cum animum teſtatori nõ fuiſſe, vt hæredem Plotio Sempronium faceret. Ad quem modum irrita inſtitutio fit. Verũ inſtitutionis ipſius ſuſtinendæ cauſa, in nomine erra-
55 tum inſtituentis præſumi. Quo caſu ſicut † in nomine inſtituti error non vitiat. l. quoties ſupra titu. 1. l. ſi quis in nomine. C. de teſta. ita nec vbi in nomine inſtituentis. Aeque ad rem non attinet, moris non eſſe, vt in perſonam tertiam inſtitutio concipiatur. Quoniam poſtquam ita factum legitur, nihili conſuetudo facienda.

Secundũ hæc, duplex dubitãdi ratio in ſenſu hoc veterũ occurrit. Prior, ꝙ Plotio vti tertio, non teſtatori ipſi facta inſtitutio videbatur. Altera, ꝙ teſtatorum vſui contraria inſtitutio huiuſmodi eſſet. Decidendi vero ratio ab errore teſtatoris conſiſtit. Cui decidendi rationi conſequens ſit, Priſcis illis autoribus, ius idem erroris in nomine teſtatoris atque inſtituti eſſe.

Senſum hunc veterum perinde, vt ineptum & rationi communi aduerſarium tex. damnat in d. l. fin. ꝙ nullus ita ſtolidus inueniatur, qui in nomine ſuo aberret. Quod ſi erratum aſſerimus, conſequens fieri, vt ſtolidiſſimum hanc inutilem inſtitutionem ex judicij defectu fieri. Quo enim iudicio, aut ſenſu voluntatem ſuam vltimam ordinaturus erit, qui nomen ſui nominis errorem capiat.

Hic ẽt videndum, vaticinio duplici in facto, ſenſum hunc veterum laborare. Prius, ꝙ erratum in nomine proprio ſit. Alterum, errore etiam amoto, ꝙ ſibi perinde ac tertio atque in tertia perſona hæredem Sempronium fecerit.

Secundus caſus & ſenſus, vt a Plotio tertio hæres ſcriptus teſtator fuerit. Atq; ideo ad teſtatorem primũ verba illa referantur, Sempronius Plotij hæres eſto. Quo caſu ſiquidẽ de hoc liqueat, a Plotio teſtatorem inſtitutũ, ad inſtitutionem ẽt verba hæc valebunt, vt hæres ipſius teſtatoris ſecũdi Sẽpronius fiat, & ex perſona ſecundi teſtatoris hæres teſtatori primo Plotij nomine, Sempronius exiſtat, iuxta illud, Hæres hæredis, &c. vt in d. l. fin. l. 3. §. 1 ff. de peti. hæredi. l. paterfamilias hoc eo. tit. l. ſi quis filium. §. fin. infra de acq. hæredi. inde interrogandi vſus, vtrum hæres meus talis immediate, an alio mediante ſit. l. Cui interrogationi reſpondendum, ex text. oſtenditur in l. ſi defenſor. §. illud quæritur. ff. de interrog. actio. ſinaſit hæres Plotij teſtator non fuit, Ad illum inſtitutionẽ deduci, text. ait. Cũ hæres Plotio exiſtere Sẽpronius nõ poſſit. Caſus iſte, vt verus quidẽ ſit,

vero

vero tñ diſſimilis videtur, vt genere hoc inſtituendi quiſpiam vtatur. Secundum ſenſus hos duos ad ſublimitationem ſecundam limitationis. tex. ille non confert, ſiquidem de ſubſtitutione io ſublimitatione, non de inſtitutione tractatur.

Tertius caſus ad ſublimitationem aptus, quo nõ ad teſtatorem primum, aut ſm verum ad Plotium perinde ac hæredẽ teſtatoris immediatũ verba illa referuntur. Sempronius Plotij hæres eſto. Quẽ caſum ad ſubſtitutionẽ vulgarem tex. reſtringit. Hoc eſt ſi hæres Plotius non erit, quia nolit, aut oequeat, hæres ex vulgari ſempronius eſto, ꝙ ſi hæres factus aut ſcriptus Plotius non ſit, irritam ſubſtitutionem vulgarem fieri tex. ait. Quomodo enim ex vulgari admitti ſempronius poterit, ſi inſtitutus Plotius eſt, verba quippe ſi hæres non erit, aut voluntatis, aut potentiæ defectũ in Plotio oeceſſario innuunt. Ac enim defectus is intelligi in eo nequit, qui et ſi velit, hæres exiſtere non poſſit. Cum habitu carere priuatio nequeat. l. manumiſſiones. ff. de iuſti. & iure. l. remittit. ff. de iure in. l. decem. ff. de verb. obli. l. non poteſt videri deſijſſe. ff. de reg. iuris. c. ad diſſoluendum de deſpon. im pub. & hoc genus.

Ex tex. hoc ita explanato vnũ atq; alterũ ſcitu nõ
56 indignũ a tex. ipſo docemur. Primũ, quotiens † actu quo præſuppoſito, quid exprimitur, non aliter ratũ id habendũ, niſi ſi præſuppoſitum cõſtet, verba enĩ, Plotij hæres Sempronius eſto, aut teſtatorem a Plotio iuxta ſm caſum, aut a teſtatore Plotiũ inſtitutũ ad caſum tertium præſupponunt. At enim niſi præſuppoſitum id ꝯſtet, momenti nullius inſtitutio, ſubſtitutiove fit. Ad quem tex. animaduerſum a Doct. non eſt. Qui in ſniam hanc gl. demũ vocant in l. mãcipia in ver. aduocandũ ibiq; Iac. Butr. Sali. & Fulg. C. de ſeruis fugi. Rom. ſing. 489. ſtatutũ puniens. Qd ornamento maiori ſingulare fuerat, ſi textu adiutũ memorato eſſet. In quo dicto frequens Deci. eſt.

Alterũ ex d. l. fi. non ſpernendũ colligitur ex verbis præſuppoſitiuis diſpoſitionem non induci, q̃uis enim, aut teſtatorẽ a Plotio, aut Plotiũ a teſtatore inſtitutũ verba illa præſupponant, Plotij hæres Sempronius eſto iuxta primũ, & alterũ caſum. Attamẽ ſi aliter p̃ſuppoſitũ nõ liquet, ventoſa diſpoſitio fit.

Caſu hoc tertio ita enarrato, perſpicua ſublimitationis ſecundæ probatio euitet. Locũ enim vulgaris alia ve directa Plotij inſtitutione remota non habet. Atq; ideo iure directo, nec initio ipſo ſubſtitutio conſtitit. Sed enim ad fideicõmiſſariam iuxta ſublimitationẽ non trahitur. Cũ niſi ex vulgari, ſi hæres ſcriptus Plotius ſit, eam non ſuſtineri tex. dicat idq; in d. l. verbis ciuilibus, ante fi. Bal. obſeruat. Quid ita igitur ad fideicommiſſum ſubſtitutio illa ſm limitationẽ non trahitur, vt Plotio directo ſubſtituto hæreditatem reſtituere hæres legitimus nõ debeat. Ratio non alia eſſe, niſi qua ſublimitatio hæc ſecunda nititur, ideſt, ꝙ tractum in futurum tpis non hẽt, vt autor hic Soci. eſt col. antepen. in fi. verſi 4. Inducit.

Non rectè de tex. illo ſentire Soci. vr̃, cum ideo vulgarem ſolam contineri putat, ꝙ facta ſine conditione mortis eſt, atq; ideo tractũ tpis non habet, ſed enim & pupillarem includere ſubſtitutio poteſt, in qua mentio mortis non hr̃, ſi impuberi in poteſtate ſit, veluti cum ita dr̃, filio meo Titium ſubſtituo, vt Bar. hic tradit nu. 32. in fi. verſi. ſecundo oppono ad prædicta. per tex. in l. Gallus. §. j. ſm vnum ſenſum. ff. de lib. & poſth. & in l. iam hoc iure §. 1. ff. eo. ſequitur Alex. in d. l. Gallus. §. 1. nu. 6. verſi. prædictis adde, ꝙ ſi iſte. in d. l. 2. in prin. nu. 26. verſic. iuxta hoc quæro. ff. eod. & in d. l. iam hoc iure nu. 4. Soci. in l. 1. col. 49. in fi. verſi. ſecundo quia ſtat hic. ff. eod. Pau. de Caſt. in d. l. precibus nu. 12. ibique Deci. col. 6. poſt med. verſi. circa primũ, quicquid dicat Bald. Lanfran. hic nu. 37. verſi. ſexta concluſio. Iaſ. nu. 55. verſi. quarta concluſio. Matheſila. nota 184. nota ꝙ ſi pater. Atq; tractũ tpis neceſſariò pupillaris deſiderat, ideſt cum mortuus pupillus erit. Itaq; ſi pupillarẽ ſubſtõ ꝯplectit, io qua mentio facta mortis nõ eſt, cur nõ æque apprehenſura fideicõmiſſariã erit. Hoc amplius tractũ magis pupillaris, q̃ fideicõmiſſum poſcit, cũ nihil prohibeat, & aote mortẽ fideicommiſſum dari.

Si dixeris, diuerſitatis rationem verſari, ꝙ fauorabilis ſubſtitutio pupillaris, ꝗ odioſa fideicõmiſſaria æſtimatur. Qua ratione cum impuberi ſimpliciter ſubſtitutio fit, q̃uis vulgarem & pupillarẽ contineri Doct. aſſeraot, ad fideicommiſſariam ñ trahi oon putãt, vti videre apud Bar. hic eſt. d. nu. 32. poſt med. Alex. in dictis locis, & in conſi. 22. num. 4. poſt med. verſ. ciſi diceretur, dato ꝙ filij lib. 3. quod repetitum eſt in conſi. 13. lib. 4. deci. in conſi. 318. nu. 6. verſi. ſecundo dicta verba. Rñdetur, fauorem & hic teſtatoris verſari, ne inutilis ſubſtitutio eius fiat. l. vel negare ſupra quem teſta. aper. glo. & Doct. in l. Gallus. §. qd ſi is ſupra de lib. & poſth.

Si dixeris, Soci. opi. cõfirmaodo ad fideicõmiſſa-
57 riã vſque adeo † vulgarem nõ pertinere, vt nec ob clãm codicillarem obliquatio permiſſa in vulgari ſit, id quia ad voluntatem teſtatoris confirmandam non ampliandam, & minus alterandam clã ipſa codicillaris ſpectat. vt Deci. no. in d. l. precibus nu. 18. in conſi. 205. in fi. in conſi. 248. col. 3. circa fin. io conſi. 287. in fine primi dubij. & in conſi. 431. nu. 4. in fi. de quo tñ apud oos io conſi. 22. Rñdetur, ob rationem Soci. id non fieri, ꝙ tractum tpis vulgaris nõ habet. Verum oe læſio voluntatis teſtatoris per ampliationem, contra quam in animo habuit, cooſequatur. An non ampliationẽ euidentem vulgaris mutatio in fideicommiſſariam habet, ſiquidem non niſi eo caſu per vulgarẽ ſubſtitutus admittit, quo hæres inſtitutus non eſt. At enim & hæreditate agnita, ꝑ fideicõmiſſum ſubſtitutus admittit. Quocirca ad ſpeciẽ & rõnẽ ſublimitationis prioris potius ſenſus & rõ. d. l. fi. ſpectat, q̃ poſita in arctatione voluntatis eſt.

Sed à dubitatione vacuum id non vr̃, vt idcirco fideicõmiſſaria ſub vulgari non contineat, ꝙ voluntatis offenſio inducitur. Siquidem locũ id tum denique hẽt, ſi ſub vulgaris forma expreſſim ſubſtõ fit. Aliter atq;, ſi ex interpretatione vulgaris intelligit, & dubitat, an trahi ad fideicõmiſſariã poſſit, ibi enĩ locũ fideicõmiſſariæ eſſe ſcriptũ habemus in d. ꝯſi. 22. vbi diuerſam Decij opinionẽ refellimus, à quo Galiau. ẽt hic diſſentit nu. 298. & duobus ſeq. Decij item opin. non tutam bene. Neuiza. ait in conſi. 53. nu. 12. eoimuero vulgaris expreſſa in d. l. fi. nõ interuenit, at interpretatiua, q̃ ita à Vulpiano interpretatam imperator, refert, ob id cum expreſſim in forma vulgaris facta ſubſtitutio ibi non ſit, cur ad fideicõmiſſum nõ trahitur, ne ad interitum deducatur. Cum nulla tum voluntatis arctatio contingat.

Vnde rationem aliam d. l. fi. C. de hæredi. inſti. Cuma. aſcribit in d. l. verbis ciuilibus nu. 11. in fin. propterea fideicommiſſariam non intelligi, ꝙ hæredi Plotio facta ſubſtitutio eſt, ita vt Plotio hæres ſubſti
58 tutus exiſteret. At enim † teſtatori, oon hæredi fideicõmiſſarius ſuccedit. l. ꝙ ſi filius. §. 1. ff. quod cũ eo. l. cohæredi. §. cum filiæ infra eo. ita ſecundum Cuma. noo ratione à Soci. hic expreſſa. ꝙ mortis conditionem, aut tractũ in futurum ſubſtitutio nõ habet, verum ratione alia à Cuma. ipſo adiecta fideicommiſſo locus in d. l. fi. non eſt. Cuma. hæc ratio textui illi contradicit, & in Cuma. ipſum retorquetur, vtpotè qua admiſſa, nec ex vulgari conſiſtere ſubſtitutio poſſet, per quam æque teſtatori, atque ex fideicommiſſo hæres ſubſtitutus exiſtit inſtitutio. eodem de vulga. in princi. glo. vltim. in l. fina. C. de inſtitut.

inſti.& ſubſti.Bar.in l. 1.nu.38.in quarto effectu ſ.eo
dẽ.Socin.in l.2.nu.20.eo.tit.quinetiam ratio maior
in vulgari, vt teſtatori ex ea ſuccedatur,q̃ in fideicõ
miſſariam mouet,ſiquidem hæredi ſuccedi per vul
garem non poteſt, cum hæres in vulgari non ſit cui
ſuccedatur.l. poſt aditam. C. de impuber.ꝙ contra
in fideicõmiſſaria eſt,quæ carere hærede non põt.l.
ille a quo.§.ſi de teſtõ j.ad Treb.l.eam quam. C. de
fideicom.Bar.hic nu.32.in l.1.nu.etiam 32.ſ.eo.alia
id genus. Rurſus hæres teſtatori directo ſubſtitutus
exiſtit,& iura directa conſequitur,ꝙ ſecus in fideicõ
miſſario eſt,qui niſi iura vtilia non habet.§.reſtituta
inſtit.de fideicom. hæredi. vnde ſi verborum offen-
ſio permiſſa in d.l. fi.eſt, vt ad teſtatorẽ relata verba
intelligant,q̃ ad hæredẽ expreſſim ſpectant,cur tan-
tundem receptum, & in fideicommiſſaria,non eſt.

Rationem tertiam.d.l.fi.Sali.ait in d.l.precib.nu.
21.ante fi.verſi.iſta diſtinctio eſt contra,&c.idcirco
fideicommiſſariam non includi, ꝙ ſubſtitutio non
pluſquã vna vertitur. Aliter atq; vbi compendioſè
ſubſtitutio fit,plures enim pro ætatibus ſunt.de qua
Sali.reſponſione Alex.hic meminit nu.65.circa fin.
verſi.& reſpondebat Sali.

Sed enim ſatis mihi Sali. ratio non facit, vtpotè
quæ caſus demũ diuerſos facit, diuerſitatis ratione
vlla non reddita,vnde partes Sali.erant,diuerſitatis
huius rationem afferre.Rurſus limitatio hæc vulgo
recepta Sali. obſtat. quotiens puberi verbis ciuilib.
ſubſtitutio fit, ſubſtitutio enim non pluſq̃ vna verti
tur. Atqui ad fideicommiſſariam tranſit,ſi iure dire
cto conſiſtere initio nequit.

Rationem quartã d.l.fi.Bal.reddit in conſi.53.in-
ſtituo fratrem lib.3.eam ob cãm fideicõmiſſariam
ibi non includi, ꝙ obliquationẽ pati verba adeo di-
recta, & ciuilia non poſſunt. Qua ratione admiſſa,
tantundẽ probandũ, & in ſubſtõne pupillari inter-
pretata vr̃, hoc eſt quæ in forma pupillaris facta ex
preſſim non eſt,verũ,q̃ pupillarẽ lex interpretat, vt
obliquationẽ,& ipſa non admittat,ſi verbis facta ci
uilibus ſit, q̃uis ratio maior obliquandi in pupillari
verſetur,id quia tractũ tpis in mortẽ pupilli neceſſa
rio habet.Atq; ideo cum ratione hac Bal. Doc.oẽs
ratione fortiore faciunt quoſcunq; a limitatione di
ſcedere ſuperius oſtendimus,quibus viſum eſt, ſub-
ſtitutionẽ ↄpendioſam verbis ciuilibus ei factã, cui
ſubſtitui pupillariter non põt,inutilem fieri,neq; ad
fideicommiſſariã trahi,ẽt ſi tractum tpis per dictio-
nem qñcunq, habet.Longè minus ad fideicõmiſſa-
riã extendi ſubſtitutio vulgaris poterit vera, aut ex-
preſſa,vel interpretata,in qua tractus vllus tpis pror
ſus non eſt,ſm quæ, niſi verborũ ciuilium ſignifica-
tu ratio hæc Bal.non nititur, ꝙ ſi verborum ciuiliũ
ſignificatũ in pupillari interpretata nõ admittimus
quotiẽs iure directo valere nunq̃ poteſt,æquè ſigni-
ficatu hoc niti in vulgari interpretata nõ debemus,
ne inutilis fiat.

Rationẽ quintã d.l.fi.Lanfran.hic adducit nu.29.
ea de cã fideicommiſſariã ibi non ↄpræhendi,ꝙ fa-
cta vulgaris ex interpretatione Vulpiani dr̃, q̃ quaſi
vulgaris valere,ſeu directa potuit,Plocio hr̃de non
adeunte. Vnde cũ quaſi directa conſiſtere initio po
tuerit,ad directã eam non trahi,gloſæ Bar.& comi-
tibus eorũ in d.l.verbis placere teſtatũ ſatis ante eſt.

Si dixeris,confutatã rationẽ hãc in vulgari in op-
poſi ↄ limitationẽ ſuperius eſſe, ꝙ fideicõmiſſi iure
valitura nunq̃ ſubſtitutio directa erit, quatenus con
ſiſtere ex vulgari põt. Rñdetur,niſi in ↄpendioſa ra-
tionẽ hanc improbatã nõ eſſe, in qua quia tractum
habet,& in tps confertur, cum adita hæreditas erit,
vigor initio ex pupillari poſt hęreditatẽ aditã obſer
uatur,verum valere ex pupillari potuerit.Cauſa alia
vulgaris eſt,in qua tractus non vertitur,in ea quippe
tps ſpectari futurũ non ſolet cũ adita hæreditas erit,
ob id ſatis vr̃, ſi vires initio habere tanquã vulgaris
poſſit,q̃uis ad modũ hanc Lanfran.non explicet.

Rñſio hæc Lanfran.ↄiungi cũ rñſione Soci. põt,
ex qua vtraq; ſimul coniuncta, res ipſa fieri planior
vr̃. In ↄpendioſa enim diſceptatio tractat, quæ ver-
bis ciuilibus ei à pagano fit, cui ſubſtitui directo nõ
põt,eamq; obliquari ob teſtatoris voluntatem dici
mus voluntatẽ planè inde colligimus, ꝙ ↄpendioſè
atq; ideo per tractum tpis ſubſtitutio fit ↄñr poſt pu
bertatem ẽt effectũ habere ſubſtitutionem voluit.
Sed enim voluntas hæc argui non perinde põt, cũ
ſine tractu tpis expreſſo, aut coactè ĩtellecto verbis
ciuilibus teſtator ſubſtituit, ob id à verbis recedi in
dubio non conuenit,quotiens ad ſignificatũ eorum
producere effectũ põt.l.non aliter j.de leg.3.At eni
effectũ quaſi vulgaris in d.l.fi.habere ſubſtõ poteſt.

Ex Doct.non paucis rñſio hæc iuuatur,qui relati
ſ.in oppoſi. ſunt ↄ limitationẽ facta, & quibus viſũ
eſt, ſatis in ↄpendioſa non eſſe verbis ciuilibus ei fa
cta,cui ſubſtitui directo non põt, iure eam cõſiſtere
vulgaris poſſe.Id quia cũ tractum in futurũ habeat,
in futurũ cogitatũ a teſtatore apparet, ob id tp̃s ſpe-
ctandũ,cum agnita hæreditas eſt,vtrũ vigorem ha-
bere quaſi directa potuerit.Ius igitur aliud ſeruandũ
non obſcurè ſentiunt,cũ tractũ tpis ſubſtitutio non
habet, neq; ↄpendioſè fit. Ibi enim cum manifeſta
teſtatoris voluntas non ſit, vt ad tp̃s omne ſubſtitu-
tio trahat, & vires initio habere quaſi vulgaris poſ-
ſit,ad fideicõmiſſariam eam contra quam verba ſe
tant,protendendam non fore d.l.non aliter.

Secundũ quæ,ad ſpeciem q̃onis cõtrouerſæ, quæ
in ↄpendioſa verſatur tpis tractum habente, tex. nõ
attinebit in d.l.fi.C.de hæred.inſti.Qui in caſu diuer
ſo loquitur,& in quo ratio diuerſa verſatur,cum tra
ctum in futurum ſubſtitutio non habet, & in quo
mens teſtatoris liquere non æque ſolet,ↄñr ſublimi
tario hæc ſecunda Soci.non male ex tex.illo adiuua
tur.Lanfran.declaratione, & ratione coniuncta, &
animaduerſa.

Si dixeris,ratione hac Lãfranchi cũ Soci. opinio
ne cõiuncta,admiſſa,nihil referre,in forma ſua vul-
garis fiat,an ex interpretatione oriatur,ſiquidem ad
fideicõmiſſum neutra trahitur,ſi tractũ ad futurum
non habet,neq; permixta compẽdioſè ſit. At enim
inter vulgarem expreſſam, & interpretatã referre,
paulo ante expreſſum per ea eſſe, quæ conſi. noſtro
32.ſcripta ſunt.

Rñdetur,non differre,cõiectura qua alia non ac-
cedente. Atq; ideo ad fideicõmiſſum neutrum pro
duci.Cauſa alia eſt,vbi per coniecturã q̃ mens diuer
ſa liquere,aut argui teſtatoris poteſt,ↄpendioſa pu-
ta inſerta,aut cl̃a codicillari adſcripta.Quo caſu ad
fideicõmiſſum vulgaris interpretata trahetur,quod
pati ea nequit, quæ in forma concepta vulgaris ſit,
In qua à fideicõmiſſo voluntas aliena teſtatoris ap-
paret.In cõſi. planè noſtro cl̃a expreſſa codicillaris
erat.Atq; aliter ẽt teſt̃ris voluntatẽ ↄſtare diximus.

Sed denuò obiecturus quiſpiã erit, fruſtrà tractũ
tpis ad obliquationẽ directæ, ex his deſiderari, q̃ in
ſuperioribus ſcripta circa illationẽ ex limitatione,
& in ampliatione illationis habemus. Pupillarem
59† in codicillis factã obliquari, tam etſi tractum tpis
non habeat.ex Bar.in l.Lucius nu.20.j.eo.& alia ibi
adſcripta. Rñdetur,ad tractũ expreſſum ampliatio-
nẽ pertinere, veluti filio meo pupillo hr̃s talis eſto.
Cæterũ tractũ tacitum in tp̃s mortis pupilli, neceſſa
rio pupillaris habet. Sed nec in pupillari locum am
pliatio habebit,vbicunq; ad pupillarem,ſeu pupilla
ris tp̃s mens reſtricta diſponentis inuenitur, veluti
cũ in forma pupillaris fit,ſi in ætate pupillari dece-
ſerit,vt apud Soci.in ↄſ.6.nu.4.lib.3.Ripã hic nu.85.

Quæ

Quæ declaratio, aut reſtrictio generalis plus nimio vr, ſiquidem oonniſi ad tempus ætaris pupillaris reſtrictio hæc pertinet, vt ad tempus ipſum ſubſtiiutio limitetur, neque poſt pubertatem rrahatur. Cæretum quominus intra pubertatem ex fideicommiſſo ſubſtitutio ſuſtineatur verbis directis in codicillis facta, ratio obſtare vlla non videtur.

Iam vbi citra reſtrictionem ad ætatem pupillarẽ, verbis directis ex codicillis ſubſtiiutio fit, quin ętate omni ex fideicommiſſo cooſiſtat, dubitandũ oon eſt. Taotundem probandum, & vbi ad ætatem pupillarem ſubſtiiutio reſtringitur, vt intra id ætatis fit ma ex fideicommiſſo fiat, de toto ad partem colligendo. l. quæ de tota. ff. de rei vendica. Atq; in tẽpore arg. hoc temporis totius ad partem recipi, textu oſtenditur in l. ſi cui. t. verſi. proinde. Ibiq; Bal. poſt prin. ioſra de leg. 1. Deci. in l. cuius effectus. ff. de reg. iuris. Iaſ. in l. diuortio. §. quod in anno in ſecũdo oota. ſupra ſolu. matr.

Vnde quæ ſcripta in ſuperioribus ſunt, ob id ad pupillarem voluntatis arctationem colligi, quòd in forma ſubſtitutio pupillaris fit, vacua a dubitatione non videntur, vbicunque per codicillos filio impuberi ſubſtitutio fit.

Falli tamen Lanfran. videtur, ꝙ iure vulgaris in d. l. ſi. conſiſtere ſubſtitutio potuit. Ad eum quippe caſum id noo pertinet, quo hęres ſcriptus Plotius oon eſt, vt ibi habetur.

Satis hæc ad limitationem primam etunt. In qua verbis pluribus occupari eo ſumus, quòd prolixitate carere rei difficultas non poſſet.

Limitationem ſecundam concluſio admitti, ne
Secundò ex eo,& ſignificantius Bar. opinio roboratur, quòd propriè ſpecies ſuas omnes locutio generalis tenet.l.ſi quid earum.§. inter emptum infra de lega.3.l. quæ conditio. ibique Soci.infra de condi.& demon l.Semper in generalibus.ff.de reg.iuris. l.fin.C de codicil l.voluntas.C.de fideicom.Bart.in rubri.ſupra ſolu.mat.num.15.Bal.in l.fin. num.6. C. de lib. præteri. idque & iure illo iuuatur, latè vel in materia odioſa,& pœnali verba generalia accipienda.l.cum lege.ibique Aret.circa prin.ſupra de teſta. l.Gallus. §. 1. ibi qui ex verbis concipi poteſt. ſupra de libe.& poſthu.l. qui lanceam infra de auro & argen.lega.l.proſpexit.ff.qui & à quibus.l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum. Ibi quærentibus reſpiciendus eſt ſermo ſtipulationis.ff.de verbo.oblig l. intereſt.ibi quantum lectio probat.ff.de ſolutio. l.alienatum.§. 1.ff.de verb.ſigni.l.quotiens idem ſermo.ff. de regu. iuris.c.ſi quam de ſen. excom.c. 1. de duobus fratr. à capita.inue.c.ex parte.3. ibique Abb.de decimis. gl. fin.in c.contra Chriſtianos de hæreti.lib.6. Bar.in l. omnes populi num. 55.verſi.ſecundo caſu. ff.de iuſti. & iure, & hoc genus. Quod vtique non fieret, ſi impropria ſignificatio hęc generis lata eſſet. Itaque ſi propriè,& ſecundum verba, pupillarem compendioſa habet, cur effectum paritura ſuum non erit, vt matri obſtet. Idque & legitima tenus receptum, initio enarrationis noſtræ in l. hac oſtendimus. Rationes prælibatæ ad pupillarem non pertinent, quæ ſub vulgari expreſſa iacet. Expreſſa enim pacto quo dici pupillaris hæc nequit, & quidem ſi in ſpecie expreſſionem ſpectamus, in manifeſto res eſt, in genere etiam expreſſio tacet. Quatenus ſubſtitutio in ſpecie, & nominatim vulgaris, non etiam in genere, & ſimpliciter ſubſtitutio adſcribitur, inde & rationes aliæ quieſcunt à nobis ſubiectæ, effectus eiuſdem generalem, atq; ſpecialem regulariter expreſſionẽ eſſe, & propriè generi ſpecies accedere. Quin etiam verba ipſa vulgaris negatiua pupillari affirmatiuæ non obſcurè contradicunt. Quo fit, vt non tacita omnino pupillaris non videatur, quæ ſub vulgari expreſſa latet.

100 Quæret hic aliquis, ſi † ne quidem in genere, vulgaris expreſſio ad pupillarem trahitur, & ipſa vulgaris verba pupillarem non ferunt. Quid ita ad pupillarem compræhendendam vulgaris poteſt. Reſpondetur, non ex verbis, quæ repugnant, verũ per interpretationem iuriſconſultorum, & ex veriſimili teſtatoris mente pupillarem hanc introductam, quòd ſi ad eam cogitatum, vel de ea interrogatus teſtator fuerat, prætermiſſurum eam fuiſſe, credibile non ſit, & quia nullo verborum teſtatoris adminiculo, imo contra quam verba ferant, legis interpretatione ſubſtitutio hæc pupillaris tacita in vulgari expreſſa intelligitur, interpretatiua, legalisve nuncupatur, vt in d.l. iam hoc iure Cuma. & Caſtr. in prin.docent.

Apparet ex his, non fruſtra apud Barto. & alios diſceptari, expreſſa verbis generalibus, an tacita omnino ſubſtitutio pupillaris cenſeatur, quæ ſub compendioſa clauſa, aut vulgari eſt, idq; ob expreſſionis generalis vim non tantulam.

Conſequens rurſus prædictis fit, vitij vnius atque alterius in præſuppoſito hoc priori a Bar.gloſam incuſari. Primũ, ꝙ tacitam pupillarem innuat, aut pręſupponat, quæ in compendioſa ineſt. Alterum, ꝙ ex primo cõſequitur, vt tanq̃ tacita ſubſtitutio hæc matri non obſtet, ſimiliter vt ea non officit, quæ ſub vulgari expreſſa clauditur. Aliter quippe fruſtra diſcrimen hoc inter expreſſam, & tacitã diſceptatur.

De prima cenſura dictũ ſatis ante eſt. Perperam gl.mentem Bartolum aſſecutum. Neq; tacite ſub cõpendioſa pupillarem contineri, à gl. præſupponi, & qua ratione non rectè præſuppoſiti huius gl. accuſatur, ita & cenſuræ alterius iniuria denudatur. Imo enim ex pupillari matrem depelli, quæ apud compendioſam verſatur, nominatim glo. ſcribit in d. l. precibus. in prin. gl. magnæ. Quæ argumentum expreſſim damnat, quod a tacita pupillari, de qua in d. l.fi. C.de inſti.ad compendioſam deducitur, de qua in d.l.precibus.ita ius diuerſum vnius, atque alterius in matre excludenda nõ obſcurè aſſerit. Conſequẽter ad matrem repellendam valere pupillarem putat, quæ in compendioſa hæret.

Secundò non rectè cenſuram hanc ſecundam à Bar.gloſam pati, ſignificantius declaratur. Quoniã non modo inter pupillarem tacitam, de qua in d.l. fi.& eam, quæ ſub compendioſa continetur, differre glo. putat. Sed & vim maiorem pupillari in cõpendioſa, quam Bart. arrogat Bart.enim hic nu.28. contra matrem pupillarem in compendioſa non admittit, quæ verbo facta cõi ſit, verum fideicommiſſariam eam ſemper exiſtimat. At enim ſententiam aliam glo. hic eſſe, teſtatum ſatis ſupra habemus. Idque expreſſius in d.§.qua ratione. in fin.glo. ſentire oſtendimus.

Tertiò iniquiſſimã Bar. in gloſam cẽſuram eſſe, ex gl.ipſa nominatim demonſtratur in d.l.precibus. in gl.fi. verſi.item notant hic quidã. Quæ expreſſam pupillarem ait, quæ ſub ꝯpendioſa latet, tam etſi mẽtio pupillaris facta in ſpecie non ſit, ita expreſſam eam in genere æſtimat, quatenus expreſſio eius facta in ſpecie non eſt. Proinde quam ſibi traditionẽ & inſpectionem de expreſſione generali & ſpeciali Barto. vendicat, gloſæ tribuenda erat in d. l. fin. in glo. fin.

Non obſtat, tacitam pupillarem hanc ſub compendioſa incluſam, in locis alijs.d.l precibus.de quibus ſupra, à glo.haberi. Quoniam ſecundum gl.prælibatam gloſas alias intelligi anteriores oportet. Quandoquidem quomodo expreſſam cam & tacitam rationibus diuerſis accipiat, declaratum apud eam inuenitur. Iure quippe notiſſimo vtitur, quod

101 in genere † dictum apud legem, aut gloſas Doctoresve eſt, ſecundum id intelligendum, quod declaratum in ſpecie inuenitur glo. Bart. & alij in d.l. ſciendum in prin.ff.qui ſat.cog. Bart.in extrauag.ad reprimendum in ver.non obſtantibus poſt princi. verſicu. ſed ſi ſtatutum præcedens, & alia apud nos accumulata in conſi.70.num.15.& ſequen.in conſi. 144. nume. 14. Rei cuius illa eſt ratio, quòd ſpeciei aliàs genus derogaret, quod recipi non ſolet. cap. dudum circa med. de præbend. libro ſexto. Barto. in l. ſed & poſteriores. ff. de legib. Atque in ſpecie, glo. fin.in dicta l. precibus. ad præceptionem ſuam in expreſſione generali,& ſpeciali confirmandam. Bar.nominat, rectius de glo.ſentiens in d.l. 1.num.8. ſupra eodem.

Si dixeris, etiam ad modum hunc rem explicãdo, contradictionis crimini glo. non eripi. Quæ per cõpendioſam, de qua in l.noſtra, matrem excludi non putat. Atq; ideo adiecti caſum, eam reſtringendam, quo mater non ſuperſit. Reſpondet, de parte ſecunda.l.huius, atque adeo de militari poſt pubertatem. glo.hic loqui, vt ſecundum tex.d.l.precibus intelli-

fert, vtpotè, quæ in d.l. precibus. allud atque hic innuit in ver. omnimodo. & in glo. magna circa prin. hoc eſt, ſubſtitutionem quidem pupillarem ſub vulgari coaſiſtere matre etiam viuente, quamuis effectum contra eam non habeat, cum ſpeciale eſſe in matre ait, ne ꝯ eam ſubſtitutio tacita pupillaris admittatur, ſic contra matrem non admitti, nō etiam non contineri glo. ſcribit. Ad quem modum gl. ibi Caſtren. obſeruat nu. 6. idem glo. notat in d.l. fin. in glo. fin. C. de inſtitu. hanc item gloſæ contradictionem Bart. ipſe commemorat in d.l. 1. in prin. num. 35. verſi. quæro quid ſi mater. ſupra eo. & in d.l. precibus. num. 5.

Si dixeris, de re nihili verba fieri, contineatur vel non ſubſtitutio pupillaris in vulgari expreſſa, poſtquam effectum contra matrem non habet. Neque rationem ſubſtitutionis habendam, quæ vacua ab effectu ſit, vt nihil interſit, omnino quid non ſit, an vigore deficiat. l. & ſi ſine. §. ſed quod Papinianus. ff. de minor. l. ſi alienus ſeruus infra de lega. 2. l. a patre infra de lega. 3. l. & ſi ex modica. §. ſi filius. l. ſi vero in prin. infra de bonis liber. Reſpondetur, inutilē quidem diſceptationem hanc quantum ad matrem fieri, cuius non refert, contineatur vel non vtilitate tamen quoad hæredes alios legitimos quæſtionē non carere matrem enim priorem, quam filium obire fac, ſi quamdiu inter viuos erat, comprehenſam nō dicimus, ſucceſſioni legitimæ locus, & ab hæredibus legitimis ſubmotus ſubſtitutus erit, cui ſubſtitutio vlla tacita opitulari pupillaris non poterit, quæ non ſit. At enim ſi in vulgari ſubſiſtere pupillarem dicimus, quamuis roboris quicquam contra matrē non habeat, ipſa tñ ante filium ſublata, potior hæredibus legitimis ſubſtitutus erit. Locus quippè ſucceſſioni ab inteſtato non eſt, quamdiu ex teſtamento pupilli, quod in pupillari tacita conſiſtit, hæres el exiſtere ſubſtitutus poteſt. l. quandiu 2. infra de acq. hæredi. idque ex tex. declaratur in d.l. fi. C. de inſtitu. vbi matre præmortua, ſubſtitutioni pupillari locus tacitæ fit. At enim ex ſubſtitutione tacita excludi hæredes legitimi non poſſent, ſi incluſam initio pupillarem tacitam non dicimus, cum mater viueret, quamuis prior deinde, quā filius vita cedat. Id quia ſi comprehenſa initio non erat, ex ſolo temporis curſu naſci poſtea non poteſt. l. quod in initio. ff. de regu. iuris. Qui text. hoc probare a fortiori videtur. Namque ſi quod factum eſt quamuis vitioſe, vires accipere ex tempore ſolo nequit. Quantò minus ex ſolo tempore ad ortū deduci id poterit, quod nunꝗ

104 fuit, ſiquidem † facilius confirmari, quam recens induci quid poteſt. l. ſi donatæ. §. fi. ff. de dona. inter virum & vxor. l. vni. §. 1. C. de rel vxor. actio. Bald. in l. 1. nu. 19 C. de ſeruis fugi. in l. fin. nu. 22. C. de ædicto diui Adria. tollen. in c. 1. in prin. de fide inſtru. Socin. in l. 2. in prin. col. 1. ſupra eodem. Fely. in c. licet cauſam col. 11. in fin. verſi. limita quinto. de probatio. Corn. in conſi. 99. in fin. lib. 4. Effectum hunc Bart. hic ſentit num. 6. & in d.l. precibus. nu. 5. ibique Iaſ. nu. 6. verſi. ſtat ergo vera & communis ſententia.

Effectum ſecundum Bart. hic adijcit eo. nu. 6. Iaſ. nu. 22. & in d.l. precib. nu. 6. qui locum effectus tum habet, cum filij hæreditatem mater ſpernit. Namq; ſi ſub vulgari expreſſa tacitam cōtineri pupillarem dicimus, quis momenti vllius ꝯ matrem non ſit. hæredibus legitimis ſubſtitutus præferretur eos ex pupillari tacita vincet, quæ niſi matri innoxia nō erat. Idque argumento a ſimili. Bar. cōfirmat. Qua enim ratione ſubſtituto matris interuentus non obſtat, ꝗ ante mortua, ꝗ filius eſt d.l. fi. C. de inſti. ita ſubſtituto nocere matris vita nō debebit, a qua filij omiſſa hæreditas eſt, cum nihil referat, morte, an repudiatione ab hæreditate quiſpiam excludatur. l. 2. §. ſed ſi ſint ſui. ꝟ. ad Tertul. Idem præter Bar. ex tex. oſtenditur in l. 1. §. ſi nemo eo. tit. in l. 1. §. fi. ꝟ. de bon. poſ. ꝯ tabu. vbi filius deportatus impedimento nepoti in bonorum poſſeſſione ꝯ tabul. non eſt. deportatos enim mortuorum loco habendos text. ait. ita nihil intereſt, morte, an aliter ſuccedēdi iure quis priuet. ſententiæ huic tex. accedit in l. 2. in prin. & in l. ſi necem. §. ſi deportatus. ꝟ. de bonis liber. in l. 1. §. ſi pater emancipatus. ff. de coniungen. cum eman. lib. eius. l. vni. §. pen. cui initium eſt cum aūt. C. de cadu. tollē. §. ſed noſtra in ver. exhæredauerint. inſti. de ſucceſ. liber. no. Bar. in l. pater filium nu. 20. q. 3. ff. de inoffi. teſta. Soci. hic nu. 16. in fi. verſi. ſed tu pro defenſione Bar. ſimili modo nihil refert, qui ſuccedat, neminem extare, vel inhabilem eſſe Feder. de Senis in ꝯſ. 26. col. 3. poſt med. per tex. in l. 1. §. pen. ff. ꝙ cuiuſque vniuer. nomi. l. 2. §. antepen. & pen. ff. de vaca. mune. At enim vtilis ſubſtituto matris repudiatio nō erit, ſiquidem ſub vulgari expreſſa incluſam pupillarem non dicimus. d.l. quod in initio. & l. pen. ff. de reg. iuris. tex. huc ſpectat in l. ſi ita ꝟ. de auro & arg. leg. vbi quid & quantum ſub teſtō contineatur, tempus ſpectari teſtī oportet. de quo tex. Bar. etiam hic meminit. & Galiau. nu. 196.

Effectum tertium Caſtren. cum Iaſ. adſcribant in d.l. precib. nu. 6. in fi. quotiens inter homines quidē mater eſt, verum capiendi ius non habet, vel ſubmota ab eo ob tutorem non petitom eſt iuxta tex. in l. 2. §. conſeſtim ꝟ. ad Tertul. & in l. ſciant. C. de legiti. hæredi. ibi enim tacitæ locus ſubſtitutioni erit, ſi cōprehenſam eam initio dicimus. Id quia effectui eius niſi mater non obſtabat. Qua excluſa, rata ſubſtitutio tacita aduerſus alios habetur. Quod probandū non æque erit, ſi a vulgari expreſſa pupillarem initio ipſo tacitam amouemus.

Effectus iſti tres tam etſi diuerſi a verbis videant, eodem tñ oēs ſpectant, vt ſubſtituti vulgaris interſit, apud vulgarem ipſam pupillarem tacitā eſſe, ſub eaque morari, quamuis damno id matri nō ſit. Qm̄ etſi maximè vtilis ſubſtituto ꝯ matrem eſſe cōprehenſio id genus non ſoleat commodum tñ ex eā ꝯ hęredes alios legitimos ſubſtitutus conſequitur, matre videlicet a ſucceſſione filij ſubmota ſiue morte, ſiue repudiatione, vel quia ius capiendi non habet, vel ob tutorem non petitū ab filij hęreditate repellitur. Quod cū ita ſit, ſpeciei cuiuſdā loco eſſe effectus iſti videntur, vnde generis declaratio fit. In genere quippe effectus non plus verſari, ꝗ vnus v̄r, contineatur, vel non ſub vulgari expreſſa ſubſtō pupillaris tacita, matre adhuc ſuperſtite, ꝙ ea excluſa, lucroſum id eſſe ſubſtituto poſſit. Sic ab excluſione matris in genere, vtilitas oīs comprehenſionis exiſtit. Excluſio planè in genere, ad ſpeciem pertinere triplicem poteſt, cum morte ea contingere, repudiatione, aut incapacitate poſſit.

Opinionē gl. huius, ne ſub vulgari matre ſuperſtite, pupillaris hæreat, Petr. agnoſcit, ꝗuis de gl. mentionem non faciat, vti relatum apud Cyn. eſt in d.l. precibus in 2. oppoſi. argumentoq; duplici opi. hāc Petr. confirmat. Principio iuro illo notiſſimo, parē taciti vim, atq; expreſſi eſſe l. cum quid. ff. ſi cer. pet. l. ſi res ibiq; Iaſ. in texto not. ꝟ. de leg. 1. eam ob rem ſicut ab expreſſa pupillari mater repellitur. Ita dicēdum, & in pupillari tacita erit, ſi inuoluiā eam ſub vulgari expreſſa dicimus. At enim cum expreſſum iure ſit, deterius matris ius à pupillari tacita non fieri d.l. fi. C. de inſti. & d.l. precib. i. reſpon. non pōt tacita pupillaris à vulgari expreſſa nō diuelli & eximi. Cō in medio mater ſupereſt. Id quia diuulſione, & amotione nō facta, & ꝯprehenſione pupillaris tacitę admiſſa, mr̄i ea nocitura nō minus, ac exp̄ſſa erit.

Secundò argumento, & alio nō obſcuro opinio-

nem hanc Petrus confirmat vbi vulgaris ſit, ſi pupil
larem ſub ea contineri tacitè dicimus, fruſtra ad ma
trem repellendam expreſſionem pupillaris deſide-
ramus, ſiquidem momenti, quicq̃ expreſſio eius nõ
affert, ꝙ tacitè ineſt. l. 3. ℱ. de lega. 1. l. 3. C. de fideiuſ.
Ergo nihil operatur, ſi exprimitur, ideſt perinde ex
pupillari tacita & omnino a teſtatore omiſſa exclu
denda mater erit, atq; ſi facta expreſſio eſſet, quod
cum ita ſit, non tam probabilis, q̃ neceſſaria gl. hu-
ius opinio videtur, ſub vulgari expreſſa pupillarem
tacitam, matre incolumi, non contineri.

Opinionem diuerſam gloſæ, Petroq́; contrariã,
vt cum vulgari expreſſa pupillaris tacita matre etiã
conſtante, hæreat, q̃uis matrem ipſam non lædat, ar
gumento inuicto, ni fallitur, ita Bar. inſtruit. Si ini-
tio ipſo cum teſtamentum ſit, aut teſtator moritur,
vna ſimul cum vulgari natam pupillarem tacitam
non dicimus, oriri poſtea non poterit, q̃ viuere ma-
ter deſierit. d. l. quod in initio. & l. pen. ff. de reg. iuris.

Secundò quid & quantum ſcriptura teſtatoris cõ
plectatur, tempus ſpectari teſtamenti oportet. d. l. ſi
ita ibique Bart. ipſe inſ. de auro & arg. lega. idque in
ſpecie ſubſtitutionis reciprocæ a ſe traditum Bart.
ait in l. Lucius infra cod. ibi enim nu. 12. expreſſim
hoc ait, vt quæ initio ipſo ob inæqualitatis rationẽ
ſub reciproca compræhenſa pupillaris non eſt, ſub
ea includi poſtea nequeat, q̃uis inæqualitatis ratio
ſileat, id quia tempus obſeruari teſtamenti oportet.
Argumentis his duobus ita prænarratis, ab eis Petri
opinionem euerti Bart. oſtendit. Iure enim intro-
ductum legitur, ꝙ licet in medio mater ſit, cum te-
ſtamentum ſcribitur, aut animam teſtator agit, atta
mẽ ſi prior, quam filius, vita poſtea mater fungitur,
tacitam pupillarem compræhendi, & ex ea pupillo
ſuccedi. d. l. fi. C. de inſtit. & ſubſtit. quod cum ita ſit,
non poteſt Petrus dicere compræhenſionem, aut
natiuitatem hanc pupillaris tacitæ poſtea fieri, quia
argumenta duo ante enarrata id nõ patiuntur, hoc
eſt, vt ex compræhenſione, aut natiuitate ſuperue-
niente hæredes legitimi a ſubſtituto excludantur d.
l. quod in initio & d. l. pen. ff. de regu. iuris, & quia in
ſubſtitutione tacita inducenda tempus ſpectari te-
ſtamenti oportet d. l. ſi ita. Itaque ſi ex compræhen
ſione, aut natiuitate pupillaris poſtea accedẽte ſub-
moueri hæredes legitimi nequeunt, quos tamẽ ma-
tre præmortua excludi lex ipſa præcipit. Non po-
teſt excluſio hæc per pupillarem tacitam non fieri,
quæ condita initio ſub vulgari expreſſa ſit. Inde glo
ſas contrarias in d. l. fi. & in d. l. precibus veriores.
Bart. exiſtimat, vt impedimento compræhenſioni
pupillaris tacitæ, mater quidem non ſit. Verum ad
matris id iniuriam non pertinere.

Et obſeruandum, mendam in Bart. apud me eſſe.
hic enim legit, hoc præmiſſo. l. dicit, ꝙ mater ſit in
medio tempore, quo ſit teſtamentum, vel tempore
mortis teſtantis, ſi decedat mater poſtea antequam
pupillus, tacita vulgaris complectitur, vt ex ea ſuc-
cedit pupillo, vt l. fin. C. de inſtitu. & ſubſtitu. ſi igitur
non poteſt dicere, ꝙ ex poſt facto non poteſt com-
præhendi, ergo ab initio, &c. In qua lectione vitiũ
quadruplex incurrit. Primum, quia dictio quamuis
aut licet initio ipſo deeſt, ibi ꝙ mater ſit in medio.
Adiungi enim dictio quamuis, aut licet oportet, vt
ita legatur. l. dicit, ꝙ quamuis, aut licet mater ſit in
medio. Secundum vitium ibi, tacita vulgaris com-
plectitur, legendum quippe eſt, tacita pupillaris cõ
præhenditur. Tertium ibi, vt ex ea ſuccedit pupillo.
legi enim debet, & ex ea ſucceditur pupillo. Quartũ
ibi ſi igitur non poteſt dicere, ꝙ ex poſt facto non
poteſt compræhendi Secunda negatiua non, detra-
henda & affirmate legendum. Si igitur non poteſt
dicere, ꝙ ex poſt facto poteſt compræhendi, &c.

Sententia hac ꝯ glo. hic, & Petrum ita a Bart. inſtru-
cta & communita, argumenta Petri Bart. refellit, &
ad primum quidem, parem tacito atque expreſſo
virtutem eſſe, atque ideo non minus ex pupillari ta
cita, q̃ expreſſa matrem repelli, ſi matre viua tacitã
contineri pupillarem dicimus. Eam ob rem verio-
rem gl. & Petri opi. videri, ne contineatur. Reſpon-
105 det Bar. perpetuum id † non eſſe, vt iuris eiuſdem
tacitum atq; expreſſum ſit. Inſtantia quippe in ſpe-
cie hac excluſionis affertur. Exhæredatio enim ex-
preſſa fillo nocet, quod ꝯ in tacita exhæredatione
eſt, quæ a præteritione inducitur. l. fi. C. de lib. præte.
inſtit. de exhæreda. lib. in prin. exhæredatio expreſſa
filio officit, quia firmitatem iure ipſo teſtũ habet,
niſi ſi per querelam reſcinditur, ꝙ facta immeritò
ſit. Quod aliter in præteritione eſt. Vnde irritũ iure
ipſo teſtũ ſit, vt in locis memoratis hr̃. Ratio eadẽ
in matre verſatur, vt ad eam repellẽdam ſubſtõ pu-
pillaris ſatis tacita non ſit, at expreſſa ſit opus ſubij-
re Bar. poterat, ſatis ad conſequentiam excludendã
inſtantiæ obiectionem eſſe. §. Pauonum inſti. de re-
rum diui. quam miſerorum Canoniſtarum rñſionẽ
in d. l. precib. Sali. ait nu. 9. inde Bar. tacite carpit, vt
verbum de eo non faciat.

Hoc ita, niſi pupillaris tacita probata eſſet. Ideſt
niſi ex verbis teſtĩ, aut coniecturis probari, aut colli-
gi ſubſtitutio hæc pupillaris poſſit, ſic quomodo a
ſe dictum in materia ſubſtitutionis vulgaris ait. Re-
ctius ab eo ſcriptum in materia pupillaris ſubſtitu-
tionis fuerat, vti videre apud eum eſt in l. 2. in prin.
nu. 38 ĩ. co. de quo etiam apud Bar. hic nu. 21. in fi. &
in l. in teſtõ. 1. nu. 3. C. de teſta. mili. Bald. hic ante fi.
cõmentarij. Imol. nu. 9. Galiau. nu. 287. Pau. de Caſt.
in d. l. fi. nu. 3. verſi. & notandum. C de inſtitut. Soci.
in l. cum auus. nu. 78. ante fi. ſeu col 40. verſi. & in di
cta ſubſtõne inter alia. ℱ. de condi. & demon. Alex.
in conſi. 12. nu. 14. verſi. non obſtat etiam, ꝙ dictum
verbum accipiat lib. 3. Soci. iun. in conſi. 128. nu. 68.
& ſeq. lib. 1. Apparet ex his, non Paululum inter ſub
ſtõnem tacitam, & probatam ꝯiecturis videlicet, &
tacitam interpretatam ſeu legalem differre. Prior
enim quo immediata, & propinqua magis volunta
ti teſtatoris eſt, eo validior habetur. Poſterior quia
remota magis, debilior æſtimatur.

Secundum & Petri arg. non mutat, fruſtra expreſ-
ſionem ſubſtõnis pupillaris in vulgari exigi, cũ taci-
te inſit. Vnde ſi contineri eam dicimus, ipſis ſibi eos
ad blandiri, non mediocriterque falli, quibus viſum
ſit, ſub vulgari quidem pupillarem contineri matre
interueniente, verũ frugi vllius ꝯ eam non eſſe. Imo
enim fructum vbertimũ, & ꝯ matrem ſubſtituto af
ferret. Siquidem matrem excluderet, cũ neceſſaria
expreſſio eius non ſit, ꝙ tacitè cõtineri dicimus. Lo
cũ enim argũ in tacito habet, ꝙ neceſſario ſub ex-
preſſo includitur. d. l. 3. ℱ. de leg. vbi verba illa legato
aſcripta, ſi hæres Seius erit, vel hæreditatem adierit,
conditionale legatum nõ efficiunt, id quia neceſſa-
ria conditio hæc inerat, cũ vtile legatum fieri niſi hæ
reditate adita, nequeat. l. 1. ℱ. de iniu. teſta. l. omnia ℱ.
de leg. 2. l. ſi nemo ff. de reg. iur. l. eam q̃. C. de fideic.
§. in primis & §. ſed quia inſti. de fideicom. hæredit.
ita conditionẽ tacitam neceſſario legatum habet, ſi
adita hæreditas erit, ſiue quatenus ratũ haberi ſine
aditione nequit. Atque cũ fideiuſſores duos ita cre-
ditor accipit, vt in ſolidũ vterq; teneatur, ad rem cẽa
iſta non attinet, quatenus ea tempta, tacitè & neceſ
ſario ex natura obligationis inerat, ne ſi ſoluendo
alter non ſit, fraudem creditor patiatur. d. l. 3. C. de
fideiuſtor. Sed enim ratio multo alia pupillaris eſt,
q̃ ſub vulgari tegitur, neceſſario quippe in ea nõ ver
ſat. Imo enim ꝙ ad verba, & mentẽ attinet, q̃ ex con
iecturis percipitur, ꝯtia omnino pupillari ſunt, vt
in d.

in d.l. iam hoc iure apud Doct. habetur. Itaque cum voluntariè, non coactè, aut neceſſario, vulgari expreſſæ pupillaris accedat, effectu carere expreſſionem eius non conuenit. I. talis ſcriptura in prin. infra de lega. 1. vbi referre text. ait, pure expreſſim legetur, ideſt expreſſione facta, vt pure aut præſente die debeatur, an tacite, die vllo non adiecto, quo caſu purum legatum intelligitur, quamuis expreſſio facta eius non ſit. l. omnia infra de lega. 2. l. libertis. in fin. infra de aliment. & cibar. lega. l. 1. in princi. infra de condi. & demonſtra. l. cum qui calendis. l. ſi ita ſtipulatus. § Griſogonus. ff. de verbo. obliga. l. in omnibus obligationibus. ff. de reg. iuris. Priore caſu cum purè expreſſim, aut nominatim, quid legatur hoc eſt præſentia, aut præſente die dari teſtator iuſſit, clauſula illa annua, bima, trima die dato, præſtationi legatorum generaliter adiecta, ad legata non trahitur, quæ relicta expreſſim in præſens ſunt, atque ideo purè, in præſensve præſtanda erunt. Poſteriore caſu, præſtatio legatorum prorogata in annuam, bimam, trimamve diem cenſetur. Atqui pure id, dieque præſente debetur, præſtationi cuius adſcriptus dies non eſt. Cõſequenter, quód pure legatum debeatur, tacite iureque hoc ipſo ineſt, aut intelligitur, quód adiectio, aut expreſſio vlla facta dici non eſt. Cur igitur ad legata clauſula illa prorogatoria ſolutionis, non trahitur, quæ in præſens deberi expreſſum eſt, ſimiliter vt ad ea, quæ tacite in præſens debentur, quamuis expreſſum nõ ſit, quando quidem momenti nullius haberi expreſſio eius ſoleat, quod tacitè per legem intelligitur. Rei huius illa eſt ratio. quód neceſſario in legato non ineſt, vt pure præſtari, in præſensve debeat. Vnde cum ex voluntate id inſit, & expreſſum id ſit, ineſſe amplius non videtur cum expreſſo tacitum cedat, ſileatque tacitum, quotiens expreſſio facta eius eſt. l. cum ex filio. §. 1. infra eodem. Conſequenter vacuam ab effectu eſſe expreſſionem eius non decet, quod incluſum niſi ex voluntate non erat. De quo genere pupillaris eſt, quæ ſub vulgari expreſſa neceſſario non includitur. Atque ideo ſi expreſſa ſit, validius ad matrem repellendam, quam tacita proficiet. Ita vt regula ad eam non pertineat, fruſtra, expreſſionem eius fieri, quod tacite ineſt. Conſequenter virtus tanta taciti, quod ex voluntate ineſt ad matrem repellendam, effectumve alium non erit, quanta eius, quod neceſſariò ſubauditur. Atque ideo fruſtra expreſſio eius non fiet, quod voluntariè ineſt, ſeu tacite ex voluntate continetur.

Videndum in Barto. dictis, cum inconſtantiæ gl. incuſat, cui viſam in l. hac ſit, ſub vulgari expreſſa pupillarem matre ſoſpite, non teneri, contra quam in d.l. fin. & in d.l. precibus glo. ipſa ſenſit. Ideſt, vt contineatur quidem, verum nullo id eius incommodo. Prudens enim in hoc laboraſſe Barto. videtur, vt ipſi ſibi contrariam glo. oſtenderet, quæ vitio huic ſubtrahi cõtradictionis poteſt. Quod enim ſcriptum apud glo. eſt in d.l. fin. & in d.l. precibus. contra matrem pupillarem tacitam non admitti, comprçhenſionem eius neceſſario non infert, cum fieri id poſſit, quód incluſa ſub vulgari non ſit, veluti cum dicimus, admiſſum quempiam ad officium aliquod non eſſe, ad excluſionem enim verba hæc omnino pertinent, vt in l. cos. ff. de decurio. Ibi inhoneſtum tamen puto eſſe huiuſmodi perſonas flagellorum ictibus ſubiectas in ordine recipi, ſeu admitti, verba hæc excluſionem abſolutam denotãt, vt arceri, excludiq; id genus perſonæ ab ordine omnino decurionum debeant. Sed in ſpecie magis ex text. id probatur in l. poſthumus. §. ſi quis ex his. ff. de inoffic. teſtam. l. cum ait, ſi quis ex his perſonis, quæ ab inteſtato ad ſucceſſionem non admittuntur. Eiſdem verbis text. vtitur in l. ſi filius infra de bonis liber. ad hæreditatem patris non admittitur. In quibus verbis habitus vllus non præſupponitur. verum excluſio omnino & abſolute ſignificatur. Quocirca citra compræhẽſionem vllam verba intelligi glo. poſſunt, pupillarem tacitam contra matrem ideo non admitti, quód incluſa tunc ſub vulgari non ſit, verum ab ea omnino excludatur, aut excepta de ea æſtimetur.

106 Secundò verborum offenſio † permitti cõtrarietatis fugiendæ nomine licet Bar. & alij in l. 2. §. creditum. ff. ſi cer. pet. Doct. in c. cum tu de teſtib. Geminia. in conſi. 122. circa med. Aret. in conſi. 127. in cauſa Dominæ Antoniæ nu. 1. Deci. in cõſi. 11. col. 2. in prin. verſi. vnde ſi diceremus. text. huc pertinet in l. vni. C. de inoffi. dot. in c. cum expediat de elect. lib. 6. itaque ſi impropriè verba intelligi conuenit, potiuſquã contradictio inducatur, quanto magis ꝯtrietatis defendi & excuſari gl. debebit. Quatenus citra contradictionem omnem, & ſignificatu ipſo incolumi, verba intelligi eius poſſunt, vt idcirco admiſſioni pupillaris tacitæ locus ꝯ matrem non ſit, quod ad vulgarem matre ſoſpite, pupillaris non hæreat.

Secundò principaliter in dictis Bart. obſeruandũ, cum gl. & Petri opi. impugnat. Patrocinium enim eius ſuſcipiendum a Bart. erat cum ſatius videatur, á vulgari expreſſa pupillarem repellere, q̃ admiſſam inanem habere. Quorſum enim contineri, ſi ſterilis ſit, cum nihil interiit, omnino quicquam non ſit, an inutile. l. quotiens. ff. qui ſat. cog l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pig. actio. l. Paulus. ff. de verbo. ſigni. & id genus alia apud Iaſ. aſcripta in l. mandatam. ff. de offi. eius. in l. more nu. 60. verſi. an autem per citationem nullam. ff. de iuriſdi. om. iudi. in l. ex his per illum tex. ff. de condi. indebi. in l. 1. § ſed etſi mihi in tertio nota. ff. de verb. obli. inde dicimus, effectum ſpectandum, non verba. Atq; ita actum intelligendum, vt effectum habeat. l. pen. §. docere. ff. ne quis eum qui. l. 1. §. fi. ff. quod quiſque iuris. l. 3. ꝯ. de milit. teſta. l. 2. in fi. C. com. de lega. c. relatum de cler. non reſiden. c. in his de verb. ſigni. c. Melchion. 1. q. 1. tex. huc pertinet in l. ſcire leges. ff. de ll. & propius ſpeciem hanc Soci. ſcribit in l. cum auus num. 65. circa med. ſeu col. 30. circa prin. verſi. vnde cum filij naturales. inſ. de condi. & demon. ad filios naturales, qui non ſuccedunt. l. illam non pertinere. fruſtra quippe continebantur, quatenus ab eis ſubſtitutus non repellitur, & quia remedia inutilia ius non introducit l. 1. §. dixerit aliquis. ff. de publica.

Neque Barto. reſponſio monet, ſine fructu compræhenſionem hanc quantum ad hæredes alios legitimos non eſſe, ſi excluſio matris, morte, repudiatione, aut incapacitate, vel culpa eius ſequitur, quia petitus ab ea tutor filio non ſit, perinde quaſi ex pupillari tacita alias excludi hæredes legitimi nequeant, niſi ſi initio eam comprætenſam in vulgari dicimus.

Namque ex diuerſis Barto. argumentatur. Ideſt ab hæredibus legitimis ad matrem. Contineri ob hæredes legitimos debet, ergo & contra matrem, quamuis matri non noceat. Vnde cum niſi matris reſpectu quæſtio hæc, non diſceptetur, reſtringi cõpræhenſionis cauſa ad matrem debet, vt quo reſpectu prolata ſunt, verba accipiantur. l. item eorum in princi. ff. quod cuiuſque vniuer. nomi. l. ſi quis domuni. § penul. ff. loca. l. profectitia. §. penul. & fin. ff. de iure dot. l. ſi a me infra ad l. Falcid. l. reſtituta infra ad Trebellia.

Secundò extra rem propoſitã Bar. reſponſio apparet. Aliudq; reſponſio, atq; argumentum habet. Argũ enim ad matrẽ ſpectat, neque eq̃ contra eam

pupillarem tacitam contineri, quatenus vana penitus quantum ad eam compræhenſio eſt. Reſponſio planè ad hæredes legitimos ſpectat. Atenim ad interrogationem accommodari reſpõſionem oportet. l. ſi defenſor. §. 1. ff. de interro. actio. l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. Ibique glo. in ver. vti interrogatus. l. Titia. §. fi. ff. de verb. obli. quod cum ita ſit, contra matrem non cootineri magis erit dicere, ne compræhenſionem iocepiam, remediumve rei, aut momenti nullius, proditum a lege dicamus contra quam expreſſum iure eſt. l. non cogendum. §. fi. ff. de procur. l. hæc ſtipulatio. §. diuus iofra vt leg. nomi. cau. l. qui bis idem ibique Iaſ. in ſecundo nota. ff. de verb. obliga. c. 2. de probatio.

Sed dicturus aliquis erit, fruſtra argumentis in re liquida certari. Siquidem rationibus & argumentis memoratis contra Bart. gloſæque & Petri opinioni reclamare tex. vr in d. l. fi. C. de inſtit. & ſubſtitu. vbi matre non extante, locũ ſubſtitutio hæc tacita contra hæredes alios legitimos habet. Quod vtiq; non fieret, ſi incluſam initio ſub vulgari expreſſa pupillarem tacitam non probamus. d. l. quod in initio & l. pen. ff. de regu. iuris. l. 2. infra de regula Catonia. §. an ſeruo inſti. de lega.

Rñdetur. in Bar. ipſum arg. reijci. Qñ ſi inutilem, irritamve compræhenſionem hanc initio ipſo pp matrem dicimus, qũo vires poſtea recipere matre extincta, poterit d. l. quod in initio cum alijs ſ. relatis. Cum nihil Interſit, omnino quicq̃ non ſit, an inutile fiat. l. ſi quis ſub conditione ſ. de teſta. tut. l. 1. in prin. ĵ. de ſuis & legiti. l. Vinaria. ff. de verb. ſigni. inſt. de hæredi. quæ ab inteſt. defer. in prin. c. ſi tibi conceſſo de præben. lib. 6. confutari tñ reſponſio hæc
107 poteſt. facilius † id conualeſcere, quod factum aliquando ſit, q̃uis vitioſe, q̃ q̃ factum omnino nõ eſt. l. vni. poſt prin. C. de rei vxor. actio. vbi facilius hypotheca ſuppletur, aut cõfirmatur, quæ irrita initio erat, q̃ recens inducatur. Pro qua ſnĩa tex. alios in ſuperioribus & Baldum vocauimus in l. 1. nu. 19. C. de ſeruis fugi. Soci. in l. 2. col. 1. ſ. co. quod ad Bar. in opinionem ſpectat, argumento ſuo refertur, cum text. refert in d. l. quod in initio.

Secundò igitur ad arg. Bar. ideſt ad d. l. q̃ in initio. rñdetur, ſubſtĩonem tacitam ꝯ hæredes alios legitimos præter matrem, contineri. Contra matrem vero omnino non contineri, ſi dixeris, variationẽ per rñſionem hanc induci. Reſpondetur, & in Bar. opinione variationem ineſſe. Qñ rata ꝯ alios, irrita ꝯ matrem ſubſtitutio æſtimatur. Admitti enim variatio in actu eodem pro diuerſitate perſonarũ ſolet. l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. ff. de inoffi. teſtam. de quo vberius dictum in primordijs ſ. l. huius habemus. Ad quam etiam variationem textum conducere. in l. ſi eum optio inf. de optione lega. inferius oſtenditur.

Tertio Bar. opinio, in eum regeritur. Variationẽ enim circa compræhenſionem probat, vt ꝯ omnes quidem pupillaris tacita cootineatur. Effectum planè ꝯ matrem impediri. Quam variationẽ metu regulæ agnoſcit, de qua in d. l. quod in initio. Itaque ſi variationem hanc poſt compræhenſionem Bar. nõ improbat, ratio fortior vrget, vt ei aſſentiri initio debeat hoc eſt ne ꝯ matrem initio ipſo, at ꝯ alios tantummodo contineatur. l. cum facilius compræhenſio, q̃ ſemel compręhenſi effectus impediatur. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. 1. §. quis autem. ff. de poſtul. l. ſi ſponſus. §. ſi maritus. ff. de dona. inter vir. & vxor. l. tutor. 1. ff. de ſpõſal. l. Arrianus. ff. de actio. & obli. & id genus ſexcenta.

Quartò ſcitè magis, atq; ſignificantius Bar. argumentum eluitur. A regula quippe totum pendet,
108 de † qua in d. l. quod in initio. Quæ ad rem non attinet, vtpotè locus cui ita eſt, ſi formæ ſolẽnitatisve defectu vitium, aut nullitas actus conciliatur. Aliter atq; ſi tertij, aut iuris alieni cauſa. Ideſt, quia tertij interſit, in perniciẽ cuius fieri, quid nequeat. Ibi enim ſi intereſſe deſinit, vires actus recipit, atque ideo tractu tpis, quod nullũ erat, conualeſcit. verbi gratia ſeruos duos hæredes facere debitor non permittitur, qui ſoluendo eſt. Idq; creditorum cauſa, quorũ intereſt ſeruus plures debitoris hæredes, liberosve non fieri, ne fraudem accipiant, q̃ ſi ſerui duo hæredes à debitore non idoneo fiũt, infirma ſerui vtriuſque inſtitutio fit. Cæterũ ſi ex hæredibus duobus ante vnus, q̃ teſtator obit, vigorem inſtitutio accipit, & pro eo res eſt, vt ſi hæres ſcriptus nõ pluſq̃ ſeruus vnus ſit. l. qui ſoluendo ꝫ. tit. 1. At enim inutilis prorſus initio ipſo ſerui inſtitutio vtriuſque erat. Vnde igitur fit, vt ſolo tpis curriculo robur accipiat. An non regula obſtare & hic vr, de qua in d. l. quod in initio. Reſpondet Imola in d. l. qui ſoluendo. locũ regulæ memoratæ non eſſe, vbicunq; tertij cauſa vitium, aut nullitas actus inducitur. Ideſt, q̃ tertij præiudicium vertitur. Ibi enim cã nullitatis ideſt, præiudicio tertij tacente, nullitatem ſilere, atque ideo cõfirmari actũ oportet. Cauſa plane nullitatis ceſſat, ſeruo vero ante teſtatorem extincto. Reſponſionẽ hanc Imolæ Ruin. amplectitur in cõſi. 93. nu. 10. lib. 3. ſed enim q̃ pupillarẽ matre extante, vulgaris non teneat, matris gratia inſtitutũ gl. cum Petro ſentiũt, matris igitur atque adeo tertij fauore ceſſante, quia morte excluſa, aut repudiatione, vel cauſa, qua alia ſit, ius quoq; ceſſare, & hoc conuenit, atq; ideo contineri tunc ſubſtitutio incipiet. Ad quem modũ reſpondendo, variationis quicq̃ circa compræhenſionem [illegible] unquã interueniet. Imo enim compræhenſa nunquam quamdiu mater erit, & ea vita functa, cõpræhenſa ſemper rectè dicetur. Quod cõtra in Barto. ſecus eſt, quia inutilis contra matrem, vtilis aduerſus hæredes alios legitimos pupillaris tacita prohibetur.

Ex text. præter Imolam, & Ruinum, reſponſio hæc iuuatur in l. filio præterito ſupra de iniuſto teſtamen. Quod vitioſum ob præteritionem filij teſtamentum eſt, vtile eo abſtinente fieri, id quia niſi ob iniuriam filij vitium non contingit. De quo tamen ea videnda, quæ ſcribi à poſterioribus ſolent in l. poſthumo. C. de bono. pol. contra tabu. Eiuſdem generis text. eſt in l. ſeruum filij in 1. reſpon. infra de lega. 1. & in l. proponebatur. ff. de Caſtren. pecul. cum libertas ſeruo datur, qui in peculio filij Caſtrenſi eſt, quamuis irrita in filij perniciem libertas ſit, Ratam tamen eam fieri, ſi diſpoſitio de ſeruo facta a filio non ſit. In eandem ſententiam text. eſt in l. ſi cum optio infra de optio. lega. vbi quæ infirma initio manumiſſio de ſeruo eſt, cuius optandi ius legatario datur, vires optione non facta recipit. Ita variatio ibi non repudiatur, efficax enim contra hæredem, inefficax contra legatarium manumiſſio habetur. tex. idem huc pertinet. in cap. ab eo de appella. lib. 6.

Quæ inutilia iudicis a quo, poſt appellationem acta ſunt, vtilia fieri, ſi renunciatio appellationis ſequitur. Pro qua ſententia non pauca ſubijcerem, ſi è re foret. Proinde cum matris gratia inſtitutum ſit, ſub vulgari expreſſa pupillarem non contineri, Quid prohibebit, matris fauore morte, repudiatione, aut culpa eius amoto, Locum compræhenſioni eſſe, aut compræhenſionem eius incipere.

Atque præter text. hos, iure illo vulgato glo. & Petri opinio contra Bart. & alios adiuuatur. Cauſa ceſſante, quæ initio & poſt continebatur, & diſpõnẽ ipſam, ſeu effectũ eius quieſcere l. adigere. §. quis ĵ. de iure patro. §. Pauonum inſti. de rerum diuiſio.

§. ali-

§.aliquando inſti.de vſucapio.c.poſt tranſlationem de renuncia,& hoc genus.Conſequens iuri huic ſit, vt cum aliquid ſub aliquo contineatur, cauſa continendi tacente, contineri deſinat.tantundē ex diuerſo probandū. quotiens ob cauſam aliquā quid non continetur, quod comprædhenſum alias fuerat, vt cauſa non continendi remota, contineri incipiat, Quo eadē contrariorum diſciplina fiat. l.1.ff.de his qui ſunt ſui vel alie. iuris.l. & ſi ꝯtra ſupra de vulga. Itaq; cum in cauſa mater eſt, quominus ſub vulgari pupillaris tacita inſit. Matris cauſa morte, repudiatione,aut per culpā eius ſublata, contineri pupillaris tacita incipiat.

Quintò ex Bar. ipſo hic nu.28.opinio ſua contra glo.& Petrū,ratione fortiore argumentando,debellatur. ſubſtitutionē enim verbo cōi impuberi à pagano factam fideicōmiſſariā tempore omni matris gratia interpretaē Qua opinione citra præiudicium veritatis, admiſſa,à partibus ſatis enumeratis argumentando, non poteſt aut erroris,aut contradictionis euidentis non damnari.Namq; aut pupillarem ſub compendioſa hac à pagano verbo communi impuberi facta contineri, aut non contineri Bart. putat, ſiquidem contineri putat, inutiliter tamen propter matrē,ſimiliter vt in vulgari ab eo dicta expreſſa eſt. Erroris manifeſti incuſaē. Quoniā inutilis contra matrē eſſe ſubſtitutio pupillaris nequit,quæ comprædhenſa ſub compendioſa eſt, vtpotè verbis generalibus expreſſa. vnde ius aliud pupillaris ſub compendioſa,atq; ſub vulgari incluſæ vulgo glo. Bar. Doc. quę ſentiunt. Neq; cauſā ob aliā diſceptatio tanta inter gloſas,Doc.que exerceē,Pupillarē an non compendioſa hæc contineat, an iure fideicōmiſſi tempore omni conſter. niſi ꝙ comprædhenſione pupillaris admiſſa, mater repellitur.

Sin autem ſub cōpendioſa hac, quā fideicōmiſſariā tempore omni Bar. aſſerit. Pupillarē contineri non putat, vtpotè quæ generaliter expreſſa matrē ſubmoueret,Abſurda res conſequitur,vt matre ſublata,vel alias repudiatione,aut per culpam excluſa, ſubſtitutus non admittatur, cū ab hæredibus legitimis ex ratione Bar.arceat.Quoniā ſi incluſa initio ipſo ſub compendioſa pupillaris non fuit, contineri poſtea non potuit. Ad quem modū, validior vulgari expreſſa ad comprædhenſionē pupillaris,cui repugnat, q̃ compendioſa erit, quæ ad pupillarē appoſitè,proptieq; accōmodatur. Pupillarē omnino tacitā, & verbis contrariā vulgaris apprædhendit, ꝙ aliter in compendioſa contingit. Quæ ad pupillarem conuenit.

Abſurdū hoc neceſſariò Bar.admittit,cū fideicōmiſſariā tempore omni ſubſtitutionem hanc cenſet. fideicōmiſſaria quippè per tempus omne non conſtaret,pupillari quis inutiliter, ſub ea incluſa. ſiquidē effectū matre ſublata,aut aliter excluſa.cōtra hæredes alios legitimos haberet. Cuius abſurdi cauſa,à Bar.d.nu.28.Alex.hic diſcedit nu.76.circa prin. ver. vltimo ſequereē. Pro abſurdo enim habet, vt pupillarē tacitā matre etiam ſuperſtite,vulgaris expreſſa complectatur. Cauſam aliam compendioſæ eſſe.Sed enim Alex.abſurdo Bar.eripi non difficulter poteſt.Eo ſub compendioſa pupillarē non contineri, pernicialis matri eſſet, eamq; reppelleret, vtpote quæ verbis expreſſa generalibus ſit. Quod contra in pupillari eſt,quæ in vulgari ineſt.

Vnde,ratione alia abſurdū demonſtratur, ꝙ incluſione pupillaris ſub compendioſa denegata, & argumento Bar.admiſſo,quo contra glo.vſus,& Petrū eſt, & ꝙ in iure iſto vulgato conſiſtit, de quo in d.l.ꝙ in initio.& in d.l.pen.ff.de reg.iuris.abſurdū ꝯſequiē,vt matre extincta,aut aliter excluſa,ex pupillari admitti ſubſtitutus nequeat, vtpotè quæ initio comprædhenſa ſub compendioſa non ſit.Ita melior ſubſtituti vulgaris quantū ad pupillarē tacitā, q̃ ſubſtituti compendioſe erit. Quo quid abſonū magis. Ita errori manifeſto ſubtrahi Bar.non poteſt.

Ea propter melior,verior,æquiorve glo. & Petri opinio videtur, ſub vulgari expreſſa contra matrē pupillarem tacitā non cōtineri. At contra hæredes alios legitimos, vel omnino initio non contineri, neq; ꝯtra matrē,neq; aduerſus hæredes alios legitimos, verū tū deniq; initiū pupillaris tacitæ fieri, cū aut ſublata mater,aut aliter excluſa eſt, ad quē modū abſurdum ſilet,tam ab Alex.quam à nobis efficacius animaduerſum.

Contraria etiā ipſi ſibi Bartolum loqui facimus, ſi eam ei fuiſſe ſententiā dicimus, vt pupillarē quidem ſubſtitutio hæc cōmpendioſa inutiliter tamen contineat. Quoniā vtilem eam, & contra matrem ante mox dixit.Quatenus non tacita prorſus,at verbis expreſſa generalibus inuenit.æque euidens contradictio arguitur, ſi id Bartolū ſenſiſſe dicimus, vt matre demū ſublata,aut repudiante vel aliter ſubmota,initiū pupillaris accipiat. ſiquidē, & caſu hoc Bar.argumentū ferit,quo gloſam Petrūq; cædebat, & ꝙ deſumptū ex tex.habet.in d.l.quod in initio, & l.pen.ff.de reg.iuris.

Explicatiò, & veritas argumenti huius quinti, quo vſi in Bartolum ſumus,planior, & latior ab his fiet,quæ inferius apud Bar.dicenda circa quæſtionē ſunt, de qua dicto nu.28.

Sublatum ex prædictis arg. etiam Bar. ꝯ glo.& Petrū liquet, Quod ex tex.pendet in d.l.ſi ita inf. de auro,& arg. lega. tēpus teſtamenti ſpectandū, locū enim hactenus habet, vt maius,minusve legatū ob id non fiat,ꝙ poſt teſtamentū accidit,ſed enim amplior ſubſtitutio vulgaris non ſit, ſi matre remota pupillarem tenere incipit. quia natura id vulgaris fert,& ꝙ initio non contineatur, propter matrē id, non propter hæredes legitimos contingit.Quorum non intereſt,initio, cū teſtamentū fit, an poſtea cōprædhendaē, & cum niſi matris fauore à vulgari expreſſa pupillaris tacita non dematur. Matris cauſa remota,ad pupillarē tacitam vulgaris pertinere expreſſa debebit, ad quam inſpectionē tex ꝯducunt. Qui relati ante contra Bar.ſunt in d l.qui ſoluendo. In d.l.filio præterito l.ſeruū filij.1.reſpon.l.proponebat.l.ſi cum optio.& d.c.ab eo. ex regula etiā tritiſſima.reſponſio hæc iuuatur,cauſa ceſſante, & c. contrarijs, vt ſupra argumentando.

109 Secundò locū tex. non † habet in d. l.ſi ita. Quotiens mens alia ꝯſtare teſtatoris poteſt, ſic quomodo verbis pluribus declaratū à nobis legitur in l. 1. nu. 29 in tertia limitatione. ꝟ.de lega. 1.at enim ex veriſimili teſtatoris mente ad pupillarē tacitā per legem vulgarē trahi, teſtatū ſuperius ne ſemel quidē habemus. Itaq; & ſi maxime in matris perniciem interpretatio hæc extēſiua à lege nō fiat. Attamen matris fauore amoto, locū aut effectū habere interpretatio debebit. Ex quarta etiā limitatione in d. l. 1.nu.30.tex. declinaē in d.l ſi ita. Cui locū in his non eſſe oſtendimus, quæ ad naturā actus pertinent. Atqui ad naturā vulgaris pupillaris ipſa tacita pertinet Sed, & ex limitatione quinta ſignificantius Bar. arg. diluitur, in ſcriptura legis tempus præſens non ſpectari. Pupillarē planè per ſ. immediate, q̃uis ex veriſimili teſtatoris mente ſubaudiri.Itaq; quocūq; tempore mens hæc inueniatur, ſeu ad tēpus quodcunq; feratur, legis interpretatio locū habebit.Atq; ideo ſtatim q̃ matris fauor deſinit, Pupillaris tacitæ admittenda natiuitas videtur.

Tertia in controuerſia hac Baldi opinio inuenitur in d. l. precibus nu.5. in ſecunda oppoſi. Qui argumentis vltro,citroque habitis, vt noxia matri cōprædhenſio

præhenſio pupillaris tacitæ atq; adeo Bartholi opinio Petro aduerſa ſit. ſi comprehendi pupillarem dicimus, vel ſubſtituto noxia Petri opinio ſit, ſi comprehenſionem pupillaris tacitæ ſub vulgari non admittimus, quod hæredibus legitimis per occaſionē matris fauor proſit. Quæſtionem tandem ita dirimit, vt contineatur quidem pupillaris tacita, at in conditione, ſi ante mater ſublata, quam accepiata ab ea hæreditas ſit, vel ſi ab ea repudiata filii hæreditas erit. In qua ſententia Baldo tacito, & Sali. eſt in d. l. precibus. nu 9. verſi. poſſum tamen dicere.

Opinio hæc Baldi, & Sali. à gloſa aliena, & Petro non videtur, ſiquidem dum conditio comprehenſionis pendet, comprehendi, aut contineri proprie poteſt, l. hęc venditio in prin. ff. de contra. emp. l. grege. §. qui ſub conditione. ff. de pignor. l. legata, & l. qui hæredi in fi. infra de condi. & demon. Bar. in l. ſi intra circa fi. ff. de pactis. & in l. ſiue apud acta nu. 22. C. de tranſactio. & hoc genus.

Summa diſceptationis huius in præſuppoſito ſecundo glo. à Bar. animaduerſo erit, variationem in pupillari tacita non ſperni, quominus in vulgari expreſſa contra hæredes legitimos, non etiam aduerſus matrem contineatur, ſic quomodo demonſtratum in ſuperioribus habemus. Quæ Gloſæ, & Petro fuiſſe ſententia videtur, quod ſi in variatione hac acquieſcere quiſpiam neſciat. Ius illud probandum initio quidem ipſo ſub vulgari expreſſa pupillarē omnino contra matrem nec inutiliter contineri. Cæterum ea ſublata aut alias non ſuccedente, tum vero pupillarem tacitam cōtra hæredes legitimos aperiri, regula illa non refragante, de qua in d. l. quod in initio, & d. l. pen. ff. de reg. iuris, & qua vna contra glo. & Petrū tantopere Bar. nititur. Bal. item ſpernenda ſententia non videtur, niſi ex conditione pupillarem tacitam ſub vulgari expreſſa non cōtineri. De qua dictum mox paulo habemus.

In quinta Bar. oppoſi. Quia tex. d. l. præcibus, à
110 Bar. iterum obijcitur, & mentio in eo † de caſu primo, & ſecundo ſubſtitutionis fit. Dum referre ait, in caſum primum, an ſecundum ſubſtitutio adſciſcebatur. Senſus harum vocum veſtigandus. cur primi & ſecundi nomine appellentur, & quidem ad ſubſtitutionem vulgarem, caſum primum, ad pupillarē. militarem, & alias, quæ poſt aditam hæreditatem fiunt, caſum ſecundum referri non ambigitur Rationem plane iſtorum vocabulorum. Calca. affert in conſi. 107. in fine primi numeri. Quam ab ipſo naturæ ordine decerpit, ſecundum naturam quippe, Deo ipſo æterno, & principii nullius, excepto. Primum omnium nihil, aut non ens fuit. Ens deinde ipſum creatum. Extinctio cuius in corporibus præcipuè humanis ſubſecuta. Itaque ſicut ad ordinem primum nihil aut non entis, ſubſtitutio vulgaris ſpectat, caſu quo hæres non exiſtat, qui inſtitutus eſt. Ita ad caſum ea priorem refertur. Aliæ porrò ſubſtitutiones, quia poſt aditam hæreditatem, atque entis aut hæredis interitum conſeruntur, caſus poſterioris vocabulo nuncupantur. Ante Calca. cōpendio id declaratum à Bal. eſt in d. l. præcibus in tertio nota. Sali. nu. 9. in fi. De quibus ipſe non meminit. vbi quia à non eſſe ens neceſſario ante vertitur, ad caſum primum haud dubie vulgaris ſpectat, quæ ad euentum primum. Ideſt non eſſe pertinet. Sed, & expreſſius caſuum horum fieri declaratio videtur. Caſus enim à cadendo, & deficiendo dictus. Cum inſtitutione, aut ſubſtitutione qua cadente, aut deficiente, ſubſtitutio adſtruitur. Primus plane caſus, aut interitus neceſſario tunc contingit, cū effectu inſtitutio deficit. Ideſt eum hęres inſtitutus non exiſtit, vel quia nolit, aut nequeat. Quod ſi hęres exiſtit, & deinde moritur, ſecundus haud dubie caſus, interituſve inſtitutionis, aut ſubſtitutionis cōtingit. Quare ſi in caſum hunc mortis, & hęreditatis aditæ, ſubſtitutio confertur, non poteſt caſus ſecundus is non dici. Rurſus ſicut aditionis caſum is neceſſario ante vertit, qui ante ipſam aditionem fit, ita non caſus dici primus non poterit, qui in tempus illud confertur, quo adita hęreditas, non erit, ſi dixeris, caſum, & tertium in compendioſa inueniri. Reſpondetur, caſum eundem pupillaris, ac compendioſę eſſe, quę ſubſtitutio per ſe non dicitur, at adiectio, aut qualitas quędam, cum in ſubſtitutionem aliquam neceſſario tranſeat, nomen cui ſpeciale eſt, vt inferius apud Bar. & alios nu. 11. & caſum tertium per compendioſam non induci, Sali. ne in d. l. precibus nu. 9. in fi. poſt glo. ibi.

His ita prænarratis. Caſum vtrunq; ſubſtitutionis text. exequitur. in d. l. precibus, & quidem quod ad caſum priorem attinet, in expedito res eſt, hęreditate militis a filio agnita, eoque impubere præcepto, ad matrem eius hęreditatē pertinere, in qua, & filij, & patris bona continentur. Neque locus ſubſtituto dicitur. Quoniam aut vulgari nititur, & finem ea per aditionem accepit. Aut ex pupillari tacita ad bona aſpirat, & recipi illa contra matrem non ſolet. Ita cum tex. d. l. fi. C. de inſti. tex. conſentit in d. l. precibus.

Caſus ſecundus, cum poſt hæreditatem aditam collata ſubſtitutio eſt, intelligi dupliciter poteſt, vel cum expreſſim, aut in ſpecie pupillaris adſcribitur. vel in genere per compendioſam, quæ ſubſtitutiones omnes in genere complectitur. Reſtrictione eius præcipuè ad ætatem limitatam fruſtra de ſubſtitutione diſceptatur, vt ibi apud glo. in verſi. certam. Bal. nu. 25. in 8. oppoſi. In hoc ſecundo caſu ſiquidem ante pubertatem. filius præripitur, à ſubſtitutio per pupillarem in ſpecie, aut in genere ex compendioſa, mater repellitur. eoſque hæredes filius habet, quos pater ei ſubſtituit. Dum pupilli modo hæreditatem agnoſcant. Aliter quippe ab inteſtato mater admittitur. Si autem pubes factus mortem filius obit, ex fideicommiſſo effectum ſubſtitutio habet eoque iure à matre perinde ac hærede filij legitima, bona teſtatoris ſubſtitutus petet, ſecundum quæ, cum poſt pubertatem vita filius cedit, textui huic tex. obſtat in d. l. precibus. vbi licet à militis facta ſubſtitutio ſit, iure tamen fideicommiſſi, poſt pubertatem rata ſubſtitutio habetur, quod ſecus l. expreſſum in l. hac inuenitur. In qua ex priuilegio militis, quod in iure directo conſiſtit, poſt pubertatem ſubſtitutio valet.

Oppoſitionem hanc inexpugnabilē Pileus ſentiens manus dedit, textumque hunc ſecundum textum intelligendum appoſitum ait, hoc eſt, vt iure etiam fideicommiſſi in l. hac, ſimiliter vt in d. l. præcibus. poſt pubertatem ſubſtitutio cōſiſtat. Pro ſolutione igitur oppoſitionis huius quintæ, confeſſio aut admiſſio contrarii, Pileo autore, erit, contrarium ipſum confitendo, & agnoſcendo, vt niſi fideicommiſſi iure æque hic, atque illic poſt pubertatem ſubſtitutio non conualeſcat. Sed enim falsā Pilei ſolutionem, expoſitionem glo. hic aſſerit, vt ex fideicommiſſo poſt pubertatem in l. hac ſubſtitutio ſuſtineatur. Cum directo maiori, & poſt hæreditatem aditam ſubſtituendi ius miles habeat. l. 5. & l. miles ita in prin. infra de mili. teſta. l. in teſtamento. 1. in fi. C. eo. titu.

Præter glo. tex. hunc in fi. contra Pileum acrius vehementiuſque, vt putat. Bartol. inducit. In quo fructus poſt pubertatem cedere, expreſſum eſt, qđ enim ita ſit, ad fideicommiſſum referri tex. non poteſt. In quo ad fideicommiſſarium vſque adeo fructus non pertinent, quod à liberis primi gradus de-

betur

betur in quibus. l. noſtra loquitur, vt nec Trebellianæ filijs cedant, eamve perimant, aut extenuent. verum præcipui filiorum ſunt. Sed nec contra ſtatuendi ius teſtatori eſt. Quod falſum vtique foret, ſi reſtitutio eorum, ſacienda ſubſtituto ſit. Quos pacto igitur in fideicommiſſo ſecundum Pileum intelligi tex. noſter poterit.

Si dixeris, in directa tex. hunc intelligendo, aduerſarium ei textum eſſe in d. l. precibus. à quo Pileus metuens, & tex. hunc ex fideicommiſſo intelligit. Reſpondetur apud glo. hic, Matris gratia obliquationem hanc ibi fieri. Idque pupillaris tacitæ exemplo, quæ contra matrem in vulgari expreſſa. glo. ipſius ſententia, non continetur, vel ſi continetur quidem, vt Bar. ipſe opinatur. Efficax tamen contra matrem non eſt.

Obiecerit hic aliquis. Quorſum diſceptatio hæc tam ingens inter glo. & Pileum, cum referre non videatur, iure ne militari, an fideicommiſſario ſubſtitutio valeat. Quatenus bona plura militaris quã fideicommiſſaria non arripit. Ad militarem enim ſicut niſi patris bona non veniunt, vt hac l. Ita nec ad fideicommiſſariam l. cohæredi. §. cum filiæ verſ. nec fideicommiſſo, infra eo. Qua enim ratione teſtatori, non hæredi grauato per fideicommiſſariam ſubſtitutionem ſucceditur. l. quod ſi filius. §. 1. ff. qđ cum eo. Ita grauati teneri bona nequeun. Quomodo enim ad bona eius titulo hæreditario quis veniet, cui hæres non exiſtit.

Reſpondet Bar. non paululum intereſſe, iure directo ex militari, an fideicommiſſario ſubſtitutio teneat, tum, & ſi niſi teſtatoris bona vtrique non accedant. Quoniam a fideicommiſſo fructus vt ſupra. remouentur, legitima etiam de eo excipitur. In qua onus filio non imponitur l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſta. Ius aliud ſubſtitutionis militaris eſt, quæ ad fructus pertinet, legitimam etiam apprehendam cum detractionem vllam ſubſtitutio directa non admittat. Idque locupletius teſtatum ini tio ferme habemus.

Secundò differentia inter militarem, & fidei-
111 commiſſariam circa † beneficium Diui Adriani verſatur, quod ſubſtituto directo ſtatim datur, quã ſubſtitutionis conditio euenit, fideicommiſſario plane ante non competit, quam reſtitutio hæreditatis facta verbo ſit, caſibus nonnullis demptis, quibus iure ipſo citra reſtitutionis adminiculum, ſerũ hæreditariarum dominium in fideicommiſſarium tranſit, vt Ripa hic Docet num. 51. Deci. in l. fi. nume. 24. in fin. & numer. tribus ſeq. C. de ædicto diui Adria. Tollen.

Tertiam vtilitatem, & differentiam Bar. hic adijcit. In militari, & directa iure ſuo, aut autoritate ſua hæreditatem ſubſtitutus, adit, eoque modo ſine facto alterius dominium rerum hæreditariarum ſine facto, aut traditione alterius adipiſcitur, eorum que poſſeſſionẽ autoritate etiam propria apprehẽdit. Quod contra in ſubſtitutione fideicommiſſaria eſt. In qua iure ipſo domininm non quæritur. Immo reſtitutio fideicommiſſi, aut hæreditatis re aut verbo neceſſaria. Atque ideo, & ab hærede bona petere, & de manibus eius poſſeſſionem capere neceſſe ſubſtitutus habet Primum l. hac probauit. In qua quod ad modum capiendi attinet, ſimilis pupillari militaris habetur. Cum verbum ipſum capiet. ad ſubſtitutũ vtrunque referatur, & niſi in bonis filij diuerſitas non interueniat, quæ ad militarem non pertinent. In bonis ſane patris diuerſitatis quicquam inter pupillarem, & militarem non exprimitur. Quocirca diuerſitatis vnius incluſio ſimilitudinem in alijs confirmat. l. cum prætor. ff. de iudi. l. ex eo. ff. de teſtib. l. nam quod liquidæ, §. fi. infra de penu. lega. l. quæſitum. §. idem reſpondet infra de fundo inſtr. l. cum ita in prin. infra de condi. & demon. c. cum renunciatur. 32. q. 1.

Secundum per tex. declaratur in d. l. precibus. in fi. vbi á matre ceu legitima filij hærede bona petenda conſequenter de manibus eius accipienda, tex. ait, tertia hæc vtilitas ex tex. præter Bar. confirmatur in l. cum hæredes in prin. ff. de acq. poſ. vbi rerum hæreditariarum dominium iure ipſo, & citra vllum factum hominis, hæredi mox quæritur, vbi primum adita hæreditas eſt, & quamuis factum hominis poſſeſſio poſcat, Attamen ab hærede ipſo ideſt ab appræhenſione eius factum hoc pendet, qui iure ſuo poſſeſſionem adipiſcitur, dum apud alium modo bona non ſint. fideicommiſſum plane, & quantum ad ius, & poſſeſſionem, factum alterius deſiderat. Ideſt reſtitutionem, quæ re, aut verbis ab hærede grauato fit, l. 1. in prin. l. reſtituta. l. facta in prin. l. ſi eius. §. ſi quis infra ad Trebellia.

Differentias, & alias inter militarem, & fideicommiſſariam conſtare in genere Bar. aſſerit. Quas in ſpecie Ripa hic commemorat num. 38. aduſque num. 60. De qua re Caſtren. etiam meminit in d. l. precibus num. 19. Ang. num. 12. circa med. & apud nos in l. 1. nu. 162. infra de lega. 1. & ſupra in primordio ipſo commentarij noſtri.

Solutionem hanc glo. circa, d. l. precibus. Quatenus ſenſum eius contingit, veram, & receptam Bar. ait. Hoc eſt matris ibi cauſa obliquationem fieri. Cæterum quod ad ſenſum. l. noſtræ ſpectat, vt idem in ea matri præbeatur, ſi inter viuos eſſet, ſolutionem ipſam repudiat, neque ad l. hanc congruere Bar. ipſe aſſerit, vtpotè in qua expreſſum generaliter ſit, ex priuilegio poſt pubertatem ſubſtitutionem valere, diſtinctione non facta, ſuperſit mater, vel non.

Diuerſitatis rationem, cur non ſimiliter hic vt in d. l. precibus oliquatio fiat, Bar. ſubijcit. Quæ ex diuerſitate verborum, & effectibus eorum diuerſis deſcendit. in d. enim l. precibus. eò matris gratia obliquario admittitur, quod verbo communi à milite facta ſubſtitutio eſt, quod ad ſubſtitutionem vtranque competit iuxta fideicommiſſariam, ac directam, ea ratione via quædam media in teſtamento militis deſumpta, vt iure directo ante pubertatem, obliquo poſtea cenſeatur. Quam mediam viam non ſimiliter in pagano receptam Bar. & alij plerique arbitrantur. Quibus viſum eſt, nonniſi iure fideicommiſſi tempore omni ſubſtitutionem, De qua in d. l. præcibus, conſiſtere, vt infra apud Bar.
112 num. 28. In hac planè. l. ob id iure † directo tempore omni ſubſtitutio conſtat quod directo non communi verbo ſubſtitutio facta eſt. Quod, & poſt pubertatem facere miles permittitur, d. l. 5. & d. l. miles ita infra de milita. teſtamen. d. l. in teſtamento. 1. in fin. C. eodem titu. verba plane directa obliquationem matris ergo, non perinde vt communia ferunt. Matri enim tributum, vt ex ſignificatu debiliore, quod commune eſt, verbum accipiatur, ad fideicommiſſum id referendo d. l. precibus, non etiam vt verba ipſa vulnerentur, & in obliqua, quæ directa ſunt, abeant. Cur enim à verbis diſcedemus ſi alia teſtatoris mens non liquet. l. non aliter infra de lega. 3. Imo enim ſicut directa verba ſunt, ita directo ſubſtituendi animus declaratur, l. Labeo. §. idem tubero infra de ſupel. lega. c. ſecundo requiris de appella. & alia apud nos relata in conſi. 20. num. 2. in conſi. 35. num. 6. Atque ita ex verborum ſignificatu contra matrem, & ad obliquationem impediendam. Iaſ. hic argumentatur num. 19. & ſeq. quod ſi à pagano in ſpecie, l. huius facta ſubſtitutio eſſet, interitum poſt pubertatem omnino acciperet,

ciperet, ſecundum glo. & Barto. in l. verbis ſupra
eodem, & Barto. hic in 1. oppoſi. ſed aliud à nobis
ſupra teſtatum.

Plura in verbis Barto. & oppoſi. eius quinta vi-
denda, & primum illud adnotandum, quod in ar-
gumento, ſuo contra Pileum vltra gloſam, & circa
fructus ſubijcit, eo in fideicommiſſo intelligi text.
hunc non poſſe, quod fructus in eo non contine-
rentur, qui percepti ſunt, cum mortem teſtator obi
ret per l. iubemus. C. ad Trebellia. Duo enim ex arg.
hoc Barto. colliguntur. Prius ad ſenſum, l. noſtræ
in fructibus pertinet, de quibus intelligatur. De his
nimirum, qui in hæreditate inuenti teſtatoris ſunt,
non quos eo extincto, hæres percipit. Alterum in
d. l. iubemus, ampliāda conſiſtit. vt ad fructus porri-
gatur, non modo qui teſtatore mortuo, nati, & col
lecti, ſed & qui in hæreditate reperti eius ſunt.

Circa primum. Nihili Barto. argumentum fa-
ciendum, quo Pilei opinionem ex fructibus ſub im
pugnari putat. Quoniam, & ſi maximè & fideicom
miſſo, vt Pileus autumat, ſubſtitutio valeat, fructus
ei nihilominus, atque militari cederent, qui perce-
pti teſtatore incolumi, & in hæreditate inuenti eius
113 ſunt † cum ad rerum aliarum hæreditatis exem-
plum cenſeantur. gloſa. 1. in l. quod his verbis infra
de lega. 3. Soci. in conſi. 93. colum. 11. verſi. proba-
tur etiam dicta opinio lib. 1. Iaſ. hic num. 16. Ripa
num. 30. Idem Ripa in l. in fideicommiſſaria num.
11. & ſeq. num. 36. & num 40. infra ad Trebellia. In-
de non rectè in fructibus his diſcrimen inter milita-
rem, & fideicommiſſariam Bar. conſtituit. Quocir
ca inemendatum Barto. hic eſſe Ang. putat num.
2. De quo Barto. hic notula in oppoſi. hac memi-
nit. Mendam hanc in Barto. pro expedita Ripa hic
habet num. 38. verſi. quæro ergo, cum de fructibus
loquentem Barto. facit, qui in filij inſtituti hæredi-
tate inuenti, non etiam teſtatoris ſunt. falſum Bar-
to. codicem in fructibus his, Iaſ. hic aſſerit. nume.
16. Idque ex Barto. ipſo in oppoſi. vltima confir-
mat. In qua de fructibus tex. intelligit, qui tempore
percepti medio ſunt, hoc eſt intra tempus mortis
teſtatoris, & filij, non omnes tamen, reſtituendos,
at eos dumtaxat putat, qui reliqui facti ſunt, cum
vita filius ceſſit.

Secundi declaratio ſponte ſua ex priori emanat,
vt falſa ampliatio ſit, quæ ex dictis Barto. ad d. l. iu-
bemus percipitur, vt fideicommiſſo contra liberos
primi gradus fructus non cedant, qui in hæreditate
inuenti teſtatoris ſunt. Immo enim cedere, magis
erit dicere. Quatenus ad ſimilitudinem bonorum
aliorum hæreditatis eos æſtimandos, teſtatum ante
eſt. Atque in ſpecie ita apud Iaſ. hic notatum eſt, d.
num. 16. Ripam num. 39. & in d. l. in fideicommiſſa
ria num. 11. 12. 36 40.

Conſequenter his dicendum, ad fructus tempore
mortis teſtatoris extantes, & bonis eius inuentos
tex. non pertinere in d. l. iubemus. Quominus, aut
Trebellianæ cedere, aut reſtitui fideicommiſſario
debeant. Atque ideo in ampliatione hac Bartolum
lapſum.

Interpretatione hac admiſſa, vt de fructibus Bar.
ſentiat, qui in filij hæreditate reperti ſunt. De veri-
tate eius videndū. Controuerſam enim quæſtionem
eſſe, ex Iaſ. hic oſtenditur num. 13. aduſque num.
17. qui varias Doc. opiniones refert. Rationibus
vna atque altera interpretatio, & opinio hæc Bar-
to. iuuatur. Prior, quæ expreſſa ante eſt, quod ſi de
fructibus tex. hunc intelligimus, qui in hæreditate
inuenti teſtatoris ſunt. Præcipui quicquam milita-
ris non habebit, quandoquidem, & fideicommiſſa-
riæ eos accedere, declaratum ante eſt. At enim iu-
ris aliquid peculiaris in militari circa fructus, verſa-
ri, tex. innuit. Aliter quippe priuilegio in eis tacen-
te, quorſum de fructibus meminiſſe? arg. l. 3. infra de
lega. 1. l. 3. C. de fideiuſ. Itaque vt prærogatiuæ ali-
quid militaris habeat ab fructus referri tex. decebit,
qui in hæreditate reperti filij ſunt. Ad quos fidei-
commiſſaria, & l. mulier. §. ſi hæres infra ad Trebel.

Ratione altera interpretatio, & opinio hæc Bar.
corroboratur, quod impoſſibilis fructuum com-
prehenſio videtur, qui tunc erant, cum mortuus
teſtator eſt, ſiquidem ætatem non ferunt, quos
114 † vltra triennium non ſeruari lex præſumit. glo-
ſa in l. vnic. C. ſi aduerſus vſucapio. Iaſ. hic dicto
num. 13. verſi. ſed aduerte. Ripa num. 40. Corn. in
conſi. 104. col. fi. lib. 2. Proinde iure magis conſenta
nea, & veriſimilior interpretatio videtur. Per quam
ad fructus tex. refertur, quod in hæreditate ſua filius
reliquit. Ne de re impoſſibili ſenſiſſe iuris conſul-
tum dicamus.

Rationem tertiam pro Barto. Ripa hic aſſuit nu.
41. Quam ex verbis illis tex. elicit. Poſt eam autem
ætatem ex priuilegio militum patris duntaxat, cum
fructibus inuentis in hæreditate. verba hæc inuen-
tis, & poſt eam ætatem, ſub oratione eadem clau-
duntur, & ab eodem omnia verbo reguntur capiet
videlicet. ob id tempus iſtud poſt eam ætatem id eſt
poſt pubertatem, referendum ad omnia erit, quæ-
cunque à verbo eodem determinantur l. doli. §. 1. ff.
de ſeruo corrup. l. Seiæ. § Gaio. Ibique Bar. in prin.
& num. 2. in fi. infra de fundo inſtr. & idem Barto.
in l. prætor §. in l. 1. in prin. ff. de publica. in l. prætor.
§. cuique differentia. ff. vi bon. rap. & in conſi. 27.
viſa facti narratione. Deci. in conſi. 309. col. 3. ea de
re verba illa poſt eam ætatem, ad verbum etiam re
ferenda inuentis erunt, vt in fructibus tex. accipia-
tur, qui in hæreditate inuenti poſt eam ætatem,
aut pubertatem ſunt, vel planius participium illud
inuentis, ad verba illa applicandum, poſt eam æta-
tem, erit. Non etiam ad tempus aliud in oratione
ipſa non expreſſum haberi relationem conuenit, vt
ad illud tempus relatio fiat, quo viuere teſtator de-
ſijt. De quo tex. non meminit.

Ratio quarta afferri pro Barto. poteſt, de quo in-
ferius dicemus verſi. non denique argumentum il-
lud Bartolo obſtat, &c. Quæ ex tex. hoc colligitur.
quod ex priuilegio bona patris cum fructibus ca-
piuntur, qui inuenti in hæreditate ſunt, verbum
hoc priuilegio ſicut in eadem poſitum oratione eſt
ita referri ad omnia debet tam fructus, quam bona
omnia d. l. doli. §. 1. ff. de ſeruo corrup. & alia ante
relata. Conſequenter ad fructus etiam referendum
verbum hoc ex priuilegio erit, vt iure, & ipſi priui-
legiario veniant. At enim priuilegij quicquam in
fructibus non contingit, qui reliqui inuenti in hæ-
reditate teſtatoris ſunt. Immo enim iure hoc com-
muni deberi, teſtatum ſatis ante eſt.

Opinio diuerſa, vt fructus veniant in hæreditate
teſtatoris inuenti, rationibus ſequentibus inſtruitur
Principio, quod iudicio, & voluntate teſtatoris à fi-
lio, patre ſublato, percipiuntur. Atque ideo lucro
eius cedere ſimiliter debebunt, vt qui ab hærede
percepti grauato ſunt, quamuis extent, cum mor-
tem obit d. l. in fideicommiſſaria, & d. l. mulier. §.
ſi hæres infra ad Trebellia. Ang. in conſi. 331. an in
reſtitutione. Corn. in conſi. 158. circa fin. lib. 3. Pro-
inde ſicut rationem eandem fructus ibi militari at-
que in ſubſtitutione fideicommiſſaria habēt quod
iudicio, & ipſi teſtatori capiuntur. Ita ius idem pro-
bandū, & in eis videtur. l. non poſſunt. ff. de legib. l.
illud. ff. ad l. Aquil. l. non ſolum. §. qui primipilum.
Ibi rectè adaptans omnibus ſimilibus capitulis ſu-
pra de excu. tutor. l. 3. §. 1. Ibi nec ratio diuerſitatis
reddi poteſt, ſupra de iniuſto teſta. l. ſi poſtulauerit.
§. ſed

§. ſed & ſi negauerint. Ibi ratio enim adhuc eadem
eſt. ff. de adulter. l. milites agrum in prin. ff. de re mi-
li. & hoc genus innumera. Quam rationem contra
Barto. & aſſeclas eius viuam Iaſ. hic aſſerit num. 16.
verſiculo iſtam differentiam repræhendunt.

Ratio altera in Barto. aſſertur. Per quam argu-
mentum eius, & eum eo ſentientium infirmatur.
cum priuilegiarium in fructibus his militem eſſe, in
tex. innui noſtro aiunt. Immo enim priuilegium
nullum in fructibus præſupponitur, qui percepti à
filio ſunt, ob id ad caſum hunc non expreſſum tra-
hendum priuilegium non erit. Immo enim è con-
trario reſtringendum, vt quam minimum poſſit,
commune ius lædatur l. ſi quando in prin. C. de in-
offic. teſtamen. c. ſanè. Ibique Abb. & alij, de priuil.
Deci. in cap. cauſam quæ in fine primi nota. de re-
ſcrip. De quo cumulatè dictum in ſuperioribus ha-
bemus. tex. huc pertinet in l. Sancimus. C. de te-
ſtam. & in l. præcipimus in fi. C. de appella. Sed &
in Barto. Inſpectio ſua regeritur, per quam amplia
tio priuilegij inducitur, contra ac ius ferat. l. 1. C. de
dotis promiſ. & alia in ſuperioribus relata.

Rationem tertiam Iaſ. hic ſubijcit, quam om-
nium potiſſimam putat. Namque ſi fideicommiſſa
riæ, quæ iure communi conſtat, & ſubnititur, fru-
ctus hi non cedunt, qui a granato percepti ex vo-
luntate teſtatoris ſunt. Quantò magis in militarem
non venient, quæ iure ſpeciali valet, cum debilius
ſpeciale ius ad comprehendendum quam commu
ne iuuatur, vt hac, l. in qua ad bona filij non perin-
de militaris, atque pupillaris trahitur, quæ iure com
muni fulcitur. Eodem tex. petinet in l. eius militis.
§. militia miſſus, infra de mili. teſta. Inde male tu-
tum Barto. argumentum Iaſ. credit, quo in Pileum
vſus à fructibus eſt, eos quippe non magis militari
quam fideicommiſſariæ accedere, atque ideo quod
ad Barto. arg. attinet, iure militari poſt pubertatem
l. hac cenſenda ſubſtitutio non erit. Quatenus ad
fructus accommodari eam conuenit, qui in hære-
ditate teſtatoris erant, & qui in fideicommiſſariam
etiam veniunt.

Argumenta hæc tria, quibus Barto. opinio con-
futatur, morſicantia admodum non videntur, &
primum, quidem non premit. Rationem eun-
dem militaris ac fideicommiſſariæ circa fructus vi-
deri, qui teſtatore percepti ſublato ſunt, quod vo-
luntas in omnibus teſtatoris contingit. Quoniam,
& ſi eadem vtrubique voluntas inueniatur, ſimilis
115 tamen poteſtas non eſt. Maiore † quippe milita-
ris quam fideicommiſſariæ vim eſſe, in obſcuro
non eſt. Siquidem iura directa per militarem quæ-
runtur, quod contra in fideicommiſſaria eſſe, decla
ratum initio, & in ſuperioribus habemus. Rurſus
detractionem vllam militaris non ſimiliter vt fidei
commiſſaria patitur. Atque ex Barto. ipſo in op-
poſi. hac, & Ripa num. 38. & pluribus ſeq. maior
militaris quam fideicommiſſariæ vis declaratũ an-
te eſt. Quibus Ang. Caſtren. & nos quoque met aſ-
ſuimus. Apparet ex his, pleniorem iuriũ tranſlatio-
nem per militarem, ac per fideicommiſſariam in
bonis ipſis, & iuribus principalibus fieri. Qua ratio
ne igitur fortior militaris ad iura principalia transfe
renda, quam fideicommiſſaria apparet. Ita fortior
perhibenda, & in acceſſorijs hoc eſt fructibus appre
hendendis erit, vt ad fructus militaris porrigatur,
ad quos fideicommiſſaria non pertinet. arg. l. 3. §.
hæc verba verſi. ſed ſi quid. Ibique Bal. ff. de nego.
geſt. l. item ſi fundi. §. huic vicinus. Ibique gl. ff. de
vſufruc. l. domo. ff. de pign. actio. l. ſi fundus. §. ſi
res. & l. paulus. §. domus. ff. de pignor. & hoc genus.

Secundò quod ex ratione eadem arg. colligitur,
vt ratio eadem militaris circa fructus, atque fidei-
commiſſariæ dicatur. Atque ideo militari fructus
non accedant, qui voluntate percepti teſtatoris,
ſunt, & qui reliqui in hæreditate ipſa filij inueniun-
tur, in aduerſarios regeritur, ex diuerſis quippe ar-
gumentum deducitur, ratio in quibus diuerſa inue-
nitur, tantum abeſt, vt rationis eiuſdem militaris,
atque fideicommiſſaria dicatur, à debiliori enim
ad validius arg. deſumitur, hoc eſt à fideicommiſſa
ria ad militarem, Quam potentiorem fideicom-
miſſaria eſſe teſtatum mox ante habemus, tum in-
de etiam liquet, quod vulnera qua detractionum
non ſuſcipit. Quibus lædi fideicommiſſaria ſolet.
Rurſus ad bona per ſe, & citra opem alienam ca-
pienda, militaris valet. Quod contra in fideicom-
miſſaria eſſe, ex Barto. in oppoſi. hac demonſtraui
mus. Idque confirmatum, & à nobis eſt. Quis igi-
tur arg. hoc ferat, quod ex imbecilliori negatiuè
captum contra robuſtius eſt, l. qui indignus. ff. de ſe
nator. Deci. in l. ſi maritus num. 7. C. de collatio.
Iaſ. in l. ſi ſtipulatus fuerim in tertio nota. ff. de ver-
bo. obliga.

Non obſtat, quod omnium fortiſſimum Iaſ. ait,
virtutis maioris, militari fideicommiſſariam eſſe,
vtpotè, quæ iure communi nititur, locum enim ita
obtinet, cum diſponentis voluntas conſtat, vt ſpe-
ciale ius tollatur. Cauſa alia eſt, cum in obſcuro vo
luntas latet. Potius enim quam commune, ſpecia-
le tum ius habetur. Idque videmus, quod ad ea ge-
neralis remediorum excluſio non pertinet. Quæ
iure prodita ſpeciali ſunt, verum reſtringi ad ea ſo-
let, quæ iure introducta communi ſunt. Ea ratione
116 † remedijs omnibus prohibitis, & excluſis, Reſti-
tutio ſalua in integrum manet glo. & Doc. in l. poſt
quam liti. Ibique Decl. col. fi. & Iaſ. circa fi. C. de
pactis, voluntas planè teſtatoris in manifeſto circa
diminutionem in fructibus, aut detractionem ali-
quam non apparet. In re igitur dubia id velle teſta-
tor creditur, vt quam maximè poſſit, effectum ſub-
ſtitutio habeat. Atque ideo potentior haud dubie
quam fideicommiſſaria militaris videtur.

Secundò maius in militari quam fideicommiſſa-
ria robur ex Iaſ. ipſo hic liquet num. 17. verſi. nota
ſecundum vtilitatem, vbi legitimam militari dige-
ſtorum, & C iure cedere ait, quod ſecus in fideicom
miſſaria eſt. Idque, & Barto. hic nominatim obſer-
uat. ſi ad legitimam apprehẽdendam militaris va-
let, ad quam ſatis fideicommiſſaria non eſt. Quo-
modo fideicommiſſaria militarem infirmiorem di
cere Iaſ. potuit. Rurſus ſi ad militarem legitima
ambulat, in qua creditor filius, quod ad patrem at-
tinet, perhibetur, l. Papinianus. §. ſi quis impubes in
fi. ff. de inoffi. teſta. Inde iure debita naturæ dicitur.
§. hoc nos in Auctẽ. de trien. & ſem. Debitum item
bonorum ſubſidium nuncupatur, l. ſi totas. C. de
inoffi. dona. & hoc genus. Quantò magis ad fructus
capiendos valebit, quos filius reliquit, cum è viuis
diſceſit. In quibus creditoris vicem filius non ſuſti-
net. Neque debiti in eis ius contingit Secundum
quæ ſuo ipſius gladio Iaſ. iugulatur.

Non obſtat, maiorem fideicommiſſariæ vigo-
rem, eadem ac pupillaris ratione doceri. Pupillaris
enim cò potentior militari dicitur, atque ideo filij
etiam bona capit, quod iure communi conſtat.
Quod contra in militari eſt, quæ niſi ex priuilegio
non valet. Quoniam ſi maiorem inde poteſtatem
admitrimus, quod iure communi pupillaris valet.
Conſequens fiet, pari ac pupillarem vi, & fideicom
miſſariam æſtimandam, quæ & ipſa iure commu-
ni ſuſtinetur. Quin etiam iure magis communi fi-
deicommiſſum, quam ſubſtitutionem pupillarem
niti, dictum in ſuperioribus habemus, quod iure
proditum ſpeciali eſt, vt alij quis teſtamentum fa-
ciat. l. 2.

non ſunt, cò conſentiam, & quin a Barto. ipſo diſce
118 dam. Atque ideo † in fructibus text. interpretan-
dum magis ſit dicere, qui in hæreditate inuenti teſta
toris ſunt. Quæ opinio ex text. hoc primum iuua-
tur, in quo niſi patris bona ad ſubſtitutionem mili-
tarem non accedere, expreſſum eſt. At enim filij
etiam bona venirent, ſi fructus ſubſtitutio arripit,
qui in hæreditate reperti filij ſunt. Siquidem in bo-
nis nunquam patris fuerunt.

Secundò ſi a filio fructus hi, aut alienati, aut con
ſumpti eſſent, quin ad ſubſtitutum non pertineant,
proculdubjò eſt, vtpotè in hæreditate non inuenti.
Sed enim alienati, & conſumpti hoc ipſo dicuntur,
quòd teſtatus filius eſt, & hæredibus eos ſcriptis reli-
quit, ſed & idem inteſtato filio ſublato Quo caſu in
hæredes legitimos facta alienatio creditur. l. conſi-
ciuntur in princi. l. ſi quis cum nullum infra de iure
codicil. l. in ſingulos. Ibi eius anni legatum hæredi
ſuo relinquit, & in fin. hæredi eos fructus non relin
quet. infra de annuis lega. De relicto enim text. lo-
quitur, quod ab inteſtato contingit. Ita relinque-
re, & diſponere is etiam perhibetur, qui inteſtatus
obit. In eandem ſententiam text. eſt in l. ſi cum pa-
trono. §. 1. infra de bono. poſſeſ. glo. & Barto. in l. 1.
§. vel maximè infra de colla. bono. glo. in l. 4. in glo.
pen. in fin. C. ad Trebellia. Scitè Bald. in l. 1. numero
17. verſiculo venio ad ſecundum. C. de ſum. trini. &
fide cath. Tacite cum teſtari intelligi, qui expreſſim
non teſtatur, & in quæſtio. ſcita Bald. iun. in l. cum
filio numero 4. infra de lega. 1. Curti. poſterior in
conſi. 4. & apud nos in conſi. 70. nu. 13. in fi. in conſi.
576. in fin.

Tertiò ex tex. hoc noſtro intellectus Bartolo cõ-
trarius roboratur. tex. ipſum contra Ripæ inductio-
nem, & inſpectionem numero 41. reijciendo. Qui
verba illa poſt eam ætatem cum fructibus inuentis,
obſeruat, quæ ſub eadem conſcripta oratione ſunt.
Atque ideo de fructibus poſt pubertatem inuentis
text. intelligendum. Namque cum niſi patris bona
ſubſtitutionem non cedere dicat, & de fructibus
ſubiectum mox ſit, cum fructibus in hæreditate in-
uentis declaratione hæreditatis non facta, de qua
ſentiat, patris, an filij, ad hæreditatem referri opor-
tet. De qua dictum mox eſt nimirum patris, quate-
nus ſub vna omnia comprehenſa oratione ſunt. d.
l. doli. §. 1. ff. de ſeruo corrup. d. l. Seiæ. §. Gaio. ibi-
que Barto. in duobus locis infra de fundo inſtru.
Corn. in conſilio 97. colum. 2. circa fi. & in conſilio
203. vol. 1. lib. 4.

Quartò deciſio gemina. & æque principalis hic
vertitur, vna in pupillari in priore legis parte. Alte-
ra in militari, verbum plane hæreditate in parte ex-
preſſum poſteriore eſt, quę ad militarem ſpectat, ob
id ex verbis declarari dictionem hæreditate opor-
tet, quæ immediata & proxima ſunt, nempe in ora-
159 tione eadem expreſſa, ſiquidem † potiora imme-
diata ad declarandum, & diſponendum, quam me-
diata, aut remota ſunt. l. rogaſti. ff. ſi cer. pet. l. pen. ff.
condi. ob turpem cau. l. Socium qui in eo. §. 1. ff. pro
Socio. l. qui liberis. §. hæc verba, & l. cum filio hoc
noſtro titu. l. ſi ſolus in fi. infra de acq. hæredi. l. hoc
legatum & l. ſed ſi ſic. §. fi. infra de lega. 3. l. filius pa-
troni infra de bonis liber. l. cum de hoc. ff. de excep.
rei iudi. & alia quam plurima. Itaque cum niſi de
bonis patris in parte ſecunda, & in militari tex. non
loquatur, verbum hæreditate in parte ipſa poſitum
ad hæreditatem etiam referri patris debebit.

Quintò verba iſta cum fructibus inuentis in hære
ditate per ſe non conſtant, neq; clauſulã conficiũt,
verum in parte clauſulæ ſunt, in qua de ſubſtitutio-
ne militari tractatus ſit. Proinde ad clauſulam refer
ri partis prioris non debent, quæ ſeparata eſt, & in
qua de pupillari agitur, verũ ad proxima haberi re-
lationem tunc conuenit. l. 3. ſupra de lib. & poſthu.
l. fi. infra de rebus dub. l. 1. C. de lib. præter. Bal. in con
120 ſilio 357. clauſula lib. 4. Ad ſuperiora † enim om-
nia clauſula refertur, quæ ſubiecta in fine omnium
eſt. Cæterum ꝙ in oratione vna ponitur, ad aliam
non trahitur. Abb. in conſi. 14. col. 1. & in conſi. 75.
nu. 2. verſi. ſecũdo hoc videtur expreſsè probari lib.
2. Io. de Ana. in conſi. 35. circa fi.

Sextò ad præcedentia omnia relatio non fit, quo-
tiens capituli vnius declarandi, moderandi, aut limi
tandi cauſa, quid adſcribitur. Ad illud quippe capi-
tulum reſtrictio habetur. l. filium ĵ. quan. dies lega.
ced. Bar. in d. l. fi. ĵ. de rebus dub. ibique etiam Soci.
col. fi. in prin. verſ. ſecundo notandum eſt. Fely. in c.
cauſam quæ col. 4. in fi. in tertia limitatione. de re-
ſcrip. & hoc genus capituli planè declarãdi, aut qua
lificandi cauſa adiectũ quid creditur, cum intra ver-
ba vnius capituli adiectio ſit Bar. in l. talis ſcriptura.
§. fi. nu. 3. infra de lega. 1. Abb. in d. conſi. 75. nu. 2. lib.
2. Io. de Ana. in d. conſi. 35. in fin. Deci. in c. ſecundo
requiris nu. 3. verſi. ſecundo exemplum ponitur. de
appella. Soci. in l. 3. §. filius nu. 8. ſupra de lib. & poſt-
hum. ſed enim intra capitulum militaris verbum in
ſertum hæreditate eſt, & illius declarandi cauſa mẽ-
tio fructuum habetur, quo planum fiat, quid & quã-
tum ſubſtitutio complectatur, vtrum ad fructus per
tineat, ob id ad militarem reſtringenda verba hæc
erunt, cum fructibus inuentis in hæreditate, vt ad
fructus trahantur, qui in hæreditate inuenti teſtato-
ris ſunt, & qui in dominio eius erant, cum animam
ageret. Cum niſi bona eius non veniant.

Septimò ad ſuperiora omnia nunquam relatio
admittitur, vbicunque ratio qua innenitur, quam
ob rem ad proxima potius relatio fiat. l. ſi idem. §.
fin. Ibique Alex. num. 3. ff. de iuriſdi. omn. iudi. l. 1 §.
deinde. cum §. ſequen. de poſtulan. d. l. 1. C. de libe
præteri. à ſenſu contrario argumentando. glo. in c.
ſtaturum in ver. locis. de reſcrip. lib. 6. in c. 1. in verſi.
de cætero. melius in verſi. hic de poſtula. præla. eod.
lib. Barto. in d. l. 3. §. filius numero 7. ſupra de libe. &
poſthu. in d. l. talis ſcriptura. §. fin. in conſi. 54. Ange-
lus Mariæ num. 4. verſi. volendo tamen. & hoc ge-
nus ſexcenta. At enim rationem longè aliam fru-
ctuum in hæreditate teſtatoris, atque hæredis inuen-
torum eſſe, teſtatum ſatis in ſuperioribus habemus,
quòd ad exemplum illi bonorum aliorum hæredi-
tatis indicantur, atque ideo fideicommiſſo cedunt.
Lucro hi hæredis cedunt, neque in reſtitutionẽ fidei
commiſſi veniunt, vtpotè teſtatoris ipſius iuditio,
& voluntate percepti.

Octauò præmiſſorũ omniũ nihil eſſe fac. In ob-
ſcuro eſto res ſit, ꝗ perſpicuã ex ante narratis oſten
121 dimus. In re † dubia ad teſtatorem, non ad hæredẽ
referri verba conuenit. l. debitor in prin. ĵ. ad Trebe.
vbi cũ hæreditatem filiæ ſuæ reſtituere hæres iubet,
ad teſtatorem, ſuæ, dictio, non ad hæredẽ refertur, vt
teſtatoris, non hæredis filiæ reſtitutio fiat. l. cum in
teſtõ. ibique gl. 1. & Bar. ĵ. de auro & arg. lega. glo. &
Doct. in l. ex facto in prin. ĵ. ad Treb. Ruin. in conſi.
15. nu. 19. lib. 3. Qui laudatiſſimum omniũ tex. præ-
dicat in d. l. debitor. tex. huc accedit in l. cũ acutiſſi-
mi in fi. C. de fideicom. Bar. & alij in l. peto. §. fratre
ĵ. de leg. 2. idem Bar. in l. filiusfami. §. cum pater inf.
de lega. 1. vbi cum bona extra familiam alienari te-
ſtator vetat, ad familiam teſtatoris prohibitio appli
catur. De quo Curt. ſen. meminit. in conſi. 40. nu. 14.
Deci. in conſi. 321. quo argumento in Bar. Ripa hic
vtitur nu. 40. in fi.

Nono argumento à ratione fortiore deſumpto

opinio hæc contra Barto. confirmatur. Plus iuris iu fructibus bonorum patris defuncti, a quo facta militaris eſt, quam fructuario haud dubiè competit. Cum dominium etiam fructuarius habeat.

Atque ideo cautionem filius non præſtat, de qua in titu. ff. vſufructuat. quem. cauc. fructuarius planè ſuos fructus facit, ſtatim, quam percepti ab eo ſunt, quamuis vita mox decedat, atque adeo in hæreditate eius extent. l. defuncta. ff. de vſufruc. itaque quis filio & domino deneget, quod fructuarius ſimplex conſequitur?

Decimò ratione inuicta opin. hæc confirmatur, quòd niſi hæreditatis vnius fructus ſubſtitutioni nō cedere text. exprimitur. At enim hæreditatis vtriuſque & patris, & filij fructus venirent. ſi Barto. aſſentimur. Siquidem dubitationis quicquam in fructibus non vertitur, qui in hæreditate inuenti teſtatoris ſunt. Quamuis dubitandi ratio inducta à nobis mox ſubijciatur.

Sententia hac contra Barto. ita inſtructa, in contrarijs profligandis labor capiendus. Itaque argumen. primum non obſtat, præcipui quicquam in ſubſtitutione militari circa fructus non eſſe, ſi de fructibus text. intelligimus, qui in hæreditate inuenti teſtatoris ſunt, vtpotè, quos ad exemplum rerum aliarum hæreditariarum iudicari demonſtratum habemus. Atque ideo de re controuerſiæ nullius, expreſſionem factam. Hallucinatio enim hic nec leuis in Docto. inuenitur, quibus viſum eſt, à dubitatione vacare, quod ſcriptum in fructibus his eſt. Immo enim dubitandi ratio minimè languida, per quam argument. regeritur, quòd non æque ad militarem fructus controuerſi accedere, atque ad fideicommiſſariam videbatur, id quia iure priuilegiario, & ſpeciali militaris valet. In quo quod conſtitutum circa principale eſt, ad fructus, & acceſſoria alia non trahitur. Verum ex-
122 preſſionem deſiderant. Idque in † reſtitutione videre in integrum eſt, quæ de principali permiſſa ad fructus, acceſſoria ve alia non porrigitur. l. fina. §. fina. ibique Barto. ff. de conditio. indebi. Socin. in l. multa in primo nota. intra de conditio. & demonſtratio. & in conſilio decimooctauo numero ſeptimo verſiculo præterea ſententia libro 3. Rei cujus illa eſt ratio, quòd odioſum, atque ideo reſtringendum ſpeciale ius eſt. l. prima. ff. de conſtitutio. princip. l. ex facto infra eodem. Oldrad. in conſilio decimoquarto, cum quæritur colum. fina. Bald. in l. prima in primo nota. C. de legib. Roma. in conſilio 180. numero octauo. Deci. in l. in omnibus cauſis numero ſexto. ff. de regu. iuris. Ripa hic numero duodecimo in fin. De quo etiam dictum in ſuperioribus habemus. In quibus generalius etiam oſtendimus, odioſum receſſum omnem à iure communi eſſe, per l. ius ſingulare & l. quod vero contra. ff. de legib. l. 2. C. de noxalib. & hoc genus apud nos adſcripta in reſpon. pro genero numero ſeptuaginta. text. ad reſponſionem hanc conferri in l. mulieri & Titio infra de condit. & demonſtra.

Ratione hac dubitandi poſthabita, contra determinatum à iuriſconſulto eſt, & ad fructus controuerſos ſubſtitutionem militarem trahendos.

Decidendi planè ratio non deeſt, quòd non vel acceſſorij, verum quia ſi principales, aut principalis pars bonorum, aut hæreditatis, fructus hi cenſentur. Sic quomodo declaratum in ſuperioribus eſt poſt Iaſo. hic numero 16. Ripam nu. 39. & alia à nobis ſubiecta.

Secundò reſpondetur locum argumento non eſſe, de quo in dubitandi ratione, vbicunque à lege ipſa immediatè, & citra vllum hominis factum, ſpeciale ius prodiit. Veluti cum iure ipſo & abſque ſententia iudicis reſtitutio cui in integrum contingit. Quo caſu ad acceſſoria ſpeciale reſtitutionis in integrum ius trahi. Roman. docet ſingula. 543. reſtitutio. At enim per legem vnam, aut ſolam ſubſtitutionis militaris ius competit, illico vbi caſus eius euenit. Neq; iudicis adminiculum opus, cum iure ſuo bona ſubſtitutus capiat, ob id ad acceſſoria trahi eam conuenit.

Ad argumentum ſecundum, poſt triennium fructus non conſeruari. Atque ideo conſumptos intelligi, neque in hæreditate eos teſtatoris inueniri. Reſpondetur. æſtimationem præſtandam, de ſcriptione eorum facta, cum inuenti ſunt. l. ſi tibi vini. ff. de vſufru. earum rerum, quæ vſu conſu. & argu. l. cum tale. §. 1. ibique Bald. & Caſtren. infra de condi. & demonſtra.

Secundò reſpondetur, argumento hoc admiſſo, abſurdam rem conſequi, vt nec fideicommiſſo hoc genus fructus cedant, contra quam receptum vulgo eſt.

Tertium item argumentum. De quo apud Ripam hic numero quadrageſimoprimo. Reflexum in eum ſupra in argumento tertio contra Bartol. habemus. Ad verbum patris proximius, quam verba poſt eam ætatem, relationem verborum hæreditate, & inuentis faciendam.

Secundò reſpondetur. In eo Ripam laborare, vt participium inuentis ad verba illa poſt eam autem ætatem referatur. Hoc eſt, vt de fructibus text. intelligatur, qui in hæreditate inuenti poſt pubertatem ſunt. Atque ideo de hæreditate filij neceſſariò text. accipiendum. Sed enim verba illa aduerſatiuam habent ſine copula. Cuius proprium eſt, in iure & facto, ſuperioribus aduerſari. l. hoc amplius. §. de his. Ibique Barto. ff. de damn. infect. glo. in l. ſecunda. ff. ne quis eum qui. in l. ſed & ſi lege in princip. ff. de petitio. hæredita. & in l. patris, & filij. in glo. magna infra eodem. in iure planè per omnia non aduerſaretur, ſi fructus in militarem veniunt, qui in hæreditate inuenti filij ſunt. Verum pupillari ſimilis in ea parte eſſet. Quæ ad filij bona pertinet.

123 Tertiò reſpondetur, reſtrictionem † verborum faciendam, vt quo prolata ſunt, reſpectu intelligantur. l. fina. ff. quemadmod. ſerui. amitta. l. Neſennius §. fundum. ff. de re iudica. l. ſecunda §. homines. ff. vi bono. rapto. l. item apud Labeonem. §. interdum & l. eum qui nocentem. §. ſi. ff. de iniur. Enimuero nonniſi ſubſtitutionis militaris cauſa, verba adiecta illa ſunt, poſt eam autem ætatem. Quo planum videlicet fieret, niſi militari locum poſt pubertatem, & hæreditatem agnitam non eſſe. Proinde ad militarem ipſam reſtringi verba ipſa conuenit. Non etiam ad verbi inuentis trahi determinationem debebunt, cum ob cauſam prolata inuentionis non ſint.

Quartò niſi poſt mortem teſtatoris, aut inteſtato defuncti hæreditas non dicitur, & à morte demum nomen hoc hæreditatis incipit cum nulla ſit viuentis hæreditas. l. ſecunda ff. de hæredi. vel actio. vendi. l. in ſuis ſupra de libe. & poſthu. l. ſecunda §. interdum ſupra eodem l. qui ſuperſtitis infra de acquiren. hæredi. & hoc genus. Quocirca ipſum inuentionis tempus à verbo hæreditate neceſſariò declarabitur, vt de fructibus tex. intelligatur, qui inuenti tunc ſunt, cum eſſe hæreditas cœpit. Atque ideo a verbis illis poſt eam ætatem verbi declarari inuentis non debebunt. Cū de ijs tex. loquatur, qui inuēti in hæreditate ſunt. Hoc ita admiſſo, vt à verbo hære-

ditate

ditate inuentis participiũ declaretur, illud demum videndum, de qua hæreditate intelligi text. debeat, patris, an filij, & quidem patris hæreditatem ſpectandam, ſatis ſuperque teſtatum in ſuperioribus habemus.

Quintò neceſſaria, & coacta interpretatio hæc videtur, vt ad hæreditatem patris relatio fiat, ſiquidem verbis ipſis hærendum, & ſignificatu ſtandum eorum ducimus. Rei cuius gratia illud repetendum, quod dictum circa initium commentarij noſtri habemus. Eò puberi, à pagano poſt hæreditatem aditam non ſubſtitui, quod fieri nequeat, & hæres eſſe deſinat, qui hæres ſemel extiterit. l. & ſi ſine. §. ſed quod Papinianus. ff. de minor. l. 3. §. qui fideicommiſſariam, & l. ei qui ſoluendo ſupra titu. 2. iuris huius vinculum ſolutum in militari ſubſtitutione eſt, & in re hac priuilegium militaris conſiſtit. Hæres quippe neceſſario eſſe deſinit, ſtatim quam ſubſtitutionis caſus euenit. Quod cum ita ſit, in hæreditate filij dici bona paterna nequeunt. Conſequenter verbum illud hæreditate ad patres referri neceſſario debebit, hæres cui ſubſtitutus per militarem ſit.

Si dixeris, de hæreditate filij, quoad bona eius text. intelligendum, in quibus inuenti fructus ſunt. Reſpondetur, de hæreditate patris text. loqui & accipi oportere, quæ ad ſubſtitutum pertinet, vt fructus etiam appræhendat, qui in ea erant. Aliter porrò interpretantibus abſurda res conſequitur, vt fructus bonorum præſtentur, quæ ipſa præſtationi nõ accedunt, fructus tum enim venire dicemus, qui in ea inuenti hæreditate ſunt. Quæ ipſa ad hæreditatem non venit.

Secundo expreſſius argumen. diluitur verba hæc cum fructibus inuentis in hæreditate, pari iure determinanda, quandoquidem ſub eadem omnia cõpræhenſa determinatione ſunt, & ab eodem omnia verbo determinantur. l. iam hoc iure ſupra cod. l. quamuis. C. de impube. ea ratione de fructibus in ea hæreditate inuentis accipi textum conuenit, quæ & ipſa ad ſubſtitutionem pertinet. Rurſus pro re vna, & eadem fructus, & hæreditatem tex. habet, vt eadem hæreditatis, ac fructuum conditio fiat. l. cum qui ædes. ff. de vſucapio.

At enim diuerſa haud dubie cauſa fructuum atque hæreditatis erit, ſi de hæreditate filij textum interpretamur, quam extra ſubſtitutionem ponimus, fructibus ſub ea compræhenſis.

Ratio item, aut argumen. quartum non mutat pro Barto. adſcriptum, ſub eadem oratione verba illa ex priuilegio inſerta. Atque ideo æque ad fructus, ac bona alia referri, vt iure omnia priuilegiario capiantur. Priuilegij vero quicquam in fructibus non verti, qui in hæreditate inuenti teſtatoris ſunt, quos iure communi venire, declaratum habemus. Reſponſio enim in promptu eſt, verba hæc ex priuilegio ad ius, aut modum capiendi referri. Modus enim declaratur, quo accipi bona ſolent, nempe ex priuilegio, non iure communi per fideicommiſſum. In quo modo priuilegium verſatur. Siquidem, quod ad ius commune attinet, iure directo cum fructibus capi bona nequeunt. Non etiã ad bona ipſa, & fructus quantum ad compræhenſionem priuilegium ſpectat, vt ex priuilegio bona & fructus veniant. Immo enim reſpectu compræhenſionis priuilegium ſilet. Cum niſi patris bona non veniant.

Secundò argumen. retorquetur, ſi ad compræhenſionem priuilegium trahimus, vt fructus compræhendantur, etiam qui in hæreditate inuenti filij ſunt. Conſequens fiet, vt idem probandum, & in bonis ſit, vt bona etiam veniant, quæ in hæreditate inuenta filij erunt, ſiquidem priuilegij quicquam in bonis alijs teſtatoris, non contingit, quæ ad fideicommiſſum etiam pertinent.

Satis hæc circa fructus in quinta Barto. oppoſi-
124 ſunt. De ſenſu dict. l. precibus. † Secundo loco principaliter videndum, in quo ſenſu cum glo. Bar. partim conſentit, partim diſſentit. Conſentit, inquantum matris gratia obliquationem ſubſtitutionis fieri poſt pubertatem ſcribit. Quæ iure directo valitura ante pubertatem erat. Diſſentit, quatenus verbis ibi directis ſubſtitutionem factam glo. credit, neceſſarioque præſupponit. Quam verbo communi perſcriptam frequentior Docto. chorus cum Barto. arbitrantur. Quod autem verbis directis ſubſtitutionem in dicta l. precibus. factam. glo. intelligat, non obſcurè liquet, quòd niſi matris fauorem in dicta l. precibus non obſeruat, ita paritatem à cæteris admittit. l. cum prætor. ff. de iudi. l. maritus. C. de procurato. cap. nonne de præſumptio. Rurſus ſi verbis directis ſubſtitutionem in dicta l. precibus. factam glo. non ſentiret. Inepta atque ex diuerſis oppoſitio eius arguitur. Ideſt à verbo communi ad directum, viceque contraria. Inter quæ non paululum diſtat. Siquidem ad ſubſtitutionem vtranque & propriè iuxta obliquã, ac directam commune, at non directum perinde verbum refertur.

Tertiò expreſſim id glo. ſentire, vt verbis directis in dicta l. precibus. facta ſubſtitutio ſit, ex eo oſtenditur, quòd locum. l. noſtræ non putat, cum mater ſuperat. Atqui verbis hic directis ſubſtitutionem factam, palam eſt.

Senſum hunc glo. vt verbis directis ſubſtitutio facta in dicta l. precibus ſit. Non ab re Barto. & alij vulgatius improbant, vtpotè, quo recepto, vitium geminum incurrit. Prius, quòd fauore matris verba vulnerentur, directa in obliqua tranſeant, contra quam expreſſum, permiſſumve iure ſit. l. non aliter infra de leg. 3. & alia non pauca, & qui locum regulæ in matre non eſſe aiunt, probare neceſſe habent. l. ab ea parte. ff. de probatio. l. ſuus quoque verſiculo puto ſupra titu. 1. cap. venerabilibus verſiculo poteſt quoque de ſenten. excommu. libro 6. glo. in rubri. de regu. iuris libro 6. circa fin. verſiculo & potior eſt eius cauſa. in cap. vtiic circa med. verſiculo, vel dic plenius. eodem titu. & lib. Anchar. in conſi. 130. pro & contra numero 2. & in conſi. 363. dubium numero eodem. & hoc genus. Quomodo porrò exceptio, qua in matre oſtenderur. Cum ne cauſæ quidem piæ gratia à verbis diſcedi Caſtren. ſcribat in conſilio 321. viſis & ponderatis colum. 2. in fin. libro 1. Ad quam ſententiam confert, quod relatum apud Bald. eſt in l. fin. numero 10. C. de lib. præteri. diſtinctionem fauoris, & odij in verborum ſignificatu ſequendo non fieri, ideſt æque in cauſa fauorabili, qualis pia eſt, atque odioſa proprium verborum ſignificatum ſpectandum. Atqui minus cauſæ piæ tribuendum, quam aſcendentibus non videtur. Non vſquequaque tamen & ſine diſtinctione Bald. & Caſtren. dictum admiſerim. Siquidem impropriè fauoris cauſa, verba intelligenda non raro legimus.

Abſurdum alterum ex ſenſu glo. conſequitur, quòd in l. noſtra reſtringenda conſiſtit, ne matre locum ſuperſtite habeat, contra quam l. ipſius ge-
125 neralitas ferat. Neque noſtrum eſt, † generalia legis verba amputare. l. 3. in fin. ff. de offic. præſid. l. quique. §. parentes. ff. de in ius vocan. l. quos prohibet. ff. de poſtulan. l. de pretio. ff. de publicia. l. ſi quis ſic ſtipuletur ſupra ſolu. matri. & infinita hoc genus. Sed & in ſpecie pœnali verborum ſignifica-

tum ſeruandum, ex text. oſtenditur in l. cum lege. Ibique Areti. circa princi. ſupra de teſtamen. inde contrarium menti teſtatoris ſenſum hunc glo. ante docuimus. Siquidem ex verbis ipſis cognoſci mẽs ſolet, vt id velle quiſque credatur, quod verba ipſa ferunt. l. Labeo. §. idem tubero infra de ſupellect. lega. & alia ſupra relata. Proinde quòd iure directo poſt pubertatem in l. hac ſubſtitutio valeat, ratione glo. ſingulari non fit, quòd in medio mater non eſſet, verum quòd verbis directis concepta, ſubſtitutio fuerat. Quibus manere in dubio oportet. Cauſa alia d. l. precibus eſt. In qua verbo communi ſubſtitutionem compoſitam crebrior. Barto. & aliorum ſententia habet, atque ideo abſurdi quicquam non vertitur, ſi ad ſenſum obliquum poſt pubertatem trahitur. Quem verborum ſignificatio non repudiat.

Senſum hunc Barto. circa dictam l. precibus & l. noſtram, vt verbo communi in dicta l. precibus facta ſubſtitutio ſit, quod obliquationem poſt pubertatem matris cauſa accipit. in l. autem noſtra eo obliquationem poſt pubertatem non fieri, quòd in verba directa conſcripta ſubſtitutio eſſet, maior Docto. pars amplectitur. In re vna a Barto. circa ſenſum hunc, plerique diſſentiunt, quòd non matris, verum impotentiæ ratione in dicta l. precibus. ſubſtitutionem obliquari putant. Impotentiam planè inde arguunt, quòd communi, non priuilegiario ibi iure à milite factum teſtamentum eſt, idque in dubio præſumi. Quod cum ita ſit, Matris nihili interuentum faciendum, Quandoquidem, & ea re mota, iure directo poſt pubertatem valitura nihilo magis ſubſtitutio erat. l. verbis ciuilibus. & l. in pupillari ſupra eodem. §. maſculo inſtitu. de pupilla. Barto. planè iure militari in dicta l. precibus. teſtamentum cõditum neceſſario hoc ipſo ſentit, quòd matris fauorem intuetur. Qui ad rem in teſtamento pagani, militisve poſt pubertatem non attinet. Quotiens iure, & ipſe communi miles teſtatur, quo caſu intra pubertatem demum matris fauor ſpectatur, & in controuerſiam vocatur, in ſignificatu ne directo, quòd commune eſt, contra matrem, an ex obliquo tempore omni matris ipſius ergo, accipiatur. De quo apud Barto. infra numero vigeſimooctauo, vbi opin. hanc probat, vt ex fideicommiſſo per tempus omne, atque adeo ante pubertatem etiam ſubſtitutio conualeſcat. Quæ opinio per text. in dicta l. precibus. ſecundum hunc Barto. ſenſum maximè adiuuatur. Qua enim ratione poſt pubertatem, quod commune eſt, ad ius fideicommiſſi, matris nomine in teſtamento militis verbum trahitur. Ita in teſtamento pagani dicendum, vt matris vnius gratia, & ante pubertatem verbum ipſum commune trahatur. Ratio quippè diuerſitatis in temporibus his ante pubertatem, & poſt, non vĩ. Cur non æque ante pubertatẽ, atque poſt ipſius matris ergo obliquatio fiat. l. 3. §. 1. ibi nec ratio diuerſitatis reddi poteſt ſupra de iniuſto teſta. quamuis diuerſitatis rationem in milite ipſo à Barto. animaduerti mox declaremus.

Sed videndum in ſenſu hoc Bart. Contraria cum ipſi ſibi loqui videri. Namque dicto numero 28. fideicommiſſariam tempore omni matris ratione ſubſtitutionem dijudicat, quæ verbo communi facta à pagano eſt, Atqui in oppoſi. hac quinta niſi poſt pubertatem obliquationẽ non admittit. Poſtquam matris vnius contemplatione obliquationem hanc fieri, & in militis teſtamento ſcribit. Cur non, & ante pubertatem ſimiliter, vt in teſtamento id pagani fit. Quæ ratio circa tempora hæc afferri diuerſitatis poteſt. Cur magis poſt pubertatem, quam ante ſub teſtamento militis obliquatio inducatur. Poſtquam commune verbũ intercedit, quod non minus obliquo, ac directo ſenſui congruit.

Argumentum hoc in d. l. precibus. Barr. ſubolnec numero 16. ibique id diluit, rationem diuerſitatis inter militem, & paganum ſubijciendo. In milite eo niſi poſt pubertatem in ſenſu obliquo verbum commune non intelligi, quòd iniuriam nimiam acciperet, ſi ex tempore omni obliquatio induceretur, cum directo ſubſtituendi ius tempore omni habeat, ob id ſatis matri conſultum ſi poſt pubertatem fauor ei præſtatur argum. l. tutori. C. de nego. geſt. Rationem aliam teſtamentum pagani habet, cui niſi intra pubertatem directo ſubſtituendi ius non eſt, ob id iniuria omnis poſt pubertatem ſilet. Itaque niſi ante pubertatem obliquatio fiat, præcipui, & fauoris quicquam ex teſtamento eius mater non conſequitur. Sed enim ratio hæc præmere diuerſitatis non videtur. Quoniam vbi iure communi miles teſtatur, vti paganus cenſetur, quòd ſi quaſi miles teſtatur, locus obliquationi non videtur. Niſi dicens id Barto. ſenſiſſe, quia vti miles teſtari, & matrem repellere omnino poterat, argumen. l. 3. l. conficiuntur infra de iure codicil. l. ſi fundum per fideicommiſſum. §. fina. l. antepenul. in prin. infra de lega. 1. l. 1. §. ſciendum infra de leg. 3.

Vtrumlibet ſenſum d. l. precibus. agnoſcamus. glo. aut Barto. permixtum militis, & matris fauorem Interpretatio vtraque habet. Siquidem glo. intellectum probamus, vt verbis directis in dicta l. precibus. facta ſubſtitutio ſit. Matri haud dubie in verbis directis obliquandis fauor nequidem parcus accommodatur. Militi etiam in hoc fauetur, vt quæ nec iure fideicommiſſi poſt pubertatem in pagano glo. & Barto. ſententia ſubſtitutio valeret, iure illo in milite ſuſtineatur. Sin autem potiorem. Barto. ſenſum dicimus, vt verbo communi in dicta l. precibus. facta ſubſtitutio ſit. Militi fauor tribuitur, vt iure directo ante pubertatem matre ſuperſtite ſubſtitutio conſiſtat, quam fideicommiſſariam tempore omni in pagano Barto. infra putat. d. nume. 28.

Compendio ſuperiora recolligendo, ſenſus ex eis dict. l. precibus. & l. noſtræ, vt Barto. opinatur, liquet. Propter duo in dicta l. precibus. obliquationem poſt pubertatem admitti. Ex quibus quia alterum hic abeſt, locum obliquationi non eſſe. Atque ideo cauſam eandem dicta l. precibus. atque l. noſtræ eſſe, ſiquidem & alterum tantum ex duobus illic interceſſerat. Duo, propter quæ obliquatio in dicta l. precibus. fit. in verbo communi & matris gratia ſunt. in l. hac planè verba directa, non communia interueniunt. Conſequens his fit, cauſam eandem. l. vtriuſque haud dubiè conſtare, ſi communi, aut directo vtrubique ſubſtitutio facta verbo ſit, vbi verbo directo ſubſtitutio concipitur, nihili matris interuentum fieri, teſtarum ſatis eſt. Sin autem verbo communi adſcripta ſubſtitutio legitur. Quo caſu iure directo ante pubertatem, obliquo poſtea conualeſcit. Ratio diuerſitatis inter paganum, & militem ex Barto. in dicta l. precibus nume. 16. ante declarata.

Roget hic aliquis, cur non magis ante pubertatem, quam poſt, in dicta l. precibus obliquatio fit, Reſpondetur, naturæ id refragari, vt quæ iure fideicommiſſi ante pubertatem ſubſtitutio valuit, ad directam poſtea aſcendat, cum difficiliorem aſcenſum, quam deſcenſum eſſe, ex Bal. Cuma. Caſtren. & alijs declaretur. in l. verbis ciuilibus ſupra eo. Idẽ in d. l. precibus. Caſtren. ſcribit nu. 16.

Summa interpretationis Barto. in dicta l. precibus.

busest, vt quamuis non pluſquam duo ab eo expendantur, quæ ad obliquationem valeant, verbum cōmune, & matris cauſa. Tertium tamen neceſſario adſtruatur, quòd iure ibi militari teſtamentum fieret, vtpotè, quo tacente, & matris tacere fauorem oportet. Neceſſaria quippe poſt pubertatem, & matre extincta, obliquatio. Siquidem fruſtra iure communi puberi poſt hæreditatem, quæſitam ſubſtitutio directa fit.

Sed enim obſtare Barto. videtur, quod dictum ante cōntra glo. ſenſum eſt, quæ verbis directis in d.l. precibus. ſubſtitutionem factam ſentit, quòd ſi ita eſſet, obliquatio poſt pubertatem nō fieret, id quia menti teſtatoris repugnaret, quæ ad directam ſemper ob verba ipſa directa fertur. Si quidem ex verbis mentem ipſam declarari non dubitatur. Idque neceſſario Barto. ipſe ſentit, cum glo. damnat, & verbo communi, non directo in d.l. precibus. factā ſubſtitutionem aſſerit. Qua ratione igitur iure directo, & militari propter verba directa ſubſtitutionem factam Barto. intelligit, ita per contrarium, iure communi, non militari facta intelligi ſubſtitutio debebit, quæ verbo concepta communi ſit, vt eadem fiat contrariorum diſciplina. l. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iuris. l. fi. §. fi. inf. de leg. 3.

Secundò ſicut verbo communi vſus miles eſt, ita negare non licet, quin in dubio voluntas eius ſit, priuilegiario, an communi iure ſubſtituere ſenſerit. Cum æque ad obliquūm, ac directum ius com-
126 mune verbum competat. Dubium quippè † æſtimatur, quod intelligi multifariam poteſt. l. veteribus. Ibique glo. & Bald. ff. de pactis. l. qui ex pluribus. ff. de verbo. obliga. l. quotiens in ſtipulationibus eod. titu. iuncta. l. quotiens idem ſermo. ff. de reg. iuris. l. cum Stichus. ibi atque vtriuſque rei dimidium. ff. de ſolutio. l. ita fidei. ff. de iure fiſci. In re planè dubia communi non priuilegiario iure vti militem credi, ex text. noſtro in prin. oſtenditur. in l. quærebatur in princi. ibi ſi hoc ſpecialiter. infra de milita. teſtamen. l. quanquam & l. in teſtamento. 1. C. eod. titu. Alexan. hic nume. 29. Soci. in ſecundo nota. Iaſ. in tertio nota. Galiau. in ſecundo not. & nume. 150. Ripa num. 23.

Tertiò communi, non militari iure in d. l. precibus. inſtitutionem factam intelligi. Doct. omnes probant. Quibus cum Barto. hic non conuenit. d. num. 28 vt fideicommiſſaria per tempus omne ſubſtitutio æſtimetur verbo communi à pagano impuberi facta, verum directam eam ante pubertatem, & fideicommiſſariam poſtea intelligi. Idque per text. in d. l. precibus. In quo iure communi ob verbum ipſum commune atque ideo in re dubia teſtatus miles, & ſubſtituiſſe creditur, & quæ crebrior apud poſteriores opinio videtur. De qua apud Bar. vberius d. num. 28. ſatis interim erit, declaraſſe, quid inter glo. & Barto. Rurſus inter Barto. & alios de ſenſu d. l. precibus. differat. Dici tamen poteſt, non id Barto. ſenſiſſe, vt iure militari in d. l. precibus teſtamentum fieret, quoniam locum tunc obliquatio non haberet. Verum eo iure directo ante pubertatem ſubſtitutionem valere, quòd directo ſubſtituere, & matrem excludere tempore omni poterat, vt ab eo ſcriptum in ipſa. l. precibus eſt. nu. 16.

Senſum alium. l. noſtræ & dictę. l. precibus. Bellus attigit in tracta. ſuo de re bellica parte. 7. titu. 1. numero 13. Quem ex verbis ipſarum. leg. percipit, & ex quo controuerſiam, aut diſſenſionem omnem ſilere earum ait. Eo poſt pubertatem in l. noſtra obliquationem non fieri, quòd ad ætatem certam annorum 25. limitata ſubſtitutio eſt. in d. vero. l. precibus. nulla ætatis limitatio facta. Idque ex tex. ipſo probari, ibi ſi non vſque ad certam ætatem. Inde glo. ibi carpit. Quæ maximè ſubaudit. Idemque putat, ætatis etiam limitatione interueniente. Namque è contrario ſubaudiendum à glo. fuerat, ſecus eſſe, ſi limitatio ætatis interuenerat, vt hac. l. Centurio. Ad quam inſpectionē ſi animaduerſum fuerat, procellis tot tex. iſti non lactarentur.

Aliqua in ſenſu hoc perſpicienda. Primum ſi ad factum in quo loquitur, textum noſtrum reſtringēdum, cum ad ætatem certam coarctata ſubſtitutio eſt. Coarctatione planè amota, ius idem l. noſtræ, atque dictę l. precibus eſſe. Conſequenter verba etiam directa matris ergo, tunc obliquanda, cum ſimpliciter, citra determinationem vllam temporis, ſubſtitutio fit, contra quam verba ipſa directa, teſtatoris voluntas, quæ ex eis declaratur, & frequēs Doct. ſchola patiantur.

Secundò caſus demum diuerſi in ſenſu hoc fiunt, ratione diuerſitatis vlla non expreſſa. contra. l. non poſſunt. ff. de legib. l. illud ff. ad l. Aquil. glo. in l. ſed etſi lege. §. item ſi rem diſtraxerit in verſi. habeant. ff. de peti. hæredi. ſed enim ratio eadem compendioſæ ad tempus limitatæ in parte illa temporis, atque non limitatæ in tempore toto videtur. l. quæ de tota. ff. de rei vendica.

Neque dixeris, diuerſitatem iuris, & rationis ex text. præſupponi in dicta l. precibus ibi ſi non vſq; ad certam ætatem. Quoniam vltra glo. ex Bald. ibi nume. 25. Fulgo. nume. 10. Sali. num. 15. in fin. verba illa diuerſitatem iuris intra tempus determinatum, & indeterminatum non inducunt, vbicunque intra tempus ipſum determinatum conditio ſubſtitutionis eueniat, verum eo adiecta verba illa ſunt, vt expreſſius compendioſæ natura declaretur, quæ citra ætatis cuius limitationem ſere adſcribitur, & vt planum fieret, fruſtra poſt temporis determinationem de ſubſtitutione quæri, filio poſt id temporis extincto. Quo caſu potior ſubſtituto vſque quaque mater habetur. Vnde Salic. ſcribit, quamuis per mortis tempus compendioſa fiat, ipſum tamen mortis tempus, aut in determinata quandocunque deceſſerit, vel ſi deceſſerit, aut determinate, ſeu limitate exprimi, ſi intra 25. aut 30. annum deceſſerit. Proinde ſenſus illorum verborum ſi non vſque ad certam ætatem, &c. eſt, locum fideicommiſſariæ eſſe quocunque tempore vita functus filius ſit, ſi limitatum id modo in ſubſtitutione non eſt.

Tertiò ex. l. hac centurio. ſenſus iſte impugnatur. In qua cum ad tempus certum limitata ſubſtitutio ſit, variationem tamen admittit, vt iure communi intra pubertatem, priuilegiario poſtea valeat Quantò magis temporis limitatione non interueniente, admittenda variatio erit, quæ iuri ſemper communi nititur. Cum iure pupillari ante pubertatem, fideicommiſſario poſtea ſubſtitutio conſiſtit.

Senſus Bart. crebrior ſua, & maiorum ætate fuit, vt verbo communi facta ſubſtitutio ſit, & matris cauſa obliquatio inducatur. Senſus alius, vt verbo quidem communi concepta ſubſtitutio, At non matris ergo, verum propter impotentiam obliquatio fiat, frequentior apud neotericos. Docto. videtur. Bartoli, & recentiorum ſenſu hactenus admiſſo, vt verbo communi facta ſubſtitutio dicatur. De qua re inter Docto. frequentius conſtat iuxta antiquos, ac iuniores. Quibus niſi de matris fauore in-
127 ter ſe non conuenit. Cōſequens fit, veritatem † in dictione veluti exprimi, vere ex fideicommiſſo bona peti. Quatenus ad obliquum poſt pubertatem ſubſtitutio trahitur. Ad veritatem enim, vt materia ſubiecta eſt, pertinet. cap. ſi proponente. Ibi veluti fraudulenter obtentum. de reſcript. Deci. in

capit. quoniam contra numero 48. in fin. verſicu. vel etiam dici poteſt. de proba. Quod idem, & in quaſi dictione contingit. l. 1. ff. de tranſactio. l. 2. ff. de inoffic. teſtamen. l. nec vltam. §. 1. ff. de peti. hæredi. l. 3. in prin. ibique glo. ff. de condi. ob cau. l. ſi ante in fin. ibique Barto. in prin. conſimiles aſſerens. ſupra ſolu. matri. & hoc genus. Cauſa eadem dictionis ſicut. cap. peruenit. 1. de appella. cap. 4. cap. nulli & c. ſeq. de ſen. excom.

Sed & ſimilitudo ſignificari per dictionem hanc poteſt, vt perinde res ſit, ac ſi in ſpecie & expreſſim per fideicommiſſum poſt pubertatem facta ſubſtitutio ſit, cum per compendioſam verbo communi teſtator ſubſtituit. Ita ad declarationem generis ſimilitudo illa pertinebit, vt ſimilis generis expreſſio in compendioſa quoad effectum, expreſſioni ſpeciali quantum ad ſubſtitutionem ſit, in qua locum habet. Hoc eſt perinde res habeatur, vt ſi nominatim adſcripta ſubſtitutio in compendioſa eſſet. In qua pro euentu impletur, aut verificatur.

Declaratiuè etiam intelligi dictio veluti in d. l. precibus poteſt. Quemadmodum & dictio ſicut in cap. 1. de teſtam. lib. 6. vt hic apud Iaſ. nume. 44. in fi. & ſenſus erit, de manu matris, hoc eſt ex cauſa fideicommiſſi bona accipi.

Cauſatiuè etiam intelligi dictio veluti in d. l. precibus. poteſt, quemadmodum & dictio ſicut gl. & Docto. in capit. quoniam Abbas in glo. fina. de de offic. delega. glo. in cap. venerabilis in ver. ſicut. ibique Deci. in tertio nota. de confirma. vtili vel inutili. Quo caſu ſenſus erit, eo de matre bona petenda, & capienda, quòd ex cauſa fideicommiſſi ſubſtitutio valet.

Miſſum hic Fulgo. & eorum ſenſum facio, quibus viſum eſt, verbis directis ſubſtitutionem factam & iure ſemper directo cenſeri.

In ſexta oppoſi. Barto. text. pro contrario affert, qui vti aduerſarius iam oppoſitus in oppoſitione. 1. fuit. Vnde luxus, aut ſuperflui a quopiam forte Barto. notabitur. Sed enim ſuperabundans Barto. non eſt. Quoniam ob cauſam aliam oppoſitio hæc ſexta, atque prior affertur, & ad diuerſum vtraque finem ſpectat. In prima enim oppoſitione contra variationem. l. huius tex. obijcitur in d. l. verbis. In qua poſt pubertatem adeo ſubſtitutio intercidit. gl. & Barto. ſententia, vt nec ex fideicommiſſo valeat, fruſtra verbum expendendo. Atqui variationem text. hic non ſpernit. In quo iure communi ante pubertatem, priuilegiario poſtea ſuſtinetur. Ad quod argum. reſponſio à Barto. reddita in oppoſi. 1. eſt variationem hic circa diuerſa non contingere, at circa ſimilia de iure vno directo in directum aliud. Quod aliter in d. l. verbis. à iure directo in obliquum ſit. Secundo de variatione in 1. oppoſi. generaliter Barto. meminit tam ex teſtamento militis, quam pagani. In oppoſi. planè hac ſexta de variatione non agitur, neque ob variationem oppoſitio interponitur, illud demum in oppoſi. hac diſceptatur. Cur non finem in l. hac centurio poſt pubertatem ſimiliter, vt in dicta l. verbis. ſubſtitutio accipit. Cur non æque fruſtra, & hic. verbis directis poſt pubertatem ſubſtitutio fit. Per contrarium, ſicut ex priuilegio in l. hac effectum poſt pubertatem ſubſtitutio habet. Cur non tantundem in ductum in d. l. verbis eſt, vt ex priuilegio & ibi poſt pubertatem ſuſtineatur. Quod argumen. Barto. ſoluit. legib. hatum diuerſitatem ex teſtatorum diuerſitate contingere. Quorum cauſa diuerſa, & ratio inuenitur. Eo enim in l. hac ex priuilegio poſt pubertatem ſubſtitutio valet, quòd facta à milite eſt. Cui priuilegium hoc directo poſt pubertatem ſubſtituendi datur. Quæ ratio in dicta l. verbis. Silet. In qua de pagani ſubſtitutione mentio fit. Cui ius hoc, directo poſt pubertatem ſubſtituendi non eſt. Priuilegio igitur amoto, quomodo priuilegio poſt pubertatem niti ſubſtitutio poterit.

Septima Barto. oppoſitio difficultatem non leuem ob nodum text. l. Scæuola. habet, qui relatus
528 in ea eſt. Cæterum quo planior † ſenſus eius fiat, facti eius ſpecies proponenda. Teſtator filio ſuo ex aſſe, teſtamentoque hæredi ſcripto ſubſtitutos plures pupillares codicillis addidit. Quos inuicem ſubſtituit. Ex quibus vnus ante impuberem obijt. Pupillus deinde filius fatū paſſus immaturum eſt, cui hæres legitimus frater extitit. Deliberatio ex ſubſtitutione vtraque naſcitur. Sed ex breuiloqua, aut reciproca, quam ex pupillari plures. Ipſæque nodoſiores. Circa ſubſtitutionem primam, & pupillarem, quoniam ex codicillis perfici non potuit, quæſtionis erat, ad irritum ne deducta ex toto eſſet. Ita, vt immunis ab onere omni apud fratrem, ſeu matrem pupilli hæredem hæreditas eius maneret. Reſpondet iuriſconſultus. Subſtitutionem directam in codicillis factam, quo iure poteſt, ratam habendam. Atque ideo fideicommiſſo ſubſtitutionis fratrem hæredem legitimum obligari. Pro eoque rem eſſe, vt ſi verbis præcarijs regatus ſit hæreditatem ſubſtitutus reſtituere. Inde clauſulæ virtus codicillaris percipitur, vt quæ vigorem ex teſtamento habere in eo adſcripta nequeunt, ab inteſtato per hæredem legitimum habeantur. De quo vberius dictū in ſuperioribus habemus. In quibus tex. & alios conſentientes dedimus.

Negotium grauius in ſubſtitutione ſecunda, & ipſa breuiloqua, aut reciproca vertitur. Ex qua dubitationes plures deſcendunt, & quarum explicatione ſenſus carere. l. ipſius nequit. Prima dubitationum, quia ex ſubſtitutis ante filium pupillum onus deceſſit, vt glo. vlti. innuit, quoniam ſi poſt pupillum, & factam reſtitutionem fideicommiſſi mors acceſſit, ineptè de manu fratris capiendum fideicommiſſum diceret. Expreſſius id Caſtren. ibi ſcutit. colum. 2. circa med. verſicu. & erit effectus, quòd ſi aliquis, vtrum portionem ſuam ad hæredes tranſmiſerit, & locum tranſmiſſioni non eſſe, hoc ipſo tex. reſpondet, quòd ad ſuperſtites totum pertinere ait. Ad totum quippè non admitterentur, ſi locum tranſmiſſio habeat. Immo enim ad hæredes defuncti portio tranſmiſſa ſpectaret. Secundum quæ, ſpernendus tex. is circa ius tranſmiſſionis non erit, locum ei in ſubſtitutione non eſſe, directa vel obliqua ſit. Ad quam rem non omnes in text. illo animaduerterent. Atque vbi ante filium pupillum mortalitatem ſubſtituti contigiſſe in ſpecie tex. non exprimat, hoc ipſo tamen quòd declaratum tempus non eſt, intelligi & comprehendi ſub generalitate locutionis poteſt.

Altera quæſtio. in ſubſtitutione breuiloqua occurrit. Namque vbi inter filios impuberes fit, nonniſi vulgarem, & pupillarem complectitur. Diſparitate ætatis interueniente, ſola vulgaris continetur. l. iam hoc iure ſupra eodem fideicommiſſariam planè non capit, cum tractum temporis non habeat, vt eadem. l. ibi in vulgarem tantummodo. Barto. in l. Lucius nume. 20. infra eodem. Dubitationis igitur eſt, vtrum breuiloqua illa inter ſubſtitutos, & codicillis facta finem accipiat ſtatim, vt reſtitutio hereditatis eis facta per fratrem pupilli hæredem eſt, an vero, & ipſi inter ſe mutuum grauati intelligantur, vt alij alijs reſtituant. Reſpondet text. & in fideicōmiſſo hoc ſubſtitutis ab hærede pupilli reſtituto ſubſtitutione valere, atque ideo ad interitum

tum

tum eam non perduci. Conſequenter qui mortuus erit, ſuperſtiribus fideicommiſſum reſtituet, ſeu portionem ſuam alijs ex fideicommiſſo reddet, ſecundum quæ, non modo pupillaris facta in fideicommiſſariam, ſed, & vulgaris, quæ Incluſa ſola ſub breuiloqua erar, in fideicommiſſariam abit.

Sed obſtare ſententiæ huic videtur. Rationem parem vulgaris in fideicommiſſum vertendę, atque puppillaris non videri, quod in tempus aditæ hæreditaris vtraque, & pupillaris, & fideicommiſſaria conſertur, & aditionem vtraque poſcit, vti demonſtratum in ſuperioribus habemus, ob id facilior in his tranſitus, ſimbolum in quibus inuenitur, vt hic apud Barto. in 1. oppoſi. Quod aliter in vulgari eſt, quæ ad eum caſum pertinet, quo adita hæreditas non erit. Quomodo igitur in fideicommiſſariam vertetur, quæ contraria omnino vulgari eſt, ſi dixeris, & pupillarem tacitam ſub vulgari contineri, quamuis contrariæ, ipſæ inuicem conſtent. Reſpondetur, conſenſionem inter eas circa ius directum inueniri. Quod ſecus in vulgari, & ſideicommiſſaria eſt, ita impedimentum duplex hic contingit, quod pluſquam vnum in vulgari, & pupillari intercedit, ſed impedimentum tertium in vulgari, & fideicommiſſaria accedit, quod ſauorabilis illa, odioſa hæc eſt, vt poté onus habens.

Reſpondetur, rationem eandem vulgaris, atque pupillaris in fideicommiſſum vertendæ conſtare. Ratio enim vtriuſque ab eo pendet, ne inutilis aliàs ſubſtitutio fiat jure directo in codicillis facta.

Non ob. rationem inde diuerſitatis argui, quod in caſum hæreditatis non aditæ vulgaris, poſt aditionem eius fideicommiſſaria confertur, ex pupillari enim tacita arg. diluitur, quæ poſt aditam, & ipſa hæreditatem confertur.

Non obſtat, ex pupillari tacita fauorabili ad fideicommiſſariam odioſam non colligi, ex tex. enim d. l. Sceuola. arg. refellitur, in quo ad fideicommiſſariam pupillaris tranſit. Secundo reſpondetur,
129 quod † in fideicommiſſo ſpectari onus ſolet, ad reciprocum euentus dubij ratione non pertinere l. de fideicommiſſo. C. de tranſac. l. ſi pater puellæ. C. de inoffi. teſta. Atque in ſpecie, fauorabilem ob, euentum dubium diſpoſitionem intelligi. Deci. ſcribit in cap. eccleſia. S. Mariæ col. 12. verſi. tertia concluſio. de conſti. Parlſ. in conſi. 52. nume. 37. libero. 3.

Non obſtat, directam vnam, fideicommiſſariam alteram quoniam, & in fideicommiſſariam pupillaris abit, d. l. Sceuola. Per quam nihili arg. faciendum apparet.

Tertia quæſtio. in iſta breuiloqua inter ſubſtitutos facta, & quam in fideicommiſſo ipſo ex pupillari in id conuerſa valere tex. ait. Quomodo, aut quo iure in fideicommiſſo hoc Breuiloqua ipſa valeat. glo. pen. in d. l. Sceuola iure fideicommiſſi ſuſtineri eam ait, quæ vti directa vulgaris conſiſteret, ſi ſacta in teſtamento fuerat, ſecundum quod, conuerſio in fideicommiſſum gemina, hic incurrit Prior, qua ſubſtitutio pupillaris in fideicommiſſum abit. Quod ab hærede reſtitui pupilli debet. Altera, qua breuiloqua ipſa in fideicommiſſum vertitur, quod ab hærede reſtitui ſubſtituti oportet, ita, q̃ vulgaris, & directa ſuiſſet, ſi ſacta in teſtamento eſſet, fideicommiſſaria in codicillis fit. Atque ideo ex ſubſtitutis vno mortuo, portio eius ſuperſtitibus ex fideicommiſſo debetur. Idque expreſſim Barto. ibi no. num. 3. verſi. venio ad verſi. quod ſi inuicem, & In d. l. Lucius num. 20. infra eo. quamuis glo. vlti. ad modum hunc accipere fideicommiſſum non videatur.

Caſtren. planè, & vulgari locum in breuiloqua hac putat, non quæ in hæreditate fit quoniam codicilli eam, vtpote directam non ferunt, verum quã fideicommiſſa, & legata admittunt, vt vno ex pluribus fideicommiſſarijs, aut legatarijs non admiſſo vel ante pupillum ſubtracto, ad portionem eius per vulgarem alij veniant, l. vt hæredibus inſra de lega. 2. ſi dixeris, ſrugi nullius in d. l. Sceuola, vulgarem hanc eſſe, Quatenus, & citra opem eius, ex iure accreſcendi ad portionem defectam ſuperſtites inuitantur. Reſpondet. Caſtren. ab effectu vacuam vulgarem non eſſe. Quid enim ſi diſiuncti ſubſtituti ſint, vt l. iuri locus accreſcendi non ſit, An non ſubſtitutis ipſis bono tunc, & fructui vulgaris erit.

Sed obſeruandum, effectum vulgaris huius quem in fideicommiſſo, d. l. Sceuola. Caſtren. enarrat, nonniſi inter ſubſtitutos omnes coniunctim, contra hæredem legitimum pupilli contingere. vt portio etiam defecta ex vulgari illa reſtituatur. Cęterũ reſtitutione fideicommiſſi ſubſtitutis facta, effectus vllus conſiderari vulgaris nequit. quoniam vbi reſtitutio facta ſemel eſt, deficere præterea nequit, vt adminiculo opus vulgaris ſit, verum ex fideicommiſſo Ius competit, ſeu fideicommiſſaria hæreditatis peritione ius ipſum fideicommiſſi conſequendum, quod cum ita ſit, ſana, rectave Caſtren. inſpectio circa vulgarem hanc non videtur, vt contra hæredem legitimum pupilli proſit, etenim ſi ex breuiloqua vulgaris hæc deſcendit. Pupillum ea, hæredesve eius non contigit, quibus facta non eſt, verũ inter ſubſtitutos ipſos clauditur. Sed reſpondetur, inter ſubſtitutos, & eum eſſe. Portio cuius euanuit. Ita ſatis eſt, ad portionem ſubſtituti deſectam reciprocam pertinere. Atque ideo portio eius rectè ab hærede pupilli vna ſimul cum fideicommiſſo reliquo à ſubſtitutis petetur, qui ſuperſtites ſunt.

Sed aliud eſt, quod negocij difficilloris videtur, dictum namque eſt, ex fideicommiſſo breuiloquam ſuſtineri, atque ideo præmorientium portiones ſuperſtitibus reſtituendas. Sed enim abſurda res videtur, pluris quicquam ex breuiloqua hac In codicillis facta ſubſtitutos conſequi, quam laturi ex teſtamento fuerant. Id quippe codicillorum ſcripturæ tributum, vt robur actui præſtent, quod natura eorum fert, hoc eſt vt ex fideicommiſſo per hæredes legitimos præſtetur, quod iure directo valiturum, aut ab hærede ſcripto præſtandum ex teſtamento fuerat.

Si ritè id factum eſſet. Cæterum non ea vi præditi codicilli ſunt, vt actum amplianr. & ad id trahatur ad quod non traheretur, ſi factus ex teſtamento ſit, etenim cum actus confirmandi cauſa, verba directa in codicillis offendantur, & in obliqua abeant, ne Inutilis alias fiat d. l. Sceuola. Ibi inutilis ſit, &c. Pec
130 quam abſurda res videtur, ad † ampliandum confirmationem valere l. & quia. ff. de iuriſdi. om. iudi. l. quædam circa fi. infra de iure codicil. vbi cum veſtem, quæ ſua eſt, in codicillis quis dat, quamuis veſtibus alijs adiectis, teſtamentum poſtea faciat, à quo codicilli roborantur, ad veſtes tamen poſtea auctas per confirmationem legatum non trahitur. Ita maius legatum per confirmationem non fit. Idem ex tex. declaratur in l. Aurelius. §. teſtamento inſra de lib. lega. & in l. omnium. Ibique. Iaſ. num. 7. C. de teſtamen. in c. inter dilectos. §. porro de fide inſtru. & hoc genus apud nos in conſi. 257. num. 4. vberius in condimento reſponſi pro genero num. 13. Rurſus quis id ferat. Pluris aliquid verbis ipſis offenſis, quam propriæ eorum ſignificantiæ indulgeri, l. 1. §. ſi is qui nauem. ff. de exercitor. l. non aliter inſra de lega. 3. enimuero ſi in teſtamento, & verbis directis ſubſtitutio facta reciproca fuerat, ad fideicommmiſſum non trahebatur, apud Barto. & alios in l. qui plures plenius in d. l. Lucius num. 20.

infra

infra eo. Doc. in l. 2. C. eo. Imola in d. l. Sceuola num. 2. Quid ita igitur ad fideicommiſſum in codicillis facta pertinebit. An non maior ex codicillis fit, à quibus confirmatur, ſeu vigorem in quibus ex fideicommiſſo capit.

Neque Barto. mouere ratio videtur in d. l. Lucius num. 20. & in d. l. Sceuola nu. 2. eo ad fideicommiſſum breuiloquam pertinere, quod iure directo initio conſiſtere nunquam potuit. De quo vbetius dictum in ſuperioribus eſt in 1. Barto. oppoſi. Quoniam ſatis videtur, eatenus fideicommiſſum induci, quatenus directæ vigor, & vis ferebat. hoc eſt cū niſi ex vulgari ſuccedi per breuiloquam non poſſet vbi ex ſubſtitutis aliquis non admitteretur, vt ad portionem eius ex vulgari in breuiloqua incluſa ſuperſtites vocarentur. Atque ideo vt in vulgarem breuiloqua in codicillis facta transiret. Quæ ad fideicommiſſa, & legata conuenit, de qua in d. l. vt hæredibus infra de lega. 2. & de qua Caſtren. hic diſerit. Enimuero cum in fideicommiſſum eā ad ſenſum glo. & Bar. reciprocam vertimus, vt in fideicommiſſum pupillari verſa, eoque reſtitutio, mutuum inter ſubſtitutos pupillares grauamen inducatur. Citra breuiloquæ ampliationē id non fit, quę niſi ad vulgarem non ferebatur. Quocirca conuerſio hæc breuiloquæ in fideicommiſſum, ad fideicommiſſum coarctanda per vulgarem videbatur, hoc eſt vt præmortui etiam portio ſuperſtitibus alijs ex vulgari debeatur, quam fideicommiſſum ipſum admittit.

Secundò, in ſpecie opinionem hanc in d. l. Sceuola Alberi. ſentit num. 2. in fi. cum verba tex. circa ſubſtitutionem reciproca poſt Iaco. de Are. exponit, quod ſi inuicem fuerint ſubſtituti, forma enim aut exemplum ſubſtitutionis adijcit, voſque inuicem ſubſtituo, prout quiſque veſtrum prior morietur. In qua expoſitione compendioſam cum reci-
131 proca permiſcet, vt † temporis tractum habeat. Quo caſu dubitari non ſolet, quin ad fideicommiſſum reciproca trahatur Bar. in d. l. Lucius num. 20. Alex. hic num. 73. verſi. quæ reſponſio non placet. in d. l. 2. num. 4. poſt prin. Ibique Deci. num. 4. verſi. & iſta concluſio limitatur. Iaſ. in fi. C. de impub. Idem Alex. in conſi. 100. num. 3. lib. 7. Quibus Oldra. accedit in conſi. 107. num. 6. in ſecunda, q. Bal. in conſi. 55. ad euidentiam præmittēdum eſt quod in conſi. 55. ad euidentiam præmittendum eſt quod arbiter num. 5. lib. 3. Capta in conſi. 7. num. 19. Non ab re igitur Iaco. de Arerio, & Alberi. compendioſam cum breuiloqua confundunt, aut permiſcent, quod ad mutuum alias fideicommiſſum trahenda inter ſubſtitutos ipſos non videatur.

Tertiò ex. tex. ipſo d. l. Sceuola in fi. opinio iuuari hæc videtur, glo. vltima adiuncta, cum ait, vno ex ſubſtitutis mortuo, totum à ſuperſtitibus capi. Quæ verba glo. exponit, ex cauſa fideicommiſſi, & de manu hæredis legitimi ipſius pupilli, portionem mortui accipi. Ita ad fideicommiſſum tex. illum glo. reſtringit, quod defectum conditione, & quod tranſmiſſum ad hæredem præmortui non eſt. Neque de fideicommiſſo glo. intelligit. Quod reſtitutum ſemel eſt, vt ad id breuiloqua trahatur. Idque non obſcurè liquet, quod de manu id capiendum hæredis pupilli non eſt, verum de manu hæredis ſubſtituti, qui poſt reſtitutionem factam vita ceſſit.

Argumentis his non mouentibus, potior ſententia videtur, vt mutuum inter ſubſtitutos fideicommiſſum ex breuiloqua eis adſcripta inducatur. Idque per tex. in d. l. Sceuola in fi. Qui vno ex ſubſtitutis ſublato, portionem eius ad ſuperſtites ſolidam ſpectare ſcribit, generaliter enim tex. loquitur, diſtinctione vlla temporis non facta, quo tempore vita functus is ſit, ante pupillum an, poſtea, ante reſtitutionem fideicommiſſi ab hærede pupilli factam, an poſtea, ergo intelligendus generaliter erit, quocunque tempore mortalitas ſubſtituti contigerit, l. qui fundum. ff. de contra. emptio. l. 1. §. meminiſſe. ff. de ventre inſpi. l. Gallus. §. videndum. Ibi nil enim addit. ſupra de lib. & po. l. 1. §. & generaliter. Ibi in infinitum igitur eis præſtabitur, infra de lega. præſtan. l. in venditione. §. de tempore. ff. de bonis autori. iudi. poſſid. In caſu ſcito Cuma. in conſi. 164. prælatus in tertio dubio, & in conſilio 173. Galuanus col. fi. circa med. & apud nos in conſilio. 84. nume. 13.

Secundò breuiloquam ipſam verbis directis inter ſubſtitutos factam in fideicommiſſum verti tex. expreſſum d. l. Secuola. eſt. Ibi, & in fideicommiſſo ſubſtitutionem valere, ſi vtilis ſubſtitutio in fideicommiſſo eſt, de fideicommiſſo alio accipi tex. non poteſt, niſi quod reſtitutum iam eſt. Quandoquidem de fideicommiſſo alio in quod verſa pupillaris dicitur, mentio facta ante iam erat.

Tertiò preſſim magis in ſententiam hanc tex. ipſum perſtringo. Cum totum ſuperſtitibus reſtituendum ait, quo caſu poſt reſtitutionem fideicommiſſi ab hærede legitimo pupilli factam neceſſario loquitur, cum vno poſtea ex ſubſtitutis extincto, ſuperſtitibus alijs portionis defuncti reſtitutio fit, ſolidam enim, & totam citra quartæ vllius detractionem, reſtitui oportet. Quam niſi hæres directus non exercet, fideicommiſſario planè ius vllum detrahendi non eſt l. lex Falcidia. §. nunquam infra ad l. Falci. l. 1. §. denique l. mulier. § fi. infra ad Trebel. l. pen. §. fi. C. eo. titu. Rationem glo. affert in §. his igitur in verſi. complere, in Authen. de hæredi & Falc. Qua Alex. vtitur in l. cum filio col. 1. infra de lega. 1. Itaque de reſtitutione intelligi tex. non poteſt, quæ ab hærede pupilli legitimo ſubſtitutis fit, quoniam totius reſtitutio tunc non vertitur, cum Trebellianam hæres excipiat. Inde glo. error oſtenditur, quæ locum Trebellianæ putat, quamuis dictione vniuerſali tex. vtatur. Atque contra glo. ipſa ſentit in l. decem in verſi. tota. ff. de fideicom. liber. Barto. hic num. 27. verſi. quid enim ſi dicit teſtator. Iaſ. eodem num. 27. & num. 48. Bal. in d. l. precibus num. 44. C. eo. & hoc genus infinita. In quem errorem delapſa glo. non fuerat, ſi de reſtitutione ſecunda ex breuiloqua tex. acceperat, quæ ab hærede ſubſtituti, non pupilli fit.

Argumentis his tamen quamuis coloratis, & prementibus eripi glo. nec difficulter poteſt, tex. ipſum in verſi. totum reflectendo. Namque ſi ad fideicommiſſum reciprocum poſt reſtitutionem eius, breuiloquam referimus. vtique non totum, at portionem eius, in morte cuius impletum fideicommiſſum eſt, tantummodo, ſuperſtites accipiunt, vnde cum de fideicomiſſo ſolido, aut toto reſtituendo tex. loquatur, ſigni eſt, reſtitutionem eius ab hærede pupilli facta nondum eſſe. Atque ideo ſubſtituti vnius mortalitatem ante contigiſſe, quam reſtitutio facta fideicommiſſi ſit. Quo caſu ſi ante mors accidit, quam vita pupillus cederet, totum ab hærede reſtitui pupilli oportet. Quæ reſtitutio fideicommiſſaria hæreditatis petitione fit. De qua. ff. de fideicom. hæredi. petitio. & obſeruandum, in fideicommiſſo hoc percipiendo, ſeu in breuiloqua, quæ in fideicommiſſum ipſum conuertitur, vulgarem obliquam ob portionem defectam contineri, & de qua vulgari in d. l. vt hæredibus infra de lega. 2. Ita fideicommiſſaria hæreditatis petitio duplex hic conſideratur, vna ſimplex, quæ ob fideicommiſſum competit, quod ſubſtitutis ipſis debitum immediate eſt. Altera, quæ per vulgarem obliquam

ſeu

ſeu vulgari ipſa mediãte in portione deſectȩ dadatur.

Conſequens declarationi huic vnum atque alterum ſit. Prius, non rectè mentem gl. perſpectam à Caſtren. eſſe, qui vulgaris in fideicommiſſo hoc inſpectionem ſibi arrogat. Ad quam glo. vltimam in portione deſectu referri neceſſe eſt.

Alterum. Non rectè de ſenſu. dict. l. Sceuola. Bartolo ibi conſtitiſſe, & in dicta l. verbis. nume. 3. & in d. l. Lucius nume. 20. Quibus in locis de fideicommiſſo reciproco inter ſubſtitutos ipſos text. dict. l. Sceuola. intelligit. Quæ niſi de fideicommiſſo non loquitur, ad quod mutatio pupillaris fit, & quod ad Breuiloquam attinet, ad vulgarem obliquam refertur, quæ ad portionem ſubſtituti extincti deſectam refertur.

Si dixeris, ad hunc modum text. interpretando, & ad vulgarem obliquam Breuiloquam reſtringendo, falſam vniuerſalem in dictione totum videri. Siquidem Trebellianæ deductionem ab hærede pupilli fieri, non dubitatur. Reſpondetur locum argumento eſſe, quotiens à teſtatore ipſo dictio vniuerſalis profertur, qui hæreditatem reſtitui totam iubet. At hic à lege ipſa vox, totum, emittitur. Idque portionis ante defuncti reſpectu, quo planum fiat. Solidum fideicommiſſum etiam in portione deſecta deberi, non etiam reſpectu executionis, totum dictio expreſſa eſt, ne detractio quartæ fiat. Quocirca ad id reſtringi totum dictionem oportet. Cuius prolata cauſa eſt. l. ſi cõſul. ff. de adoptio. l. cum quædam. C. de adminiſtra. tutor. c. 1. §. ſi quis per triginta in ver. vt feudum ſi de feudo fuerit conten. inter domi. & agna.

Sed enim pro ſententia hac Barto. cui reclamari non lego, vt ad fideicommiſſum mutuum Breuiloqua illa valeat in dicta l. Sceuola. tex. ipſum aliter induco. Generalitatem eius vt ſupra, circa tempus, obſeruando. fieri quippe poteſt, vt poſt pupillum & ante fideicommiſſi reſtitutionem mortuus ſubſtitutus ſit.

Quo caſu dies, aut conditio fideicommiſſi mutui iam ceſſiſſet. Neque vulgari opus obliqua foret, Agnitione fideicommiſſi à defuncto facta.

Si dixeris, fideicommiſſi conditione impleta, locum transmiſſioni eſſe, quamuis agnitum id aut reſtitutio eius facta nondum ſit. l. ſi eius. §. ſi quis rogatus in fin. l. poſtulante infra ad Trebellian. l. 3. C. de fideicommiſ. Barto. in l. cum filio nume. 12. ibique Alexan. num. 21. infra de leg. 1. Reſpondetur, transmittẽdi ius per ſubſtitutionem fideicommiſſariam impediri. Etenim ſi in caſum mortis adſcriptum fideicommiſſum eſt, atque ideo reſtitui id per grauatum debet, quomodo transmitti ad hæredem poterit, quod reſtitui ab eo neceſſe eſt. Hoc ita, niſi ex conditione tacita ſubſtitutus repellatur, de qua in l. cum auus infra de conditio. & demonſtrat. & in l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſ. quineriam ſi agnitum, & reſtitutum fideicommiſſum eſſet, locus in eo ſubſtitutioni fideicommiſſariæ, & reciprocæ per mortem ſubſtituti eſſet, longe magis impedienda tranſmiſſio erit. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iuris. §. furioſum inſtitut. quibus non eſt per. facere teſtamen. quare ea non obſtant, quæ de tranſmiſſionis iure à Barto. ſcribi, & alijs ſolent in l. 1. nume. 20. ſupra eodem. Potentius ſubſtitutione ius tranſmittendi eſſe. Ad hæreditatem enim non aditam pertinent. In qua ratio diuerſa inuenitur. Quæ reſtitui in morte non debet. Immo enim conditionem ſubſtitutio habet, ſi neque hæres per ſe inſtitutus erit, neque alium hæredem tranſmittendo fecerit, vt ibi habetur.

Inde non rectè in dicta l. Sceuola. ſenſiſſe Alberic. videtur numero 2. in fin. cum id ex text. notat, ſpem reciprocæ ad hæredes non tranſmitti. Innuit enim, vt ſiquidem ſpes non agatur, quia præſens, aut pura facta ſubſtitutio ſit, locum tranſmiſſio habeat. Sed enim quomodo ad hæredes fideicommiſſum reciprocum tranſmittetur, quod per mortem reſtitui eius oportet, per quem facienda tranſmiſſio ſit.

Pro qua ſententia Docto. non paucos. Socin. iun. vocat in conſilio 166. libro 2. ibique receptam opinionem hanc aſſerit. Si vbi in teſtamento breuiloqua directo fit, ad fideicommiſſum ob clauſulam codicillarem trahitur, Quid in breuiloqua dicendum, quæ non ex teſtamento, at codicillis adſcribitur.

Sententia hac ita obfirmata, aduerſaria non obſunt. Breuiloquæ in fideicommiſſum conuerſæ effectum augeri, ſi ad fideicommiſſum mutuum trahitur, cuius reſtitutio facta propter pupillarem ſit. Quoniam inficias id imus, atque ex voluntate teſtatoris fideicommiſſum hoc induci dicimus. Ratio enim, quam ob rem ad fideicommiſſum breuiloqua regulariter non porrigitur in teſtamento expreſſa, ea dicitur, quòd directa in dubio ſubſtitutio indicatur, quæ ſimpliciter, & citra temporis tractũ fit. l. Gallus §. 1. ibique Alexan. numero 6. ſupra de liber. & poſthum. dicta l. iam hoc iure. §. 1. ibique Alexan. numero 4. ſupra eodem cap. 1. de teſtam. libro 6. Barto. in dicta l. Lucius numero 20. Socin. in l. 1. in princi. colum. 8. verſiculo circa primam q. Barto. ſupra eodem. Corn. in conſilio 316. colum. 3. verſiculo item plurimum facit, & expreſſius colum. ſequen. libro 3. Sed enim locum ratio hæc non habet, quotiẽs in codicillis ſubſtitutio fit. Per quos iure directo ſubſtitutio non fit. Itaque cum ad codicillos animus diſponentis feratur, vt natura eorum eſt, declarari, & intelligi eum conuenit, vt id ſenſiſſe, & voluiſſe credatur, quod codicillorum natura poſtulat. l. 1. §. 1. ff. de offic. procura. Cæſar. l. ſi ſtipulatus verſiculo verum. ff. de vſuris. l. damni. 3. verſiculo, & quod in ſtipulatione. ff. de damn. infect. Oldra. in conſilio 243. factum tale eſt rectores numero 2. & apud nos in conſilio 186. numero 5. ſed & pro expreſſo habetur, quod actus natura habet. l. 3. ff. ſi cert. peta. l. Triticum. ibique glo. in ver. cogitauerit. ff. de verbo. obligatio. ſubſtitutione igitur breuiloqua in codicillis facta, pro eo res habenda, vt ſi verbis facta obliquis ſit. Quæ niſi ad fideicommiſſum non conuenit. l. cohæredi. §. cum filiæ infra eodem. Barto. hic numero 13. & numero 20. Alexan. numero 83. verſiculo ſecundo limita. Socin. colum. 8. verſiculo circa primam quæſtio. Ripa numero 101. & numero 107. Conſequenter pluris aliquid breuiloqua in codicillis non habet, atque ſi verbis obliquis ſcripta in teſtamento ſit.

Non obſtat, ſatis eſſe, ſi ad fideicommiſſum breuiloqua per vulgarem vertitur, quam fideicommiſſa, & legata admittunt d. l. vt hæredibus infra de lega. 2. ſublatum enim ex his arg. liquet, quæ dicta mox habemus. Ad fideicommiſſum poſt agnitionem, & reſtitutionem eius breuiloquam trahi, quȩ in verba concepta obliqua eſt, aut quæ in obliqua pro natura ſcripturæ, in qua expreſſa ſunt, habentur. Id quidem in primis, quod aliena à verbis voluntas non eſt, etiam cum verbis communibus in teſtamento breuiloqua fit, vos inuicem ſubſtituo. Quid enim prohibet, quominus, & ad fideicommiſſum verba hæc trahantur.

Quarta quæſtio in ſenſu. d. l. Sceuola, vertitur, quæ communis, & pupillaris, & breuiloquæ eſt, quo modo ex fideicommiſſo conſiſtere ſubſtitutio poſſit,

ſit, quæ verbis concepta directis eſt. Refragari enim tex. videtur in l. 1. & in l. non codicillum. C. de teſta.
133 Quibus in locis † iure codicillorum ſcriptura non ſuſtinetur, quam teſtamenti iure quis conficit, ſi inutilis quoad teſtamentum eſt, de qua re dictum ſatis in 1. Barto. oppoſi. eſt. Reſpondetur, ad eum caſum tex. pertinere in d. l. Sceuola. Quo ad teſtamentum coarctata diſponentis voluntas non erat. Immo enim ad codicillos ferrebatur, & codicillos faciendi animus erat. Coarctatione planè animi ad teſtamentum admiſſa, viribus omnino ſubſtitutio defecerat, neque ex fideicommiſſo conualuerat. Id que in d. l. Sceuola. nominatim Alberi. obſeruat num. 2. in prin. Ang. & Imola in prin. Caſtren. nume. 4. verſi. vltimo ſcire debes. Cuma. in d. l. verbis ciuilibus num. 10.

Animum planè à codicillis non abeſſe, inde arguunt, quod inſtitutio in eis omiſſa hæredis eſt. Quod caput teſtamenti dicitur. l. proximè ſupra de his quæ in teſta. delen. §. ante hæredis inſtitu. de legatis.

Quæſtiones, & aliæ proponi circa d. l. Sceuola. poſſunt, quas hic attingendas non cenſui, ne ab inſtituto longius digrediar, eas enarrandas duxi, quæ apud interpretes, aut prætermiſſe, aut non perſpicuè ſatis explicatæ ſunt.

His ita circa ſenſum, d. l. Sceuola, prænarratis, Barto. oppoſitio recenſenda, eo in d. l. Sceuola, iure fideicommiſſi pupillarem ſuſtineri expreſſum ibi eſt, quod inutilis alias pupillaris ipſa fieret ſub codicillis facta, quod cum ita ſit, inimicus tex. noſtro tex. videtur in d. l. Sceuola. Hic enim iure pupillaris poſt pubertatem conſiſtere ſubſtitutio nequit verbis directis à milite facta. Atqui non iure fideicommiſſi effectum poſt pubertatem habet, verum iure alio directo ſuſtinetur. Cur iure fideicommiſſi poſt pubertatem non perinde hic, vt in d. l. Sceuola firma tempore omni ſubſtitutio manet. Quatenus iure pupillaris teneri poſt pubertatem nequit. Reſpondet Barto. Idcirco in d. l. Sceuola, niſi iure fideicommiſſi ſubſtitutionem non conſiſtere, quod niſi eo iure valere non poteſt. Itaque ob impedimentum codicillorum, quibus directo ſubſtituendi ius paganus non habet. Ita impedimentum duplex ibi interuenit, ſcripturæ, quia in codicillis, & perſonæ ſubſtituentis, nimirum pagani. In l. hac eo iure directo poſt pubertatem ſubſtitutio
134 conſtat, quod ex teſtamento, & à milite † facta, cui directo ius puberi ſubſtituendi vel in codicillis datur, l. militi, codicillis infra de mili. teſta. Solutio hæc Barto. ab diuerſitate rationis pendet. Id eſt ab impotentia, & poteſtate. Ratione quippe impotentiæ ex fideicommiſſo in d. l. Sceuola. rata ſubſtitutio habetur. Iure hic directo vigorem poſt pubertatem ſubſtitutio habet, quod directo ſubſtituendi ius non abeſt. Rationis igitur diſſimilitudine intercedente, ius quoque conſtitui diſſimile conuenit, l. fi. ff. de calumnia. l. Papinianus exuli. ff. de minor. l. 3. §. 1. ibi nec ratio diuerſitatis reddi poteſt. ſupra de iniuſto teſta. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poſ. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. Ibi ſed hæc diſſimilia ſunt. ff. de verb. obli. l. inter poſitas. C. de tranſactio. c. celebritatem in fi. de conſecra. di. 3. & hoc genus.

Dubitari in eo poteſt, quod de codicillis militis ſcriptum à Barto. eſt. Directo in eis ſubſtituendi licentiam militi eſſe, verum ad militarem reſtringatur, in qua militis priuilegium vertitur. An etiam ad pupillarem pertineat, vt eam in codicillis adſcribat. Ad vtranque priuilegium pertinere magis eſt, & quidem cum id permiſſum in militari ſit, Ratio validior facit, ne in pupillari id denegatur. Id quia duplex in militari priuilegium verſatur, vnum vt puberi directo ſubſtitutio fiat. Alterum, vt in codicillis. In pupillari planè niſi codicillorum ratione priuilegium non dicitur. Quatenus, & à Pagano in teſtamento fit. Itaque ſi militarem in codicillis miles adſcribit, longe magis pupillarem ſub eis perficiet. Atque in ſpecie, pupillarem ex codicillis à milite fieri, in d. l. militis codicillis. Bartolus ſcribit.

Conſequenter his dicendum, quæ in tex. expreſſa, l. huius centurio ſunt, ad eum etiam caſum ſpectare, quo in codicillis verbis directis poſita ſubſtitutio ſit, vt quaſi pupillaris ante pubertatem vti militaris poſtea valet.

Hæc ita, cum verbis directis ſub codicillis miles ſubſtituit, quæ trahi niſi ad directam pupillarem, aut militarem nequeunt, & ex quibus voluntas eius declaratur, vt directo ſubſtituere in animo habuerit. Quid ſi verbo communi per codicillos miles ſubſtituit, verum perinde res ſit. Atque ſi ad teſtamentum poſita ſubſtitutio fuerat, eamque ob cauſam ad ſubſtitutionem hanc tex. pertineat in d. l. præcibus, vt qui ad eam enarrati ſenſus ſunt, recipi, & in militis codicillis debeant, & quidem vacua à dubitatione omni res videtur, ſiquidem poſteriorum ſenſum admittimus, vt niſi iure communi teſtatus miles non dicatur, ſicut verbo vſus communi eſt. Inde Barto. opinionem hic num. 28. per tex. illum diſſolui, ſic quomodo vberius demonſtratum in ſexta oppoſi. eſt. Etenim ſi ad ius commune militis ſubſtitutionem referimus, quæ facta in teſtamento eſt, longe facilius hoc idem probandum in codicillis erit.

Sed, & Barto. ſenſu circa, d. l. præcibus. non repudiato, vt pluris aliquid verbo communi in milite, quam pagano tribuatur, Atque ideo ex pupillari ante pubertatem ſubſtitutio valeat, Quam fideicommiſſariam tempore omni in pagano arbitratur. Diuerſam codicillorum, ac teſtamenti cauſam exiſtimo. Eoque nomine ad exemplum pagani militem in codicillis iudicandum, id quia duo interueniunt, propter quæ iuris communis potior interpretatio habeatur vnum, quod verbo vſus communi eſt. Alterum, quod in codicillis ſubſtituit, quæ gemina coniectura fortior ad voluntatem declarandam, quam ſimplex eſt. l. qui patri, & l. qui ex duabus in princip. ini a de acquiren. hæredita. l. Baliſta infra de Trebellia. l. cum in adoptiuis in princi. ibique Bald. C. de adoptio §. ſi vero inſtitu. eo. titu. §. affinitatis inſtitu. de nuptijs § fi. in Auctẽ. de conſang. & vteri. fra. Auctẽ. itaque. C. com. de ſucceſ. & hoc genus mille.

Secundò ex modo hoc procedendi per codicillos, & verba communia, voluntatem declarari militis decet, vt communi, non priuilegiario iure ſubſtituendi mens fuerit. l. ſed etſi ſuſceperit. §. 1. ibi ex genere comparationis. ff. de iudi. l. 1. l. illud. §. tractari infra de iure codicil. l. non codicillum. C. de teſtamen. Barto in l. ſocietatem. § arbitrorum numero 12. ff. pro ſocio. & alia apud nos congeſta in rubri. infra de leg. 1. numero 27. numero 98. & numero 111.

Tertiò vt natura ſubiecti, & codicillorum eſt, ita militis declarari animum conuenit hoc eſt, vt iure obliquo ſubſtituere, non directo vt codicillorum mos poſtulat, cogitauerit. l. imperator. ff. de in diẽ adiectio. idque ex text. d. l. Sceuola probatur, vbi pro natura codicillorum verba directa, oſtendendo etiam, accipiuntur. Quem text. Cuman. ad hoc expendit in dicta l. verbis ciuilibus numero decimo

verſi-

verſi. puto ergo quod dixi. Quartò niſi ex priuilegio in codicillis teſtari, directo ve ſubſtituere miles non permittitur, ob id ad eum caſum reſtringendum ius hoc priuilegiarium videtur, quo verbis directis ſub codicillis vtitur. Ne priuilegium duplex in re dubia ſubaudiatur, vnum circa verbum commune, vt in ſignificatu niſi directo non accipiatur. Alterum, vt in codicillis etiam id fiat, l. quod vero contra. ff. de ll. l. denique. ff. ex quibus cau. maior. l. cum poſt. §. gener. ff. de iure dot. l. mulieri, & titio infra de conditio. & demonſtratio. l. 1. C. de dotis promiſ. Pro qua ſententia tex. præter alios affero in l. ſi quando in prin. C. de inoffi. teſtam.

Ex octaua, & vltima oppoſi. Barto. quæ in fructibus vertitur, mens eius circa oppoſitionem quintam, aliàs primam contra ſecundam partem huius. l. declaratur, de quibus fructibus ſenſerit, de his nimirum, qui in hæreditate inuenti filij ſunt. Perſpicuum id enim ex oppoſi. hac vltima fit. In qua de fructibus tempore medio intra mortem teſtatoris, & filij perceptis meminit. Hi enim in hæreditate teſtatoris eſſe nunquam potuerunt. Cum eo percepti ſuperſtite non ſint. Hoc ita prænarrata, vt de fructibus teſtatore ſubtracto, perceptis tex. noſter intelligatur, Contrarius ei tex. videtur in l. in fidei-
135 commiſſaria infra ad Trebellia. vbi † expreſſum eſt, fructus ab hærede perceptos ſubſtitutioni non cedere. Rationemque tex. ipſe ſubdit, quod vbi hæreditatem reſtituere quis iubetur id demum reſtituere compellitur, quod hæreditatis fuit, de quo genere fructus non ſunt tempore medio percepti. Rebus enim non hæreditati, accepto feruntur, ſiquidem intellectu hæreditas conſtat, qui fructus non ædit. l. hæreditas. ff. de peti. hæredi.

Si dixeris, ratione hac admiſſa, nec res ipſas reſtituendas, quod res, aut corpora intellectus non parit. Reſpondetur, & ſi maxime à iure intellectuali corpora non producantur, attamen comprehenſa ſemel ſub eo fuerunt, & in hæreditate ipſa inuenta. Quod aliter in fructibus contingit teſtatore ſublato, perceptis, quos neque hæreditas profert, neque in ea vnquam fuerunt. Nomen cuius ſtatim deſinit, quam adita eſt. l. ſed ſi plures. §. ſi filio ſupra eo. l. qui tirij infra de his quibus vt indign. l. 1. §. præterea. ff. de ſeparatio. l. fi. in fi. C. de inoffi. teſtam. §. 1. in fi. inſti. quibus manu. non li. §. 1. inſti. de hæredum quali. & differ. Quibus in locis hæredis bona poſt aditionem appellantur. glo. 1. in l. 1. de fideicom. hæredi. petitio. Barto. in l. fi. eo. titu. glo. & Doc. in l. 1. §. veteres in verſicu. per verum. ff. de acquir. poſ. Barto. in rubri. infra de acq. hæredi. num. 1. circa med. & hoc genus.

Textum etiam validiorem contra. l. hanc, & circa fructus, Barto. obijcit in l. iubemus. C. ad Trebellia. vbi non modo reſtitutioni fideicommiſſi, ſed nec quartæ ipſi Trebellianæ fructus hi temporis medij cedunt. Atqui facilius in quartam quid imputatur, quam in fideicommiſſi reſtitutione veniat, vt habetur in l. in quartam infra ad l. Falci.

Ad tex. vtrunque reſpondet. Barto. fideicommiſſariam in contrarijs ſubſtitutionem Compendioſam hic, & ipſam directam verſari. Quæ fortior ad fructus hos medij tẽporis apprehendẽdos eſt, non omnes, verum qui iuxta hæreditatem inuenti filij ſunt, per. l. hanc apparet.

Quia abunde ſatis quæſtio hæc excuſſa in quinta oppoſi. eſt, ea videnda, quæ ſcripta ibi ſunt, à Barto. enim Doc. diſcrepare oſtendimus. Illud ſolummodo adiungemus. Caſus diuerſos inter militarem, & fideicommiſſariam ſubſtitutionem à Barto. induci. Ratione diuerſitatis vlla non expreſſa, quod à iure abhorret. Communis quippe inter caſus omnes lex dicitur, vnde illud demum videndum, an eadem caſuum omnium ratio conſtet, non etiam an expreſſus in ea caſus ſit, de quo agitur Calderi. in conſi. 1. de regular. Eodem Bal. pertinet in l. omnes populi num. 20. verſi. tertio quæro. ff. de iuſti. & iure, idem rationem, ac caſuum diuerſorum ad finem eundem tendentium coniunctionem eſſe, per tex. in l. non poſſunt. ff. de ll. & caſus eoſdem, non diuerſos intelligi, ratio in quibus eadem inuenitur. Bal. idem ſcribit in conſi. 324. omiſſis opinionibus in fi. lib. 5. per tex. in l. his ſolis. C. de reuo. dona. Dyn. in c. fi. de reg. iuris lib. 6. & quæ ſcripta habemus in conſi. 183. num. 3.

Die vltimo Maij 1567.

QVia in prælectionibus matutinis. l. filium quem. C. famil. hercifc. enarratur, & quæſtionem in ea diſceptatam audio,
136 † de qua in conſilio meo 110. vbi parentum aſcendentium, atque deſcendentium cauſam in quarta gemina detrahenda ſcripſimus, contraquam in dicta l. filium. Iaſoni. Polyto, & Coraſio. atque in locis alijs recentioribus pleriſque placet, viſum fuit de controuerſia hac ab inſtituto tantiſper digrediendo, verba facere. Id quidem inprimis, quod aliena a re diſceptatio non omnino videtur. Quandoquidem, dicta l. præcibus, ſenſus hic excutitur, in quo matris fauor occurrit, vnde ab re non videtur, & illud attingere. Nunquid ad quartam geminam excipiendam fauor iſte pertineat, ſimiliter vt obliquationem admittendam prodeſt. Rurſus, & apud Galiau. hic num. 3. quæſtionis huius memoria habetur, ſed nec auditoribus infructuoſa diſceptatio erit. Qui Doc. fidem, moreſque in opinionibus admittendis, confirmandiſve pene dixeram confundendis, & obſcurandis, intelligunt.

Cęterũ quo pellucida magis res fiat, Argumentis rem explicandam vltro, citroque cenſui, & primũ quidem cum opinione negatiua, ius quartæ duplicis aſcendentibus non ſimiliter vt deſcendentibus eſſe, ratio facere non mollis videtur, quod iure id expreſſum in aſcendentibus non legitur, quo argumento Bal. vtitur in l. ſi à milite. §. fi. infra de mili. teſtam. Quam rationem Doc. omnes agnoſcunt, Quibus Bal. arridere opinio ſolet.

Secundò ſpecies hic correctoria vertitur, etenim quod quartæ geminæ detractio fiat, c. Rainutius de teſtam. iuri ciuili refragatur, quo cautum id non inuenitur, eam ob rem extenſio facienda ad aſcendentes non videtur, etiam ſi ratio eadem in eis conſtet glo. in c. licet canon in verſicu. carere. verſicu. de diſpenſatione, de electio. lib. 6. in clem. 2. in verſicu. eiſdem. de æta. & quali. Immola in l. ſi vero. §. de viro nume. 13. ſupra ſolu. matri. & alia apud nos Congeſta in rubri. infra de lega. 1. nume. 46. quo argumento in ſpecie controuerſa Alexan. vtitur in l. in ratione. 1. §. quod vulgo num. 10. & ſeq. infra ad l. Falci.

Tertiò ad tollendam conſequentiam inſtantia ſola prodeſt. §. Pauonum Inſti. de rerum diui. l. creditori in glo. pen. Ibique Iaſ. num. 7. glo. conſentientes profert. ff. de operis noui nuncia.

Ad quem modum ita in ſpecie controuerſa Iaſ. colligit in Auctẽ. ſi qua mulier num. 25. C. de ſacroſan. eccleſ. in l. filium quem num. 9. C. famil. hercifc. & in l. qui ſe patris colum. pen. verſicu. quinto facit. C. vnde liberi. Meminit Idem Iaſ. in Auctẽ. nouiſſima. licet non examinat num. 47. C. de inoffi. teſtam. in l. generaliter. §. cum autem colum. 4. in fine ſeptimæ limitationis. C. de inſtitutio.

& ſub-

& ſubſti. vnde quot inter aſcendentes, & deſcendentes differentiæ, totidem contra opi. noſtram argumenta.

Quartò teſtimonijs Doc. ſententia hæc inſtruitur, & Barto. primum in l. filiusfamilias infra ad l. Fal. Bal. in dicta l. ſi à milite. §. fi. Alex. in dicta l. in ratione. 1. §. quod vulgo num. 10. & ſeq. Infra ad l. Falci. Iaſ. in locis ante relatis In qua ſententia eſſe, & Picus videtur in l. in quartam colum. pen. num. 285. eo. titu. Galiau. hic num. 3. Politus in dicta l. filium quem num. 141. Ibique Coraſi. nume. 77. Idem Gozadi. probat in dicta l. qui ſe patris numero 191.

Argumentis his non aduerſantibus in opinione docendo permaneo. Quam perſecutus conſulendo ſum, eamque potiorem textu, ratione, & frequentioribus Doc. teſtimonijs arbitramur. Atque vbi crebrior Doc. numerus opinioni huic obſtreper, Nihil tamen contra tex. & rationes inuictas Doc. faciendam turbam aſſerimus. Primum igitur tex. ſententia hæc non obſcurè declaratur In cap. Rayn. de teſta. In qua ratio ſubiecta legitur, quamobrem quartæ duplicis permiſſa detractio ſit, quod iure filij videlicet legitima, quaſi ab extraneo Trebelliana excipitur. Ratio hæc in aſcendente per omnia inuenitur, qui aſcendentis iure legitimam, extranei exemplo Trebellianam deducit, ſiquidem æque aſcendentibus legitima debita, atque deſcendentibus eſt, l. nam, & ſi parentibus in prin. ff. de inoffic. teſtam. Sed & ex incremento ſuo parentibus legitimam deberi, vulgo Doc. probant. Idque nec Doc. diffitentur, quibus opinio diuerſa probatur, ius quartæ geminæ ad aſcendentes non trahi. Itaque ſi iure diuerſo, & veluti ex perſonis duorum iura in aſcendente inueniuntur, cur perſonæ duplicis iure non fruetur. Iure enim notiſſimo vtimur, de perſona vna perinde vt de duabus inſeparabilibus iudicium faciendum, vbicunque perſonarum duarum iura in perſona vna concurrunt. l. ſi pater. §. qui duos. Ibique glo. & Bal. ff. de adoptio. l. procurator qui pro euictione. ff. de procura. l. poſt mortem. ff. quan. ex fac. tutor. l. ſi ſeruo meo Stichus Infra de lega. 1. l. tutorem infra de his quibus vt indign. & apud nos in tracta. de antiq. temp. parte. 4. num. 142. ad venetam excluſionem.

Secundò ratio in dicto cap. Raynutius expreſſa generalis eſt, & ad omnes ſpectat, quibus ius datum legitimæ eſt. Proinde ad omnes trahi tex. illum conuenit, In quibus ratio ipſa generalis præmit, tum, & ſi niſi in filijs non loquatur, l. regula. §. & licet. Ibique Barto. & Bal. ff. de iuris, & facti ignor. l. nomen debitoris. §. fi. l. pater filium. §. fundum. Ibique Barto. infra de lega. 3. & alia in reſpon. meo pro Genero aggregata num. 17. & num. 70. Itaque ſicut in aſcendentibus ratio hæc mouet, Ita ad eos non trahi diſpoſitio ipſa dicti. cap. Raynaldus non debebit. Aliter quippe inepta, & meritoria omnino ratio illa erit. Quod argumentum validius ex his fiet, quæ inferius adſcripta in argumento ſecundo confutando partis diuerſæ ſunt.

Tertiò Ang. Cuma. Caſtren. Barba. & Croti teſtimonijs ſententia hæc confirmatur, de quibus in dicto conſilio 110. memoria habita apud nos legitur, & obſeruandum, receptam opi. hanc à Croto aſſeri. qui pro ea non raro de iure à ſe reſponſum ait. Capræ huc teſtimonium accedit in conſi. 99. num. 7. & ſeq. Eandem opi. amplecti, & Rubeus videtur, eamque defenſionis non difficilis ait in l. pa. ci filio nu. 48. ff. de inoffi. teſta.

Sententia hac ageribus tam munitiſſimis circum vallata, ad contraria per fringenda deſcendendum. Quibus celliſis, clariſſima omnia, tutiſſima vt fiant. Itaque argumentum primum non vellicat, Iure cautum non inueniri, vt quartam duplicem aſcendens deducat. Retorcutionem enim argumenti huius Bal. patitur, qui caput eius legitur. An non expreſſum id in dicto cap. Raynaldus, & in ratione eius liquet inducendo, & excutiendo, vt ſupra. Expreſſum quippe id dicitur, quod ex narratis ſequitur, cap. nam concupiſcentiam de conſti. cap. cum ſuper de offi. delega. & alia apud nos accumulata in dicta reſpon. pro Genero num. 308. colum. pen. verſicu. non alienum ab his eſt. Hoc ipſo igitur, quod cauſam quartæ duplicis excipiendæ ex diuerſitate iurium tex. expendit. Ideſt iure naturæ, & extranei, expreſſio haud dubie, & aſcendentium ſequitur. In quibus ratio illa legitimæ, non minus atque in filijs contingit.

Secundò ex Bal. ipſo retorcutio probatur in l. data nume. 11. C. qui accu. non poſ. & in rubri. C. de nauti. fœno. in fi. Cautum tacite ineſſe, quod rationem eandem habet per tex. in l. his ſolis. Ibi ſatis etiam tacitè cautum putamus. C. de reuo. donatio. quem optimum ait, ſequitur. Alex. in conſi. 75. num. 2. in fi. lib. 5. Sed enim rationem eandem aſcendentium, ac deſcendentium eſſe demonſtratum ante eſt.

. Tertiò acrius, & vehementius Bal. argumentum confutatur. Namque cum expreſſa ratio hæc quartæ duplicis detrahendæ in textu ſit, extenſio fieri ad aſcendentes non dicitur, verum ſub ipſo comprænenſi textu intelliguntur. Quatenus ratio eius ipſos complectitur, l. nominis, & rei. §. verbum ex legibus. ff. de verbo. ſigni. glo. in cap. 1. de tempor. ordi. lib. 6. & alia apud nos comportata in conſi. 183. num. 3. Quibus Alex. adſtruitur in dicto conſi. 75. num. 2. in fi. Deci. in cap. In præſentia num. 35. de proba. in conſi. 184. colum. 2. Iaſ. in l. cum quidam colum. fi. num. 22. ſupra de lib. & po. Crot. in rubri. ſupra ſolu. ma. num. 21.

137 Quartò † expreſſum, & ſcriptum dicitur, quod ex verbis ſcriptis colligitur, & inſertur, vbi ſcripturam lex poſcit, l. 1. §. ſi autem, & quod ibi Barto. ſupra titu. 1. & quod Ang. no. in l. quotiens in prin. per illum tex. eo. titu. Meminit Deci. in conſi. 68. colum. 5. Atqui ius hoc aſcendentium ex verbis, & ratione dict. cap. Raynaldus, non obſcurè infertur, & deſcendit.

Quintò expreſſum dicitur, quod ita declaratur, vt ad capiendam intellectus non laboret, verum dubitatione omni remota patet Bal. in Authen. hoc inter liberos in primis verbis. C. de teſtam. Sed enim cui intellectus laborauerit, ſi eò quartam geminam filius conſequitur, quod diuerſo eas iure aufert, vnam vti filius, alteram quaſi extraneus. Quin tantundem admitti, & in omnibus oporteat. In quibus ratio hæc variationis contingit, vt iure eas diuerſo habeant.

Sextò non argumento ſuo Bal. repercutitur. Iure expreſſum, aut prohibitum non inueniri quartæ duplicis detractionem ab aſcendentibus non fieri.

Non obſtat, ſpeciem hic correctoriã verſari, iusque ciuile per canonicum mutari in dicto cap. Raynaldus. Quoniam à Croto arg. hoc diluitur. cum ratio expreſſa in dicto cap. Raynaldus, ſit, cur quartæ vnius, & alterius detractio fiat: quæ ad aſcenden-
138 tes per omnia competit, & in † correctorijs per rationem expreſſam extenſionem admitti. Perſude quaſi compræhenſus, & incluſus caſus ſub ratione ipſa, citrà extenſionem appareat. glo. in cle. 1. in verſi. eligatur de electio. Bal. in Authen. quas actiones. q. 3. Ibique Iaſ. num. 17. C. de ſacroſan. eccleſ.

Alex.

Alexan. in l. ſi conſtante in princip. numero quinto verſiculo tertio limita. ff. ſolu. matrimo. Soci. in l. ſerui electione. §. primo numero nono. verſiculo ergo ſicur infra de lega. primo. Deci. in dicto cap. tranſlato numero ſecundo verſiculo ad hoc breuiter de conſtitutio. in conſilio 284. columna ſecunda in conſilio 372. nume. ſeptimo, & apud nos de antiquita. tempo. parte 4. numero 41. limitatione 13.

Secundò præter Crotum, argumentum feſellitur, inficias eundo iuris hic ciuilis correctionem verti. Namque, aut iure id ciuili expreſſum dicimus, quartæ duplicis excipiendæ facultatem, nec in filijs eſſe. Quo caſu contrarium iuri ciuili canonicum non etiam correctorium eius erit, cum facultas corrigendi in his abſit, quæ ad peccatum, aut ſalutem non attinent. Atque ideo contradictione inter ius ciuile, & canonicum intercedente, in ſuo vnum quodque foro ſeruatur. capitu. ſi duobus. § denique de appella. Barto. in l. priuilegia. C. de ſacroſan. eccleſ. not. in capitulo primo, & ſecundo de oper. noui nunciatio. Cuman. in conſilio 154 viſis in princip. Fulgoſi. in conſilio 168. data ſententia in fin. Imola in capitulo cum contingat numero ſexto. circa princi. de iureiuran. & quomodo correctio intelligi poterit, corrigendi poteſtate remota. l. eius eſt nolle. ff. de regulis iuris. & de poteſtate corrigendi ante omnia quærendum. l. ſi quæramus ſupra de teſtamen. l. quidam referunt infra de iure codic. l. prima. §. primo. Infra de lega. tertio. l. ſecunda in fin. ff. de pœnis. l multum. C. ſi quis alteri vel ſibi. Toto titu. C. ſi à non competen. iudi. & ſine poteſtate fruſtià voluntas conatur. capitulo cum ſuper Abbaria de officio. delega. vnde pro non correcto habetur, quod corrigi non poteſt. capi. quod autem de iure patro. l. traditio. ff. de regul. iuris. Quo magis admirer correctorium ius ab Alexan. expreſſum. Cum niſi iuri ciuili ius aduerſarium dici canonicum nequeat. In qua contradictione argumen. & ratio ſilet. Quæ à correctione vitanda decerpitur. Ea propter, aut in terris imperij repudiandum omnino canonicum ius erit, Quod ad peccatum, aut ſalutem non ſpectat. Aut ſi recipiendum id aſſerimus. Eiſdem id modis in terris imperij, atque eccleſiæ recipietur. Atque ideo ſicut in ipſo eccleſiæ ſolo ad aſcendentes text. ſpectat in dicto capitulo Raynutius, & in dicto capitulo Raynaldus. Ita dicendum, & in Cæſaris agro erit.

Aut iure ciuili prohibitum expreſſim quartæ vnius, & alterius detractionem non dicimus, verum iuris ciuilis dubitationem per ius canonicum reſecari. Quo caſu iuri canonico, & in terris imperij ſtandum Bartol. ſcribit in dicta l. priuilegia. C. de ſacroſanct. eccleſ. Docto. in dicto capitulo primo, & ſecundo. de operis noui nunciatio. & iſto caſu minor dubitandi ratio ſponteque ſua Alexan. ratio deficit. Siquidem ius hic declaratorium, non correctorium verſatur. Ius porrò declaratorium in capitulis memoratis Raynutius, & Raynaldus verſari Imola teſtatur in dicto §. quod vulgo numero decimoſexto circa princip. ibique Alexand. colum. quinta ante med. verſiculo, & ideo Ioan. Andr. Iaſon. in dicta l. filium quem. numero octauo circa med. in l. cohæredi. §. cum filiæ numero vndecimo in fine verſiculo quicquid ſit infra eodem, vt aliud Alexan. ſcribat in conſilio 142. colum. ſexta numero 10. lib. 2.

Tertium item argumen. non morſicat, ſatis inſtantiam ad conſequentiam tollendam prodeſſe. Inſtantiam planè contra aſcendentes ex diſcriminibus apparere, quæ inter aſcendentes, & deſcendentes afferuntur. Quoniam locum id habet, vbicunque niſi ex ratione eadem conſequentia deſumitur. Aliter atque ſi ex comparatione regulari, quia æquiparata aliqua per regulam iuris inueniuntur. Quo caſu argumen. ſperni ex ratione æquiparationis non ſolet, quamuis differentiæ multæ, aut inſtantiæ contrariæ interueniant, ſatis enim eſt, inſtantiam, aut differentiam in caſu controuerſo non reperiri Salice. in dicta l. precibus numero nono. C. de impuber. Deci. in capitulo translato in quarto nota. conſtitutio. in ſecunda lectura. Idem Aretin. ſentit in l. ex facto in ſexto nota. per illum text. infra eodem. De quo ſubſcribendo Iaſon. meminit in dicta l. creditori numero ſeptimo. ff. de oper. noui nunciatio. idque perſpicuè magis vltra Areti & alios oſtenditur, quòd aliter interpretantibus, nulla non regula per exceptionem, vel vnam conſumetur. Inſtantia quippè exceptionis contra regulam dabitur. Enimuero per regulam iuris circa legitimæ debitum, & incrementum eius pares deſcendentibus aſcendentes fiunt, vt æque cis ex augmento eodem ac deſcendentibus debeatur. Itaque ſicur legitimam ex fideicommiſſo conditionali deſcendentes excipiunt, ita excipienda ab aſcendentibus erit, & ſi nec extraneis Trebelliana denegatur. Longè minus ab ea arcendi aſcendentes erunt. Conſequenter his dicendum, ſatis aſcendentibus eſſe, iure hoc quartæ duplicis deducendæ interdictum eis ne quidē in genere eſſe.

Secundò locum, aut coloris pluſculum argumen. haberet, ſi ratio quartæ duplicis capiendæ expreſſa textu non ſit in dicto capitulo Raynaldus, quo caſu per extenſionem res procederet. Ratione planè declarata, fruſtrà contra text. inſtantia obijcitur. l. Ancillæ. C. de furtis.

Quartum denique argumen. non obeſt, quod in teſtimonijs Docto. ponitur. Quoniam firma & concludentia non ſunt, & primum quidem. quod ad Barto. attinet, contrarius ſententiæ huic non eſt, vtpotè, qui de quarta duplici verbum non facit, verum de fructibus loquitur, de quibus in l. iubemus. C. ad Trebellia. ſed enim conſequentia non rectè deſumitur, fructus aſcendentibus imputantur, ergo quartam duplicem non detrahunt. Imo enim contrarius parti Barr. potius videtur. Quoniam fruſtrà de fructibus tractatur, ſi quartæ detractio non fit.

Secundò in ſpecie magis conſequentia debellatur, quæ ex Barto. decerpitur. Quoniam ea admiſſa, niſi liberis primi gradus quartæ duplicis detractio non competeret, ſiquidem iure alio in fructibus liberis vlterioris gradus, atque primi haberi. tex. ipſe in dicta. l. iubemus. Indicat. Quocirca incogitatè pro ſententia hac Barto. teſtimonium producitur.

Tertiò nihil aliud niſi differentiam inter aſcendentes, & deſcendentes circa fructus, in dicta l. filiusfamilias. Barto. non præſtat. Sed enim ob differentias aliquas conſequentiam, & regulam æquiparationis non elidi, demonſtratum ante eſt.

Baldi minus teſtimonium efficit. Rãtio enim eius diſſoluta in argumento primo confutando eſt. Ratione igitur peſfracta, non poteſt teſtimonium non intercidere, vtpotè fundamento ſubuerſo. l. nam origo. ff. quod vi aut clam. capi-

tulo vulnerato & capitu. cum Paulus prima quæſtio. prima, & iſtud eſt, quod vero dicitur, ratione tacente, & diſpoſitionem ſilere. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. Atque ex Bald. ipſo re ſponſio hæc iuuatur in l. conuenticula numero quarto. & ſequen. in fin. C. de epiſcop. & cleric.

139 ex ratione † teſtis non idonea teſtimonium eius prorſus euerti, id quia dictum ad ſe ratio tra hit. Idem Geminia. ſcribit in conſilio 142. numero ſexto. poſt med. Soci. in conſilio quadrageſimoſecundo numero vndecimo libro primo Iaſon. in l. fina. colum. prima. ff. de offic. procur. Cæſar. Deci. in l. 1. nu. 13. in fin. ff. ſi cer. pet. in 1. le ctu. & hoc genus.

Secundò reſpondetur, opinionem contrariam à Bald. non adfirmari. Immo enim cogitandam eam relinquit. Quocircà nihili teſtimonium fieri, aut parui certè faciendû, in quo animi ſe pendere teſtis ait, firmum enim, & conſtans id eſſe oportet, vt apud nos in conſilio ſexto numero 124. Bald. huc accedit in l. fina. numero trigeſimoquarto. circa princip. C. de ædic. diul Adria. tollen. per dubitationem aliqualem teſtimonium ſubuerti.

Alexan. item teſtimonium non mouet in dicta l. in ratione. §. quod vulgo. Quoniam ratione mala impellitur, quòd correctorium ius in ſpecie hac vertitur. Irritata enim ratio hæc in argumento ſecundo refellendo apparet. Ratione igitur Alexan. eliſa, non poteſt opinio eius non proſterni, ſic quomodo in teſtimonio Bald. dictû reſoluendo habemus.

Eodem modo Iaſon. teſtimonium repellitur. Qui Baldi & Alex. exemplo nititur. Qua enim ratione Bal. & Alexan. teſtimonia expugnantur, ita & Iaſ. autoritas improbabitur, qui exemplis ipſis Bald. & Alexan. ſubnititur, & inquantum diſcrimina Iat. inter aſcendentes, & deſcendentes profert, ad rem ea non attinere, neque per inſtantiam eorum conſequentiam perimi, teſtatum ante in argumenti tertij refeſſione ha[illegible].

Pici etiam teſtimonium non mouet. Quoniã remittendo loquitur, quòd ſpatium diſcutiendi non fuit, & quemadmodum Docto. teſtimonia repelluntur, ad quos lectorem deducit, ita & Pici ipſius teſtimonium excluditur.

Minus Galiau. teſtimonium nocet, qui niſi Bal di teſtimonio non fidit in dicta l. ſi a milite. §. fin. vnde eiſdem, atque B[illegible] modis Galiau. ipſe con uincitur, vtpote fundamento eius diſiecto. Rurſus ex fide bona Baldum non refert, quem id affir mare facit, in quo animi hoc ipſo pendet, quòd cogitandum. q. reliquit.

Eiſdem modis & Gozadini teſtimonium eleuatur in dicta l. qui ſe patris numero 191. Qui in Baldi, & Alexan. autoritate acquieſcit. Quibus ceu fundamentis exciſis, non poteſt & Gozadi. non conuelli, qui totus ab eis pendet. l. tertia. §. §. fin. ſupra de libe. & poſthu. l. tertia. §. fin. ſupra de iniuſto teſtamen. l. tertia §. fin. & l. ab inteſtato infra de iure codicill. & quis illud ferat, pluris quicquam in cautaio, quam in cauſa ipſa eſſe. l. ſilium habeo. ff. ad Macedon. l. filiusfamilias infra de acquir. hæredi. l. digna vox. C. de ll. & hoc

140 genus. Rurſus pluris aliquid † in referente eſſe, quam in relato nequit.

Atque ideo ſi erroris relatum conuincitur, vitij eiuſdem, & referens neceſſariò damnatur. Cardina. in conſilio 111. de ſingulis colum. prima Alexan. in conſilio nono colum. fin. libro quinto Felyn. in capitulo quoniam Abbas colum. fina. de offic. delega. Deci. in l. edita numero 86. verſiculo, & hoc verum eſt. in Authen. ſi quis in aliquo documento numero trigeſimonono. in fin. C. de eden. in conſilio 63. in ſecundo dubio. & hoc genus.

Profligationes eaſdem, & Coraſij teſtimoniû patitur. Polytus vero parti potius contradicit. Cum ait, veriſſimam opinionem diuerſam eſſe, ſiquidem errore ius canonicum inſtitutum dicimus, de quo in dicto capitulo. Raynutius & cap. Raynaldus. Quem errorem aſſerere, rubori habet. Vnde non ſatis ei conſtare de controuerſia hac apparet, & per quam parcè & ſobriè in ea ſe continuit.

141 Oppoſitionibus abſolutis, ad † tractatû compendioſæ Bart. aggreditur. Quam præaltam, magnæ ſubtilitatis, non rectè à Docto. excuſſam, & omnium frequentiſſimam aſſerit. ſubijci à Bart. poterat, & quo crebrior vſus eius in foro eſt, eo ſtudio diligentiori, ſolertiorive, & vberius diſcenda. l. legauit infra de libera. lega. Quam tractatum in partes tres Barto. diſtinguit. In prima definitionem, aut deſcriptionem eius ſummatim exequitur. Secunda ad nomen, aut appellationem eius ſpectat, cur nomen hoc adepta compendioſa ſit. Tertia & ipſa cumulatiſſima in eſſe ctibus eius verſatur Partes alias duas Imola adiungit colum. 9. numero 18. verſi. extra glo. vnam, an ſpecies per ſe ſit. Alium qualiter finiatur.

Circa definitionem, compendioſam Bar. ait, quæ ſub conditione mortis, aut alia, tempora plu ra tenet. De conditione mortis per l. hanc & in dicta l. precibus conſtare Barr. ſcribit. Inter quas ll. circa conditionem hanc mortis non diffett. Præterquam quòd limitata hic mortis conditio ad tempus certum eſt. in dicto verſiculo l. precibus nulla temporis determinatio, vnde quocunque tempore hæredi mortalitas contingat, locum ſubſtitutio habet. Quod aliter in l. hac fit. In qua effectum ſubſtitutio non alias habet, niſi ſi intra annum 25. mortem filius obeat. Quoniam vltra tempus limitatum diſpoſitio non porrigitur l. imperator. ff. de poſtulan. l. prima. §. ſi mulier ſupra de libe. agnoſcen. l. ſtatuliberum. §. Stichum infra de lega. ſecunda l. pater filium. §. fundum infra de lega. tertio, & hoc genus. Ex qua Batto. traditione ſenſus etiam. ll. iſtarû confutatur, de quo memoria habita ante eſt. Quo differentia inter tempus limitatum, & indeterminatum inducitur. Nullum quippè diſcrimen eſſe, vbicunque intra tempus ipſum determinatum conditio ſubſtitutionis impletur, non obſcurè. Barto. hic ſentit. Qui iure pari caſum vtrumque dirimit. Par hoc ius in temporum plurium comprehenſione vertitur. vtraque enim tempora plu ra continet, ante pubertatem videlicet, & poſtea, vtique cum tempus pupillaris ætatis limitatio ipſa, vt hic excedit, ſi intra 25. annum deceſſerit. Rurſus ita iuris paritas contingit, ſi à Pagano vtraque, aut à milite fit. Cauſa alia eſt, ſi à Pagano vna, à milite altera adſcribitur. Inter paganum quippe, & militem diſtare non ambigitur.

Aliqua in Bar. definitione videnda, & primum illud, cum ex conditione mortis fieri compendioſam ait. Quomodo in tempore ipſo mortis intelligi conditio valeat. Conditio quippe ita eſt, ſi incerta ſit, & ab euentu dubio pendet, vt quæ deficere, ac nõ deficere poſſit. Aliter atq. ſi certum ſit, omnino conditionẽ extituram. Pro pura tum enim diſpoſitio habetur, quãuis ad conditionem verba ſpectent, ſeu concepta per conditionem ſint.

ſint l. quòd ſi ea. ff. de conditio. indebi. l. neceſſario. §. ſi ita res venierit. ff. de peri. & commo. rei vendi. l. ſi pupillus. §. primo. ff. de nouatio. Alexan. in l. prima numero quadrageſimoſexto verſiculo. Roma. hic tranſit. ff. ſi certum peta. Inde perfectus ex parte omni contractus habetur, Qui ſub conditione conſumatus huiuſmodi eſt, quæ extitura omnino ſit Ioan. de Anan. in conſilio decimonono. numero decimoquinto. Inde dicimus, id conditioni inſitum, vt ad eſſe iuxta ac non eſſe ſe habeat, neque aliter conditionem intelligi Bald. in l. ſi quis ad ſeſundum numero octauo C. ad l. Iuliam de vi. per text. in l. cum ad præſens. ff. ſi certum petatur, & in l. cum in ſecundo ſupra de iniuſto teſtamen. Econtrario conditionalis actus habetur, qui purus à verbis apparet, quotiens effectus eius ab euentu dubio pendet glo. in l. interdum. ff. de verborum obligatio. Butigel. in l. prima §. ſi quis ſimpliciter numero decimoquarto eodem ritu. Sed enim exiturum mortem omnino eſſe, natura & vſus ipſe docet.

Quo pacto igitur conditionem in tempore ipſo mortis, compendioſa admittet.

Secundò in ſpecie, conditionem in mortis tempore non verſari, ex text. oſtenditur in l. hæres meus in princip. infra de conditio. & demonſtratio. vbi conditionale legatum non eſt, quo Titio, cum morietur, quid dare hæres iubetur. Id quia extitura omnino conditio eſt, neque ab euentu incerto pendet. Quod idem text. confirmat in l. 4. in 2. reſpon. infra quan. dies lega. ced.

142 Reſpondetur. Per magni† referre, hæredi grauato, an honorato, fideicommiſſario puta, aut legatario tempus adiectum mortis ſit. Cum honorato tempus mortis adſcribitur. Verbi gratia Titio quid relinquitur, cum mortem obibit, conditionale legatum non perhibetur, quod certum ſit, mortem omnino futuram. Neque ad rem attinet, hærede incolumi, an eo extincto, mortalitas legatarij eueniat. Cum honoratum ipſum mortis tempus ſpectet. Vnde ſatis eſt, ab euentu quo incerto mortem eius non pendere. Si autem grauato ipſi tempus adiectum mortis eſt. Quia poſt mortem ſuam, vel cum morietur, præſtare quid iubetur. Tum vero conditionale legatum perhibetur. Id quia ſuperſtitem honoratum, aut legatarium eſſe oportet, cum vita grauatus cedit. At enim incertum id eſt, vtrum inter viuos futurus honoratus ſit, cum à viuis grauatus excedet. Conſequenter vt certum ſit, extinctum grauatum iri; Attamen quia incertum eſt, poſt vltimum legatarij, aut honorati diem, an ante id contingat, Non poteſt legatum hoc conditionale non intelligi. Diſtinctio hæc ex textibus memoratis declaratur in dicta l. hæres meus in princip. & §. primo, & in dicta l. quarta. Idem ex tex. ſignificatur in l. ſi pecunia legata. §. primo infra lega. ſecunda in l. quibus diebus. §. quidam Titio infra de conditio. & demonſtratio. in l. huiuſmodi in fin. infra quan. dies lega. cedat. Barto. & alij in l. ſi cui. primo §. primo. Ibique Iaſon. numero ſexto infra de lega. primo. Roman. in conſilio decimoſeptimo. in fin. Capra in conſilio ſeptuageſimonono. vt ſemel dicam, purum legatum intelligitur, conditio cui, aut dies adſcriptus incertus non eſt. Ita vt certum omnino ſit, in vita eius relictum ceſſurum, veluti cum in tempus mortis eius quid relinquitur. Per contrarium conditionale relictum habetur, quotiens incertum eſt, exiturum an non relictum, ſeu ceſſurus an non dies relicti in legatarij ipſius vita ſit, veluti cum poſt grauati mortem, aut cum is morietur, accipere quis debet. Incertum quippè eſt, inter homines futurus legatarius ſit, cum dies ipſe legati cedet. De quo genere, tempus mortis eſt in compendioſa adſcriptum. Hæredi enim grauato tempus ipſum mortis adijcitur, ſi intra tempus certum, aut indeterminatum deceſſerit. Quo caſu incertum eſt, ſuperſtes, necne futurus ſubſtitutus ſit, cum ad ſupremum diem ſuum hæres peruenerit. Atque ideo non conditioalis æſtimari ſubſtitutio hæc non poteſt, quæ poſt mortem facta hæredis eſt. Eam ob rem non male ſcriptum à Bar. legitur, compendioſam ſubſtitutionem dici, quæ ſub conditione mortis, aut alia facta, ad tempora plura trahitur.

Secundò ſenſus Barto. in definitione compendioſæ circa verba illa indagandus ſub conditione alia. Quam interpretationem recipiant. Senſum duplicem ad verba hæc competere Iaſon. hic ſcribit numero vigeſimoſecundo verſiculo ſecundo & ſubtilius. poſt Imolam numero decimooctauo verſiculo extra glo. & Aret. colum. quinta in fin. verſiculo, & antequam ingrediar. Senſus prior & ipſe controuerſiæ nullius, vt cumulatiuè verba illa intelligantur, vel conditione alia. Hoc eſt, vt præter conditionem mortis conditio, & alia addatur verbi gratia ſi de cohærede ſubſtitutio compendioſa per conditionem mortis, & illam præterea ſit, ſi hæres ſubſtitutus erit, de qua no. l. qui liberis in princip. infra eodem. Quo caſu conditionem duplicem ſubſtitutio habebit. Prior, ſi ante ſubſtitutum mortuus hæres erit, cui facta ſubſtitutio eſt. Altera, ſi hæres ſubſtitutus erit. Sed & ad conditionem aliam præter eam, quæ in tempore mortis ineſt, verba refert. Barto. poſſunt, vel alia. Si conſul puta Titius erit, aut ex aſia nauis venerit, ſi ſine liberis, aut ſine teſtamento deceſſerit.

Senſum hunc, vt cumulatiuè verba accipiantur, vel conditione alia, Bartolo fuiſſe, Aret. & Iaſon. non credunt, & licet non aperiant. Ratio ea videtur. Quoniam cum de alia loquitur, excludere eam videtur, quam tempus mortis habet. l. cum prætor. ff. de iudi. Ruſſus cum de alia numero vnitatis meminit, ſubaudienda alia non videtur. l. fin. infra ad Trebellia. cap. gaudemus de diuor. cap. cum in illis. §. fina. de præbend. libro ſexto. Tertio 143 ſenſum cumulatiuum alternatiua, † vel non patitur, quæ diſiunctionem denotat. l. ſi hæredi plures infra de conditio. inſtitutio. l. ſi is qui. cc. §. vtrum infra de rebus dubijs. l. ſi quis ita in fi. ff. de verb. obli. c. inter cæteras. de reſcrip.

Senſus igitur alter & ipſe Bartoli menti proprior, vt in conditione alia, quam mortis, & ipſa ſimplici, aut vnica rectè compendioſa fiat, ſi Titius puta factus conſulerit, aut ex aſia nauis venerit. Compendioſa enim eo dicetur, quòd tempora plura, ante pubertatem & poſt, ſubſtitutioneſque plures habeat, pupillarem, vulgarem & fideicommiſſariã, vt Iaſ. hic contra Aret. ſcribit.

Sed enim fieri non poſſe, vt ſub conditione alia externa, & ipſa ſola, compendioſa inducatur, ratione manifeſta a ſe probari. Aret. ait. Quæ ratio a partibus ſatis enumeratis colligitur. Quoniam, aut impuberi ſubſtitutio fit, aut puberi, ſiquidẽ impuberi ita teſtator ſubſtituit, ſi nauis ex aſia venerit, quamuis & ante pubertatem, & poſtea euenire conditio poſſit. Attamen ſolus conditionis euentus ſatis ad effectum pupillaris non erit, vt ad pupillarem ante pubertatem compendioſa trahatur. At enim conditio, & alia neceſſariò ſubauditur, ſi pupil-

lus mortuus filius erit. Quæ interna, aut intrinſeca, quam dicunt, conditio eſt. Et qua catere Pupillaris nequit. §. primo, & §. non ſolum inſtitutio. de pupilla. Quocirca impoſſibilis compendioſa in conditione illa ſola externa circa pupillarem, erit. Ita vt compendioſæ naturam habeat, hoc eſt, vt tempora plura, & per ea ſubſtitutiones plures appræhendat. Atque ideo quod ad pupillatem attinet, conditionem mortis neceſſario compendioſa habet, neque per externam adimpleri conditionem poteſt. Quæ ſuperſtite pupillo extiterit.

Si autem puberi ex conditione alia, qoam mortis, compendioſa fit, quandocunque puta conſul factus Titius erit, vel quandocunque nauis ex aſia venerit. Compendioſa nihilo magis erit. Id quia tempora plura non complectitur, ſine qua temporum pluralitate intelligi compendioſam non poſſe, ipſa Barto. definitio indicat. Temporum planè diuerſitatem, aut pluralitatem non interuenire. ita Areti. docet. Ab effectu, non à materia temporum vnitas, pluralitasve dignoſcitur. Quare tempus vnũ erit, quod vniſorme quantum ad effectum vnum eſt, neque effectum parere pluſquam vnum poteſt, quamuis quantum ad materiam ipſam temporis, ex qua tempus conſtat, hoc eſt ex pluralitate horarum, momentorum, dierum, menſium & annorum tempora plura perhibeantur. Idque ex eo Areti. probat, quod dici in delictis ſolet, quæ cauſam ſucceſſiuam habent, & repetitionem admittunt. Plura quippe delicta ex continuatione non dicuntur, quæ temporibus diuerſis fit, quotiens pluralitatem ex eis effectus non ſequitur, veluti in ſurto, namque ex retentione rei aſſiduè contractatio rei alienæ fit. Idem in adulterio iterato. Atqui non pluſquam furtum, & adulterium vnum habetur, neque ex diuerſitate temporum, quibus continuatio fit, pluralitas naſci delictorum ſolet. Id quia nõ niſi effectus vnus pœnæ vnius, ex temporum pluralitate non naſcitur, vt apud Barto. in l. cum qui. §. in popularibus. poſt glo. ibi. ff. de iureiuran. in l. vulgaris. in l. inficiando. §. infans. ff. de furtis. in l. nunquam plura. ff. de diuer. delic. ex text. etiam id iuuatur in l. vnum ſupra de teſtamen. vbi pro vno teſtamenta plura exempli einſdem, habentur, quòd effectus non pluſquam vnus ab omnibus deſcendit. Atque ideo ad eam temporum diuerſitas non attinet, quibus diuerſa teſtamenta fiunt, ſed enim cũ puberi in formam compendioſæ ſubſtitutio fit, effectus produci non pluſquam vnus poteſt, qui ad fideicommiſſariam ſpectat. Ergo compendioſa quantum ad effectum non erit: quia tempora plura effectuum diuerſorum non habet, At vnicum pubertatis tempus, ex quo fideicommiſſaria tantũmodo naſcitur.

144 Secundò pro † ſententia hac, compendioſam non dici, quæ puberi fit, cum effectum parere non pluſquam vnum fideicommiſſariæ poſſit, text. Aretin. argutiſſimè inducit, in dicta l. precibus. §. ſi vero, vbi cum ſubſtitutio pupillaris, expreſſa antecedit, ſubſtitutio, quæ poſtea ſequitur, expreſſa ſimiliter dicitur, & a compendioſa differt, vt ibi in tex. dicitur. text. Areti. obſeruat, cum ex cauſa fideicommiſſi valere ſubſtitutionem ait, & poſt pubertatem factam ſubſtitutionem illam innuit. Hoc eſt ſi in pupillari ætate, vel poſtea quandocunque deceſſerit. Etenim cum iure fideicommiſſi poſt pubertatem ſubſtitutio valeat. Conſeqnens fit, a compendioſa, eam differre. Aliud quippe fideicommiſſaria atque compendioſa eſt, vt expreſſim ibi glo. penult. poſt medi. ſcribit. Conſequenter nomen ferre compendioſæ non poterit, quæ poſt pubertatem concipitur, quamuis ad formam compendioſæ fiat. Neque dixeris, ex vaticinio Areti. inductionem conſtare, vt ad formam memoratam conſcripta ſubſtitutio ſit, ſi in ætate pupillari, vel poſtea quandocunque filius deceſſerit. Quoniam cum alternatiuè text. loquitur, ſiue expreſſa in ſpecie pupillaris, ſiue ſub compendioſa ſit, vtique & caſum hunc admittit, quo ita ſubſtitutio fit, ſi in ætate pupillari, vel poſtea: quia & ante pubertatem & poſtea in ſpecie ſubſtitutio fit. Atqui fideicommiſſariam eam ait, quæ poſt pubertatem fit. Quæ a compendioſa diſtat. Neque nomen, effectusve in ea intelligi compendioſæ poteſt. Cum pupillatem non compræhendat, De qua mentio facta in ſpecie eſt. Contineri enim ſub genere deſinit, cuius in ſpecie facta expreſſio inuenitur. l. cum exſilio. §. 1. l. qui plures. §. itaque. l. ex facto. §. item quæro. hoc eodem titu. l. nonnunquam infra de conditio. & demonſtratio. Neque ſub nomine generali continetur, quod ſpeciale nomen habet. l. ædiles. 2. §. iumentorum. ff. de ædil. ædic. l. ligni. §. 1. l. hæres meus. §. duæ ſtatuæ infra de lega. 3. l. alimenta. §. Baſilicæ infra de alimen. lega. l. quotiens. C. familiæ herciſcun.

Sed aliter vltra Aret. induci text. poteſt in dicta l. precibus. §. ſi vero. Alternatiuam expendendo, quę copulate intelligi, aut coniunctim non debet. l. ſi hæredi plures infra titu. 1. §. ſi plures inſtitutio. de hæredi. inſtitutio. Compendioſam igitur diſiunctim text. nuncupat. hoc eſt cum ſeparatim, & per ſe citra mentionem pupillaris in ſpecie fit. Aliud igitur text. ſentit, ſi vtriuſque mentio copulatè fit. Quo caſu ſubſtitutiones continere plures non poteſt, ſiquidem pupillarem non contineri, quæ expreſſa nominatim eſt, demonſtratum mox ante habemus.

Tertiò glo. in dicta l. precibus in glo. magna in fin. Areti. inducit, quæ fideicommiſſariam ſubſtitutionem hanc poſt pubertatem ait, quæ ſub commemoratione, aut diſtinctione factam ætatem eſt, ſi fideicommiſſaria dicitur, quæ poſt pubertatem contingit. Ergo nomen compendioſæ non habebit. Quoniam aliud fideicommiſſariam, atque cõpendioſam eſſe, ante paulò glo. dixerat. Si dixeris, immo compendioſam videri, quòd pupillarem ante pubertatem capiat. Negatur, cum in ſpecie expreſſa pupillaris ſit. per ea, quæ ſcripta ante ſunt.

Conſequenter his dicendum, Pluralitatem temporum in compendioſa formaliter intelligendam. Id eſt quæ formam, aut effectum ſuum diſtinctum & ſeparatum habent. Non etiam de temporibus vniformibus, aut vniuſmodi, ex quibus diſtinctio, qua ſequi formæ nõn poteſt.

De quo genere tempus pubertatis eſt. Atque ideo compendioſam non dici, quæ puberi fit. Neque aliter in verbis ijs plura tempora. Bartolum ſenſiſſe Areti. putat. Idque clarè ſatis in dicta l. precibus glo. velle. ita duo coniunctim ad compendioſam Areti. inſpectio exigit, nimirum & temporum, & ſubſtitutionum pluralitatem. Idque expreſſius hic Ripa ſentit numero 60. verſiculo inf[illegible]tur etiam, non eſſe verum, qui nonnulla ſubijcit à re prorſus aliena. Aliud credo, agebat.

Sed obiecturus aliquis erit, ratione hac admiſſa, vt ſatis pluralitas temporum ad compendioſam non ſit, niſi ſi effectum diſtinctum ſuum quodque tempus proferat. Conſequens fieri, vt nec compendioſa dicatur, quæ verbis directis impuberi à

pagano vltra tempus etiam pubertatis ſit, ſi intra annum triginta, vel quandocunque deceſſerit. Quandoquidem non niſi ſubſtitutionem pupillarem continet. l. verbis ciuilibus. Secundum ſenſum glo. & Barto. ſupra eodem. Atqui compendioſam hoc genus ſubſtitutionem, quæ impuberi ſit, vulgo Docto. habent. Reſpondet Areti. compendioſam hanc dici, quoniam & ſi maxime iuris conſtitutione ſubſtitutionem vnam duntaxat continet, Attamen quod ad verba attinet, ad plures adaptatur, iam quæ ſit ante pubertatẽ, quam poſtea. Quod non perinde contingit, vbicunque puberi ſubſtitutio ſit.

Sed enim inſpectioni huic & argumento obſtare Areti. videtur. Eo enim ſub conditione aliaꝗ, quã mortis puberi fieri compendioſam nõ putat, quod vniformia ad effectum vnum tempora omnia poſt pubertatem ſunt, & niſi fideicommiſſaria per ea naſci ſubſtitutio nequit. Atqui ratione hac admiſſa, conſequens ſit, nec ſub conditione mortis poſt pubertatem compendioſam fieri, ſiquidem niſi fideicommiſſariam, & illa non producit.

Secundò Areti. inſpectioni refragatur, quod ex Bart. numero decimo in quæſtio. ſecunda, & in denominatione compendioſæ ipſe ſubijcit. Compen-
145 dioſam † ideo appellari, quòd verbis paucis ſubſtitutiones plures, vel tempora plura complectitur. In qua alternatiua ſatis eſſe Barto. putat, ſi, verborum compendio ſubſtitutiones plures tempore, vel vno ſubſtitutio appræhendit. Atque ideo compendioſa dicenda, quæ puberi ſit, non ideo minus erit, quòd tempus niſi vnum complecti pubertatis non videtur. Dum ſubſtitutiones modo plures capiat. Plures planè complecti hæc poteſt, vulgarem nempe, & fideicommiſſariam, vt in dicta l. precibus. Bald obſeruat numero 34. ibique glo. penul. improbat verſiculo, ſed ſi ita ſubſtituat, quæ compendioſam ſubſtitutionem non putat, ſub qua pupillaris non continetur, ſed fideicommiſſaria tantum, fallitur enim glo. quæ ad vulgarem non animaduertit. Cum Bald. Iaſ. hic ſentit numero 23. Socin. in l. 1. col. 50. poſt med. verſi. nec obſtat, quod talis ſubſtitutio ſupra eodem.

Conſequens Baldi, & cum eo facientium opinioni ſit, verbis obliquis compendioſam non concipi, vtpotè, quæ trahi ad vulgarem nequeunt. l. ille à quo. §. ſi de teſtamento infra ad Trebellia. l. Antonius. ff. de fideicommiſ. liber. Cacialupus in dicta l. precibus numero 63. Socin. & Iaſ. in dicta l. 1. in tertio effectu vulg. ſupra eodem. Corn. in conſilio 199. colum. 6. libro 2. Ripa hic numero 101. & numero ſequen. in fin. idem Barto. hic ſentit numero 13. & numero 20. Namque ſi ſubſtitutionem fideicommiſſariam tãtummodo ſubſtitutio arripit, quæ verbis concepta obliquis eſt, Atque ideo effectu compendioſæ caret. Quomodo nomine dici eius poterit. l. à nullo. C. de ferijs. l. ſecunda §. appellata, ff. ſi cert. peta. In hac controuerſia, & Docto: altercatione Baldi opinionem in dicta l. precibus numero 34. Areti. hic tandem amplectitur numero 7. verſiculo ego in iſta materia, vt compendioſa dicatur, etiam quæ puberi, & niſi tempus vnum pubertatis non habet. Quoniam ſatis eſt, ſub verborum compendio, aut oratione vna ſubſtitutiones plures ſignificari, vulgarem ſcilicet, & fideicommiſſariam, & quanquam ex pluralitate, aut varietate temporum ſubſtitutiones iſtæ non procedant, ſatis tamen eſt, ex caſuum diuerſitate eas naſci, cum adiecta, vel non hæreditas erit. Id quidem imprimis, quòd de tempore ad rem permitti argumentum ſolet. l. miles ita. §. 1. infra de milita. teſtamen. quod igitur temporum diuerſitas præſtat, hoc & caſuum varietas poterit.

Secundò vltra Areti. ratione minime molli opinio hæc roboratur. Quòd per ſe temporum pluralitas in compendioſa non obſeruatur, verum ob effectuum diuerſitatem, qui ex temporibus ſequi diuerſis ſolent. Ideſt pupillaris ante pubertatem, & fideicommiſſaria poſteã. Vnde ſatis eſt, effectum hunc citra temporum diuerſitatem interuenire.
146 Qua enim † contemplatione actus fiat, ſpectandum. l. ſi procuratorem dedero in princip. ff. manda. l. 4. §. ego. ff. de pactis dotal. l. fideicommiſſa. §. interdum infra de lega. 3. & quamobrem quid fiat, diſpiciendum. l. legata inutiliter. Ibique Glo. in verſiculo interuenit. infra de adimen. lega. & quod dicitur, cauſam facti potiuſquam factum ipſum obſeruandum. l. cum hi. §. in cauſa. ff. de tranſactio. l. cum tale. §. fin. infra de conditio. & demonſtratio. & alia apud nos coacta in reſpon. pro Genero numero 192. inde ab eo denominatio accipitur, propter quod aliud ſit. l. ſi ita fuero ſtipulatus. §. 1. & l. ſequen. ff. de nouatio. l. ex placito. C. de rerum permu. vbi ab impleto, non implente actio naſcitur. Quoniam impleti cauſa implementum ſequitur, ſatis igitur erit, effectum pluralitatis temporum impleri, qui in diuerſitate ſubſtitutionum vertitur, vt compendioſa dicatur, quamuis temporum ab ea pluralitas abſit.

Tertiò præter Areti. etiam ſi coniunctim temporum, & ſubſtitutionum pluralitatem in compendioſa Barto. alijque poſcerent. Qui diſiunctim hic loquitur numero 10. idem probandum nihilominus arbitrer. Namque cum niſi ob ſubſtitutionum diuerſitatem temporum pluralitas non exigatur, Perinde eſt, vt ſi de ſubſtitutionibus pluribus ſolummodo expreſſum in definitione compendioſæ ſit. Hoc eſt compendioſam eam intelligi, quæ ſub verborum compendio ſubſtitutiones plures appræhendit, ſiquidem vbicunque duo propter vnum deſiderantur, vel vnum propter alterum, non pluſquam vnum intelligitur. l. illud. §. fin. ff. ad l. Aquil. l. qui libertatis. §. ſeruus. ff. de euictio. l. ſtatuliberos. §. non ſolum. ff. de ſtatuliber. l. qui bis idem. ff. de verb. obli. Bal. in l. cum dotem circa fin. C. de iure dot. & in l. fi. nu. 7. in fi. C. de execu. rei iudi. Signorol. in conſi. 1. nu. 5. & hoc genus.

Inde reſponſionem, pœne ineptam dixeram, mirari ſatis eorum nequeo, qui copulatè temporum, & ſubſtitutionum pluralitatem ad compendioſam expoſtulantes, Ad Bartoli alternatiuam hic nume. 10. in ſecunda quæſtio. reſpondendo alternatiuam in copulam vertendam aiunt, vt ſenſum coniungat licet verba diſiungantur. Cuius reſponſionis Curti. iun. meminit in conſi. 86. numero 1. vbi integram quæſtionem hanc reliquit. Quæ reſponſio mirum, ni retorqueatur. Etenim ſi ſenſus alternatiue poſitorum coniungitur, ergo idem vnum atque alterum erit. Similiter vt cum dicimus, Alexander ſiue paris glo. in l. ad protegendum. C. de in litem dando tutore. Barto. in l. ſi is qui 200. §. verum in ſexta oppoſi. infra de rebus dub. Conſequenter tantundem verba illa valent, tempora plura, atque ſubſtitutiones plures, quæ ex eis naſcuntur, ſeu quarum reſpectu ſubſtitutionum numerus obſeruatur, vnde ſatis erit, aliter ac per temporum pluralitatem ſubſtitutiones plures induci. Ad quam ſententiam tit. confert. C. de exceptio. ſeu præſcriptio. idem enim vtrumque pollet, Neque aliud præſcriptio, ac exceptio denotat. Ioan. Fabri & Areti. inſtitutio. eodem in fin. Deci. in rubric. de exceptio. colum. 2. in fine.

Hoc amplius dicendum, copula etiam in definitione compendioſæ admiſſa, in diſiunctâ eam vertendam, cum ad effectus diuerſos ſubſtitutionum pertineat l. ſi Titio fundus infra de vſufruct. lega. l. fin. in prin. C. de codicil. Barto. in l. 1. in prin. num. 1. in fin. ibique Iaſ. colum. 2. poſt med. verſiculo iſtam regulam ſic ampliatam. ff. de iuſti. & iure. opinione hac admiſſa, vt compendioſa dicatur, quæ puberi in conditione mortis, vel alia fit, argumenta non obſtant, quæ oppoſita ſupra ſunt, & primum non mouet, temporum pluralitatem ab effectibus diuerſis, qui ex ea deſcendunt, non ex ipſa temporum materia diiudicari. Effectus planè diuerſos ex tempore vno pubertatis non eſſe, quo niſi fideicommiſſariæ locus non eſt. Sublatum enim argum. hoc ex ſuperioribus apparet. Effectuum diuerſitatem, & in vno tempore hic inueniri, quatenus ſubſtitutiones plures, & in ſolo pubertatis tempore contingere ex caſium diuerſitate poſſunt, vulgaris, & fideicommiſſaria, addo & exemplaris.

Secundò reſpondetur, quamuis in q. 1. circa definitionem, niſi de temporibus pluribus. Barto. non loquatur. Attamen in q. 2. & in cauſa denominationis, de ſubſtitutionibus, vel temporibus pluribus diſiunctim Barto. meminit, in qua alternatiua mēs eius non obſcura euitet, quomodo tempora plura in q. 1. intellexerit, ſubſtitutionum videlicet pluriū
147 cauſa. Nouum quippe † non eſt, partem vnam ſcripturæ per alteram declarari. l. ſi quis ex argentariis. §. ſi initium. ff. de eden. l. vtrum. ibique Ange. ff. de peti. hæredi. l. hæredes palam. §. ſed etſi notam ibi vel ex vicinis ſcripturis. ſupra de teſtamen. l. qui non militabat. §. Lucius. ff. de hæredi. inſti. l. qui filiabus in prin. & l. ſi ſeruus plurium. §. fin. infra de leg. 1. l. legatorum. §. 1. infra de leg. 2. & hoc genus.

Reſponſio tertia ex ſuperioribus emanat, cum niſi propter diuerſitatem effectuum, aut ſubſtitutionum, temporum pluralitas non deſideretur, ſatis eſſe, ſi & in tempore eodem pubertatis effectuū diuerſitas contingit, quatenus cauſam ſpectari facti oportere, & contemplatione cuius inductum quid appareat, teſtatum latis ante eſt.

Non obſtat text. in d. l. precib. §. ſi vero biſariam ſupra per Areti. & nos aduerſus opinionem hāc ex penſus, & inductus, vbi cum ita ſubſtitutio fit, ſi in ætate pupillari, vel poſtea quandocunque filius deceſſerit, quo caſu poſt pubertatem ſubſtitutio concipitur, & expreſſa dicitur, quia expreſſim poſt pubertatem conſetur. Atqui fideicommiſſaria iudicatur, quæ diuerſa, ac compendioſa eſt, & prodiuerſa à compendioſa ponitur. Ita fideicommiſſaria expreſſa, non compendioſa habetur, & pro eo res eſt, vt ſi ex fideicommiſſo ſe ſubſtituere nominatim teſtator diceret. Reſponſio enim ab Areti. hic datur. colum. 6. in fin. verſiculo non obſtat. text. verum eſſe, compendioſam ratione pluralitatis temporum, & ſubſtitutionum, quæ ex ipſa te mporum pluralitate ſequuntur, eam non perhiberi. Cæterum cō pendioſæ nomen caſuum diuerſorum, & ſubſtitutionum cauſa habebit, quæ a caſibus ipſis diuerſis oriuntur. Solutio hæc Areti. ſententia, & inductione eius admiſſa, generalitatem text. prædicti reſtringit contra. l. de pretio. ff. de publiciana. l. prætor ait. §. ait prætor. Ibiq; Caſtren. ff. de operis noui nun cia. l. item apud Labeonem. §. generaliter. ff. de iniu. l. cum quærebatur. ff. de verb. ſigni.

Quocirca aliter ad text. ipſum & dilucidè magis reſpondeo. Caſum enim duplicem text. diſtinguit. In quo vtroque ius idem cōſtituit. Prior caſus, cum expreſſim pupillaris fit. Quem ita intelligi caſum oportet, vt poſt pubertatem etiam ſubſtitutio fiat, veluti ſi intra pupillarem ætatē deceſſerit, vel poſtea quandocunque, ita & ante pubertatem, & poſtea expreſſim fit. Atque ideo, expreſſa vtraque dicitur, & quæ impuberi, & quæ puberi fit, & ita expreſſam intelligendam, quæ in ſecundum caſum fit, vt tempus etiam maioris ætatis complectatur, neceſſario demonſtratur, quòd effectum poſt pubertatem ex fideicommiſſo non haberet, ſi niſi pupillaris facta non ſit. Ita expreſſam in ſpecie pupillarem hanc vocat, quæ ante pubertatem, & poſt pubertatem fit, quotiens mentio ætatis in ea pupillaris fit. Secundus caſus, cum expreſſim hoc eſt in ſpecie pupillaris non fit, ſed compendioſè tantum, hoc eſt ſub compendioſa perinde, ac ſub genere continetur. Quo caſu effectum eundem contingere, & ante pubertatem circa pupillarem, & poſtea circa fideicommiſſariam. text. ait, qui contingeret, ſi expreſſim facta pupillaris in forma compendioſæ eſſet, ſi in ætate pupillari, vel poſtea quandocunque deceſſerit. Enarratione hac text. prædicti ita facta, aliter ad text. ipſum reſpondeo. Verum eſſe, cum expreſſim pupillaris ex verbis illis fit, ſi in ætate pupillari, vel poſtea quandocunque deceſſerit, à compendioſa hanc diſtingui, neque compendioſam iudicari, vt tanquam compendioſa videlicet pupillarem apprehendat. Comprehendere quippe non intelligitur, cum expreſſa in ſpecie ſit. Sic quomodo dictum in ſuperioribus habemus. Cæterum compendioſæ excluſio quoad ſubſtitutiones alias, ex text. illo non arguitur. Quominus compendioſa quantum ad ſubſtitutiones intelligi alias poſſit. Namque cum limitata compendioſæ excluſio ad pupillarem appareat, ſtrictim intelligi quantum ad eam debet. Reſtringi quippe verba conuenit, vt quo reſpectu expreſſa ſunt, intelligantur. l. At qui natura. §. ſi libero. ff. de nego. geſt. l. 2. infra de condi. & demon. l. cum ſeruus, & vtrubique Bar. ff. de verb. obli.

Secundò vltra Areti. ad text. reſpondetur in dicta l. precibus. Quotiens compendioſæ per verba memorata ſubſtitutio fit, ſi in ætate pupillari vel poſtea quandocunque deceſſerit. Non niſi de pupillari, & fideicommiſſaria in textu illo tractari. Siquidem de vulgari dictum iam ante in caſu primo erat. Ob id ad vulgarem trahi excluſio illa cōpendioſæ non debet. De qua controuerſia protſus non erat, immo enim determinatio facta in ſpecie inuenitur. l. ſed & ſi per prætorem. §. deinde. ff. ex quibus cau. maior. l. cohæredi. §. qui patrem. infra eodem. l. Stichus nutricis infra de alim. lega. Conſequentia igitur non procedit, compendioſa reſpectu pupillaris ſubſtitutio non eſt, ergo nec ratione vulgaris, de qua diſceptatio non fit.

Tertiò ex diuerſis text. inducitur in dicta l. precibus in quibus ratio diuerſa vertitur. Eò enim compendioſa reſpectu pupillaris non videtur, quod expreſſio facta eius eſt, atque ideo contineri ſub com pendioſa nequit. At enim locum ratio hæc in vulgari non habet, expreſſio cuius facta omnino non eſt. Ratione igitur diuerſa in vulgari conſtante, ius quoq; ſtatui diuerſum oportet. l. illud. ff. ad l. Aquil. l. à Titio. ff. de verbo. obligatio. ab oppoſitis argumentando. Tametſi, nec in ſenſu directo ad ſententiam hanc textus deſiet. l. de bonis in prin. infra de carbo. edic. l. qui fundum. §. ſi fundus. Ibi propria, & ſeparatam conditionem habent. ff. pro emptore. l. 3. §. ſi tutor. ibique Bal. ff. indi. ſolui. l. ſi maritus. C. de dona. inter virum & vxo. c. dilectus de offi. ordinar. & hoc genus.

Nō obſtat inductio noſtra, diſiunctiuè tex. loqui in dicta l. precibus. §. ſi vero. In qua diſiunctione com-

compendioſam aſſerit, cum per ſe, & citra ætatis pupillaris expreſſionem ea fit. Atque ideo ius aliud in textu innui, cum ætatis vtriuſque coniunctim mentio habetur perinde quaſi tempus vnum ſatis ad compendioſam non ſit. Reſponſionibus quippe eiſdem inductio hæc mea, atque Aretini refellitur. Hoc eſt verum eſſe, compendioſam præ pupillari expreſſa, & reſpectu eius non videri. Cauſam aliam vulgaris intelligi. De qua controuerſia in d. §. ſi vero, non erat, & ratio in qua diuerſa omnino inuenitur.

Conſequenter his dicendum, compendioſam dici, etiam quæ puberi fit. Idque ex caſuum, non temporum diuerſitate. Quam opi. Areti. hic amplectitur, apud quem dubiam admodum queſtionem hanc eſſe ideo Iaſ. aſſerit, quod mentem perſpectam eius non habuit. Neque ad ſcriptorum eius ingreſſus penetralia eſt.

Sed vnum refragari ſententiæ huic videtur, quod ea admiſſa, diſcriminis quicquam inter breuiloquam, & compendioſam non erit. Quandoquidem pro diuerſitate caſuum æque vulgarem, & pupillarem breuiloqua, atque compendioſa appræhendit, quæ puberi fit l. iam hoc iure ſupra eo. vnde vt inter ſubſtitutiones has differat, compendioſæ nomen admittendum non aliter erit, niſi ſi ſubſtitutiones plures temporum diuerſorum capiat ante pubertatem ſcilicet, & poſtea. Reſpondet Bal. in dicta l. precibus num. 33. differentiam inter eas temporum etiam pluralitate remota intercedere. Quoniam ſubſtitutiones plures in perſonis diuerſis, & perſonarum plurium ratione verborum compendio Breuiloqua continet, compendioſa plane effectum hunc ſubſtitutionum plurium in perſona eadem profert. Cum Bal. Areti. hic ſentit col. 6. in fi. verſi. non obſtat, tex. Ibi, & in hoc differt iſta compendioſa.

Sed quæſtio hic non infructuoſa occurrit, quid
ipſi habeãt. Sic quomodo inferius demõſtrabimus.

Quartò monendi ſumus, de continuatione actuũ
11 tacitè † quandoq; , & veluti per circuitum tex. loqui,
vt in l. meminiſſe ff. de offi. procon. vbi in aduen-
tum vſq; ſucceſſoris omnia proconſulem agere, ius
quæ dicere oportet: Quibus verbis officij continua-
tionem intelligi obſcurum non eſt. Quaſi dicat, tan
tiſper officium ſuum continuaturus proconſul erit,
dum ſucceſſor aduenit. Eodem tex. pertinet in l. ſed
etſi manente infrà de precar. vbi differre text. putat,
vtrum præcario adhuc durante, an eo finito, proro-
gatio eius fiat, ſeu in tempus longius id regetur. Prio
re caſu continuari; ſeu prorogari præcarium, idem
dicitur. Poſteriore verò nouum conciliatur. Sic de
præcario continuando tacitè ibi memoria habetur,
quamuis expreſſio facta continuationis non ſit. In
quo tex. nominando frequentes Doct. circa ius illud
ſunt, nouam ex continuatione, ſeu prorogatione, rẽ
non induci, vt apud Caſtr. in conſi. 389 ſi conſidere-
mus lib. 1. Dec. in conſi 497. colu 2. poſt med. Iaſ. in
l. filius à patre, §. 1 in quarto not. ſuprà de lib. & poſt.

12 In delictis etiam tacitè † nec ſine effectu, continua
tionem, text. obſeruat in l. ei qui infr. de furtis. Qui
de continua, aut aſſidua rei ſubtractæ cõtrectatione
loquitur, plura ex ea furta non ſequi. Quæ verba ad
furti continuationẽ pertinere non dubitatur. De fur-
ti quoq; continuatione nominatim text. meminit in
l. inficiando. § infans in fi. §. infrà de furtis. Continua
tio, & his adminiſtrationis adſtringitur, de qua in l. nam
& ſeruius. § ſi viuo ſuprà de nego. geſt. vbi quæ do-
mino cœpta negocia ſunt, continuari, & perfici eo
ſubtracto oportet. Noua planè aggredi quiſquã non
compellitur. Ita facilius quid continuari, & perfici,
quam recens induci, tex. is docet. Sed, & nouum non
videri, quod continuatur, tex. idem ſignificat. Conti
13 nuationem quoq; in reſcripto † non infructuoſe, tex
expendit in c. literis. Ibiq; Anchar. de reſcrip. Grauã
men ab eo non inferri, qui reſcriptum anteceſſo-
ris

riſde canonico recipiendo, continuat, aut exequitur.
Verum acceptum ei grauamen referendum, à quo
pmiſſum primo reſcriptū eſt. De quibus tex. in effe-
ctibus mox continuationis ſignificātuiq; diſſeremus.

Satis hæc ad ſignificatum continui, aut continua-
tionis erunt. De altero nunc videndum, quid vtilita-
tis indagatio hæc continuationis afferat, & quidem
14 ſiquidem in rebus, aut actibus continuationem †
ſpernamus. exiguum in ea compendium non verti-
tur. Eadem quippe res, idemq;, & non pluſquā actus
vnus per continuationem æſtimatur. Atq; ideo fa-
cilius cōtinuatio rei, aut actus permitti, quam noua
eius conſtitutio ſolet. d. l. nam, & ſeruлus. §. ſi vino.
Cuius rei ratio alia non eſt, quam ꝙ idem vnicum ve
negocium habetur, quod quis exequitur, aut conti-
nuat. Quam ob rem diuiduitatem vnitas hæc nō pa-
titur, vt imperfectum domino extincto, negocium
maneat, quod eo cœptum ſuperſtite ſit. Quod idem
text. oſtenditur in d. l. meminiſſe. ff. de offi. procōnſ.
vbi officij cōtinuatio in aduentum vſq; ſucceſſoris
permittitur. Id quia officium nouum geri tunc non
dicitur, at prius citrà electionem reformationem ve
aliam, continuari idq; Bald. ibi in fi. no. In eandem
15 ſententiam tex. accedit † in l. patre furioſo ſuprà de
his, qui ſunt ſui, vel alie. iuris vbi matrimonij conti-
nuationem furor non impedit, qui poſtea accedit.
Nouum planè contrahi non permittit. Ita nouum
poſt furorem coniugium non habetur. Quem text.
in verba alia Doct. fere vocant, facilius quid, ne fiat,
prohiberi, quam factum deſinat. Sed enim eadem, &
huius ſententia eſt. Expedite magis, aut negocio le-
niore, quid continuari, aut conſeruari, quam vt nouū
inducatur. Ad quam ſententiam text. etiam accedit
in l. 1. §. quamuis autem, ff. de poſtulan. in l. vt po-
mum in l. pro parte ſuprà de ſeruitu. in l. is cui ſuprà
de teſtam. in l. ſi ſeruum §. fi. ſuprà de acquir. hæred.
in l. fi. infrà vnde liberi. l. Arrianus, ff. de actio. & obli.
l. ſi ſub vna §. 1. iuncta l. pen. §. 1. infrà de verb. obli.
c. conſanguinei. ibiq; Bal. de re iudi. Pro qua ſenten
tia text. alios nequidem paucos Nouit. dat in rubri.
ſupra ſolu. matri. nu. 11.

Effectus iſtè continuationis, nouum quid ex ea nō
ſequi, verum eundem vnicum quæ per eam actum
intelligi, ex tex. etiam declaratur in d. l. ſed & ſi ma-
16 nente infrà de precar. † in d. l. ei qui, & d. l. infician-
do §. infans infrà de furtis. Idem in adulterio conti-
nuato, vt non plus quam vnum æſtimetur, Bal. ſcri-
bit in l. quicunq; in ſecund. nota. C. de furtis, & in
conſ. 48. ſuper vnitate lib. 3. Corn. in conſ. 232. col.
fin. lib. 3. & quod non inſcite Freder. à ſen. ſcribit in
conſil. 7. colu. 2. irritum vſurarij teſtamentum tan-
quam manifeſti fieri, quod cautione factum præſtita
ſit iuxta c. quamquam de vſur. lib. 6. ſi poſt teſtamen
tum in fœnore, non manifeſte tamen, perſeuerat, aut
id continuat. Quoniam, & ſi ex occulto continuatio
fit, ſatis tamen eſt, fœnori eum ante teſtamentum in
manifeſto pecuniam dediſſe. Siquidem fœnus idem
atq; vnum continuando ſemper intelligitur, tam etſi
clam continuatio fiat per tex. in d. l. ei qui, & in d. l. in-
ficiando. §. infans infrà de furtis. Gemini. & hic di-
ctum ſpernendum non puto in conſi. 106. num. 7. &
ſeq. ſolutionem canonis, ſeu diſpenſationem vnam
ſatis in eo eſſe, a quo beneficia plura continuantur.
Siquidem vitium idem, & nō plus quam vnum circa
beneficiorum pluralitatem in eo contingit, qui in be
neficijs pluribus retinendis ſui ſemper ſimilis manet,
neq; à retentione diuertitur. In quam ſentētiam tex.
permultos iuris canonici nominat. Ad ſententiam
hanc, & illud confert, quod in actione perpetuata, ſeu
continuata, aut in tempus longius producta dicimus,
eadem quippe atq; vna habetur. l. 2. C. quan. libel.
prin. da.

Ex effectu hoc, actum delictum ve nō plus quam
17 vnum per continuationem † intelligi, conſequen-
tia ad pœnam deſcendit. Pœnam niſi ſimplicem, aut
vnicam ob delictum id genus non dari. Quod con-
tra fieret, ſi delicta plura contingunt. Ibi enim pro de
lictorū numero pœnas quoq; ſtatui diuerſas conue-
nit. l. ſi plures, ff. de iniur. Bart. in l. cum ſi exhibuiſſent
§. fin. infrà de publica. Ita delinquentibus vtilis ſen-
tentia hæc erit, ex continuatione delictorum nume-
rum non creſcere. Effectum tamen alium reo ipſi o-
nèroſum inſpectio hæc parit, qui in Præſcriptione
impedienda conſiſtit, veluti cum poſt tempus certū
delicti permiſſa accuſatio nō eſt. Ad delictum enim
continuatum præſcriptio hæc non trahitur. Id quia
curſus temporis intelligi in delicto nequit, quod con
tinuationem habet. Quottidie quippe continuando
admitti flagitium dicitur, & cum idem vnum quę ha
beatur, quod cœptum initio eſt, idem atq; hoc cenſe
tur, quod hodie continuatur, vt Iaſ. docet in l. cum
qui §. in popularibus nu. 9. ſuprà de iure iur.
18 Effectus, & alius † nocens pernicioſus ex continua
tione delicti oritur, ꝙ & ſi pœna nō niſi ſimplici re-
us afficitur, grauiorem eam tamen ſtatui ob conti-
nuationem, & delinquendi frequentiam oportet. l. 3.
in fi. C. de epi. audi. l. quicunq; ibiq; Bal. nu. 19. C. de
ſeruis fugi. l. 3. in fi. C. de c cum non ab homine. Ibi
contumacia creſcente de iudi. c. cum haberet circa
fi. de eo qui duxit in matrim. & alia apud Caſtr. col-
lectu in conſi. 295. viſo ſupraſcripto puncto colum.
pen. in fi. lib. 2.

Ex effectu hoc, nouam rem per continuationem
19 non fieri, declaratio, † ſeu ratio tex. percipitur in d.
c. literis de reſcrip. De quo ante num. 13. mandatum
illud de canonico recipiendo, niſi propter alium gra-
uata eccleſia fuerat, ad effectum perducendū, quam-
uis mandatum aliud anteceſſeris de canonico reci-
piendo literis ſuis executus mandans ſit. Neq; per li-
teras id genus executorias grauatā eccleſiam à man-
dante intelligi. Ratio enim ea conſtat. Quoniam lo
cus exceptioni illi, niſi pro alio per mandantem gra-
uata eccleſia eſſet, ex literis executoris non fit. Siqui-
dem grauamen nouum inferri exequendo non dici
tur, verum ab anteceſſore illatum continuari. Eque
20 ratio ex effectu † hoc percipitur, quam ob rem in
l. ab executore appellatio nō interponatur. l. ab exe-
cutione. C. quorum appella. non recip. c. nouit de
appella. Eo enim id fit, ꝙ ab executore ipſo graua-
men iniuſtanè non accipitur, verum ab eo, qui ſen-
tentiam dixit, quæ ad executionem perducitur. Gra-
uamen enim iam illatum continuare, aut exequi, nō
etiam nouum inferre executor intelligitur. Ad quam
ſententiam text. confert. in l. cum mandato. ff. de mi-
nor. in l. ſi hæres, ff. de actio. emptio. in l. vnum ex
familia. §. 1. infrà titu. 1. Qui tex. in verba, & alia in-
ducuntur, mandanti, ſeu primo autori, non etiam
continuanti, aut exequenti actū tribui. De quo apud
nos in conſi. 122. nu. 3. & in conſi. 275. eodem nu. 3.
& in tracta. de poſſeſſione, qui ſub titu. æditus eſt ff.
de acquir. poſſeſſ. l. 1. in princ. nu. 468. verſi. Rurſus
mandanti.
21 Apparet ex effectu † hoc cōtinuationis, noui quic-
quàm ex ea nō naſci, at ꝙ ortum, aut factum eſt, con
tinuari, remq; vnam, & eandem per cōtinuationem
intelligi. Non rectè ad titulos collocandos vocabu-
lum hoc continuationis applicari. Namq; ſi rem no
uam continuatio non habet, verum idem ſemper
atq; vnum continuatur, quod idem teſtatur, & ſu-
prà eſt nu. 10. & infrà nu. 26. & nu. 37. in fin. Quo-
modo cum titulo vno continuari titulus alius dice-
tur, in quo tractatus nouus incurrit? quamuis affinita
tis nonnihil cum titulo vno alius habeat. Quocirca
appoſitæ magis ad ordinem ipſum, qui in titulis di-
ſponendis

ſponēdis collocandis quæ vertitur,relatio habenda
continuationis erit. Rectè enim continuari ordinem
dicemus. Quem in titulis ipſis ſeruari diſponendis
decet. ex tex. declaratio hæc vrgetur in l. 2. ff. de ſta-
tu homi. vbi cum ſe ordinem in titulis adoptandis
facturum tex. ait,quem in ædicto ſuo perpetuo Præ-
tor tuetur. Cui ex ordine ædicta proponere conſue-
tudo erat.

22 Si quis dicat,quomodo † perpetuum ædictum di-
ci prætoris potuit,quod finem anno accipiebat l. in
honorarijs. §.ſed cum reſciſa ff. de actio. & obli. In-
ſti. de perpe. & temp. actio. in princ. reſpondet Par-
pal. in l.2. in princ.num. 60. ſuprà ſolut. matrim. Ad
obſeruationem vocem perpetuò referri, quo perpe-
tua eſt, idq; videre in ædicto. illo eſt, pacta ſeruabo.
Quod vi,metus ve cauſa geſtum erit, ratum non ha-
bebo,& in alijs ædictis deinceps,eadem reſponſione
Cagnol. vtitur in rubric. ff. de orig. iur. in princ.
quæ ſatis mihi reſponſio non facit. Siquidem non
perpetuum dici ædictum non poteſt, quod obſerua
ri perpetuo debet. Rurſus tex. memoratus.l.in hono
rarijs. §. ſed cum reſciſa. & inſti. de perpe. & temp.
actio. reſponſio hæc aduerſatur. Quibus expreſſum
eſt, anno actiones prætorias finiri. At enim ad execu-
tionem, ſeu obſeruationem iuris prætorij actiones
ipſæ ſpectant,quæ à iure ipſo prætorio naſcuntur. Iā
abſurda res videtur, pluris aliquid in cauſato quam
in cauſa eſſe l. filium habeo.ff. ad macedo. l. filiusfa-
milias. ſuprà de acquir. hæredit. l. in teſtamento. 2.
ibiq; Soci. in 4 no. infrà de condi. & demonſt.l.cum
quis ff. de reg. iu. l.digna vox. C.de legib. Quocirca
reſponſio opus alia eſt,ad ædictum prætoris,tex. per
tinere in d. l. 2.ff. de ſtatu homi. Quod rei perſecutio
nem, non pœnam habet. Cuiuſmodi illa ſunt pacta
ſeruabo, quod vi, metus ve cauſa,perpetua enim rei
perſecutio eſt,quæ per Prætorem fit d.l.in honorarijs
in princ. Bart. in l. fi. in fi. ff. de pœnis. Iaſ. in §. ſed
iſtæ nu. 30. inſti. de actio. æque perpetua actio præ
toria æſtimatur,quæ actionis vice ciuilis ſuccedit An
gel. in conſi. 202. col. 2.

Conſequens item prædictis fit,vtilitates memora
tas, quæ ex continuatione naſcuntur, vt eadem vna
quæ res per eam intelligatur, ad eam, quam titulorū
continuationem Doct. vocitant, non pertinere. In
qua rem eandem,vnam ve non intelligi,teſtatum ha
bemus, cum ſuasque diuerſas materias tituli quique
habeant. Eam ob rem vtilitas alia in titulis aptè col-
locandis exquirenda, quam ipſa ordinis obſeruatio
præſtat,in quo continuatio adhibetur, ordinis planè
23 effectus † in obſcuro non ſunt, dignitas enim maior
ex collocatione, denominatione ve priore arguitur.
l. 1. infrà de albo ſcriben. glo. & Doct. in c. ſedes in
in glo. 2. de reſcrip. Rurſus cōfuſionem ordinis vſus
abigit. ibi enim confuſio,vbi ordo abeſt. §. inordina
tum ibique glo. in ver. confuſum in auctẽ. de hæ-
redi. & falci. & ordine neglecto,nihil quicquam rectè
ag. Bal. ſcribit in tracta. ſeiſinatis nu. 3. verſi. eſt autē
ordo,qui inſertus tractatus poſt tit legiē. C.ſi quis aliq.
teſt.prohib. vnde ordinē in omnib. adhibendū tex. do
cet in d.l. 2. ff. de ſtatu homi. in l. 1. ff. de poſ.hæred.pe
titum l.1.ff. de fideic. hæred. peti. in l. 1. in prin.ff. de pe
cul. vicem enim diuiſionis cuiuſdam tractatuum or
24 do ipſe titulorum præſtat. Ex qua † diuiſione com-
moda non ſpernenda oriri glo. oſtendit in §. igitur
in ver. eaſdem in proœmio inſtitutio. Idque, &
commentarijs hic adnotatum excuſis habemus nu.2.
poſt prin. de ordinis etiam compendio ſermo inte-
rius repetitur num. 34.

Satis in his dictum de parte ſecunda continuatio-
nis habemus,cui bono,aut fructui ſit. Tertia eius pars
ſupereſt. Ad proxima ne fieri eam oporteat, & qui-
25 dem ad proxima † faciendam à ſignificatione voca-
buli Iaſ. hic probat. continuatio quippè dici non ali-
ter poteſt,niſi ſi proxima contingat. Siquidem à cum
id eſt, ſimul, & teneo venit, quòd vna ſimul cum titulo
antecedente ſequens teneatur, ſimiliter,vt actus con-
tinuus in ſtipulatione intelligitur, quòd vna ſimul inter-
rogationem coniungi, & promiſſionem oportet d.
l.continuus in princ. infrà de verb.obli. In quam ſen
tentiam expreſſiores tex. videntur in d. l. tria prædia,
ff. de ſeruitu. ruſti. præd. & in d.l. in tradendis. §. in-
terpoſitis. ff. com. præd.in quibus de prædijs conti-
nuis mentio fit, id eſt quæ vna ſimul ſe ſe continent,
ac contingunt.

26 Argumentum hoc Iaſ. difficile † cōfutatu quan-
tum ad titulos non eſt. In quibus præſuppoſito
falſo Iaſ. nititur, continuationem in eis admitti
contra quam demonſtratum ante habemus cum
ſuos ſeparatosque tractatus titulus quiſque habeat
Ad quam diuerſitatem continuationem nō accom-
modari confirmatum ſupra eſt num. 19. & 21. ordi-
nis tamen ratione Iaſ. arg. monet. In quo conti-
nuationem verſari ante oſtendimus. ordinis por-
ro quomodo haberi ratio poterit, ſi affinitas, &
conſenſus quidam in titulis ipſis locandis non adeſt.

27 Tex. ſecundo in ſententiam † hanc Iaſ. vocat in
l.cum de lanionis. §. aſinam molendinariam infra
de fundo inſtr. Qui tex. ad rem attinere cogitatione
prima, & a paruibus ſatis enumeratis argumentan-
do, non videtur. Ibi enim de eo quæritur, vtrum
legato fundi cum inſtrumento, cucubi, æneum, vrcei
& deinceps acceſſoriorum acceſſoria cedant. Quo
caſu, & acceſſoria contineri omnia dicimus, hic
quomodo ipſa verborum ſignificatio monet, qui-
bus cum inſtrumento legatus fundus eſt. perinde
quaſi ad acceſſoria omnia inſtrumenti appellatio
trahatur, Et ad rem tex. illum tunc non facere vnū
ſententiæ, contradicere huic videtur. Quatenus ad
remota etiam continuatio, & comprahenſio acceſ-
ſoriorum refertur. Et quamquam proxima etiam
veniunt, monere id non debet. Quoniam de acceſ-
ſorijs in ſpecie propoſita diſceptatio non fit, at de
principali. Vtrum ad titulos remotos,& ipſos æque
principales, an ad proximos fieri continuatio de-
beat. Ita arg. non procedit, Proximis acceſſoria re-
ſpondeat, Ergo tantundem, & in principalibus ſer-
uandum. vt proximis,& ipſa accommodentur cum
diuerſa in eis ratio inueniatur. Principali enim ac-
28 ceſſoria † cedunt. l. ſi 3. §. hæc verba. verſi. Sed ſi
quid. Ibiq; Bald. ff. de nego. geſt. l. Item ſi fundi. §.
hinc vicinus. Ibiq; glo. ff. de vſufruc. l. ſi vt certo. §.
vſq; adeo. ff. commoda. l.cuiuſcunq;. §. pen. ff. de
inſtitor. l. Idemq; Papinianus. ff. manda. l. Domo.
ff. de pigno. actio. l. ſi fundus. §. ſi res. ff. de pign. l.
veſtib. in prin. Ibi & quæ his acceſſionis vice cedunt.
ff. de auro, & arg. lega. & alia, de quibus infra nu.
105. Quod contra in principali eſt, Id enim prin-
cipalitati non accedit. Cum à pari victoria non exi-
ſtat.l. nam magiſtratus. ff. de arbitris. l. non ſolum.
§. 1. ff. de ritu nup. l. Ille à quo. §. tempeſtiuum. ff. ad
trebellia. l. ſi Reus. §. 1. ff. de duobus reis. l. 1. §. ſi quis
in appellatione. ff. de appell. c. fi. de reſcrip. lib. 6.

Aut niſi acceſſoria proxima in d. §. aſinam molen-
dinariam ſub legato contineri non dicimus. Et ni-
hilo magis ad rem conferre tex. ille videtur. Quo-
niam quòd ad proxima relatio,aut continuatio fiat,
ex voluntate teſtatoris contra ipſum verborum ſigni
ficatum id contingit, ſi conſtare poſſit, Id teſtatorē
non ſenſiſſe, vt acceſſoria omnia ad infinitum ſub
legato eſſent voluntatis planè quæſtio omnino hic
ſilet. Inepta quippe voluntatis cauſa ad titulorum
collocationem apparet. Quę à iure ipſo, nō hominis
etiam ſententia pendet.

Sed enim ad quæſtionem controuerſam tex. ille
qua-

quadrare, etiam ſi ad remota ex verborum ſignifica-
tu relatio fit, non obſcurè demonſtratur. Quoniam
etiam in remotis ordinem proximitatis tex. obſer-
uat, vt primis quibuſq; proxima copulata procedant.
verbi gratia eacubis, æneum, æneo vrcei, vrceis alia
accedunt, Quibus vſus carere vrceorum non poteſt,
& alia deinceps. Secundum quæ non eacubis vrcei
immediatè cedunt, vt potè remotiores, at æneum
ipſum cacubis accedit. Æneo porro vrcei ipſi mox
ſeruiunt. Ita proximorum rationem ſemper tex.
habet, ſingula ſingulis referendo. Ordinis huius in
proximis, obſeruatio ad collocationem titulorum
maximè pertinet. Quoniam primis quibuſq; titu-
lis, qui proximi ſunt, copulantur, Ideſt qui affinita-
tem maiorem cum primis habent. Ad quem modũ
rem expendendo, in infinitum res abire, & in titulis
diſponendis poterit, ſuam titulis, quibuſq; proximi-
tatem arrogando. Similiter, vt in d. §. aſinam mo-
lendinariam.

29 Apparet ex declaratione † hac, Imperfectum Ca-
ſtellionei ſenſum videri, quo poſteriores fere vtun-
tur, & de qua infrà etiam num. 39. Ad remota conti-
nuationem non impediri, dum tituli intermedij ta-
men impertinentes non ſint. Satis quę tunc cum pro
ximis factam continuationem intelligi, ſimiliter, vt
hæres teſtatoris dicit, q hæres hæredis eius eſt. l. fi. C.
de hæredi. inſtit, Quid enim ſi titulus, de quo conti-
nuando quæritur, ad titulum remotum appoſitè ma
gis, quam titulus medius pertinet. An non rationis
videtur, proximum quemq; titulum cum primo cõ-
glutinari. d. §. aſinam molendinariam Ita imperfe-
cta, & manca in caſu Caſtellionei inſpectio apparet.
Neq; text. monet in d. l. fi. Quoniam teſtatoris hæ-
res propriè, aut ſimpliciter non dicitur, qui hæres hæ-
redis eius eſt, at ſecundum quid, ideſt perſona primi
hæredis mediante l. qui liberis. § hæc verba. l. cum
filio, ſuprà de vulga. Alex. in conſi. 36. colum. 4. in fi.
verſi. quæ ratio facit, vt ſupereſt Igitur lib 3. tex. hac
attinet in l. nam ſocij. ff. pro ſocio. & in l. conſilij §. 1.
Ibiq; poſteriores. ff. de regul. iuris. Socium meum
non videri, qui ſocij ſocius mei eſt. Ad quam ſenten
tiam tex etiam conducit in l. licet inter geſtu. §. 1. &
in l. Modeſtinus, Ibiq; glo. ff. de verb ſignifi. Idq; in
ſpecie perpetuum quaius eſt, vt tale propriè non di-
catur, quod tale niſi ex aliquo, aut ſecundum quid,
vel aliquo mediante non eſt. l. ſpadonem. §. qui ac-
cepit. Ibiq; Bald. ſuprà de excuſa. tutor. l. lucius. 1.
Ibiq; Bal. & Ang. ſuprà de hæredi. inſtit. l. ſi cui lana.
l. hæres meus §. 1. l. hoc legatum. Ibiq; Bart. infrà de
lega. 3. & loci huius alia apud nos collata in tracta. de
acquir. poſſeſſ. num. 65.

Conſequenter his dicendum, quotiens per titulos
intermedios vtcumq; non alienos, aut impertinen-
tes ad titulos alios vlteriores continuatio fit. Ad pro
xima eam propriè non fieri, atq; ideò continuatio-
nem hanc propriam non videri.

Tex. tertiò pro ſententia hac affertur in l. 2. §. quin
tus, C. de veteri iure enucleam, vbi trebelliani mate-
riam ad proximum legis falcidiæ tractatum impera-
tor adiungit. Ita ad proxima, & ſimillima adiunctio,
30 & titulorum diſpoſitio fit. Similitudinem † quippè,
& affinitatem non breuem inter falcidiam, & trebel-
lianam intercedere exploratiſſimum eſt. Cum gene-
ris nomen falcidia habeat. Atq; ideò quaſi genus ad
trebellianam pertineat. Idem quæ, ac trebelliana pol
leat. l. cohæredi, §. cum filiæ ſuprà de vulga. l. pater fi-
liam in princ. l. titia in fi. infrà ad l. falci. l. ſi vt allegas
iuncta glo. C. eo. titu. l. iubemus. C. ad trebel. Alex.
in l. cum filio in tertio nota. Ibiq; Ripa in 4. notat.
infrà eo. & alia non pauca. In ſpecie porro falcidiã
accipiendo, in hoc demum à trebelliana diſtat, ꝙ ad
legata, fideicomiſſa ve ſingularia falcidia, ad vniuer-
ſalia trebelliana pertinet, vt ex titu. patet. ff & C. ad
l. falci. & ad trebel. Inſti. de lege falc. & de fideicom.
hæredi.

31 Tex. quartò omnium præcipuus pro † ſententia
hac producitur, in l. 2. ff. de ſtatu homi. Ibi, & his pro-
ximos atq; coniunctos applicantes titulos. Neq; po-
ſteriorum quorundam reſponſio mutat, conſequẽs
nõ fieri, ita iuriſconſul. facti tacuit, ergo ita faciendũ.
Immo enim ita faciendum iuriſconſulti exẽplo mo-
nemur, quod ſequi oportet, quatenus ius ei legis con
dendæ erat l. apud Iulianum. Ibiq; glo. fi. infra ad tre
bellia. c. in cauſis de re iudica. Ad maiorum item
exempla in dubio adeundum gl. præcipit in c. de mẽ
ſa 37. di. De qua Afflict. meminit in c. 1. §. fi. nu. 29.
verſi. & ſi iſta queſtio videretur dubia. quę ſit pri. cau.
benefi. amit.

32 Secundo facti cauſa † inquiri, cur factum quid ſit,
potiùſquam factum ipſum oportet. l. ſcire. ll. ff. de
legibus. l. dotem ff. ſolut. matri. l. cum pater. §. dul-
ciſſimis infrà de lega. 2. l. legata inutiliter. ibiq; glo. in
ver. interueniat infrà de adim. lega. & alia, de quibus
in reſponſo nuco pro Genero nu. 102. & in Corol-
lario ipſius reſponſi nu. 16. cauſa planè applicatio-
nis huius titulorum ad proximos, & coniunctos nõ
alia eſt, quam ꝙ ita fieri ordinis ipſius ratio poſtulat.
Atq; ita fieri par eſt.

Reſponſione alia in text. d. l. 2. Niconit. vtitur in
rubri. ſuprà ſolut. matrim. num. 56. Gomez. in ru-
bri. c. ff. ſi cert. pet. num. 2. ante med. Abſolutè, aut
ſimpliciter neceſſitatem hanc ad proxima continuã
di ibi non exquiri, ſed quatenus res patitur, curatione
ad vlteriora, ſi res fert, continuationem non impro-
bari. Quæ ſatis mihi reſponſio non facit. Principio
quidem communis ſcripturæ, ſeu diſpoſitionis cuiuſ-
ius reſponſio, hæc inuenitur. Conditionem quippè
33 ſubauditam † nulla nõ diſpoſitio habet, ſi fieri, quid
commodè poſſit l. gallus. §. 1. ſuprà de liber. & poſt.
l. ſi quis ita ſuprà de conditio. inſti. l. 1. § lex falcidia
ibiq; Bart. Ang. & Alex. infrà ad legem falci. l. hære
dibus. §. fi. infra ad trebel. l. 1. in princ. infrà de ſuis,
& legiti. l. ſtipulatio iſta. §. hi qui 2. ff. de verb. obliga.
Itaq; cum tacitè conditio illa inſit, ſi res patitur, ex-
preſſione eius Gomez. moueri cum Niconitio non
oportuit. l. 3. infrà eod. l. 3. C. de fideiuſſor. Rurſus
reſponſione hac Gomez. & Niconit. admiſſa, argu-
mentandi facultas nunquam ex iure erit, in quo po-
tentiæ conditio neceſſario ſubauditur. Iam cum de
cõtinuatione ad proxima diſceptatio fit, habilia præ
ſupponi ſemper ſolent, ſi adhiberi continuatio poſ-
ſit. l. qui teſtamento in princ. ſuprà de teſta. c. 1. Ibi ſi
aliud nõ obſtat. de æta. & quali c. cum ceſſante. Ibiq;
Dec. in 7. nota. de appella. & alia apud nos conge-
ſta in d. reſponſo pro Genero nu. 128.

Poſtremo vbi legibus ſententiæ huius, confirma-
tio deficeret, ratione non leui adiuuatur, quæ ab or-
34 dinis vſu † colligitur. ꝙ ordinem ipſum ad proxima
continuando, ſequimur, atq; tuemur, quo ordine re-
moto, confuſionem mox induci, demonſtratum an
te eſt nu. 23. per tex. in §. inordinatum. Ibiq; glo. in
ver. confuſum in auth. de hæred. & falc. Bonum item
omne ab ordine exiſtere, vnde perfectionẽ res acci-
pit, tex. oſtendit in c. nihil. 7. q. 1. Inde cò melior res
habetur, quo ordine maiore præſtat. l. 2. §. 1. Ibi rectè
atq; ordine. ff. ad velleia. quam ordinis rationem ani
maduerſam, & his habemus nu. 1. circa fi. ratione, &
alia opinio hæc corroboratur, ꝙ ad cauſam proxi-
mam, ſeu immediatam vti potentiorem in dubio fie
ri relatio debet. l. ſocium qui in eo. §. 1. ff. pro ſocio.
l. cum filio, & l. qui liberis. §. hæc verba ſuprà de vul-
gari, & alia non pauca, de quibus in d. reſpon. pro Ge
nero nu. 43. 433. vaſta tamen, & fœlix iis relationis
materia.

Sententiæ huic, ideſt, ad proxima continuationem
ſeu tituli ordinationem faciendam, conſequens ſit,
iuſtam glo. continuationem in rubri. hac non vide-
ri, tractatu teſtamentorum explicito, de legatis perin
de quaſi teſtamentorum acceſſorijs videndum. Ad
proxima quippè ob titulos nō paucos intermedios,
hoc genus continuationis non ſpectat.

Argumentum hoc ſolutione dilui triplici ſolet.
Prima ſolutio ab exceptione, ſeu limitatione regulæ,
aut ſententiæ memoratæ pendet. Hoc eſt locum re-
35 gulæ, ad proxima † continuationem faciendam, in
libri initio non eſſe, glo. teſte in rubri. ff. de condi. fur
ti. in fi. Bal. in rubri. C. de ſeruis fugit. in fi. Parpal. in
rubric. ſuprà ſolut. matri. nu. 21. pro qua glo. Doct.
& alios Iaſ. hic vocat nu. 1. ſolutionem hanc ex glo.
prædicta non iuuari pleriq; exiſtimant. gl. enim ſcri-
bit, Idcirco librum ibi cœptum, aut inſertum, ꝙ mul
ta in medio eſſent. Atqui conſequens non ſit, propter
media initium a libro factum, ergo cum remotis cō
tinuationem ferendam. Cum nihil impediat, libri
exordium tractatumuè eius cum proximis coniungi.
Vnde iure illo vulgato conſequentia hæc proteritur,
non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe
l. neq; natales. C de proba. l. non hoc C. vnde legi.
& cum verbum à glo. factum de continuatione ad
remota non ſit, non rectè ex ea id percipitur.

Sed enim ex glo. Solutionem hanc probari, Iaſ.
36 hic defendit nu. 1. à cauſa † argumentando, propter
quam libri initium factum glo. ait, ideſt quoniam in
medio inſerta multa eſſent, & enim cauſam hanc
recipi non aliter conuenit, niſi ſi ad remota in libro
inchoando cōtinuationem admittimus. Namq; ſi
cum proximis continuandum, & librum dicimus,
an non inepta prorſus cauſa apparet à glo. expreſſa.
Quamuis argumentum ſuum iure aliquo Iaſ. non
confirmet. Ex eo tamen non leuiter iuuatur, ratio-
nem dicti potiuſquam dictum ipſum ſpectandum.
l. pater filium. §. fundum. ibiq; Bar. in fi. infrà titu.
2. l. 1. ibi ratio, quæ conſuetudinem ſuaſit, cuſtodien
da eſt, C. quæ ſit longa conſuet. cum alijs apud nos
accumulatis in reſponſo pro Genero num. 192. & in
Corollario eiuſdem reſponſi nu. 192. & ante nu. 32.
Itaq; ſi ea ratione librum adiectum, glo. ait, ꝙ multa
in medio eſſent, argumentum ideſt, ad proxima con
tinuationem faciendam libri non eſſe. Eodem, & il-
37 lud † ſpectat, ex ratione diſpoſitioni adiecta diſpo-
nentis mentem colligi l. cum mulier. 1. ibiq; Alex.
in quinto nota. ſuprà ſolu. matri. l. vxorem in prin.
ibiq; Bart. infrà titu. 2. Bart. in l. 3. §. fi. nu. 2. verſic.
cum enim per legem, ſuprà de legit. tutor ſed, & ra
tione, magis quam verbis ipſis mentē declarari, Bal.
ſcribit in conſi. 121. à capite nu. 6. in fi. verſi. ſed hic
eſt aduertendum lib. 3. in cauſa igitur, aut ratione à
glo. relata, cur liber ibi appoſitus ſit, mens eius non
dubia conſtat, ad remota libri accommodari conti-
nuationem poſſe.

Falſus Iaſo. in mente gloſ. obſeruanda videtur.
Aliud quippè, atq; Iaſ. ſcribit, glo. ſentit, ideſt ocio-
ſam, ſuperuacuam quæ omnino in libro collocādo
continuationem videri. Etenim ſi ideo ſubiectus li-
ber ē. ꝙ in medio nō pauca intereſſent, ſigni eſt, con-
tinuandi neceſſitatem in libris remitti. Quoniam ſi
neceſſariam, & in libris continuationem aſſerimus,
cur ad proxima in libro minus, atq; extra librū fiet.
Ita glo. memoratam aſſequi, Interpraetariuè, Deci.
videtur in rubri. de iudi. coi 1. poſt med. verſi. ſecū-
do contra prædictam continuationem in 2. lectu.
Marſil. in rubr. ff. de fideiuſ. in prin. Nigri hic in prin.
Socin. iun. nu. 1. viſitari. in rubr. ſuprà ſolut. matri.
nu 33. Nicon. in rubri. C. de ædendo num. 5. Idq;
vltra eos, ex ipſa vocabuli ſignificatione neceſſario
probatur. Continuationem quippè à continuus di-
ctam oſtendimus, perinde quaſi vna ſimul omnia
teneantur. Quæ ſignificatio ad remota quadrare o-
mnino non poteſt. Quin etiam niſi ad rem eandem
continuationem non accommodari, demonſtratū
ſupra habemus nu. 10. 21. 26. Ita rem impoſſibilem
atq; pugnantem ſolutio hæc habet, vt circa remota
intelligi continuatio poſſit. Quam impoſſibilitatis,
& repugnantiæ rationē expreſſam hic habemus nu.
2. poſt med. verſi. ſed puto.

Secundo ratione, & alia ſolutio hæc perfringitur,
38 ꝙ extremorum † coniunctioni, ſeu continuationi
medium inhabile obſtat. l. qui ſella. § fi. & d. l. tria præ
dia. ff. de ſeruitu. ruſti. præd. cum alijs apud nos hic
relatis nu. 3. quibus tex. accedit in l. fi. C. de natu. lib.
in c. 1. §. hoc autem notandum qui feud. dare poſſ.
quos tex. in ſententiā hanc Ang. vocat in conſi. 110.
ſanctiſſima nu. 6. poſt med. Idq;, & ſenſu ipſo com
muni patet, ab imò enim ad ſummū aſcendere niſi
per gradus idoneos non licet, vt Fulgo. ſcribit in cōſ.
45. quidam Franciſcus colu. 1. circa med. quomo-
do igitur, vel in libri primordio ad remota ſpectari
continuatio poterit, ſi media inhabilia interueniunt,
à quibus coniunctionem, aut continuationem extre
morum impediri, in manifeſto eſt.

39 Oppugnationi tamen huic † eripi ſolutio hæc po-
teſt, eo præſuppoſito, vt inhabilia omnino media nō
ſint. Ab iis enim extremorum impediri coniunctio
non ſolet Signorol. in conſ. 129. poſt prin. per tex. in
l. cum dotem infra ad legem Falc. & in l. ecgi. §. hi qui
infra ad trebellia Quæ reſponſio ad opinionem Ca-
ſtelionei vrgendam non inaniter valet, de qua ſupra
nu. 29. Ex his etiam, quæ mox dictis paulo ſunt re-
ſponſio hæc roboratur, per gradus illos ad ſummū
ex imo perueniri. De quo inferius etiam nu. 96.

Controuerſia hęc diſtinctione quadam à nobis hic
pacata legitur nu. 2. circa fi. verſ. Ideo ego puto. Aut
de libro ad titulum proximum cōtinuando quęritur.
Quo caſu locum opinioni negatiuæ videri, neceſſa-
riam libri continuationem ad proxima non eſſe. Aut
libri continuatio ad librum alium ſuperiorē immo-
diatum tamen diſceptatio incurrit. & neceſſariam
eam intelligi. Neq; cum remotis tunc, verum cum
libro proximo continuationem fieri. In qua ſenten-
tia Gomeſium eſſe poſtea cōperi in rubri. ff. ſi cer. pet.
nu. 2. Expreſſius Aluarum hic nu. 8. Criſpum nu. 92.
ſui poſteriorem nu. 4.

Solutio altera ad arg. contra cōtinuationem glo.
obiectum, à Beſutio, & Aret. accommodatur. Præ-
ſuppoſitum ipſum inficiando, quo argumentum ni-
titur, Ideſt ad remota continuationem glo. ſpectare.
Imò enim ad titu. proximum de iure codicil. eam re-
ſpicere magis eſt. Large teſtamentum accipiendo,
vt codicillos etiam apprehendat. Atque ideò titulus
ipſe de teſtamentis, non modo titulos præcedentes
continebit, qui a teſtamento pendent, ſed & codicil-
lorum tractatum. l. 2. §. quintus. C. de veteri iure
enucle. vbi articulus de teſtamentis appellatur, In
quo de codicillis etiam diſeritur. Si tractatum codi-
cillorum teſtamentum complectitur. Quomodo
argumento illo percuti glo. continuatio poterit, ad
remota eam pertinere. Cum ad titulum referri im-
mediatum poſſit, in quo codicillorum tractatus, atq;
adeò teſtamenti verſatur.

Solutionem hanc Beſu. & Areti. textu Iaſ. difficil-
40 limo † confirmat in l. 2. §. 1. ſupra tit. 1. cuius duritiē
viribus ſuis maiorem, ita Ioan. commentarius vidit,
vt eum enodare, & facti in eo ſpeciem adijcere, Ani-
mus non fuerit. glo. ibi teſte in ver. ſi cum teſtamen-
tum. & inferius etiam nu. 52.

De quo tex. quamquā mentio habita a nobis hic
eſt num. 3. verſ. amplius dico. In eoq; enarrando ver-
bis pluribus occupati in ſcriptis poſterioribus ſumus.

Attamen quo pelucidus magis ſenſus eius fiat, altius
rem ipſam attingendam, aliqua præmittendo, adij-
ciendoq; ſenſui.
Illud igitur antè narrandum duxi, quoniam ius
quoddam ſingulare in codicillis, tex. obſeruat, in quo
ſingulare id ius conſiſtat. gloſ. ibi ſingularitatem in
hoc enarrat, quod aliter facta quædam in eis finguntur,
quam facta vere ſint, idq; tex. ipſo probari mox ait,
vt præcipuum hoc in fictione tn eo ſubiecta conſi-
ſtat, hoc eſt, vt quod factum in codicillis ſit, perinde
habeatur, vt ſi factũ in teſtamento eſſet. Conſequen-
ter, quod in vna factum ſcriptura, aut diſpoſitione
eſt, in alia factum intelligatur. Atq; ideò, quod vires
habere tanquam ex codicillis ad modum in eis ex-
preſſum non poteſt, vires ex ſcriptura alia teſtamen-
41 ti accipiat: verbi gratia † libertatem directò dare in
codicillis non licet d. l. 2. §. 5. l. libertates directæ. ff.
de manu. teſta. l. 1. C. de teſtam. manu. §. libertas in-
ſti. de ſing. rebus per fideicom. relict. ſi codicillis da-
tur, qui confirmati teſtamẽto ſunt, effectum libertas
directa tanquam ex teſtamento confirmante habe-
bit, ſimiliter, vt ſi expreſſim collata in teſtamẽto ſit,
Ratio eadem tutelæ eſt in codicillis datæ, qui robur
à teſtamento capiunt. l. 3. ſuprà de teſtam. tutela. l. 2.
C. eo. tit. ſimili modo actio directò ex teſtamẽto ob
ea datur, quę relicta in codicillis ſunt teſtamento cõ-
firmatis glo. & Doct. in l. 2. §. fi. in ver. perſonales,
ver. ſed certè C. com. de lega. & apud nos in l. 5. nu.
195. infra eo.
Secundo monendi ſumus, confirmationem codi
42 cillorum non † modo expreſſim, ſed & tacitè per
teſtamentum fieri. Expreſſim, quoties in teſtamen-
to ipſo ſpecialiter codicilli confirmantur. l. quædam
ſupra titu. 5. l. 1. C. de teſtam. manumiſ. tacitè hoc
ipſo, quod factum teſtamentum eſt, & quidem dubita-
tione res vacat, quoties poſt teſtamentum codicilli
fiunt, non enim impugnati teſtamento potuit, quod
factum nondum eſſet d. l. 2. §. fin. & l. ſeq. §. fi. ſupra
titu. 1. Bar. in l. hæredes palam. §. ſi quid poſt nu. 3.
ſupra de teſtam. Corn. in conſi. 39. column. 1. poſt
med. lib. 3. cauſa eadem codicillorum eſt, qui ante
teſtamentum fiunt, dum in eis tamen ſcripta, ex te-
ſtamento ſequenti non mutentur, ſed voluntatem
eandem teſtator retineat §. non tantum inſti. de co-
dicil. de quo apud nos in l. 1. nu. 124. infra eodem
43 teſtamento † planè non facto, fruſtra de codicillis ex
eo confirmandis quæritur verum ab inteſtato dun-
taxat ſuſtinentur, in eiſq; comprachẽſa exequi hæres
rogatus legitimus creditur. l. ab inteſtato ſupra tit. 5.
Tertio ſciendum, ad tempus actus cõfirmati con-
firmationem regulariter trahendam. Neq; fictionis
quicquam in actu ipſo confirmato intercedere, vt tẽ
pus eius attendatur, in confirmatione ſanè fictionem
contingere, vt retro ipſa producatur, & facta tunc
exiſtimetur, cum acta res eſt. l. iulianus. ff. qui ſat.
cog. l. licet. ff. de iudi. l. ſi fundus. §. 1. ff. de pignor. l.
aurelius. §. teſtamẽto infra de libera. lega. l. vero. ff.
de ſolutio. l. fi. C. ad macedo. Signorol. in conſi. 61.
nu. 16. Bal. in authen. ex teſtamento. colum. 1. poſt
44 med. C. de colla. & quamuis in † ratihabitione ferè
prædicta loquuntur, ratio eadem tamen, & cõfirma-
tionis eſt, cum idem vtrunq; polleat, idem vtriuſque
effectus ſit. Atq; in confirmatione, tex. legitur in d. l.
aurelius. §. teſtamento. idq; in confirmatione locum
non modo expreſſa, ſed & tacita habet, quæ per legẽ
immediate ex veriſimili diſponentis mẽte inducitur,
cuiuſmodi donatio eſt inter coniuges, inter patrem,
& filium, quæ donatoris morte conualeſcit poſtquã
reuocatio facta eius non eſt. Retro enim ad tem-
pus refertur, cum facta eſt l. donationes quas. C.
de dona. inter virum, & vxor. Alex. in conſi. 26. nu. 3.
poſt med. verſi. & talis donatio lib. 2. Quod fructuũ
ſolummodo, an dominij etiam nomine inducatur
Doct. certant, vt ex Iaſ. videre eſt in d. Auth. ex te-
ſtamento colum. 4. verſi. Pro iſta ſententia, C. de col
la. Dec. in l. illud nu. 6. poſt med. verſi. & vlterius cõ
firmatur. eo. titu. vbi Iaſoni expreſſim contradicit in
d. Auth. ex teſtamento.
45 Locum ſecundo retro hæc † traditio, tum quoq;
obtinet, cum irritus actus eo pacto fit, firmitatem ha
biturus, ſi confirmationis ipſius tempus attenditur, &
ad id actus confirmatus reducitur, vt in ſpecie codi-
cillorum tex. ſignificat in l. ſi certarum. §. fi. ſupra de
milit. teſtam. in l. quædam, & l. ſeq. §. ſi miles ſupra
titu. 1. quibus in locis ad tempus teſtamenti confir-
mantis codicilli non deducuntur, quamuis in illum,
ita præterquam in d. §. ſi miles. veniant.
Inde Bart. frangi praceptio videtur in l. obſerua-
re nu. 4. ff. de offi. proconſul. vbi confirmationis at-
tendendum tempus ſcribit, quoties inanis omnino
initio ipſo actus fieret. Qua ſententia Alex. etiam vti
tur in conſi. 78 nu. 18. in fi. & ſequen. lib. 5. Dec. in
conſi. 367. nu. 4. Pariſ. in conſi. 19. nu. 27. 37. lib. 1.
An nõ vicioſi omnino initio ipſo codicilli fiũt. Neq;
dici tum poteſt, ab inteſtato eos valere, cum ęditum
teſtamentum eſt. Sed reſponderi poteſt, caducos o-
mnino initio ipſo codicillos non videri, verum ab
euentu futuro rem pendere, in ſpecie d. l. quædam ro
46 bur enim † codicilli recipiunt, captiuo ab hoſtibus
redeunte. l. in bello. §. codicilli. ff. de captiu. Bal. in d.
l. quædam circa med. ſimiliter in l. conficiuntur. §. ſi
miles eo. ti. de iure codicil. quod ad tempus teſtamenti
relatio codicillorum non fiat, vim eorum non con
ſumit, at maiorem efficit. In ſpecie etiam d. l. ſi certa-
rum. §. fi ſupra de mili. teſtam. ſteriles prorſus codi-
cilli non fiunt, ſi ad tempus teſtamenti falcidiæ exclu
dendæ cauſa, non conferuntur.
Controuerſiam tamen ſolutio hæc habet ad tex.
accommodata in d. §. fi. quoniam, & ſi maxime niſi
de falcidia ibi non dubitetur, attamen ius idem pro-
bandum, ſi & infirmi omnino codicilli fierent poſt
militiam facti, intra annum miſſionis milite ſublato.
Ad quem modum rem excutiendo Bar. & aliorum
traditioni inimicus tex. videbitur in d. l. ſi. certarum.
§. fi. tẽpus confirmationis ne tum quidem obſeruan
dum, cum ad eum modum actus penitus euaneſcit.
Quocirca Bart. & Comitum eius opinio accipien
da generaliter non videtur, verum ad eum caſum
reſtringenda, quo habilitas in cauſa efficienti actus
ipſius tempore inuenitur, ita vt ius actus conficiendi
diſponenti non deſit, quamuis vitio quo actus ipſe
aliunde laboret. Inhabilitate porrò in perſona ad-
miſſa, impoſſibilem ad tempus confirmationis dedu
ctionem, aut tranſlationem videri, vt in ſpecie. d. l. ſi
certarum. §. fi. in quo poſt militiam ſcripti codicilli
ſunt, quo caſu inhabilis paganus circa ius militare
reperitur, & quamuis in militia, atq; ideo habilis eſ-
ſet, cum factum teſtamentum eſt, habilitas hæc ad ea
non pertinet, quæ poſtea fierent, quam miles, aut ha
bilis eſſe deſierat. Declaratio hæc ex glo. & Bal. per-
cipitur in d. l. quædam, & l. ſeq. §. ſi miles.
Conſequens declarationi huic fit, neutrum ad al
terum referri, hoc eſt neq; actum ad confirmationẽ,
neq; confirmationem ad actum, vbicunq; perſonæ
inhabilitas in actu, aut cõfirmatione inuenitur. Atq;
ideo quod in præmiſſione dictum hac tertia eſt, actus
non confirmationis tempus attendendum, receptũ
ita iri, ſi cum actus fit, ius actus faciendi nõ deſit, tam
& ſi ritè minus, id quod ex text. etiam vrgetur in l. 1.
C. de codicil. à ratione validiori colligendo. Namq;
ſi teſtamento rupto codicilli pereunt, neq; eorũ tunc
tempus attẽditur longè vigor impediendus eorũ erit
cum ab inhabili fiunt. l. patre furioſo. ff. de his qui
ſunt ſui, vel alie. iuris, & alia, de quibus ſupra nu. 15.

Sed

47 Sed concluſioni aduerſarius hinc † tex. videtur in d.l. quædam, dictionis huius vini intuendo, namq; ſi niſi quædam ad tempus confirmationis non referũtur, argumentum id præbet, ad confirmationis tempus actum ipſum, qui confirmatur, regulariter conferendum. Regulam quippè contra ſtare dictio hęc quædam indicat l. quædam. ff. de æden. l. quædam. ff. de acquir. rerum domi. Albert. in l. pero §. fratre nu. 23. infra titu. 1. Atq; in ſpecie. d.l. quædam ſupra tit. 1. regulam contrariam per dictionem illam quædã ſignificari, Signorol. opinatur in conſi. 12. ante męd. cum tex. illum in ſententiam hanc profert. idẽ in d. l. Quædam ſupra titu. 1. Bal. ſentit, cum notum ibi exceptionis per dictionem illam exprimi ait. Etenim ſi exceptionem dicit, vtiq; regulam e regione conſtare non poteſt non ſentire.

Reſpondetur, regulam in confirmatione, tacitè conſtitui, vt tempus eius inſpiciatur, vbicunq; actus alias omnino intercideret, vt ex Bar. Alex. Decioq;, & Pariſ. teſtatũ ante habemus. A qua regula caſus d.l. quædam, & alij excipiuntur, de quibus apud glo. & Bal. ibi, ad eum planè caſum dictionem illum referri quædam non conuenit, quo inutilis omnino actus ſit, qui confirmatur. In quo è contrario ſtabiliri regulam oportet, ad tempus actus confirmati retro confirmationem trahẽdam æquè tempus ipſum confirmationis ſpectandum in ordine eius monſtrã do non dubie, erit, quoties de eo quæritur, prius ne quid, an poſterius ſit Bal. in d. l. conficiuntur. §. ſi miles, Signorol. in conſi. 138. nu. 13.

Sed pendere adhuc in prædictis animus videtur,
48 cum dictũ eſt, vbicunq; † de cauſa efficienti, aut perſonæ habilitate agitur, tempore vtroq; habilitatem exquiri, & cum actus ipſe geritur, & confirmatur, ex tex. enim refelli concluſio hæc videtur in d. l. donationes quas parentes. C. de dona. inter virum, & vxo. vbi ad tempus donationis conſumatæ confirmatio ipſa reflectitur, atqui perſonæ ibi inahibilitas occurrit cui iure interdictum donandi eſt, ex Bal. etiam in d.l. conficiuntur. §. ſi miles, ſententia frangi hæc videtur, qui tempus, quo ſtatuta ęduntur, ſpectandum, non cõfirmationis eorum ſcribit, at enim inhabilitas ibi, & poteſtatis defectus dubie vertitur.

Solutio, nulla in contrarijs inhabilitas, quoties à lege, aut ſuperiore confirmatio exiſtit. Lex enim donationem inter coniuges, patremuè, & liberos relicti iure confirmans etiam initio ipſo robur donationi addere, vel vti donationi poterat, ita vt quaſi donatio nedũ relicti iure conſiſteret, ita neq; actus neq; confirmationis tempore inhabilitatis quicquã apud legem reperitur, ratio eadẽ ſuperioris eſt, a quo ſtatuta comprobantur, initio enim ipſo facultatem dare ſtatuendi poterat, quo circa mirum non ſit, ſi ad tẽpus actus confirmati retro res pertrahitur.

Cauſa alia eſt, vbicunq; à priuato, eodem quæ, & actus, & confirmatio procedunt, in quo inhabilitas
49 eſt. Tpe † .n. vtroq; & actus, & confirmationis eius, niſi habilitas inueniatur, in totũ actus intercidit. l. huic ſcripturæ. ff. ad legem aquil. l. neceſſario. §. q ſi pendente. ff. de peric. & com. rei vendi. l. bonorum. ff. rẽ ratam hab. l. 1. ff. de appella. Bart. in l. ſi is qui pro emptore nu. 3. & ſeq. & in quinta. q. princ. ibiq; Iaſ. nu. 94. ff. de vſucapio. & alia, de quibus infra nu. 53. Quæ res facit, vt ius idem Principis atq; priuati ſit, quoties eadem in vtroq; ratio inuenitur, verbi gratia reum nocentem ad ſtatum priſtinum Princeps reſtituit, ad bona eius proſcripta, & ante reſtitutionem diſtracta reſtitutio non trahitur, id quia habile extremũ à quo ideſt cum reſtitutio conceditur, non reperitur, quo tempore alienata bona conſtant, quæ a poſſeſſoribus auferre Princeps nõ permittitur, vt apud Bar. & alios in l. gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſt.

Senſus ex declaratione hac text. perficitur in d. l. quædam ſupra titu. 1. in quo ad tempus confirmationis relationem fieri regulariter, vt ſupra declarando, innuitur, vt ad confirmationem pertineat, quæ efficax, firmauè ſit, atq; ideo habilitate ſua non deficiat. Perfictio, & ſubauditio hæc non modo ad confirmationem, ſed ad ſcripturam omnem competit, vt de vtili intelligatur. l. 4. §. condemnatum ff. de re iudica. & alia, de quibus in reſpon. pro Genero nu. 249. & nu. 250.

His ita prænarratis, dictum vnum in d. l. 2. §. 1. ſupra titu. 1. proponitur, vnde conſequentia duplex deriuatur. Dictum in iure ſingulari codicillorum conſiſtit, vt quæcunq; ſcripta in eis ſunt, perinde æſtimentur, vt ſi compręhenſa in teſtamento eſſent, a quo roborantur, atq; ideò quæ directo fieri in codicillis nequeunt, firmitatem tamen iure directo tanquam ex teſtamento confirmante non minus habeant, atq; ſi ſcripta in eo eſſent. Quo circa habilitate extremorũ admiſſa, vt vtroq; tempore, & teſtamenti, & codicillorum, in dominio teſtatoris ſeruus ſit, libertas iure directo in codicillis data vires iure directo æquè habebit, atq; ſi præſtita ex teſtamento ſit d.l. 1. C. de teſtam. manu. ius idem in tutela probandum d. l. 3. ſupra de teſta. tutela. d.l. 2. C. eodem titu. & alia ſupra in præmiſſione prima adſcripta.

Nodus duriſſimus dicti text. in conſequentia duplici eſt, quam ex dicto memorato iuriſconſultus deducit. Prima enim conſequentia, ſeu illatio eſt, cum teſtamenti tempore dominium ſerui penes teſtatorem, erat tempore vero codicillorum alienus. Iure directo libertatem non conſiſtere. Cui illationi contrarium dictum videbatur. Namq; ſi pro eo res eſt, ac ſi in teſtamento data libertas ſit, vtiq; rite recteq; dari in teſtamento poterat, quatenus in teſtatoris dominio ſeruus cum erat, quid ita igitur vtilis libertas iure directo non fit, quamuis in codicillis data.

In poſteriore item caſu, aut illatione ſecum pugnare tex. videtur cum erit, momenti nullius libertatem directam eſſe in codicillis datam, quoties proprius teſtatoris codicillorum tẽpore ſeruus eſt, alienus verò de tempore teſtamenti, ita teſtamenti tempus ſpectandum ſecum pugnando, tex. vult. Etenim ſi codicillorum tempus inſpiciendum, ſub caſu, aut illatione proprie eſt, cur in caſu, & idẽ admiſſum poſteriore nõ eſt. Ita ꝯtraria ipſi ſibi loq tex. videſ, qui modo codicillorũ, modo teſtamẽti tẽpus obſeruat.

Secundo rationi naturali in caſu poſteriore aduerſari text. videtur. Namq; ſi codicillorum tempus ad libertatem directã impediendum in caſu priore ſeruandum, tex. præcipit. Quanto magis tempus hoc idem codicillorum ſequẽdum ad libertatem ipſam
50 iuuandam directam erit, cum † promptior lex ad actum roborandum, quam infirmandum ſit, l. quoties. 2. & l. cum in teſtamento, ibiq; Socin. in ſecun. nota. infra de reb. dub. l. quoties. 1. infra de verbo. oblig. & alia quamplurima.

Tertio ciuili rationi etiam refragari, tex. ille in caſu poſteriore videtur, quoniam expreſſum ante eſt, confirmati non confirmantis, codicillorum, qui confirmantur, non teſtamenti, a quo confirmatio ſit, tempus obſeruandum, quod ita igitur, teſtamenti, non codicillorum tempus ſequendum in caſu poſteriore, tex. ille monet.

51 Quarto cõtrarius caſui, aut † illationi illi poſteriori, tex. videtur in d. l. 1. C. de teſtam. manu. qui codicillorum, non teſtamenti tempus intuendum libertatis directæ ſuſtinendæ cauſa ait, quamuis teſtamenti tempore directo dari libertas non poſſet.

Quinto ineptæ illationes videntur, quę ex textu illo, & dicto depromptæ eius ſunt. Namq; ius quoddam præcipuum, & ſingulare in codicillis, & gratia

eorum

eorum tex. memorat, etenim contrariæ illationes
fauori, & ſingularitati videtur, ſiquidem niſi iure fidei
commiſſi pro codicillorum natura, in caſibus dicta-
rum illationum libertas directo data nõ valet. Quid
igitur eximij, aut ſingularis codicillorum ius habet, ſi
niſi codicillorum iure, ideſt fideicommiſſi actus non
conſiſtit, ius quippè ſingulare contingeret, ſi iure di-
recto libertas teneret in codicillis præſtita, ita vt pro
eo omnino res habeatur, atq; ſi data in teſtamento
ſit contra quam codicillorum natura ferat.
Sextò nodos atq; duriciem text. illius quam aper-
52 tiſſimè Ioan. commentarius † admittit, qui ad facti
ſpeciem proponendam aggredi reformidauit, &
quamuis inſcitiæ timor eius à gloſ. vertatur perinde
quaſi tex. non obſtent, quibus codicillorum tempus
ſeruandum expreſſum eſt, attamen imprudentiæ hu
ius cenſuram in Ioannem iactam gloſ. iuſtius ipſa ſu-
bit, eamq; hoc ipſo indicat, ꝙ reſponſionis quicquã
ad legib. non affert, à quibus Ioan. metuens caſum
ipſum verius afferre eſt.
53 Septimò de tex. illo † ſecum Alberic. ibi non con
ſtitit, qui in codicillis ſcripta ad tempus teſtamenti
trahenda in compendio, aut ſummario ait, quod
mox in verbis illis exponendis inficiatur, ac ſi in teſta
mento ſcripta eſſent, ibi enim de tẽpore ſubaudien-
dum codicillorum ſcribit, ita nunc teſtamenti, ſubin
de codicillorum tempus exquirit.
Argumentis his non mouentibus, recta in caſu
vtroq; & ratione egregia ſubnixa, tex. memorati de-
ciſio videtur, & quidem in caſu priore expeditior. res
videtur, vitioſam iure directè libertatem videri, cum
in dominio teſtatoris codicillorum tempore ſeruus
non eſſet. Quandoquidem confirmati non confir-
mantis ſequi tempus oportet, itaq; cum alienus ſer-
uus ſub codicillorum tempore eſſet, ad rem cõfirma
tio attinere ex teſtamento non poteſt. Ratione, & al
tera caſus iſte prior iuuatur, ꝙ habilitatem extremi
vtriuſq; fictio expoſtulat à quo, & ad quod ſic quo-
modo adnotatum ante eſt no. 49. & infra in caſu po
ſteriore declaratur. Inhabile planè extremum à quo,
ideſt codicillorum tempore hic apparet, quo alienus
ſeruus erat, cui directa dari libertas non poteſt, ob id
ad tempus referri teſtamenti non poteſt.
Negotiũ grauius in caſu poſteriore verſatur quã-
obrem codicillorũ tempus non attendatur, qui in te
ſtatoris dominio ſeruus eſſet, rei cuius ratio non vul
garis conſtat, ꝙ in fictione ius illud ſingulare codicil-
lorũ ponitur, vt ꝙ factũ in eis eſt, in ſcriptura factum
54 teſtamenti videatur, fictio planè † extremi vtriuſq;
habilitatẽ poſtulat, vt ꝙ tpe factũ vno eſt, ad aliud tra
hatur, ideſt extremi à quo, & ad qđ l. quoties in prin.
ff. de nouatio. l. bonorũ, & l. fi. ff. rem ratũ hab. c. lite-
ras de tẽpor. ordi. c. tanta, ibiq; no. qui filij ſint legiti.
c. ſi pro te de reſcrip. lib. 6. & alia, de quibus ſupra nu.
49. Extremi ſanè à quo, & ad qđ varie pro diuerſita-
te non intelligi rei poſſunt, namq; ſi tẽpus actus geſti
intuemur, extremũ à quo retrotrahitio fit, vltimũ di-
citur, quia loco vltimo, aut poſteriore actũ eſt, ꝙ re-
tro trahere paramus, extremũ verò ad qđ retro ipſa
trahitio fit, prius haud dubie eſt, cũ actũ ante ſit, ad ꝙ
retro rẽ trahimus, Bar. in d. l. ſi is qui pro emptore nu.
4. verſ. & eſt ratio, Signor. in conſ. 217. nu. 3.
Sin autem tempus non actus geſti, ſed retrotra-
hitionis inſpicimus, ideſt vnde incipiat, & vbi finia-
tur, ecõtrario accipi extrema oportet, vt prius à quo,
poſterius ad quod intelligatur, ab extremo enim à
quo fit, retro ipſa trahitio, atq; ideò ab eo incipit, ꝙ
actum poſterius eſt, ad illud verò deſinit, aut transfer-
tur, ſeu retro vertitur, quod actum prius eſt, ita
extremum à quo, id erit, vnde fictio, & retrotrahitio
initiatur, ad quod verò extremum dicendum, ad ꝙ
fictionis relatio fit, ſeu fictio ipſa transfertur. Iaſ. in d.
l. ſi is qui pro emptore colu. 2. nu. 94. verſi. tertium
ratione diuerſitatis, inde fit, vt temporis præſentis
propter initium ipſum extremum à quo dicatur, ini
tium à quo fictio ipſa tranſlatiua accipit Iaſ. in d. l. ſi
is qui pro emptore colu. 28. nu. 121. in fi. verſi. nunc
tranſeo ad alium paſſum, ita temporis præteriti ex-
tremum ad quod Iaſ. innuit, ſed enim æque in præ-
ſenti vnum intelligi atq; alterum poteſt.
Extremorum declaratione ita enarrata, ratio ca-
ſus poſterioris d. l. a. §. 1. ſpontè ſua emanat, quapro-
pter codicillorum tempus non attendatur, quo tem
pore penes teſtatorem ſerui dominium erat, quãuis
alienus teſtamenti tpe eſſet, nãq; niſi ex teſtamento
libertas defendi directa nequit, vtpotè quã tribuere
codicillis non licet. Ex teſtamento planè quomodo
directa cõpetere libertas poterit, tẽpore cuius apud
aliũ ſerui dominiũ erat, quare niſi per fictionem dire
ctã conſiſtere libertas non poterit, teſtamenti ipſius
tempus ad codicillos trahendo, etenim fictionem,
aut tranſlationem hanc ad codicillos extremi à quo
inhabilitas prohibet, a quo ſanè extremũ in teſtamẽ
to eſt, vnde fictio tranſlatiua orditur, vt ad codicillos
transferatur, alienus porro teſtamenti tẽpore ſeruus
erat, cui directo, nec teſtamento conferri libertas po
tuit, ita tempore vtroq;, ſeu extremi vtriuſq;, nec in
caſu hoc poſteriore habilitas intercedit conſequẽter
his dicẽdũ, ius illud ſingulare codicillorũ, ꝙ totũ poſi
tũ in fictione diximus, vt quęcũq; ſcripta in codicil-
lis ſunt, ad teſtamentũ referãtur, ad eum caſum per-
tinere, quo fictionis ipſius habilia extrema appareat,
55 à quo, & ad ꝙ idq; ex tex. eiũ † intelligitur in d. l. quę
dam, ibiq; Bart. ſuprà titu. t. j. vbi ob extremi a quo
ineptitudinem fictionis tranſlatio impeditur, tametſi
inabile extremum ad quod non eſſet.
Declaratio ex his iuris illius colligitur ad tẽpus cõ
firmati cõfirmationẽ trahi, locum quippè ita habet,
ſi confirmationis, & confirmati tempore geri actus
potuit, & confirmandi facultas in confirmantę fuit,
facultate planè confirmandi remota, fruſtra de iure
confirmationis diſceptatio fit, quomodo enim ſine
poteſtate confirmantis confirmatio inducetur. l. tra-
ditio. ff de acq. rerũ dom. l. nemo plus. ff. de reg. iur. &
56 poteſtatẽ inquiri † ante omnia oportet, qua carere
actus ſubſtantia non poteſt l. diligenter. ff. manda l. ſi
quæramus ſupra de teſta. l. 1. §. 1 infra tit. 3. l. 2. in fi. ff.
de pęnis. l. multũ intereſt, C. ſi quis alteri, vel ſibi c. cũ
ſuper abbatia de offi. deleg. & C. ſi à non compe. iudi.
per totũ, idq; in ſpecie confirmationis ex gl. percipi-
tur in d. l. quædam in gl. 2. ſupra tit. 1.
Neq; declarationi huic contrarius tex. eſt in d. l. 1.
C. de teſta manu. de quo in argu. 4. contra obiectũ,
vbi inhabilitatis extremi, ad ꝙ ſeu teſtamẽti, ad qđ co
dicilli referũtur, rõ non habetur, imò .n. firmitatẽ ex
teſtamẽto libertas directa c. quis dari ex teſtamento
nõ potuerit, vtpotè à minore ꝙ an. xx. facto, lege elia
ſcentia prohibente. Solutio .n. ex tex. percipitur, defe
ctũ ibi põtatis iuris non verſari, q' ius in ſeruo domi-
nus minor nõ habeat, at iudicij, ſeu diſcretionis, vn-
de cũ iudiciũ codicillorũ tẽpore nõ abſit, quo maior
teſtator erat, vigorẽ merito libertas directa habebit.
57 Vel aliter reſpõderi † ad tex illũ põt prohibitionẽ
libertatis dãdę preciſã, aut abſolutã non interueniſſe,
cũ dari ex cã poſſit. l. minor C. de fidei. liber. §. eadẽ in-
ſti. quib. ex cau. manu. nõ licet, ob id inhabilitas in ex-
tremo teſtamenti, ad qđ oĩno nõ interueniebat, quo
caſu, fictio impediẽda trãſlatiua nõ vr, vbicũq; in ex-
tremo altero à quo per oĩa habilitas inuenitur gl. &
Doct. in l. gallus. § ſi eius in gl. magna aute fi. verſ. nec
obſt. ꝙ verè 3. de lib. & po. vbi nihili inabilitatẽ actu,
aut re in extremo ad quod faciũt, dum habilitas mo-
do, aut potẽtia nõ abſit, idẽ Bart. tradit in d. l. ſi is q p
emptore nu. 2. 7. 8. 22. 28. & nu. 52. & trib. continẽtib.

Q & nu.

& nu.64.ibiq; Iaſ. nu.134.idē Bar.ſcribit in l.eandē in prin.intra de duobus reis, & in. l. ſub conditione nu. 2.ff.de ſolutio.Ruin.in conſi. 224 nu. 12. lib. 2.

Ex reſponſione hac intelectus verborum decerpitur,de quibus in.d.l. 1.C.de teſta.manu. Nec enim poteſtas iuris,ſed iudicij conſideratur.q.d. perpetuus,abſolutus, aut præciſus poteſtatis manumittendi defectus per l. eliaſcentiam non eſt, vel ſola legis auctoritate,aut poteſtate inſtituta prohibitio illa nō eſt verum niſi iudicij minore deficientis cauſa introducta prohibitio ſit, quæ cauſa ſilet, cum à maiore iudicio prædito libertas datur.

58 Declaratio noua † ab alijs intacta, & cuius nūc primum in mētem mihi venit, ab inſpectione hac circa verba illa,nec enim poteſtas iuris. j.in ſpecie habilitatis extremorum decerpitur, nihil extremi vnius inhabilitatem mouere,vbicunq; non propter iuris formam aut poteſtatem , ſeu auctoritatē eius ſeruandā, verum ob cauſam,aut effectū aliquem habilitas ipſa deſideratur,ſi in extremo altero eā, aut effectus tacet ꝓpter quē extremorū introducta habilitas eſt, vt in d. l.1.ratio alia eſt,cū ab auctoritate,vel à poteſtate,aut forma ipſa legis habilitas pēdet,vt in d l.quędā ſupra nu.1.& alijs,de quib.ſupra vt.n. infirma teſtamēti codicillo: quę ſcriptura habetur a captiuo facta,ob effectum introductum quiſpiam non eſt, ꝙ non æque rationis,aut iudicij cōpos captiuus atq; liber ſit, ꝙ nō perinde bona,& facultates ſuperſint,de quibus teſtari,& facere codicillos liceat,a iuris demū auctoritate, & poteſtate prohibitio hæc pendet, atq; ideò eā eius ſilere ob extremi vnius habilitatē non ſolet, cum ſatis,vel ſenſu ipſo cōi medij,aut extremi vnius inhabilitas ad extremorum coniunctionē impediendā ſit, inſpectionē hanc nouā cū iuri, & tex in d.l.1.C. de teſta manu. Tū rationi , & æquitati conſentaneam arbitror,vtpotè quæ ad actus firmitatem ſpectat.

Argumentum etiam quintū non mutat , ineptas tex.d.l.2.§ 1.ſupra tit.1.cōſequentias,aut illationes videri,iure quodā præcipuo & ſingulari codicilos cēſeri,a quo iure alienæ prorſus illationes videntur, quid autē alienæ dicimus,imò enim iuri ipſi priuilegiario inimicæ,& contrariæ penitus conſequentiæ apparēt. quibus ad ius ipſum cōmune codicillorum cauſa recidit,cum niſi fideicom. iure libertas in eis data non conſiſtat , ineptitudini .n. huic non egre tex. eripitur. Namq; cū ex fictione ius illud priuilegiarium conſiſtat,neq; carere fictione poſſit , vt ꝙ factum in codicillis eſt,in teſtamēto id ſcriptū cenſeatur, rectè & appoſitè cōſequens fictioni huic fieri,tex ſubijcit,vt habilitate extremorū amota,quam fictio expoſtulat,iuri illi locus ſingulari non ſit,ſenſus igitur tex. in conſequentijs illis eſt,vt doceat,iure illo ſingulari fictionis prædictos codicillos eſſe, locumq; iuri ipſi priuilegiario eſſe, dum habilitas tamen extremorum non deſit,qua dēpta,recipi fictio non ſolet. Cæterū,quia diſciplina eadem contrariorū eſt l. 1. ff. de his qui ſunt ſui,vel alie. iuris,& hoc genus,& neceſſaria magis eo caſu diſciplina,aut traditio,ſeu declaratio erat,quo locum fictio non habet,vt eo percepto,planū fierit, ad caſus alios oēs ius ipſū ſingulare pertinere,caſus illos duos rei totius enodādæ cauſa cōmemorandos tex. cenſuit, accōmodatiſſimè igitur à iure ſingulari fictionis,conſequentiæ illæ prodeunt,perſpicuum quibus ſit,locum fictioni eſſe,dum inhabilia extrema modo vt in caſibus illis duobus,non inueniantur.

Error ex his gl. manifeſtarius proditur in d.l.2 §.1. in ver ſi cum teſtamentū,quæ rationē caſus poſterioris.d. §.1 . affert ob id iure directo libertatē non ſuſtineri,cū in dominio teſtatoris codicillorū tpe ſeruus erat,ꝙ in teſtamēto relicta,non in codicillis eſſet ad quem modū legib. ſe exoluere gl.ſtuduit, a quib. ſotimuit,ideſt quibus expreſſum eſt codicillorū,ſeu cōfirmati tēpus ſpectādū,ſed.n.ſenſu hoc gl.admiſſo,de re dubitationis nullius editus caſus apparet,de eo ꝗppe certatur,vtrum vt res ex teſtamento, & iure directo accipiat,ꝙ ſcriptū in codicillis eſt. Cęterū ſi in codicillis data libertas non eſt,quomodo in eo codicillorū intelligi confirmatio poterit, ꝙ expreſſum in eis non ſit,cum nulla ſit non entis confirmatio.l. 2. ff.de vſufru.l.eius qui ver.quas vero.ff.ſreer. per. quocirca credibile nō eſt de re dubitationis nullius,tex. ſenſiſſe
59 l.locū ibi nunquā dubitaui † ff.de vſufr.l.q̄ris,ibi,ſed ea res,nec dubitationē habet,nec vnquā habuit.ff.de natal.reſti.l.ille,aut ille.§.com. in verbis infra tit 2 l.ꝙ labeo infra de carb.ædic.l. 1.in fi.infra ad municip.l. ancilæ in fi. C.de furtis.c fi.ibiq; Prępoſi.in vltimo nota. qui cleri.vel vouen. & multa huiuſmodi.

Secundò apollineū ſenſum hanc,atq; ideo reijciendū eſſe,non dubitatur.l.ſi putator.ff ad l.aquil.l.ſi fideiuſſor §. ſi cū debitor. ff.manda.l fi.circa fi.C de contra.empt c.vnı.verſic.porro,vt eccle.beneficiū .n. glo. prædixit,ꝙ ex teſtamento,non codicillis in caſu poſteriore adſcripta libertas eſſet.

60 Tertiò tituli naturæ † ſenſus is gl.refragatur,in quo de his diſeritur ,quæ ad codicillos pertinent & relicta in eis ſunt,ea de re ſenſum admitti non conuenit à titulo alienum,ſub quo poſitus tex. eſt. l. imperator ff. de in diem adiectio,glo.in l.fi.in princ. in verſ. poſſe. de cond.glo.in c.cum monaſterium in glo.2. de electio. in §.ubi qui in glo.2. de reſcrip. lib.6. Bart. in l. 1.in fi. C. de integr. reſtit. Imola in rubr.ff. de verbo. oblig.num.7.& alia apud Alexand.adſcripta in l.1.in §. nota.ff.ſi cer.pet.Dec.in c.bonę column.1. de conſtit.vtili vel inutili.Iaſ.in l.naturaliter. §. nihil cōmune nu. 53. ff.de acquir. poſ.

61 Quartò legem totam, vt principium † eius eſt, intelligi conuenit, vt caſum eundē retinere ſemper videatur.l.regula § pen.ff.ď iuris,& facti ignor.l.1.circa fi C.de impo.lucrati.deſcriptio.lib. 10.Oldra. in conſ. 101.quæſt. eſt,Bal.in conſ.200.iſtud ſtatutū nu.2 lib. 4. Alex.in conſ 114.nu 25.lib.6.Bar. huc accedit in l. cum filio nu.4.poſt med.verſ.4.hoc videtur infra eo. vbi quia ratio in ſeruo quā in filio tex.is in prin.loquitur,quāuis niſi in filio poſteà non proſequatur,in ſeruo tū etiam intelligendū per tex.in l.1.C.de diuer.reſcrip.idem Ruin.probat in conſ.15.nu.16.lib.3.Nicolit.in rubr.ſupra ſolu. ma. nu.65. qd locū non dubiē obtinet,quoties continuando lex loquitur Fulgoſ. in conſ.180.viſo proceſſu nu.3.ſed .n. caſum ſēper tex. proſequitur,& continuat,qui in princ.expreſſus eius eſt,ideſt cum ex codicillis relicta libertas ſit.

Quintò per aduerſatiuā in caſu poſteriore tex. loquitur in d.l. 2.§ 1.ibi,& contra,ſi cū teſtamentū fie-
62 bat,alienus eſſet. Aduerſatiua planè † ſecundū qualitatē diſpoſitionis præcedētis intelligitur gl.& Baran l.mariti in fi ff.de adult.Bal.in l.oēs populi nu.27.ff.de iuſti & iure. Pro quā ſenten.tex.videtur iuncta gl.in.l. cū aūt in ver.manumiſſorū,infra tit.1. unde Ripa ſcribit in l.in quartā nu.41 infra ad l.falc. terminis qualitatibuſq; præcedentibus retentis aduerſatiuā accipiēdā,ea propter cū de his,& in principio , ſeu in dicto, & in priore illatione,tex. loquatur,quæ relicta in codicillis ſunt,ita de eiſdē intelligendus,& in caſu poſteriore erit,aliter quippè inepta aduerſatio, fiet.

Conſequens prædictis ſit, vbicūq; ab vno, & eodē confirmatio fit,non aliter firmā ratamuè confirmationē intelligi,niſi ſi tpe vtroq; habilitas,ſeu pōtas interueniat, & quo actus geritur & confirmatur.

Si dixeris , ſatis videri poteſtatem confirmati po-
63 ſteā † accedere,vt robur actus accipiat , quoties attamen omninò ex primordio ipſo actus non eſt: l. per fundum.ff. de ſeruitu.ruſtic. prædior. cum alijs apud Decium relatis in l. quod in initio nu. 9. ff. de regul. iur. itidem planè initio ipſo libertatem directam

non

non fieri in codicillis adſcriptam, cum iure fideicom
miſſi ſuſtineatur. d. l. 2. §. 1. ob id ſatis eſſe; ſi codi-
cillorum tempore ad dominium teſtatoris ſeruus
peruenit, ad quem caſum ſpectare tex. videtur in d. l.
1. C. de teſtam. manu.

Reſpondetur, inutilem omnino iure directo liber
tatem fuiſſe directo in codicillis datam, ob id iure
ipſo directo eam non conualeſcere.

In qua re obſeruandum, ſiquidem in caſu, aut illa-
tione poſteriore d. l. 2. §. 1. poſt codicillos æditum
teſtamentum ſit, à dubitatione omni vacuam rem
videri, viribus libertatem directam deficere ad eum
64 quippè caſum perueniſſe rem † conſtat; vnde ini-
tium non accipit. l. ſi à me. ff. de iudi. l. pro parte. ff.
de ſeruitu. l. titio cum morietur. ff. de vſufruct. l. inter
ſtipulantem. §. ſacram. l. ſi ſub vna. §. ſi quis viam, &
l. pen. §. & ſi placeat. ff. de verbo. oblig. l. vrannius,
verſi. ſed cum duo. ff. de fideiuſſo. l. ſi in metallum.
ff. de his quæ pro non ſcript. l. ad comparandas. C.
manda. Quare eo demum caſu dubitandi ratio mo
net, quo poſt teſtamentum codicilli fiunt, & ius liber
tatis directo per teſtamentum dandæ accedit, vtrum
ad codicilos teſtamentum trahatur, & quidem cum
habile extremum à quo, ideſt teſtamenti tempore
non eſſet, ad tēpus codicillorum fieri relatio non po
teſt. Namq; ſi inhabilitas extremi ad quod relationē,
aut retro trahitionem impedit. d. l. 2. §. 1. in 1. illatio-
ne. Longè magis per inhabilitatē impediendā extre-
mi à quo erit de quo in 2. illatione, & in d. l. quædam
eod. tit. per ea, quæ ſcripta ante in reſpōſione ſecun-
ad tex. ſunt in d. l. 1. C de teſta. manu. nu. 57.

Sed obiecturus adhuc quiſpiam erit, ex iure teſta-
65 tori † ſuperuenienti legatum confirmari, & retro tra
hi. l. ſeruum filij in prin. infrà titu. 1. ob id ſatis vide-
tur, dominium teſtatori codicillorum tēpore acqui-
ſitum. Reſpondetur, locum argumento eſſe, ſi liber-
tas directo in teſtamento data ſeruo alieno eſſet,
dominium cuius ad teſtatorem poſteà perueniat, ro
bur tum enim ex dominio poſteà quæſito legatum
accipere, cauſa ratioq; alia eſt, quoties niſi in codi-
cillis ſeruo libertas relicta proprio eſt ibi enim con-
firmatio iuris in ſeruo non exquiritur, cum proprius
eſſet, ita ratione rei legatæ ſuperuacua confirmatio
apparet. Codicillorum demum ratione confirma-
tio ex teſtamento deſideratur, vt iure teſtamenti hoc
eſt directo vigorem habeant, quo caſu vires tamquā
ex teſtamento habere niſi prout æditum eſt, non poſ
ſunt. Sed enim cum alienus teſtamenti tempore ſer-
uus eſſet, qui liber fieri directo non poterat. Neq; in
teſtamento relicta libertas ſit, fruſtra de libertate dire
cta confirmanda ex teſtamento diſceptatur, in quo
relicta non eſt, neq; pro relicta haberi in eo poteſt,
in quo eius dandæ facultas non erat ex his etiam re-
ſponſio hæc vrgetur, quæ ſcripta ante ſunt nu. 63.

Secundò, & plenius reſpōdetur, ex diuerſis, & quæ
rationē diuerſā habent, argumentum deduci, ideſt à
poſſibili ad impoſſibile. Legatum enim rei alienę id-
circo ex iure ſuperuenienti cōualeſcit, q legari initio
ipſe aliena res à ſciente, & etiam ab ingnorante con-
iuncto poteſt. l. atq; ideo retro ius ſuperueniens tra-
hitur. l. cum rem alienam, C. de lega. cauſa alia liber
tatis directæ eſt, quàm ſeruo alieno præſtare, nec te-
ſtamento licet, ob id locum retro trahitio in eo ha-
bere propter inhabilitatem extremi ipſius à quo, nō
poteſt, ſic quomodo declaratū ſuprà habemus. Quā
retro trahitionis cauſam in ſpecie hac legati ex iure
ſuperuenienti confirmādi, tex. ipſe obſeruat in d. l. ſer
uum filij in prin. in verſi. cōſtint, quod pręteritū ſpe-
ctat, & in ver. retro, ibiq; pro expedito id ēt Bar. hēt,
ad reſpōſione hanc confert, q ſcriptū ante eſt nu. 57.

Si dixeris, per teſtamentum dari codicillorum tpe
potuiſſe, ad idq; temporis teſtamentū trahendū. Re-
ſpōdetur, abſurdū id imò, & impoſſibile videri. Nāq;
cum de libertate ex teſtamento roborāda tractetur,
& vires ex eo habere, citrà trahitionē hanc nequeat,
effectū potius teſtamentum confirmans à codicillis
confirmatis acciperet.

Secundò reſpondetur, ſi argumētum admitimus,
66 fictionē † & prærogatiuam duplicem codicillorū cā
agnoſci. Prior, de qua ī d. l. 2. §. 1. vt quęcūq; ſcripta in
codicillis ſunt, in teſtamento ſcripta ęſtimentur, alte-
ra, vt locum id habeat, quāuis ſcribi, aut fieri id teſta-
menti tpe nō potuerit, et. n. fictiones recipi plures nō
ſolent, ſicut nec ſpecialia plura admittuntur. l. ius
ſingulare. l. q vero ꝯ. ff. de ll. l. cū poſt. § gener ff. de iu
re dot. l. 1. C. de dotis promiſ. atq; in fictionib. Soc. lo
quitur in l. 1. §. in filij in tertio nota. ff. ad trebel. Ciot.
in l. 1. in prin. nu. 62. circa fi. ff. de acq. poſſ.

Neq; dixeris, locū fictionibus, aut prærogatiuis plu
ribus eſſe, quoties in conſequentiā vnius altera ve-
nit, Bar. in d. l. ſi is qui ꝓ emptore nu. 71. ff. de vſucap.
Areti. in cōſ. 162. deligenter & maturè col. pen. in fi.
ſecundi dubij, ver. nō obſtat, q in caſu noſtro & alia
non pauca. Qm̄ cōſequentia vlla fictionē alterā ne-
ceſſario non includit, conſequens quippe nō fit, quę-
cunq; ſcripta in codicillis ſunt, ita habentur, vt ſi ex-
preſſa in teſtamento eſſent ergo locum id habebit,
quamuis cum teſtamentū ordinaretur, fieri in eo nō
potuerint. Imo. n. è contrario conſequentia deducē-
da. Quæcunq; ſcripta in codicillis ſunt ſimiliter indi-
cāda, atq; ſi ſcripta in teſtamento ſint, dū in eo ſcribi
modo potuerint, cum teſtamentū ipſum conderetur,
habilia & poteſtatem præſupponendo.

Si denuo quiſpiam dicat, quid ita ſuper dominio
in d. l. 2. §. 1. ſ. tit. 1. ī caſu ij. lex nō fingit, vt retro ad te-
ſtamēti tēpus ſerui dominiū feratur, qui in teſtatoris
dominio codicillorum tpe erat. Reſpondetur, à iure
67 † dominiū, non facto cōſiſtere, vt ex definitione eius
patet, de qua apud Bar. in l. ſi quis vi. § differētī nu. 4 ff.
de acq. poſ. & apud nos in l. 1. in prin. nu 9. eo. tit. qua
ratione fit, vt rōem teſtis, vel nō rogatus in dominio
ſubijcere probādo debeat, quatenus ſenſu qui corpo
ris percipi ius ipſū dominij nequit Inno. in c. cū cām.
1. in gl. magna de teſtib. Bar. in tract de teſti. col. 1. in
fi. ver. teſtis dixit. & in cōſ. 110. quidā Maſſiolus. Bal. in
l. cū res in 3. not. C. de prob. Cardi. in cōſ 25. nū. 4 ad
ea planè fictio nō tendit, quę à iure exiſtūt, ſiquidem
per veritatē ius induci, nō per fictionē ſolet Bar. in d.
l. ſi is qui ꝓ emptore nu 29. & ſeq. & in l. ſi maritus. §.
1. ff. de adultei Soc. iu. in conſ. 62. nu. 4. lib. 3.

68 Atq; in ſpecie † dominij, ex Bart. iuuari reſponſio
hæc videtur in l. ſub conditione nu. 4. ff. de ſolutio. re
tro donationis inter cōiuges relationē quantū ad do
miniū nō conferri, quā ſniam à Iaſ. ſupra admitti o-
ſtendimus nu 44. ver. q fructuū, & q̄uis argum. retor
queri hoc poſſit, Bar. opinio. improbata, quā à Deci.
refelli poſt Aret. ab eo nominatū diximus, & q̄ Bar.
ēt notula non recipit in d. l. ſub conditione, id eo fit, q
in habile oīno extremum, ad q in donatione nō in-
ueniretur, cū habitu, aut potentia vires habere donatio
poſſet, voluntatis mutatione donatori non acceden-
te, vt notula memorata obſeruat, quæ in ſpecie ratio
cōtrouerſa, & caſu vtroq; d. l. 2. §. 1. ſ. tit. 1. tacet. Nāq;
cū alienus tpe codicilorū in caſu priore ſeruus eſſet,
in dominio teſtatoris fuiſſe non potuit l. ſi vt certo.
§. ſi duob. ff. cōmoda. l. 3. §. ex ꝯrio. ff. de acq. poſ. rōe ea
69 dē, & in caſu poſteriore verit, ita impoſſibile † in ge
nere ēt videt, vt ſerui dn̄s tpe vtroq; fuiſſe teſtator vi
deatur fieri. n. nō poteſt, vt quo tpe vnius res eſt in al-
terius dn̄io ſit ad id porro fictionē nō adaptari, q im-
poſibile ī gn̄re ē, in d. l. ſub cōditione, Bar. ſcribit, & in
l. eādē in prin. ff. de duob. reis, Iaſ. ī d. §. ex ꝯrio nu. 19.

Qđ ſi adhuc dicas, ad factū in d. §. 1. applicari fictio
nē poſſe, hoc eſt ad acquiſitionē ipſā dn̄ij, vt q acqſi-

tum tempore vno eſt, alio acquiſitū exſtimetur. Re-
ſpondetur, in facto locum fictioni ita eſſe, ſi & ęquita
tis, & habilitatis extremorum concurſus interuenit,
Bar. in d. l. ſi is qui pro emptore, q. 1. & 2. Crot. in l. 1.
§. ſi vir in tertio not. ff. de acq. poſſ. at. n. habilitatem
in ſpecie propoſita abeſſe, teſtatū mox eſt per tex. in
d. l. ſi vt certo §. ſi duobus, & in d. l. 3. §. ex contrario.
Secundo reſpondetur fictiones plures in d. l. 2. §. 1.
admitti, ſi in facto acquiſitionis dominij tranſlatio
fit, ſic quomodo monſtratum ante eſt nu. 66.
70. Aduerſus prædicta circa † inhabilitatem extremo
rum, ex auditoribus aggreſſus vnus non marguţę eſt,
textum obijciens in l. 1. §. 1. infra titu. 2. vbi qui ab
inhabili facti codicilli ſunt, inhabilitate vires ſublata,
accipiunt. Validius argumentum fit, quod in extre-
mo à quo inhabilitas ibi contingit, ſiquidem ad tem
pus ſui iuris, aut libertatis, codicillos vertimus, qui
in patria poteſtate facti, aut Dominica ſunt; ſed re-
ſpondetur, retro ibi traditionem non fieri, neq; co-
dicillos ipſos eoſdem ad tempus ſui iuris referri, ita
vt ex codicillis ipſis eiſdem legata præſtentur, verum
ex noua actum voluntate, ſeu ex codicillis nouis re-
licta ſuſtineri, ibi quaſi nunc datum, cum mors ei
contigerit, videlicet ſi durauerit voluntas poſt ma-
numiſſionem, inde glo. ibi, & Bart. ſcribunt de vo-
luntate hac conſtare indicio l. aliquo oportere.
Defenſio hæc continuationis glo. à Beſu. Aretin.
quæ ſuſcepta, ad proximum titu. de iure codicil. fa-
ctum continnationem intelligi, quod teſtamenti vo-
71 cabulo large † codicilli cedunt, à Iaſ. hic damnatur.
Argumento cuius reſponſum hic habemus num. 3.
verſi. circa ſaluationem.
Rationibus alijs tamen defenſio hæc Beſu. & Are
tin. confutata hic a nobis eſt. d. num. 3. verſic. ſed
ex alio vltra Iaſ. & præ cæteris, ea vſi ſumus, ꝙ glo.
verba, continuationem eius tuendo, Beſu. cum Are-
tin. offendunt large teſtamentum accipiendo, vt ad
id codicilli pertineant, cum ſtrictim proprieuè in-
telligi verba oportet. l. 1. §. ſi is qui nauem. ff. de exer-
citor. l. non aliter infra titu. 2.
Sed enim oppugnari ratio hæc offenſionis verbo-
rum poteſt. ꝙ propriè ad teſtamenti ſignificatum co
dicilli pertinent, qui confirmati teſtamento ſunt, vt
hic apud nos in commentarijs prioribus nu. 3. verſi.
amplius dico, & nu. 22. per tex. in l. 2. §. 1. ſupra tit.
72 1. vbi ad teſtamentum codicilli † referūtur, & pro
eo res eſt, atq; ſi in eis ſcripta, expreſſa in teſtamento
eſſent. Relatum planè propriè, ac vere in referente
contineri, Bald. ſcribit in conſ. 212. ea quæ lib. 5. per
tex. in l. theopompus infra de dote prælc. ſequitur
Dec. in conſi. 498. nu. 3. & in conſi. 687. num. 3. &
ſequen. tex. hoc præter eos, & præmētc magis acce-
dit in l. inſtitutio ſupra de condi. inſti. vbi per relatio-
nem ad aliam ſcripturam expreſſio hæredis admit-
titur, atq; nominatim nuncupari hæredem oportet.
l. iubemus, C. de teſtam. Dyn. huc ſpectat in conſi.
51. colum. 1. poſt med. verſi. præterea quæ ſcribun
tur nominatim per relationem ad aliud, exhæreda-
tionem fieri. Quam nominatim faciēdam lex iubet,
l. 1. ſupra de lib. & poſthu. l. ſi. in fi. C. de lib. præter.
§. noſtra verò inſtit. de exhæreda. lib. ſi nominatim
per relationem ad aliud in exhæredatione per rela-
tionem expreſſio fit, cum odium euidens exhæreda-
tio habeat. l. cum quidam ſupra de lib. & poſth. quid
In ſpecie alia non perinde odioſa probandum. Rur-
ſus ſi nominatim referendo exhæredatio fit, nō pro-
priè, & vere id fieri non videtur, eiuſdem ſententiæ
eſt, quod Bar. ſcribit in conſi. 7. Andreas. Nomina-
tim per relationem hæredes grauatos intelligi, veluti
cum ad hæredes infraſcriptos grauamen refertur.
Secundo teſtamenti voce propriè codicillos con-
tineri, qui teſtamento confirmantur, ex tex. declara-
73 tur † in l. ſi quis in graui. §. ſi quis codicillos ſupra ad
ſillania, vbi ædictum Prætoris pœnale in eos inſtitu-
tum, qui ante teſtamentum aperiunt, quam necis vl-
tio ſecuta defuncti ſit, & de qua pœna mentio in ea-
dem lege habetur. §. quod ad cauſam, & in l. lege. §.
fi. eodem tit. ad eum trahi tex. ait, qui codicillos re-
cludit teſtamento confirmatos. Cuius ſententiæ ra-
tionem text. ſubijcit, ꝙ ad cauſam teſtamenti id ge-
nus codicilli pertinent. Etenim locum declaratio
hæc non haberet, ſi impropriè, ſub teſtamenti voca-
bulo contineri codicillos dicimus. Cum econtrario
74 † potius pœnæ excludendæ cauſa, lædi verba ſoleāt
glo. in c. ne quis arbitretur in glo. 1. circa fi. 22. q. 2.
Curti. ſen. in conſi. 40. nu. 4. verſi. nec obſtat. quod
poſtea dicitur. Marſil. in conſil. 2. numero 9. ſed &
fictè ob delictum declinandum verba exponimus
glo. in c. periculoſe. Iuncto text. in ver. hora de pœ-
ni. di. 1. Quam ſing. Bal. iunior prædicat in l. 1. num.
66. ſupra ſolut. matrim, tradunt Bart. & alij in l. 2. §.
creditum. ff. ſi cert. pet. idem Bart. in l. ſi finita. §. ſi
ante in fi. ff. de damn. infect. Imola in conſi. 101. nu.
4. & apud nos in conſi. 6. num. 126. in conſi. 8. nu.
2. in conſi. ſequent. num. 24. ea ratione locum ex-
tenſio in pœnalibus non habet Bar. & alij in l. fi. per
glo. ibi. ff. de in ius vocan.
75 Tertio ex glo. & Doct. opinio hæc † iuuatur in l. 2.
in ver. perſonales C. com. de lega. Quæ. actionem
vtilem ex teſtamento ob codicillos dari ait, qui facti
ab inteſtato ſunt. Directam igitur ex teſtamento cō-
petere glo. & Doct. ſentiant, ſi teſtamento confirma
ti codicilli leguntur. Idem expreſſius Bald. ſentit in
conſil. 298. quæritur vtrum vſurarius num. 2. lib. 2.
Qui actionem directam ex teſtamento, accommo-
dari ob codicillos non putat ab inteſtato æditos.
Aliud igitur a ſenſu contrario non obſcurè ſentit, te-
ſtamento condito. Etenim actioni directæ ex te-
ſtamento locus in codicillis nō foret, ſi propriè teſta
menti appellatione contineri eos non dicimus, vt in
d. conſi. 298. num 2. Bald. ſcribit. Actionem hanc
directam ex teſtamento, propter codicillos dari, qui
confirmati teſtamento ſunt, teſtatum etiam ſuperius
habemus num. 41. in fi. vbi Salic. Iaſon. & Nigri in
ſententiam hanc citauimus, idq; à Nigro ampliatur
in l. 1. num. 74. infra cod. etiam cum niſi tacitè co-
dicillorum confirmatio non fit, ex Iaſon. in l. fi. col.
fi. C. de codicil. Qui aliud in confirmatione hac non
exquirit, quam factū an non teſtamentum ſit, de quo
ſuperius etiam nu. 42. quicquid aliter viſum Io. Fa-
bri ſit in §. ſed cum ante inſti. de codicil.
Argumenta hęc q̄q̄ declarata non videntur, gl. ſi
vtilia continuationi nō puto, & primū quidē verecū
dię non erit, ꝙ relatū ante eſt, teſtamētu vocabulū ad
codicillos propriè ſpectare inficiari, tā eiſi vires à te-
76 ſtamento capiant, idq; ex diuerſitate † nominum: a
qua ita In ſpecie, tex. argum. in l. ſi idem, C. de codicil.
quæ ēt diuerſitas ex titulis diuerſis de teſt. & codic. pa
tet, de qua mētio hic habita a nobis eſt nu. 69. nu. 83.
A ſubſtantia itē inter teſtamentū, & codicillos differ-
re, inde apparet, ꝙ iura directa ex codicillis tribui nō
ſimiliter, vt in teſtam. ſolent. l. 2. C. de codici. de quo
vberius traditum in ſuperioribus eſt nu. 41.
A forma quoq; inter teſtamentū, & codicillos di-
ſtat, ꝙ formam aliam in teſtementis adhiberi atq; in
codicillis oportet, idq; ī numero, qualitate, & rogatu
videre teſtiū licet. l. fi. C. de codic. Diſcrimen hoc tri-
plex inter teſtamentum, & codicillos Ang. obſeruat
in conſ. 352. Ludouicus col. 2. in fi.
Secundo pro diuerſis teſtamentum confirmans,
& codicillos confirmatos haberi, in ſpecie Dyn. pro-
bat in conſ. 51. col. 2. poſt prin. ver. præterea de teſta.
per tex. in l. ſi vero compoſita ſupra de mili. teſta.
Neq; contrarius his tex. videt̄ in d. l. ſi quis in graui
§. ſi

77 §. ſi quis codicillos, quoniam † ea ratione tex. ille nõ
nititur, ꝙ teſtamenti appellatio ad codicillos propriè
trahatur, verũ ꝙ ad cauſã teſtamenti pertinent. Ideſt
de pertinentijs, aut acceſſoris teſtamenti ſunt, vel ean
dẽ cauſam, aut rõnem, atq; teſtam. habent. Acceſſo-
ria plane non ratione ſignificatus eiuſdẽ, ſed diſpoſi-
tionis natura, aut iuris conſtitutione ad principale ac
cedunt, idq; imitantur, ſeu ad cauſam eius pertinẽt:
aliud quippè acceſſorij atq; principalis vocabulum. l.
1. §. in publico flumine. ff. de flumi. idq; videre, & in
horto eſt, cum domui accedit. Domus. n. appella-
tioni tanquã ex ſignificatu non accedit. Iam idem
acceſſorium, ac principale eſſet, fruſtra diſceptatio
ſumeretur, principali an non acceſſoria ce-
dant.

78 Secundò per extenſionem † iuriſconſulti, pœna
aperientis teſtamentum ad codicillos porrigitur, ob
id ex vocabuli ſignificatione id non fit: locum quip-
pè in eo extenſio non habet, ꝙ ſignificatus ipſe com
plectitur Bal. in rubr. C. de verb. ſig. in prin. Barba. in l.
cum acutiſſimi nu. 66. in fi. C. de fideic. Bal. in tit. de do-
te par. 6. prin. 21. col. 1. in fi. ver. nec ob. illud, ꝙ diſpo-
ſitio. Fely. in c. Rodulph. nu. 4. de reſcrip. Dec. in c. 1.
nu. 6. ver. non obſt. ꝙ dicitur, de offi. deleg. Iaſ. in l. 1. §.
hoc aũt nu. 7. in fi. ff. ad trebel. Ripa in l. cẽturio nu. 45.
ver. & ſi in ſtes. ff. de vulga. idq; tex. oſtenditur in l. cũ
quidam ſupra de lib. & po. iũcta l. cũ lege. ibiq; Aret.
circa prin. ſupra de teſt. extẽſionem. n. in odioſis pro-
hibitam tex. docet in d. l. cũ quidam: At. n. non ęque
cõprehenſionem in odioſis prohiberi, quæ ex ſignifi
catu ſuo venit, tex. monſtrat in d. l. cum lege ſignifica
tio. n. in ſpecie, vel ſtricta ad omnia trahitur, quæcũq;
concipi, ſub ea poſſunt. l. gallus. §. 1. ibi qui ex verbis
concipi poſſunt, ſupra de lib. & po. l. ſi quis ſtipulatus
ſit ſtichũ: ibi quærentib. inſpiciendus eſt ſermo ſtipu-
lationis. ff. de verb. obl. l. ꝙ intereſt. Ibi quãtum lectio
probat. ff. de ſolutio, & hoc genus, apud nos in l. 1. nu.
69. infra eod.

79 Non obſtat, locum extenſioni † in pœnalibus, aut
odioſis non eſſe. Atq; ideò per extenſionem teſta-
menti vocabulum ad codicillos in d. § ſi quis codi-
cillos, non porrigi. Quoniam locum id habet, vel
cum delictum apertè non conſtat, vt in re id dubia
excludatur. l. merito. ff. pro ſocio. l. quoties. §. qui
dolo. ff. de probatio. vel ſi conſtat, impunitum ta-
men citra extenſionem non fit, vt pœna lenior irro-
gatur. l. ſi præſes, & l. interpretatione. ff. de pœnis,
aliter atq; ſi vbi de eo conſtat, impunitum non ex-
tendendo, maneret, ibiq; enim reipublicæ intereſt,
pœnam ob ſcelus dari. l. congruit. ff. de offi. præſid. l.
imperium. ff. de iuriſdict. omn. iudic. l. ita vulnera-
tus in fi. ff. ad l. aquil. l. licitatio. § ꝙ illicite. ff. de publi-
ca. c. vt famę de ſen. exc. & in ſpecie extẽſionis in ma
teria pęnali faciendæ, tradit Bar. in l. 2. §. exercitum. ff.
de infam. & in l. quẽadmodũ. C. de agri. & cenſi. lib.
11. Bal. in l. ſi quis ſeruo nu. 5. C. de furtis, & in l. nõ ſi-
ne in fi. C. de bonis quæ lib. Rom. in cõſi. 105. nu. 2.
in fi. Paul. de Caſt. in l. bonafides. ff. depoſit. Dec. in l.
qui ſe patris nu. 26. in fi. ibiq; Iaſ. num. 56. C. vnde
lib. idem Dec. in conſ. 13. colu. 3. ante med. in conſ.
65. & in conſ. 372. nu. 8. Iaſ. in l. ſi quis id quod col. 9.
verſi. 5. & ad literam. ff. de iur. om. iudi. in l. ſi filiusfa
milias nu. 7. verſ. adde etiam ad prædictam regulam
ff. ſi cert. pet. & in l. fratres nu. 8. C. de inoffi. teſta.
Croc. in d. l. ſi is qui pro emptore nu. 80. Ripa in l.
centurio nu. 12. verſi. ſecundo etiam in odioſis ſupra
de vulg. Diſtinctio, & declaratio hæc in pœna exten
denda apud Decium adhibetur in l. 2. nu. 109. ff. de
reg. iur. & apud nos in tracta. de antiquitate tempo.
parte 4. nu. 99. verſi. Ideo puto aliter reſpõderi poſſe.
Sed enim extra pœnam in d. §. ſi quis codillos fieret,
qui ante eos reſignat, quam viuo de nece capta de-
functi ſit, ſi quæ in teſtamento aperiendo conſtituta
pœna eſt, ad codicillos non extenditur. Qua exten-
ſione perſpecta, fruſtra in ſignificato diſceptatio exer
cetur, cum per etenſionem in d. §. ſi quis codicillos,
pœna producatur. Quorſum enim ad codicillos te-
ſtamentum trahere, ſi ſub teſtamento comprehen-
ſos propriè dicimus.

80 Quocirca in ſpecie d. §. ſi quis † codicillos obſer-
uandum, ſi quidem factum teſtamentum atq; vtili-
ter eſt, ob id teſtamenti ius ad codicillos in pœna e-
tiam trahi, ꝙ acceſſorij ad teſtamentum habentur. l.
1. C. de codicil. & apud nos hic num. 28. Ad acceſ-
ſoria verò ſcripturam, vel pœnalem trahi incogni-
tum non eſt Abb. in cap. tranſlato in 1. nota. de con
ſtitutio. Caſador. deciſ. 6. num. 9. de iure patronat.
fol. 225. Cum qua ſententia text. facit in l. ex operis
ibiq; Caſtren. ff. de oper. noui. nuncia, quem tex. vna
ſimul interpratatus cum §. morte eſt, eodem tex. ſpe
ctat in l. relegatorum. §. interdicere. ff. de interdict.
relega. ad quam ſententiam alia etiam inferius adiun
guntur num. 106. verſic. idq;, & in materia lo-
cum.

Sin autem factum teſtamentum non ſit, locum
textui in d. §. ſi quis codicillos nihilominus eſſe, glo.
ibi. j. ſentit in ver. pertinens, & in l. 2. §. 1. in ver. ad
cauſam, ſupra quam teſtamen. aper. & ratio ita ex-
81 tendendi † videtur, quòd & ſi non propriè, ſed large
teſtamenti appellatio ad codicillos pertineat. Exten-
ſio tamen, & in pœnalibus admitti ad ea ſolet, quæ
idem ex ſignificatu lato poſſent, ratione eadem inter
ueniente. l. ſenatuſconſulto, & l. libertum. §. 1. ff. de
ritu nup. iuncta l. penul. C. de interdict. ma. Ex qui-
bus. ll. ita Imola ſcribit in l. ſi vero. §. de viro num.
27. in fin. in quarta fallentia, ſupra ſolut. matrimo.
Quem Socin. ſequitur in l. ſerui electione. §. 1. nu. 9.
verſic. poteſt autem dicta ratio. infra eodem, idem
Dec. probat in d. c. tranſlato in princip. in prima le-
ctu. Iaſ. in l. 2. §. ſi is qui acc. num. 13. infra ad tre-
bellian. in ſecunda lectu. Hoc ita, niſi odioſa admo-
dum pœna ſit, Imola in d. §. de viro num. 18. in fi.
& num. 27. in fi. per text. in l. patri ff. de adul. ſequi
tur Socin. in d. l. ſerui electione. §. 1. num. 9. cum
Imola etiam in materia extenſionis pœnalis, Deci.
conſentit in l. factum ſuum. §. fin. in fin. ff. de regul.
iuris, & quod Deci. idem ſcribit in cap. in præſentia
num. 45. verſic. tertia concluſio. de probatio. Quæ
pœnæ exacerbatio hic ſilet, cum ex pecunia conſtet.
l. lege. §. fi. eo. titu. ad ſilla. glo. in d. l. ſi quis in gra-
ti. §. quod ad cauſam in ver. ædicto. Ratio planè ita
prohibendi, non minus in codicillis ſubeſſe, atq; in te
ſtamento videtur, ſiquidem ad vtilitatem publicam
prohibitio illa ſpectat, quo facilius rei necis depræ-
hendantur, pœnamq; iuſtam luant.

Secundò principaliter deciſio text. in d. §. ſi quis
82 codicillos extenſionis, non † ſignificationis ratio-
ne niſi, textu etiam iuuatur in d. l. ſi quis in grati.
§. item ſiue iure, vbi ad teſtamentum etiam pœna
illa trahitur, quod inutile, aut vitioſũ ſit. Quod idem
in pœna falſi contra eum obtinet, qui ex teſtamen-
to irrito quid ſibi adſcribit. l. ſi quis legatum in prin.
ff. de falſis. At enim impropriè teſtamentum habe-
tur, quod nullum eſt. l. 2. §. 1. ſupra quem teſtamen.
aper. l. 1. §. hoc interdictum ff. de tabul. exhiben. l. ſi
quis legatum in princip. ff. ad l. cornel. de falſis. Dec.
in l. poſthumo column. 8. in princip. verſic. ſed re-
ſponderi poteſt, C. de bono. poſſe. contra tabul. vbi
tamen textum non dat in d. l. 2. §. qui ſuis expreſſior
eſt. De quo Iaſon. meminit in l. 2. num. 13. ſupra
de liberis, & poſthumis, itaque ſi teſtamentum a-
buſiuum, & improprium edicto pœnali continea-
tur. Cur non tantundem admittendum, & in codicil-
lis erit, qui niſi abuſiuè, aut impropriè teſtamentum

dicuntur,cum propria curæ locutio iuriſconſulto ibi
nō ſit, quominus agnoſcendam extenſionē cenſeat.
Conſequenter his dicendū, teſtamenti vocabulū
ad codicillos propriè ne tum quidem pertinere,cū fa
ctum teſtam. ſit,vnde robur accipiunt. Neq; ex text.
opinionem hanc lædi in d. §. ſi quis codicillos.
83 Equè tex.non monet † in d.l.2. §.1. ſupra tit.1. vbi
quæ ſcripta in codicillis ſunt, perinde habentur, vt ſi
ſcripta in teſtamento eſſent. Relatum planè in refe-
rente propriè vereq; intelligi d.l. inſtitutio 3̄.de cōdi.
inſtit. vbi ſatis eſt, nome hęredis ex relatione ad aliā
ſcripturam declarari,atqui nominatim exprimi hęre
dē oportet.l.iubemus. C.de teſt. & alia ante adducta
nu.72. Quoniā ad eum caſum argumentum ſpectat,
quo in relato verè quid expreſsū,aut ſcriptū legitur,
vt vere in referēte expreſſum,aut ſcriptū intelligatur.
d.l.inſtitu.cum alijs in arg. relatis: cauſa, ratione alia
codicillorū eſt. qui & ſi maximè ad teſtamentū con-
firmationis nomine, referantur, ſcripti tamen in eo
non ſunt,verū ex fictione relatio hæc inducitur ;idq;
84 ex dictione † perinde oſtenditur,de qua in d.l.2. §.1.
quæ locutionē impropriā denota,l.ſed & ſi lege. §. p-
inde;ibiq; Ang.ff.de peti.hęred. l. qa perinde infra ad
trebel.l.tria in ſi.ff.de verb.obl. idem ex verbo habe-
rentur demonſtratur ,quod & ipſum ad fictionē ſpe
ctat.l.iure ciuili infra de condi.& dem. l.ſi maritus.2.
§.1.ff.de adul.glo.in l.mercis.2. ff.de ver.ſign. Alex.in
conſ.124.num.3.lib.2.atq; fictionem in d.§. 1. verſa-
ri,ex eo non obſcure declaratur,ꝙ habilitatem extre
morum, vt factio ipſa poſtulat,exquirit, ſic quomo-
do monſtratum ante eſt. Atq; fictionem in d. text,
verſari,glo.ibi.j.nominatim aperit. Ad quem modū
vero excuſtiendo, mirum, ni argumenti in ea retor-
ſio inueniatur.
Sed & relati expreſſione in referenti poſita, a con-
trouerſia vacuum argumentum non videtur, vt ve-
re,& propriè in referente relatum hæreat. Contra n.
hoc eſt fictum expreſſionem dicendam quę per re-
lationem inducitur, Aret.opinatur in l. titia. §. ſi. per
illum tex.ff.de ver.obl. quo cum Crot. ſentit in l.gal-
lus.§.& quid ſi tantum nu.35.in ſi.ſupra de lib. & po.
ſententiæ huic ſuffragari, & Dec. videtur in l. certum
colu.1.in ſi.ff.ſi cer.pet.in c,conſuluit 2.nu.3. in ſi. &
ſeq.de appell. vbi cum nominatim quid exprimi for
mæ vice neceſſe eſt,ſatis expreſſionē non credit,quæ
referendo ſit,idem Iaſ.viſum in l.ſtipulationum quę
dam.§.illud nu.4.verſi.vltra poſ.ff.de verb.obl & in l.
hac conſultiſſima. §.per nuncupationem nu. 1, in ſi.
C.de teſtam. Ruin.in conſ.69.nu. 13,lib.13. & in cōſ.
106.nu.4.& ſeq.lib.4. At enim nominatim, & infor-
ma per relationem expreſſio fuerat,ſi verum,ac pro-
priam hoc genus expreſſionem admittimus,apparet
ex his contraria ipſi ſibi Decium locutū,ſi ſcripta eius
attēdimus in locis mox paulo relatis,& in conſ. 687.
col.1.in ſi.de quo memoria habita in argumento eſt
nu.72.Iaſ.etiam de ſpecie hac in locis ſatis memora-
tis non conſtitet,cum Bal.teſtim.dat in l.minorib.C.
de his quib.vt indig. qui Iaſ.contrarius in diſtinctio-
ne ſua apparet,vt mox aperiemus.
Caſuum aliquot diſtinctionē adhibendam in ſpe-
85 cie hac arbitror. Prior † caſus,cū in genere relatio ad
aliud ſit: verbi gratia qui ab interlocutoria appellat,
cauſas grauaminum dicere nominatim debet clem.
appellanti de appella. ſatis non erit, grauamina ipſa
ad acta in genere referre,hoc eſt grauamina appellāt
illata,prout ex actis liquet, verū in ſpecie referri acta
oportet,hoc eſt ex qua parte ſe grauatum. Appellans
putat,Bal.in l.minorib.nu.5.C.de his quibus,vt indig.
Alex.in l.1.in ſi.ſupra de lib.& po. Deci.in d.cōſ. 687.
nu.3.& ſeq Bal. hic accedit in conſ. 44. ad euidentiā
eſt pręmittendum vtrū fructus in quinto dubio lib.3.
Caſus hic controuerſiæ nullius videtur, quatenus ni-
hil intereſt,factu prorſus expreſſio non ſit, an obſcu
re. l. de ætate. §. nihil ff. de interro. actio. l. in ambi-
guo infra de rebus dub. l. ita fidei in princip. & §. 1.
ff. de iure fiſci vbi vitio grauiori datur, obſcure quid
loqui, quam omnino tacere, obſcuritas planè à ſer-
mone generali eſt, cum incertum ſit, in qua acto-
rum parte grauamen ponatur.l.in tradendis. ff. com.
præd. l. vbi autem non apparet in princip.ff. de verb.
oblig. l. prætor ædixit. §. quod autem prætor ait. ff.
de iniur. l. cum ſtichus.ff. de ſolutio. d.l. ita fidei. glo.
in l.quotiens. 1. ff. de verbo. obliga. Oldra. in conſ.
81. ꝙ proceſſus nu.5.
Roget hic aliquis, quomodo obſcurum rem ſcri-
86 ptura † generalis efficiet, quæ ad omnia porrigitur,
quæcunq; comprehendi, ſub ea poſſunt, idemque
genus in ſuo genere, quod in ſua ſpecies ſpecie pol-
let.l. ſi duo ſupra de adminiſt. tutor. l. gallus. §. inſti-
tuens, ibiq; Alexand. & Iaſon. in ſecun. nota. ſupra
de liber. & poſthu.l. ſi chorus in princip. infra titu. 2.
l.quæſitum. §. ſi infra de fundo inſtruc.l. baliſta,ibiq;
Alexan. in princip. infra ad trebel.l. fin. C. de hæredi.
vel actio. vendit.l. omnes. C. de præſcript. 30. vel
40.ann. cap. ſi ſacerdos de offi. ordi. c. qui generali-
ter de procura. lib. 6. glo. in c. quod in dubijs in glo.
fin.& in c. a nobis in glo. 1. de ſenten. excommuni-
cat. & alia apud nos in l. 1. in princ. num. 147. ff. de
acquir. poſſeſſ.
Reſpondetur, locum argumento eſſe cum id agi-
tur, vt omnia ſub genera capiantur, venire in eo
poſſunt, ibi enim obſcuritas tacet, cum ad om-
nia, & propriè quidem pertineat.l. ſemper in ge-
neralibus ff. de reg. iuris. Bart. & alij in rubr. ſupra
ſolut. matrim. num. 12. & alia, de quibus apud nos
in rubri. ff. de oper. noui nuncia.nu.18. verſi.& gene-
ralia verba reſtringere, & in conſil. 194. num. 4. vbi
vim verbis fieri generalibus monſtrauimus, quoniā
ad ea reſtringenda accedimus. Quod vtiq; non fie-
ret, ſi propriè ad ſpecies ſuas omnes genus non at-
tineat, At enim cum obſcuram rem fieri per gene-
ris expreſſionem dicimus, ad eum id caſum neceſſa-
rio pertinet, quo niſi ad aliqua referri genus nequit,
& incertum eſt, ad quæ relatio habeatur. Vnde in-
certitudinis huius ratione non poteſt generalis ex-
preſſio obſcura non videri, obſcurum quippe, & in-
87 certum id † habetur,quod intelligi variè poteſt.l. ve
teribus, ibiq; gloſ. & Bald. ff. de pactis. l. qui ex plu-
ribus. ff. de verbo. olig. l. quotiens in ſtipulationibus
eod. titu. iuncta l. quotiens idem ſermo. ff. de regul.
iuris c. fin. circa ſi. ibiq; glo. & Doct. de reſcript. vbi
incerta citatio habetur, quæ ad locum ſit, qui vallis
communis pluribus eſt, atq; ideò intelligi variè po-
teſt. Tradit Bald. in l. ſcire leges nu. 3. ff. de ll. in l.
precibus nu 23. C. de imputari in conſil. 118. petita
venia column. 1. poſt med. lib. 3. vbi obſcuritatem
ab intellectu naſci multiplici ait, hoc ideò, quia in-
tellectus agens eum non illuminat, & quia veritas
eius latet, quod multifariam exponitur: idem Bald.
tradit in conſil. 340. & præmitto num. 4. eod. lib. 3.
vbi enim pluralitas ibi obſcuritas, Bald in l. hac con-
ſultiſſima in princip. num. 4. C. ob qui teſtam. fac.
poſſ. Enimuero cum grauaminum cauſæ ad acta re-
feruntur, non eo res pertinet, vt in omnibus acto-
rum partibus grauamina hæreant. Non niſi ex par-
te aliqua actorum ea conſiſtunt. Quam incertum
relatio generalis efficit. Ita a dubitatione vacuus
caſus hic primus videtur quotiens in genere relatio
in his ſit, quæ ſub eo contineri omnia nequeunt, quo
caſu pro non facta propter obſcuritatem omnino
expreſſio habetur.
Caſus ſecundus, & ipſe dubitationis maioris, cum
88 in ſpecie † ad aliud relatio habetur. Ad propriā ne,&
veram id expreſſionem proſit. Quo caſu ſecum pu-
gnare

gnare. Dec. cernitur in d. enim. c. quoniam cõtra nu.
48. de proba. & in d. conſi. 687. nu. 3. & ſeq. cum Bal.
conſentit in d. l. minorib. C. de his quibus, vt indig. A
quo tamen diſſentit in d. l. certum. col. 1. in fi. ff. ſi cer.
pet. & in d. c. conſuluit. 2. de appel. Iaſoni etiam nodi
huius duriciem non conſtituiſſe in d. l. ſtipulationũ quę-
dam. §. illud. nu. 4. ff. de verb oblig. & in d. l. hac con-
ſultiſſima. §. per nuncupationẽ. nu. 1. in fi. C. de teſta.
ſupra docuimus. nu 84. in fi. quod Baldum in ſenten
tiam ſuam innuundum citat in d. l. minorib. quem
Iaſoni ipſi reclamare, in manifeſto eſt, ſiquidem ex-
preſſionem hanc per relationem ad aliud, non ſper-
nit, cum nominatim exprimi quid oportet, dum in
ſpecie tamen, non etiam in genera relatio fiat. Quã
tamẽ expreſſi, nec in ſpecie expreſſionem. Iaſ. agno-
ſcit, cum nominatim eam fieri cantum eſt. Idque uo
tatum, & ante eſt in 84. in fin.

Cum Bal. text. facere non mediocriter videtur in
d. l. inſtitutio ſupra de condi. inſti. iunctu. d. l. iu-
bemus. C. de teſta. & Dyn. etiam ratione fortiore.
Bal. opinionem iuuari ſupra oſtendimus. num. 72. &
ex Bar. in d. conſi. 7. Andreas.

In controuerſia hac referre puto, vtrum vere, &
propriè per relationem ad aliud expreſſio fiat, an ẽt
ſi impropriè id contingat expreſſio tamen hæc reiici
ne tum quidem debeat, cum ad formam aut nomi-
natim exigitur. Quod ad ſignificatum proprium at-
tinet veram, & propriam expreſſionem huiuſmodi
non puto, qui per relationem non fit. Id quia ſim-
pliciter, & per ſe immediatè, id non contingit, at re-
latione ipſa mediante. l. cum filio. & l. qui liberis. §.
hæc verba ſupra de vulga. & alia de quibus ante nu.
29. verſi. neque tex. mouet.

Circa ſecũdum locũ expreſſioni hinc tum quoq;
cenſeo, cum formæ vice, aut nominatim expreſſio
deſideratur. d. l. inſtitutio ſupra de condi. inſtit. & alia
89 ſupra adſcripto. nu. 72. Neque impedit vera, † & pro-
priè formam implendam; Quoniam locum, id nõ
habet quotiens propter effectũ aliquem forma ex-
quiritur, qui in caſu æquipollenti impletur, aut ſatis
ei per æquipollens fit. l. mulier infra ad trebel. l. 3.
C. de inſti. & ſubſti. Caſtren. in conſ. 23. ſolet aroma-
tum. col. pen. circa med. lib. 1. At enim in fi. propter
certitudinem deſiderari expreſſio non ſolet, qui no-
minibus per relationem quod certum quam per ſe
immediatè habetur. Iam ſi in ſpecie odioſa, qualis
exhęredatio eſt, per relationem expreſſio admittitur,
vt apud Dyn. in d. conſi. 51. col. 1. poſt med. Quam
tamen nominatim faciendam incertum non eſt. l. 1.
ſupra de libe. & poſth. De quo ſupra. d. nu. 72. Quan-
to magis de formæ nominatim exprimendi per re-
lationem partũ in ſpecie alia non odioſa dicemus.

Conſequentur his dicendum, concludendũ Bald.
& Decij probationem non ille, per relationem ad
aliud, nomen exprimere hæredis licet. d. l. inſtitutio.
ſupra de condi. & inſti. Ergo vera, & propria expreſ-
ſio, hæc exiſtimanda cùm nihil prohibeat, per ca-
ſum improprium formam impleri, qui effectũ eun-
dem atque proprius habeat.

Conſequens ſecundo non fit, teſtamenti appella-
tione propriè, & verè propter relationem ob id, co-
dicillos non contineri, ꝙ relati teſtamento cenſean-
tur. d. l. 2. §. 1. ſupra titu. 1. ergo ad eos teſtamenti vo-
cabulum trahi in d. §. ſi quis codicillos non debebit.
Cum ſignificatu abuſiuo etiã, aut improprio admiſ-
ſo, extenſioni tamen locum ad codicillos eſſe, ratio-
ne confirmatum tertia ſit. Hoc eſt, quod acceſſio-
nis vicẽ in teſtamento ſuſtinent. Ad acceſſoria por-
rò, & pœnam produci. Deinde quod impunitum
alias, & necatorum ſeu ſiccariorum, & hæredũ con-
tra quæ prohibitum eſt, teſtamenta codicillos, vt in-
tempeſtiuius reſignantium audacia fieret. Denique
quod extenſionem pœna recipere ad caſum omiſ-
ſum ſolet, qui large ad expreſſum, aut per ſignifica-
tum improprium pertinet.

Traditione alia, & ipſa expreſſione memoria quæ
maiore digna, caſum hunc illuſtrandum ſecundum
cenſui, vt inter expreſſionem ipſam, & modum ex-
primendi differat. Hoc eſt verum, & propriam ex-
preſſionem intelligi, qui referendo fit. Modum ſanè
fictum exprimendi eſſe verè quippè, & ſpecialiter,
aut nominatim quod in relato eſt, non renuncietatur,
at relationis ope, ex eo inſpectio hæc vegetur, quod
90 in poſſeſſionem † dicitur per conſtitutum acquiren
da, veram eum, ac propriam, fictum vero acquiren-
di modum eſſe. l. certe. §. 1. ibi propriè habere dicor.
ibique Bar. ff. de precar. idem Bart. docet in l. ab em-
ptione. in fin. ff. de pactis. & in d. l. ſi is qui pro empto-
re. nu. 70. circa ſi verſi. quid dicemus. ibiq; Iaſ. num.
350 verſi ſecundo concluſio. Vberius coll. 79. in fin.
nu. 389. Crotus nu. 189. verſi. tertia cõcluſio. Dec. in l.
contractus. nu 12. verſi. & notandum eſt. ff. de regul.
iuris. & in conſi. 302. num. 9. Minor tamen in modo
per relationem exprimendi, quam in poſſeſſione, ex
conſtituto adipiſcenda fictio. Id quia per eundẽ re-
ferendo quid exprimitur conſtitutum planè ab alio
interponitur. Quo caſu ficte per alium haud dubiæ
facere quis dicitur. l. ita autem. §. geſſiſſe ſupra de ad-
miniſtr. tut. iuncta. l. 1. §. deieciſſe. ibique no. ff. de vi
& vi arma.

91 Caſus tertius ad relationem tacitam † ſpectat, qui
per legem fit, vt in ſpecie. d. l. 2. §. 1. ſupra tit. 1. vbi ad
tempus teſtamenti per l. codicilli referuntur, ius ac
idem relationis huius legitimę, atque eius ſit, quæ ab
homine exiſtit, & quidem rationis non videtur, mi-
norem actus legitimi poteſtatem quã hominis eſſe.
l. frater a fratre. ibiq; Bal. in vlt. nota. ff. de condi. indi.
l. non eſt mirum. ff. de pign. actio. l. 1. §. cum enim.
C. com de lega. glo. in l. mandato generali. in fi. ff. de
procura. Iaſ. in l. præſes. in prima nota. C. de tranſac.
& huiuſmodi mille.

Caſus quartus ad pœnam ſpectat, quæ conſtitu-
ta ob expreſſionem aliquam ſit, ad eam ne porriga-
tur, quæ referendo inducitur. Caſus hic a loco illo
pendet, ad caſum ne fictum ſcriptura trahatur, quæ
de caſu introducta vero eſt, de quo apud Doct. in d.
l. Gallus. §. & quid ſi tantum. Alex. in l. adoptiuum in
prin. ff. de in ius vocan. & in conſi. 178. nu. 22. verſi. &
docto, quod non dicerenť. In qua re ẽt attẽdendum,
illuſoriam non ægrè pœnam exprimenti ſtatutum
fieri, ſi ad expreſſionem non pertineat, quæ referẽdo
fit. Quo caſu, & ad pœnam extenſionẽ permitti pro-
culdubio eſt. l. 2. in fin. ff. de calumnia. 1. ſi ciuitas de
ſent. excom. lib. 6. & alia hic apud nos collectu. num.
30. & num. 163 quæ ratio non perinde in conſtitutis
mouet, vt pro traditione in pœnalibus habeatur.
Quatinus apud conſtituentem res manet, ſed locus
hic ſuus non eſt.

92 Non obſtat, actionẽ † directã ex teſtamẽto ob ea
etiam eſſe, q̃ data in codicillis ſunt, teſtamento con-
firmatis, quoniam reſponſio ex ſuperioribus ema-
nat, rationis acceſſionis id fieri, quòd acceſſorij in te-
ſtamento ipſo codicilli intelligantur, qui a teſtamen-
to pendent, actio plane directa æque ob acceſſoria
prodita atque principale eſt. Cum idem acceſſorio-
rum ius, atque principalis ſit.

Secundo reſpondetur inconſequens neceſſarium
actionẽ directam ex teſtamento propter ea accom-
modari, quæ in codicillis relicta ſunt teſtamento ip-
ſo confirmatus. Etenim ſi iura directa præſtari ex co
dicillis id genus licet. l. 3. ſupra de teſta. tut. l. 2. C. eod.
tit. d. l. 2. §. 1. ſupra tit. 1. Non põt actio directa ob iura
ipſa directa non tribui. aliter quippè abſurdo res fue-
rit, iura directa ab actione vtili exiſtere. Cum idem
medij

93 † medio & fini eſſe indicium debeat. l. oratio. ff. de
ſponſal. l. annua. §. Titia. infra de annuis lega. l. Auia
§. Titio. ibique Bal. infra de condi. & demon.
Tertiò fictionem, de qua in d. l. 2. §. 1. & per quam
iura directa ex codicillis competunt, ad omnia trahi
quę teſtamēti ipſius acceſſoria principalis ſunt, atq;
ideo ad iura directa ex codicillis teſtamento confir-
matis exiſtentia, text. declaratur in l. lex cornelia ſu-
pra de vulga. in l. 1. §. ſi nepos infra ſi qs a paren. fuer.
manu. in l. patre inſtituto infra de captiu. quos tex. in
ſententiam hanc fictionis extendendæ. Socin. affert
in conſ. 111. col. 2. in fi. verſi. ad idem tex. lib. 1.
Quod igitur actio directa ex teſtamēto ad codicil
los trahatur teſtō roboratos, eo non fit, ꝙ teſtiū pro
priè codicilli eiuſmodi æſtimātur verſi, quia acceſſio
nis vicem in teſtamento ſuſtinent; ꝙ firmum, ratum
94 quæ ſit. vt † aliud placere Baldo vt in d. conſi. 298.
nu. 2. lib. 2. qui niſi rationē ſignificatus nō obſeruat, vt
teſtamento facto, actio directa ob codicillos, ideo
ſit, quod teſtamenti propriè appellatione continen-
tur. Quod aliter contingit, teſtamento non interce-
dente. ibi enim niſi vtilem ex teſtamento propter
codicillos, id quia ad eos propriè teſtamenti vox
non competit.
Conſtat ex his, non paululum referre, propriè nè
teſtamenti vocabulum, ad codicillos referatur. An
quod de teſtamento inſtitutū ius eſt, ad eos pertineat.
Diſcuſſio memorata, propriè, an non teſtamenti
appellatio codicillos appræhendat, ad rem non me-
diocriter attinet, ad quæſtiones q̄ non vulgares con-
fert. Cum ſtatutorum diceptatio fit, quibus teſta-
menti codicillorum, vt memoria habetur. Alterius
95 ne appellatio in alterum cedat, veluti † cum teſtari
quis non permittitur, vtrum ad codicillos prohibi-
tio trahatur. De quo apud nos hic. num. 28. & ſeq. in
qua q. ad præceptionem illam adeundū, an & quan-
do impropria admitti ſignificatio, & extēſio poſſit,
de qua re apud Bar. & alios in l. omnes populi. num.
58. ff. de iuſti. & iure. in l. non dubium. nu. 10. C. de ll.
& in locis alibi Doct. infinitis. & forte. q. hanc infe-
rius attingemus.
Apparet ex his, continuationi glo. Beſutium cum
Aret. non opitulari. Quatenus niſi ex locutione im-
propria ad codicillos teſtamentum non pertinet, fa
ctum vel non teſtamentum ſit.
Sed propria teſtamenti appellatione cōtineri co-
dicillos ſae, cum æditum teſtamentum ſit, continua-
tioni. glo. Beſutij Aret. quæ defenſio profutura ni-
hilo magis erit, id quia generalis defenſio non eſt, at
ſpecialis, ad eum demum caſum ſpectans, quo con-
96 ditum teſtamentum eſt. vnde nihili † defenſio pen-
denda, quæ generalis non inuenitur. ſimiliter, vt in
ratione dicitur, admittendum eam non fore, cum
generaliter in caſu omni non vrget. Bart. in l. tranſi-
gere. nu. 4. C. de tranſactio. Bald. in l. 1. ibiq; Cagnol.
col. pen. ff. de origi. iur. Iaſ. in d. l. ſi is qui pro empto-
re. nu. 91. & in l. 4. §. Cato. col. 14. in fi. verſi. poſtea dū
Bar. dicit. ff. de verb. oblig. vbi enim generalis defen-
ſio, rationè non eſt, obijci illud poteſt, concluden-
tem eam non eſſe, iuxta illud, non probat hoc eſſe,
quod ab hoc contingit abeſſe. l. matrem l. ad proba-
tionem. 2. C. de proba. l. multis. C. de lib. cau. & alia
ſupra allata. nu. 35.
Conſequens prædictis fit, Beſutij Aret. quæ admi-
niculum ad glo. continuationem iuuandum ratione
gemina non conferre. Prior. quod verborum offen-
ſionem habet. Altera quod offenſione etiam remo-
ta, generalis non eſt.
Vnde aliter à Chriſtophoro Caſtellioneo. glo. cō-
97 tinuatio adiutatur, quod & † ſi maximè tituli com-
plures inter titulos hos de teſta. & lega. intercedant,
alieni tamen à re propoſita, ſeu teſtamentaria non
ſunt. Immo enim ad eā attinent, ſic quomodo mon
ſtratum hic habemus. nu. 6. & ſeq. ex Signorolo de-
fenſio Caſtellionei confirmatur in d. conſi. 129. poſt
princ. extremorum coniunctionem per media non
impediri, quæ inhabilia ex toto non ſunt. per text. in
d. l. cum dotem. infra ad l. Falc. & in d. l. cogi. §. hi qui
infra ad trebel. De quo ſupra etiam. nu. 39. cum ſen-
tentia Caſtellion. in loco vno, atque altero Deciꝰ
ſententiam in Commentarijs excuſſis retulimus. nu.
6. idem Dec. probat in rubr. de iudi. col. 1. in fi. verſic.
ſecundo reſpondetur in ſecunda lectura. Pro eadem
ſententia. tex. in d. §. Aſinam molendinariam. Ioan.
à Vicomercato affert in rubr. C. de eden. ſed enim
imperfectam Caſtellion. continuationē ex text illo
reddi, ſuperius monſtrauimus. nu. 28. & ſeq. Portius
etiam in rubrica inſti. de ſeruili cogna. textum ad cō-
tinuationem, id genus ſuſtinendam dat in l. duos. §.
fi. ff. de duobus reis, vbi reorum debendi obligationi
actus medius non obſtat, qui contrarius obligationi
non ſit. ſequitur Io. à Garronib. in rubr. C. de ſecun.
nupt. in princ. & quidem controuerſiam tex. ille non
patitur in d. l. duos § fi. quā tex. patitur à Caſtellion.
& alijs relatus in l. 1. infra ſi tabu. teſta. mille extāt in
quib. tex. refellendo Criſpus hic occupatur. num. 92.
Aluar. nu. 11. Io. Annibal. in rubr. ſupra ſolut. matri.
nu. 304. in eandem ſententiam. tex. & alios in d. rubr.
ſolut. mat. viſitari confert. nu. 33.
98 Hoc amplius a remota † continuatione permit-
ti, & glo. non paucis ſeq. in eadem rubr. ſolut. matri.
Nicolai probat. nu. 56. Ibiq; tex. etiam vulgatiſſimū
profert in d. l. 2. ff. de ſtatu homi. ibi vt res patitur. idē
ind. rubric. Papal. ſcribit nu. 21 quoties ad proxima
accommodari continuatio nequit. tex. item in d. l. 2.
contra ſententiam receptam à Gomeſ. expendi in
rubr. ff. ſi cert. pet. nu. 2. relatum initio habemus. num.
32. verſic. reſponſione alia text. Sed enim inſpectio
hæc in textu memorato, confutata ſuperius à no-
bis eſt. Ibiq; hoc amplius teſtatum habemus, nec er-
ca proxima continuationem propriè intelligi, niſi ſi
materię, aut tractatus eiuſdem proſecutio fiat.
99 Iuris tamen poſitiui † ſpeciem hanc titulos ordi-
nandi eſſe, atque ideo præceptionem in eis tradi cer-
tam non poſſe, Dec. ſcribit in rubr. C. de teſtament.
milit. in princip.
Aliter titulum de lega. ad ſuperiores glo. applicat
in rubr. C. eod. poſt tractatum de teſtamentis, & co-
dicillis, conſequens eſſe de legatis diſſerere, quæ ſub
teſtamentis, & codicillis fiunt. Quam continuatio-
nem accommodatiorem. Alex. hic putat. Iaſ. num. 2.
ante fi. Criſpus. nu. 92. in fin. Aluar. nu. 11. in fi. Socin.
iun. nu. etiam 11. in fin. Sed verbis aptioribus conti-
nuatio exprimi à gloſſ. poterat ordinarium eſſe poſt
tractatum continentis, id eſt teſtamentorum; & co-
dicillorum, in quibus legata continentur, de conten-
tis ipſis titulum ſubiungere.
100 Quandoquidem affinitatem tantum † continens
& contentā habent, vt continenti ipſi non raro con
tentum cedat. l. 2. ff. de pactis. l. certo gener. § ſi totus.
& §. pen. ff. de ſeruit. ruſt. prædior. l. publia. §. fi ff. depo-
ſiti. l. pen. in prin. ff. de pignor. l. cum pater. §. menſæ
infra tit. 1. l. librorum. §. chartis. ibique Bar. infra tit. 2.
l. non putauit. §. primo gradu infra de bon. poſ. con-
tra tabul. l. 1. C. de donatur, & alia non pauca.
Continuatione alia imperator vtitur inſti. eo. in
prin. vt poſt tractatum de vniuerſo hoc eſt teſtamē-
tis. & hæredibus legatorum ſeu rerum ſingulariorū
tractatus ſubiungatur.
Continuationis tractatu ita abſoluto, concluſio
ex continuatione glo. deſumitur. Acceſſoria teſta-
101 menti † legata eſſe. Quam concluſionem verā
Iaſ. hic ita credit, ſi factum teſtamentum ſit. Atque
ideo teſtamento rupto, nō poſſe legata non diſſolui,
l. 1. C.

l. 1. C. de codicil. vt in commentarijs hic notatū prio-
rib. habemus nu. 9. Cæterum ſi conditum teſtamen-
tum non ſit. fruſtra de acceſſionibus eius verba fiūt.
Cum principali carere acceſſoriū nequeat. l. labeo
.ti. quem ſeruitu. amit. l. 4. ff. depoſi. l. ſi quis inquili-
nos in prin. infra eo. l. aliā ff. de nouatio. §. fideiuſ-
res in ſti. de fideiuſſ. cum alijs à Iaſ. hic adſcriptis nu.
2. in fi. & in rubric. ſupra ſolu. matrim. num. 4. verſi.
confirmo iſtam communem in ſecūda lectu. Quocir
ca opus Iaſ. ſub auditio non erat. Ita teſtamenti acceſ-
ſoria legata dici, ſi conditum teſtamentum ſit. Imò
102 enim † inepta ſubauditio videtur, quatenus eius, ꝙ
non eſt, contingere acceſſorium nequit. l. ſi ſeruum.
§. ſi modus. ff. de actio. empti. l. 4. ff. loca. l. adeo. §. ꝙ ſi
toto verſi. & qui vicinum prædium. ff. de acq. rerum
domi. & alia non pauca. Dictumq; id mox eſt, ſine
principali acceſſorium non intelligi: iam ſi acceſſo-
ria teſtamēti legata eſſe gl. ait. An non nominatim te-
ſtamentum glo. exprimit Quorſum igitur a Iaſ. ſub-
audiri, quod expreſſum apparet. l. continuus §. cum
ita ff. de verb. obli. Quinetiam expreſſum id intelligi-
tur, de quo, & ſi facta mentio non ſit, ab eo tamen ſe-
quitur, quod expreſſum eſt l. gallus. §. 1. ibi qui ex ver
bis concipi poteſt, ibiq; Ruin. col. 2. in fi. ſupra de lib.
& poſth. & apud nos in conſi. 149. num. 11. Locu-
pletius in reſponſo pro Genero nu. 308. verſi. ſi dixe
ris, caſu diuerſo Baldum loqui ſcite magis apud re-
ſponſi ipſius indicem in verſic. expreſſum, dicitur vbi
ampliatum id legitur, etiam ſi formæ vice expreſſio
deſideretur.

Concluſioni, & ſentētiæ huic glo. teſtamento le-
gata accedere, vulgo Doct. aſſentiuntur. In qua re
103 † monendi ſumus, Biſariam acceſſorium intelligi,
Socin. hic iun. autore num. 12. principio noſtra ipſa,
vel naturę neceſſitate, de quo genere ſunt litus
maris, & Ripa fluminis, ſine quibus mare contineri
fluminaue nequeunt. §. 1. & §. Riparū inſti. de rerum
diui, ita neceſſarium, & naturale acceſſorium hoc re
ctè appellabitur.

Secundo a voluntate hominis acceſſorium pen-
det Cuiuſmodi peculium ſerui eſt, in arbitrio quippè
domini eſt. peculium an non ſeruo tribuat, aut eum
habere patiatur. Atqui cum ad ſeruum peculiū per-
uenit, acceſſionis vicem in ſeruo ſuſtinet cumq; ſequi
tur l. 2. infra de pecul. legat. Ad hunc poſteriorem
modum acceſſoria legata habentur. Quæ ab homi-
nis etiam voluntate arbitrioq; exiſtunt, vt potè cui li
berum ſit, legata an non teſtamento relinquat. Cæte
rum vbi data ſunt, accedere ſeruireuè teſtamento di-
cuntur. Acceſſorium hoc accidens, Socin. hic iun.
ait num. 12. id quia ſine legatis conſtare teſtamentū
poteſt. Quare ſi legata hebet accidere id, non ineſſe
naturaliter apparet, quod aliter in littore maris, & ri-
pa fluminis eſt, neceſſario enim, & naturaliter, nō per
accidens hoc genus acceſſoria inſunt. Acceſſorium
hoc, quod ab homine exſtitit, voluntarium non te-
mere nuncupabimus.

Meminiſſe hic etiam debemus, quamuis ab homi-
ne acceſſorium pendeat, per legem tamen immedia-
te ipſum induci, ſeu legi ipſi ius hoc tribui, vt acceſſo-
rium quid dicatur, principaliq; cedat, vt ſecundum
principale cenſeatur, & finem cum eo accipiat, ita vi-
ce cauſæ immediatæ lex, pro cauſa medtata in acceſ-
ſorio conſtituendo hominis diſpoſitio erit.
104 Cauſa alia acceſſorij videtur, quod ex natura † cō-
ſiſtit Quæ a legis arbitrio, conſtitutioneuè non pen-
det. l. eas. ff. de capi diminu. l. 2. in fi. ff. de vſufruct. ea-
rum rerum, quæ vſu conſu. l. in rebus. C. iure dot. §.
penul. inſtit. de iure natu. § fi. inſti. de legi. agna. §. mi
nus verſic. naturalia inſtitu. de hæredita. quæ ab inte.
defer.

Sed enim, & ſi maximè acceſſorium hoc naturæ
mutari per legem nequeat, neq; fieri poſſit, quomi-
nus mari, litus, flumini ripa accedat, ius tamen con-
ſtitui ſuper acceſſorio hoc poteſt. l. quædam, & legib.
quatuor ſeq. ff. de rerum diuiſ. §. riparum &. §. litto-
rum in ſti. eo. titu. conſtituuo hęc tamen, quæ de ac-
105 ceſſorio naturali æduntur, iuri † ipſi naturali non
derogat, at declarat, quomodo id intelligi, aut vſus
procedere eius poſſit, vt ex dictis tex. patet, rurſus in
aliquibus iuri naturali derogari poſſe, licet in totum
id non perimatur, ex tex oſtenditur in l. manumiſſio
nes, & in l. ius ciuile ff. de inſti. & iure. Signorol. in
conſi. 37. colum. 2. circa med. Diſtingui item ius na
turale, & minui per ciuile poſſe, Alex. ſcribit in conſ.
225. nu. 11. lib. 7. ad rem tamen attinere text. non vi-
dentur in d. l. manumiſſiones & in d. l. ius ciuile, ſiqui-
dem per ius gentium iuri naturali derogatū in liber-
tate perdenda eſt, idq; & in rebus alijs naturalibus vi-
demus, ignem enim aqua extinguimus vinum aqua
diluimus, & leuius facimus, & hoc genus.

Quod dictum eſt, acceſſorium flumini Ripam eſ-
106 ſe, contrarium textui † videtur in l. 1. §. in publico
flumine. ff. de flumi. vbi in flumine factum non dici-
tur, quod in ripa eius fit, inde Oldra. ſribet in cōſ. 121.
num. 10 fluminis vocabulo ripam non contineri.
Etenim ſi acceſſionem in ripa obſeruamus, ius idem
ripę, ac fluminis videretur, fluminiſq; appellatione
comprehenſa ripa eſſet, ſiquidem ad principalę tra-
hi acceſſorium ſolet l. 3. §. hæc verba verſic. ſed ſi
quid, ibiq; Bal. ff. de nego. geſt. l. teſtatrix. §. 4. & ſeq.
ff. ſi ſerui vendi. l. prædijs. §. balneas & §. qui dominū
infra titu. 2. l. ſi in ſolutum, & l. ſeq. C. de actio. & obli
ga. & alia ſupra adſcripta num. 28. idq; & in materia
ſtricta habet l. ſi aliena. §. 1. ff. de vſucap. l. eos. C. de
vſur. Roma in conſ. 243. ad prædictorū in fi. & apud
nos in tracta. de antiq; temp. parte. 4. nu. 33. in octaua
limitatione. Atq; in pœna ius idem ſeruandum, ex-
preſſum in ſuperioribus eſt nu. 80.
107 Solutio ob particulam in illud † fit, quæ internam
intimamq; rem, ſeu intrinſecitatē, vt craſſius dicam
exprimit. l. 3. in fi. C. de ince. nup. vbi in ciuitate fieri
dicitur, quod intra muros eius fit. Qua ratione in do
mo capi non dicitur, qui in aditu, aut liminibus eius
capitur Signorol. in cōſ. 16. vbi in ſtatuto Papienſi lo
quitur, quo in domo capi quiſpiam non permittitur,
idem ex Bart. probatur in l. 1. §. 2. ff. de cloa. Soci. in
conſ. 211. nu. 4. lib. 2. vbi quamuis appellatione do-
mus oſtium veniat, attamen in domo ideſt intus fie-
ri non dicitur, quod in oſtio domus fit, id quia nihil
prohibet, domui oſtium cedere, & tamen extra do-
mum id eſſe.
108 Ex qua declaratione, † aut ſolutione limitatio re-
gulæ percipitur, de qua mentio facta ante eſt, ad ea
vel in ſpecie odioſa principale trahi, quæ acceſſoria
ſunt: Ne locum habeat, quoties comprehenſioni
huic acceſſoriorum verba ipſa, & mens diſponentis
repugnant, vt in d. l. 1. §. in publico flumine, & in e-
xemplo Bar. in d. l. 1. §. 2. ff. de cloa. Namq; & ſi ma
ximè acceſſio fluminis ripa dicatur, & appellatio do-
mus oſtium apprehendat, attamen quia non flumen
Domumuè ſimpliciter lex, aut ſtatutum obſeruat,
cum de eo loquitur, quod intus in flumine, aut in do
mo fit, verum id intelligit, quod intus fit, ad acceſſo-
ria, quę extrà flumen, aut domum ſunt, permiſſa ex-
tenſio non eſt.
109 Hoc amplius dicendum, nec ad † partem æque
principalem diſpoſitionem trahi, cum ad eum verba
non quadrant, oſtium quippè inter acceſſoria non
habetur, verum partis loco integralis eſt, vtpotè ſine
quo conſiſtere domus nequit. l. malum in prin. ff. de
verb. ſignific. & latius infra num. 113. verſi. ex An-
char. itaq; cum de eo lex, aut ſtatutum ſentiat, quod
intus in flumine ipſo, aut intra domum fit, ad id per-
mitti

mitti extenſionem non conuenit, quod extra domũ
aut flumen tentatur.
Ex text. reſponſio hæc iuuatur in d. l. teſtatrix. §. 1.
ibi ſed ſi voluntas contrahentium.). ff. ſi ſerui. ven-
di. vbi à voluntate contrahentium pendere textu,
ait, diſpoſitioni, an non acceſſoria cedant, vnde
110 † cum ad ea limitata voluntas legis ſtatutiuè in-
ueniatur, quæ intus fiunt, extra limites trahi ſuos non
debet. l. rutilia, & l. in lege. ff. de contrahen. empt. l. 2.
ff. de ſeruis expor. c. fi. de trãſlat. epi. c. licet de regu-
lar. Atq; ita tex. prædictum in d. l. teſtatrix. ad limi-
tationem regulæ, principali acceſſoriam cedere, ne
locum habeat, quoties voluntas alia diſponentis cõ-
ſtat, Areti. obſeruant in conſ. 149. paucis nu. 1.
111 Secundo principaliter † vltra Bar. Signorolum, &
Socin. ad tex. reſpondetur in d. l. 1. §. in flumine, ad
ſignificatum verbi eum pertinere. Aliud quippè flu-
men, atq; ripam eſſe conſtat. Cæterum quin acceſ-
ſionis vice in flumine ripa ſit, hoc tex. non loquitur,
vnde & ſi maxime mentio facta de ripa non fuerat,
attamen ſi opus in ripa factum difficiliorem nauiga-
tionem efficeret, locum prohibitioni credam, ne illu-
ſoria alias prohibitio iuris fiat. l. 1. in fi. ff. de calum. c.
ſi ciuitas de ſenten. excom. lib. 6. & alia apud nos cõ-
parata in tracta. de antiquita. temp. parte 4. nu. 102.
ad primam, & venetum excuſionem. Quæ locum
rano acceſſione etiam in Ripa dempta, habet.
112 Contrarius tamen † Bart. in d. l. 1. §. 2. ff. de cloa.
Iaſo. videtur in l. cætera. §. hoc Senatuſconſultum
nu. 16. infra eod. vbi in domo factum putat, quod
in oſtio domus fit, ex Bal. in rubri. ſupra ſolut. ma-
trim. ſed enim verum hoc ita videtur, ſi intra clau-
ſtrum, aut clauſuram domus quid fit Aretino auto-
re in l. gallus. §. ille caſus. columm. 3. ſupra de liber.
& poſthum.
113 Tertio principaliter reſponderi † ad tex. poteſt in
d. l. 1. §. in publico flumine. Præſuppoſitum ipſum
Socin. iun. non admittendo, de quo apud eum hic
num. 12. vt acceſſionis vice littus, & ripa fingantur,
vtpotè vna ſimul, & æque principaliter cum mari
tum, & fluminibus, ea de re æque principalia viden-
tur. Vnde ad exemplum continentis iudicãdo, quod
continuò accedere non dicitur. Immo enim generis
nomen continenti, ſpeciei contento accõmodatur
glo. in. l. ſeruis vrbanis. §. fi. in verſi. ſpecies infra titu.
114 2. vel partis integralis † loco littus, & ripa æſtima-
ri potius debebunt, vtpotè quibus mare carere, & flu
mina nequeunt. l. cum qui ędes circa princip. ibi ſe-
paratis enim corporibus. ff. de vſucap. d. l. malum
in prin. ff. de verb. ſignifi. ex Anchara. id iuuatur in
conſi. 160. præſupponitur in themate colum. 2. circa
fin. Aditum, & portionem, qua domus nititur, ac-
ceſſorium in domo non intelligi, id quia potiſſima
domus pars ex aditu conſtat. Quo dempto, inutilis
domus vius fieret, per text. in l. 1. §. 1. ff. ſi vſufruct.
pet. quem ſub tit. de vſuſfruct. imprudens vocat Bar-
tolum miror ab Anchar. prętermiſſum in d. l. 1. §.
2. ff. de cloacis, vbi appellationi domus oſtium cede
re ait, neq; vti acceſſorium oſtium ipſum habet. inde
Nattæ error proditor in conſi. 429. nu. 11. qui fundi
acceſſoriam ob id villã putat, ꝙ pars fundi ſit. Quam
rationem miror ni Natta ipſe patiatur. Namq; ſi
pars, ergo nõ acceſſoria, vt infrà declaratur nu. 134.
115 Ea propter inter acceſſoria † naturæ appoſitè ma
gis veliti fructus eſſent, quos vt predus ipſis citra ho-
minis arbitrium accederent, natura coegit. Atq; ita
inter naturæ acceſſoria fructus Bal. enarrat in l. 1. in
princip. per illum text. C. de vſur. & fructi. leg. Sed
enim, aut de fructibus perceptis, aut pendentibus lo-
quimur, ſiquidem de perceptis, in expedito res vide-
tur, acceſſionis cauſam in eis non videri, vtpotè qui
ſeparati omnino à fundo ſunt, & per ſe iudicantur,
ſin autem pendent, in parte fundi, & dominij haben-
tur. l. fructus pendentes. ff. de rei vendica. & alia, de
quibus in commentarijs prioribus num. 13. acceſſio
tamen in fructibus perceptis intelligi eo nominè po-
teſt: vt qui fundi reſtitutioni obligatur, fructus etiam
perceptos perinde, vt acceſſorios reſtituat, ad quos
fructus tex. pertinet in d. l. 1. C. de vſur. & fruct. le-
ga. quo caſu intelligi vti principaliter nequeunt, cũ nõ
propter ſe principaliter, verum propter fundum de-
beantur, vnde percepti ſunt. Ita ad ſimilitudinem
vſurarum, & ſumptuum litis æſtimantur. In quibus
acceſſionis ius vertı proculdubio eſt, aliter etiam di-
ci, & numero poteſt, acceſſorios fructus perceptos
obligationis, & condemnationis nomine immedia-
te fundo mediante, aut fundi reſpectu intelligi.
Parca etiam Soci. iun. acceſſionum diſtinctio re-
peritur, cum niſi naturæ, & hominis acceſſorium nõ
116 obſeruat. Tertium enim † inuenitur, quod à iure
mero ciuili pendet, & citrà hominis voluntatem in-
ducitur. Cuiuſmodi vſura eſt, quòd acceſſorium o-
dioſum in d. l. 1. Bald. nuncupat. Acceſſorium item
fauorabile iuri mero in mercedibus Bal. ibi adſcribit.
de quo in l. ſi nauis, ibiq; glo. magna, & ſequens, &
Doct. ff. de rei vendica. Bar. in l. ſi vrbana nu. 3. ff. dę
condi. indebi. Sed enim ex facto hominis volunta-
rio fructus ij ciuiles prouenſunt. Quare fructus pro-
priè non dicuntur, ꝙ à ſolo non fiunt, verum ex fa-
cto, aut conuentione hominis proficiſcuntur, ob id
117 autem ciuiles † appellantur, ꝙ fructuum loco à iu-
re habentur d. l. ſi nauis. l. mercedes ff. de peti. hære-
di. acceſſorium item fauorabile inuenitur, quod ſine
naturæ adminiculo, iure ciuili proditum mero eſt.
Quale intereſſe æſtimatur, quod per legem citrà ho-
minis promiſſionem, debetur, veluti quod loco obli
gationis facti ſuccedit l. ſi procurator. §. mandati. ff.
manda. l. 1. cum ibi no. ff. de actio emptio. l. ſi quis
ab alio. § fi. ff. de re iudi. l. ſtipulationes non diuidun-
tur verſi. celſus. l. cum ſtipulatus ſim. §. fi. l. ſi fundũ.
ff. de verb. oblig. fauorabile planè intereſſe æſtima-
tur l. ſocium qui in eo in prin. ibiq; glo. 2. ff. pro ſo
cio Socin. in conſi. 133. nu. 3. lib. 1. vbi ab vſuræ odio
intereſſe ſeparatur. Atq; ideò facilius, quod intereſt,
quàm vſura debetur.
In alio etiam cum Socin. iun. diſtinctione mihi
118 non conuenit, cum † acceſſorium neceſſarium niſi
illud non putat, quod natura introducitur. Immo e-
nim, & quod à lege ex facto hominis voluntario eſt,
inducitur, neceſſarium æſtimatur. Quoniã à lege ipſa
neceſſitas inducitur, vt pro acceſſorio id habeatur,
quod pro tali lex ipſa recipit. Quare in arbitrio ho-
minis non erit, quin peculium, intereſſe, vſuræ, & id
genus alia, inter acceſſoria non connumerentur, idq;
ex Bald. oſtenditur in c. 1. num. 11. in fi. de capi. qui
cur. vendi, vbi quando per conſuetudinem, aut ſtatu
tum territorium certum caſtro aſſignatur, acceſſo-
rium id neceſſarium intelligitur, quamuis per naturã
id nõ inducatur, at conſuetudine, vel ſtatuto. Atq;
ideò qui caſtrum vti prĩcipale recognoſcit, territoriũ
quoq; perinde quaſi acceſſorium recognoſcere intel
ligitur, quod locum habet, etiam ſi ex facto homi-
nis acceſſorium per legem inducitur quatenus legis
119 & in eo neceſſitas inuenitur. Aliter atq; † ſi niſi à
voluntate hominis acceſſoriũ non conſiſtit, id enim
diſpoſitioni non aliter cedere Bald. putat, niſi ſi ex-
preſſum ſit. Quam Bal. traditionem Iaſ. agnoſcit in
conſi. 102. colu. 2. circa med. lib. 1.
Quod vltimum Bal. & Iaſ. dictum à controuerſia
vacuum non credo. Namq; & ſi maximè inter ac-
ceſſoria rem quam piam lex non referat. Attamen ſi
pro acceſſoria apud hominem, aut diſponentem ha-
betur, ad diſpoſitionem eum accedere nõ dubie cre-
dum, vt cautum id expreſſum non ſit. Locupletius ta-
men

mentvaria acceſſoriorum genere in exitu quęſtionea
huius, & ad explicationem eius faciliorum ſubijcie-
mus.

Hiaita prænarratis, dubia glo. ſententia videtur,
acceſſoria teſtamenti legata intelligi, & primum qui
dem acceſſorium obſeruando, quod ex facto homi-
120 nis per legem conſtituitur, acceſſorium † id lex ęſti
mat, quod propter principale factum, aut cauſa eius
eſt. Atq; ideo principali id ipſi accedere lex ſtatuit,
l. vt in balneis atq; horto videre domui coniunctis
eſt. l. prædijs §. balneas, & §. ſequen. infra titu. 2. idē
in pacuis ad vſum fundi comparatis. d. l. teſtatrix. §.
1. ff. ſi ſeruu. vendi. d. l. ſeiæ. §. pen. infra de fundo in-
ſtruct. ratio hæc acceſſorij indicādi in legatis ſilet ca-
put enim, ſeu principale ipſum teſtamenti in inſtitu-
tione hæredis conſiſtit, vt infra nu. 128. in fi. etenim
propter inſtitutionem ipſam introducta legata non
ſunt, neq; hæredis gratia, at incommodo eius fiunt,
cum legatarijs debeantur, non hæredi accedant, itaq;
ſi inſtitutioni ceu principali teſtamenti parti legata
non accedunt. Quomodo acceſſio in eis perſpici te-
ſtamenti poterit.

Secundo quæ acceſſoria ſunt, principaliter, aut per
121 ſe ſola † non petuntur, verum vna ſimul cum prin-
cipali iudicisq; officio ex mora, aut caſu quo alio ve
niunt, quod actioni principali ſeruit, atq; ideo merce
narium dicitur, differentia inter actiones bonæ fidei,
& ſtricti iuris habita, vt habetur in l. centum capuæ
in l. in bonæ fidei, ibiq; Iaſ. num. 1. circa fi. & in l. fi. ff.
de eo, quod cer. loco in l. 1. C. de iudi. Niconit. in ru-
bri. ſupra ſolut. matrim. num. 119. Quod ſi actione
aliqua acceſſoria petuntur, veluti cum promiſſio fa-
cta, aut eorum eſt, principalis tum vice habentur, &
perinde quaſi principale petuntur, vt in locis memo
ratis habetur, ad quam ſententiam appoſitè tex. qua
drat in l. nomen 1. & 2. reſpon infra titu. 2. vbi ſorti
vſuræ adijci, & iure ſortis iudicati per ſtipulationem
creduntur, ita pro ſorte eſtimantur, ſtipulatione de
eis interpoſita. Quoniam per ſe, & principaliter tūc
122 conſtāt. Legata † planè per ſe, & actionibus ſuis
petuntur perſonali ex teſtamento, rei vendicatione,
aut publiciana, & hypothecaria l. 1. l. 2. & l. fin. §. ſed
quia noſtra. C. com. de lega. §. noſtra inſti. de lega.
ſi iure actionis triplicis per ſe legata petuntur. Quo-
modo acceſſio contingere in eis poterit.

123 Tertiò ad id acceſſorium non † accommodatur,
quod vſum ſuum per ſe, & ſeparatum habet, verum
principale id eſtimatur d. l. prædijs. §. balneus. d. l. ſeiæ
§. penul infra de fundo inſtruct. & d. l. teſtatrix. §. 1.
à ſenſu contrario colligendo. Idem ex ſenſu contra-
rio Signorol. probat in conſi. 143. in fi. at enim vſus
ſuus, & ſeparatus legatis eſt, neq; communis cum in-
ſtitutione fit, minus inſtitutioni ſeruiunt.

Quarto à quo effectus remouetur, nomen quoq;
124 tolli † conuenit. l. 2. §. appellata. ff. ſi cert. pet. l. vi-
naria ff. de verb. ſignifi. l. à nullo, C. de ferijs. l. vni. ibiq;
Barba. C. de nudo iure quir. tol. c. corepiſcopi in fi.
61. d. glo. 1. in c. admonere 33. q. 2. vbi illud narra-
tur, ſi te priueris, nec nomē habere mereris, ſed enim
præter legata ipſa, nihil legatarijs contingit, cui ceu
principali legata accedant effectu igitur acceſſionis
carente, non poterit, & nomen ipſum nō quieſcere,
cum ab accedo acceſſorium veniat, quod vna res alij ac-
cedat. l. ſi ego. §. quod tamen. ff. de publicia. l. in rem.
§. item quæcunq; ff. de rei vendica. l. fundi. ff. quibus
mod. vſufruct. amit. l. veſtis in princ. infra de auro,
& arg. lega. & alia infinita, quod cum ita ſit, impoſſi
bilis in legatis acceſſio videtur hoc eſt, vt rei alij tan-
125 quam principali legata accedant, cum propter † ſe
principaliter, & legatariorum merita, vel neceſſitudi
nis cauſa, fiant. l. nec adiecit. ff. pro ſocio l. ſi quis ſer-
uum. §. ſi inter duos infra tit. 1. vſq; adeo principalia

porro legata habentur, vt aliæ eis ceu principalibus
res cedant d. l. prædijs. §. balneus, & §. ſeq. infra titu.
2. d. l. penul. §. ſtrannæ infra de fundo inſtru. & alia
ſupra adſcripta; etenim de acceſſione hac verba nō
ſiunt, verum vtrum legatum ipſum principale acceſ-
ſorij vicem in teſtamento ſuſtineat.
126 Quinto ex Iuſtiniano † continuatio hæc glo. de-
cepta inſti. de lega. vbi poſt tractatum de iure vni-
uerſali teſtamentorum, & hæredum, qui teſtamentos
adſcribuntur, conſequens imperator eſſe ait, vt de le-
gatis ceu iure ſingulari tractatus ſubijciatur, ad quem
modum rem expendendo, contrarius ſententiæ glo.
text. ille euidenter apparet. Quoniam quæ ſub iure
vniuerſali continentur, principaliter inſunt, tum etſi
acceſſionis loco alias æſtimentur. Inde dicimus, ex
fructibus hæreditatem augeri, atq; ideò petitioni hæ-
reditatis vti res principales cedere, quamuis fructuū
verbum factum in libello ſententiaue non ſit neque
vti acceſſorij in hæreditatis petitionē iudicis officio
veniunt. l. item veniunt. §. fructus. ff. de peti. hæredi.
l. 1. C. eo. titu. cauſa eadem peculij eſt l. peculium na
ſcitur. ff. de pecul. tantundem in dote probandum,
quæ iuris, & ipſa vniuerſalis habetur. l. ſi marito. §. fi.
ſupra ſolut. matrim. Iaſ. in rubrica eo. titu. nu. 37. ver.
ſecunda concluſio, ibiq; Niconit. latius nu. 206. Io.
Hannibal. nu 403 inde fit, vt ſententia de hæreditate,
dote & peculio ſimpliciter dicta ad fructus trahatur,
quamuis expreſſio eorum facta in ſententia ipſa nō
ſit. Id quia hæreditatis, peculij, & dotis ſimiliter, vt
res aliæ ęque principalis fructus æſtimātur. Hoc ipſo
igitur q; hæreditatem, peculium, & dotem reſtituere
quis iubetur, vtiq; & fructus illius reſtituere intelligi-
tur, vt ex dictis legib oſtenditur, & ex Bal. in c. grauis
num. 9 de reſtit. ſpol. Niconit. in rubric. ſupra, ſo-
lut. matrim. nu. 207. & nu. 219. idem ibi Io. Hanni
bal ſentit nu. 78. verſi. ad iſtud dici poteſt, cum par-
tem rei in vniuerſalibus intelligi fructus ait, etenim
qui vniuerſum petit, nō poteſt, & partes eius omnes
non petere. Quod contra haud dubiè eſſet ſi pro ac-
ceſſorijs in iure vniuerſali fructus haberent, ibi enim
ad ſententiam non aliter venirent, niſi ſi expreſſio fa
cta eorum ſit, qua omiſſa, peti præterea nequeunt. l.
4. C. depoſi. Inde etiam fit, vt ſi res omnes hæredita
tis fructibus exceptis, ſine iudice quis conſequatur,
fructus ipſos petitione hæreditatis hæres recipiat. d. l.
item veniunt. § fructus, quod contra eſſet, ſi vti ac-
ceſſorij eſtimentur, ibi enim per ſe ſoli non petuntur,
verum officio iudicis mercenario actionis principali-
ter inſtitutæ ſeruientes debētur d. l. 4. C. depoſi. & apud
Iaſ. in. l. in bonæ fidei nu. 1. circa fi. ff. de eo, quod cer
to loco. Niconit. in d. rubric. ſupra ſolut. matrimo.
nu. 219. Itaq; ſi pro rebus ſingularibus vniuerſi, hoc
eſt teſtamenti legata imperator habet, quomodo ac
ceſſionis cauſa intelligi in eis poterit, quatenus quę ac
ceſſoria alioquin ſunt, acceſſorij tamen ius ſub vni-
uerſo perdunt, quo magis admirer, continuationis
imperatoris in mentem glo. non veniſſe.
127 Sexto concluſioni & † ſententiæ glo. contradicere
Soci. aliq; videntur, quibus viſum eſt, partem integra
lem teſtamenti in legatis ob indiuiduam teſtatoris
voluntatem, conſiſtere ex Bald. Imola, Caſtrenſi, &
Aretin. in l. ſi is qui ſupra de teſtamen. de quo men-
tio infra prolixior fiet, acceſſionis planè ius in parte
integrali non contingere, proculdubio eſt, vtpotè
quæ principalis æque eſt, & qua carere totum non
poteſt, quod non ſimiliter in acceſſorio fit, quod à
principali non raro abeſt, vt in peculio. Balneis hor-
to, & id genus acceſſorijs, quæ caſu incidiunt.
128 Neq; ad concluſionem † aut opi. glo. iuuandam
Iaſ. prodeſſe argumentum videtur. cum ad ius acceſ
ſorij confirmandum ab interitu, aut diſſolutione te-
ſtamenti argumentatur, Eo pereunte aut diſſoluto,
legata

legata quoq; intercidere ſub eo relicta. l. 1. C. de codicil. Idq; ad probationem valere acceſſorij videri, Quod vna ſimul cum principali extinguitur. l. labeo. ff. quem ſerui. amit. l. 1. & 2. infra de pecul. lega. l. cũ principalis. ff. de reg. iur. §. liberis inſti. de pupil. ſubſti. Atq; in ſpecie legatorum vna ſimul cum teſtamento ea perire, ex tex. oſtenditur in l. ſi nemo ſupra de teſta. tu. in l. eam quam. C. de fideicom. Concludens enim aut ꝑpetuũ hoc genus ꝓbationis acceſſorij nõ eſt. Namq; acceſſorio præſuppoſito, & admiſſo, locus argumento eſt, Principali conſumpto, acceſſorium quoq; finiri. Cæterum ad probationem acceſſorij mouere arg. non videtur. Idq; videre circa inſtitutionem eſt, quæ ad irritum teſtamento infirmato deducitur. Atqui acceſſoriam inſtitutionem eſſe, nemo omnium dixerit. l. proximè ſupra de his, qui in teſta. delen. l. fin. ſupra titu. 1. §. ante hæredis inſtitu. de lega.

129 Secundò inſtantiam, & alteram argumento † in ſpecie patitur, quæ ſub genere continetur. Quam genere ſublato, neceſſario remoueri, non dubitatur. l. iuris gentium. § ſed ſi fraudandi. Secundum vnum ſenſum. ff. de pactis. l. 1. §. quod ait, ff. de aleator. l. ſi quid earum. § inter emptum infra de lega. 3. l. 1. in fi. infra de iuis, & legi. l. filius in fi. ff. de donatio. l. ſi cauſa. C. de tranſactio. § pen. inſti. de ſucceſ. cogna. Bal. in l. 1. nu. 10. C. ſi à nou compe. iudi. Signorol. in conſi. 166. num. 9. & in conſi. 168. cir. fi. Pau. de Caſt. in conſi. 1. ſi iſte nerius lib. 1. etenim generis acceſſoriam ſpeciem eſſe quis dixerit. l. fin. infra de fundo inſtruc.

Tertiò, ꝙ teſtamento euerſo, legata quoque cadant, non acceſſionis, at fundamenti cauſa vicioſi fit. Quo diſiecto, non poſſunt omnia non diſſolui ſuper eo poſita, quin acceſſoria non ſint. l. 1. ff. de origi. iuris. l. lex vectigali. & l. ſi ſuperatus. ff. de pignor. l. Nam & ſi ſub conditione. §. Rumpendo ſupra de iniuſto teſta & alia, de quibus apud nos in l. 1. in prin. nu. 408. ff. de acq. poſſ.

Quid dicendũ, Ergo glo. repudianda opinio erit, Quã cum Doc. ſentire ante diximus. Gloſæ tutandę cauſa, Trifariam acceſſionem in legatis vltra modos ſuperius expreſſos recentiores cõtemplantur. Principio comparatiuè, aut reſpectiuè ad aliud. Ideſt quoties non perinde principaliter vnum, atq; alterum fit. Seu cum non ita propter vnum, ac alterum, diſpoſitio perficitur. In quo genere legata inueniunt, quorum cauſa non ita principaliter vt hæredis, teſta-
130 mentum æditur. Eo enim † præcipuè teſtamẽtum quis facit, quo hæredem habeat, quem ipſe velit. l. & quia in prin. ff. de interro. actio §. 1. in fi. inſti. quibus ex cau. manu. non li. & quidem noſtra refert, vt hæredem locupletem habeamus. l. 1. circa fi. ſupra ſi mulier ventris in omi. Fulgo. in conſ. 73. paterfamilias col. 3. circa fi. Ad hunc modum acceſſionem in legatis Soci. hic un. obſeruat nu. 12. Planius & expreſſius Crot. nu. 4. verſ. Defendendo opinionem.

Secũdò modo acceſſorium in eo ſpectatur, quod partis principalis vice non eſt. vt pote cum eo carere diſpoſitio poteſt. verbi gratia ſeris, clauibus & feneſtris aliquibus carere domus, poteſt. Ea ratione in partibus integralibus, aut principalibus ædium nõ erunt. Atq; ideo vti partes quædam acceſſoriæ æſtimabantur. In eadem cauſa legata videntur, quæ neceſſaria ad teſtamentum non ſunt, cum eis carere haud dubiè poſſit l. 1. §. qui neq; ſupra de hæred. inſti. Vnde poſtquam relicta ſunt, in parte quidem teſtamenti, at non æquè principali habẽtur. Immo enim partem hanc in legatis acceſſoriam dicemus, cum ſubſtantialis nõ ſit. Ita Aluar. hic ſcribit nu. 12. & ſeq. Idem Nigri hic ſentit num. 11. Soci. iun. nu. 31. Qui eandem rem, & partem, & acceſſorium intelligi re-

ſpectu diuerſo ſcribit. Quæ ſecunda inſpectio affinitatem cum priore habet.

Tertio acceſſio conſiderari in legatis poteſt, Prõ eo acceſſorium accipiendo, quod adeſſe abeſſeque citra ſubiecti corruptionem poteſt. l. 1. §. diem. ff. de æden. vbi partem ſtipulationis, ſoluendi diem tex. ait. Atqui neceſſarij id genus pars non eſt. cum præſens deberi quid poſſit. Itaq; cum adeſſe dies, & abeſſe ſtipulationi, ea incolumi, poſſit, pars accidens dicenda, & acceſſoria erit. Ita acceſſorium Criſpus hic attendit num. 63. Aluar. num. 13. & 17. Quæ inſpectio ad ſuperiores re ipſa animaduerſa, non obſcurè pertinet.

Apparet ex rationibus memoratis, ob id acceſſionem in legatis admitti, ꝙ acceſſoria, ſeu partes acceſſoriæ pię inſtitutione hæredis ſunt. Rurſus quia non ſimiliter vt inſtitutionem, legata quoq; teſtamẽtum expoſtulat. quod viribus conſtare ſine legatis poteſt.

Ex diuerſo porro teſtamenti, ſeu inſtitutionis robore carere legata nequeunt, quæ data in teſtamen-
131 to ſunt, præterquàm † in caſibus quibuſdam ſpecialibus. vt titu. infra de lega. præ. & in Authen. ex cauſa. C. de lib. præter. quorum haberi ratio non ſolet. l. 4. §. 1. ff. de fideicom. liber. l. in teſtamento. 1. in fi. & l. Quamq̃. C. de teſta. mili. Bar. in l. 1. num. 2. ſupra de iniuſto teſta. in l. 1. §. Quidam filium circa prin. infra de bon. poſſ. contra tabul. Soc. in conſ. 116. num. 17. verſi. & hoc clarum eſt. lib. primo. & alia apud Iaſ. in l. non quocunq; . §. 1. num. 11. in tertio notab. infra eo.

Duo in ſpecie hac obſeruanda. Prius cum partem integralem teſtamenti in legatis non contingere ſub
132 inſpectionibus his † dictum tribus eſt. contra quam Socin. & alijs hic viſum non paucis ſit, ex Bal. & alijs in d. l. ſi is qui. ſuprà de teſta. Reſpondetur, partem integralem initio ipſo, & quantum ad habitum, ſeu potentiam in legatis non verti. vt pote ſine quibus vtiliter fieri teſtamentum poteſt. Partibus planè integralibus totum carere nec initio poteſt. Cæterùm vbi ad legata initio ipſo cogitatum à teſtatore eſt, eaq; dandi animus, fuit, Tum verò in partibus integralibus habentur. Ita niſi caſu aut ex incidenti loco partium integralium legata non habentur, cum ea relinquere velle teſtatorem conſtat, ſic quomodo inferius oſtendemus.

Secundo obſeruandum. In acceſſorijs legata eſſe, non ſimpliciter & abſolute, at ſecundum quid, ex inſpectionibus memoratis percipi. Ideſt comparatiuè, aut reſpectiuè. Inſtitutionis videlicet reſpectu, & cũ adiectione partis, vt pars acceſſoria, nõ etiam acceſſoria ſimpliciter legata dicantur. & quia adeſſe abeſſeq;
133 citra ſubiecti læſionem poſſunt. Conſequens † igitur declarationi huic fit, acceſſoria propriè legata nõ dici. Tale quippe propriè non dicitur, quod tale ſecundum quid, non ſimpliciter eſt. l. ſpadonem. §. qui accepit. Ibiq; Bal. de excuſa. tu. cum alijs apud Iaſ. adſcriptis in l. patris, & filij in 1. nota. ſupra de vulga. in l. 1. nu. 3. C. de ſucceſſ. ędic. & alia, de quibus ſupra ſupra nu. 29. verſ. Neq; tex. mouet, & in commentarijs prioribus rubri. huius num 95. in l. 1. in prin. num. 65. ff. de acq. poſſeſſ. & in corollario reſpon. pro genero num. 25. Quod cum ita ſit, ad diſpoſitionem pertinere ſententiam gl. nõ puto. Quarũ de acceſſorijs mentio in ſcriptura fit, quam intelligi propriè oportet.

Ex concluſione hac glo. ad modum memoratum
134 enarrata illatio ſequitur, partem † teſtamenti propriè, legata non eſſe. Siquidem in parte ſeu in eo, quod partis loco eſt, intelligi acceſſorium nequit. l. fi. infra de fundo inſtr. vbi quod generis eiuſdem eſt, acceſſorium non dici, tex. ait. Idque in ſcapha docet. quæ ad idem, ac nauis, genus formam ve ſpectat,

quamuis

quamuis magnitudine, mediocritateuè diſtet, ſed enim generis eiuſdem partem, ac totum eſſe, cum ex partibus ipſis totum compleatur, incertum non eſt, idem ſignificantius ex tex. declaratur in d. l. malum. ff. de verbo. ſignifi. vbi diſcrimen inter partem, & acceſſorium, ſeu additamentum enarratur, quod igitur partis eſt, inter id referre acceſſoria nõ licet, neq; ad rem tex. attinet, qui à Nigri hic vocati ex diuerſo ſunt nu. 10. in parte rei acceſſoria eſſe. Quoniã acceſſoria pars hæc, non principalis dicitur. l. proinde. ff. de edil. edic. ita non ſimpliciter, at ſecundum quid, pars ibi exprimitur, de quo inferius tractatum hunc partium latius hic Soci. anngit, in ſpecies duas eas diſtinguendo integralem videlicet, ſeu ſubſtantialem, & ſubiectiuam, quæ eadem prædicamentalis etiam dicitur, tertium partis genus ſal. hic adſtruit, quam qualificatiuam, ſeu accidentalem nuncupat, de quibus partibus ſcriptum hic apud nos in commẽtarijs prioribus legitur nu. 14.

135 Pars integralis vltra † ſcripta anteriora, bifariam cõſiderari poteſt ſimpliciter, & abſolutè, qua totum ipſum carere omnino non poteſt, cuiuſmodi anima in homine, & corpus ſunt, in domo paries, & tectum ſecundò non ita ſimpliciter abſoluteuè conſiderari integralis pars poteſt, in quo genere corporis partes aliquæ ſunt, pes veluti, manusuè, quæ citra totius interitum, à corpore quandoq; vel initio ipſo cum naſcitur, vel caſu quo fortunæ poſtea abſunt, vt Aluar. hic obſeruat nu. 35. in fi. & ſeq. Nigri nu. 11. quæ declaratio, & inſpectio arridere mihi non poteſt, ſiquidẽ in toto perfecto diſceptatio noſtra verſatur, perfectum ſanè corpus mẽbro quo detracto, non dicitur.

136 Antequam ad partis integralis concluſiones † veniamus, rei ipſius facilius enarrandę cauſa, præmittendum vnum cenſui, in genere teſtamentum atq; in ſpecie accipi, ĩ genere dupliciter, principio, vt volũtatem vltimam quamuis apprehendat, atq; ideo quod ad ſpecies plures refertur, ideſt ad teſtamentũ in ſpecie, in ſcriptis, & nũcupatiuum, ad codicillos, legata, & fideicõmiſſa, in quibus teſtatoris mens exponitur, ad quẽ modum genus accipi à dialecticis ſolet, hoc eſt quod ſpecies plures complectitur.

Eandem generis ſignificationẽ, quã teſtamentum, 137 voluntas etiã † vltima habet, quæ ad ſpecies ante commemoratas trahitur, vt apud glo. & Doc. in l. licet in gl. fi. C. de pactis, neq; abſurda videri res debet, eiſdem generi nomen geminum eſſe, cum nihil prohibeat, corpus viuens animal etiam nuncupari, vt apud Socin. hic iuniorem nu. 14. ſic generis nomen duplex, corpus & animal, ita voluntatem vltimã in genere non ineptè teſtamentum appellabimus, ideſt teſtationẽ mẽtis, vt hic apud Criſpũ nu. 50. in fi. ſeq.

Sed obſtare inſpectioni huic videtur, ꝙ ab ęthimo 138 logia † vocabuli generis probationem ſumimus, vt ad voluntatem vltimam quamuis eò teſtamentum pertineat, ꝙ mentis in ea teſtatio contingat, Atqui recepta id generis probatio non videtur, quod videre in mutuo licet, in quo ſi ęthimologiam vocabuli ſpectamus, ad cõtractum quemuis applicabitur, in quo dominij tranſlatio fit; quia ſecundum ęthimologiã de meo tuum fit, atq; ideò ratione hac ęthimologiæ perſpecta, generis nomen mutuum erit, & ad donationem, & cõtractus omnes porrigetur, in quibus de meo tuum fit; enimuerò iuri id repugnat, quatenus ſpeciei, non etiam generis nomen mutuo eſt, quod ad ea reſtringitur, quæ pondere, numero menſuraquè conſtant l. 2. §. 1. ff. ſi cer. pet. qua ratione generis nomen in teſtamẽto Alcia. & Nigri hic nõ admitũt nu. 14. Aluar. nu. 23. ꝙ ſi nomen hoc generis in teſtamẽto non ſpernimus, conſequens fiet, vt in contractib. etiam teſtamenti nomen inueniatur, vtpotè in quib. ipſa etiam mentis teſtatio inuenitur.

Ad arg. hoc reſponſio per Soci. iun. & Criſpũ hic accommodatur. locum ei niſi in diuerſis non eſſe, & in quibus ęthimologiæ locum argumento non eſſe, palam eſt, in mutuo puta, & donatione, quos diuerſos, & contrarios actus eſſe non dubitatur, ſiquidem donantis animus à mutuo abeſt, in eodem nos actu in genere, loquimur, ideſt qui idem in genere reperitur, qualis voluntas vltima eſt, in qua abſurdi, contradictioniſuè quicquam non contingit, ſi ad actus omnes voluntatis vltimæ teſtamenti vocabulum porrigimus, quare locus argumento eſſet, ſi ad actus etiã viuorum, in quibus teſtatio mentis inuenitur, nomẽ ipſum trahendum, exiſtimemus, fieri id enim ob diuerſitatem, & contradictionem eorum non poteſt, atq; præter Socin. iun. & Criſpum, teſtamentum in genere pro voluntate omni vltima reperiri, & admitti, ex Bal. demonſtratur in l. 2. nu. 10. C. com. de leg. Alex. in l. 1. in notulis Bar. ſupra de teſtam.

139 Secundò modo in genere † aliter teſtamẽtum accipitur, ideſt non, vt à dialecticis, quod ſpecies plures complectitur, verum in iuriſcõſultorum ſignificatu, hoc eſt pro re in genere, aut indefinitè expreſſa, mentione teſtamẽti cuius certè non facta, veluti cum de eo quæritur, fieri ne teſtamẽtum ab aliquo poſſit, vel cum de ſolemnibus, aut cauſa, qua alia teſtamenti in genere diſceptatio fit, ita vt non vnius magis quam alterius, ſed omnium generaliter teſtamentum intelligatur, ad hunc ſecundum modum teſtamentum in genere accipiendi, tex. pertinet in l. legato generaliter infra eo. vbi de legato generali tractatur, ideſt cũ res aliqua in genere legatur, non quæ ſpecies plures habeat, verũ quæ expreſſa in ſpecie certa non ſit, veluti cum homo, aut ſeruus, ſeu ſtichus in genere legatur, hominis, aut ſerui certi declaratione non facta ſpecies enim plures homo, aut ſeruus non capit, indiuidua, aut corpora tãtummodo plura complectitur, quorum nomine in genere, aut indefinite exprimitur homo, aut ſeruus dicitur, quoniam corporis, aut indiuidui cuius certi expreſſio non adhibetur, ita nõ ſpecierum, at indiuiduorum reſpectu in hoc ſecundo intelligendi modo, in genere teſtamentum accipitur, idquè, & in contractibus contingit, cum fundum, quiſpiam, hominem, vinum, aut frumentum in genere ſtipulatur l. vbi autem non apparet in princip. ff. de verbo. obligatio. conſequenter his dicendum, teſtamentum in genere et hoc poſteriore modo æſtimari, quotiens, indiuiduum, aut certi cuius hominis teſtamentum non enunciatur, at incertum, aut indefinitum; Inde dicimus, incertitudinem à genere, ſeu locutione generali, exiſtere l. in tradendis. ff. comu. præd. d. l. vbi autem non apparet in princip. & alia, de quibus ſupra num. 85. ad hunc poſteriorem modum teſtamentum in genere Criſpus hic contemplatur num. 51. Aluarus num. 23. ad voluntatem etiam vltimam in genere, modus hic ſecundus competit, eadem quippè voluntatis vltimæ in genere, atq; teſtamenti etiam in genere ratio.

In ſpecie porrò teſtamentum accipitur, quod conditum ab aliquo ſit, atq; ideò hominis certi teſtamentum in ſpecie accipitur.

Declaratione, aut diſtinctione hac teſtamenti in genere, & in ſpecie ita prænarrata, in queſtione propoſi140 ta, vtrum ad partem integralem teſtamenti † legata pertineant, concluſiones aliquot ſubijciendæ. Prima cõcluſionũ erit teſtamẽti in genere animaduerſi, aut accepti partẽ integralẽ legata non eſſe, ad priorẽ, vel poſteriorẽ mũdũ genus in teſtamẽto obſeruem⁹, quandoquidẽ neceſſaria ad teſtamentũ, ſeu volũtatẽ vltimã in genere, legata non hñr. d. l. 1. §. qui neq; ff. de hęre. inſtit. q̃ vacua cõcluſio ab oĩ dubitatione eſt.

Secunda concluſio, & nodoſior, in teſtõ ſpeciali

hominis cuius certi incurrit, & quod eo caſu conſi-
deratur, quo ad ortum, ſeu ad eſſentiam deducitur
ſeu vt vulgatius dicam, prout in fieri eſt, & eo animo
fuiſſe teſtatorem liquet, vt legata daret vtrum eis nõ
peractis, ad irritum totum teſtamentum deducitur,
perinde quaſi partis integralis vice in teſtamento
tunc legata ęſtimentur, qua parte integrali carere to-
tum non poſſe, dictum nec ſemel habemus, in qua
ſpecie concluſionem, hic Soci. proponit, & obfirmat
partem integralem à forma, & ſubſtantia in legatis
ineſſe, atq; ideo ex toto teſtamentum intercidere,
in quo adſcripta legata non ſunt, totum quippè,
& vnum in voluntate teſtatoris, & forma teſtamen
ti erat indiuidua planè voluntas hæc, & forma æſtima
tur, ſimiliter, vt indiuidua ædium forma habetur, quæ
partibus ſuis carere integralibus nequit.
141 In concluſione hac ſciendum, formam in ea † à
Socin. pro ſolemnitate teſtamenti non accipi, de
qua apud Doc. in l. nemo poteſt infra eod. verum
pro voluntate ipſa teſtatoris formam Soci. intelli-
git, in voluntate quippe teſtatoris forma ipſa ſub-
ſtantialis in primis conſiſtit, vt Bar. Iaſ. quæ no. in l. 1.
ff. de condi. indebi. idem Bar. & Bal. in l. cum quis
nu. 11. C. de iuris, & facti ignor. Soci. in l. 1. nu. 12.
ſupra de lib. & poſt. quibus in locis forma hæc ſub-
ſtãtialis, quæ à volũtate eſt, à forma diſtingui ſolem-
nitatis ſolet, & formam ipſam ſubſtãtialem à volun
tate præcipue exiſtere, ratione inuictaq; oſtenditur,
quoniam per naturam ipſam voluntas hæc opus in
diſpoſitione quacunq; eſt. l. non omnis, & l. ſi ego. ff.
ſi certum peta. l. in ambiguo infra de rebus dub. l. mul
tum intereſt circa fin. C. ſi quis alteri, vel ſibi l. cum
te, ibi Bal. C. de dona. ante nup. l. ſi genero C. de iu-
re doti. c. cum ſuper in fi. de offi. delega. c. ad hæc 1.
de appella. inde dictitant, voluntate de medio amo
ta, nullum non actum indifferentem eſſe l. pro hæ-
rede in princip. ibiq; Bal. in 1. nota. ſupra de acquir.
hæredi. qua ratione voluntatem teſtatoris primum
omnium indagandam leges præcipiunt l. in condi-
tionibus primum locum infra de condi. & demon.
& alia innumera, itaq; cum citra animum, & volun-
tatem conſiſtere actus vllus nequeat, nõ poterit pars
integralis, & forma teſtamenti ſubſtantialis in volun
tate ipſa teſtatoris primum omnium non intelligi,
142 quæ res † exemplo etiam declaratur, ꝙ remitti for-
mæ huius neceſſitas numquam ſolet, quæ à volunta-
te pendet, quod contra in forma ſolennitatis eſt ver
bi gratia firmitatem teſtamentum inter liberos ha-
bet, quod formam ſuam ſolemnitate non habet l. fi.
ibiq; eo. C. famil. her. l. hoc conſultiſſima. §. ex im-
perfecto C. de teſtam. non idem probãdum, cum vo
luntatis forma à teſtamento ipſo inter liberos abeſt,
vt in locis memoratis not. & apud Bart. & alios in
d. l. ſi is qui ſupra de teſtam. Bald. in conſi. 196. licet
regulariter poſt princ. verſic. ſecundò ſcilicet lib. 5.
Fulgo. in conſil. 29 punctus quæſtionis in fin. & in
conſi. 116. nu. 3. in fi. verſic. ad primum videtur, &
nu. ſeq. Imola in conſi. 91. Ruin. in conſi. 204. nu. 7.
in fi. & ſeq. lib. 2. Iulius Clarus compater lib. 3. ſen-
tentiarum receptarum. §. teſtamentum q. 8. verſic.
habes ergo, idq; locum tum etiam habere, cum ma-
nifeſta patris voluntas eſt, vt teſtamentum faceret,
Bal ſcribit in auten. quod ſine. C. de teſta. Paul. de
Caſtr. in conſ. 101. ad primum quæſitum col. fi. verſi.
præterea etiam lib. 2. Socin. iun. in conſi. 179. nu. 49.
lib. 2.

Hoc amplius irritam legem crederem, quæ imper
fectum à voluntate, teſtamẽtum admitteret, ſiquidẽ
à natura ipſa vitium hoc exiſtit, quod purgari à lege
nequit Bar. & alij in l. ſi quæramus ſupra de teſtam.
vbi teſtandi ius furioſo, mentiſuè morbo laboranti
lex non tribuit, cum à natura vitium hoc deſcendat,
ideſt à conſenſus inopia, quod naturæ vitium cura-
re ne legi quidem conceſſum, diuerſam tamen furio
ſi, atq; alterius à quo conſenſus non abeſt, cauſam vi
deri, inferius diſceretur.
143 Formæ iure in voluntate † teſtatoris ita animad-
uerſo, concluſio ipſa in teſtamento in ſpecie pla-
nior, ſignificantiorq; reformari, ita poterit omnia
quamlibet minima, quæ ſub teſtamento ſuo diſpo-
nere teſtator conſtituit, in parte integrali, & ſubſtan-
tiali teſtamenti connumerari indeq; fieri, vt ſi quid
eorum, vel tantillum deficiat, quæ ad teſtamentum
adijcere in animo teſtator habuit, ex toto, funditúſq;
teſtamenti vis pereat. d. l. ſi is qui ſupra de teſtam.
Quæ concluſio ratione etiam iuuatur, ꝙ curæ in his
haberi, vel minima ſolent, quæ indiuidua ſunt. l. ſi is
qui cccc. §. quædam infra ad l. falci. quem text. ad
hoc Ruin. vocat in conſi. 22. num. 6. lib. 2. text. huc
pertinet in l. 5. § fi. in l. in executione. §. penul. ff. de
verbo. obligat. cum alijs apud Decium adſcriptus in
c. de appellationibus in ſecundo nota. verſi. ſecun-
dus caſus, de appellatio. quibus in locis habetur, inſo-
lidum pœnam committi, ſi ex tantulo partium con
ditioni nõ ſit, idq; ob indiuiduitatẽ eius, ratio eadem
144 † formæ eſt, quam, & ipſam indiuiduam eſſe non
ambigitur Bar. in l. ſtipulationes non diuiduntur. q. 3.
verſi. iſta regula ff. de verbo. obliga. Alex. in d. l. ſi is
qui cccc. §. quædam in ſecundo nota. Iaſ. in l. 1. ſed
& ſi mihi nu. 5. ff. de verb. oblig. in conſi. 149 colu.
2. in fi. lib. 2. & in conſi. 97. colu. pen. lib. 4. Deci. in
in conſi. 532. num. 5. idq; ex eo etiam declaratur, ꝙ
formam conditio facit Deci. in d. c. de appellationi
bus nu. 4. in fi. vnde ſi indiuidua conditio eſt, ergo,
& forma, quæ ab ea inducitur, ne diſſimilis cauſati,
atq; cauſæ effectus fiat. l. 1. & 2. C. de ordi. cogni. c. 2.
eod. titu.
145 Concluſio hæc ſecunda, in parte † integrali, & ſub
ſtantiali teſtã in ſpecie, atq; ideo indiuiduã teſtatoris
voluntatem eſſe, ex tex. probatur in d. l. ſi is qui, ibiq;
Bal. Imola. Caſtre. & Areti. tex. etiam Bal. affert in l.
furioſum C. qui teſtam. fac. poſſ. pro qua ſententia
vltra Bal. & alios, expreſſior tex. videtur in l. fideicõ-
miſſa. §. 1. infra titu. 2. & in l. eum qui in fi. infra de
his quib. vt indig. in l. quidam eulogio. C. de iure de-
liber. eodem tex. ſpectat in l. qui plures 2. §. 1. ſupra
de vulga. inde etiam ratio tex. decerpitur in l. legata-
rius infra eo. in partem legatum non agnoſci, & in
partem repudiari, ratio enim ea cõſtat, ꝙ ad partem
teſtatoris voluntas non trahitur, quæ indiuidua eſt,
& ad legatum totum ſpectat, tametſi, diuiduitatem
legata res admittat, ad concluſionem hanc ea etiam
attinent, quæ ſcripta inferius ſunt nu. 173.

Concluſioni huic Bal. vti diximus, cum Imola, Cã
ſtrenſi, & Areti. ſubſcribunt in d. l. ſi is qui per illam
tex. Soci. hic, & in conſi. 92. nu. 3. lib. 3. Criſpus hic
nu. 66. & pluribus ſeq. Ruin. in conſil. 204. nu. 5. &
8. lib. 2. Hormano. in rubr. ff. de acq. poſ. nu. 9. Al-
cia. in l. 1. §. ſed & ſi mihi nu. 28. ff. de verb. obli. ean
dem concluſionem receptam Socin. hic iun. aſſerit
nu. 21. & quamuis argumentis quinq; eã oppugnet,
benigniorémq; ſententiã diuerſam in argumento vl
timo aſſerat, in receptam tamen Doct. ſententiã con
cedit in l. ita ſtipulatus nu. 11. ff. de verb obli. eandẽ
item opinionẽ de iure reſpondendo aſpernatus non
eſt in conſi. 147. num. 16. & num. 28. lib. 2. vbi in
puncto indiuiſibili formam teſtamenti eſſentialem,
atq; in verbis eius vltimis conſiſtere, & concludi ait,
id ex Bal. in d. l. ſi is qui ſed & literam, vocemq; vl-
timam teſtatoris Imola ibi, & Aretin. attendunt, ea
propter ſi quid præterea adiecturum teſtatorem ſuſ-
conſtet, idque factum non ſit, imperfectum at-
que ideo, caducam ex toto voluntatem reddi,
cui ea deſinit. Quæ additurus poſtremum erat.

Vltimam igitur voluntatis totius literam accedere, in teſtamento in ſcriptis oportet, quòd ſi nuncupando teſtamentum æditur, vltima ipſa verba obſeruanda, idem Beſſet. refert in l. 1. num. 175. C. de ſacroſanct. eccleſ.

146 Ampliationem concluſio † hæc recipit, vt ad teſtamentum etiam inter liberos pertineat, quorum priuilegiatam in voluntate hac imperfecta cauſam non eſſe ante diximus num. 142. idq; & Iaſo. hic adnotauit nume. 10. verſic. nam etiam teſtamentum militis, Doct. in d. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto, ibiq; Curtius iunior. num. 1. Natta num. 139. & ſequent. Socin. iunior. in conſil. 147. num. 27. & in d. conſi. 179. num. 49. lib. 2. diſtinctione tamen in ampliatione hac Imola vtitur in d. l. ſi is qui nu. 6. & ſequent.

Ampliatur ſecundò, vt nec cauſæ piæ genus hoc teſtamenti proſit, quod imperfectum à voluntate ſit, vt in d. §. teſtamentum, Iulius Clarus confirmat queſtio. 7. verſic. aliquando, & quarto, idem vltra eum ex Fulgo. confirmatur in conſi. 116. num. 3. in fi. & ſequen. Ruin. in d. conſil. 204. num. 7. in fin. verſic. poſtquam igitur lib. 2. Boeri. quæſt. 93. num. 10. poſt prin. & quæſt. 240. nu. 5. Sigiſmon. in conſ. 14. nu. 65. inter feud.

Concluſioni huic ſecundæ aduerſari text. videtur in l. cum pater. §. fin. infra titu. 2. vbi certum vicorum legatum, ob id irritum faciendum tex. non putat, quod fines eius, & formam certaminis quot annis celebrandam indicaturum ſe teſtator dixit. Contrarius etiam concluſioni huic text. videtur in l. penult. C. de inſtitutio. & ſubſtitutio. vbi quæ ſecundum conditiones infraſcriptas facta inſtitutio eſt, eo infirma non redditur, quòd partium declaratio facta vlla non ſit, idq; Vulpiani teſtimonio in d. l. cum pater §. fin. Imperator confirmat, à concluſione hac abhorrere, & text. videtur in l. iubemus. C. de teſtamen. vbi inutilis hæredum inſtitutio non fit, quòd hæredes alios ſcripturus teſtator eſſet, qui inſtitui poſtea non ſunt, à concluſione hac, & Socinum hic diſſentire iun. oſtendimus, qui num. 21. argumentis eam quinq; cædit, benigniorem que diuerſam ſententiam aſſerit, concluſioni huic, & nigri hic obſtrepit num. 18. poſt D. ſuum Ruinum; probabilem item opinionem diuerſam cõcluſioni huic ſecundæ contrariam Aluar. hic aſſerit num. 57. concluſioni huic obſtare, & Ruin. videtur in conſil. 15. lib. 2. vbi cum teſtamento publicato, & à teſtatore confirmato, Notarium ad ſe die poſtero redire teſtator iubet, quòd aliqua in animo addere, aut minuere habeat, imperfectum, ob id teſtamentum non videri, ſi per mortem addere, aut minuere non licuit ratione illa, Ruin. adducitur, quod per codicillos, teſtamento incolumi, additio fieri, aut diminutio potuit.

Concluſionem hanc ſecundam non, ita paſſim admittendam Anton. etiam à Prato veteri ſentit in conſi. 73. num. 2. ante fin. verſic. præterea etiam in caſu, de quo quæritur lib. 1. inter Alexan. reſponſa, qui concluſioni ipſi ſecundæ aſſentiendum non aliter putat, quàm ſi certum ſit, aut in ſpecie liqueat, quid amplius facturus, aut detracturus teſtator ſit, perinde quaſi rationis non videatur, quod certum eſt, ab incerto conſumi, per text. in d. l. iubemus, iuncta glo. in verſi. in eius in ſententia hac Anton. à Prato veteri, & Alexan. eſſe hoc ipſo videtur, quòd inter reſponſa ſua conſil. id inſeruit argumenti; enim in tertio præbet opinioni huic inimicum Alex. non fuiſſe.

Pro diuerſitate textuum, qui concluſioni oppoſiti huic ſunt, ſicut reſponſiones diuerſæ ita, & opiniones variæ memoriæ produntur, & primum omniũ

147 quod ad tex. attinet † in d. l. cum pater §. fin. & in d. l. pen. C. de inſti. & ſubſti. rationem illarum Deci. affert in conſi. 159. in fi. eo imperfectum teſtamentũ non fieri, quod in ſcriptura alia adiectio facienda, aut detractio eſſet, qua non facta, pœnitentiã in teſtatore argui, ideſt pœnitẽtiã eũ ductũ, ne quid præterea adderet, aut detraheret, qua pœnitentia admiſſa, dubitationis quicquã res nõ habet, vt apud Sali. in d. l. iubemus gl. in d. l. pen. in gl. 1. in ſecunda, & vltima ſolutione, Anto. à Prato veteri in d. conſi. 73. nu. 2. in fi. verſi. hic ergo per illa verba lib. 1. Crot. hic num. 3. verſi. ſecundus caſus, ad caſum hunc attinere, & Ruini deciſio videtur, referriq; ad eum poteſt in d. conſ. 15. lib. 2.

148 Reſponſione eadem † pœnitentiæ ad text. in d. l. iubemus, Salic. ibi vtitur, & quamquam apollinea videtur, inferius tamen vaticinij omnis, genus hoc reſponſio defendetur.

Reſponſiones alias ad tex. in d. l. iubemus gl. ibi refert, cæterum niſi in vltima non acquieſcit, alias enim prorſus repudiat, ideſt primam, quæ ad correctionem ſpectat, & alteram, quam controuerſiæ nullius eſſe, nec immerito ait. Tertiò igitur loco text. illius rationem eam ſubdit, eò caducam ibi inſtitutionem non fieri, quod certum eſſet, quos alios heredes adſcripturus teſtator foret, cauſam aliam d. l. ſi is qui videri, vbi incertum erat, quos alios hæredes ſecundos ſcripturus teſtator eſſet, quam reſponſionem in d. conſi. 73. Anto. à Prato veteri admittit, ſed enim niſi caſus diuerſi in reſponſione hac non fiunt, ratione diuerſitatis vlla non reddita. Secundò in gloſ. & Anto. à Prato veteri reſponſionem hanc Socin. iun. reijcit in conſi. 147. nu. 25. verſi. & vltra etiam dico lib. 2. quo .n. certũ magis eſt, quod in animo adiungere, aut minuere teſtator hęret, eo maior teſtamen

149 ti infirmandi ratio; Minor † porro ob incertum, quod certum eſt, euertendi ratio, iuxta illud, propter incertum, relinquendum, quod certum eſt non eſſe. l. non quemadmodum. ff. de iudi. l. cum tiuo infra ad l. falci. l. cogi. §. idem quærit infra ad trebel. l. ſi ſtipulatus in prin. ff. de fideiuſſo. & alia apud Calca. in cõſi. 15. nu. 15. circa med. verſi. ad hoc facit, & infra nu. 162. 181. eodem & illud ſpectat, quod certum eſt, in dubio admittendum c. Deus omnipotens 2. q. 1. c. nullus de pœni. d. 6. & apud nos in reſpon. pro genero nu. 349. ex pupillis eiuſdem, & illud eſt, vtile per inutile in ſuperabilibus non viciari, vt habetur in reg. vtile lib. 6. planè, & huc accedit, certa mutanda pro incertis non eſſe, iam diſtinctioni huic certi, & incerti, contrarius Fulgo. videtur in d. conſi. 116. nu. 3. in fi. & ſeq. Imola in d. l. ſi is qui circa fi. qui id demum obſeruant, aliqua ne præterea adiecturus teſtator fuerat, cum Imola, Soci. conſentit in conſi. 92. nu. 3. lib. 3. Ruin. in d. conſi. 204. nu. 3. & pluribus ſeq. lib. 2.

150 Decij item probabilis † reſponſio non videtur in d. conſi. 159. in fi. per ſcripturam aliam conditionũ adiectionem in d. l. pen. C. de inſti. & ſubſti. facturũ teſtatorem fuiſſe, quoniam quod de ſcriptura alia expreſſum ibi eſt, ad Vlpiani reſponſum attinet in d. l. cum pater. §. fi. quod in d. l. pen. relatum ab Imperatore eſt, cæterum quod ad d. l. pen. attinet, in eadẽ ſcriptura verba illa expreſſa, ſecundum conditiones infraſcriptas, haud dubiè liquent, idq; & in tex. contingit in l. 2. ſupra de hæredi. inſtit. in quo ex partibus declarandis hæredes à ſe inſtitui teſtator dixit, ad ſcripturam enim aliam in textu neutro relatio circa conditiones, & partium declarationes inuenitur, ob id ſcri-

151 pturam ſubaudiri † aliam non conuenit, quam in legib. interpretandis excludendũ Signor. monet in conſ. 76. circa fi. & in cõſ. 245. nu. 8. per tex. in l. ſed, & ſi pupillus. §. proſcribere. ff. de inſtitor. in l. 1. §. 1. ſupra de his quæ in teſta. delen. idẽ Bal. probat in conſ. 57.

Punctus quæſtionis column. 1. poſt med. lib. 5. rurſus pluralitatem præſumi ſcripturarum nō conuenit l. fin. ibiq; Bald. in fi. C. de rebus credi. l. omnium, iuncta gloſ. in verſi. comprobatur. C. de teſtam. Salice. in l. 2. circa med. C. de errore aduo. Alexan. & poſteriores in l. 2. C. de bon. poſſ. ſecun. tab.

Sed & textui in d. l. penul. reſponſio hæc Decij aduerſatur verbum infraſcriptus excutiendo, quod ad eandem non dubiè, neceſſarióq; ſcripturam refertur, ſiquidem quod in ſcriptura alia fit, infra, aut in ipſa fieri, ſcriptura non dicitur, vt extrà eam.

Secundò textus ipſa reſponſioni Decij non obſcure, & ibi repugnat, neq; aliqua conditio in teſtamento poſita eſt, ita de teſtamento vno eodemq;, non de alio apertiſſimè text. loquitur, neq; aliud ſubaudire teſtamentum oportet.

152 Tertiò per prius † verba intelligi, non per poſterius debēt. l. lucius. 1. ſupra de hæredit. inſtit. l. qui liberis. §. hæc verba ſupra de vulgari. l. qui hæredi in princip. ibiq; Socin. in quarto nota. infra de condi. & demonſt. quocirca ad teſtamentum ipſum prius verba illa referri, ſecundum conditiones infraſcriptas, debeant.

153 Quartò teſtamenti † reſpectu, quod edebatur, verba adiecta illa ſunt, ob id non ad illud applicari non debent. l. ſi quis domum. §. quid tamen ff. loca. l. debitor. §. fi. infra ad trebellian. §. quod autem inſtitu. de legib. agna. tuto. Deci. in c. ſi pro debilitate nu. 6. circa fi. de offi. delega.

Quintò caſu eodem retento verba accipiēda Dec. ipſe ſcribit in conſil. 182. column. 5. in fi. verſic. ſecundus caſus. Proinde teſtamento eodem retento, non alio præſuppoſito intelligi ea oportet.

Sextò tex. ipſe d. l. penul. Decij reſponſioni aduerſatur, in quo nihil referre apparet, in eadem, an alia reſeruatio ſcriptura fiat cum Papiniani reſponſum, in quo de ſcriptura alia mentio fit, ad ſententiam ſuam confirmādam imperator affert, in qua ſcriptura intelligi alia nequit.

His ipſis argumentis, & rationibus Ruini etiam reſponſio refellitur in conſi. 215. nu. 9. lib. 1. & in conſ. 1. num. 22. verſic. non obſtat, dum tertio dicit lib. 2. qui in tēpus aliud cōditionē adiectionē collatā in d. l. pen. ait. Si tēpus aliud, vtiq; in ſcripturam aliam, iam ex vaticinio Decij, & Ruini reſponſionem con-
154 ſtare obſcurum non eſt. Miror, reſponſione † in dictis conſi. vſum Ruinum non eſſe, quam adſcriptam ab eo diximus in d. conſi. 15. lib. 2. namq; ſi in tempus aliud cōditionum reſeruatam adiectionem aſſerimus, per codicillos, id fieri vtiq; potuit, per quos ius læſi inſtitutionis non poſſe, in manifeſto eſt.

Sed enim nihilo reſponſio hæc melior, atq; prior eſt, quoniam niſi caſus diuerſos in reſponſione hac Rui. nō facit ratione diuerſitatis vlla nō adſcripta cōtra. l. illud ff. ad l. aquil. l. 3. §. 1. ibi nec ratio diuerſitatis reddi poteſt, ſupra de inuſto teſta. l. 1. §. quod vulgo. ff. de vi, & vi arma, ratio plus teſtamenti quaſi imperfecti infirmādi ab indiuiduitate volūtatis teſtatoris pendet, in qua formam ſubſtantialem verſari oſtendimus, indiuiduitas hæc an non æque vrget, cū per codicillos quis quid maturè, aut adijcere, atq; per teſtamentum cogitur.

155 Secundò teſtamēto iam facto, nihil † intereſt per codicillos mutationem fieri, quos ad teſtamentum referri, & perinde haberi, ac ſi in teſtamento ordinata omnia eſſent, ſuperius oſtendimus per text. in l. 2. §. 1. ſupra, titu. 1. & apud Decium in conſi. 361. nu. 2. circa med. ad quem modum rationem ſuam Rui. patitur, quatenus per teſtamentum adiectio fieri, detractione intelligitur, quæ per codillos fit ab eo confirmato.

Si dixeris, per codicillos hæreditatem non adimi. §. pen. inſti. de codicil. ob id fieri non poſſe, vt imperfectum circa inſtitutionem teſtamentum habeatur, reſpondetur, fideicommiſſi iure per codicillos inſtitutionem reuocari. l. ſcæuola infra ad trebelia. Hoc vtiq;, ſi in alium tranſlatio hæreditatis per codicillos fit, qua non facta, inutilis ademptio erit l. penul. §. fi. ibiq; glo. ſupra de condi. inſti. d. §. pen. inſti. de codicil. inde generaliter plus nimio ſcripſit apud Mateſila. eſt nota. 140. nota vna doctrinam ſingularem, Deci. in d. conſi. 361. nu. 4. Curti. iun. in conſil. 91. in prin. iure fideicommiſſi ademptionē hæreditatis cōſiſtere in codicillis factā, diſtinctione non adhibita, tranſlatio, an non hæreditatis facta in alium ſit, niſi dixeris, neceſſario id ab eis intelligi. Quomodo enim fideicōmiſſi intelligi ius poterit, ſi te. ictum id transferendo non ſit, & cum ex facto pendeat, præſumi non debet. l. deniq; ff. ex quibus cau. maior. l. in bello. § factæ. ff. de capti. hæredem tñ legitimorū cauſa factā ademptionē admitterem, ſi inteſtatum decedere ſe velle teſtator ſubijciat, Bar. in l. ſi iure in 2. q. infra nu. 2. & alia, de quib. infra nu. 164 verſi. ſin autem teſtamenti perfecti.

Sed & ratione alia ænea, atq; inexpugnabili, Ruin. argumentum, quod in codicillis ponitur, inferius perſtringitur num. 179.

Perſpicitur ex his, quantæ controuerſiæ, & difficultatis quæſtio hæc appareat, in qua inuicem text. pugnantes, neq; iuri conſentaneæ Doct. reſponſiones videntur, quid igitur in loco hoc tam lubrico dicendum,
156 à concluſione ipſa diſcedendum ſecūda † non puto, hoc eſt imperfectam teſtatoris voluntatem inde intelligi, quod alia præterea facturum fuiſſe teſtatorem liquet, textibus enim, & Doc. teſtimonijs inſtructa, & ſtabilita apparet, quocirca niſi in aduerſarijs eijciendis negocium non vertitur. Quæ omnia reſponſione vnica conforantur, eo in legib. è regione oppoſitis imperfectam voluntatem non haberi, quod à voluntate adijcendi receſſum detrahendiuè ſit, atque ideo mutationis faciendæ teſtatorem pœnituit, ſolutionem hanc ad text. in d. l. 2. ſupra de hæredit. inſtit. l. 2. in d. l. penult. C. de inſtitu. & ſubſtitu. glo. fuiſſe diximus in d. l. penul. in gloſ. 1. in ſecunda ſolutione, & in d. l. ſi is qui in prima ſolutione, Ant. de prato veteri in d. conſil. 73. nu. 2. in fi. verſi. hic ergo per illa verba lib. 2. eandem reſponſionem ad text. in d. l. iubemus. Salice. ibi probare oſtendimus qua etiam alienus Anto. à Prato veteri non eſt in d. conſi. 73. nu. 2. in fi.

Neq; mouet, Apollineam reſponſionem hanc videri, & iuris eam præſumptione refelli.

157 Quo mutatio † intelligi voluntatis non ſolet l. cum qui mutatam. ff. de probatio. l. filiæ cuius, ibique Bal. in ſecundo nota. C. famil. herciſcun. c. maiores. §. fina. ib. q. glo. in verſic. perdurare de baptiſ. & in voluntate teſtatoris, mutatam eam non credi, ex text. oſtenditur in l. lucius. 1. cum gloſ. infra titu. 1. l. non ad ea infra. de conditio. & demonſtratio. Reſpondetur, locum præſumptioni huic non eſſe, indicijs quibus voluntatis mutatæ, interuenientibus, Bald. in d. l. lucius. 1. ante fin. & præſumptione, voluntatis mutationem probari, Corne. etiam ſcribit in conſil. 92. column. 2. in fi. verſic. quia ad hoc reſpondetur lib. 1. coniectura plena voluntatis verſæ inde capitur, quod ſuperſtes teſtator teſtamento fuit, idq; ſine conditionibus impleuit, quod autem ſine conditionibus abſoluerit, patet, quoniam adie-
158 ctas conditiones non eſſe text. ait, in quibus † verbis adijciendi poteſtas non dubiè innuitur. l. qui teſtamento in princip. ſupra de teſta. vbi cum de aliquo diſputatur, aut quæritur, habilia, & poteſtatem aliunde præſupponi expreſſum eſt, & alia, de quibus ſupra num. 33. verſi. iam cum. inepta quippe aliter

diſcepta-

diſceptatio quæſtioñe fieret, eo ipſo igitur, quod ſine
conditionibus vllis peractum teſtamentū eſt muta-
tio voluntatis, & potentia in teſtatore circa conditio
nes ipſas liquido demonſtratur, ſiquidē ex non facto
etiam declarationem voluntatis ſumi, nouum non
eſt, quare hæreditate patris abſtinere hoc ipſo filius
creditur, ꝙ ad eam ſe non immiſcet. l. 1. C. ſi minor
ab hæredit. ſe abſti. æquæ tutelæ remiſſionem, aut
excuſationem poſtulare hoc ipſo quis intelligitur, ꝙ
ad eam gerendam non accedit glo. in l. qui tutelam
in verſic. excuſatio in fin. ſupra de teſtamen. tutela.
Dyn. Bald. & Alberic. in. l. quid autem per illum
text. ſupra de excuſ. tutor. Refert Curtius iunior. in
conſil. 29. num. 4. & ſequent. eodem Cardinal. ſpe-
ctat in conſi. 40. num. 3. pro excommunicato hoc
ipſo quempiam non haberi, quod à diuinis non ex-
cluditur, & ad rem magis in princ. dicti conſi. Cardi.
ſcribit, reuocatam legem antiquam ob id cenſeri, ꝙ
inter conſtitutiones relata nouas non eſt, ita legis an
tiquæ pœnitentia, & abrogatio inde perſpicitur, ꝙ
neglectui habetur. Non inepte hue neq; ab re id con
ducit, quod ſcriptum apud Alexand. eſt in l. vbi au-
tem. §. qui illud. ff. de verbo. oblig. qui contractum
non implet, contra eum venire intelligi. de quo plu-
rima Hormann. in l. 4. §. cato num. 59. ad vſq; nu.
75. ff. de verborum obligat. & apud nos in conſi. 1.
num. 3.
159 Declaratio, & reſponſio hæc † ad d. l. iubemus,
pœnitentiæ ratione text. ille nitatur, ex gloſ. confir-
matur in d. l. ſi is qui in 1. ſolutione quæ firmum
teſtamentum idcirco manere in d. l. iubemus ait,
quòd hæredes alios adſcribere teſtatori licuit. quæſt.
d. cum factum id non ſit, ſigni eſſe, eo nominatos
alios non fuiſſe, quòd teſtatorem ipſum pœnituerit,
quæ pœnitētia intelligi in d. l. ſi is qui, nequit, vbi te-
ſtatorem obmutuiſſe text. ait, ita per impotentiam,
non pœnitentiam factum eſt, quominus hæredes ſe-
cundos ſeu cohæredes, aut ſubſtitutiones faceret, ſo-
lutionem hanc gloſæ Alexan. ſeu Anto. à prato ve-
teri agnoſcit in d. conſi. 73. num. 3. verſi. & ad præ-
dicta facit vna ſolutio lib. 1.
Ex Bart. etiam declaratio, & reſponſio hæc iuua
160 tur † in l. ſi quis ita ſcripſit hæredem ſupra de hæ-
redi. inſtitu. vbi cum per teſtatorem ipſum fit, quo-
minus, quam voluit, conditionem apponat, per-
fectam voluntatem haberi, id quia cum adijciendi
poteſtas eſſet, nec fecerit, ex pœnitentia id amiſſum
ius præſumit, quo Bar. dicto Ripa vtitur in l. ſtichum
qui meus erit num. 24. infra eod. Cum declaratio-
ne hac Beſſet. etiam facit, vt prædicta non referat, in
repet. l. 1. num. 174. & ſequent. C. de ſacroſanct.
eccleſ. eandem declarationem Fulgoſ. ſentit in d.
conſil. 516. num. 4. cum impotentiæ rationem ob-
ſeruat, de qua in d. l. ſi is qui.
Ratione declaratio, & reſponſio hæc, vltra Doct.
161 teſtimonia, iuuatur, quoniā † perfectione actus ad-
miſſa, cum poſtea quid ſe præterea facturum quis
ait, actui ipſi conſumato per ſequentia derogatum
non aliter intelligitur, niſi ſi id actum expreſſim ſit.
l. ſancimus C. de teſtam. l. fin. C. de nouatio. l. præ-
cipimus in fin. C. de appella. eodem text. ſpectat in
d. l. eum qui mutatam. ff. de probat. Hoc ita niſi ſi
vna ſimul cohærere actus nequeunt prior, & poſte-
rior quo caſu a poſteriore prior infirmatur. l. emi-
lius. ff. de minor. l. ſi quis ante verſ. idem pomponius
ff. de acquiren. poſſeſſio. Alexan. in l. ſi quis eum in
princip. num. 2. ſupra de vulga. in conſi. 193. nu. 2.
lib. 6. Deci. in l. vinum num. 6. poſt med. verſi. ter-
tio principaliter. ff. ſi cert. peta. in l. pacta nouiſſima
num. 5. C. de pactis, & in conſi. 463. num. 5. verſic.
præterea, & ſecundo, & alia non pauca, ita ſi neq; de-
rogatio expreſſim facta, neq; repugnantia vlla inter
actum iam conſumatum, & verba ſequentia inueni-
tur, quid ita ab actu, & teſtamento perfecto diſceden-
dum per verba aliqua ſequentia, & ad futurum ſpe-
162 ctantia erit, idq; facilius admittēdum, cum † dubia
aut implicita verba ſequentia ſunt, abſurda quippe ꝙ
res videt, explicitis, & claris, actuiq; perfecto per im-
plicita, & ambigua derogari Bald. in l. ſed & ſi quis.
§. quæſitum column. 2. verſic. nono fallit. ff. ſi quis
cautio. Natta in conſi. 474. num. 29. in fin. cuius ſen-
tentiæ, & illud eſt, quod dictum in ſuperioribus ha-
bemus num. 149. rationis non videri, ab incerto
certum lædi. ad quam rem non inepte tex. quadrat.
in d. l. cum pater. §. fi. de qua re inferius etiam num.
181. qui ſi ante teſtamentum abſolutum amplius,
quid facturum ſe teſtator aſſerit nihilo magis perfe-
ctioni poſtea inſecutæ derogatum videri, mox de-
claratur.
Hoc amplius, voluntate etiam derogandi, aut re-
pugnantia interueniente, teſtamento perfecto nihilo
magis derogari, idq; à partibus ſatis enumeratis, ar-
gumentando, oſtenditur. Namq; , aut in teſtamen-
to ipſo ordinando, & ante perfectionem eius alia ſe
præterea facturum teſtator dixit, aut poſt teſtamen-
tum ipſum iam abſolutum, priore caſu cum teſta-
tione illa poſthabita, qua adiectum alia iri ſignifica-
tum eſt, ſine adiectione vlla teſtamētum abſoluitur,
voluntas vtiq; reuocata alia adijciendi videtur, cum
poteſtas amplius adiungendi non defuerit d. l. iube-
mus cum alijs ante enarratis. Poſteriore caſu tãtun-
dem, derogandi etiam poteſtate per mortem, aut ca
ſum alium adempta probandum, ne ob verba incer
ta, quæ prolata poſtea ſunt, quod perfectum teſta-
mentum certumq; eſt, aboleatur. d. l. cum pater. §. fi.
caſus huius poſterioris ratio non ſecus conſtat, quo-
niam, aut animum teſtamenti perfecti mutandi teſta
tor non habuit, quamuis adijcere aliqua cogitaret,
aut mutandi animus fuit, ſiquidem à mutatione ani-
163 mus abfuit, in expedito † res videtur, contra quam
animus ferat, inducendam mutationem, aut euerſio
nem teſtamenti non eſſe. l. dicere ff. de arbitris. l. non
omnis. ff. ſi cert. petat. l. ſi quis ita. §. penult. ſupra
de teſtamen. tutel. l. obligationum ſubſtantia verſi.
non ſatis & l. in omnibus rebus ff. de actio. & oblig.
l. in totum cum glo. ff. de regul. iuris c. 2. de ordin.
cogni. c. homines, & c. fi. 22. q. 2. c. ſi quis presby-
ter de comparat. diſt. 4. glo. penul. in c. ſi ſacerdos,
ibiq; Abb. num. 14. de offi. ordi. ſin autem teſtamen
164 ti perfecti irritandi † voluntas fuit, nihilo eo pluris
faciēda, niſi ſi reuocatio eius facta legitimè ſit etiam
ſi facto, aut caſu quo alio reuocandi poteſtas non
fuit. l. hæredes palam. §. 1. ſupra de teſtam. l. ex parte
infra de adimen. lega.
Hoc amplius, nec teſtamenti ſatis reuocatio eſt le
gitimè facta, niſi ſi, aut teſtamentum conditum aliud
ſit, aut cauſa renouandi ſubiecta, quòd inteſtatus vita
cedere in animo teſtator habeat d. l. hæredes palam.
§. 1. l. ſancimus. C. de teſtamen. §. ex eo autem ſolo
inſti. Quibus modis teſtamen. infir. Bart. in l. ſi iure
in ſecunda quæſt. infra titu. 2. & quod ſcriptum ante
eſt num. 155. in fin. declarationi huic, & poſt eam à
nobis poſitam, Caſtrenſem aſſentiri reperi in conſil.
75. viſa dicta facti narratione column. 2. poſt med.
verſiculo præterea ſi voluiſſet lib. 1. quod repetitum
eſt in conſi. 450. lib. 2. in quam ſententiam Bart. pro
fert in l. paterfamilias teſtamento num. 5. ſupra de
hæredit. inſtit. & quamuis reuocationem teſtamen-
ti in qua ſpecie conſuluit, Caſtren. non repudiet, eo
id non fit, quin argumentum hoc recipiat, verum, ꝙ
imperfectum ad reuocandum voluntatem non pu-
tat, de quo inferius etiam diſſeremus.
Conſequenter his dicendum, ꝙ ad inſtitutionē hæ
dis perfectū attinet, ſola eam teſtatoris pœnitentia

non deleri, at reuocatione opus per teſtamentum alterum eſſe, in quo hæres, aut alius ſcriptus, aut reuocatio teſtamenti prioris facta ideo ſit, ꝙ teſtatus mori reuocans nolit.

165 Legata item, quæ ritè data † & rectè ſunt, non aliter voluntate contraria, aut pœnitentia adimuntur, quam ſi voluntas hæc contraria per teſtamentum, aut codicillos apparet l. nihil intereſt, & l. ſeq infrà de adim. lega. l. libertis quos io ſi. princ. infra de alimen. & cib. lega. l. damm. C. de lega. l. fideicommiſſum. ibiq; glo. C. de fideicom. inſti. de ademptio. lega. in princ. glo. in d. l. hæredes palam. § 1. in ver. omnia Corne. in conſi. 39. colum. 2. verſic. & inſuper illa hæſitatio lib. 3. regula huc pertinet, de qua in l. nihil tam naturale. ff. de regul. iur.

166 Sed obiecturus aliquis † erit, diuinatiuam declarationem, & reſponſionem memoratam circa d. l. iubemus, videri, ꝙ facultas ibi hæredes alios nominandi non abfuerit, atq; ideo hæredes alios nominandi animum habere teſtatorē defiiſſe, quid enim prohiber, caſu, aut facto teſtatorem prohibitum, quominus hæredes alios diceret, ſimiliter vt in d. l. ſi is q vbi mutus factus teſtator proponitur, reſpondetur, impedimentum hoc intelligi teſtamenti perficiendi non poſſe per regulam. d. l. qui teſtamento in prin. ſupra de teſta. habilia, & poteſtatem aliunde præſupponi, quotiens de aliquo diſceptatur, quod idem tex. oſtendit in l. 1. § lex falcidia infra ad l. falci. in l. vt gradatim in fi. princ. ff. de muner. & honor. in l. furioſum in fi. C. qui teſtam. fac. poſſ. in c. quia diligentia de electio. in c. 1. ibi ſi aliud non obſtat de æta. & quali in c. cum ceſſante, ibiq; Dec. in ſeptimo nota. de appella. Hoc ipſo igitur, ꝙ vtile in d. l. iubemus teſtamentum aſſeritur, non poteſt ipſius perficiendi facultas non præſupponi, ſine qua firmitas intelligi in eo nequit.

Secundò à facto impedimentum exiſtit. factum
167 planè probationem † expoſcit, cum præſumi non ſoleat. l. deniq; ff. ex quibus cum maior. l. quæcunq; § quia à pupillo ff. de publicia. l. qui à quolibet. ff. de contra. emptio. l. in bello. §. factæ. ff. de captiu. & alia non pauca, vnde qui impedimentū teſtamenti finiendi cauſatur, docere id iubetur, ex text. reſponſio hæc confirmatur in d. l ſi is qui, vbi impedimenti illius ratio habetur, ꝙ vocalis eſſe teſtator deſijt, impedimēto igitur non expreſſo, neq; apparentē, ius aliud ſeruandum, neq; impedimentum ipſum præſumēdum non obſcurè tex. ſentit, de eo non ab re meminit.

168 Tertiò ſi impedimentum hæredes † alios nominandi in d. l. iubemus contigiſſet, veriſimiliter id expreſſum, vt in d. l. ſi is qui & in d. l. cum pater. §. fin. fuerat. l. 1. §. hæc actio verſi. ſed & ſi, mercedem. ff. ſi menſor falſum modum dixerit. l. ſtichum qui meus erit infra eodem. l. vni. §. ſin autem ad deficientis. C. de caduc. tollen. c. inter corporalia de transla. epi. c. cum dilectus verſi. ſed contra de dolo, & contu. c. ad audientiam de decim. c. maiores de baptiſ. c. cum in partibus de verb. ſigni. & alia innumera. Ad quod ius & regula vulgatiſſima ſpectat, de qua in l. cū prætor. ff. de iud. eadē enim iuris, aut regulæ vtriuſq; vis tum & ſi verbis diuerſis efferantur.

Quartò præmiſſis etiam tacētibus, generaliter eſto tex. loquatur in d. l. iubemus facultatis hæredes alios nominandi mentione non facta, ad eum tamen reſtringi caſum debet, quo facultas hæc interuenit ne
169 textui contradicat in d. l. ſi is qui: nouū quippe † nō eſt, ſermonem, ſcripturamuè generalem reſtringi, ne contradictio, aut correctio legum ſequatur. l. non eſt nouum. l. ſed & poſteriores. ff. de legib. l. vni. C. de inoffi. dot. c. cum expediat de electio. lib. 6. cum alijs apud nos adſcriptis in conſi. 70. nu. 22. ſed & verba vniuerſalia reſtrictionem patiuntur, ne correctio ſequatur. l. fi. in verſi. omnes effectus iuncta glo. C. de dona. cau. mor. inſti. de donatio. in princ. iuncta gl. Alex. in conſi. 62. col. 1. lib. 2. Ruin. in conſi. 4. nu. 7. & in conſi. 98. num. 7. lib. 2. & apud nos in reſponſo pro genero nu. 303. & ſeq.

Quintò ad eum caſum text. reſtringendum in d. l. iubemus, quo alterius nominandi facultas nō defuit, verbis eius non obſcurè declaratur, ibi cuius nomen neq; lingua, neq; manus teſtatoris ſignificabat, ita poteſtatem hæredem, aut per linguam, aut manum demonſtrandi, verba illa euidenter oſtendūt, aliter quippe in potentia nominandi, aut manu indicādi interueniente, ineptiſſima verba illa fierent, vtpotè ad rem
170 impoſſibilem ſpectantia. Ex quo tex. obiter † notandum, nominationem hæredis tactu manus impleri, quamuis formæ vice nominis hæredis expreſſio deſideretur, vnde ſatis videtur, manu eum tangi, quē ſibi hæredem eſſe teſtator vult. Hoc ita, ſi hæredem eum ſe facere, aut ſibi eſſe velle dicat, quem ipſe tangit, aliter quippè tactum ſatis ſimplicem non puto, inde colligere, & illud licet, declarationē, quæ facto quo fit, tum quoq; admitti, cum formæ nomine declaratio exigitur, aliter tamen, & appoſitè magis intelligi ſignificatio poteſt, quæ manu fit, ideſt per ſcripturā teſtatoris, atq; ideo manu eius, idq; ex auctem. oſtenditur, quæ ſubiuncta mox eſt.

Apparet ex prædictis, cum legib. rū Doct. teſtimonijs, & rationibus inuictis ſententiam memoratam iuuari, hoc eſt ad teſtamētum perfectum ſubuertendum verba non valere, quibus imperfectio argui voluntatis videtur, neq; verbis vllis teſtamentum ſemel peractū legataué, aut fideicōmiſſa data diſolui, quæ extra teſtamenti alterius, aut codicillorū prolata ſcripturam ſunt, inſtitutionem enim perfectam niſi teſtamento alio, legata verò, aut fideicommiſſa niſi teſtamento, aut codicillis alijs non reuocari, adimiué, teſtatum ſatis ſupra habemus.

171 Apparet ſecundo non rectè Decium † cum Ruino ſenſiſſe, de quibus memoria habita ante eſt nu. 150. & pluribus ſequen. cum referre ſimpliciter credunt, vtrum in eadem ſcriptura, an in alia amplius quid ſe facturū teſtator dixerit, aut in ſcripturā aliā reſeruaſſe qd fuerit, ad rē. n. diuerſitatem hāc ſcripturarum, aut temporis non facere, dū perfecta voluntas tamen inueniatur, ideſt dum pro abſoluto modo habitum teſtamentum ſit, abundè, ſatiſq; confirmatum ſupra habemus, quoniam & ſi maximè in ſcriptura eadem, quid facere teſtator ſenſerit, attamen cum eo obmiſſo teſtamētum abſoluitur, mutata in eo voluntas cenſetur, pœnitentia etiam non amota, poſtquam ad exitum per dictum teſtamentum eſt, ſatis pęnitentia ad reuocandum non videtur.

172 Differentia tamen; vtrum in † vna an alia quid vlterius ſe facturum teſtator dixerit, in alio admittitur, ꝙ in vna & eadem, ſi aliud quippiam teſtatorē acturum fuiſſe conſtat, neq; id factum ob impedimētum ſit, quod poſtea acceſſit, ad irritum tota voluntas deducitur. atq; ideo concluſio tum locum ſecunda habet. d. l ſi is qui. d. l. fideicommiſſa. §. 1. infra nu. 3. & alia ſuper adſcripta nu. 145. in alia plane ſcriptura ſiue eius, quod in alia faciendum ſcriptura erat, ratio impedimenti haberi ad ſcripturam perfectam, perimendam non ſolet, præterquam ſi, aut teſtamenti alterius, aut codicillorum ſecundum prædicta, ſcriptura ſit ſic quomodo monſtratum ante eſt nu. 164. ita imperfectionis rationem haberi, ob id non apparet, quod in alia faciendum ſcriptura ſit. Re tamen diligētius animaduerſa, differre nec quantum ad impedimentum videtur, in alia, an eadem ſcriptura faciendum quid ſit, dum perfectio modo teſtamenti ſequatur, in facto differentia vertitur, ꝙ non æque in ſcriptura alia imperfectio cōtingit, ſiquidem perfectionem

nem prioris alia præſupponit.

Sed dicturus quiſpiam erit, quomodo perfectio voluntatis intelligi potent ſi cum ſcriptura de ea fieret, alia præterea ſe facturum teſtator aſſeruit, quamuis per ſcripturam aliam faciendum id eſſet, imperfectio enim in eadem ſcriptura cõtingit, à qua ea abſunt, quæ facienda poſtea eſſent. Proinde, quod dictum eſt, teſtamentum, legatauè perfecta ſine teſtamento codicillisuè alijs non perimi, ad cum pertinere caſum videtur, quo perfectioni teſtamenti, codicillorumq; verba vlla cũ fiũt non obſtant, aliter atq; ſi in ipſis ordinandis verba exprimuntur, quibus imperfectio voluntatis arguitur.

Reſpondetur, perfectionem hoc ipſo argui, φ certum, liquidumuè teſtamentum legitur declarationis alterius non indigens, φ ad exitum perducitur, id eſt teſtatore agnoſcente recitatur, ad quem caſum tex. pertinet in d. l. cum pater. §. fi. quare locus argumento eſſet, ſi vel certum, aut liquidum per omnia teſtamento non eſſet, cuius declarationem, ſub ſcriptura alia facturum ſe teſtator dixit, vel ſi habitum pro abſoluto non ſit, recitatione puta eius omiſſa. Cæterum vbi pro perfecto teſtamentum habetur, ad irritum id adiectionis deduci defectu non debet.

Senſus ex prædictis perſpicui legum prædictarum fiunt, hoc eſt d. l. ſi is qui d. l. 2. ſupra de hæredi. inſtit. qua cum affinitatem tex. habet in d. l. pen. C. de inſtitu. & ſubſtit. & ſenſus d. l. cum pater. §. fi. & d. l. iubemus, quæ res quo planior fiat, caſus aliquot ordinandos cenſui, quibus legib. ipſarum ſenſus recolligendo veluti, nitidiores eluceant.

173 Primus caſus, cum in eadem † teſtamenti ſcriptura alia adhuc facturũ fuiſſe teſtatorem conſtat, quæ prohibitus facere per mortem, aut caſum quem aliũ ſit, quo caſu ſcripturam ipſam ex parte omni deficere teſtatum ante in concluſione ſecũda eſt, ad quem caſum tex. pertinet in d. l. ſi is qui, & alij ſupra relati nu. 145. ad ſententiam hanc tex. etiam ſpectat in l. fideicommiſſa. §. 1. infra titu. 2. quem pro conſimili Caſtren. vocat in conſi. 456 viſis, & examinatis atteſtationibus num. 3. lib. 1. pro ſimili etiam Bar. habet in d. l. ſi is qui nu. 5. in fi ibiq; tex. alium dat in l. antepen. in prin. eo. titu. de quo tex. inferius nu. 229.

174 Secundus caſus, cum † alia quidem teſtatorem facturum in ſcriptura eadem liquet, verum cũ faciendi poteſtas eſſet, neq; impedimentum vllum inciderit, quominus ea faceret, ipſis poſthabitis, ad finem, aut perfectionem deductum teſtamentum eſt, quo caſu vtile, firmumq; teſtamentum manet, neq; irritũ imperfectæ voluntatis nomine efficitur, idq; pœnitentiæ ratione, perinde quaſi animum præterea adijciendi habere deſierit, qui adiectione prætermiſſa, actum ipſum teſtamenti maturat, ſeu ad maturitatẽ perducit, ad quem caſum text. pertinet in d. l. 2. ſupra de hæredi. inſtu. in d. l. penul. C. de inſtitu. & ſubſtit. & in d. l. iubemus, ſed & impotentiæ ratio ad caſum hunc, vt ſupra cõpetit qui caſus explicatius infra declaratur nu. 183. 189. in quo nu. 189. limitatio caſus huius exponitur.

175 Tertius caſus eſt, quoties † ſub eadem teſtamenti ſcriptura alia adhuc ſe facturum alio tamen tempore, ſcripturauè alia teſtator aſſerit, quæ morte præuentus, aut caſu quo alio facere prohibetur, quo caſu ſiquidem perfectionem ſuã ſcriptura facta habet, neq; incertitudinis cuius vitio laborat, rectum teſtamentum manere tex. docet in d. l. cum pater. §. fi. tex. cuius ratio percipi ex ſupradictis poteſt. Nãq; cũ perfecta legata, certaq; proponantur, voluntate ſimplici vel contraria reuocationem eorum nõ fieri, verum eandem in reuocatione, atq; in conſtitutione eorum ſolemnitatem exquiri, demõſtratum ante eſt, longè minus admittenda irritatio erit, cum ad maiorem legatorum declarationem, aut confirmationem verba ſpectant, quibus alia præterea ſe facturum teſta-

176 tor dixit, ne quod declarandi, confirmanduè † cauſa expreſſum eſt, effectum contrarium patiat, hoc eſt pro confirmatione, declarationeuè actũ ipſum abolcat. l. ea lege in princip. ff. loca. l. ſi curteria in princ. infra eo. l. ea tamen adiectio infra titu. 2. l. ſi mancipiã infra de fundo inſtru. l. legata ſupellectili infra de ſupelec. lega. l. 1. §. vnde quærutur. ff. de publica. l. quoties. ff. de actio. & obliga.

177 Ex ratione hac circa † tex. in d. l. cum pater §. fin. caſus colligi quartus poteſt, per verba imperfectionem voluntatis ad teſtamentum permittendum nõ induci, quæ ad confirmationem, & maiorem eius declarationem ſpectant, dum certum modo alias, atq; perfectum inueniatur.

Quartus caſus eſt, cum teſtamento perorato, hoc eſt apud teſtes recitato, & à teſtatore iþo agnito, aliqua ſe adiecturum, aut muraturum teſtator ait, atq; ideo notarium ad ſe redire hora, aut die alio iubet, ſed mortem ante teſtator obit, quam notarius redeat, qui caſus minoris, ac tertius dubitationis videtur, etenim ſi ratum teſtamentum in caſu tertio habetur, quamuis in eadem ſcriptura aliud ſe poſtea facturum teſtator dicat, dum certa, & perfecta modo

178 voluntas, aut ſcriptura facta ſit, quanto magis † ius idem probandum erit, cum extra ſcripturam ipſam alia ſe adiecturum, aut detracturum teſtator loquitur, ad quem caſum Ruin. ſpectat in d. cõſi. 15. nu. 12. lib. 2. vbi tamen ad rationem fortiorem nõ animaduertit, de qua dictum ante eſt nu. 164. 171. 175. ſola voluntate per ſcripturam etiam ſolemnem declarata, teſtamentum non reuocari, niſi ſi factum aliud ſit, aut inteſtatus vita cedere teſtator conſtituat, rationẽ planè Ruin. non mouere, fieri poſſe vt per codicillos alia teſtator adiecturus, aut muraturus eſſet, teſtatum ſans in ſuperioribus eſt nu. 154. & ſeq.

179 Atq; vltra † ſuperius ſcripta, ratione validiore, atq; ineuitabili, Ruin. ratio proteritur, aperriſſime enim innuit, momenti nullius teſtamẽtum effici, ſiquidem conſtare poſſit, per teſtamentum, non codicillos alia ſubiungere, aut mutare in animo teſtatorem habuiſſe, perinde quaſi diſſolutio teſtamenti fieri per teſtamentum aliud poſſit. Sed .n. cũ perfectum teſtũ aſſerat, animaduerſum non habuit, non modo voluntate ſimplici, id non infirmari, ſed nec per ſcripturam aliam teſtamenti, ex qua hæres ſcriptus alius non ſit, aut declaratio expreſſa, inteſtatum mortem obire teſtatorem velle. d. l. hæredes palam. §. 1. ſupra de teſta. d. l. ſancimus. C. eodem titu. d. §. ex eo autem ſolo inſti. quibus modis teſta. infir.

Caſuum prædictorũ diſtinctio in præceptionem aliam verti commodiorem poteſt, quæ ex regula, ampliatione, & limitationibus conſiſtit, regula hæc

180 traditur, de qua in ſecunda † concluſione, in parte integrali teſtamenti õmnia, vel minima poni, quæcunq; in animo diſponere teſtator habuit, atq; ideo irritum teſtamenum fieri, ſi facto ea prætermiſſa, aut caſu quo alio ſunt. d. l. ſi is qui ſupra, & l. ante pe. de teſta. d. l. fideicommiſſa §. 1 infra titu. 2. d. l. furioſum. C. qui teſtam. fac. poſſ. de quibus ſupra nu. 145. & nu. 173. Rationem iuris huius à forma ſubſtantiali eſſe, quæ in voluntate teſtatoris indiuidua manet, ſuperius oſtendimus nu. 141. & quattuor ſequentibus, & circa tex. d. l. furioſum, inductio eius inferius exponitur nu. 231.

181 Ampliatur regula hæc, vt locum † habeat, certum vel non in ſpecie ſit, quod præterea adijciendo, aut detrahendo facturus teſtator eſſet, per ea, quæ poſita ante ſunt nu. 149. & nu. 162. cum vltimum glo. ſenſum in d. l. iubemus confutatum, & in glo. ipſam, & Comitem eius Anto. à prato veteri reiectum habemus.

mus. Ampliatur, ſecundò & ſi minimum id ſit, ꝙ aliiciendum, aut deducendum foret, cum in puncto ipſo indiuiſibili, atq; vltima teſtatoris voce, literauè formam ipſam eſſentialem teſtamenti conſtare, declaratum ſuperius ſit nu. 145. ante fi.

Ampliatio tertia ex limitatione quinta decerpitur, vt locum regula habeat, etiam cum ad accidẽtia id ſpectat, quod faciendum præterea foret.

382 Limitationem regula hæc † admittit, dum in genere modo volũtas ſaltem teſtatoris liqueat, vt alia teſtamento ipſi adiungeret, aut demeret, aliter quippè controuerſiæ quicquam res non haberet, cũ perfectum in dubio teſtamentum præſumatur. d. l. ſi is qui, ibiq; Bal. & Imola. de voluntate huc conſtare manifeſto oportet, neq; coniecturæ ſatis ad eum indicandam proſunt, Anto. à prato veteri in d. conſi. 73. nu. 2. poſt med. verſi. præterea etiam in caſu lib. 1. inter Alex. reſponſa. per gl. in d. l. iubemus in ſecunda ſolutione, idem Fulgo. ſentit in d. conſi. 116. colum. penul. in prin. verſi. ad primum videtur, ratione limitatio hæc non deficit, ꝙ pro nulla voluntas habetur quæ incerta ſit. l. in lege. ff. de contra. em prio. l. duo ſunt titij ſupra de teſta. tut. l. in ambiguo infra de rebus dub. & qua ratione probationem certum res poſcit, ita & certam in genere ſuo eſſe coniecturam oportet, argu. l. quæ de tota. ff. de rei vendi.

Limitatur ſecundo, ne locum habeat, quoties vo-
383 luntate mutata † aliorum additione, aut detractione teſtator ſuperſedit d. l. 2. ſupra de hæredit. inſtitu. d. l. iubemus, & d. l. penul. C. de inſtitu. & ſubſtitu. & alia, de quibus ante nu. 147. & ſeq. nu 156. 159. 166. & nu. 174. quo nam pacto autem mutatio argui voluntatis ſoleat, explicatum etiam ſupra eſt nu. 158. & duobus continentibus, ſublimitationẽ limitatio hæc admittit, de qua infra num. 189.

Limitatur tertiò, quotiens poſt teſtamentum perfe-
384 ctum, publicatum, & ab ipſo † teſtatore agnitũ alia ſe ſubiecturum, aut deductutũ aſſeruit, quo caſu adiectione, aut deductione vlla non facta, ratum teſtamentum habendum, teſtatum ante eſt nu. 164. 172. 175. & 178. quibus in locis limitatio ipſa ampliata, etiam cum ſimpliciter, riteq; reuocatio facta teſtamẽti ſit, niſi ſi ex voluntate alia legitima ſolemniuè propoſiti eius ſe eſſe teſtator declaret, vt mortem inteſtatus patiatur, ampliatio, & altera limitationi huic adſuitur, vt locum tum quoq; habeat, cum teſtamento nondum finito, alia ſe ſubiecturum teſtator dixit, ſi ipſis poſthabitis, confectum id ſit, ad quem caſum limitatio ſecunda de poenitentia ſpectat, ſed & impotentiæ ratione ampliationem hanc confirmari, ante monſtrauimus.

385 Limitatur quarto vbicunq; † ab vtilitatẽ hæredis, aut alterius, cui quid datum ex teſtamento ſit, id pertinere conſtaret, quod ſe adiecturum aut, excepturum teſtator dixit, vt in d. l. cum pater. §. ſi. infra titu. 1. aliter etiam reformari limitatio poteſt, ne locum concluſio, aut regula habeat, cum perſpicuum eſt, tertij de adiectione ipſa non intereſſe, vt in forma certaminis, & finium certorum declaratione, de qua in d. §. ſi quid enim tertij intereſt, finium declarationem fieri, qui certi ſponte ſua eſſent, forma item certaminis ſubſtantiam eius non mutat.

386 Limitatur quintò cum † ad actus ſubſtãtiam non attinere ea liquet quæ ſe factorum profeſſus teſtator eſt Abb. in conſ. 80. nu. 2. lib. 2. per tex. in d. l. pen. C. de inſti. & ſubſti. ita rationem aliam dictæ l. quam poenitentiæ à nobis animaduerſæ, Abb. ibi ſentit. Hanc eandem rationem, Abb. prætermiſſo, criſpus hic agnoſcit nu. 74. & ſeq. Soci iun. num. 26. & ſeq. Sed enim iure defendi opinio hæc Abb. Criſpui, & Soci. iun. non videtur, quoniam aut teſtamẽtum hominis certi ſpectamus, qui ex conditione hæredem facere in animo habuit, & ad ſubſtantiã eam pertinere non dubitatur, vtpotè qua non impleta, ad irritum actus reuocatur, l. pecuniam verſi. perinde eſt enim, ibiq; Caſtren. & alij. ff. ſi cer. pet. l. neceſſario. ff. de peri. & com. rei vendi. & alia apud nos in conſi. 62. nu. 1. in reſpon. pro genero nu. 392. & nu. 395. atq; in ſpecie, partem ſubſtantialem teſtamenti in conditione intelligi, quæ inſerenda inſtitutioni ſit, aut quam in ſerturum ſe teſtator dixit, ex Imola demonſtratur in l. quoties. §. tantundem colum. 1. circa fi. ſupra de hæredi. inſti. vbi qualitatem ſubſtantialem in conditione obſeruat. Quæ diuerſam inſtitutionis ſubſtantiã efficit, alia quippè condicionalis inſtitutio quantum ad ſubſtantiam, atq; pura, inde in ſubſtantia ipſa inſtitutionis erratum Imola ait, vbicunq; ad conditionẽ inſtitutionis ipſius error reſpicit, idq; ex text. præter Imolam oſtenditur in l. pen. §. ſi ſupra de condi. inſti. & in §. pen. inſti. de codicil. vbi per codicillos conditio inſtitutioni nõ adſcribitur, nec indirecto ex codicillis hæreditas adimatur, ergo ad ſubſtãtiam inſtitutionis non pertinere conditio nõ poteſt, cum per eam adimi inſtitutio poſſit, quæ enim in qualitatibus meris, aut accidentibus conſtant, ad ipſam rei ſubſtantiam extinguendam non valent veluti cum modus, aut grauamen ſub codicillis adijcitur, vt ex textibus prædictis liquet.

Diſcrimen tamen inter qualitates ſubſtantiales, & ſubſtantiam ipſam vertitur, ꝙ certa ſubſtantia qualitatibus ipſis detractis, manet, vt in d. l. 2. ſupra de hæredi. inſti. partium declaratione dempta, certa nihilominus inſtitutio aparet, quod idem, & in d. l. penul. C. de inſti. & ſubſtit. contingit ſi conditiones ab inſtitutione amoueamus, quod non ſimiliter in ſubſtantia ipſa inſtitutionis inuenitur, verbi gratia cum inſtitutio ipſa citra hæredis nomen exprimitur, hæredem puta fecit.

Secundò limitationi huic quintæ Abb. quæ criſpi & Soci. iunioris opinioni concluſio ipſa ſecũda, ſeu regula memorata refragatur, de qua ſupra nu. 145. ante fi. & nu. 181. verſi. ampliatur ſecundò, vbi expreſſum eſt, omnia vel tantula in parte integrali, & ſubſtantiali teſtamenti eſſe, quæcunq; teſtamento interere teſtator propoſuit, at enim quantula res cõditio non habetur, qua nõ eueniente actus intercidit.

Tertiò qua ratione conditionem inter accidentia Abb. & poſteriores referunt tantũdem, & in legatis, fideicomiſſiſuè probandum quibus carere teſtamentum poſſe, declaratum ſupra eſt nu. 130. ante fi. verſi. tertio acceſſio, at enim ĩ partes ea integrales teſtamẽti hominis certi referenda quotiens legandi propoſitum fuit, ſuperius declaratur nu. 127.

Aut in teſtamento hominis incerti, & in genere conditionem Abb. cum Criſpo, & Soci. iuniore obſeruant, & ad rem tunc inſpectio, rationè eorum nõ attinet, inter accidentia teſtamenti conditionem eſſe, ſiquidem ad caſum hunc concluſio ſecunda, & regula non pertinet, quæ in teſtamento in ſpecie, atq; hominis certi verſatur, animum, cui conditionem inſtitutioni fuiſſe adijciẽdi dicimus quo caſu ſi inter accidentia teſtamenti conditionem referimus, inter ea habenda vtiq;, & legata fideicõmiſſauè erunt, contraquam confirmatum ſuperius eſt num. 127, 141, 145.

Senſum alium d. l. pen. Rimin. adnotauit in cõſ. 223. num. 58. lib. 2. eo propter conditiones omiſſas infirmum teſtamentum non fieri, ꝙ odium in conditione vertitur, ob id intelligendam eam licet comminatam non eſſe, ſed enim probari mihi ſenſus hic nequit, ſiquidem ad fideicommiſſa, & legata regulam, & concluſionem ſecundam pertinere non dubitatur, in quibus odium, & grauamen hæredis verſari incertum non eſt. l. cohæredi. §. cum filiæ ſupra de vul-

de vulga. inde interpretatio adhibenda, vt quam mi-
nimum poſſit, grauatus hæres intelligatur. l. ſi ſer-
uus. §. qui margaritam infra eo. l. vnum ex famil:a
§. ſi rem infra titu. 1. Deci. in conſi. 289. colum. 1.
in fi. verſic. præterea daro, & in conſi. 355. num. 5.
circa med. Iaſ. in l. ſi ita ſit adſcriptum in vltimo no
ta. & in l. ſi hæres infra eo.

Obijciet hic aliquis, ratio ſupra d. l. pen. expreſſa
nu. 147. 150. & 156. eo irritum imperfectionis cau-
ſa teſtamentum ibi non fieri, quod à voluntate condi-
ditionum diſceſſum ſubiungendarum ſit, cum ob id
ius aliud probandum, ſi per mortem, aut caſum aliũ
adſcribere conditiones non licuit, ſed enim interpre
tationi huic aduerſarius text. videtur, quo ſenten-
tiam ſuam Papiniani exemplo Imperator cõfirmat
in d. l. cum pater. §. fi. vbi per factum formani cer-
taminis præſcribere, & fines vicorum declarare pro-
hibitus teſtator eſt, ita referre text. non putat, pœni-
tentia, an propter impedimentum ſecuta adiectio
non ſit, reſpondetur, perfectionem teſtamenti in d.
legib. neceſſario præſupponi, ideſt lectum id, & publi
catum, & agnitum à teſtatore eſſe, cum vigorem ha-
bere aliter nequeat d. l. fideicommiſſa. §. 1. infra tit.
2. Bart. & alij in d. l. ſi is qui, perfectione igitur ad-
miſſa, non poteſt pœnitentia non argui, ſiquidem in
actu, & tempore eodem præſumi obliuio non ſolet.
glo. in l. licet in verſic. temporis. C. de acquir. poſſ.
Bart. in l. ſi de eo. §. 1. nu. 4. ff. eo. titu. & huiuſmo-
di plurima.

Secundò reſpondetur, obliuione etiam poſita, ſa-
tis eſſe, ad exitum teſtamentum perductum, quod
perimi niſi voluntate alia ſolemni nõ poteſt, in qua
hæres ſcriptus, aut alius ſit, aut inteſtatum decedere
ſe ſtatuiſſe teſtator dicat, ſic quomodo monſtratum
ante eſt nu. 164. 175. 178. & ſeq. & nu. 184.

Intelligitur ex his, ad rem inutilem obliuionem,
impedimentumuè adijciendi, aut detrahendi eſſe, cũ
ad finem ſuum teſtamentũ peruenit, ſi dixeris, fru-
ſtra ad hunc modum verba illa fieri, morte præuen-
tus in d. §. fi. reſpondetur, momenti non paululum
in verbis illis contingere, vtpote quæ dubitandi ra-
tionem mouerent, perinde, quaſi imperfecta teſta-
toris voluntas videretur, cui declarandi poteſtas ere-
pta per mortem fuerit, qua dubitatione non impe-
diente, contra definitum in text. eſt, decidendi planè
ratio à pœnitentia non exiſtit, cum impedimentũ
declarandi interuenerit, verum ab impotentia, quod te
ſtamenti perfecti reuocandi ius citra voluntatem a-
liam ſolennẽ non ſit, ſic quomodo in ſuperioribus te
ſtatum ſæpius eſt.

Locum caſus memorati, limitationeſuè prędictę,
quibus vtile teſtamentum eſſe declaratum eſt, ita ha-
bent, ſi ad futurum verba ſpectãt, quibus alia factum
à teſtatore iri expreſſum eſt, ita vt perfectionem ſuã
187 ſine futuris voluntas habeat, ius † aliud probandũ,
ſi ad præteritum verba reſpiciunt, ideſt aliquid iam
factum præſupponunt, de quo non conſtat, & ob de-
fectum eius imperfecta voluntas inuenitur. Exem-
pli loco cum hæres ſub ea lege, & cõditione ſcriptus
in teſtamento dicitur, neq; legis, aut conditionis vl-
la expreſſio inuenitur. Imperfectũ enim, atq; ideò
inane hoc genus teſtamentum habetur, Bart. & alijs
auctoribus in d. l. ſi is qui num. 3. quamuis, de inſtru-
mento alio loquatur, atq; ita in teſtamento, ex Bar-
tolo. Ruin. probat in d. conſi. 204 nu. 9. lib. 2. ratio
diuerſitatis, cum ad præteritum, atq; ad futurum ver
ba ſpectant quoniam vbi ad futurum referuntur, &
eis non impletis, teſtamentum abſoluitur; pœniten
tiam in teſtatore circa futura præſumi teſtatum ante
habemus, quod factum quid ex pœnitentia, aut volun-
tate mutata non ſit, quæ in præterito ratio ſilet, non
enim dici poteſt, in eo voluntatem mutatam, aut
pœnitentiam interueniſſe, quod factum eſſe ſcriptu-
ra innuit; vnde cum certum id non liqueat, aut de fa-
cto hoc præterito non appareat, quod tamen factũ
eſſe ſcriptura præſupponit, non poteſt teſtatoris vo
luntas imperfecta non haberi; ex Bart. vltra Ruin.
limitatio hæc corroboratur in l. & l. admonendi nu.
7. ff. de iureiuran. in l. cum qui §. iulianus. ff. de con-
ſti. pecu. in extrauagan. ad reprimendum in verſi.
prout, cum ad præteritum de quo non conſtat, rela-
tio fit, vtilem actum manere, ſi certum referente eſt,
ius igitur ſeruandum aliud ſenſit, ſi incertum id eſt,
impotentia item ab actu perfecto diſcedendi in ſpe-
cie hac ſilet, cum perfectio ipſa abſit, relatione ad prę
teritum facta, de qua non liquet.

Limitãtur, aut ſublimitantur ſecundo caſus me-
188 morati, ne locum habeant, quoties perfecta † vo-
luntas niſi iure priuilegiario non eſt, & ex verbis ſe-
cutis apparet, iure communi, non præcipuè vti teſta-
torem voluiſſe, ibi enim ſi ante teſtator deficit, quam
iuris adhibita ſolemnitas ſit, ad irritum teſtamẽtum
voluntatis imperfectæ cauſa deducitur, verbi gratia
apud teſtes pauciores voluntatem ſuam cauſæ piæ
fauore per ſcripturam à priuato confectam teſtator
indicauit, & ſcriptura lecta, eam ſibi placere dixit
deinde teſtes vocari per notarium, remque in ve-
ſperas differri iuſſit ſiquidem hæredis legitim i cau-
ſa quem charum habebat, rem ipſam extrahen-
dam iuſſiſſe teſtatorem appareat, inane teſtamẽtum
id genus, imperfectamq; voluntatem intelligi, quo-
niam, & ſi maximè perfectum teſtamentum intelligi
quantum ad ſolemnitatem priuilegiarium poſſit, ea
tamen prærogatiua vti teſtatorem noluiſſe, eo ipſo
conſtat, quod teſtes vocari, remq; in ſcriptis per notariũ
referri, atq; interim in horam aliam extrahi rem iuſ-
ſit, animumq; teſtandi adhuc non eſſe declarauit, ita
pro perfecta habita voluntas non eſt, itaq; ſi iure cõ-
muni vti propoſuit, cui ius ſatis ſpeciale erat; dubi-
tandum non eſt, quin iuris communis opus ſolem-
nia ſit, atq; ideo ipſis poſthabitis, inanis diſpoſitio im
perfectamuè fiat. l. 3. ſupra de milita. teſtam. ab op-
poſitis argumentando, ibi enim iure vtroq; in re du-
bia vti teſtator creditur, vt eo iure actus valeat, quo
melius poterit, ius aliud igitur in re liquida text. in-
nuit, cum in manifeſto eſt, niſi ad ius commune co-
gitatum non eſſe. & ante iuris communis executio-
nem, pro imperfecta voluntatem habitam, ita ex Ca
ſtren. colligitur in conſi. 75. viſa dicti facti narratio-
ne lib. 1. quod reperit eſt in conſi. 430. lib. 2. vbi in par-
tem vtramq; nequidem molliter quęſtionẽ diſputat.

Dictum hoc Caſtren. non tam ad caſuum, imita-
tionem caſuum, aut ſublimitationem limitationum
quam ad voluntatis perfectæ declarationem perti-
net. Caſus quippè Caſtren. non limitat, ſeu limita-
tiones regulæ non ſublimitat, neq; ab eis diſcedit,
verum declaratio ab eo eorum fit, quo modo, & qua
liter perfecta intelligi voluntas poſſit. Ratio eadem
limitationis primæ videtur; in qua declaratio etiam
voluntatis perfectæ vertitur, ne dici perfecta poſſit,
cum ad præteritum verba ſpectant, neq; à quæſtione
vacua Caſtren. opinio videtur, vt hoc ipſo iure com
muni vti teſtator ſenſerit, quod per notarium teſtes vo-
cari, & in veſperas differri rem iuſſit, ſiquidem ad te-
ſtes duos referri verbum hoc pluratiui numeri teſtes
poteſt. l. vbi numerus. ff. de teſti. l. fi. ff. ad trebelli a.
reg. pluralis locutio lib. 6.

Secundò, vt actus, cauſæuè natura fert, ita actum
quid creditur. l. ſi ſtipulatus verſi. verum. ff. de vtur. l.
ſi vno in princ. ff. loca. & hoc genus, vnde ſicut ad
cauſam piam teſtamentum pertinet; in quo iuris cõ-
munis interpoſita ſolemnitas non eſt, ita ob cauſæ
ipſius piæ naturam prætermiſſam ſolemnitatem cre-
dendum.

Tertiò

Tertiò hoc amplius dicendum, ſatis declarationẽ hanc iure cõi teſtandi, non videri, quæ poſt teſtũ ipſum publicatum,& agnitum ſit, id quis perfectum in genere ſuo teſtamentum conſtat, quod cauſæ æditum piæ eſt, ea propter arbitrio committendum teſtatoris non videtur, vt citra teſtamentum aliud ſolemne irritum id fiat, etiam ſi expreſſum poſtea ab eo eſſet, eius ſe animi fuiſſe, vt iure communi in cauſa ipſa pia vteretur, ne indirecto concedatur, quod prohibitum directo eſt reg. cum quid vna via lib. 6. tex. huc in argu. pertinet in l. alimenta. C. de nego. geſt. in his proteſtationi non ſtari, quæ iuri contraria communi ſunt, de quo genere declaratio videtur, de qua in ſpecie apud Caſtrenſem, cõtrouerſa, cum perfectum iure ipſo communi in cauſa pia teſtamentũ habeatur, quod ſolemne alias minus dicitur.

Limitationem, aut ſublimitationem tertiam caſus prædicti, ſeu regulæ limitationes admittunt, cum
189 certa † conſultauè teſtatoris voluntas circa partes, aut conditiones adſcribendas liquet, vt ex conditionibus, aut partibus diſparibus hæredes faceret veluti cum in præfatione, ſeu tractatu de teſtamento ordinando, eius ſe animi fuiſſe declarauit, vt ſub conditionibus, aut partibus inæqualibus heredes ſuos ſcriberet, deinde ſine conditione, atq; vlla partium declaratione inſtitutio hæredum ſcripta per notariũ inuenitur ibi enim deliberatione, & propoſito teſtatoris interueniẽti, quod ex præfatione, & tractatu eius conſtat, per errorem conditionum adiectio omiſſa, partiumnè diſtributio creditur. l. quoties. §. tantundem, ibiq; Imola, & Caſtren ſupra de hæredi. Inſtit. quæ limitatio ad caſum ſecundum ſublimitandũ quadrat, de quo num. 174. & nu. 183.

Ex limitatione hac reſtrictio. legu. trium neceſſariò inducitur. in d. l. 2. ſupra de hęredi. inſti. in d. l. iubemus, C. de teſtam. & in d. l. penul. C. de inſtit. & ſubſtitu. vt ad eum demum caſum pertineant, quo ſub ipſa inſtitutione ſolummodo, non etiam in præfatione, aut tractatu eius mentio facta conditionum eſt, vt omiſſione earum vitioſum teſtamentum non fiat, id quia quodam veluti, & primo magis impulſu animi, quam ex ſententia, aut propoſito fixo, expreſſio in genere facta conditionum, aut partium videtur, quæ ratio tacet, vbicunq; ex præfatione ipſa propoſitum hoc quid faciendi apparet, cauſam quippè finalem proemium dicit. l. fi. ſupra de hæredi. inſtit.

Sublimitationem limitatio, aut ſublimitatio hęc
190 tertia † accipit, ne locum habeat, quotiens declaratio, aut expreſſio conditionis certæ facta in pręfatione, aut tractatu eſt, ita vt certa cõditio inueniatur, iſit niſi tum .n. ab omiſſione eius teſtamentum non ſit, verum repetitio eius facta ad inſtitutionem ipſam intelligitur, vt in d. §. tantundem Imola, & Caſtren. docent.

Quam ſublimitationem veram ita Imola credit in d. §. tantundem in fi. & §. ſeq. colu. 1. & 2. cum incontinenti inſtitutio fit, ex interuallo plane repetitionem impediri, mutatamq; voluntatem intelligi, atq; ideò puram inſtitutionem, vt iacet, intelligi arg. l. per retentionem, cum ibi no. C. de vſur. & not. per Bart. in l. pacta nouiſſima num. 2. C. de pactis, glo. huc præter Imolam pertinet in §. item lapilli in ver. inuentoris inſti. de rerum diui. Bart. in l. 1. ff. de publica. in l. prætor. §. eritq; differentia. ff. vi bon. rap. in l. titia. §. idem reſpondet. ff. de verbo. obliga. & in conſi. 39. cloa. idem Caſtren. tradit in conſi. 347. reſpondendo per ordinẽ in primo dubio lib. 2 Dec. in conſi. 317. colu. 3. circa med. Iaſ. in l. quamuis. §. cum inter in tertio nota. ff. de condi. indebi. ex eo
191 † etiam Imolę dictum efficacius, & rem ipſam pro prius, adiuuatur, quod ſcriptum apud Bartol. eſt in l. non ſolum. §. morte num. 16. ibiq; Iaſ. nu. 13. ver. ſecunda concluſio. ff. de operis noui nuncia. ad actũ, qui poſt interuallum ſequitur, proteſtationem non trahi, idem Bar. probat in l. qui in aliena. §. fi. verſi. & aduerte ſupra de acquir. hæredi. itaq;, & ſi maxime in tractatu ipſo teſtamenti, & primordijs eius cõditiones hæredi ſe adſcripturum proteſtatus teſtator ſit, attamen ſi interuallo facto, teſtamentum æditur, in proteſtatione manſiſſe non cenſeatur, tex. huc ſpectat in l. non ad ea infra de condi. & demon. qui in correctione, aut mutatione voluntatis præſumenda diſcrimen expreſſim conſtituit, ex continenti ne, an interiecto tpe quid fiat, priore caſu verã animi ſententiã non credi, quod in caſu ſecus poſteriore eſt.

Limitationem, aut ſublimitationem quartã, Torniel. hic aſſuit nu. 7. ne in codicillis locum conclu-
192 ſio † ſecunda habeat, id quia ratio in eis non vertitur, quæ in teſtamento contingit, in quo iuſtam ideſt perfectam eſſe ſententiam, aut voluntatem oportet, quod non ſimiliter in codicillis dicitur, quam limitationem modis omnibus explodendam arbitror, ſiquidem non minus in codicillis, & ſcriptura alia quauis, atque in teſtamento perfectio hæc voluntatis exquiritur, inde dictitant, actum nihil intelligi, quotiens agendum quid ſupereſt. l. 1. ff. de orig. iuris. l. fi. ff. in ius vocat., vt eant. l. ſi neceſſarius. §. ſi vnus ff. de pigno. actio. l. qui pignori ff. de pignor. l. rei §. operæ l. ſoluendo ff. de verbo. ſignific. l. penul. in fi. C. de his quib. vt indig. alias ad ſillania. c. fi. de teſti. ſpoliat. c. ſed penſandum 6. di. c. nihil 7. q. 1. gl. in c. vni. in ver. ſuppleri de ſacra vnctio, & in c. 1. in glo. 1. de ſacram. non iteran. neq; actum quid dicitur, dum ad ortum deducitur, aut in fieri eſt l. ſi is qui cccc. §. quædam infra ad l. falci.

193 Secundò ex Bart. limitatio hæc † euertitur in d. l. ſi is qui nu. 3. vbi quod dictum in teſtamento eſt, ad contractus etiam trahit, perfectionem, & in eis voluntatis exquiri, atq; ex imperfectione contractus ad imperfectionem teſtamenti Ruin. colligit in d. conſi. 204. nu. 9. lib. 2. vt quod ad imperfectionem inſtrumenti alterius declarandam valet, ad teſtamentum, id etiam imperfectum arguẽdum proſit, de quo ſupra etiam nu. 187.

194 Tertiò ex tex. limitatio hæc † eliditur in l. antepenul. in prin. ſupra de teſtam. in d. l. fideicommiſſa. §. 1. infra titu. 2. vbi æque fideicommiſſa, & legata, atq; teſtamentum ipſum, ſeu hæredis inſtitutionem imperfectio voluntatis perimit, ita non minus in codicillis, ex quibus fideicommiſſa, legatauè dantur, atq; in teſtamento ipſo perfectio volũtatis exigitur, quos tex. aduerſus limitationem hanc inferius etiam expendimus nu. 230.

195 Quarto voluntate carere † actus vllus nequit l. 1. §. conuentionis, & §. ſeq. ff. de pactis l. obligationũ ſubſtantia. § fi. ff. de actio. & obliga. l. in ambiguo infra de rebus dub. l. multum intereſt circa fi. C. ſi quis alteri, vel ſibi. l. cum te, ibiq; Bal. C. de dona. ante nup. l. ſi genero, C. de iure dot. c. cum ſuper in fi. de offi. delega. c. ad hæc 1. de appella. idq; locum, & in delictis habet, quæ ſine voluntate committi nequeunt. l. futurum. ff. de vſucapio. l. qui iniuriæ in princ. ff. de furtis l. pen. ff. adul. l. 1. §. diuus. ff. de ſican. l. diuus. C. eo. titu. l. cum qui nocentem. ff. de iniur. l. ſi non conuicij. C. eo. titu. c. 1. c. 3. & ſeq. c. aliquos. c. non eſt. & ſeq. 15. q. 1. voluntas planè intelligi, aut dici non poteſt, quæ perfecta non ſit, cum nihil interſit, probatio vlla voluntatis non fiat, an imperfectè. l. inciuile, ibiq; Bal. ff. de legib. c. contingit de fide inſtrum. Bar. in conſi. 46. Fulgo. in conſ. 163. in cauſa, & quęſtione colum. 2. in princ. Roman. in conſ. 305. nu. 8. eodem tex. ſpectat in l. huiuſmodi. §. ędes infra eod. traditam rem non dici, quæ tradita perfectè non ſit.

Neq;

Neq; ad rem tex. attinet in l. 1. ſupra de teſtamen.
169 vbi iuſta † teſtatoris ſententia in teſtamento definiendo exigitur, quod pro perfecta apud §. accipitur, quoniam pro ſolemni, & legitima à gl. & Bart ibi accipitur, non etiam ad voluntatem refertur, quæ in antecedens neceſſarium non magis in teſtamento, quam in ſcriptura alia quauis exigitur, & vbi pro perfecta à Bar. accipitur, inſtitutionis id hæredis, non voluntatis ſolius cauſa fit, ꝙ perfecta ſententia, & voluntas vltima dici non aliter in teſtamento poteſt, quam ſi inſtitutio in eo facta hæredis ſit, qui teſtatoris vicem ſuſtinet, & ad quē bonorū oīum tranſlatio iuriumuè hæreditariorum perfecte fiat, ita ad inſtitutionem hæredis perfectio hæc in verbo iuſta refertur conſequenter his dicendum, non tam iuri limitationem hanc contrariam, quam ridiculam apparere.

Finem ex prædictis concluſio ſecunda accipit, ex qua liquere non difficulter poteſt, in parte ne integrali teſtamenti, legata ſint, teſtamentum ipſum in ſpecie, & prout ad ortum deducitur, ſpectando, quæ enim de partium declaratione, de conditionibus adſcribendis, & qualitatibus rei legatæ demonſtrandis dicta in ſuperioribus ſunt, ad legatorum eadem trahi præſtationem poſſunt, ita vt caſus ante diſtincti, & enarrati ad legata ipſa competant.

Tertia concluſio ad teſtamentum, & legata ad or
197 tum iam perducta ſpectat, partem † in eis teſtamenti integralem non eſſe quamuis legandi animum teſtator habuerit, ſi vti voluit adſcripta ſemel ſunt, verum caduca poſteà, aut irrita fiunt, quocirca imperfectum; inutileuè teſtamētum ob interitum ipſorum legatorum non fit, vt ex titu. infra de his, quę pro nō ſcrip. hab. & per totum l. vnic. C de caduc. tollen. idq; facilius admittendum, ſi acceſſoria teſtamenti legata dicimus, rationi enim exagitat, propter acceſſorij exitum, principale quoq; intercidere l. lucius. ff. quibus modis pig. vel hypo. ſol. vbi hypotheca extincta, ſalua actio perſonalis, & ipſa principalis manet, æque abſurda res eſt, ab acceſſorio principale confirmari l. ex pupillari ſupra de vulga. l. quod per manus ſupra titu. 1.

Conſequens concluſioni huic tertiæ fit, legandi animo admiſſo, partem tamen integralem teſtamenti in legatis propriè, & ſimpliciter non intelligi, quatenus ſimpliciter, temporeuè omni partis integralis vicem non ſuſtinent, hoc eſt poſtquam ex ſententia relicta teſtatoris ſunt, verum niſi ex aliquo, aut ſecundum quid, in parte integrali non habentur, ideſt prout ad ortum teſtamentum perducitur, ſeu in fieri eſt,
198 atq; adeò cum legata ipſa dantur, pars ſanè † integralis propriè, & ſimpliciter tempore omni nomen ſuum retinet, tam initio ipſo, cum ad ortum totum deducitur, quam poſtea, cum perfectionem accepit, idq; in partibus integralibus hominis videre, & domus eſt; membris enim homo, tecto, & parietibus carere ædes nequeunt.

Veſtigatio hæc partis integralis vice ꝓpriè, & ſimpliciter in teſtamento aut impropriè, & ſecundum quid, legata habeantur, inepta nō videtur quid, enim ſi partium integralium in ſtatuto, aut ſcriptura qua alia mentio fit, in qua ſimpliciter, & propriè intelligi verba oportet, vel quid ſi partium expreſſio ſimpliciter, eoq; caſu fit, quo ad partes integrales ex natura rei, aut mente, diſponentis verba ſpectant, an nō fructu eſſe diſcuſſio hæc in legatis poterit; integrali non teſtamenti parti, an non cedant, dictum quippe nec ſemel habemus, tale propriè non intelligi, quod tale non ſimpliciter, at ex aliquo, aut ſecūdum quid, tantum modo eſt l. hoc legatum, ibiq; Bart. infra eo. & alia non pauca.
199 Dixerit hic aliquis, ſi † pars integralis teſtamenti ad legata non pertinet, quæ per acta ſemel ſunt quæuis varia, aut irrita fiant, quæ pars in eis intelligi teſtamenti poterit, vtilia vel non maneat, reſpondet Soci. hic, partem in eis materialem teſtamenti verſari, ex materia legatorum tum enim teſtamentum conſiſtere confectumq; dicetur, idem Aluarus hic ſentit num. 20. in fi. ſecundum hoc, & partis integralis, & materialis vice pro temporum diuerſitate legata erant, atq; ideo iure diuerſo res eadem pro temporum diuerſitate iudicabitur.

Sed obiecturus iterum quiſpiam erit, diſcrimen hic inter concluſionem ſecundam, & tertiam in legatis conſtitui, vt partis integralis vice in teſtamento ſint, quod ad ortum deducitur, animo legādi admiſſo, prout cōcluſio ſecunda habet, cauſam aliam concluſionis tertiæ eſſe, legata ipſa vti facta iam ſunt, obſeruando, atqui recta differentia hæc concluſionum non videtur, imo enim ratio eadem in concluſione tertia mouere, atq; in ſecūda videtur, ſiquidem à forma ſubſtantiali teſtamenti, quæ in voluntate teſtatoris conſtat, concluſionis ſecundæ ratio pendet, ꝙ animo, aut voluntate legandi in teſtamento admiſſa, indiuiduitatem voluntas hæc, & forma ſubſtantialis neſcit, atq; ideò legatis omiſſis, in ſolidum teſtamētum perire, voluntas planè hæc non minus in legatis, quæ facta iam ſunt, atq; faciendis, aut dandis vertitur, ſiquidem ad legatorum effectum, firmitatemuè, teſtatoris voluntas trahitur, qui vtilia ea, efficaciauè manere, non dubie vult. quod cum ita ſit, & a legatis iā relictis voluntas abſtrahi teſtatoris nequeat, imò ex voluntate ipſa conſiſtāt, quomodo formam ipſam ſubſtantialem teſtamenti diſiungere ab legatis ipſis iam datis licebit.
200 Reſpondetur formam hanc † ſubſtantialem, quæ in voluntate conſiſtit, ad cauſam ſuam reſtringendam. l. at ſi quis. §. plerq; ff. de religio. l. fi. verſic. quare, & ſi in ea cauſa. ff. de exercitor. l. 2. ſupra de his, quæ in teſtam. delen. l. cum pater §. dulciſſimis infra titu. 1. l. cum tale. §. falſam infra de condi. & demonſtr. Soci. in l. 1. num 39. ſupra ſolu. matrim. cauſa planè formæ huius ſubſtantialis ex voluntate teſtatoris inducendæ, alia non eſt, quamuis vt voluntas ipſa, ita vti voluit, per omnia impleatur, ſed enim impleta ad integrum hoc ipſo eſt, ꝙ vti placuit, legata dedit, vnde ſatis eſt, ꝙ ad formam hanc ſubſtantialem voluntatis attinet, impletam eam, & cauſæ ipſi ſatisfactum formæ eſſe, neq; mutat, vitioſa legata fieri, quoniam vitio id voluntatis, aut formæ huius ſubſtantialis non fit, verum ob cauſam quam aliam, de qua in d. titu. de his, quæ pro non ſcrip. & in d. l. vni. C. de caduc. tollen. proinde vitium, aut nullitas teſtamenti, quæ formæ ſubſtantialis circa volūtatem, defectus inducitur, ad cauſam reſtringi ſuam debet, ideſt cum formæ, aut voluntatis ipſius defectu nullitas ipſa ſequitur, non etiam ad cauſam protendi aliam debet, vt ſi ob cauſam aliam, quam voluntatis, vana legata fiant, totum ipſum teſtamentū cadat.

Secundo ſignificantius argumentum refellitur, illud retorquendo, formam enim ſubſtantialem teſtamēti, cum ſit, in legatis eò ſpectemus, & admittimus quò ad integrum voluntatis eius executio fiat, per omniaq; vti ſenſit, impleatur, cæterum cum formam hanc ſubſtantialem poſt teſtamentum iam conditū, & legata data, obſeruamus, voluntatem ipſam teſtatoris offendimus, eamq; delere ex toto paramus, ideſt, vt propter legatorum interitum, hæredis quoq; inſtitutionem, & alia ſub teſtamento comprehenſa ſubuertamus, ita effectum contrarium in legatis iam datis formæ huius ſubſtantialis obſeruatio producet contra l. legata inutiliter infra eo. & alia infinita.

Tertio, & planius ad arg. reſpondetur, ꝙ irrita legata fiant, eo non contingere, ꝙ voluntas ab eis teſtatoris abſit. Imò, enim quod ad voluntatem ipſam

attinet

attinet, firmitatem ſuam legata habent, verum aut à natura vitium legatorum exiſtit, veluti cum mortuo datur, vel à facto legatarij, ſi repudiatio ſequitur, vel à iuris impoſſibilitate, cum non capienti quid relinquitur, itaq; quod ad volūtatem ipſam ſpectat, firma ſemper conſtat, ob id dici non poteſt, formæ huius ſubſtantialis defectu teſtamentum diſſolui. ad quem modum rem expendendo, reflexionem etiam argumentum patitur, in quo dicitur, voluntatem teſtatoris nō minus in datis, quam dandis legatis verſari, namq; maxime id admittimus, verum cū voluntas ipſa nō deſit, cur vigorem ſuum defectu voluntatis amiſſurum teſtamētum erit, quatenus aliunde quam à voluntate cauſa interitus legatorum ſequitur, conſequenter his dicēdum, patris integralis loco ad teſtamentum euertendum legata non eſſe, quæ data ſemel ſunt, atq; ideò niſi partem in eis materialem non intelligi.

Si dixeris, diſcriminis quicquam ad hunc modum interpretantibus, inter inſtitutionem hæredis, & legata non videri, quatenus inſtitutione ſemel facta, impleta per eam teſtatoris voluntas, & formæ ſatisfactū ſubſtantiali apparet, propterea inſtitutione etiam irritata, ratum nihilominus teſtamentum manere, at
201 enim † nullum teſtamentum fieri, inſtitutione poſtea euaneſcente; non dubitatur. l. non putauit. §. à primo gradu infra de bono. poſſeſſ. contra tabul. l. vni. §. pro ſecundo C. de caduc. tollend. toto titu. ſupra de iniuſto teſtam. & inſti. quibus modis teſtam. infir. quod cum ita ſit, & partis materialis ratio intelligi circa inſtitutionem iam factam poterit, quatenus nec in ea tam facta volūtas teſtatoris deeſt, a quà voluntate partem integralem, & ſubſtantialem eſſe, repetitum toties eſt.

Reſpondetur, rationem longè diuerſam inſtitutionis, atq; legatorum eſſe, quoniam formam duplicē teſtamentum poſcit, ſubſtantialem, quæ à voluntate pendet, & ſolemnitatis, quæ à iure eſt, formā vtranq; æque legata atq; inſtitutio exigunt.

In hac ſolemnitatis forma diſcrimen vnum atq; alterum inter inſtitutionem, & legata vertitur. Prius, ꝙ ſolemnitas minor ſatis ad legata, quam inſtitutio-
202 nem eſt, alterum, ꝙ in † ſolemnitatis forma inſtitutio ipſa eſt, qua carere teſtamentum non poteſt l. proximè ſupra de his quæ in teſtam. delen. l. quoties ſecundo reſpon. ſupra de hæredi. inſti. l. fi. ſupra tit. 1. §. ante heredis inſti. de lega. itaq; cum pro forma inſtitutio conſtet, conſiderari vti materia ſimpliciter non poteſt, quatenus robur, & eſſentiam rei forma ipſa præſtat, & ſine ea conſiſtere res ipſa nequit. l. non ſunt liberi. ff. de ſtatu homi. l. iulianus. §. ſi quis rem. ff. ad exhiben. l. repeti §. 1. fi. quibus modis vſufruc. amit. §. fi. inſti. de vſufruc. quod non perinde dici in materia poteſt, ea propter ſatis non eſt, hæredis inſtitutionem ſemel adſcriptam, niſi ſi ritè facta, & rectè ſit. quocirca ſi ad irritum poſtea deducitur, non poteſt teſtamentum ipſum cunctum non irritari, perinde quaſi forma corrupta, ſimiliter, vt forma rei perempta, res quoq; ipſa neceſſario diſſoluitur, vt legib. prædictis, obſeruandum tamen, cum partem materialem in legatis iam datis, Soci. intelligit, taxatiuè id non accipi, cum partis etiam ſubiectiuæ vocabulum ad ea competere Soci. ipſe hic ſcribit, de quo mox diſſeremus.

Tractatu partis integralis explicito, verum in parte integrali teſtamenti legata ſint, conſequens eſt de parte prædicamentali, aut ſubiectiua videre, vtrum ad partem prædicamentalem, ſeu ſubiectiuam teſtamenti, legata pertineant, rei cuius explicandæ cauſa, ſciendum, pro diuerſitate generis variæ partes intel-
203 ligi. Genus porro † triſariam intelligitur. Primum dialectico more, quod de pluribus prædicatur, quæ ſpecie differunt, vel quod plura continet ſpecie inuicem, differentia Bar. in l. quæſitum. §. penul. ff. de fundo inſtruct. Curt. iun. in conſi. 109. nu. 3.

Secundò modo pro locatione indefinita genus accipitur, veluti cum homo, aut ſeruus, vel fundus frumentum, vinum, aut quid aliud in genere legatur, aut promittitur, declaratione eius in ſpecie non facta, vt in legato generaliter infra eo. l. vbi autem nō apparet in princ. ff. de verbo. obliga. ad quem modum homo, quæ ſpecies dicitur quaſi genus rectè accipietur.

204 Tertiò pro toto integrali † accipi genus poteſt, vt in populo, qui ex patritijs, & ſenatoribus, ac plebe cōſtat, ſpeciei enim diuerſæ plebeij, ac digniores non ſunt, qualitate demum inter eos diſtat, neq; locutio indefinita, aut incerta in populo loci cuius cadit, certus quippè loci vnius populus eſt Sauilliani puta, de genere hoc totius integralis tex. loquitur in §. plebs inſti. de iure natu. Iaſon. in l. 2. §. creditum nu. 1. in fi. ibiq; Deci. in l. nota. ff. ſi cert. pet. totum tamen integrale in populo non ideo minus erit, ꝙ Senatores in eo in eadem cauſa intelligi, homo poteſt pro ut ex partibus diuerſis conſtat anima, & corpore, domus quæ ex parietibus & tecto cōſiſtit, quibus carere prorſus nequit ita aliter in populo atq; homine totum integrale verſatur, ſiquidē ſenatoribus, & alijs dignitate præditis carere populus poteſt, niſi dicas plebem tunc, non populum dici, vt infra nu. 212.

Generis diſtinctione, ita expoſita, monendi ſu-
205 mus, generi partes † ſuas cuiq; tribui genus enim, quod ſpecies plures inter ſe differētes complectitur, partes ſuas prædicamentales habet, quæ & ſubiectiuæ vocantur, prædicamentales porro cur, ita dicantur, variatum apud Doct. legitur, Bart. enim in l. qui vſumfructum num. 3. ff. de verbo. oblig. partes prædicamentales dici ideò putat, ꝙ de genere ſuo prædicantur, quæ verba Iaſ. hic explicat cum Bar. ſentiēdo, ꝙ ſpecie prædicata, aut poſita, genus quoq; ipſū ponitur, & prædicatur, verbi gratia eſt homo, equus, j. ergo animal idem Bar. ſentit l. iuriſgentium §. ſed ſi fraudandi num. 1. ff. de pactis. cum ait, in genere ſpeciem, ineſſe, quod idem, & Bal. admittit in l. 2. C. de iure aureorum anul. ſi in genere, ſpecies ineſt non poterit de genere ſpecies non prædicari, hoc eſt ſpecie poſita, genus non poni. l. ſi quid eorum. §. inter agnatos infra vnde legiti. l. iuriſconſultus. §. nomen infra de gradibus, Bar. in d. §. ſed ſi fraudandi, in l. 2 nu. 2 ff. ſi cert. pet. in d. l. qui vſumfructum num. 3.

E contrariò quam Bar. Soci. hic ſcribit, de ſpecie ſua genus prædicari, idem Criſpus hic ait nu. 3. 14. & 22. idem; & ijs placet, quum ſpecie genus ineſſe dicūt vt Bar. not. in l. imperium num. 4. ff. de iuriſdic. omn. iudi. in d. l. iuriſgētium §. ſed ſi fraudandi nu. 1. Ang. in d. l. qui vſumfructum nu. 3.

Sed enim, & ſi verbis contrarijs vti Doct. videantur, de genere ſpeciem, & ex diuerſo de ſpecie genus prædicari, eadem tamen omnibus ſententia eſt, vt ſpecie poſita, genus ponatur, quam ſententiam admittere verba omnia poſſunt, & quidē in verbis poſterioribus controuerſiam res non habet, de ſpecie genus prædicatur, quia cum ſpeciei expreſſio, aut prædicatio fit, immediate generis ipſius prædicatio neceſſario ſequitur, & ſub genere ſuo contineri ſpecies dicitur, vt in d. l. qui vſumfructum nu. 4. Ang. docet diſtinctione verborum non facta, vtrum dicatur, de ſpecie genus, an de genere ſpeciem prędicari, ad eundem ſenſum referri, & verba illa oportet, de genere ſpecies prædicari. ideſt cum ſpeciei mentio, aut prædicatio fit, generis quoq; prædicationem ſequi, ita de genere generis prædicatio conſequitur.

206 Ceterū ſi verba hęc † poſteriora, de genere ſpecie prædicatur, aliter interpretātur, ideſt vt generis appellatione

latione

aut ſola neceſſario non ponitur, conſequens quippè
non fit, animal eſt, ergo homo cum ad ſpeciem aliã
referri genus poſſit, equum puta, bouem, & alia dein-
ceps quemadmodum conſequentia non procedit,
eſt cognatus, ergo agnatus, cognationẽ in genere ac-
cipiẽdo, cum ad cognatum applicari in ſpecie poſſit
l. inter agnatos. ff. vnde legi. l. iuriſconſultus. §. no-
men. ff. de gradib. Alex. in d. l. iuriſgentiũ. §. ſed ſi frau-
dandi nu. 3. qua ratione non rectè diſtributim diximus,
in genere ſpeciem ineſſe, neceſſario quippè ſpe-
cies vna in genere nõ ineſt, cũ detractio ſpeciei vnius
fieri de gñre poſſit. l. ſi peculiũ in prin. ff. de ędil. ędic.
207 Vera tamen propoſitio † vniuerſaliter quantum
ad ſpecies omnes erit, de genere ſpecies prædicari,
ideſt genere poſito, aut appellatione eius ſpecies oẽs
contineri, eſt animal, ergo ſpecies omnis, quæcunq;
compræhenſa ſub ipſo genere eſt Ang. in d. l. qui v-
ſumfruc. nu. 3. Cagno. in l. in toto nu. 8. ff. de reg. iuris.
Secundò vera erit propoſitio diſtributiuè quantũ
ad potentiam, de genere ſpecies prædicari, hoc eſt ge
neris prædicationem ad ſpeciem vnam potentia, aut
prædicamentaliter referri, & genere poſito, ſpeciem
vnam quoad potentiam ſequi, & l. animal, ergo in-
telligi de homine poteſt, vt Socin. hic iun. obſeruat
nu. 16. Aluar. nu. 33. quam rem ſcitè magis Bal. diſſe-
rit in c. 1. §. 1. nu. 2. per quos fiat inueſti. appellatione
generis ſpeciem eius quãlibet aptitudine prædicatio
nis, non concluſionis neceſſitate contineri, idem ver
bis alijs Ripa exequitur in l. 1. nu. 3. ff. ſi cer. pet. prędi-
camentaliter, non illatiuè à genere ad ſpeciem argu
mentandi ius eſſe, de Bal. & Ripa, Cagnol. meminit
in d. l. in toto nu. 8. ff. de reg. iuris.
208 Tertiò vera propoſitio in verba † illa erit, in gene-
re ſpeciẽ ineſſe, namq; & ſi maximè ad poſitionem
generis ſpecies neceſſario non ponatur, in genere ta-
men non poteſt ſpecies non ineſſe, ideq; propriè, &
ſecundam naturam eius, vt Bal. no. in d. l. a C. de iure
aureorum anul. idem Bar. probat in d. §. ſed ſi frau-
dandi nu. 1. & ſeq. & propriè ſub genere ſpecies con
tineri, ex Bar. etiã declaratur in rubr. ſupra ſolut. ma.
nu. 12. per tex. in l. ſemper in ſtipulationibus ff. de reg.
iur. viceq; cõtraria in ſpecie prędicamentali, aut ſub-
iectiua neceſſario ẽt genus ineſt, homo q̃ppè admitti
non põt, quin & animal idẽ ſit, cũcta m̃ animalis eſ-
ſentia in ſpecie vna non ineſt, verũ quatenus ſpeciei
illius natura patitur, homo igitur animal dicitur, ſe-
cundum ipſam hominis naturã, ideſt animal rõnale.
Apparet ex his, non paululum inter hæc differre,
de genere ſuo ſpeciem prædicari, & in genere ſpeciẽ
ineſſe, namq; ſi ad eum ſignificatũ verba priora ac-
cipimus, vt poſito genere, ſpecies vna ſolũmodo in-
telligatur, homo puta, niſi prædicamẽtaliter id fieri,
aut potentia nõ põt, q̃m vti dictũ eſt, conſequẽtia nõ
procedit, eſt animal, ergo homo, cũ ad ſpeciẽ aliam
fieri relatio poſſit, equũ puta bouẽ, & deinceps alias,
tõ lõgè alia verborũ ẽ, in gñre ſpeciẽ ineſſe, id .n. ppe
tuo, neceſſarioq; & ad ſpeciei naturã ppriè cõtingit.
209 Æque ecõtrario diſcrimẽ † inter verba illa euidẽs
verutur, de ſpecie genus verificari, hoc eſt ſpecie poſi
ta, genus quoq; neceſſario poni, & illa in ſpecie ge-
nus ineſſe, q̃m ſpecie quidẽ prædicata, aut poſita ge-
nus ẽt prędicatur, & ponitur, eſt homo, ergo animal,
at non ęque ſimpliciter in ſpecie genus ineſt, ſiquidẽ
in ſpecie vna genus totũ nõ ineſt, ꝙ & ad alius ẽt ſpe-
cies pertinet, ita ſpecies quidẽ vna in genere tota in-
eſt, genus planè totum in ſpecie vna non continetur.
210 Hic ẽt obſeruandũ, quę † prædicamentalis pars di
citur, eandẽ ſubiectiuã rectè nũcupari, ꝙ generi ſubij
ciatur, & ea poſita, genus quoq; neceſſario prędicet,
vt in d. l. qui vſumfruc. Bar. cũ Ang. docet. Soci. Iaſ.
& poſteriores hic, ſic ſpecies quidem ſubiectiua, at
non ex diuerſo genus ſubiectiuũ ſimpliciter, aut ab-
ſolutè intelligitur, non perinde .n. genere poſito, ſpe-
cies quęlibet neceſſario ponitur, at prędicamentali-
ter, aut potentia tantũmodo, ſic quomodo monſtra
tũ ante habemus, ita ſpeciebus aliquib. animal quidẽ
carere, aut genus põt, ꝙ ad ſpecies plures ptinet, quæ
inuicẽ diſcrepãt, at nõ ex diuerſo gñre carere ſpecies
poſſunt, ita maior in ſpeciebus, q̃ in genere ſubiectio.
Satis in his dictũ de genere, & partibus prædicamẽ
talibus eius ſecundũ dialecticos habemus. Conſenta
211 neum eſt, vt de genere † poſteriori iuriſconſultorũ
more videamus, ꝙ ad locutionẽ generalẽ, aut indefi
nitã pertinet, cũ homo, aut ſeruus in genere, frumen
tũ, vinũ, oleũ, aut id genus alia legantur, aut promit-
tuntur, quas partes hoc genus habeat, & quidẽ partes
alias non hẽt, q̃ quæ numero, & qualitate differũt, q̃
indiuidua appellantur, vt apud Bar. in d. l. quęſitũ. §.
pen ff. de fundo inſtr. Curti. iun. in d. conſ. 109. nu. 3.
212 Genus tertium, ꝙ ex toto † integrali cõſtat, partes
ſuas integrales habet, ex quibus carere vna non põt,
verbi gratia populus in genere, aut quaſi totum vnũ
intelligi integrale non poterit, niſi ſi nobiles, & igno
biles habeat, cæterũ ſi obſcuri omnes ſunt, plebis no
mine tantũmodo vocabitur, vti notatũ ſupra eſt nu.
204. ęque partes integrales teſtamenti ab inſtitutio-
ne hæredis, & ſolemnitatib. iuris pendet, ex quibus ſi
vna abſit, teſtamentũ ipſum totũ labaſcit. l. cum qui
ædes. ff. de vſucapio. l. malum. ff. de verb. ſigni.
213 Inter partes has † prædicamentales, indiuiduorũ,
& integrales diſcrimen non obſcurum contingit, ꝙ
genus ad modum primũ, & dialecticũ acceptũ ſine
ſpeciebus non conſiſtit, quæ ſubſtantia differant, ho-
mine, equo, boue, & deinceps alijs, non eadẽ quippè
brutorũ, & rationis expertiũ, atq; hominis ſubſtantia
eſt, ꝙ aliter in partibus indiuiduorum euenit, quibus
ſubſtantia eadem qualitas demum diuerſa eſt, nume
ro enim, & qualitate tantũmodo, differẽtia in homi-
nibus inuenitur, diuerſa enim Principum, nobiliorũ,
doctorum, atq; inferiorum cõditio, & qualitas. Simi
214 litudo tamen in † prædicatione verſatur, ꝙ genere
poſito, aut prędicato, neceſſario indiuiduũ quodlibet
non ponitur, eſt homo, ergo rex, eſt vinum, ergo fa-
lernum, cum relatio ad alia fieri indiuidua poſſit, ex
diuerſo indiuiduo vno poſito, genus quoq; ponitur,
eſt falernum, ergo vinum, eſt rex, ergo homo.
215 Pars itẽ prædicamẽtalis † ab integrali diſtat, ꝙ par
te aliqua integrali carere totũ nequit, animam .n. aut
corpus ab homine demito, homo amplius non erit,
æque parietib. ab ędib. remotis, domus eſſe deſinet.
d. l. cũ qui ędes, & d. l. malũ, ꝙ aliter in partibus prædi
camentalibus, aut ſubiectiuis eſt, ex quibus aliqua de-
tracta, genus ipſum nihilominus remanet. d. l. ſi pecu-
liũ in prin. ff. de ędil. ędic. ſecundũ quæ, & ſi maximè
à genere ſuo diuelli pars prædicamentalis nequeat,
atq; ideò homo dici non poſſit, quin animal idẽ ſit,
parte tamen ipſa prędicamentali carere totum põt,
inde fieri diximus nu. 206. vt pars ipſa prædicamẽta-
lis ſubiectiua, non etiam ſubiectiuũ dici genus queat,
ſubiectiua quippè ſimpliciter, & neceſſario pars eſt at
non ęque ſimpliciter, & neceſſario ſpeciebus ſingulis
genus ſubijcitur, quod carere aliquibus poteſt.
216 Ex diuerſo pars ſubiectiua † non dicitur, quæ inte
gralis eſt, vtpotè qua poſita, totũ non ponitur, conſe
quens quippè non fit, anima eſt, ergo homo, eſt pa-
ries, ergo domus, cũ ab homine aĩa, à domo diſiungi
paries poſſit, per contrarium vero ſubiectiuum dici
totum, aut genus poteſt, ꝙ integrale eſt, atq; ex parti
bus integralibus conſtat, conſequentia .n. procedit,
eſt domus, ergo paries, eſt homo, ergo anima vtiq; ſi
collectiuè, aut cõiunctim paries accipimus cũ alia e-
rit, ſi diſiunctim, aut taxatiue partẽ quã integralẽ ſub-
audimus, hoĩe quippè poſito, aĩa poni ſola neq̃t ad
quẽ modũ inter genus ſecũdũ dialecticos, & genus

integrale nõ diſtabit, qnoniam ſi ſpecies omnes ſubaudimus, vtiq; ſubiectiuum dici, & genus ipſum dialecticorum erit, eſt animal, ergo ſpecies omnis ſub eo cõpræhenſa, ita ſubiectina pars integralis, non ſimiliter, vt pars prædicamentalis eſt, ſubiectiunm genus planè nõ male vtrunq; dicetur ſi ſpecies omnes coniunctim ſpectamus.

Declaratione hac partium prædicamẽtalium, ſeu ſubiectiuarum, integralium, atq; indiuiduorum ita facta, vtrũ in legatis pars contingere prædicamẽtalis aut ſubiectiua poſſit, concluſionẽ affirmatiuã, ipsãq; generalẽ, Soc. tradit, in parte ſubiectiua teſtamẽti generaliter legata eſſe, hoc eſt in genere, aut in ſpecie teſtamentũ accipiatur, in genere enim verba illa defini

217 tionis † Soci. obſeruat, ſententia iuſta, de quibus in l. r. ſupra de teſta. quæ ad legata non minus cõpetere, atq; ad hæredis inſtitutionẽ putat, ſenſum hunc in verbis his eſſe Socin. credo, ad voluntatem ſententiã pertinere, quam ęque in legatis iuſtam eſſe, atq; in hæredis inſtitutione conuenit, quare non capienti legata dare non magis, atq; hęreditatem licet, tex. appoſitè magis in ſententiam hanc Soci. dederat inſti. de teſta. in prin. ab ęthimologia vocabuli argumentando, pariter enim legando, atq; hęredem ſcribendo mentis teſtatio exprimitur.

Tantundem in teſtamento dicendum, ꝙ in ſpecie ſpectatur, ideſt quod factũ ſit, & in quo data legata, vt partis ſubiectiuæ nomẽ tum etiam ferant, idq; ex verbis memoratis definitionis, ſententia iuſta, quæ ad legata etiam relicta quadrant, in qnibus iuſta teſtatoris ſentẽtia vertitur, quare legatis poſitis, verba illa definitionis cedunt, eſt legatum in teſtamento datũ, ergo iuſta teſtatoris in legatis ipſis ſententia, itaq; ſi legatis poſitis, verba quoq; definitionis teſtamenti ponuntur, quod æditum in ſpecie ſit, nõ poterunt in parte ſubiectiua teſtamẽti ĩ ſpecie, legata nõ haberi.

Obſeruandum, cum de genere Soci. loquitur, id genus ait, quod de ſpeciebus prædicatur, è contrario ſcriptum apud Bar. diximus in d. l. qui vſumfructũ, nu. 3. de genere ſpeciem prædicari, ſed enim explicata controuerſia hæc ante iam eſt, ſententiam eandẽ dicto vtriq; eſſe, tam & ſi in verba conceptum contraria videatur.

Secundo obſeruandũ, cum partem ſubiectiuũ teſtamenti in legatis, Soci. generaliter obſeruat, hoc eſt in genere, vel in ſpecie teſtamentum accipiatur, contradictio .n. in verbis his vertitur, nãq; in legatis quæſtio tractatur, quæ relicta in teſtamento ſunt, quoniam ſi legatum in genere obſeruamus etiam quod relinqui extra teſtamẽtum poteſt, fruſtra de parte in eo teſtĩ quæritur, vnde cum de parte ſubiectiua teſtamẽti in legaro inquirimus, neceſſario legatum intelligitur, ꝙ datum ex teſtamento eſt, quod cum ita ſit, quomodo teſtamentum in generę meditari Soci. potuit, cum niſi ad teſtamentum in ſpecie, pertinere quæſtio non videatur.

Si dixeris, teſtamento etiam in genere accepto, partem ſubiectiuam eius in legatis ex genere etiam animaduerſis intelligi, ſiquidem legatis poſitis, teſtamentum quoq; in genere quantum ad ſententiam iuſtam ponitur, quam legatis etiam cõmunem eſſe Soci. putat, reſpondetur, verba illa ſententia iuſta, ad concluſionem Socin. iuuandam non prodeſſe quo-

218 niam, † aut ſecũdum dialecticos genus accipimus, quod ſpecies plures ſubſtantia differentes appræhendit, aut ad interpretationem iuriſconſultorum, pro teſtamento generali, ſeu indefinito, quod niſi ſpeciẽ vnam eandemnè quoad ſubſtantiam non habet, ſiquidem dialecticorum more teſtamentum accipimus ideſt pro voluntate vltima, quæ fideicõmiſſa, legata, donationemuè cauſa mortis vltra teſtamẽtum in ſcriptis, & nuncupatiuũ amplectitur, ad legata verba illa ſententia iuſta, non conueniunt, quatenus ad inſtitutionem hæredis referuntur, & pro perfecta iuſta verbum exponitur, quæ perfectio ad inſtitutionẽ ipſam hæredis ſpectat, in qua perfectio diſpoſitionis inuenitur, cum bona vniuerſa, & repræſentationem defuncti in hærede habeat, in legatis planè perfectionem hanc non contingere, proculdubio eſt.

Sin autem ad teſtamentum vnicum ipſumq; indefinitum, genus accipimus prout in l. legato generaliter infra eo. longè minus pars ſubiectiua teſtamẽti conſiderari in legatis poterit, quatenus legato poſito, neceſſario teſtamentum quãtum ad ſententiam iuſtam non ponitur, & ſi ad genus latius, quod ſpecies plures complectitur, vti pars eius ſubiectiua ex verbis illis iuſta ſententia, legata non veniunt, quomodo ad genus accommodari ſtrictius poterũt, quo magis admirer, ad genus teſtamẽn in legatis demõſtrandum, verba illa ſententia iuſta, expenſa à Soci. eſſe, ea propter appoſitè magis verba illa teſtatio mẽtis ad ſententiam ſuam confirmandam Soci. perpendiſſet, de quibus apud Iuſtinia. inſti. de teſta. in prin.

Ratione, & alia concluſionem Socini nepos eius Soci. iunior hic impugnat nu. 14. & Aluar. nu. 33. fieri quippè non poſſe aiunt, vt teſtamẽto in genere ſpectato, in parte eius ſubiectiua legata æſtimentur, cũ generi id repugnet, quo poſito, ſpeciem vnam neceſſario non poni, at potentia, aut prædicamentaliter. ſolummodo, declaratũ ante habemus, conſequens enim non ſit, eſt animal, ergo homo quamuis in homine animal prædicari, referriuè ad eum poſſit. At enim ꝑ cõcluſionẽ Soc. teſtõ poſito legata, omniaq; neceſſario ponuntur, quæcũq; cõpręhẽſa ſub eo ſunt.

Sed enim hallucinatio eadens in argumento hoc Soci. iu. & Aluari incurrit, ſecumq; Soci. iu. & Aluar. certant, Socin. quippè concluſionẽ à generis natura perciatiunt, teſtamentũ in genere obſeruando, cæterum cum generis naturæ refragari concluſionem dicũt, teſtamentũ ipſum in ſpecie meditãtur, prout deductum ad ortum eſt, legatauè data in eo ſunt.

219 Conſequenter prædictis dicẽdum, partem † ſubiectiuam teſtamenti in genere, non aliter legata intelligi, quam ſi dialecticorũ more, genus accipimus, quod ſpecies plures compræhendit, quo caſu partẽ ſubiectiuam in legatis non ex verbis illis iuſta ſententia, admitti, ita vti viſum Socino eſt, cũ generalia nõ ſint, at reſtrictiua potius, quę legatis non adaptantur, verum ex verbis illis generalibus, teſtatio mẽtis, quæ communia cum legatis eſſe, non dubitatur.

Tertiò obſeruandum in concluſione hac Socin. cum partem ſubiectiuam teſtamenti in ſpecie capti,

220 ad legata trahit, quo † pacto fieri id poſſit, cum niſi ratione generis pars hæc ſubiectiua non intelligatur, ſpecies verò indiuidua, aut corpora plura, non etiam ſubiectiuas partes habet, idq; videre in homine eſt, quæ pars ſubiectiua generis ſui, hoc eſt animalis dicitur, in ſpecies enim alias ſubiectiuas diſtingui homo non ſolet, corpora demum, aut indiuidua plura continet, Petrum, Ioannem, & alia deinceps.

Secundò Soci. concluſio cædrtur, teſtamento in ſpecie admiſſo, in quo data legata ſunt, namq; partem in eis ſubiectiuam obſeruat, atqui parti, & id ſubiectiuæ refragatur, qua poſita, non & genus ipſum poni non poteſt, eſt homo, ergo animal. Quod non æque dici in legatis poteſt, quibus poſitis, teſtamentum ipſum, ex parte ſubſtantiali, aut formali circa inſtitutionem hæredis non ponitur, quæ legatorum appellationi non cedit, vnde conſequens non ſit, legatum eſt, ergo teſtamentum ex qua parte hæredis inſtitutionem cõtinet, quod cum ita ſit, pars ſubiectiua teſtamenti in ſpecie dici legata non poterunt, ad quorum poſitionem teſtamentum circa inſtitutionem non accedit.

Argu-

Argumentum hoc poſterius Soci. ſenſit, cum taci
221 tè ei occurrit, & reſpondet. Parte † ſubiectiua lega
torum poſita, teſtamentum nõ poni, ſcilicet totum,
quantum ad inſtitutionem, & alia ſub teſtõ cõpræ-
henſa, cæterũ teſtñ ipſũ quantũ ad legata ipſa poni,
eſt legatũ, ergo teſtñ, ꝙ ad legatum ipſum attinet.

Si dixeris, ſatis argumento factũ ad modum hunc
non videri, quoniã niſi in partem, legatis poſitis, teſta
mentũ non admitti, hoc eſt legatorum cauſa, cęterũ
222 partis † ſubiectiuæ eſſe, vt ea poſita genus totũ ſim
pliciterq; ponatur, eſt homo, ergo animal integrum,
namq; & ſi maximè ad ſpecies alias, quam hominis
animal referatur, animal tamen integrum, atq; perfe
ctum homo dicetur, ita perfectè in ſpecie ſua quauis
animal intelligitur, neq; diuiſionem vti genus admit
tit, vt niſi ex parte in ſpeciebus ſingulis non cadat, de
quo infra etiam nu. 246. cauſam aliam legatorum vi
deri quibus poſitis, integrum teſtamentum non po-
nitur, at in partem legatorum ſolummodo.

Ad argumentum hoc Soci. reſpondet, legatis po-
ſitis, teſtamentum poſitum cunctum intelligi, neq;
mutat, quantum ad inſtitutionẽ non poni, quoniam
223 ad rem inſtitutio non attinet, cum † teſtamẽta tot
quantum ad materiam cenſeantur, quot ſub eis cõ-
præhenſæ diſpoſitiones ſunt, vt in d. l. ſi is qui, Imola
no. nu. 9. arg l. ſcire debemus. ff de verb. oblig. Plura
litate igitur teſtamentorum admiſſa, locũ conſequẽ-
tia habebit, eſt legatum, ergo teſtamentum, quod ad
legatum ipſum attinet, in quo teſtamentum perſe
vert, vnumq; videtur.

Conſequens his fiet, vt forma ſubſtãtiali teſtamẽ-
ti perſpecta, quæ à voluntate teſtatoris exiſtit, nõ plus
quam vnum teſtamentum cenſeatur, cum diuiduita
tem forma, & voluntas hæc neſciat, cæterum quod
ad materiam ipſam ſpectat, totidẽ intelligi teſtamen
ta poſſe, quot ſeparatas res habet, indeq; fieri, vt in
parte integrali teſtamenti eſſe legata definiãt, quæ da-
ta ſemel ſunt, atq; ideò ob vitium, aut nullitatem ip-
ſorum, vitioſa alia nõ fieri, cum traditione hac Soci.
facere Crotus hic videtur nu. 2. in fi.

Apparet ex declaratione prædicta, Socini mẽtem
perſpectam Criſpo hic non fuiſſe nu. 50. & 80. Alua-
ro. nu. 24 & ſeq. nu. 33. & 39. qui Soci. concluſionẽ
impugnant, partem ſubiectiuam teſtamenti in ſpe-
cie capti, in legatis ideò non verſari, ꝙ eis poſitis, teſta
menti totius poſitio non ſequatur, neq; teſtamenti
totius nomen in legatis contingere, cum totum in-
telligi in parte nequeat, ex pluralitate .n. teſtamento
rum Criſpi, & Aluari argumentũ proteritur, qua plu-
ralitate admiſſa, verũ erit, teſtñ totũ in legatis cade-
re, in quibus teſtamẽtum per ſe, atq; vnũ intelligitur.

Aliter tamen, & validius Soci. oppugnari declara
tio poteſt, cum teſtamentorum pluralitatem pro re-
bus pluribus, & diuerſis obſeruat, ſecum enim pugna
re in declaratione hac Soci. videtur, quoniam ex plu
ralitate, & diuerſitate materiæ pluralitatem ipſam
teſtamẽtorum diſ in dicat, atq; ideò partem ſubiecti
uam teſtamẽti in ſpecie, in legatis admittit, ſed enim
ad partem id materialem confirmandam, non ſub-
iectiuam ſpectat, inter quas partes differre non ambi
gitur, quare niſi reſpectu materiæ ipſius pluralitas ad-
mittenda teſtamentorum non videtur.

Secundò rem impoſſibilem inſpectio hęc Soci. ad
partem ſubiectiuam in legatis demonſtrandam hẽt,
etenim, vt argumento illi eripiatur, parte ſubiectiua
poſita, genus ipſum poni, ad pluralitatem teſtamẽto-
rũ adit, quo teſtamentũ vnũ, & p ſe in legatis admit-
tat, at enim inſpectione, & ratione hac admiſſa, cũ ni
ſi ex legatis teſtamentum id non conſtet, pars ſubie-
ctiua eius legata non erunt, imò enim teſtamentum
ipſum totum ex legatis conſtabit, quocirca quod to-
tum eſt, partis intelligi loco non poterit.

Tertiò impoſſibilitas, & aliter in Soci. declaratio-
ne vertitur, cũ pluralitatẽ teſtamentorũ in teſtõ vno
in ſpecie, obſeruat, teſtñ .n. ipſum in ſpecie non niſi
224 inſtitutionis † ratione dici teſtamentũ põt, qua de-
tracta, teſtamenti nomẽ ſilet. l. proximè ſupra de his,
quæ in teſta. delen. l. fi. ſupra tit. 1. §. ante hæredis inſti.
de leg. atqui ſi pluralitatẽ teſtamentorũ obſeruamus
& in legatis ipſis teſtm̃ per ſe admittimus teſtamẽtũ
id in ſpecie, & proprie non erit, ꝙ inſtitutione carere
hęredis nequit, verũ in genere tantũmodo teſtamẽtũ
erit, & quidem in genere latiori, ꝙ ſpecies plures ceu
mentis teſtatio arripit.

Quartò impoſſibilitas in pluralitate hac teſtamen-
torum oſtenditur, opinione illa admiſſa, vt pars acci-
225 dentalis, † aut qualificatiua teſtamenti in legatis in
telligatur, quoniã pars ſubiectiua in accidẽti admitti,
aut qualitate non põt, quis enim in parte parietis ſub
iectiua albedinis accidens, aut qualitatẽ poſuerit, at-
que, nec in parte ſubiectiua animalis albedinẽ, aut ni
gredinem ſpeciei ponere cuius liceat, tantundẽ ad-
mittendũ, ſi in parte acceſſoria teſtamenti legata con
numeramus, ſiquidẽ pars principalis verſari in eo ne
quit, ꝙ acceſſoriũ ſit, & quamuis partẽ in acceſſorio
Nigri hic obſeruet nu. 10. & ſeq. acceſſoria tñ, nõ prin
cipalis pars dicitˀ l. pen. ſupra quẽ. teſta. aper. §. liberis
inſti. de pupil. & in eo partem principalẽ non conſi-
ſtere, ꝙ acceſſoriũ ſit, ſuperius oſtẽdimus nu. 114. ex
preſſius nu. 134. per tex. in l. fi. infra de fundo inſtruc.
226 Quintò extra difficultatẽ oẽm res † ponitur glo. &
Doct. opin. admiſſa in l. licet in gl. fi. C. de pactis, in ge
nere ſuperiori, aut lato teſtm̃ non inueniri, ꝙ ſpecies
plures cõplectitur, at voluntatem vltimã in gñe eam
dico, teſtm̃ verò niſi in gñre ſtrictiori non inueniri, ꝙ
inferius, aut ſubalternũ dicitur, ſimiliter, vt homo in
gñe cõſideratur d. l. lega. generaliter infra eo, nãq; ſi
genus ſuperius, aut latius à teſtõ excludimus, nihil eſt,
ꝙ de partibus eius ſubiectiuis diſceptatio fiat, quate-
nus niſi ad genus ſuperius partes eiuſmodi ſubiecti-
uas non cõpetere, teſtatũ ſatis ante eſt, de quo ſupe-
rius tamen nu. 136. 139. & infra omnino nu 248.
227 Sũma diſceptationis huius † erit, partes ſubiectiuas,
aut prædicamẽtales in teſtõ prorſus legata nõ eſſe, in
genere, vel in ſpecie id capiatur, ęque partiũ integra-
liũ nomen legata nõ obtinere, poſtq̃ ęditũ ſemel te-
ſtamẽtũ ſit, ĩde fieri, vt niſi partiũ accidẽtaliũ, acceſſo
riarũ, ſeu qualificatiuarũ loco legata nõ habeatˀ idq;
Iaſ. hic tãdẽ ſentit n. 9. idẽ Soc. iu. hic agnoſcit nu. 31.
Satis hęc ad legata erũt, vtrũ parti teſtĩ, & cui parti ce
228 dãt, de ſubſtitutionib. videndũ, in quib. † quia con-
fuſaneè ſatis Iaſ. loqtur, quo pellucida magis res fiat,
cõcluſiones ſequẽtes eliciẽdas, & diſtinguendas ex di
ctis Iaſ. cẽſui, prima cõcluſio teſtõ in gñre accepto,
partib. eius ſubſtitutiones nõ cedere, vtpotè quib. ca-
rere teſtñ põt d. l. 1. §. q neq; ſup. de hæred. inſt. ex qua
ratione mẽs Iaſ. declarari in cõcluſione hac vr̃, vt de
partib. integralib. ſentiat, q̃uis de partib. ſimpliciter,
generaliterue loquatur, ſiquidẽ niſi partib. integralib.
ratio, hæc Iaſ. nõ cõgruit, quibus carere totũ nõ põt,
d. l. malũ. ff. de ver. ſig. vnde cũ ideò partes teſtĩ nõ eſſe
ſubſtit. ait, ꝙ ſine eis conſiſtere teſtñ põt, neceſſario
innuit partes integrales teſtĩ in ſubſtitutionib. nõ ver
ſari, ex ratione .n. ſpeciali dictũ gñrale declaratur, &
reſtringitˀ. l. cũ pater. § dulciſſimis infra tit. 1. ſinaũt de
partibus oĩbus ẽt nõ integralib. Iaſ. concluſ. intelligi
mus, inepta rõ Iaſ. erit, ꝙ ſubſtitutionib. carere teſtñ
põt, cõſequens quippè nõ ſit, abſq; ſubſtitutionibus
cõſiſtere teſtñ põt, ergo partes ſubiectiuæ, vel accidẽ
tales teſtamenti non ſunt, quæ neceſſariæ ad totum
integrandũ non habentur, proinde ad partes integra-
les teſtamenti reſtringenda concluſio hæc videtur.

Sed videndũ in cõcluſione hac, verã eã haud dubiè
eſſe, ſiquidẽ reſpectu alterius, ideſt teſtamẽti non pp

ſe ſubſtitutiones obſeruamus, ꝙ ſi propter ſe ſubſti-
tutiones cõtemplamur, inepta concluſio, & quæſtio
videtur, verũ partiũ integralium numero ſubſtitutio-
nes habeantur, quandoquidẽ totius, non partium vi
cem ſubſtitutiones directæ obtinent, teſtm .n. totum
ex ſubſtitutione vulgari conſtat, ſimili modo teſtm̃
pupilli totũ ex ſubſtitutione pupillari cõſiſtit, ius idẽ,
& directæ militaris eſt, de qua in l. centurio ſupra de
vulga. & in l. precibus C. de impuberũ. Secunda con-
cluſio, teſtamento in ſpecie accepto, eſt cũ adhuc or
dinatur, ſeu in eſſe deducitur, ſi ſubſtituendi animus
teſtatori fuit, & in teſtamento ſubſtitutiones deſint,
pro nõ facto teſtamentum, & imperfectum haberi,
conſequenter partibus tũ integralibus teſtamẽti ſub
ſtitutiones cedere, idq; non ex teſtamenti ipſius na-
tura, in quo neceſſariæ ſubſtitutiones non ſunt, verũ
ob ipſam teſtatoris voluntatẽ, qui non ex inſtitutio-
ne ſolũ verũ ex ſubſtitutionibus etiã conſtare teſta-
mentum voluit, quocirca indiuidua voluntas hęc ha
betur, pro concluſione hac tex. Iaſ. citat in d. l. ſi is qui
229 † & in l. antepenul. in prin. ſupra de teſta. in qua l. an
tepen. in totũ ſcriptura teſtamenti concidit, quæ im-
perfecta eſt, vſq; adeò, vt nec fideicõmiſſi iure valeat,
qui tex. ſiquidẽ de imperfectione reſpectu ſolemnita
tis intelligitur, ad rẽ non attinet, quatenus ad imper-
fectionẽ ratione voluntatis cõcluſio noſtra ſpectat,
quare ad materiam l. non codicillum C. de teſta. tex.
ille tum pertinebit, quo cum etiã conſentiet, & qui-
dem ad imperfectionem ratione ſolemnitatis omiſ-
ſæ pertinere tex. videtur in d. l. antepenul. verbis illis
perſpectis, ſi nullo iure perfectum teſtamẽtum eſſet,
quæ verba ad ſolemnitatem iuris magis ſpectãt iux-
ta gl. in l. 2. in gl. 2. ff. de inoffi. teſt. quæ diſcrimen in-
ter ritè, & rectè conſtituit, vt ad ſolemnitatem ritè re
feratur, quaſi non iure, an ſecundũ ſolemnitatem iu-
ris factum ſit, rurſus imperfectioni voluntatis verba
illa non congruunt, ſiquidem non idcirco viribus te
ſtamentũ deficit imperfectione volũtatis interceden
te, ꝙ nullo iure id fiat, verũ quia voluntatẽ perficere
teſtatori non licuit, vnde iure quidẽ fieri teſtamentũ
poteſt, & viribus tamen id ob impotentiam volun-
tatis implendę deſtitui.
230 Quod ſi ad imperfectionem † voluntatis text. illũ
trahimus, ad concluſionem ipſam probandam non
mediocriter confert, nõ modo iure teſtamenti quan
tum ad inſtitutionem, ſed nec codicillorum iure ſcri
pturam imperfectam teſtamenti valere, cui aliquid
ex his deſit, quæ in animo facere teſtator habuit, ex
quo tex. necnon, & ex l. fideic. §. 1. infra de leg. 3. limi
tatio. d. l. ſi is qui à Tornello hic adſcripta nu. 7. non
obſcure refellitur, etiam ſi codicillorum iure valere
ſcriptura teſtamẽti imperfecti ratione voluntatis nõ
poteſt, ſigni eſt, æque in codicillis, atq; teſtamẽto per
fectionẽ hanc voluntatis exigi, idq; extra controuer-
ſiam poſitum omnino arbitror, vn dictũ ſuperius in
limitatione quinta habemus nu. 192. & duobus ſeq.
In eandem ſententiam tex. expreſſiorem Iaſ. affert
in d. l. fideic. § 1. & in l. furioſum C. qui teſta. fa. poſ.
indigens inductionis tex. non eſt in d. §. 1. text. planè
231 † in d. l. furioſum, & ſi facilis non æque ſit appoſitiſ-
ſimè tamen ad rem attinet cũ furore inter teſtandũ
accedente, oĩa intercidere ait, conſequenter ea etiã;
quæ adſcripta, & peracta ante furorẽ ſunt, quamuis
perfectionem ſuam habeant, neq; ab his pendeant,
quę poſtea ſcripturus adhuc teſtator erat, quod cum
ita ſit, non poteſt voluntas teſtatoris non indiuidua
eſſe, alter quippe diuiduitate admiſſa, ad totũ vtile,
& perfectum in ſeparabilibus per inutile, atq; imperfe
ctum non deduceretur, proinde rectiſſimè tex. ille ad
voluntatẽ teſtatoris indiuiduã demõſtrandã à Doct.
citatur, concluſio hęc ſecũda ab omni vacua dubita-
tione videtur, quãdoquidẽ ius idem, & in legatis eſſe

vt partium integralium numero habeantur, teſtatũ
ſatis in ſuperioribus ſit.
Tertia concluſio, teſtamento in ſpecie, & poſt per
fectionẽ eius intellecto, in partibus eius principalib.
232 ſubſtitutiões adnumerari, ſiqdẽ robur † ab eis acci-
pere teſtamentũ põt, gradu priore extincto. l. 3. §. fi. ſu
pra de lib. & poſt. l. vni. §. in primo C. de cad. tol. l. Bar.
& alij in l. 1. nu. 28. verſi. 2. effectus ſupra de vulga. rur-
ſus ſubſtitutione ipſa deficiẽte, quia adire ſubſtitutus
nolit, aut non poſſit iuxta l. cum proponat. C. de hæ
redi. inſti. viribus teſtamentum deficit, quæ cum ita
ſint, non partes principales teſtamẽti dici ſubſtitutio
nes non poſſunt ita Iaſ. hic nu. 12.
Plura obſeruanda in concluſione hac, quæ ex Iaſ.
percipitur, primũ, generaliter in ſubſtitutionibus Iaſo
nẽ loqui, partes eas æque principales teſtĩ dici, at .n.
ratio eius, ꝙ à ſubſtitutione teſtamẽtũ incipere, & pe-
rimi ab ipſa deficiẽte põt, niſi ſubſtitutiõi vulgari nõ
cõuenit, proinde nõ rectè ſubſtitutiones partes ęque
principales teſtamẽti eſſe, ex ratione memorata Iaſ.
probat, cũ ſpecialis ratio ſit, & niſi ſubſtitutioni vul-
233 gari non competat, ſiquidẽ † generalem rationem
eſſe oportet, neq; ſatis ſpecialis ſit. l. 1. ibiq; Bal. ff. de
orig. iur. Corn. in cõſ. 88. col. 3. in fi. lib. 1. & in cõſ. 53.
col. fi. lib. 4. Iaſ. poſt Aret. in l. 4 §. cato col. 14. in fi. ver.
poſtea dum Bart. dicit ff. de verb. obli. Ripa in l. cen-
turio nu. 92. ſupra de vulg. vbi tex. in ſentẽtiam hanc
citat in l. regula §. fi. ff. de iuris, & facti ignor. qui tex.
à ſenſu contrario probat, namq; ex conſtitutione ibi
relata idcirco tex. argumentatur, ꝙ generale initium
eius eſt, ad aliud igitur à ſenſu cõtrario non obſcurè
tex. ſentit, id eſt argumentandi ius non eſſe, ſi ſpecia-
le, non generale initiũ conſtitutionis eſſet, de quo ſu-
pra etiam nu. 96. Secundo obſeruandũ in concluſio-
ne hac, & dictis Iaſ. nãq; in ſuperiorib. nu. 7. in fi. verſ.
ſimiliter, nec cõſiderando, Soc. incuſat, ꝙ partẽ ſubie-
ctiuę teſtĩ, legata tribuit, teſtm̃ ipſũ in ſpecie intelligẽ-
do, ſic partẽ hanc ſubiectiuã reſtrictiuè, Socin. conſi-
derat, ad teſtamentũ in ſpecie eã reſtringendo, cũ ge-
neraliter, & in caſu omni cõſiderari pars debeat, aliter
234 † .n. pars accidentalis neceſſario ęſtimabiť, quę niſi
in caſu aliquo per accidens non adhibetur, atqui teſtĩ
hoc in Soci cõtortũ, Iaſ. hic ipſe patitur, qui cũ parti-
bus ęque principalib. teſtamenti ſubſtitutiones adiũ
git, in ſpecie teſtamẽtũ accipit, quo caſu ęque partes
accidentales in ſubſtitutionib. erũt, aut verſabuntur,
atq; in legatis ipſis, ſiquidẽ non ſẽper, atq; in caſu om
ni partes principales teſtamẽti ſubſtitutiones erũt ve
rũ vbi in ſpecie cõditũ teſtm̃ ſit, in quo adſcriptę ſub
ſtitutiones legantur, quo caſu, vt dixi, partes dicendę
accidẽtales erũt. Tertio videndũ in dictis his Iaſ. nãq;
locutus ſub obſcurius vť, cũ partes ęque principales
teſtĩ in ſpecie accepti, ſubſtitutiones putat, partiũ qua
litate nõ demõſtrata, de integralib. ne, an ſubiectiuis,
an accidẽtalib. ſentiat, cęterũ ſi Iaſ. rationẽ intuemur
cur partes ęque principales ſubſtitutionib. tribuat, de
235 integralib. haud dubiè intelligit, cũ † ſubſtitutione
vulgari euaneſcẽte, intercidere teſtm̃ ſcribit, quę ratio
niſi parti integrali ñ cõpetit, qua remota totũ quoq;
tollitur. d. l. malũ ff. de ver. ſig. Secundũ quę, differre
Iaſo. inter teſtm̃ in genere, atq; in ſpecie circa partes
has integrales in ſubſtitutionib. putat, ſiquidẽ in parti
bus integralib. teſtĩ in gñre accepti ſubſtitutiones ñ õ
eſſe, in 1. cõcl. ex Iaſ. dictis decerpta demõſtratũ ha-
bemus, cũm aliã teſtĩ in ſpecie intellecti eſſe, in cõclu
ſione hac tertia, Iaſ. exiſtimat. Ex qua differẽtia diſcri
mẽ, & alterũ inter ſubſtitutiones, & legata circa par-
tes has integrales colligitur, quoniam in partibus inte
gralibus teſtamenti in ſpecie, ſemper ſubſtitutiones
erũt, & cũ ad ortũ deducitur, & poſtquam peractum
eſt, legata planè non niſi in ortu ipſo teſtamenti, cũ
ordinatur, partium integralium numero haberi de-
monſtra-

monſtratum ſuperius in tertia concluſione circa le-
gata habemus.

Sed enim generalis ratio iſta Iaſ. concluſioni huic
tertiæ adiecta non videtur, cum ideo partes principa
les teſtamenti in ſpecie, eſſe ſubſtitutiones putat, q
236 ſubſtitutione † deficiente, teſtamētum quoq; ipſū
deficit, perpetuum enim non eſt, vt vulgari perem-
pta, teſtamentum pereat, verum locum id eo demū
caſu habet, quo inutilis inſtitutio ſit, conſequenter
pars integralis teſtamenti proprie, & ſimpliciter dici
ſubſtitutio vulgaris non poterit, quod ipſum parti
integrali repugnat, qua carere tempore, aut caſu vllo
totum non poteſt, quod cum ita ſit, parti integrali te
ſtamenti in ſpecie, propriè accedere ſubſtitutio vul-
237 garis non dicetur, ſiquidem tale propriè † non dici
tur, quod tale ſimpliciter, & ſemper non eſt, at ſecun
dum quid l. hoc legatum, ibiq; Bar. infra de lega. 3.
tradit idem Bar. in l. lucius. §. quæſitum co. titu. in-
de debitor propriè non dicitur, qui in diem, aut ſub
conditione quid debet l. ſi ita ſcripſiſſet infra titu. 1.
Bar. & alij in l. 1. nu. 32. ff. ſi cert. pet. Alex. in conſ.
206. nu. 3 verſi. tertio, verba ſtatuti lib. 5. & hic apud
nos nu. 85. & ſupra nu. 133. & nu. 198.

Quarto, obſeruandum in dictis Iaſ. quia de parte
ſubiectiua in ſubſtitutionibus verbum non facit, vtrū
pars in eis conſiderari ſubiectiua poſſit, atqui de par-
te ſubiectiua verbis pluribus ab eo tractatum in lega
tis eſt, cur id omiſſum in ſubſtitutionibus, in qua re
238 monendi ſumus, ſiquidem † in genere ſuperiore te
ſtamentum accipimus, prout à dialecticis intelligi-
tur, quod ſpecies plures cōprehēdit, in parte ſubiecti
ua teſtamenti æque ſubſtitutiones haberi, atq; homi
nem, & equum in parte ſubiectiua animalis, eſt ſub-
ſtitutio, ergo teſtamentum, quod pro voluntate om
ni vltima accipitur, opinione illa admiſſa, vt teſtamē
tum in genere hoc ſuperiori conſideretur ſecundum
ea, q latius dicta in ſuperiorib. ſunt nu. 136. 139. 226.

Si autem in genere inferiori, aut ſubalterno teſta-
mentum accipimus, ſiquidem propter ſe ſubſtitutio
nes conſideremus, non reſpectu teſtamenti alterius,
239 inepta diſceptatio † videtur, de partibus ſubiectiuis
in eo quærere, quod totum eſt: Totum quip-
pè teſtamentum in ſubſtitutione vulgari intelligitur,
æque teſtamentum totum pupilli ſubſtitutio pupilla-
ris rectè dicitur, quorſum igitur dubitare, vtrū pars
ſubiectiua id ſit, quod totum euidenter eſt, quod ſi re
ſpectu alterius ſubſtitutio cōſideratur, ideſt reſpectu
teſtamētu, cui adijcitur, aut in quo adſcripta eſt, in ſub
ſtitutione quidem vulgari pars ſubiectiua verti quan
tum ad potentiam poteſt, eſt ſubſtitutio vulgaris, er-
go teſtamentum quantum ad potentiam, quia ab ea
vires, aut robur accipere teſtamentum poteſt Sed &
ſimpliciter pars ſubiectiua teſtamenti dici ſubſtitutio
vulgaris poteſt, quoniam ſubſtitutione, ipſa vulgari
poſita, aut prædicata, neceſſario teſtamētū ponitur,
in quo facta eſt, namq; cum gradum ſecundum ſub-
ſtitutio vulgaris faciat, ſecundus gradus intelligi, aut
poni ſine primo non poteſt, conſequēter ſubſtitutio-
ne vulgari poſita, non poteſt teſtamentum in ſpecie
non poni, in quo adſcripta eſt, teſtamentum ipſum
in ſpecie accipiendo, prout teſtamentū hominis cer-
ti exprimitur in quo hæres ſcriptus quiſpiā eſt, eidēq;
ſubſtitutus vulgaris adiectus, rurſus ſubſtitutione dire
cta poſita, neceſſario, & teſtamentū ponitur, ſine quo
ſubſtitutio fieri directa nequit.
240 Quod ſi ſimpliciter de ſubſtitutione † vulgari non
reſpectu teſtamenti certi mentio fit, pars ſubiectiua
teſtamenti dici ſubſtitutio non poteſt, cum fieri ſub-
ſtitutio hæc, & in legatis poſſit l. titius, & ſeius cum l.
ſeq. ſupra de hæredi. inſti. l. vt hæredibus infra titu. 1.
æque ī fidicōmiſſis ſubſtitutio vulgaris fit Pariſ. in cō
ſ. 18. nu. 62. lib. 2. Soci. iu. in conſ. 181. nu. 28. & ſeq. lib.
2. hoc amplius, & in donatione cauſa mortis ſubſti-
tutio vulgaris fit l. cum pater. §. eorū, ibiq; Bar. ī. tit. 1.
l. 3. in prin. & § fi. ī. tit. 2. l. vnica §. fi C. de cad. toll. l 1.
C. de don. cau. mor. Soc. in rubr. ſup. de vulg. col. 1. fir-
mamus in ſuo prōptuario in verbo fideic. vniuerſale
verſ. 17. & in verbo ſubſtitutio e l. 1. verſ. 4. vnde ſub-
ſtitutione vulgari ſimpliciter directæ verbo nō facto
poſita neceſſario poni teſtamentum non poterit.

In ſubſtitutione vero pupillari, ſi non eam per ſe,
241 at teſtamenti † paterni reſpectu, & in ſpecie, ſpecta
mus, in quo cōpræhenſa eſt, pars ſubiectiua dici eius
poteſt, vtpotè cū prædicari ſubſtitutio hæc pupillaris
ſine paterno teſtamēto nequeat, ſine quo introduci,
& cōſiſtere introducta nequit d. §. liberis inſti. de pu-
pil. rurſus gradus ſecundus ſubſtitutionis primum
innuit, vnde ad poſitionem ſubſtitutionis pupillaris
non poteſt teſtamentum patris non poni, atq; ideo
teſtamento ipſi paterno ſubſtitutio ipſa pupillaris
omnino ſubijcitur, ſine quo prædicari aut poni non
poteſt, conſequenter his dicendum, cum propter ſe
ſubſtitutionem pupillarem meditamur, partis diſce-
ptationē in ea nō cadere, ſiquidem vti totū iudicatur
in totum pupilli teſtamentum ex ea conſtet, ſin re-
ſpectu alterius, ideſt teſtamenti paterni in ſpecie ſub-
ſtitutionem hanc pupillarem obſeruamus, tum verò
partem teſtamenti paterni ſubiectiuam eam haberi,
vtpotè quo carere non poteſt, neq; ex codicillis fiat.

Si dixeris, pupillarem ſine teſtamento patris dari,
vt in milite l. 2. §. quiſquis ſupra de vulga. reſponde-
tur, de partibus tūc nō tractari, at de toto ſolūmodo.
242 Ratio eadem ſubſtitutionis militaris † videtur, quę
ſi per ſe conſideratur, totum, & in ea verſari teſtamē
tū in ſpecie videtur, ſimiliter, vt in ſubſtitutione pupil
lari, ſin autem reſpectu teſtamenti ipſius in ſpecie ſpe
ctatur, in quo adſcripta eſt, in parte ſubiectiua adnu-
meranda eadē ratione videtur, qua adnumerari vul-
garē diximus, i. quia gradū ſecundū ſubſtitutio hæc
militaris conſtituit, qui gradū primū neceſſario prę-
ſupponit, proinde ad poſitionē militaris ſubſtitutio
nis non poteſt teſtamenti militis, in quo ſcripta eſt,
poſitio, aut prædicatio non ſequi.

Apparet ex his, ſiue in genere ſuperiori, ſiue infe-
riori, ſiue in ſpecie ēt teſtamentum intelligimus, par
tes ſubiectiuas eius in ſubſtitutionibus verſari, vtq; ſi
reſpectu eas ipſius teſtamēti non pp ſe cōſideramus.

Subſtitutio planè obliqua, aut fideicōmiſſaria cōſi
derari vti totū per ſe, aut pp ſe non pōt, cū hæres per
243 eā directo fieri quiſquā non poſſit, rurſus † hęredita
tis ēt reſtitutione facta, quāuis iura vtilia ad fideicō-
miſſariū ambulent. l. reſtituta infra ad trebel. iura tñ
directa apud hæredē remanent, quę inutilia omninò
non ſunt, vti dictū habemus in l. 1. nu. 162. ī. eo q cū
ita ſit, teſtū vnū atq; ipſum totū verſari in ſubſtitu-
tione fideicommiſſaria non poteſt.

Quòd ſi reſpectu alterius, i. teſtī ſubſtitutio fideicō
miſſaria cōſideratur, ita vti cōſiderari ſolūmodo pōt
pars ſubiectiua teſtī nō male dicetur, nāq; cū gradū
ſecūdū in teſtō faciat, nō pōt gradus ſecūdus ſine prę
dicatione primi poni, nō q teſtamentū ipſū totū in
fideic. vniuerſali conſiſtet, cū totū cōſtare in parte vna
non poſſit, verū quia parte hac fideic. vniuerſalis, ſeu
gradus ſecundi poſita, non pōt gradus primus nō po
ni, neq; vnū prædicari ſine altero pōt, idq; eo ēt pro-
244 batur, † q aditionē hęreditatis tanq̄ ex teſtō fideic.
tū exigit. l. ille à quo § ſi de teſtō, & l. apud iulianū. §.
idē iulianus infra ad trebel. l. eā q̄. C. de fideic. & alia
loci huius, vtiq; cū de fideic. loquimur, q datū in te-
ſtamēto eſt, atq; ideò qđ reſpectu teſtī profertur, cā
alia erit, ſi fideic. ſimpliciter, nō reſpectu teſtī alicuius
in ſpecie, loquimur, in hoc .n. pars verſari ſubiectiua
neceſſario nō pōt, cū relinqui fideic. in codicillis poſ-
ſit, quo caſu ad poſitionē fideic. ſeq teſtī poſitio nequ.

In genere planè ſuperiori teſtamentum accipien-
do, prout ſpecies plures habet, dubitandum non vi-
detur, quin pars ſubiectiua teſtamẽti ſubſtitutio fidei
commiſſaria dicatur.

Conſequens his fit, rationem eandem, & legatorũ
eſſe, vt pars ſubiectiua dici teſtamenti poſſent, ſiquidẽ
in genere ſuperiori teſtamentum intelligimus. Sin
autem in ſpecie, & prout legata continet, æquè pars
in eis ſubiectiua vertitur; ſiquidem de legatis vtilibus,
aut efficacibus intelligimus, quæ vtilia eſſe teſtamẽto
condito, in quo data ſunt, non aliter poſſunt, quàm ſi
teſtamentum ipſum, & quidem efficax ponimus. l. ſi
245 nemo ſupra de teſta. tu Rurſus † cum in teſtamen-
to legatũ datur, eandem atq; teſtamentum ſolemni-
tatem expoſtulat, Quare teſtibus paucioribus pro-
bari, quam ſeptem non poteſt, vt Criſpus hic no. nu.
53. ex Areti. in l. qui teſtamento col. 3. verſi. debes ta-
men ſcire ſupra de teſta, Quòd verum ita credam, ſi
iure codicillorum ſuſtineri teſtamentum non poſſit
iuxta tex. in d. l, ante penul. in prin. ſupra de teſta, & in
d. l. non codicillum. C. eodem, ex quibus legib. pro-
bari Areti. dictum videtur; Vnde poni, aut prædicari
legatum in teſtamento datum non poteſt, quin te-
ſtamentum ipſum preſupponatur, & prædicetur, ſine
quo conſtare iure ordinario, & regulariter non po-
teſt.

Infertur ex his, non rectè Soci. concluſionem à re-
centioribus omnino improbari, quaſi pars ſubiecti-
ua teſtamenti in ſpecie accepti dici pacto vllo lega-
245 ta nequeant. Infertur † ſecundo, partẽ hanc ſubie-
ctiuam conſiderari bifariam poſſe. Primùm, ſimpli-
citer, & quantum ad omnia; vt generi, ſeu toti etiã
quantum ad eſſentiam, pars ſubiciatur, ita vt parte
prædicata, genus quoque, & quantum ad eſſentiam
in ea prædicetur; veluti cum homo ponitur, namque
animal neceſſario, & quo ad ſubſtantiam ponitur.
Sic generis ipſius ſubſtantia in ſpecie etiam ſubiecti-
ua verſatur. Sic quomodo expoſitum, & ante eſt
num. 222.

Secũdo modo pars ſubiectiua intelligitur, quoties
ea poſita, genus quidem, ſeu totum ponitur, at non
quoad ſubſtantiam totam Ad quem modum in ex-
emplis memoratis accipitur, veluti in ſubſtitutione
pupillari, qua poſita, teſtamentum totum non venit,
ita vt teſtamentum totum etiam paternum in ea cõ-
ſtet; iidem in vulgari, militari, fideicommiſſaria, &
legatis. Sed nec in ſpecie ſubiectiua hominis genus
ipſum totum verſatur, quominus, & in ſpeciebus
alijs conueniat, equo, boue, & id genus alijs.

Infertur tertio ex prædictis, partem ſubiectiuã te-
ſtamenti in ſpecie accepti in ſubſtitutionibus omni-
bus, atque legatis ſi non ſimpliciter, & abſolutè quã-
tum ad eſſentiam omnem, ſecundum aliquid tamen
rectè conſiderari, cum ſubſtitutionibus, legatiſq; po-
ſitis, neceſſario teſtamentum in ſpecie præſupponat,
in quo compræhenſæ ſubſtitutiones ipſæ cum lega-
tis ſunt, declarando vt ſupra; Idque inutile, aut ſper-
247 nendum non videtur, cum † non raro caſus incur-
rant, in quibus ſecundum quid intelligi verba opor-
tet iuxta ea, quæ habentur in l. titię textores infra eo,
in d. l. hoc legatum infra titu. 3. in d. c, ſtatutum de ele-
ctio. lib. 6.

Infertur quartò, falſum videri, quòd ſcriptũ apud
recentiores eſt, cum Socinũ damnant, partem ſubie-
248 ctiuam, niſi reſpectu † generis ſuperioris non inue-
niri, quod ſpecies plures complectitur. Sic quomodo
narratum ſupra eſt nu. 220.

Immò enim, & reſpectu totius in ſpecie conſide-
rati partem verſari ſubiectiuam ſaltem ſecundum qd
poſſe ſatis ſuperioribus patet nu. 216. in fi. Sed reſpõ-
deri ad hæc poteſt, neceſſariò magis ad genus argu-
mentum conuenire. Cum ſine principali conſidera-
ri, aut poni acceſſorium nequeat.

Quinto principaliter in dictis Iaſ. obſeruandum,
249 cum partem principalem † teſtamentũ, non acceſ-
ſoriam eſſe in ſubſtitutionibus putat nu. 12. Conſe-
quenter rationem diuerſam ſubſtitutionum, atq; le-
gatorum videri, hoc eſt, inſtitutione extincta, ſubſti-
tutionem non perire, quod ſecus in legatis eſt. Quæ
diuerſitas locum vtiq; non haberet, ſi acceſſoriæ te-
ſtamenti, & ſubſtitutiones eſſent, non enim perire cũ
teſtamento ipſo non poſſent. l. cum principalis. ff. de
reg. iur. Namq; cum generale dictum hoc Iaſ. in ſub-
ſtitutionibus ſit, ad vulgarem tamen ſolummodo cõ-
petit, in qua ſola ratio locum dicti habet. Conſequẽ-
ter acceſſoriæ ſubſtitutiones alię præter vulgarem, nõ
minus, ac legata ſecundum Iaſ. eſſent quod rationis
non videtur.

Sextò animaduertendum, cum generaliter Iaſ.
ſcribit, inſtitutione infirmata, legata euaneſcere, cau-
ſam aliam ſubſtitutionis eſſe. Verùm enim dictum
250 hoc Iaſ. generaliter non eſt. Siquidem † locum iũ
non habet, quò inſtitutione irritata, robur teſtamẽ-
tum à vulgari accipit, integra tum enim legata ma-
nent, quæ à ſubſtituto repetita vulgari intelliguntur,
qui in vicem hæredis cum qualitatibus, atq; oneri-
bus ſuis omnibus ſuccedit. l. ſi ſeruus plurium. §. 1. & l.
licet imperator infra eo. l. ſi titio, & meuio in fi. l. cum
pater. §. ab inſtituto infra tit. 1. l. 1. §. id quod ex ſubſti-
tutione, & l. qui fundum. §. qui filium infra ad legem
falci.

251 Septimò contrarius † dictis Iaſ. tex. videtur in §. li-
beris inſti. de pupilla. vbi ſequela teſtamenti paterni
ſubſtitutio pupillaris dicitur, ſi ſequela, quomodo
partem æquè principalem teſtamenti in ſubſtitutio-
nibus eſſe, ſcribi à Iaſone potuit,

Octauò textui etiam in d. §. liberis contradicere
tex. videtur in l. fi. infra de fundo inſtruc. vbi quòd ge
neris eiuſdem eſt, acceſſorium dici alterius nõ poteſt
ob id acceſſoria nauis, ſcapha non dicitur, quia gene-
ris, aut modi, ſeu ſpeciei eiuſdem, atque nauis, naui-
cula eſt, mediocritate ſolummodo diſtant, quia ma-
ior vna, quàm altera eſt. Sed enim generis eiuſdem
ſubſtitutio pupillaris, atque patris teſtamentum eſt;
252 ſiquidem teſtamentum, & † ipſa dicitur, ideſt teſta-
mentum filij. l. papinianus. §. ſed nec impuberis. ff.
de inoffi. teſta. l. 2. §. quiſquis. l. ſi quis eum. §. fin. l. pa-
tris, & filij ſupra de vulga. inualeſcit argumentum.
Namq; ſi ob id ſolum, quòd generis eiuſdem ſcapha
eſt, acceſſoria dici nauis non poteſt, quamuis ma-
gnitudine ab ea differet; Quanto minus acceſſoria te-
ſtamenti paterni dicenda ſubſtitutio pupillaris vide-
bitur, quę nec magnitudine à teſtamento ipſo pater-
253 no vincitur, quando quidem bona pupilli † omnia
non minus ſubſtitutio pupillaris, atq; bona omnia
patris, teſtamentum eius complectitur. l. ſed ſi plures
§. ad ſubſtitutos. l. cohæredi. §. ſi ſupra de vulga. § nõ
ſolum inſti. de pupilla. hoc amplius, maius, potẽtiusq;
pupilli teſtamentum, quàm patris videtur, ſiquidem
à legitima portione per ſubſtitutionem pupillarem
mater ipſa pupilli excludit. d. l. Papinianus. §. ſed nec
impuberis. l. lucius ſupra de vulga. l. ex tribus. C. de
inoffi. teſta. l. precibus. C. de impuber. Bar. in l. 2. in
prin. in quinta. q. prin. ſupra de vulga. & in conſ. 56.
cum id genus alijs. Quòd ſecus in matre teſtatoris eſt.
l. nam, & ſi parentibus in prin. ff. de inoffi. te. & d. §. ſed
nec impuberis.

Simili modo per ſubſtitutionem pupillarem, ita
pupillo ſucceditur, atque patri per teſtamentum eius
d. l. 2. §. prius, & §. fi. cum. l. ſeq. l. ſi is qui bonis, & d. l.
patris, & filij ſupra de vulga. inſti. de pupilla. ſubſti. in
prin. ſecundum quæ, non modo generis eiuſdem,
atque teſtamentum patris, ſubſtitutio pupillaris ap-
paret, ſed & effectus eoſdem, immo, & maiores pro-
ducit,

ducit, cum matrem à legitima ſubmoueat. Quæ
omnia acceſſorij naturæ repugnant. Quo nam mo-
do igitur ſequelam, aut acceſſoriam teſtamenti pa-
terni ſubſtitutionem pupillarem.in d.§. liberis dicere
text.potuit. Cùm ratio maior acceſſioni in ea obeſt,
ne acceſſoria æſtimetur, quàm ſcaphæ, in d.l.fi.infra
de fundo inſtruc.

Nodi huius explicandi cauſa, ſciendum eſt, varijs
254 modis acceſſorium † conſiderari. Primo ex volũ-
tate,& diſpoſitione hominis conſtitui, aut induci ac-
ceſſorium poteſt,quod rei alterius cauſa,ſeu ob vſum
rei alterius paratur veluti, cum ad vſum fundi paſcuũ
deſtinatur acceſſorium enim fundi dicitur, fundique
legato cedit.l.ſeq.§. nranne. infra de fundo inſtruc.
& alia,de quibus ſupra num. 120. Cauſa eadem bal-
nearum eſt, quas domus, vſusq; eius cauſa teſtator
habuit,domui enim,& ipſę accedũt, ad eaſq; domus
legatum trahitur.l.prædijs.§.balneas infra de lega. 3.
ibiq; coniecturæ,& aliæ enarrantur, ex quibus acceſ-
ſio hæc balnearum iudicetur, ius idem, & horti eſt,
quem ad vſum domus paterfamilias contulit glo. in
l.olimpia. ff de ſeruitu.vrba.prædior. Dec.in conſi.
109. col.2. Iaſ.in l.fi.num.9.ff.de conſti.prin. Ruin.in
conſ.71.nu.7.verſ.non obſtat inſuper lib.2.locumq;
id haud dubiè habet, vbicunque aditus ad hortum ex
domo eſt. Bar.in d.l.præd.js.§ fi. Soci.iun.in conſ.61.
num 4 lib.1.& hoc modo acceſſorium intelligendo,
acceſſoria ſubſtitutio pupillaris dici teſtamenti pa-
terni, hoc eſt inſtitutionis non poterit, cum hæredis
ipſius cauſa non fiat, at ſubſtituti,præterquam vbi hæ
255 res ipſe ſubſtitutus datur,in acceſſorijs † hic connu-
merari domus. fundiuè inſtrumenta poſſunt, quæ
vtrum domus, fundiq; venditioni cedant,ſcitè. Ro-
ma.tradit ſing.670.aſſignatio. Iaſ.in l.fi.nu.5.ff.de cõ-
ſti.prin.in l.cætera. §. hoc Senatuſconſultum.in fi.in-
fra codẽ. tex.q; adeundi in l.fundi.ff.de actio.empt.
in l.a §. dotes, & l.cum fundus infra de fund.inſtruc.
in l.fin.infra de ſupel.lega. ſecundo modo ex volun-
tate mera diſponentis acceſſorium, quid iudicatur,
quamuis alteri non magis ſeruiat, quàm ècontrario
alterum ei,veluti cum hoſpitale quiſpiam,atq; ſacel-
lum ibi habet,& dubitatur,vtrum principale,acceſſo
riumuè ſit,æquè enim principale vnum eſſe, atq; al-
terum poteſt. Quo caſu voluntas mera diſponentis
ſpectatur, illudq; principale habetur, quòd pro prin-
cipali diſponens habuit, ſic intentio, voluntasq; eius
256 principalis obſeruatur. Quæ voluntas † ex deno-
minatione cognoſcitur. Quid enim ſi vocabulo ho-
ſpitalis ſolummodo denominatio fit, ſacelli men-
tione non habita, an non pro principali hoſpitale,
ſacello ei accedente,æſtimabitur. Poſſeſſio item, li-
brique antiqui ad rei huius cognitionem valent,ſi in
libris mentio de hoſpitali tantummodo ſit, vel aliter
ex eis apparet, ceu principalius hoſpitale habitum.
Quid etiam ſi poſſeſſum hoſpitale, tanquam princi-
pale ſit, quia facti actus poſſeſſorij nomine hoſpitalis
fuerint. Modum hunc ſecundum acceſſorij, princi-
paliſq; dignoſcendi, glo.docet in clem. per literas in
ver.eccleſias de preben. Fely. in c. in noſtra e correla.
35. de reſcrip. tex. huc ſcitis ſimus vltra glo.& Felyn.
accedit in l.ſi quando in fi.infra de auro, & arg. lega.
Sed hunc ſecundum modum, acceſſoria teſtamenti
paterni ſubſtitutio pupillaris æſtimabitur quando
quidem à teſtamento patris denominatio fit. Namq;
& ſi maximè teſtamentum filij ſubſtitutio pupillaris
indicetur,denominatio tamen à teſtamento filij non
fit,verum à teſtamento patris,& à principali eius vo-
luntate, ac propoſito,quamuis aliud in ſubſtitutione
hac ſentire Iaſ.hic videatur,& ante eum glo. hic, vti
declaratum hic habemus nu.19. verſi. an autem ſub-
257 ſtitutiones. Ex Baldo † modus iſte ſecundus acceſ-
ſorij probandi iuuatur in l. quoties in fi. C. de iure

dot. cum prædium æſtimatum doti datur, quamuis
emptionem ęſtimatio faciat, dotis tamen contractũ
cenſeri. Atque ideo quaſi de dotis, non emptionis
contractu gabellam perſoluendam:id quia dotis cõ-
tractus principaliter, agitur emptio planè acceſſoriè
ex eo ſequitur,cui dicto Anchar. ſubſcribit, idq; cõ-
firmat in conſi.72.tantam familiaritatem.

Euiſdem generis eſt,quòd Soci.ſcribit in conſ.41.
num. 7. & ſeq.lib 4.legatum annuum in defectum
ſolutionis ſortis relictum,principale,acceſſoriumuè
ſortis ex intẽtione principali teſtatoris iudicari, quo-
niam ſi hæredis gratia relictum ſit, ne peti ſors ab eo
poſſit,quandiu ſoluta annua pecunia erit, acceſſoriũ
legatum annuum erit, perinde quaſi ſorti accedat.
Sin legatarij cauſa relicta pecunia annua ſit,qa iuſſus
hęres ſit,pecuniam ipſam annuam pẽdere,quandiu,
ſortis moram ſolutioni fecerit, tùm vero legatũ an-
nuum haberi. Sed ex tex. omnium optimo prædicta
declarari ſignificantius videntur in l. & ſi non ſint. §.
peruenıamus infra de auro,& arg. lega. in ſpecie hac
acceſſorij diiudicandi illud obſeruari,cuius gratia qd
adhibeatur, namq; quoties propter alterum, quid ad
hibetur, id acceſſorium eius eſſe; Vndè in exemplis
prænarratis ſi hoſpitalis cauſa, aut propter hoſpitale
ipſum cõdita ædes ſacra ſit, acceſſoria hoſpitalis erit,
ſimili modo cum prædium æſtimatum doti datur,
dotis contractus,non emptionis erit,id quia propter
dotem æſtimatio fit, ius idem in legato annuo.

Hicque obſeruandum, quòd ſi acceſſoria ad mo-
dum hunc ſubſtitutio pupillaris æſtimatur; Longè
magis idem probandum in legatis eſſe, vt acceſſoria
teſtamenti ſecundum principalem teſtatoris volun-
tatem iudicentur, vt Soci.iunior. hic no.nu.12.

Tertio modo intelligi acceſſorium poteſt, ꝙ indu
ci ſine principali non ſolet; De quo genere executor
dici gratiæ Apoſtolicę poteſt, qui gratiæ ipſius natu-
ram,ceu principalis ſequitur. c.ſi ſuper gratia de offi-
cio delega. lib. 6. conſtitui enim executor ſine gratia
ipſa principali nequit,genus hoc tertiũ acceſſorij. Dy.
cõmemorat in reg.acceſſoriũ.lib.6.quẽ Migri hic re-
fert nu.4 in quo genere poni,& ſerui peculium põt.l.
1.& 2.infra de pecul.lega. Ad quem modum acceſſo-
riũ intelligendo, acceſſoria dici ſubſtitutio pupillaris
poterit,quæ ſola introduci ſine teſtamento paterno
non poteſt, eaq; ratione ſequela paterni teſtamenti
dicitur,vt d.§.liberis.
258 Quarto modo conſiderari † acceſſoriũ poteſt, ꝙ
poſtquã introductum eſt, conſiſtere ſine principali
non poteſt,& quod vna ſimul cũ principali ipſo pe-
rit.d.l.1.& 2.infra de pecul.lega. vbi ſerui legato mor
te,aut manumiſſione perempto,peculij quoq; legatũ
euaneſcit; pro qua ſentẽtia reg.etiã cũ principalis eſt.
ff.de reg.iur.& no.Iaſ.hic nu.2.in fi.ad quẽ modũ ac-
ceſſoriũ intelligendo, acceſſoria teſtamenti paterni
dici ſubſtitutio poterit. Quæ vna ſimul cũ teſtamẽto
deficit,vt glo.docet in d. §. liberis in ver.non valeat,
quę referre non putat,vtrũ initio ipſo,an poſtea inu-
tile teſtamentũ fiat, vtrubiq; enim ſubſtitutionẽ ipſã
pupillarẽ intercidere;ad partes integrales modus iſte
quartus non pertinet,ex quibus ſi vna deficit, quãuis
cõſiſtere aliæ nequeant,acceſſoriæ tñ ob id nõ habẽr.
259 Quintò modo acceſſorium † dr̃, quo carere prin-
cipale non poteſt,cuiuſmodi litus maris,& ripa flu-
minis ſunt,ſine quibus contineri mare flumenq; ne-
queũt.§.1.& §.riparũ.inſt.de rerũ diuiſ.ad quẽ modũ
acceſſoria teſtamenti ſubſtitutio pupillaris non erit,
quę neceſſaria ad teſtamentũ non eſt.d.l.1.§.qui neq;
ſupra de hæredi.inſti.vnde integrale dici acceſſorium
hoc poterit ad partis integralis ſimilitudinẽ. Conſe-
quẽs prædictis fit, acceſſionis vice ſubſtitutionẽ pupil
larẽ ſecundũ modos tres æſtimari ſecundũ,tertiũ, &
quartum. Neq; ad rem argumenta contraria attinẽt,
& pri-

& primum quidem argumentum non obſtat, gene-
ris eiuſdem ſubſtitutionem pupillarem, atq; patris
teſtamentum eſſe, cum pupillo per eam ſuccedatur,
pupilliq; teſtamentum eſtimetur per tex. in d. l. fin.
infrà de fundo inſtruc. quoniam ad ea text. ille perti-
net, quæ ſeparari inuicem poſſunt, & diuiduitatem
admittunt acceſſoria enim dici non poſſunt, ſi
generis, aut ſpeciei eiuſdem ſunt, nomis puta, &
ſcopha. Quæ & introduci, & conſiſtere ſeparatim
poſſunt, cauſa alia ſubſtitutionis pupillaris eſt, quæ
teſtamento carere paterno nequit, ex Bar. reſponſio
260 † hæc iuuatur in l. ſi vt certo, §. non vſq; adeo. ff. cõ-
moda. pullum, vt vitulũ acceſſionis vice, equæ, vac-
cæ, quę venditioni cedere, ſed quãuis remiſſiuè loqui
Bar. videatur, expreſſius tamen Bald. id determit in c.
translato. num. 3. in fin. de conſtitutio. quem Iaſ. ſe-
quitur in l. ſi extraneus in fin. ff. de condi. ob cau. &
in l. huiuſmodi. §. legatum, col. fin. in quinto nota.
infra eodem. Hoc amplius acceſſorij vice quantum
ad matrem partus fungitur. l. ſed addes. §. ſi quis mu-
lierem. ff. loca. Atqui generis eiuſdem pullus, vitu-
lus, partus, atq; equus, vacca, & mulier eſt. Rei cu-
ius ratio non alia eſt, niſi quòd ab vberibus matrum
ſeparari partus eiuſmodi non poſſunt. Inde fit, vt
ab vberibus, ipſis depulſis, acceſſionis ius finiatur, &
quaſi principales æſtimentur, vt in d. cap. translato.
Bald. adnotauit.

Ex qua declaratione apparet, acceſſionem hanc
in partu, non niſi reſpectu matris conſiderari, à qua
ſeparatio fieri, ſubſtantia ſalua, non poteſt. Vnde
non ab re in muliere ſola tex. loquitur in d. l. ſed ad-
des. §. ſi quis mulierem. In equa item, & vacca Doct.
loquuntur, cum de vitulo, & pullo mentionem fa-
ciant. Aliud non obſcuro in patre, equo, boueq; ſen-
tientes, quorum reſpectu natura ipſa quãtum ad ali-
mentum, ſeparatio fit. Conſequenter his dicendũ,
veram declarationem. d. l. fin. eſſe, vt ad ea tantum-
modo pertineat, in quibus ſeparatio, aut diuiduitas
verſatur, veluti in ſcapha, & naui.

261 Sed contrarius declarationi † huic tex. videtur in
cap. extirpandæ, §. qui vero de præben. & in cap. ſu-
per eodem titu. lib. 6. vbi acceſſorij vice beneficium
vnum ad alterum æſtimatur. Atqui generis vtrunq;
eiuſdem eſt ſeparationem, quæ admittit de quibus
tex. mentio hic facta a nobis eſt num. 22. verſic. ſed
iſta reſponſio. ſolutio. acceſſorium dicitur reſpectu
prælati, à quo poſſidetur, cum in arbitrio eius ſepa-
ratio nõ ſit acceſſorium item ratione principalis in-
tentionis pontificis dicitur, qui pro principali vnum,
pro acceſſorio alterum habet.

Non obſtat argumentum alterum, quòd effe-
ctus eoſdem ſubſtitutio pupillaris profert, quos te-
ſtamentum ipſum paternum, quoniam hæredem pu-
pillus ex ſubſtitutione hac habet, eidemque ſucce-
ditur, & ad bona pupilli omnia trahitur ad exemplũ
inſtitutionis à patre factæ, per quam patri in bonis,
262 quæ eius omnibus ſuccediitur quoniã † ob id nõ, fit
quominus rationes aliæ interueniant, ex quib. acceſ-
ſoria cenſeri ſubſtitutio hæc poſſit, de quibus ante
dictum circa modos acceſſorij dignoſcendi, in ſe-
cundo videlicet, tertio, & quarto habemus. Vnde
ex rationibus pluribus ſatis eſt vnam ſubeſſe, quam-
uis aliæ taceant. l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſact. l.
liberorum, §. 1. ff. de infamibus. l. adoptiuus. §. ſerui-
les, ff. de ritu nup. l. ſi non lex eliaſentia ſupra de
hæredi. inſti. l. ſeruus ſi hæredi in prin. Ibi duæ ſunt
enim cauſæ. ff. de ſtatu lib. l. ſi ventri, §. in bonis, ff. de
priuil. cred. l. ſi quis ad exhibendum, ff. de excep. rei iu-
di. §. affinitatis inſti. de nup.

Perſpicitur etiam ex his, quod ius conſitui in ſub-
ſtitutione fideicommiſſaria debeat, acceſſoria nec
ne teſtamenti dicatur. Namq; ſi modum ſecundũ,
& quartum obſeruamus, acceſſorium eam eſſe ma-
gis eſt credere, ideſt quia potior, aut principalior te-
ſtatoris voluntas circa inſtitutionem ipſam verſatur
263 & quia vbi introducta † ſemel in teſtamẽto eſt, cõ-
ſiſtere ſine eo nequit quamuis introduci ſine eo poſ-
ſit in codicillis puta. Qua ratione fit, vt hæreditate
non adita, fideicommiſſum pereat, l. ille à quo, § ſi
de teſtamento infra ad trebellia. l. apud Iulianum. §.
idem Iulianus eod. tit. l. eam quam, C. de fideicom.
Barto. in l. 1. num. 32. verſi. vlterius quæro an teſta-
mentum in l. centurio, num. 32. ſupra de vulga. & in
l. quamdiu vltima in fin. ſupra de acquiren. hæredit.
de quo ſupra etiam num. 244 Rationem eandem, &
legata habent.

Conſtat ex his, rationibus pluribus acceſſoriam
ſubſtitutionem pupillarem teſtamẽti paterni, quam
fideicommiſſariam, legatavè eſſe. Ratio enim illa
in ſubſtitutione pupillari verſatur, quod introduci
ſine teſtamento patris non poteſt. Quod contra in
fideicommiſſaria, legatisvè eſt, quæ adſcribi in codi-
264 cillis poſſunt. Neque † mirum videri cuiquam id
debet, quandoquidem quod præcioſius eſt, accedere
ei poteſt, quod præcioſum minus ſit. §. ſi tamẽ alie-
nam purpuram Inſtit. de rer. diuiſ.

Quaſi principalis tamen ſubſtitutio intelligi fidei-
commiſſaria poteſt ſubrogationis cauſa, ſiquidem
265 † vicem hæredis fideicommiſſarius ſuſtinet, reſti-
tutione hæreditatis facta, vſq; adeo vt iura hæredita-
ria omnia tam actiuè, quam paſſiuè in fideicommiſ-
ſarium ipſum transferantur. l. reſtituta & l. facta infra
ad Trebel. §. reſtituta inſti. de fideicom. hæred. Idem
enim fideicommiſſi reſtitutio in ſubſtituto, atq; in
hærede additio operatur, l. 1. & 2. ff. de fideicom. hæ-
redi. petitio. Quæ ſubrogationis ratio expreſſa à no-
bis hic eſt nu. 20. verſ. quid dicendum.

266 Circa codicillos, vtrum acceſſorij † teſtamenti cẽ-
ſeãtur, tractatum hic habemus nu. 21. & duobus ſeq.
ſed enim explicatius declarari res poteſt, modos ac-
ceſſoriorum diſtinguendo. Namq; ſi modum pri-
mum accipimus, quo acceſſorium illud intelligitur,
quod alij accedit, & rei alterius cauſa paratur, acceſ-
ſorij codicilli non videntur, cum teſtamenti cauſa
non fiant, vt ei ſeruiant, verum vt obſtent potius, ſi
quid mutatum eorum ſit, quæ ſcripta in teſtamento
ſunt. Derogatio tum enim, non acceſſio teſtamenti
fit, & quamuis induci acceſſio poſſit, perpetuum ta-
men, aut generale id non eſt. Quare concludens
acceſſorij probatio ſecundum modum hunc priorẽ
non ſequitur.

Aequè acceſſorij codicilli ad modum ſecundum
non videntur, & quidem quantum ad denomina-
tionem, in expedito res videtur, cum nomen eis ſpe-
ciale, ſeparatumq; ſit, l. ſi idem, C. de codicillis, idq; ex
diuerſitate titulorum apparet, de teſta. de iure codi-
cil. & de codicil, de quo plenius ſupra nu. 76. Cauſa
eadem videtur, hic intentionem diſponentis princi-
palem intuemur. Principalis quippè diſponentis in-
tentio ad ea in codicillis ſpectat, quæ expreſſa in eis
ſunt. Neq; dici poteſt, ad inſtitutionem in teſtamẽ-
to ſcriptam teſtatoris mentem referri, in qua inſti-
tutione caput ipſum teſtamenti verſatur, l. proximè
ſupra de his, quæ in teſt. delen. Quoniam quod ad
inſtitutionem, & ius eius directum attinet, mutatio-
nis quicquam fieri in codicillis nequit, §. penul. inſti.
de codicil.

Si tertium modum acceſſorij intelligendi conſi-
deramus, ideſt cum ſint principali introduci id ne-
quit, inepta queſtio teſtamento nullo condito vi-
detur, nam cum introduci ab inteſtato poſſint, ine-
ptè quæritur, vtrum acceſſorij tunc teſtamenti ha-
beantur, ſiquidem qualitas nulla, non entis ſit, l. 2. ff.
de vſufruct. & id genus alia teſtamento planè facto,
etiam

etiam ſecundum modum hunc tertium acceſſionis
267 intelligi iure poſſunt, quoniam † vires accipere, aut ad effectum perduci ſine teſtamento ipſo nequeunt a quo confirmantur, l. ante tabulas ſupra de iure codicil. §. ſed cum ante inſti. de codicil. glo. in l. libertates, t. ff. de manu. teſtam. Alex. in l. 1. num. 11. in fin. ibiq; Iaſ. num. 40. verſi. ad illum tex. & apud nos nu. 124. infra eodem. Inde fit, vt non aliter confirmatio hæc codicillorum fiat, quam ſi ex teſtamento addita hæreditas ſit Bar. in l. ſi quis. §. teſtamento ſupra titulo 1. Guido Papæ in conſi. 28. num 5. verſic. tum quia licet. Quam rem indignam memoratu non credam, non difficulter enim exiſterent, qui contra arbitrentur, vt hæredis legitimi aditione confirmatio codicillorum omnino fiat.

Circa quartum modum, acceſſorij intelligi codi-
268 cilli poſſunt, qui † perire vna ſimul cum teſtamento ſolent. l. 1. C. de codicil. Quod perpetuum tamen non eſt, verum declarationes admittit, de quib. apud nos hic nu. 23. In qua re Iaſ. ingenium obſeruandum. Namque cum id ſenire gloſſ. ſcribit, vt acceſſorij teſtamenti, codicilli non æſtimentur, quandoquidem de acceſſorijs tractari in titu. de lega. nunc primum dicat. gloſſam ipſam oppugnat, inter acceſſiones inſtrumenti hoc ipſo codicillos referendos ſcribens, quod ab eo pendent, vt potè quo extincto codicilli, quoq; pereant. d. l. 1. C. de codicil. ſed enim argumento hoc aliter non dilato, ad glo. opinionem comprobandam ſe confert.
269 Ego nodi huius explicandi † cauſa, caſus quinque meditandos hic retuli num. 23. Circa primum caſum, quotiens teſtamento inutiliter, vicioſeq; ſcripto, codicilli fiunt vtiles eos inteſtato manere. Cyn. Alex. & alij in d. l. 1. C. de codicil. ratio dicti huius eſt, quoniam vbi nullum teſtamentum eſt, pro eo res habetur, vt ſi factum omnino non ſit. l. 2. §. 1. ibiq; Dec. in quarto nota. ff. quod quiſq; iur. l. fin. ff. de lib. & poſt. & nihil agere dicitur, qui inutiliter quid agit, l. 1. in fin. ff. quando dies vſufruct. lega. ced. l. 2. in fin. ff. de pœnis. l. 1. in fin. ff. ſi tab. teſta. nullæ exta. l. ſi aut nullum, C. de legi. hæredi. & infinita id genus Quod cum ita ſit, perinde res eſt, vt ſi ab inteſtato conditi codicilli eſſent, neque pendere à teſtamento poſſunt, quod pro non facto habetur.

Ratio eadem caſus ſecundi eſt, de quo num. 23. verſi. ſecundus caſus, quatenus teſtamento quidem condito, verum in defectum eius codicilli fiunt, ideſt caſu quo viribus teſtamentum deficiat, aut reſciſionem patiatur. Ratio enim eadem & hic verſatur, ne vna ſimul cum teſtamento codicilli pereant, cum ad eum caſum referantur, quo ad irritum teſtamen-
270 tum recideret, & obſeruandum, in caſib. † his duobus per auctén. ex cauſa, C. de lib. præter. codicillos non ſuſtineri. Si quidem iure priuilegiario aucten. illa tuitur, conſequenter iure priuilegiario conſeruatio legatorum, & fideicommiſſorum fit. Codicilli planè ſub caſibus his duobus iure ordinario conſiſtunt, ideſt ab inteſtato valent, vt Alex. docet in conſ. 161. in tertio dubio lib. 2. Per magni autem refert, per aucten. ex cauſa, an iure ordinario vtiles codicilli maneant, quoniam fortius ius commune priuilegio eſt. l. eius militis, §. militia miſſus ſupra de teſta. mili. neq; locus perpetuo conſeruationi eſt, quæ per d. aucten. ex cauſa fit, vt ibi habetur.

Tertius caſus vacuus, & ipſe ab omni dubitatio-
271 ne eſt, vbicunq; † ab inteſtato codicilli fiunt, teſtamento vllo non condito vtili, nec inutili, vires enim per ſe, & quaſi principales codicilli habent cum à teſtamento vllo non pendeant, l. 3. l. ab inteſtato, & l. penul. ſupra titu. 1. Quo caſu aditione hæredis legitimi confirmantur. glo. in l. qui filio, §. 1. in verſi. ex codicillis ſupra de hæredi. inſt. Alex. in l. nemo poteſt, nu. 10 in fin. infra eo.

Quartus caſus, cum teſtamento vtiliter condito
272 ſimpliciter codicilli, non etiam † in defectum eius fiunt, vt cæterum reſciſionem poſtea teſtamentum patitur, poſthumi puta natiuitate. Quo caſu teſtamento diſſoluto, non poſſunt vna cum eo codicilli non euerti. l. ſi quis cum nullum, §. fin. l. ab inteſtato in fin. ſupra titu. 1. l. 1. C. de codicil. Conſeruari tamen codicilli in caſu iſto per d. aucten. ex cauſa ſoleni, vt Alexan. docet in d. conſi. 161. in tertio dubio lib. 2.

Quintum caſum adſcriptum Dec. reliquit in cōſ. 456. col. fin. Quem expugnatum hic habemus num. 23. verſi. tertius caſus.

Apparet ex his, quotiens ab inteſtato codicilli valent, quòd in caſibus tribus memoratis contingit, extra controuerſiam rem eſſe, acceſſionis vice eſtimari codicillos non poſſe, negociū omne in caſu quarto verſatur, in quo acceſſorij codicilli rationiſq; euiſdem, atq; legata videntur, vt Iaſ. hic ſcribit. Idq; probari ex tex. videtur in d. l. ab inteſtato in fin. ſup. tit. 1. vbi ius teſtamenti codicilli ſequuntur.

Ne multis, etiam teſtamento vtiliter condito, & quaſi principale, & quaſi acceſſorium iudicari reſpectibus diuerſis codicilli poſſunt, quaſi principale, quia principaliter, & propter ſe, non propter teſtamentū fiunt, ſeu fieri poſſunt, mutando, vel addendo, l. ius ciuile. ff. de iuſti. & iure, inficias tamen non eo, quin accedere, & teſtamento eidemq; ſeruire poſſint, ſi propter ea, quæ expreſſa in teſtamento ſunt, codicilli fiunt, declarando puta, aut efficacius confirmādo, pœnam veluti adijciendo, ſi factum quicquam contra ea erit, quæ ſcripta in teſtamento ſunt. Rurſus cenſeri quaſi principale poſſunt, vbicunq; id genus aliqd in codicillis fit, q̄ in eis fieri ab inteſtato nequit veluti cum ius aliquod directum in codicillis datur, quod dari ſine teſtamento non poteſt iux. tex. in l. 2. §. 1. ſupra tit. 1. Tum enim quaſi pars teſtamēti, & æquè principalis iudicātur, quādoquidem quod ſcriptum in eis eſt, perinde habetur, vt ſi ſcriptum in teſtamento eſſet, d. §. 1.

Equè iudicari vti acceſſorij teſtamenti poſſunt, q̄ vna ſimul cum eo intercidunt, vti dicta ante in caſu
273 quarto habemus. Sed † dicturus quiſpiam erit, abſurdum videri, rem eandem iure diuerſo cenſeri l. cū qui ædes, ff. de vſucapio, l. in quartam. §. 1. ibiq. glo. in ver. à coherede in fi. infrà ad legem falcid l. ideoq; & l. libertas, ff. de teſtam. manu. c. cum in tua de decim. c. quia circa de priuileg. clem. 1. de electio. c. cognouimus. 12. q. 2. Reſpondetur, locum argumento nō eſſe, reſpectibus diuerſis interuenientibus. Quare priuatum ſolum eſſe ripe poteſt, quamuis publicus vſus eius ſit, l. ergo, §. 1. ff. de acqui. rerum. dom. §. riparum inſtit. de rerum diuiſio. Curt. ſen. in conſ. 56. ſuper eo num. 10. tex. huc pertinet in l. ſi ſterilis, § fi. ff. de actio. empt. quem Signorol. citat in conſ. 88. nu. 11. verſ. item non obſtat, quod eadem res. Eodem tex. pertinet in l. miles. §. fin. infra titu. 1. not. gloſ. in cap. cum capella de priuil. Reſpectibus planè, rationibuſque diuerſis, & quaſi principales, & quaſi acceſſorios codicillos eſtimari demōſtratum habemus. ex tex. quę & ſignificantius id oſtenditur in l. penul. ſupra quem. teſta. aper. vbi codicillos, & ſubſtitutionem pupillarem partem teſtamenti text. nuncupat. Atqui, & partis, & ſequelę, loco ſubſtitutionem pupillarē text. habet in d. §. liberis inſtit. de pupilla. ſubſtitu. id quod fieri niſi reſpectibus diuerſis non poteſt, niſi ſi partem accidentalem, aut qualificatiuam intelligimus.

Sed dubitatio maior incurrit, cum iure duplici reſpectibus diuerſis cenſeri codicilli poſſin, & parti & acceſſionis, Quomodo eos in re dubia ęſtimabimus, verum quaſi partem teſtamenti principalem,

an

274 an quaſi acceſſorios. In ſpecie hac † ad mixti tractatum adeundum, ideſt quomodo iudicari caſum mixtum oporteat. De quo apud Bar. in l.3. §. fi. ſupra ad Sillania. Alex. in conſ. 100. colum. fin. lib. 3. Bart. & alij in l. 2. in prin. ff. de verb. obliga. & aliquid hic apud nos nume. 122. & ſeq. Mixtus enim hic caſus incurrit, cum & principalis, & acceſſionis naturã reſpectibus diuerſis codicilli participent. Rurſus in re dubia ad doctrinam illam decurrẽdum, vtrum ſimpliciter, an etiam ſecundum quid intelligi verba debeant, de quo in l. hoc legatum infra de lega. 3. & aliquid hic apud nos nume. 96. Doc. in c. ſtatutum de electio. lib. 6. Ius idem probandum, & in ſubſtitutionibus erit, quibus caſibus iudicari vti acceſſorium, atq; vti principale poſſunt. In qua re etiam ſpectãdum illud erit, vtra pars potentior conſtet acceſſorij, an principalis iuxta. l. quæritur. ff. de ſtatu homi. & alios per materia ſubiecta dirimenda res erit.

Quod ad quintum modũ acceſſorij iudicandi attinet, in expedito res eſt, acceſſorios teſtamenti codicillos nõ dici, vt pote quibus carere teſtamenrũ põt.

275 Prætereundum non duxi in materia hac † acceſſoriorum vocabulis ea diuerſis à iuriſcõſultis exprimi, Principio verbo ipſo accedere vtuntur l. 1. §. ait prætor. ff. nau. caupo. ſtabul. Ibi hæc mercibus accedũt. l.4. in fi. co. titu. tex. omnium ſcitiſſimus in l. ſi ego. §. quod tamen. ff. de publicia. Ibi quod per alluuionem accedit, ſimile fit ei, cui accedit hoc eſt, quod vulgo dictitant, naturam principalis acceſſorium ſequitur.

276 Secundo nomine ipſo † à verbo deſcendente iuriſconſultus vtitur, ideſt acceſſio. l. in rem. §. item quæcunque. ff. de rei vendica. Ibi quæcunque alijs iuncta ſiue adiecta acceſſionis eius loco cedunt. In eandem ſententiam tex. eſt in l. fundi. ff. quibus modis vſusfruc. amit. l. veſtis in prin. infra de aut. & arg. lega. l. 2. infra de pecul. lega.

277 Tertiò incrementi nomine † acceſſorium quãdoq; nuncupatur. l. ſi ita relictum. §. pegaſus infra de lega. 2. Ibi cum omni incremento reſtituendum, ideſt cũ omnibus acceſſorijs.

278 Quarto in eundem ſenſum † impoſitionum vocabulum adhibetur, veluti cum villam teſtator cum impoſitionibus omnibus legat. l. titia. 1. §. 1. infra titu. 1. l. 2. § 1. infra de fundo inſtruct. Quæ verba cum ſuis impoſitionibus, idem pollere, atque illa videntur cum ſuis pertinentijs, aut acceſſorijs.

Quintò eiuſdẽ generis verba illa ſunt, cum ſua
279 † indemnitate. l. item. ff. de dolo. Ibi placuit actionem in factum cum ſua indemnitate competere. Ideſt non ſolum ob rem ipſam principalem, ſed ad omnia etiam acceſſoria damnorum, impenſarum, & intereſſe, vt verbis tabellionum vtar, actio illa in factum datur.

280 Sexto eiuſdem ſignificationis dictio † cauſa legitur. l. Iulianus. §. 1. ff. de rei vendica. Ibi vſq; adeò autem hæ cauſæ veniunt. Ideſt hæc acceſſoria. & ibi reſtitutionem cum omni ſua cauſa habendam. Idem ex tex. probatur in l. ſed & partus. ff. quod metus cau. Eodem tex. ſpectat in l. quæſitum. §. fi. infra co. ibi cauſa eius temporis, quo lis conteſtari debet, reputabitur actori. hoc eſt poſt literæ conteſtatã acceſſoria actori debentur.

281 Septimò in eodem ſignificatu † additamentum accipitur. l. prædijs. §. qui domum infra de lega. 3. Ibi & ædium hortus additamentum fuit. d. l. malum infra de verb. ſignif.

Octauò in eandem ſignificationem ſequuntur
282 verbum, aut conſequuntur † venit. l. quæ pater. §. famil. hereiſc. Ibique res datas conſequuntur, ideſt rebus datis accedunt, ſeu acceſſoria earum ſunt. Inde ſequela pro acceſſorio. d. §. liberis inſti. de pupilla. Inde pediſequa, quæ dominæ pedes, ceu acceſſoria ſequitur. & quæſtionem pediſequam grammatici vocant. i. acceſſoriam, quæ ex quæſtione alia pendet,

Nonò eiuſdem poteſtatis verba illa ſunt, cum
283 inſtrumentis † toto titu. infra de fundo inſtruc. & l. penult. infra ad legem Falcid. Ibi cum inſtrumentis, & quicquid ibi fuerit. & ita inſtrumentum pro acceſſorio Criſpus hic accipit nume. 58. Aluarus num. 8. in fi. cum tex. nominant in l. fin. infra de fundo inſtruc. acceſſorium non dici, quod pars rei eſt.

Decimo acceſſorij vocabulo tex. canonũ vtitur in reg. acceſſorium lib. 6. Quam vocem apud iuriſconſultos legere non memini.

Ex concluſione illa, teſtamenti appellatione largè codicillos contineri, vt ſuperius nume. 71. &
284 ſequentium agmine, illationem † ſequi in ſcriptis prioribus diximus num. 22. diſpoſitionem l. ſi non ſpeciali. & l. ſi vnus in verſic. coram. C. de teſtam. ad codicillos etiam trahendam. vt æque in codicillis, atque in teſtamento in conſpectu teſtatoris eſſe teſtes oporteat, ita vt mutuum ſe aſpiciant. Idque viſum Decio eſt in conſil. 354. contra Matheſila. nota. 125. cui Alex. aſſentitur in d. l. ſi non ſpeciali. firmamus in verbo codicillus verſi. 26.

Vltra iam ſcripta, ratione minimè leui Decij opinio iuuatur, à ratione d. l. ſi non ſpeciali argumentando. Ratio enim non alia eſt, niſi quòd morbo affectis vocisq; ſtatus facilè mutatur. Quocirca falli teſtes in cognitione vocis non difficulter poſſunt, vt Bart. not. in l. 2. §. Item labeo. ff. de aqua plu. ar. Quam rationem Alex. admittit in conſil. 24. nume. 10. lib. 2. Quod cum ita ſit, ſupponi alius teſtatoris loco facile poſſet, qui iacentem extinctum, aut femininum ſimularet, vocesque eius effingeret. ſic quomodo Fulgo. conſiderat in d. l. ſi vnus.

Ratio hæc æque in codicillis, atque in teſtamen-
285 to verſatur. Ratione plane eadem † interuenientc, quod diſpoſitum in vno caſu eſt, ad alium extenditur, qui ſub expreſſo ex ſignificatione larga, aut lata continetur. ſeu permitti extenſio de ſignificatione ſtricta ad latã ratione eadem interueniente ſolet. l. filium habeo. ff. ad macedo. l. libertum. §. 1. ff. de ritu nup. Cy. in l. 1. in quarta oppo. C. quæ ſit longa conſue. Alexan. in l. 3. §. ſi procurator in fin. ff. quod quiſq; iur. Dec. in c. 1. in prin. de conſt. in c. in præſentia num. 44. verſic. prætcrea etiam in iſto caſu de probatio. & in conſi. 372. colum. 3. circa fi. & apud nos in tract. de antiq. temp. par. quarta. num. 41. in conſ. 155. num. 8. & hic in ſcriptis prioribus num. 31. ſed enim teſtamenti appellatione largè codicillos contineri, teſtatum ſatis in ſuperioribus habemus.

286 Secundo obſeruandum, nec in contractibus † teſtimonium eius indiſcriminatim admitti, qui contrahentes non vidit, at notas voces eorum habere ſolummodo aſſerit. Namq; vt omittam, idem in contractibus, atque teſtamentis Baldo, & Ang. placuiſſe in d. l. ſi non ſpeciali, Locum tamen opi. diuerſa ita habet, ſi paulo ante viſi contrahentes à teſtibus ſunt, Deinde tempore breui interpoſito, auditi fuerunt autore Abb. in c. cum cauſam num. 9. de teſtib. quem Alex. refert, nec improbat in d. l. ſi nõ ſpeciali in vltimis verbis. Idem Felyno viſum in c. præterea nu. 4. de teſtib. Rum. cõſ. 46. col. 4. ante med. lib. 4. Beneuent. in conſ. ſuo poſt Cardi. reſponſa num. 4. vt aliud viſum Alexandro à neuo fuerit inter conſi. Alex. in conſ. 99. nu. 5. lib. 3.

Tertio dictione forte Monteſila. vtitur. d. nota. 125.

225. Quocirca negare non licet, quin animi dubius
in ſpecie hac fuerit.
Quarto fraudis arcēdæ cauſa diſpoſitio introducta.
d.l.ſi non ſpeciali eſt, ſic quomodo ex ratione præ-
287 narrata oſtenditur, interpretationem † planè ſla-
tam in lege fieri conuenit, quæ fraudibus occurren-
di cauſa facta ſit, l. 1. in fin. ff. de calumnia. l. ſed Iulia-
nus in princip. & §. ſed mutui datio. ff. ad macedo. c.
quanto de priuileg. cum alijs apud Decium aggre-
gans in conſi. 5. in fin. in conſi. 196. col. 1. in conſ. 277.
col. 2. in conſ. 301. col. 2. & in conſ. 398. in fin. Bal. hic
quadrat in conſ. 184. municipali col. 2. in fin. lib. 5. æ-
quum, bonumq; ſtatutum æſtimari, quod compa-
ratum ob fraudes pellendas eſt, fraus hæc non minus
in codicillis committi, atq; teſtamentis poteſt ob id.
288 latam fieri interpretationem oportet, lata † planè
idem, ac impropria eſt, ſi quidem ſtrictam in mate-
ria quauis, vel pœnali ſeruari conuenit. Si dixeris,
ratione hac perſpecta, ius idem, & contractuum eſſe,
Reſpondetur, non perinde facilem occaſionē frau-
dis in contractibus eſſe, qui à validis perficiuntur.
289 Circa ea, quæ ſcripta à nobis † hic ſunt in priori-
bus commentarijs. num. 24. & circa concluſionem
primam, non valere actum, vt valere poteſt, quo-
tiens reſtrictus ad effectum certum eſt, ex Bald. id iu-
uatur in conſi. 470. ſtatuto cauetur, quod ſi vltima
dies lib. 1. per tex. in l. 2. §. 1. ff. de conſti. pecu. ſed &
tex. melior præter Bald. affertur in l. 3. §. ſed & ſiqui-
dem cum tutor, ff. iudi. ſolui. vbi ſtipulatio illa iudi.
ſolui ab aliquo interpoſita pupilli nomine, non cō-
mittitur, ſi interpoſita quaſi à tutore non eſt, quam-
uis tutor verè eſſet id quia limitata ad nomen aliud
erat, amici puta, aut geſtoris negociorum.
290 Secundo videndum circa † rationem, l. non codil-
lum, C. de teſta. quam Caſtre. affert in l. proximè ſu-
pra de his, quæ in teſtam. delen. ideſt reſtrictam vo-
luntatem teſtatoris ad teſtamentum in d. l. non co-
dicillum, eamq; reſtrictionem inde colligi, quod
hæredem inſtituit, quamuis teſtium numerus adhi-
bitus pro teſtamento non ſit, cum pauciores quam
ſeptem interuenerint, quam declarationem admit-
tere, Ripa videtur Caſtren. tamen mentione non fa-
cta in l. centurio num. 31. verſi. ſed vltra alios ſupra
de vulgari. Namque ſi ad hunc modum reſtrictio-
nem deducimus, per raro iure alio actus cōualeſcat.
ſemper enim obijcietur, ad ius expreſſum diſponen-
tis voluntatem reſtringi, obſtareq; Caſtren. declara-
tioni, & reſponſioni tex. videtur in l. filiusfamilias. §.
vt quis hæredem infrà eo. in l. ex facto in prin. & in l.
ſceuola infrà ad trebel. vbi verba directa ad obliqua
trahuntur. Sic quæ iure directo valere diſpoſitio non
poteſt, iure obliquo cōſiſtit, vt valere poteſt, ne inu-
tilis actus fiat, atqui ſi veram Caſtren. reſponſionem
dicimus, ad ius directum reſtricta diſponentis mens
erat, à quo mentio facta hæredis eſt.
291 Secunda Caſtren. reſponſio † ad d. l. non codicil-
lum, de qua in conſi. 414. col. 2. poſt med. lib. 2. Id-
circo iure codicilli teſtamentum non valere, quòd
ſpecies diuerſæ ſunt, ex tex. iuuatur in l. 3 ibiq; Bald.
in quinto nota. & Fulgoſ. in tertio nota. C. de repu.
hæredi. vbi tranſactio vicioſa, quæ re nulla data, aut
accepta facta eſt, quaſi pactum gratuitum, ideo non
valet, quod ſpecies diuerſæ habentur.
In eandem ſententiam tex. videtur in l. multum
intereſt, C. ſi quis alteri, vel ſibi, quem tex. Corn. ci-
tat in conſ. 202. col. 2. circa med. lib. 4. Reſponſio
hæc improbata à nobis in ſcriptis prioribus eſt, qui-
bus monſtratum habemus, ad ſpeciem diuerſam
verba trahi actus confirmandi cauſa, id quod ex tex.
etiam oſtenditur in d. l. filiusfamilias, §. vt quis hære-
dem infra eod. in d. l. ex facto in princ. & in d. l. ſceuo-
la infra ad trebellian. quo pacto igitur leges iſtæ con-
ciliari inter ſe poterunt, quæ aduerſariæ inuicem vi-
dentur.
Obſeruandum rationem, d. l. 3. C. de repu. hæredi.
non eam videri, quod ſpecies diuerſæ tranſactio, pa-
292 ctumq; ſunt, verum quia † ad pactum gratuitum
voluntas filij tranſigentis non ferebatur quo caſu
inutilem actum fieri lex patitur, potiuſquam contra
voluntatem diſponētis valeat, l. verbis ciuilibus ibiq;
Iaſ. in ſexto nota. ſupra de vulga. Deci. in l. in contra-
henda in fin. ff. de reg. iuris. Cæterum vbicunque in
actu diuerſæ ſpeciei voluntas diſponentis concurrit,
vires actus vnus ab alio diuerſo accipit, in eumque
mutatio fit. l. inſulam. ff. de præſcrip. verſ. l. miles ad
ſororem, l. cum pater, §. donationis infrà tit. 1. d. l. fi-
liusfamilias. §. vt quis hæredem, d. l. ex facto, & d. l. ſce-
293 uola. Hoc ita, ſi ad actum diuerſæ † ſpeciei ver-
ba referri ex larga ſaltem ſignificatione poſſunt, l. tu-
tores, §. 1. ſupra de adminiſt. tutor. Aretin. in l. à tito
col. fin. ff. de verbor. oblig. Dec. in d. l. in contrahenda
num. 10. Iaſ. in l. 1. §. 1. col. 1. in fin. ff. de op. noui nun-
cia. Quibus in locis habetur, impropriè verba non
aliter intelligi actus confirmandi cauſa, niſi ſi large
ſaltem ſignificationem extenſiuam admittant, ſeu
niſi ſi large actum ſignificent, in quo robur habere
poteſt.
294 Si dixeris, declarationi † huic tex. obſtare in d. l.
multum, vbi ad commodum vxoris, mariti volun-
tas ferebatur, at enim in actu diuerſo actus non ſuſti-
netur, acquiſitio enim per maritum tanquam pro-
curatorem vxoris vires, neq; in marito, neq; in vxo-
re habet, quia neutri acquiritur, neque quaſi ex actu
nuncij ſuſtinetur, qui in perſonam domini verba cō-
cipit. Reſpondetur, idcirco id ita fieri, quod neque
propriè, neque impropriè, ſtrictam nec large eam
interpretationem verba admittunt, vt quæ concep-
ta verba in perſonam vxoris ſunt, ad maritum refe-
rantur, & quod acquirere vxori propoſuit, ad mari-
tum ipſum perueniat, vxori item ob id non acquiri-
tur, quod alteri acquiri per alterum non poteſt, qua-
re in poteſtate cuiuſquam non eſt, vt contra quam
lex patiatur, alteri acquirat. l. nemo poteſt infra cod.
iuncta, l. ſtipulatio iſta. §. alteri, ff. de verbor. oblig. &
declarat glo. penul. in d. l. multum. Roman. ſing. 690.
ſi procurator.
Apparet ex his, reſponſionem ſecundam Caſtre.
ad d. l. non codicillum, quæ actuum diuerſitate niti-
tur, iure non defendi, quando quidem ratio haberi
diuerſitatis huius non ſolet, dum voluntas modo di-
ſponentis non abſit, offenſioque nimia verborum
non interueniat. Diuerſæ enim ſpeciei ſubſtitutio-
nes euidenter ſunt directa, & obliqua. At enim quę
iure directo valere initio non poteſt, in obliquam
abit, iureque obliquo conſiſtit, d. l. filiusfamilias, §. vt
quis hæredem, d. l. ex facto in prin. & d. l. ſceuola. no.
in d. l. verbis ciuilibus, de quo ante etiam nu. 290. ver.
namq; ſi ad hunc modum.
Reſponſionem tertiam ad d. l. non codicillum
295 Caſtren. ibi adijcit, peccatum ibi in † forma eſſe
ob id iure alio actum non ſuſtineri, quæ ſolutio Bal-
do ibi Fulgoſioque non placet, ſiquidem non
minus materię vitium, atq; formæ ſit, cum ſine ma-
teria teſtamenti, aut contractus ius non conſiſtat, eā
ob rem contractus non minus fit quotiens in mate-
ria erratur, quia vnum pro alio veneat, atque vbi in
forma, l. in venditionibus in fin. ff. de contra. emp. ſed
reſponderi poteſt, immo grauius formę vitium atq;
materiæ eſſe, l. an inutilis in princ. ibiq; glo. & Bart. ff.
de acceptila. glo. in l. ſi vnus, §. penul. ff. de pactis. Alex.
in conſi. 138. num. 11. verſi. idem voluit Iaco. de Bel-
ui. lib. 1. Iaſ. in l. barbarius, num. 43. verſic. quarto pro
296 iſta cōi ſententia, ff. de offic. prætor. Neq; † ad rem
tex. attinet in d. l. in venditionibus in fi. Idcirco enim

irri-

irrita venditioq; emptio quæ vitio materiæ fit, quoniam error in ea interuenit, atq; ideo conſenſus defuit. l. ſi per errorem, ff. de iuriſd. om. iudi. Quo conſenſus defectu admiſſo, nihil diſtat, vtrum in forma, an in materia vicium interueniat, vt expreſſim text. ait in d. l. an inutilis in prin.

297 Sed aliter reſponſio † confutari Caſtrenſ. poteſt. Idcirco enim in d. l. an inutilis ex vitio formæ in totum acceptilatio intercidit, neq; vti pactum ſuſtinetur, quod expreſſim acceptilatio agebatur, ſic limitatus animus ad eam erat. Quæ limitatio non æquè apparet in ſpecie, d. l. non codicillum, cur non æque iure codicillorum, atq; teſtamenti diſpoſitio valeret, cum expreſſio facta teſtamenti non eſſet. Secundo à partibus ſatis enumeratis reſponſio hæc Caſtren. refellitur, cum diſcrimen inter vicium formæ, & materiæ conſtituit. Namq; aut limitatam diſponentis volũtatem ad teſtamentum dicimus, aut negamus. Si limitatam confitemur, nihil differre videtur inter
298 vicium formæ, & materiæ, ſiquidem † extra limites ſuos voluntas non exeat, neq; effectum maiorem producere actus poteſt, quam diſponentis animus patitur, l. non omnis in prin. ff. ſi cert. pet. l. operis nõ poſitis, ff. de oper. liber. l. 1 §. iulianus. ff. de itin. actuq; priua. l. tutori. C. de nego. geſt. l. tutores qui, C. de admi. tutor. l. voluntariæ, C. de excu. tu. l. fin. C. ne vxor pro mari. Bart. in l. titium, & meuium, §. altero, ff. de adminiſt. tutor. Anchar. in conſi. 400. de iure communi circa princ. Aut limitationem hanc voluntatis non admittimus, & allegari tunc vicium formæ non poteſt, quandoquidem formę vicium in actu non ſit, ex quo ſuſcipere robur poteſt, verbi gratia in d. l. non codicillum ſi limitatus animus ad teſtamentum non fuit, cur non vires diſpoſitio habere ex codicillis poteſt, in quibus formæ vicium vllum non interfuit. Quare ab eo ſolummodo pendere negocium videtur, vtrum ad actum, verum magis quam alium reſtrictus animus videatur.

Apparet ex his, iure gloſ. & Doc. ſenſum non iuuari in d. l. an inutilis in princ. cum referre inter formæ, atq; materiæ vitium putant, immo enim ob id acceptilationis actus omnino perit, neq; vti pactum valet, quòd acceptilatio, non pactum ageretur limitatusq; animus ad acceptilationem eſſet, neq; conſenſus in pacto verſaretur. Quo conſenſu admiſſo, vtilem ex pacto actum fieri non obſcurè tex. innuit in forma peccatum, vel in materia ſit.

299 Solutionem quartam ad d. l. non codicillum † Bar. ad ſcribit in l. 1. §. ſi quis ita, ff. de verbo. oblig per magni referre, totius, an partis confirmatio verſetur, ſi de toto confirmando agitur, tranſitum in ſpeciem diuerſam non fieri, neq; ex ſpecie diuerſa actum valere, id quia totius tum nomen periret, vt in d. l. non codicillum teſtamenti enim nomẽ deſineret, ſi in codicillum abeat. Cauſa alia, d. l. filiusfamilias. §. vt quis hæredem, d. l. ex facto, & d. l. ſceuola eſt. in quib. ſubſtitutionis ſolummodo transformatio vertitur, toto ipſo, ideſt teſtamento, incolumi, atq; integro manẽte. ex tex. Bar. hæc reſponſio iuuatur in l. iuriſgentiũ, §. adeo, ff. de actis, vbi facilius contractus reformatio, quam extinctio permittitur, diſtinctionem hãc Bar. Soci. amplectitur in l. ſi mihi, & tibi. §. in legatis col. 2. circa fin. infra eo. Rui. in conſ. 27. col. 2. in fi. lib. 1. Doc. & alios cum Bar. facientes Iaſ. refert in d. l. 1. §. ſi quis ita col. 5. ſed & receptum Bar. doctrinam Corn. teſtatur in conſ. 202. col. fin. lib. 4.

Diſtinctioni huic Bar. Salicet. contradicit in d. l. nõ codicillum, per reg. l. quæ de tota, ff. de rei vendicat. vnde ſi in ſpeciẽ diuerſam abire totũ non debet, nec pars. Alia item contra Bar. oppoſita à nobis hic ſunt num. 24. verſi. tertiam declarationem. Bart. item ob-
300 ſtare, & regula † illa videtur, quod auferre ex toto non licet, id nec minuere, l. cum filius in fin. ſupra de teſta. mili. l. quod de bonis, §. fin. infra ad legem falc. l. ſi optio, ff. qui, & à quibus. Bal. in trac. ſciſma. num. 12. circa fin. poſt titu. C. ſi quis aliq. teſta. prohib. in tit. de pace conſtan. in verbo amplius conſueuerunt nu. 2. & in conſ. 326. Rex romanorum, nu. 9. poſt med. lib. 1. Soc. in conſ. 74. nu. 20. lib. 1. Iaſ. in conſ. 1. col. 3. circa prin. lib. 1. refelli tamen arg. hoc poteſt, ad eum pertinere, cui auferendi aut actus perimendi poteſtas non eſt, ius aliud in eo ſeruandum, à cuius arbitrio res tota pendet, reformationem in eo facilius, quã actus totius interitum admitti, & præſumi. Tertio contrarius Bar. tex. videtur in d. l. miles ad ſororẽ, & in d. l. cum pater, §. donationis infra tit. 1. vbi diſpoſitio ipſa tota in ſpeciem diuerſam abit.

Solutionem quintam ad d. l. nõ codicillum. Iaſ. affert in d. l. 1. §. ſi quis ita col. 5. vicium duplex in d. l. nõ codicillum interuenire, ideſt tam reſpectu teſtamenti, quod agebatur ob pauciorem teſtium numerum, quã reſpectu codicilli, qui fieri poterat, ob inſtitutionem, & exhæredationem, quæ fieri in codicillis non poteſt, quæ ſolutio confutata à nobis hic eſt rõne duplici, d. nu. 24. verſ. quartam declarationem, ratione alia, & tertia impugnari Iaſ. ſolutio poteſt, vitiũ non pluſquam vnum. quod ad codicillos attinet, ibi interuenire, quòd inſtitutio in eis facta, & exhæredatio eſt, ob id teſtamenti ſpectandum vicium non eſ-
301 ſe, & cum † ad rem codicilli vicium non attineat, ſi quidem de inſtitutione, & ex hæredatione non quæritur, quæ fieri in codicillis non poſſunt, rationem habendam earum non eſſe arg. eius, quod Bal. ſcribit in c. 1. §. his vero nu. 1. de gradibus ſucceſ. in feu. duplex vinculum in ſucceſsione feudi nõ ſpectari, atq; ideo fratrem conſanguineum à fratre vtrinq; coniuncto non excludi, quandoquidem ad rem coniunctio nõ attinet, quæ ex matre deſcendit, idem Bald. tradit in conſi. 170. col. 2. & in conſ. 304. donatio in fin. lib. 2. vnde cum de fideicommiſſo, & legatis diſceptatio fiat, quæ relinqui in codicillis poſſunt, nihil eſt, quod de inſtitutione, & exhęredatione cõtrouerſia fiat.

Sextam ſolutionem ad d. l. non codicillum Iaſ. hic applicat nu. 14. in fi. ideo quaſi codicillum diſpoſitionem nõ valere, quia inſtitutus hęres in ſcriptura erat, vnde apparet, quod teſtamentum, non codicillos facere teſtator voluit. ex Caſt. in d. l. proximè, eademq;
302 ſolutio hæc, atq; † prima eſt, quod limitatus diſponẽtis animus ad teſtamẽtum erat, quę limitatio præſumi ad actum infirmandum non debet, poſtquam facta teſtamenti mentio à diſponente non eſt, ſi dixeris, ſatis teſtamenti mẽtionem hoc ipſo fieri, quòd hæres in teſtamento ſcribitur. Reſpondetur, hæredis appellatione large fideicommiſſarium continerі. l. ſi filius §. 1. ff. quod cum eo. Proinde ad fideicommiſſarium trahi hæredis appellatio debet, vbicunq; inutilis alias actus fieret Iaſ. in l. centurio col. 11. verſ. ego vltra ſcribentes ſupra de vulg. & hic apud nos nu. 38. iam ſi ad modum hunc voluntatis limitationem admittimus, vix erit, vt iure alio diuerſo actus cõſiſtat. Semper enim limitatus animus ad id dicetur, quod actum expreſsim eſt.

303 Quid igitur dicẽdum, ratione † exhæredationis factum puto, quam ob rem codicillorum iure diſpoſitio non valeat in d. l. non codicillum, in qua non ſolum inſtitutio facta, ſed & exhæredatio eſt, in quam competere mutatio non põt. Quomodo. n. vires exhæredatio accipere ex codicillis poterit, quũ o hæredis legitimi confirmari aditione poterit, cum hæres legitimus ipſe ſit, contradictioq; incurreret, ꝙ hæres ipſe, exhęreſq; fiat, & qua rõne vires exhęredatio accipere ex codicillis non põt, ita ex eis valere inſtitutio non debet, vt in fideicõmiſſum abeat, ꝙ dari in codicillis poteſt, cum diuiduitatẽ voluntas teſtatoris nõ capiat

l. ſi quis ſupra de teſtam. l. furioſum. C. qui teſtam.
fa. poſ. & alia, de quibus ſupra num. 145. Conſequē-
ter declarationi huic, & ſolutioni dicendum, locum
textui non eſſe in d. l. non codicillum, ſi inſtitutio ſo-
la expreſſa ſine exhæredatione in ea ſcriptura ſit, ibi
enim iure fideicommiſſi eam conſiſtere ſimiliter, vt
d. in l. filiusfamilias, §. vt quis hęredem, infra eo. in d. l.
ex facto in prin. & in d. l. ſceuola infra ad trebel.
304 Senſus alius accommodari † ad d. l. non codicillū
poteſt, odij ratione, ideſt exhæredatione factum, quæ
odium habet, quominus ad eum modum, quo cō-
ſiſtere poteſt, actus non valeat, ſiquidem interpreta-
tio admitti in odioſis non ſolet, vt vires actus habeat
quo melius poteſt, vt autor Signorol. eſt in conſ. 41.
nu. 6. verſ. item quando aliquid. Cui reſponſioni cō-
ſequens fit, locum ei eſſe, etiam ſi ab inteſtato conua-
leſcere exhæredatio poſſet.
Sēſum etiam Caſtr. in d. l. proximè, admittere tex.
poteſt in d. l. non codicillum, quod limitatus animus
diſponentis ad teſtamentum eſſet. Limitationē hāc
planè ex actu gemino colligi inſtitutionis, & exhære
dationis, cum efficacior actus duplex ad voluntatem
305 declarandā, atq; ſimplex ſit arg. eius, quod de † vin
culo dici duplici ſolet, l. cum in adoptiuis in prin. ibi-
que Bald. C. de adoptio. §. ſi vero in ſt. eod. tit. §. fin. in
aucten. de conſang. & vteri. fratri. aucten. itaq; C. cō-
mun. de ſucceſ. c. inter corporalia verſicu. vndè cum
non ſit de transla. epi. cap. 1. ibiq; gl. & Doct. de treu-
ga, & pace. Equè ex actu vno geminato efficacius
voluntas demonſtratur, l. vnic. C. de plus petitio. l. ſi
mulier, C. ad ve. leia. Old. in conſ. 253. factum tale eſt
domina, 5. in fin. & id genus innumera, ex tex. conſi-
ſideratio hæc in ſpecie quæſtionis controuerſæ con-
firmatur in l. illud, §. tractari ſupra tit. 1. qui inductus
& explicatus à nobis hic eſt nu. 27. circa fin.
Senſus alius, d. l. non codicillum ex Fulgoſ. ibi eli-
citur, qui ad difficultates has animaduertens cū mo-
dum eis elabendi non haberet, regulam negatiuam
per tex illum compoſuit, non valere actum vt vale-
re poteſt, quotiens inutilis, vt agitur eſt, qua regula
ita concinnata, limitationes tot ad eam accommo-
dari putat, quot ei contradicere leges videntur, ſit ex
legibus contrarijs limitationes excipi regulæ exiſti-
306 mat. Quę † ſanè regula duriciem habet, regulæque
alij vulgatiſſimæ, atq; humaniſſimæ aduerſatur, quæ
ad actum confirmandum pertinet, interpretationē
in re dubia ita habendam, vt vires actus habeat. l. quo
tiens infra de rebus. dub. l. quotiens, & l. à titio ibique
Aret. & poſteriores, ff. de verb. obli. idq; locum vſq;
adeo habet, vt offenſionem verborum lex admittat,
potiuſquam irritus actus fiat, vti ſcriptum hic habe-
mus, nu. 3. 38. 91. & nu. 134.
Quocircà econtrariò regula vertenda, valere actū
quo melius poteſt, ſi inutilis vti geritur, eſt quæ regu-
la memorata iuris regula confirmatur de qua in d. l.
quotiens, & l. à titio.
307 Locum in primis, atq; ſine dubio † regula iſta ha-
bet, vbicunq; ſimpliciter actus geritur, modo vllo nō
expreſſo, ex quo eum valere diſponens velit, ex eo
enim modo vigorem actus accipiet, vnde valere poſ
ſit. Innoc. & alij in c. cum ex officij nu. 3. de præſcript.
Oldrad. in conſi. 257. nu. 10. & ſeq. Bald. in conſi. 284.
Dominus Raynutius cir. fi. lib. 3. Pau. de Caſ. in conſ.
84. col. 3. circa med. verſi. aduertendum tamen eſt, &
in conſi. 93. col. 3. verſ. ſed in caſu noſtro, lib. 1. ad im-
preſſionem nouiſſimam. Corn. in conſi 203. colu. 2.
poſt med. lib. 4. idem ex Rom. probatur ſing. 15. & in
conſi. 343. in primo dubio. Purpur. in l. imperium nu.
5. ff. de iuriſd. om. iud. Rei cuius rationem illum Old.
& Bald. in d. conſi. afferunt, quòd viam illam eligere
quiſquam non creditur, vnde irritus actus eius fiat, l.
3. ſupra de mili. teſta.

308 Limitationē regula hæc † accipit, ne locū habeat,
quotiens in actum alium tranſire diſpoſitio nequit,
qui caſus videtur in d. l. non codicillum, vbi in codi-
cillos teſtamentum transformari quoad exhæreda-
tionem non poterat, non eadem enim exhæredatio-
nis cauſa, atq; inſtitutionis eſt, ſiquidem iure fideicō-
miſſi valere inſtitutio ex codicillis poteſt, cum inſti-
tuto hæreditas reſtitui ab hærede legitimo poſſit, ꝙ
ſecus in exhæredatione eſt. Quocirca, neq; ex teſta-
mento vicioſo, neq; ex codicillis ab inteſtato robur
addi exhæredationi poteſt, quo magis admirer, tan-
topere in ſenſu, d. l. non codicillum à Doc. ſudatum.
309 Ex tex. limitatio iſta † ſenſusq; d. l. non codicillum
iuuatur in d. l. multum intereſt circa fin. C. ſi quis alie-
ri, vel ſibi. Idcircò enim acquiſitio à marito quaſi nū-
cio vxoris facta ex poteſtate procuratoria non valet
cum mandatum haberet, quoniam concepta verba
vti à nuncio in perſonam vxoris erant, eui ad eum
modum acquirere quaſi procurator non potuit, d.
l. ſtipulatio iſta, §. alteri, ff. de verb. oblig. §. ſi quis alij,
Inſtit. de inutil. ſic quod potuit, maritus noluit, quod
voluit, id ei perficere non licuit. Poterat enim quaſi
procurator acquirere, in perſonam ipſius mariti ver-
ba concipiendo, actionesq; vxori cedendo, ſed factū
id non eſt. Quaſi nuncius planè acquirere voluit, ſed
non potuit, cum nuncius non eſſet, vt gl. ibi pen. de-
clarat. & Roma. in d. ſing. 690.
Sed contradicturus limitationi, & ſenſui huic. d. l.
non codicillum aliquis erit. An non in codicillos te-
ſtamentum abire quantum ad exhæredationem po-
terat, vt fideicommiſſum exhæredati dicamus, hære-
di ſcripto hæreditatem reſtituere, l. ante penult. ſupra
de teſta. l. ex teſtamento, C. de fideicom. & id genus
innumera. Reſpondetur, idcirco grauatum hæredē
310 † legitimum intelligi, vt hæredi ſcripto per codicil-
los reſtituat, quoniam à teſtatore vocatus, & hono-
ratus tacitè hoc ipſo, cenſetur, quòd hæredem alium
ſcribere ex teſtamento poterat, vnde data hæredi le-
gitimo hoc ipſo à codicillante intelligitur, quod adē-
pta ei non eſt, l. conficiuntur, ſupra tit. 1. l. ſi titio, §. fi.
infra eodem, l. 3. §. ſciendum, & l. ſeq. infra de legat. 3.
Ratio hæc grauandi ex vocatione tacita, in exhære-
dato ſilet. Quomodo enim honoratus dici tacitè po
terit, qui exhæredatus nominatim eſt, locus quippè
coniecturis in re liquida non eſt, l. ille, aut ille, §. cum
in verbis infrà de leg. 3. l. continuus, §. cum ita, ff. de
verb. oblig. l. 3. C. de lib. præter. idq; ex text. in ſpecie
probatur in l. 2. ibiq; gl. infrà de leg. 3. vbi fortius nec
à filio præterito legatum, fideicommiſſumvè in teſta
mento, aut ab inteſtato relinquitur.
Secundo regula memorata, affirmatiuaq; limita-
311 tur, ne locum † habeat, quotiens ad actum, qui ge-
ritur, voluntas reſtricta diſponentis eſt, quæ limitatio
ex tex. etiam probatur in d. l. non codicillum ſecun-
dum Caſtr. ſenſum in d. l. proximè, cui Iaſ. hic ſubſcri
bit nu. 14. & quamuis à nobis oppugnatus ſenſus iſte
ſit, id eo tactum eſt, quod niſi ex inſtitutione hæredis
reſtrictio ad teſtamentum à Caſtren. non deducitur.
Cæterum ex actu duplici reſtrictionem hanc colligi,
demonſtratum habemus, ideſt ex inſtitutione, & ex-
hæredatione, fortiorem enim actum duplicem ad
voluntatem diſponentis, oſtendendam probauimus.
Inde fit, vt non rectè diſiunctim Docto. loquantur,
teſtandi, non codicillos faciendi voluntatem ex inſti-
tutione, aut exhæredatione colligi. Imo enim con-
iunctim voluntas hæc ex duobus ipſis percipitur, in-
ſtitutione, & exhæredatione, adeo vt ſola ſatis inſti-
tutio non ſit.
Si dixeris, ſolam ſatis exhæredationem eſſe. Re-
ſpondetur, ex exhæredatione tunc reſtrictionem vo
luntatis non colligi, verum ob impoſſibilitatem fieri
nè iure codicillorum diſpoſitio valeat, ſic quomodo

declaratum ante eſt num. 303. vnde ſi ab inſtitutio-
ne incipimus, ſola ſatis ad reſtrictionem oſtenden-
dam non eſt, ſi ab exhæredatione, nihil eſt, quod de
voluntate reſtricta diſceptatio fiat, quandoquidem
impoſſibilitas tunc iuris verſatur.
312 Ex tex. etiam limitatio † hæc ſecunda iuuatur in d.
l. illud, § tractari ſupra titu. 1. qui inductus ſupra à no-
bis eſt, de quo tex. non rectè Socinum ſenſiſſe in l. cē-
turio, num. 34. verſic. tenendo tamen communem
opin. ſupra de vulgar. demonſtratum hic habemus,
num. 27. Immò enim textui in d. § tractari Socini di-
ſtinctio euidenter repugnat, ſiquidem non obſcurè,
ibi innuitur, inſtitutionem illam directam in fidei-
commiſſum reſolui, ſi contrariæ coniecturæ non
obſtant.
Tertiò limitatur, nè locum in odioſis habeat, in
313 quibus † interpretatio non admittitur, vt quo me-
lius poſſit, actus valeat Signorol. autore in d. conſil.
41. nu. 6. verſ. item quando aliquid, per tex. in d. l. 1. §.
ſi quis ita, ff. de verb. oblig.
Sed obſeruandum, locum id in contractibus ha-
bere, qui à voluntate duorū pendent, vnde nō ęquè
facile in gratiam vnius altero inuito; interpretatio
fit, vt actus valeat, quaſi dici poſſit, in actum diuer-
ſum contrahentem alterum non conſenſiſſe, vt Bart.
alijq; not. in d. § ſi quis ita. Alex. in l. ſi quis ante colu.
5. in fin. verſi. ſubdit Bart. ff. de acqui. poſſ. Cauſa alia
voluntatis vltimæ eſt, quæ à voluntate vnius pendet
in ea enim quo melius poteſt, actus ſuſtinetur, quā-
uis odioſus ſit, l. cum filio, §. ipſi, quoque adiuncta
glo. infra eod. Angel. in conſi. 31. col. fin. verſ. pro hoc
do caſum.
Cum limitatione hac Rota facit deciſ. 528. nota
infra tēpus col. 2. in antiq. collationē beneficij quaſi
ex iure deuoluto ab Epiſcopo ob patroni negligen-
tiam factam, cum deuolutum ius non eſſet, inutilem
fieri, neq; ex poteſtate cauſa ordinaria ſuſtineri per
tex. in c. ex parte, ibiq; Hoſtien. & alij, de conceſ. prę-
ben. rei cuius ratio illa eſt, quòd materia odioſa ver-
ſatur, in qua tertij incommodum, ideſt patroni ver-
titur, ſic à voluntate mera vnius actus non pendet,
ſequitur Dec. in conſi. 129. col. 2. in fin. verſ. ſecundo,
quod iſta electio operariorum.
Quarto limitatur, ne locum habeat, vbicunque
314 actui diuerſo, ex quo ſuſtineri † diſpoſitio poteſt,
verborum proprietas refragatur Soc. in l. cum Sena-
tus nu. 8. infra de rebus dubijs, vbi quod collegio im-
probato relinquitur, ſingulis collegij non debetur.
Limitationem hanc ſi agnoſcimus mirum, ni ad
excidium regula perducitur, ſi quidem actui diuerſo
nunquam verborum proprietas non contradicit.
Vnde ratio alia dicti huius Soc. videtur, idcirco ſin-
gulis legatum non deberi, quod ad ſingulos volun-
tas teſtatoris non fertur, contra voluntatem enim
diſponentis actu alio diuerſo actus nō confirmatur,
aut ſuſtinetur, d. l. 2. C. de repu. hæred. d. l. an, inutilis
in prin. ff. de acceptila.
Quare aliter reformanda limitatio hæc quarta vi-
315 detur totiens, † ex actu alio diſpoſitionem ſuſtine-
ri, quotiens ad actum alium impropriè ſaltem con-
uenire verba poſſint. Ratio alia erit, ſi neq; propriè,
neq; impropriè id genus interpretationem verba
ferunt, vt ex actu alio diſpoſitio ſuſtineatur, l. 1. §. 1. ff.
ſi mensor falſum modum dix. vbi cum actio ex lo-
cato menſori intenditur, inutile iudicium fit. cum
locatio prorſus non interueniat, cauſa alia eſſet, ſi
impropriè ſaltem locatio interueniret. Ita per dictū
tex. Mathefila. ſcribit nota. 68. nota, quod ad hoc,
316 ex tex. etiam limitatio † hæc quarta, ita reformata
iuuatur in l. planè. 2. §. 1. ibiq; Caſtre. col. 2. ante med.
infra eodem, vbi cum eadem res ſæpius legatur, ſæ-
piusq; eandem præſtari teſtator iubet, non amplius,
quam ſemel debetur, neque æſtimationi præſtandæ
hæres adſtringitur, ſi quidem æſtimationi, ne quidē
largè, aut impropriè verba conueniunt, idem Aret.
docet in d. l. à titio col. fin. ff. de verb. oblig. Dec. in d. l.
in contrahenda, n. 10. ff. de reg. iur. Iaſ. in d. l. 1. §. 1. col.
1. in fin. ff. de oper. nou. nunc. Socin. in d. l. quotiens. 2.
infra de reb. dub.
Illatio ſecunda ex concluſione memorata ſequi-
317 tur, actionem vtilem † ex teſtamento ob ea ēt dari,
quæ relicta in codicillis ſunt, & quidem ſi inteſtato
codicilli fiunt, vel ex teſtamento quidem verō inu-
tili, aut in defectum eius, dubitationem res nō habet,
non niſi vtilem actionem dari, cū ſimpliciter, & ge-
neraliter de vtili gl. ſemper loquatur in l. 1. in gl. ff. ſup.
de teſta. in l. 3. §. fin. ſupra tit. 1. in l. 2. C. com. de lega.
Bar. in l. 1. num. 3. ff. de don. cau. mortis. Iaſ. hic nu. 17.
Sed dubitatio vertitur, quotiens confirmationem à
teſtamento codicilli accipiunt, vtrum actio directa
ex teſtamento competat, & quidem directam accō-
modari, innuere Bal. videtur in conſ. 298. quæritur
vtrum vſurarius in princ. lib. 2. Salic. in d. l. 2. in fin. C.
com. de lega. vbi de vtili loquuntur, cū inteſtato co-
dicilli fiunt, aliud innuentes, ſi ex teſtamento facti,
ſunt, idq; iuuari ex tex videtur in l. 2. § 1. ſup. tit. 1. vbi
quæ ſcripta in codicillis ſunt, pro eo habentur, vt ſi
ſcripta in teſtamento eſſent.
318 Vtilitas planè, vtrum directa, † an vtilis actio cō-
petat, ex Sal. percipitur in l. 1. nu. 13. q. 7. C. de actio. &
& oblig. Iaſ. in l. cum fundus, §. 1, col. pen. poſt med. ff.
ſi cert. pet. in l. 1. in fin. prin. infra ad trebel. in 2. lect. in
l. 1. col. 3. C. de tranſac. & in l. qui ſtipendia, C. de proc.
319 Illatio tertia ex concluſione † prædicta deſcendit,
non rectè ab Angel. ſcriptum in conſi. 7. in fin. pro-
hibitionem alienationis ex teſtamento, ad codicil-
los non porrigi, quo dicto Socin. vtitur in l. 1. § quā-
quam in fin. infra ad trebel. *Criſpus hic num.* 16. in
fin. Crot. in rubr. ff. de acq. poſſ. num. 37. cum eadem
opi. facere, & Soc. iun. videtur in conſi 6. nu. 24. lib. 1.
Rationibus enim duabus à Iaſ. hic impugnatur nu.
16. vt hic apud nos num. 28. & ſeq ex concluſione
etiam ipſa confutari, Ang. dictum videtur, quoniam
ſi appellatione teſtamenti largè codicilli continen-
tur, extenſio de ſignificatione ſtricta ad largam in
odioſis etiam fit, ratione eadem interueniente d. l. fi-
lium habeo, ff. ad macedon. & hic apud nos nu. 31.
Ratio planè eadem prohibitionis videtur, ſiue ex te-
ſtamento, ſiue ex codicillis alienatio fiat.
Et ratio ſecunda Iaſ. quòd facile alias illudi pro-
hibitio alienandi poſſet, per codicillos alienando, ra-
320 tione † iuuari fortiori poteſt, quod permitti exten-
ſio in pœnalibus etiam ſolet, vbicunq; illuſoria aliàs
fieri diſpoſitio poteſt, l. 1. in fin. ff. de calumnia, l. ſi ſti-
pulatus fuero per te non fieri, ibique Bar. ff. de verb.
oblig. c. ſi ciuitas de ſenten. excom. Iaſ. in l. ait prætor
in princ. in primo not. ff. de iureiuran. cum alijs apud
nos hic relatis, nu. 30. Et in ſpecie extenſionem te-
ſtamenti ad codicillos fieri, quando illuſoria aliàs
diſpoſitio fieret, ex gloſſ. probatur in c. quamquam
in glo. fin. de vſur. lib. 6. quam Fely. ſequitur in c. tran-
ſlato circa fin. de conſtitutio.
Secundò obſeruandum in illatione hac, non ſatis
ex fide bona Ang. dictum à Iaſone referri. Perin-
de enim id Iaſ. refert, ac ſi obfirmatum omnino ab
Ang. ſit. Enimuero ambiguum id eſſe, non obſcu-
rè Ang. ſentit, cum reſponſionem priorem ſibi ma-
gis arridere ait, ſi prior magis reſponſio adblanditur
ergo poſteriore, in qua dictum hoc ineſt, non ad-
modum fidit, aut nititur
Tertiò iure defendi dictum hoc Ang. non poteſt,
vbi obfirmatum ab eo ſit, quoniam ad legatarium
321 ex mente diſponentis † appellatio hæredis porri-
gitur, l. in conuentionibus, ff. de verb. ſigni. Abb. q. 5
Au-

Augerius col. 7. circa prin. & in conſ. 3. in fine tertiæ quæſtionis lib. 2. Idem ex tex. probatur in l. id tempus. §. 1. ff. de vſucapio. Notat Soci. in rubri. ſupra de vulga. colum. 1. poſt med. Iaſ. in l. 2. quæſt. 14. num. 237. C. de iure emphi. Quibus caſibus porrò hæredis appellatione legatarius comprhenditur, non poteſt teſtamenti appellatio ad codicillos non trahi, in quibus legata dantur. Immo enim ob legata, & fideicommiſſa introducti codicilli præcipuè ſunt. Mens planè diſponentis, ne per legata etiam alienatio fiat, in obſcuro non eſt. quando quidem generaliter prohibita alienatio ex teſtamento eſt, in quo legari poſſe, dubitatio non vertitur. Qua ratione igitur bona ita prohibita legare in teſtamento non licet, ita nec per codicillos. Quid enim intereſt, ex teſtamento, an ex codicillis legata dentur.
322 Mente † igitur ſtatuti, & in codicillis interueniente, largè & impropriè intelligi verba ſtatuti conuenit, vt menti ſeruiatur Bart. in l. contra. ff. de legib. Alexan. in conſi. 116. num. 14. verſi. quia reſpondeo lib. 2. Iaſ. in l. 1. §. veteres num. 28. verſi. contra iſtam deciſionem. ff. de acq. poſſ. & in verbis ſententiæ. Gemin. no. in conſi. 122.

323 Quartò contrarium Angelo eſt, quod † Chaſſen. ſcribit in conſi. 39. colum. 16. poſt prin. verbum relinquo quod ad voluntatem vltimam pertinet. l. ſi cui. iuncta glo. ff. de ſeruitu. l. 1. in fi. ff. de tabul. exhib. l. verbum relinquendi. ff. de verb. ſignif. l. iubemus nulli. §. fi. cum glo. in verſ. relinquat. C. de Sacroſan. Eccleſ. l. corruptionem. C. de vſufruc. l. vni. ibique glo. C de pecul. eius qui liber. mer. Bar. in l. vnum ex familia in prin. infra titu. 1. ad donationem tamen inter viuos trahi, quotiens illuſoria diſpoſitio fieret. veluti cum extraneo relinquere mulier prohibetur, ad donationem enim prohibitio trahetur, vt donari extraneo non poſſit, ne illuſorium ſtatutum fiat. Ex Alex. Chaſſen. id probat in conſi. 55. col. 2. lib. 1. Sed enim dicto huic Chaſſen. Alex. obſtat in conſi. 26. colum. 2. lib. 2. quod repetitum eſt in conſi. 43. lib. 5. vbi relinquendi prohibitionem ad voluntatem vltimam reſtringendam, neque porrigēdam ad donationem putat, quæ ſub voluntate vltima ne large quidem continetur. *Idem Alex. probat in conſ. 54. num. 4. lib. 7. Deci. in conſ. 196. col. pen. poſt med. Ruin. in conſ. 44. nu. 19. lib. 2.

Neq; ad rem Alexan. attinet in d. conſi. 55. lib. 1. Non enim id ſcribit, quod Chaſſen. ait. relinquendi verbum, ſeu prohibitionem ad actum inter viuos extendi. Verum illud Alexan. affirmat, cum fratri bona ſua ex parte tertia per ſtatutum relinquere ſoror tenetur, ius ſorori donandi in perniciem fratris non eſſe, ita vt portio illa tertia fratri relinquenda diminui donando poſſit. Vnde in caſu prohibitionis Alex. non loquitur, vt qui relinquere non permittitur, nec donare is poſſit. Verum in actu obligatorio ſcribit, quotiens quid cui relinquere quiſpiam adſtringitur, vtrum ius hoc lædere donando poſſit. Inter quos caſus longè diſtat. Quoniam & ſi maximè lædi ius hoc nequeat, ad actum tamen inter viuos relinquo verbum non trahitur. Siquidem quod relinqui cui debet, hoc ei donandum non eſt. neque ei cum extraneo donandi facultas adimitur. Tantum ad fratris perniciem non extendi donatio aſſeritur. Sed enim re ipſa animaduerſa, differre inter hæc non videtur. Quoniam & qui cauſa alicuius alienare non permittitur, vtique relinquere ei iubetur.

Quintò facilior per codicillos, quam teſtamentum alienatio eſt. cum ſolemnitatem minorem expoſtulent. Vnde ſi ad codicillos prohibitionem trahendam non dicimus, in caſu prouiſum ne-
324 ceſſario † magis, ſeu in quo maior prohibendi ratio verſatur non erit. Quod abſonum videtur. l. 1. §. quid ergo infra de ventre inſpi. l. quod labeo infra de carbo. edic. Bal. in conſil. 35. pater filio. colum. 2. libr. 2. & hic apud nos in ſcriptis prioribus num. 112. & infra num. 401. & in conſ. 106 num. 8. in conſil. 149. num. 12. & in conſil. 270. nume. 4. Quibus Signorol. accedit in conſil. 21. num. 4. in conſil. 103. nume. 6. Rayn. de Forli. inter conſ. Signorol. in conſ. 68. col. 2. in fi.

Si dixeris, omiſſum caſum iſtum codicillorum in
325 ſtatuto eſſe. Reſpondetur, omiſſum caſum † non cenſeri, in quo ratio maior verſatur. quando quidem nec omiſſus dicatur, in quo ratio eadem interuenit Bald. in l. illud. num. 4. C. de Sacroſan. Eccl. in l. ſi quis non dicam rapere poſt princ. verſicu. dicunt etiam vltramontani. C. de Epi. & cleri. in l. curatoris. nume. 4. C. de nego. geſt. in conſil. 324. omiſſis opinionibus in fi. lib. 5. Io. de Ana. inter cõſ. Caſtren. in conſ. 261. viſis & conſideratis his col. 2. in fi. lib. 2. Alexan. in l. gallus. §. & quid ſi tantum num. 11. ſupra de lib. & po. Curt. ſen. in conſi. 51. nu. 28. poſt med. Caſtren. huc accedit in conſi. 175. caſus præſens valde dubitabilis colum. 4. circa prin. lib. 1. caſum aliquem tanquam magis dubium exprimi, non vt excluſus alius cenſeatur, in quo ratio minor dubitandi ineſt.

Sexto dicto huic Ang. Crotus reſiſtit ſui diſſimilis in l. filiusfamilias §. diui nume. 156. verſic. ſecundo quæritur infra eodem. Socin. iun. hic num. 7. Alcia. num. 2.

Illatio quarta ex concluſione prædicta conſe-
326 quitur. ad codicillos † tex. pertinere in l. 2. C. de teſtam. vt fidem teſtamentum ſemel publicatum faciat, quamuis deperdita ſcriptura archetypa, ſeu originalis ſit. Circa quem tex. monendi ſumus, publicationem, de qua ibi, in duobus verſari. Principio, vt publicus ſeu manifeſtus teſtamenti tenor in ſcriptis fiat. Secundo vt ſubſcriptionibus, ſignaculiſque teſtium recognitis, citatione hæredum legitimorum facta, publicum quoad fidem probatoriam, ſi hæres id ſcriptus petat, teſtamentum ipſum declaretur. Teſtator enim ſi ipſe hoc petit, nihil eſt, quòd recognitio hæc fiat. quaſi ita tunc teſtari apud acta videatur, vti comprehenſum in ſcriptura illa eſt. Fulgo. authore in dicta l. 2. in fine. quo cum Deci. ſentit in l. eius qui in prin. in ſecundo nota. ff. ſi cert. pet.

Si dixeris, cùr de recognitione teſtium ſolummodo, non etiam de examinatione eorum text. loquitur. in d. l. 2. Reſpondetur, impoſſibilem teſtium interrogationem de verbis, aut tenore teſtamenti eſſe. Siquidem de teſtamento in ſcriptis loquitur, tenor cuius incognitus teſtibus eſt. qui teſtatoris rogatu tantummodo ſubſcribunt, ſignaculaque imprimunt. Apparet ex his, publicationem hanc ad duo ſpectare, & ad tenorem teſtamenti intelligendum & fidei probatoriæ cauſa.

Secundò publicatio in teſtamento nuncupatiuo adhibetur. quod relatum in ſcriptura priuata eſt. vt publicum quantum ad tenorem, & fidem quoque probatoriam fiat. Id planè præſtari non aliter poteſt, quam per teſtium dicta, & depoſitiones. quorum teſtimonia in ſcripturam publicam rediguntur, & ſi teſtamenti tenor legitimè ab eis probatur, publicum id à Iudice pronunciatur. Quo caſu tantumdem ſcriptura illa præſtat, atque ſi rogatus Notarius de teſtamento, idque ſcriptum ab eo in forma publica eſſet.

Tertiò publicatio teſtamenti fit, quotiens ſcriptura vlla de eo facta, neq; publica, neque priuata eſt. tantum coram teſtibus rogatis ſine notario, voluntas declarata teſtatoris eſt. Publicatio planè [illegible]un-

dem modum, atque in ſecundo caſu fit, cum reda-
ctum teſtamentum nuncupatiuum in ſcriptura pri-
uata eſt. Eo planè publicatio iſta in caſibus iſtis tri-
bus fit, ne teſtibus aliquibus ante ſublatis, quam re-
cognitio ſubſcriptionum, & ſignaculorum, vel exa-
minatio facta teſtium ſit, fides teſtamenti pereat in
hæredis, legatariorumuè, & ſubſtitutorum perni-
ciem.

Ad eum item caſum triplex hoc publicationis ge-
nus pertinet, quo rogatus notarius de teſtamento. &
ſcriptura de eo publica facta non eſt ſcriptura planè
publica interueniente, quorſum ad publicationem
hanc adire

Non paſſim autem permitti publicatio iſta debe-
bit, verum ſi in poſſeſſione bonorum hæres eſt. Cæ-
327 terum ſi ab alio hæreditaria † bona poſſidentur, hę-
rede puta legitimo, actionem ab eo inſtitui contra
poſſeſſorem, iudicioq; pendente fidem apud iudi-
cem de teſtamento fieri oportet, fides planè teſta-
menti in ſcriptis per recognitionem ſubſcriptionū,
& ſignaculorum, teſtamenti vero nūcupatiui in ca-
ſibus duobus poſterioribus per teſtimonia fiet, qua
fide facta, ſententia, quæ pro actore fertur, vicem po-
teſtatemq; publicationis habebit. Publicum quippè
hoc ipſo teſtamentum pronunciatur, quòd ſenten-
tia in fauorem actoris dicitur, quam obtinere ſine fi-
de, aut probatione teſtamenti non poteſt. Ex ſen-
tentia hæc omnia, ſeu ex mente Bald. ſunt in d.l.2.C.
de teſtam. in caſibus memoratis ſcriptura originali
caſu perdita, fides exemplo ob autoritatem iudicia-
riam habetur, ſecundum ea, quæ ibi not. amiſſio ta-
men ſcripturę originalis conſiderari in caſu tertio nō
poteſt, in quo ſcriptura vlla non interuenit.

His ita ad declarationem publicationis prænarra-
tis, ſciendum eſt, non hæredis modo, ſed & legata-
328 riorum rogatu † publicationem hanc fieri, vt Petr.
& Cyn. in d.l.2. tradunt quos Bellamera ſequitur in
conſi.1.col.16. ſi legatarijs ius hoc publicationis petē-
dę competit, non poteſt ad codicillos non pertinere,
qui legatariorum cauſa introducti principaliter ſunt
hoc amplius, ius idem in contractibus ſeruandum, in
quibus facultas debitori datur creditorem compel-
lendi, vt inſtrumentum acceptilationis, ſeu quitatio-
nis, quam vocant, faciat, quod ſi id facere creditor
renuit, quia ſolutum neget, ſolutionem teſtibus do-
cere, atque ideo acceptilationem poſtulare debitor
poterit, quæ res ad vim publicationis memoratæ
non obſcurè ſpectat, ex his quæ Bart. alijq; no. in l. ſi
finita, §. eleganter, ff. de dam. infect. Alex. in conſ. 37.
num.3. lib.3. quo magis admirer, mediam.q. hanc in
codicillis a Bald. Iaſonq; in d.l.2. relictam.

Illatio quinta ex dicto hoc, ſeu concluſione hac
ſequitur, de qua apud Sali. in l. filij in primo nota. C.
famil. herciſc. facultatem emphitheoſis Eccleſiaſticę
per teſtamentum relinquendi, ad codicillos etiam
pertinere, quo dicto Iaſ. hic vtitur, num. 13. in fin.
Alciat. num.2. ſed obſeruandum, ſiquidem opin. il-
lam admittimus, extraneis relinqui emphiteuſim ec-
cleſiæ non poſſe, vt Alex. not. in l. etiam ſupra ſolut.
matr. odioſa conceſſio facultatis huius videtur odio-
329 ſum quippè † eſtimatur, quicquid à iure communi
recedit, l. ius ſingulare, & l. quod vero, ff. de legib. l. 2.
C. de noxal. l. aduerſus, C. de nupt. cap. cum dilectus
de conſue. cap. 1. & 2. de filijs præsbi. Abb. in conſ. 1.
col. 2 poſt med. verſi. item præiudicatur iuri commu
ni, lib. 1. & in conſi. 117. poſt princ. lib. 2. Corn. in cōſ.
89. col. 3. lib. 3. & in conſi. 27. col. 4. lib. 4. & alia apud
nos in reſpon. pro genero, num. 70. in odioſis planè
ſtrictim, non largè accipi verba conuenit, l. 3. §. hæc
verba, ff. de nego. geſt. l. 1. §. ſi is qui nauem, ff. de ex-
ercitor. ob id locus conſequentiæ non videtur, largè
teſtamenti appellatio ad codicillos competit, ergo
quod in teſtamento cōſtitutum, & in materia odio-
ſa eſt, ad codicillos trahendum etiam erit.

Sed enim ab illatione, dictoque diſcedendum.
Salic. non puto, idque adminiculo alio confirman-
dum, per quod argumentum oppoſitum diluitur,
locum extenſioni de ſtricta ſignificatione ad latam
in odioſis etiam eſſe, ratione eadem interueniente. d.
l. filium habeo, ff. ad macedo. cum alijs in ſuperiori-
bus cumulatis, nu. 81. 285. & nu. 319.

Secundo à Salicet. & Iaſ. illatio hæc confirmatur,
330 quod ad legatum facultas hæc † relinquendi in te-
ſtamento reſtringitur, quaſi ad hęredis inſtitutionem
relinquo verbum non pertineat, legata plure æquè
in codicillis fieri, atque teſtamēto poſſunt, ſed enim
falli in argumento hoc Salic. Iaſonq; prima cogita-
tione videntur, cum ita ſimpliciter ſentiunt, non niſi
legatis relinquo verbum conuenire, ſiquidem com-
mune verbum habetur, atque ideo inſtitutioni, etiā
aptum, ſi bonis omnibus, aut bonorum vniuerſita-
ti adijcitur, l. his verbis, ibiq; Bartol. & alij ſupra de
hæredit. inſtit. cap. Rainutius de teſta. Bart. diſput. 13.
filium adultum in ſolutione quæſtionis, num. 2, Car-
di. in conſi. 60. num. 2. & ſequen. ſcitè Fulgoſ. in conſ.
89. in quęſtione Ioannis vbi generale verbum relin-
quo ſcribit, quod ad ſpeciem omnem voluntatis vl-
timæ ſpectat, inſtitutionem, legatum & fideicom-
miſſum, per text. in l. 1. §. 1. ff. de tab. exhi. in l. fin. C. de
ſacroſan. eccleſ. in l. hac edictali in princ. C. de ſecun.
nupt. §. ſi vero nulla, ibique gloſſ. in ver. nota. ver-
bum relicti in aucten. de hæredi. & falcid. & dictum
hic in commentarijs prioribus habemus, num. 50.
331 Rectè tamen † à Salic. & Iaſ. in ſpecie controuer-
ſa ſcriptum, ad legatum relinquo verbum reſtrin-
gendum, quod adiectum rei certæ, id eſt emphitheo-
ſi eſt, quo caſu trahi ad inſtitutionem non poteſt. l.
cogi, §. & generaliter infrà ad trebel. Barto. & alij in
d. l. his verbis, & hic apud nos in ſcriptis anterioribus,
num. 45. vbi cohærede etiam non addito id amplia-
tum. Corn. his adſuitur in conſ. 161. colum. 2. lib. 1.
& in conſi. 152. col. 4. & duabus, ſeq; lib. 2. Socin. iun.
in conſil. 111. nume. 14. lib. 1. ſed inferius ad argu.
hoc reſpondetur, neque locum reſtrictioni eſſe huic
oſtenditur.

Tertio vltra Salicet. & Iaſ. argumento efficaciore
illatio hæc confirmatur, à fortiori ita argumentan-
332 do, qui † teſtari nō poteſt, codicillos is facere non
permittitur. l. penult. §. diui ſupra titu. 1. l. 2. infra co-
dem, ergo ex diuerſo, qui teſtandi facultatem habet,
ratione fortiori codicillos faciendi poteſtatem ha-
bebit, namq; ſi ad codicillos teſtandi prohibitio tra-
hitur, multo magis ad codicillos porrigenda teſtan-
di permiſſio erit, cum fauorabilior permiſſio, quam
prohibitio ſit Bartol. in l. ſi, ita quis, §. ea lege, ff. de
verb. oblig. Soc. in conſi. 266. num. 43. verſi. amplius
dico lib. 2. vbi quamuis alienandi, prohibitio ad inſti-
tutionem regulariter non trahatur, ſecus tamen in
permiſſione alienandi eſt, quæ ad inſtitutionē haud
dubiè porrigitur.
333 Deuitari tamen arg. hoc poſſet, opinione † illa
admiſſa, vt prohibitio facultasuè teſtandi contra ius
introducta, ad codicillos non trahatur, vt Soc. ſen-
tit in conſi. 13. num. 31. verſi. decimo ſeptimo pro-
batur, lib. 1. quem Socin. iun. ſequitur, receptumq; id
ait in conſi. 89 num. 31. lib. 1.

Quæ opinio ſi vera ſit, refelli Salicet. & Iaſ. opi-
nio videtur, namque cum iuri contraria permiſſio
dicatur, vt per teſtamentum alienare, aut relinquere
emphitheoſim eccleſiaſticam liceat, extendenda ad
codicillos non videtur.

Sed obſeruandum, contrariam opinio frequen-
tiore apud Crotum haberi in l. filiusfamilias, §. diui
num. 157. in fin. infra cod. vt permiſſio prohibitio-
uè

uè teſtandi ad codicillos porrigatur, ſecundum quā opi.illatio hæc, & dictum Salic.ratione fortiori adiuuatur, pro qua opin. & illud eſt, de quo dictum ſepe eſt, de ſignificatu ſtricto ad latum extenſionem, & in odioſis permitti.

Secundò reſponderi ad opi. Soci. vtriuſq; poteſt, opinione illa præſuppoſita, vt rei certè adiectum verbum relinquo dicatur, quo caſu ad legatum reſtringitur, in quo legato teſtandi ius non verſatur, quod ad inſtitutionem pertinet. Conſequenter ſi legandi facultas teſtando datur, æquè per codicillos.

Conſequens prædictis, atq; ſententiæ huic Salic. & Iaſ. fit, facultatem hanc emphitheoſim eccleſiæ per teſtamentum relinquendi, ad inſtitutionem non pertinere verum ad legata, ſeu legandi facultatem eius reſtringendam.

Sed obſeruandum, ad inſtitutionē ēt in quæſtione propoſita relinquo verbū referendum, neq; ad legatum reſtringendū, vti Sali. viſum, & Iaſ. eſt quoniam ſi permiſſa emphitheoſis diſpoſitio in teſtamēto eſt, ergo generaliter, ſiue inſtituendo, ſiue legando diſpo
334 ſitio fiat, l. de prætio, ff. de publicia. Immo. n. † cum per teſtamentum relinquendi facultas detur, ſecundū naturam intelligi teſtamenti debebit, l. 1. §. . ff. de offi. procur. ceſar. l. ſi ſtipulatus. §. verum, ff. de vſur. l. dāni. §. ver. & quod in ſtipulatione, ff. de damn. infec. l. filiusfam. ff. de donat. l. in conuentionib. ff. de verbo. ſign. ſed & vniuerſalia verba ad actus naturā perſtringenda, traditum apud nos eſt in reſpon. pro genero nu. 318. 331.

Neq; mouet, rei certę relinquo verbum adiectum locus. n. argumento eſt, quoties à teſtatore rei certę verbum hoc apponitur, vt ad inſtitutionem tūc non trahatur. Cū alia eſt, vbicunq; à lege verbū hoc profertur, per quam rei certæ relinquendæ facultas datur, ibi enim cum generale verbum ſit, intelligi generaliter debet tam teſtando, quam legando, & quamuis rei certæ adſcriptū verbum relinquo per ſtatutū ſit, attamen cum ad effectum à teſtatore perducitur, ſi vniuerſitati bonorum applicatur, nihil prohibet, quominus inſtitutionem faciat.

Secundo principaliter reſpondetur, argumentum
335 retorquēdo, ſi in ſpecie emphitheoſim alienare † legando phas eſt, multo facilius id facere per inſtitutionem vniuerſalem licebit, arg. l. quędam, ff. de acq. rer. dom. l. in modicis, ff. de contra. emp. c. 1. §. ex eadē lege, ibiq; gl. in ver. totum, de lege corra. de quo nō inſcite in l. 1. nu. 33. infra eo. in 2. actu. ſed vtrum inſtitutioni vniuerſali emphitheoſis accedat, ſi mentio expreſſim facta de ea non eſt, dubitari non immerito poteſt, & quidem tutius eſſe putem, vt expreſſio eius inſtituendo fiat. Ad quam difficultatem conferunt, quæ ſcripta habemus, in l. 1. nu. 47. infra eo. vtrum diſpoſitioni vniuerſali feudum cedat.

Circa ſecundam partem. gl. rubricę huius, in quantum ad not. per eam relatio fit in rubri. infra de lega. 3. vbi diſtinctos, ſeparatosq; tractatus habendos in libris ſingulis ait, innuit gl. in eod. libro diuerſos inſerendos tractatus non eſſe, ſed enim contra id fieri vi... ſæpe raro eſt.

In his, quæ ſcripta hic in commentarijs prioribus
336 habemus, nu. 34. digniora vniuerſalia † particularibus eſſe, ex tex. etiam id iuuatur in l. nam ad ea. ff. de legib. in l. eius militis, § militia miſſus ſupra de teſta. mili. quæ iura ad hoc Signorol. profert in conſi. 23. col. fin. poſt. princ. tex. his conducit in l. nuper. C. de natu. lib. vbi potior ſententia habetur, quæ iuri liberorum generalius fauet, vt in caſu omni legitimi ex matrimonio poſtea contracto fiant, naſcantur ex eo vel non filij, ſuperſtites, vel non fiant.

337 Econtrario quo vniuerſale magis † delictum eſt, ſeu quo plures contingit, eo grauius æſtimatur. l. athletas, §. Pomponius, ibiq; gloſſ. ff. de infamib. l. quicunque §. fin. C. de hæreti. §. eos autem ibi per alios autem delinquant, & ibi etiam gloſſ. verſus ſubijcit in aucten. vt iudi. ſine quoquo ſuffraga. not. Boer. de autori. magni conſilij, col. 57. & col. 61.

338 His etiam, quæ ſcripta † habemus num. 36. ordinem in his ſequendum ſcripturæ non eſſe, quæ certa alioquin ſunt, ſeu cum palam eſt, dignius id eſſe, quod poſtea adſcribitur, Caſtren. accedit in conſil. 340. præmiſſis allegationibus circa fin. lib. 1. vbi text. in ſententiam hanc citat in l. 2. C. de offic. magi. offic. vbi qui prior gradu eſt, alios antecellit, quamuis deſcriptus poſterius ſit, idem collegium patauinum probat in conſ. poſt reſponſa Cardi. adiecto nu. 22.

Circa ea, quæ ſcripta habemus, num. 37. in ſcriptis
339 prioribus num. 37. fideicommiſſarium † hæredem per fictionem, non verè aut propriè intelligi, vt hic apud Iaſ. num. 18. idem vltra Iaſ. ex tex. oſtenditur in l. poſtulante. §. pen. infra ad trebellia. ibi nam, & quodammodo in partem hęreditatis Senatus recipi fideicommiſſarium voluit, & haberi hæredis loco pro qua parte reſtituta ei eſſet hæreditas, in quo tex. ſemel atq; iterum id probatur. Primum ex dictione quodam modo, quæ fictionem oſtendit, l. in ſuis ſupra delib. & poſt. l. ad tempus. §. 1. ff. de vſucap. Barto. in l. ſi is qui pro emptore, num 5. ibiq; Iaſ. num. 110. verſi. item dum Bart. ponit eodem tit. impropriam tamen locutionem ex dictione quodammodo intelligi, Barto. idem ſcribit in l. ſi, vt certo, §. ſi duobus, num. 10. ff. commoda. & in l. quod ſi ver. in fin. ff. ſolut. matrim. Bald. in l. ſi abducta, num. 5. circa med. C. de furtis. Iaſ. in l. cætera, §. ſed & ſi quis nu. 10. infra eodem, & in l. 1. §. ſed & ſi mihi in tertio nota. ff. de verb. oblig.

Ex qua re apparet, pro eodem apud Doct. haberi, per fictionem, atque impropriè verba intelligi. Conſequenter quibus caſibus impropriè locus ſignificationi erit, locum etiam fictioni eſſe non vt fictionē homo inducat, ſed vt in caſu ficto, iamque inducto verba intelligantur.

340 Secūdo per fictionem pro hęrede † fideicommiſſarium haberi, ex tex. probatur in d. l. poſtulante, §. penul. ibi hæredis loco, quæ verba fictionem etiam indicant. l. qui fundum, §. ſi tutor, ff. pro emptore, l. interdum, §. qui tutelam, ff. de furtis, l. mercis, 2. ff. de verb. ſign. Alex. in conſ. 124 nu. 3. lib. 2.

Per fictionem etiam ſeu impropriè pro hærede fideicommiſſariam haberi, ex tex. demonſtratur in l. ſi hæres ab eo in fin. infra ad trebellian. ibi hæredis vice fungi, quæ verba tantumdem, atque illa pollent, loco hæredis fungi, ſeu loco hæredis eſſe, l. ſi plures, ff. de pactis, l. cum hi, §. penul. ff. de tranſact. l. minor. ff. de procur. l. abinteſtato ſupra de iure codicil. l. legatum eſt, §. ſeruo infra eodem, ex Iaſ. etiam hoc idem probatur, non niſi per fictionem pro hærede fideicommiſſarium eſtimari in l. precibus, col. 13 verſ. ſeptima vtilitas, C. de impuber.

341 Sed obſeruandum, quamuis † hæredis appellatio ad fideicommiſſarium propriè, aut verè non pertineat cauſam aliam teſtamenti videri, vt ſi mentio teſtamenti in materia etiam ſtricta, iuriſq; contraria ſit, ad fideicommiſſarium id porrigatur, veluti cum ex ſtatuto, aut conſuetudine defuncti poſſeſſio ex teſtamento continuetur hæredis mentione non facta quæ conſuetudo recepta in pleriſq: galliarum terris eſt, in quibus ſuperſtitem mortuus ſaiſenat. vtrum hærede grauato defuncto, poſſeſſio eius ad fideicommiſſarium iure ipſo per ſtatutum, aut conſuetudinem id genus ambulet, an vero ad hæredem directum grauati ſolummodo, à quo reſtituto fideicommiſſi fieri ſubſtituto debet, quæſtionem hanc Chaſſen. attingit in conſi. 62. colu. penult. poſt med.

Ibi locum eſſe continuationi credit. Id quia teſta-
menti appellatio fideicommiſſario ipſi propriè com
petit, qui ex teſtamento, & ipſe venit.
Cui ſententiæ aſſentiri non poſſum. & principio
ſciendum, eo caſu Caſſaneum loqui, quo nō ſolum
ab inteſtato, ſed & ex teſtamento cōtinuatio ſit. Vn-
de ſicut niſi ad hæredē ab inteſtato cōtinuatio nō ſit,
ita nec ex teſtamento, vt par cauſæ vtriuſq; determi-
natio fiat. l. iam hoc iure ſupra de vulga.
342 Secundò, ſicut iuri † contraria id genus conſuetu-
do eſt, ita odioſa habetur, odioſum quippe intelligitū,
quicquid à iure cōmuni recedit. l. ius ſingulare, & l.
quod vero contra. ff. de ll. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſol.
matrim. l. 2. C. de noxal. l. aduerſus. C. de nup. Bald.
in l. non ſine. num. 5. C. de bonis quæ lib. Abb. in
conſil. 1. colum. 2. circa med. lib. 1. & in conſ. 117.
colum. 1. lib. 2. Corn. in conſi. 89. colum. 3. lib. 3. &
in conſi. 271. colum. 4. lib. 4. De quo ante ēt nu. 329.
343 In materia planè odioſa ad hæredem † primum
reſtringi diſpoſitionem conuenit. l. boues. §. hoc
ſermone. ff. de verb. ſignif. c. 2. de filijs præſbi. lib. 6.
c. non poteſt de præben. eodem lib. clem. ſi plures de
præben. Geminia. in conſi. 97. in prin. Alex. in conſi.
26. in prin. lib. 4. Dec. in conſ. 80. col. 3. verſi. Secundo
quia hoc onus. Soc. iun. in conſ. 25. nu. 9. lib. 2. tex. huc
accedit in l. cum pater. §. pater certam. infra tit. 1. &
in l. fideicommiſſæ. § ſi quis decem infra tit. 2. Ob id
ad hæredem primum, & ipſum directum, non ad
fideicommiſſarium, qui hæres ſecundus, & in gra-
du ſecundo per obliquum ſcribitur, verba ſtatuti re-
ferri, aut conſuetudinis debent.
344 Tertiò ex regula etiam † opinio hæc iuuatur, ad
cauſam proximā, & immediatā non ad remotā ver-
ba referenda. l. de die. §. planè. ff. qui ſat. cog. l. pen.
ff. de cond. ob turpem cau. l. ſocium qui in eo. §. 1.
ff pro ſocio. l. ſi mulier, & l. cum de hoc ſupra re-
rum amo. & id genus innumera. Proinde ad hære-
dem ipſum immediatum reſtringenda conſuetudo
videtur.
Quartò ſi ad fideicommiſſarium ſtatutū, aut con-
ſuetudo trahitur, ſpecialia plura cōtingunt. Siquidē,
& dominij, & poſſeſſionis tranſlatio citra vllam reſti
tutionis opem in fideicommiſſarium fiet. cum do-
345 minium † fideicommiſſario acquiri ante non ſo-
leat, quā facta reſtitutio ſit re, aut verbo. l. 1. in prin. l.
reſtituta. l. facta in prin. & l. ſi eius. §. ſi quis infra ad
trebellia. Atq; vbi iure ipſo, abſq; reſtitutione vlla,
dominium quæri fideicōmiſſario poſſet per ea quæ
habentur in l. pen. C. eo. tit. ad trebell. poſſeſſio tamē
iure ipſo nunquam acquiritur. l. cum hæredes in prin.
ff. de acq. poſſ. Idq; vidère, & in eccleſia eſt, cui & ſi
dominium acquiri ſine traditione poſſit. l. fin. C. de
Sacroſan. eccleſ. Poſſeſſio tamen traditionem deſide
rat glo. in d. l. fi. in gl. pen. & in l. ſi fratres. §. idē reſpon-
dit 2. in ver. dominium. ff. pro ſocio. Idq; ex tex. pro-
batur in c. 2. ſenſu contrario. Ibiq; Doct. de conſuet.
Matheſila. nota. 43. nota ꝙ licet. Sed enim plura ad-
346 mitti ſpecialia † non ſolent. l. 1. C. de dotis promiſ.
Bar. in l. iuris gentium. § quinimo nu. 20. ff. de pactis.
Bal. in l. fi. col. 2. circa med. verſ. & nota ꝙ beneficiū,
Ibiq; Iaſ. col. 7. in 5. limit. ff. de conſt. princ. vbi nec in
beneficio Principis ſpecialium pluralitatē admitten-
dam Bal. cum Iaſ. ſcribunt. Si in Principis beneficio
ſpecialia admitti plura non debent, quod interpreta-
tionem latiſſimam recipit. d. l. fi. Longè minus id fe-
rendum in materia ſtricta, odioſa ve erit.
Neq; Caſſa. argumentum mouet, ex teſtamento
fideicommiſſarium venire. Quoniam & ſi maximè
ex teſtamento veniat, Primus tamē, aut immediatus
non venit, at poſterior. Sed enim ad eum pertinere
ſtatutum videtur, qui primus ex teſtamento, non po-
ſterior venit. Rurſus continuatio duplex admittenda
ex teſtamento eodem non videtur, vna in gratiam
hæredis, Altera in fauorem fideicommiſſarij. Ad
hæc ad hæredem ipſum reſtringendum ſtatutū vi-
detur, in quo hærede ſpeciale non pluſquam vnum
verſatur. Quod antea in fideicommiſſario eſſe do-
monſtratum habemus.
347 Circa ea, quæ ſcripta † hic habemus in prioribus
commentarijs num. 41. & num. 58. ad hæredes ex-
traneos non aliter ius patronatus tranſire, niſi ſi hæ-
redes ſanguinis non extant, ex Geminiano in conſi.
32. colum. 1. poſt med. Monendi ſumus, ſententiam
diuerſam vulgatiorem eſſe, vt ad hæredes extraneos
ſine diſtinctione vlla ius patronatus ſpectet. Idquè
probari ex tex. videtur in cap. ſignificauit, Ibiq; Abb.
in primo nota. de teſtib. Quorſum enim hæredem
extraneum ob ius patronatus, citare, ſi ad eum non
pertinet. Idem ex Gloſ. oſtenditur in clem. fin. in
verſic. hæredes de iure patro. Innoc. in rubri. eod.
titu. in fi. Bald. in conſi. 1. an mulier lib. 3. Calder. in
conſ. 2. de iure patro. Cardi. in conſi. 122. in princ.
vbi tex. in ſententiam hanc citat in cap. conſideran-
dum 16. q. 7. Eiuſdem ſententiæ Abb. eſt in cap. 1.
in primo nota. & in c. cum ſeculum de iure patro.
in quinta q. Augerio colum. 2. in fin. & in conſ. 54.
num. 4. lib. 1. Deci. in c. quanto num. 7. de iudi. Iaſ.
in l. 1. colum. 13. num. 56. infra eodem. Ad ſimilitu-
dinem etiam rerum patrimonialium ius patronatus
cenſeri. Brun. ſcribit in tracta. de ſtatu. exclu. femi.
arti. 8. q. 24. fol. 40. Inde ait, excluſionem filiæ dota-
tæ a ſtatuto introductā ad ius hoc patronatus extēdi.
Ego tamen verba ſpectanda conceſſionis puto, vt
ſiquidem conceſſum ius ipſum patronatus pro ſe, &
filijs ſit, tranſlatio eius fieri in extraneos nequeat. Sed
neq; licentia tum patri erit, vni ex filijs ius ipſum aſſi-
gnandi. Quo caſu locus dicto Archid. & Decij erit, de
quibus mentio hic facta à nobis eſt. d. nu. 58. vt aliud
viſum Anchar. ſit in conſ. 81. prima facie col. 2. vbi
cum acquiſitū ius hoc patronatus ꝓ ſe, & deſcenden
tibus eſt, ad extraneos nihilominus venire hæredes
348 putat. Toleratiq; vt † ſuperflua, aut momenti nul-
lius adiectio hæc ꝓ deſcendentibus ſit, potiuſq; a iure
receſſum communi cenſeatur. Quod Anchar. dictū
placere mihi non pōt. A quo etiam diſſentire Soci
iun. videtur in conſ. 51. nu. 2. lib. 2.
Hic etiam obſeruandū, quibus caſibus ad filios ius
patronatus venit, hæredes eos eſſe patris oportere, ita
vti ſcriptum apud Decium eſt in d. cōſ. 149. col. 1. &
hic apud nos num. 59. fides tamen difficilis ſententiæ
huius, cum pro ſe, & filijs acquiſitio fit.
349 Tractatum hic habemus † nu. 42. vtrū lego verbū
vniuerſitati bonorū adiectū inſtitutionē faciat. Ibiq;
vtilitates commemoratæ, quæ ex diſceptatione hac
emanant. In qua re crebriorem Doc. ſententiā eſſe
ex Croto oſtendimus, ad inſtitutionem lego verbū
non ſufficere. Pro qua ſententia Bar. ſtat in l. Centu-
rio nu. 19. ſupra de vulga. tradūt Imol. & Alex. in l. 1.
Infra eo. Idem Alex. in conſ 8. nu. 10. poſt med. verſi.
veriorem tamen lib. 1. & in conſ. 76. circa fin. lib. 3.
Ruin. in conſ. 11. col. 2. poſt med. in conſ. 17. col. 2.
ante med. in conſ. 28. col. 2. poſt med. in conſi 120.
col. 3. in fi. lib. 2. & in conſ. 12. nu. 13. lib. 3. Signorol.
his accedit in conſ. 235. nu. 3.
Pro qua ſententia tex. tres citari hic diximus, ad
quos reſponſum habemus. Sed obſeruandum, in
350 quantum † tex. in l. verbis legis. ff. de verb. ſignif.
contra opi. hanc retorqueri poſſe oſtendimus. vt ad
poteſtatem ſolummodo legandi referatur. & reſtri-
ctam eam quidem eſſe, quæ ampliſſima per legem
12. tabularum erat. Cæterum quod ad ſignificationē
verbi ipſius attinet, integram eā, & ſaluam manere,
vt ad inſtitutionem inducendam valere, non minus
hodie, atq; olim poſſit. Poſteriores non deſunt, qui
re-

retorcutioni huic reſiſtunt , & ſignificationem etiám verbi huius lego reſtrictam aſſerunt, id quia niſi ad ſignificationem verbi, reſtrictio hæc refertur, titulo tex. ille non competet, ſub quo locatus eſt contra l. imperator ff. de in diem adiectio , glo. in c. cum monaſterium in glo. 2. de electio. Alex. in l. 1. in tertio nota. ff. ſi cer. pet. Dec. in l. quotiens idem ſermo in fi. ff. de reg. iur. & in c. bonæ colum. 2. verſi. quarto ex glo. de confirma. vtili vel inutili, quibus in locis habetur, ſenſum eum, intellectumq; legis anteferendum, qui titulo, aut rubricæ conuenit , quocirca cum in titulo de verborum ſignifi. poſitus tex. ſit d. l. verbis legis, ſecundũ titulum intelligi ipſum debebit, vt de ſignificatione ipſius verbi lego , non poteſtate legandi tractetur , in ſignificatione verbi lego reſtricta tex. intelligendum in d. l. verbis l. in fi. Bar. etiã putat in l. 1. nu. 4. verſi. ſecundum fuit ius, infra eodẽ.

Sed reſpondetur, alienum à titulo textum non eſſe, ſi in effectu , & poteſtate legandi textum illum in-
351 telligimus, cum ſignificationi † verbi cõuenire effectus debeat. §. eſt & aliud inſti. de donatio. inde illud vulgatum, ſi re priueris , nec nomen habere mereris glo. in c. chorepiſcopi 68. di. & alia, de quibus ſupra nu. 124. hic connexio inter nomen , & effectum eius vertitur, quocirca abſurda res non videtur, vt in titu. de verb. ſignific. effectus etiam reſtricti ſignificationis verbi ponatur.

Secundò reſtrictioni prædictæ recentiores nonnulli contradicunt, aliter atq; factum ab alijs ſit , text. interpretando, vt ad legem, ſeu modum , aut conditionem verba eius referantur, ita vt neq; ad poteſtatem legandi, neq; ad ſignificationem verbi lego ampliãda verba illa legis 12. tabul. pertineãt, verum ad modum, aut conditionẽ legandi ſolũmodo, itaq; literam, aut ſtructuram ſic ordinari, is vti legaſſet ſuæ rei, ideſt quam legem, aut conditionem ſuæ rei adiecisset, ita ius eſto. q. d. in arbitrio diſponẽtis eſſe, quẽ modum , aut quam conditionem vellet , rei ſuæ adſcribere.

Sed enim abſurda interpretatio hæc videtur , per quàm non de ſubſtantia diſpoſitionis, verum de modis, aut conditionibus eius tex. intelligitur , ſecundò retorquetur, namq; ſi in poteſtate teſtatoris eſt, vt legem pro arbitrio adhibeat, ergo legem dare poterit, vt inſtitutionis effectum obtineat , quæ lex apposita hoc ipſo videtur , ꝙ vniuerſitati bonorum lego verbum adijcitur, iam in reſtrictione poteſtatis legandi, non etiam ſignificationis verbi, tex. illum intelligendum, interpretatio ipſa Iuſtiniani docet inſti. de lege falci. in prin. vbi ita tex. interpretatur in d. l. verbis legis, idem in d. l. verbis gl. etiam facit, ad hæc cum dictum quicquam de ſignificatione verbi in text. illo non ſit, quomodo reſtrictionem ſequentem ad ſignificationem referemus; de qua verbum factum omnino non eſt, interpretationi huic, vt ad poteſtatem legandi reſtrictio trahatur, Soci. fauet in rubric. ſupra de vulga. & cumulatiſſimè omnium Aluarus hic nu. 46. & continentibus.

Ripa planè in d. l. centurio nu. 98. ad vtranq; referri reſtrictionem putat, ideſt tam ad ſignificationem, quàm ad poteſtatem legandi, ita vt verbum interpretatione ad ſignificationẽ coercẽdã ex cõi vſu loquendi, verbum auctoritate ad poteſtatẽ legãdi referatur.

Quæ Ripæ interpretatio defendi non poteſt, principio , quoniam vti dictum eſt , relatio fieri ad ſignificationem non poteſt, de qua mentio facta in ſu-
352 perioribus non eſt. Secũdo † quia verba illa interpretatione, vel auctoritate diſiunctim ponuntur, vnde ſatis altera ad reſtrictionem inducendam fuit. l. ſi hæredi plures ſupra de condi. inſtitu. l. ſi is qui. cc. §. vtrum infra de rebus dubijs. l. ſi quis ita in fin. ff. de verbo. oblig. l. hæc verba ille, aut ille ff. de verb. ſign. atqui copulæ ſignificationem ſecundum hunc Ripæ ſenſum alternatiua haberet, ſic per offenſionem verborum ſenſus iſte Ripæ procederet contra d. l. non aliter infra de lega. 3.

Opin. diuerſam, vt ad inſtitutionem lego verbum trahatur vniuerſitati bonorum adiectum. Doct. non pauci admittunt, ex quibus aliquos hic Crotus refert nu. 5. & apud nos num. 42. in fi. quibus Cardin. accedit in conſi 60. colum. 2. circa med. Roma. in conſi. 179 num. 9. verſi. tertio probatur, Deci. in rubri. C. impub. Gagliaul. in d. l. Centurio nu. 326. & duobus ſeq. ibiq; Aquenſ. nu. 35. Ripa nu. 100. Benedic. in c. raynutius in verſi. in eodem teſtamento in quinta fallentia de teſtam. Chaſſen. in conſi. 67. nu. 52. Aluar. hic nu. 76. qui vbertimè omnium quæſtionem hanc exequitur à nu. 50. vſq; ad nu. 77.

Sed, & ampliationem admittere concluſio hæc videtur, vt locum habeat, non ſolum cum vniuerſitati bonorum lego, verbum adijcitur, verum etiã ſi bonorum quotæ, ita Baldo viſum in l. fi. q. vltima. C. famil. hercisc. Aquẽſi in d. l. centurio nu. 35.

Sed enim controuerſiam apud me ampliatio hæc patitur ex his, quæ ſcripta hic in commentarijs prioribus habemus nu 45. locum tamen ampliationi eſſe credam , ſi inutilis aliàs actus omninò fiat , veluti cũ legitimam filio pater legat, irritum enim ex præteritione filij teſtamentum fieret , ſi ad inſtitutionem lego verbum non trahitur , quàm opi. Aluarus hic in legitima admittit nu. 77. idem in legitima Soci. hic iun. probat num. 54. quinetiam vera ampliatio hæc generaliter videtur, ſiquidem veram cõcluſionẽ ipsã
353 confitemur, quid enim † intereſt, vtrum tota ſimul eidemq; vniuerſitas, aut hæreditas detur, an per quotas diſtribuatur Bar. in d. l. centurio nu. 36. verſi. quæro vlterius, neq; dicta hic à nobis obſtant nu. 45. quoniam ad rem certam, nõn ad quotas ſpectant, dubitatio tamen maior interueniret, ſi hæreditatis totius per quotas diſtributio non fiat, verũ quota vna duntaxat legatur, cohærede non adiecto, vtrum locum textum habeat in l. 1. §. ſi ex fundo ſupra de hæredi. inſti. & quidem locum textui illi non eſſe Soc. hic iu. ſenſit nu. 76. & nu. 81.

Sententia hæc poſterior , vt ad inſtitutionem lego verbum trahatur vniuerſitati bonorum adiectũ, cohærede alio non addito, ex tex. primum iuuatur in d. l. verbis legis , declarando vt ſupra , ꝙ reſtrictio de qua ibi , ad facultatem legandi , non ad verbi ipſius ſignificationem trahatur, ſic quomodo ſcriptum hic in lectura priore habemus nu. 42. verſi. ſecundo pro iſta opinione.

Secundò in ſententiam hanc iuuandam tex. profertur in d. cap. Raynaldus de teſtament. eo admiſſo, ꝙ bona alia præter paterna teſtator non haberet, atq; ideò vniuerſa legata bona eſſent.

Sed obſeruandum , præſuppoſito hoc etiam admiſſo, vt bona alia vltra paterna, teſtatori non eſſent, vniuerſitati bonorum lego verbum adiectum nihilo
354 magis videri, totiens † enim vniuerſitas bonorum, aut hæreditas legata intelligitur , quotiens ad futura legatum pertinet, futuris enim excluſis , falſum videtur, vniuerſitatem bonorum datam, vnde ad futura bonorum vniuerſitas , hæreditaſuè pertinet. l. grege. ff. de pignor. l. grege infra eodem l. peculium in prin. infra titu. 2. l. pen. infra de fundo inſtruc. & de inſtitutione, ad futura eã porrigi, ex tex. oſtenditur in l. ſancimus, ibiq; Caſtren. C. de teſtam. & hic apud nos in
355 lectu. 1. nu. 63. iam vniuerſale legatum † hoc genus non dici, cum hæreditas tota patris, aut alterius legatur, textu oſtenditur in l. cum filius. §. lucio infra tit. 2. & in l. cogi. §. ſed ſi miles, ibiq; Bar. infra ad trebel. cum alijs apud nos relatis in l. 1. nu. 144. infra eodem.

Vnde dicendum videtur , legatum illud ad bona

reſtri-

reſtrictum paterna non fuiſſe, quãuis de bonis patris
mentio fiat, quandoquidem hæres patruus poſtea
enarratur, ſed enim quomodo hęres dici patruus poſ
ſet, ſi bona certa legata ſolummodo eſſent, paterna
pura; legatarius tum enim, non hæres diceretur, rur-
ſus quomodo pœna adijci priuationis hæreditatis
poterat, ſi legata hæreditas non eſſet. l. manumiſſio-
nes. ff. de iuſti. & iure. l. decem. ff. de verb. obli. itaq;
cum hæredem patruum ex legato tex. commemo-
ret, habilia aliunde innuit iuxta. l. qui teſtamento in
prin. ſupra de teſta. & ita hæredem patruum aliunde
præſupponi Soci. hic iun. ſcribit nu. 74. de bonis au
tem paternis mentio fieri idcirco potuit, ꝙ in eis par
te, ſumma hæreditatis conſiſteret.

Neq; reſponſio quorũdam mouet, verba illa, qui-
bus hæres patruus exprimitur, teſtatoris non eſſe, at
canonis rei ſubſtantiam commemorantis conſequẽ
ter verbo lego vſum teſtatorem non eſſe, verum ver
bis alijs ad inſtitutionem idoneis, ex vaticinio enim
reſponſio hæc conſtat, ꝙ verbis alijs vſus textus, quã
teſtator ſit.

Secundò reſpondetur, argumentum reijciendo,
namq; ſi verbis aptioribus vſus teſtator fuerat, credi-
bile non eſt, ꝙ ſubſtantiam facti verbis minus pro-
prijs repetendam canon cenſuerit, ne imperitiorem
canonis ipſius auctorem, quam teſtatorem ipſum,
356 aut notarium faciamus, neq; veriſimile † eſt, verbis
abuſiuis, aut improprijs vſum canonis auctorem eſ-
ſe, ſi proprijs vſus teſtator fuerat, arg. eius, quod Bar.
ſcribit in l. ſi quis filiabus ſupra de teſta. tutela. cõmu
nem loquendi vſum in verbis ſpectandum peritorũ
non eſſe, ſequitur Alexan. in conſi. 2. nu. 54. lib. 1. &
quamuis dictum hoc affirmandũ omninò non cen
ſeam, hoc tamen aſſeuerare non dubitem, diſſimile
prorſus veri eſſe, vt impropriè magis, quam teſtator,
iuris locutus auctor ſit.

Tertio reſpondetur, textus, nõ teſtatoris eſto, ver-
ba illa ſint, ad ſententiam tamen hanc confirmandã
rectè tex. ille nominatur, perſpicuum enim ex eo fit,
pro inſtitutione, legati verbum textum ipſum habe-
re, conſequenter ad inſtitutionem legati verba com-
petere, ita Alex. obſeruat in l. 1. infra eodem, Soci. iu.
hic num 72. in fi

Quod ad intellectum Croti attinet circa tex. d. c.
Rainaldus, confutatus hic à nobis cõmentarijs prio-
ribus eſt num. 43.

357 Tertiò pro ſententia hac † text. citatur in §. diſpo-
nat in auctẽ. de nuptijs, de quo tex. dictum ſatis hic
habemus nu. 45. verſi. tertio contra communem, &
eum ius ibi referatur, de quo in d. l. verbis legis ad-
eundum ad ea erit, quæ circa tex. dicta illum ſunt.

Quartò ſententiæ huic adminiculari tex. etiam di-
citur in l. filium. §. ſed & ſi portio. & in l. nam ſecun
dum infra de lega. præſtan. vbi edictum illud præto
ris ob legata coniunctis quibuſdam cõſeruanda in-
troductum, ad inſtitutionem etiam porrigitur, vt ſal
ua inſtitutio maneat, quę facta in coniunctis illis eſt,
quod cum ita ſit, ſimilitudinem legatum cum inſtitu
tione habet, aliter enim diſſimilitudine prorſus inter
ueniente, ita vt ſub vno alterum, nec large continea-
tur, locus extenſioni non eſſet. l. ſi. ff. de calumnia,
quod argumentum efficacius ab his fiet, quæ ſubie-
ctiri interius ſumus.

Quinto inſtitutionis effectus largè legatis conue-
nit, ſiquidem donatio vtrubiq; vertitur. l. legatum eſt
358 infra titu. 2. iuris planè incerti † non eſt, large atq;
impropriè verba accipi, actus ſuſtinendi cauſa, ne pe
reat, vbicunq; de mente conſtat, idq; locum, & in ma
teria etiam ſtricta habet, in ſententia puta l. & puto.
§ 1. ibiq; glo. in ver. non communicari. ff. famil. her
ciſc. c. in his de verb. ſignifi. Bal. in c. cum contingit
de dolo, & contu. in c. licet de tranſla. epiſ. & in cõſ.
516. caſus talis eſt, cum quidam Lanfranchus in fin.
lib. 5. Geminia. in conſi. 122. Soci. in l. quotiens 2. in
359 fra de rebus dubijs, iuris planè † ſtricti ſententiam
eſſe, proculdubio eſt. l. fi. §. fi. ff. de condi. indebi. l.
paulus. 2 ff. de re iudi. l. 1. C. ſi plures vna ſen. & id ge
nus infinita, fideicommiſſum etiam, quod relictum
pure eſt, pro conditionali habetur, quotiens vires ha-
bere vti purum non poteſt. l. fideicommiſſa. §. ſi filio
infra titu. 2. l. vbi purè in princ. infra ad trebel. atqui
niſi perquam impropriè, abuſiueq; fieri id nequit, lõ-
gè ſiquidem diſtat inter actum purum, & conditio-
nalem, rurſus iuris ſtricti, odioſumq; fideicommiſſũ
eſſe, nemo ambigit. l. cohæredi. §. cum filiæ ſupra de
vulga. no. in l. ex tribus. C. de inoffi. teſtam. & dictũ
hæc in commentarijs habemus num. 103. ſi in ſpecie
odioſa offenſio permitti verborum ſoleat, ne cadu-
cus actus fiat, quid in teſtamento admittẽdum, quod
360 fauorabile † planè eſt l. in teſtamentis. ff. de reg.
iuris. l. 1. C. de ſacroſan. eccleſ. ſed & publicè expe-
dit, irrita teſtamenta non fieri l. gallus. §. quid ſi is in
ver. vtilitate, ibiq; glo. & Iaſ. in ſecundo nota. ſupra
de lib. & poſt. l. vel negare ſupta quem teſtam. aperi.
Roma. in conſi. 199. præſens ſtatuti particula nu. 9.
vbi tex. etiam in ſententiam hanc profert in l. & quia
ff. de interroga. actio. eodem tex. pertinet in c. cum
dilecti de donatio. & in c. fi. de re iudic. ſi dixeris, inu
tilem actum omninò non fieri, ſi iure legati ſuſtine-
tur. Reſpondetur, inutilem ſatis fieri, quia cum ad in-
ſtitutionem modus ipſe procedendi ſpectet, hæredẽ
quem voluit, non habebit, ſed nec integrum legatũ,
aut fideicommiſſum hæreditatis feret ſi ad cauſam
res inteſtati res reducitur ob detractionem quam ab
hęrede legitimo legatarius vniuerſalis patietur gl. &
Doct. in l. mulier. §. fi. infra ad trebellia.

Sextò propius rem hanc, atq; in ſpecie magis, ex
361 tex. probari ſententia † hæc videtur in l. quoniam
indignum. C. de teſtam vbi verbis monendum quẽ-
piam non eſſe quibus vſus teſtator ſit, tex. ait, dum
certa modo voluntas conſtet, ꝙ teſtandi animus fue
rit, de quo tex. verba hic à nobis facta in j. lectu. ſunt
nu. 50. verſi. quarto mouetur Crotus, & tradit Soci.
in conſi. 33. nu. 13. lib. 1. ad ſententiam hanc tex. etiã
confert in l. quærebatur, ibiq; Bart. & Bal. ſupra de
milit. teſtam. vbi verba obliqua, & præcaria, quorũ
ęque lata ſignificatio, atq; verbi lego non eſt iure ſal
tem antiquo perſpecto, ad inſtitutionem trahuntur
voluntatis teſtatoris ſuſtinendæ cauſa, de quo apud
Soci. in l. 1. in princ. colum. 6. in fi. verſi. & probatur
iſta concluſio ſupra de vulga. longè igitur magis ad
inſtitutionem trahendum verbum ipſum lego erit.
362 Septimò ex Bal. etiam † non mediocriter opinio
hæc iuuatur in conſil. 136. viſo teſtamento Blaſini
lib. 3. vbi ad inſtitutionem inducendam, effectum
ſpectandum ſolummodo putat, hoc eſt virum de hę
reditate tota quiſpiam diſponere, teſtamẽtumq; or-
dinare propoſuerit, ſequitur Iaſ. in conſi. 164. col. 3.
lib. 4 Itaq; ad rem verbi ſignificatio non attinebit,
vbicunq; in manifeſto voluntas teſtatoris eſt, vt ad
eum, cui legat, hæreditas cuncta directo ambulet.
363 Octauò non ſolum impropriè, ſed & contra † ſi-
gnificationem verba accipimus, quam nec lata eo-
rum vis recipit, vt voluntatis teſtatoris pareatur, quę
certa modo conſtet. l. ſi is qui. ec. §. item ſi pater in-
fra de rebus dub. vbi pro coniuncta diſiuncta accipi-
tur, voluntatis teſtatoris iuuandæ gratia, ęque verba
negatiua ad effectum affirmatiuum ob voluntatem
hanc tuendam trahuntur, idq; videre in vulgari eſt, ſi
hæres non erit, ſub qua pupillaris tacita includitur,
ſi hæres erit, atq; in ætate mortuus pupillaris ſit l. iam
hoc iure ſupra de vulga. ita in ſimili Ruin. argumen
tatur in conſi. 140. colu. 6. in fin. & ſeq. lib. 3. tanta
profecto offenſio in verbo lego nõ incidit, ſi vniuer-
ſitati

ſitati bonorum adiectum, ad inſtitutionem porrigi-
tur, contrarium enim inſtitutioni non ſimiliter eſt,
vt contraria verbis affirmatiuis negatiua ſunt, vt à
copula, disiunctiua diſtat, qandoquidem hæreditatis
totius diſtributionem legatum etiam continet, inde
declaratio eius decerpitur, quod dici in voluntate ſo-
let, nihili eam fieri, quotiens ad eã verba ne quidem
ex lato ſignificatu competunt, vt habetur in l. in am-
biguo infra de rebus dub. locum enim id non habet,
quotiens in obſcuro voluntas non eſt.

Nonò ſententiæ huic fauere, & Capra videtur in
364 conſi. 64. column. 1. vbi inſtitutionem † induci ex
verbis illis putat, volo ꝙ omnia bona mea ſint titij,
atqui obliquum, precariumuè volo verbum eſt. l. 2.
in princ. C. com. de lega. § fi. inſti. de ſingul. rebus
per fideicom. relict. Soci. hic circa fi. Aluarus nu. 56.
Iaſ. in d. l. quoniam indignum col. 2. circa med. ſed
& idem in verbo volo, cum rei certæ adijcitur, vt in-
ſtitutionem faciat, Cardi. ſcribit in conſi. 60. col. 1.
circa fi. vbi in verbis illis loquitur, volo, ꝙ centum
habeat, quod Cardi. dictum affirmandum hic non
duxi.

Apparet ex prædictis, in eo quæſtionis ſummam
verti, vtrum teſtandi voluntas conſtet, certumq; ſit,
ad teſtamenti ordinationem animum fuiſſe, ad rem
enim verborum formula non attinet, quominus ver
bis quibuſuis perfici inſtitutio poſſit d. l. quoniam
indignum, quam ſolam voluntatẽ in ſpecie hac ſpe-
ctandam Soci. iun. hic ſcribit nu. 78. idq; argumen-
365 to, & illo, † vel vnico confirmatur, titulum inſtitu
tionis ex clauſula illa induci, omni meliori modo,
& c. l. quãuis verbis obliquis datum filio, aut filię ſit,
id quia voluntas teſtatoris ex clauſula memorata ap
paret. vt quo melius poſſet, rata diſpoſitio eſſet, ob id
ſatis eſt, voluntatem ipſam cõſtare, quamuis idonea
ad inſtitutionem, verba non ſint, vt Bal. docet in l.
quotiẽs col. fi. C. de hæredi. inſti. Fulgo. in conſi. 43.
in primo col. 2. in fi. & in conſi. 89. in quæſtione Io-
annis colum. 2. Alex. in conſi. 112. lib. 3. & in conſ.
50. circa fi. lib. 7. Soci. in conſi. 66. nu. 9. lib 3. Felyn.
in c. cum ſuper nu. 11. verſic. ſecundus effectus, de
offi. delega. Deci. in conſi. 14. col. 2. circa med. Iaſ.
in auth. nouiſſima colum. 5. in fi. verſi. quarto, &
vltimo moueor. C. de inoffi. teſta. Curti. iu. in conſ.
71. num. 12. in conſi. 72. nu. 8. in conſi. 73. nu. 22. in
conſi. 114. nu. 13. & in conſi. 169. nu. 6. Ripa in l. in
quartam nu. 142. ff. ad legem falci. Riminal. in conſ.
41. nu. 19. lib. 1. Soci. iun. hic num. 63. vbi ampliat,
& apud nos in conſi. 326. num. 15. vbi ad expreſſã re
ſtrictionem non fieri ſcripſimus, clauſula hac interue
niẽte, omni meliori modo & c. & quamuis vtilis futu
ra iure legati diſpoſitio ſit, ad eum tamen valitura
modum non erit, quem ex modo procedendi teſta-
tor ſenſit, ex quo voluntas eius plenius impletur, ob
id voluntatem ipſam ſpectari, non verborum for-
mulam oportet.

Conſequens prædictis fit, vt nõ aliud inquiri opor
teat, quàm vtrũ teſtandi, aut hæredis inſtituendi ani-
mus diſponenti fuerit, atq; ideò coniecturæ ſolum-
modo ſpectandæ, aut obſeruandæ erunt, ex quibus
depræhendi animus iſte poſſit, inter cæteras conie-
cturas, admittenda illa videtur, cum mentio facta te-
ſtamenti eſt, hæreditasq; cuncta ex eo legatur, cum
dici teſtamentum ſine hærede nequeat l. proxime ſu-
pra quẽ. teſta. aper. §. ante hæredis inſtit. de leg. conie
cturã hanc Bal. expendit in d. conſ. 136. ante fi. lib. 3.

Coniecturam ſecundam in d. conſi. Bald. adſcri-
366 bit, quotiens in ea † ſcriptura teſtamenta priora re-
uocantur, quæ res impleri ſine teſtamento non po-
teſt. §. pen. inſti. de codicil. & alia ſuperius accumu-
lata nu. 164. 172. 175. 178. & ſeq. & nu. 184.

Coniecturam tertiam ſpernendam non puto, ſi
doceri teſtibus poſſit, verbo vulgari (*Io laſcio*) aut
latino relinquo, vſum teſtatorem eſſe, quamuis ver-
bũ lego adiectum à notario ſit. Verbum enim vul-
gare, (*Io laſcio*) relinquo latine exprimit, in qua ſi-
gnificatione ſecundum communem loquendi v-
ſum, & lego, verbum videtur, vnde cum ad verbum,
relinquo, verbum illud teſtatoris, laſcio, competat,
367 iuris ambigui † non eſt, relinquo verbum vniuer-
ſitati bonorum adſcriptum ad inſtitutionem trahi ſi
quidem commune ſit, vt Bald. & Imola no. in l. his
verbis ſupra de hæredi. inſti. cum alijs à nobis hic in
ſcriptis prioribus coactis nu. 50. quibus Bar. adſuitur
in diſputatione 13. filium adultum in ſolutione quę
ſtionis nu. 2. Cardi. in conſil. 60. nu. 2. & ſeq. ſcite
Fulgo. in conſ. 89. in quæſtione Iannis, Alex. in conſ.
140. in prin. lib. 1 Iaſ. in l. 1. §. ſi quis ita nu. 10. verſi.
adde etiam ſecundò. ff. de verbo. oblig. in d. authen.
nouiſſima nu. 33. C. de inoffi. teſta. & in l. fi. colu. 1.
C. de codicil. Ruin. in conſ. 17. nu. 10. in conſil. 28.
colum. 2. ante med. lib. 2. & in conſ. 128. num. 17.
lib. 3. de quo ſupra etiam nu. 330. ius idem ſeruan-
dum, & cum quotæ bonorum relinquo verbum adij
citur, dum hæreditatis totius modo diſtributio per
quotas fiat, ad ſignificationem enim directam quaſi
commune, & tum trahitur Bar. in d. l. centurio nu.
36. Paul. de Caſtr. in conſi. 31. circa primum col. 3.
circa fi. verſic. nec obſtat ſi dicatur lib. 2. & ſupra nu.
368 353. vnde quamuis † pro verbo relinquo, verbũ
lego adſcriptum à notario ſit, voluntati id teſtatoris,
viribuſq; noxium teſtamenti eſſe non debebit. Bald.
in l. ſi cum ante. C. de dona. ante nup. Iaſ. in d. authen.
nouiſſima nu. 35. C. de inoffi. teſtam. Alba in l. 1. in
princ. num. 85. ff. de verb. oblig. vbi cum verbum
vnum pro alio notarius inſerit, onerosum id eſſe par
tibus non conuenit, veluti ſi relictum filio iure inſti-
tutionis dicat, cum ſcriptum inſtitutionis oporteat.
369 Quartam coniecturam omittendam non † puto,
ſi ſolemnia omnia teſtamẽti interueniant, quamuis
ex coniecturis tribus prænarratis vlla nõ ſubſit, ſiqui-
dem ex modo procedendi voluntas declaratur vti
ſcriptũ hic in lectu. 1. habemus nu. 97. 98. & nu. 111.
Quibus tex. aſſuitur in l. ſed & ſi ſuſceperit. §. 1. ibi ex
genere comparationis ff. de iudi. & in l. ſi fundum
ſub conditione. §. ſi libertas, ibiq; Iaſ. in primo nota.
infra eodem, Signorol. in conſi. 90. nu. 27. in fi. verſ.
præterea ad idem, vbi tex. citat in l. non codicillum.
C. de teſtam. idem ex Cuman. probatur in conſil. 7.
column. 2. circa med. cui coniecturæ aſſentiri Alua-
rus hic videtur nu. 61. Soci. iun. num. 72. iunctis his,
quæ dicta ab eo ſunt nu. 65. in prin. nam ibi teſtamẽ
tum ſolemniter factum ſemper præſupponit, deinde
num. 62. voluntatem teſtandi conſtare hoc ipſo ait,
ꝙ bona omnia quis legat.

Quintam coniecturã controuerſiæq; nullius eſſe
370 † arbitror, ſi in qua teſtamenti parte hæredis men-
tio facta ſit, quia pro hærede is nominetur, cui bona
legata omnia ſunt, animus enim teſtatoris declarari
non obſcurè videtur, ꝙ hæredem, teſtamentumq; fa
cere propoſuit, de qua cõiectura Aluarus hic memi-
nit nu. 61. ex Bar. coniectura hæc iuuatur in d. l. cen-
turio nu. 27. & nu. 38. vbi cum verbo communi pro
directo in parte vna teſtamenti teſtator vtitur in ea-
dem ſignificatione in parte alia teſtamenti idem fa-
ctum cenſeri, idem ex glo. oſtenditur in l. ſi ſtipula-
tus in ver. ſtipulatus. ff. de vſuris, vbi verbum dari à
verbo tradi ſibi adiecto declarari ſcribit, tradit Alex.
in conſ. 197. nu. 7. lib. 6. Soci. iun. in conſi. 186. nu.
11. & ſeq. lib. 2. & hic apud nos. in prioribus ſcriptis
nu. 113. verſi. iſta tamen opinio.

Sexta coniectura quando relictum quid liberis ob
legitimam eſſet, ſigni enim eſt, teſtatum decedere pa-
371 rentem voluiſſe, cum debita legitima † ab inteſtato

non ſit, cũ portio certa eius ſit, quod habiturus quis ab inteſtato eſſet. l. papinianus. §. quarta. ff. de inoffi. teſtam. l. cum quæritur, & l. parentibus. C. eo. titu. præſupponitur igitur de legitima ab inteſtato non tractari. Ad quem modum Areti. argumentatur in conſi. 159. longa. col. pen. verſi. quinimò etiam, locum legitimæ ab inteſtato non eſſe, Curti. etiam ſenior ſcribit in conſi. 37. nu. 8. in fi. verſi. item cum dicatur, & col. 7. in fi. verſi. non obſtat, id quod octauo loco, ius idem ſeruandum, ſi relictum liberis ſimpliciter ſit, quia animo compenſandi in legitimam datum intelligitur l. 3. §. pen. ff. de bonis libert. l. omnimodo l. quoniam nouella, & l. pen. in princ. C. de inoffi. teſta. Bar. in l. in quartam nu. 10. infra ad legem falci. hoc ita ſi legitimè, aut ritè relicta legitima ſit, ideſt inſtitutionis titulo.

Septima coniectura, quotiens liberis non interuenientibus, proximioribus alijs, ad quos ventura bona inteſtato eſſent, relictũ aliquid à teſtatore inuenitur, argumẽto enim ideſt, inteſtatum decedere eum noluiſſe, qui bona ſua omnia legauit, aut vni tãtum, vel pluribus per quotas legando diſtribuit.

372 Circa definitionem legati † trifariam id definitum inuenimus, principio in l. legatum eſt infra eodem. deliberatio hæreditatis, qua teſtator ex eo, quod vniuerſum hæredis foret, alicui quid collatum velit, Codices nonnulli delibatio legunt, ſicquomodo Croti commentarij innuunt in l. 1. nu. 46. in fi. infra eod. Cuman. planè in d. l. legatum eſt, ſcribit legi poſſe delibratio, quaſi de libra totius hęreditatis detractio quamuis Soci. iun. hic nu. 36. & Criſpus num. 107. delibatio legi apud Cuma. referant, delibatio legendum, atq; ita in pandectis ſcriptum Florentinis eſſe, Aluar. hic no. nu. 156. idq; & Soci. iun. ſentit d. nu. 36. ſed enim deliberatio legendum ſecundum verã literam Soci. iu. hic probat ſui mox diſſimilis nu. 69. & pro deliberare verbum accipiendum legare ait.

373 Definitioni huic conſequens fit, ſicut † omiſſa in ea verba illa ſunt, ab hærede præſtandum, ita neceſſariam hæredis præſtationem in legato non eſſe idq; ſignificantius ex text. oſtenditur in l. 1. §. ſi debitori infra, vt in poſ. lega. nomi. eſſe liceat, in l. 3. & per totum infra de libera. lega.

Sed enim ad iura hæc reſponſum à Soci. iun. hic eſt nu. 43. vſq; ad nu. 47. neceſſariam, & in legato liberationis præſtationem hæredis, vt tutus, liberq; legatarius iure ipſo fiat, aliter enim hęredis liberatione remota, niſi exceptionis ope tutus nõ erit, idem Criſpus hic ſentit nu. 117. in fi.

Secundò illatio hęc confutatur, quoniam, & ſi maximè dictum non ſit, à quo pręſtari legatum debeat, perſonam tamen ſubauditi hæredis conuenit, quandoquidem lege id expreſſum alia eſt, l. 3. in prin. ff. de tranſactio. l. 1. in prin. ff. quorum lega. Quare etiam ſi ab Azone verba illa addita, ab hærede præſtanda, eſſẽt inſti. de lega. §. 1. ſic quomodo ſcriptum apud Soci. iun. hic eſt nu. 47. attamen expreſſum ab Azone legitur, quod tacitè fuerat iuxta l. 3. infra eodem, & l. 3. C. de fideiuſ.

Tertiò ad iura omnia, quę citari ex diuerſo ſolent, vt ſuperuacua hæredis præſtatio ſit, reſpondetur ad rem ea non attinere, ſiquidem perſonæ alterius quã hæredis præſtationem non exigunt, contraria enim iura eſſent, ſi alterius, quam hæredis neceſſariam præſtationem dicerent, vnde quibus caſibus præſtatio, aut traditio neceſſaria hæredis eſt, verum erit dicere, ab hærede eam faciendam, neq; enim neceſſariam ſemper hæredis præſtationem verba illa innuunt, verum præſtandi neceſſitate admiſſa, aut pręſuppoſita, ad onus eam hæredis ſpectare, quorſum enim in d. §. ſi debitori, cautionem ab hærede præſtari, præſtitum legatum iri, ſi apud legatarium res ſit. §. interdum inſtitu. de rerum diuiſio. Non enim præſtanda ab hærede res, aut cautio ſi rem ipſam legatarius iam habet.

Quartò de neceſſitate præſtandi ſimpliciter omnino in verbis illis non diſputatur, ab hærede præſtãda, ꝙ neceſſaria ſemper præſtatio ſit, verum de perſona, à qua fieri præſtatio debeat, at enim pręſtatio vllius opus non eſt, quotiens apud legatarium iure licito res inuenitur.

374 Quintò ſatis eſt, ſi regulariter † & à crebrius accidentib. ſalua fieri definitio poſſit, quamuis locũ ſemper non habeat. l. 1. ff. de legib. vbi ita lex definitur, quaſi præceptum commune ſit, atqui nõ ſemper lex præcipit, neq; communis tempore omni eſt, l. legis virtus eo. titu. & habetur in l. fi. C. eo. titu. ad quem modum definitionem iudicij aduerſus impugnationes Cardi. ſeruari ab Abb. videmus in rubri. extra de iudi. & ita definitionis defenſionem Deci. ſuſcipit in rubri. de conſuetu. colum. 3. ita etiam definitionem Alex. tutatur in rubri. ſupra ſolu. matr. nu. 26. vbi ſatis eſſe ait, ſi in his definitio procedit, quæ fieri communiter ſolent, arg. l. omnis definitio. ff. de reg. iur. vbi ſatis habetur, ſi ſecundum regulam cum definito definitio conuenit, quicquid aliud ſcriptum Deci. reliquerit in d. rubri. de iudi. colum. 4. in prin verſi. ſe
375 cundo dum dicitur, hoc amplius † Croto viſum in l. 1. in prin. nu. 27. ff. de acq. poſſ. ſatis eſſe, ſi aptitudine ſeruari definitio poſſit, veluti cum ius inſiſtendi in poſſeſſione definienda ponitur; Domino enim directo, apud quem poſſeſſio ciuilis eſſe, ius hoc inſiſtendi non competit, competere tamen poteſt, penſionem emphiteota non ſoluente, quæ cum ita ſint, caſus ſpectandi, & ipſi per rari non videntur, quibus ab hærede ipſo legati præſtatio non fit.

Sextò mirari ſatis nequeo, cum à defuncto, aut teſtatore ipſo legatum quandoq; præſtari, non ab hærede recentiores nonnulli ſcribant. l. lucius. 1. infra titu. 1. conſequenter non rectè verba illa in definitione adiecta ab hærede præſtanda ſiquidem ad neceſſitatem, aut obligationem præſtationis verba illa pertinent, ad quem neceſſitas, aut obligatio præſtandi ſpectet, vt hæres ſolus præſtationi adſtringatur, cæterũ in præſtatione voluntaria argumentũ procedit quando voluntate ſua, vltroq; legatum ipſum teſtator tradit, ſic ex diuerſis prorſus argum. deducitur, voluntariè legatum à teſtatore traditur, ergo præſtandi neceſſitate hæres non tenetur, rectè porro argum. procederet, ſi à teſtatore ipſo legatum præſtandum text. aliquo expreſſum eſſet, vnde cum niſi ſponte ſua teſtator non tradat, ad rem argum. non attinet, ſiquidem præſtationem hanc voluntariam verba definitionis non competunt, ab hærede præſtanda, neq; præſtationem ipſam voluntariam excludere text. ille cogitat, quorſum enim de præſtatione diſſerere, quæ nemine cogente fit, ad eum quippè caſum legis conſilium, aut prouiſio competit, in quo prouidendi neceſſitas vertitur per ea, quæ ſcripta ante ſunt nu. 324.

Conſequens his fit, diuerſi quicquam inter definitiones has duas legati circa præſtationem eius non verſari, & verba illa, ab hærede præſtanda, de quibus in §. 1. inſti. de lega. neceſſario in definitione ineſſe, etiam ſi expreſſa non ſint.

Tertia legati definitio in tex. ponitur in l. legatum eſt infra titu. 1. ꝙ donatio quædam eſt in teſtamento relicta, à qua verba etiam illa abſunt, ab hærede præſtanda, vnde eadem dici circa eam, poſſunt, quę mox enarrata circa eam ſunt, de qua in d. l. legatum eſt infra eodem.

Hicq; obſeruandum, ampliſſimam omnium definitionem eſſe, de qua in d. l. legatum eſt infra eo. ſed enim, quæ plura in ea verba ſunt, natura ipſa legati, neceſſitasq; demonſtrant, ſiquidem legari quicquã

cui ne

cui nequit, quin diminutio hæreditatis legando fiat,
quocirca ſuperuacua verba illa delibatio &c. viden-
tur, non minus atq; cum dicitur, ſic ore locuta eſt, ꝙ
per figuram adijci grammatici aſſerunt, quam pleo-
naſmos vocitant.

Quamcunq; definitionem legati ſpectemus, do-
nationem in eo verſari expreſſum eſt, ſatis enim de
donatione tex. loquitur in d. l. legatum eſt infra eo-
dem, cum ait, collatum velit, conferre quippè verbū
in ſpecie lucratiua, quale legatum eſt, tantūdem atq;
donare pollet.

376 Conſequens fieri inſpectioni hic videtur, vt † nō
rectè legatum Bar. nuncupet in l. 1. nu. 11. infra eo.
quod alterius commodum non ſpectat, & auctorita
tem, dignitatemuè teſtatoris ſolummodo includit,
quod officium iudicis competere ſcribit, per l. quin-
tus infra de annuis lega. Quomodo enim legatum
erit, ſi donationem non habet, atq; in ſpecie legatum
id non habendum, Aluarus hæc ſcribit nu. 157.

Sed obſeruandum, large id pro legato à Bart. acci-
pi, idq; ex eo liquet, ꝙ officium, ob id dari iudicis ait;
actio quippè ex teſtamento competeret, ſi legatum
propriè eſſet.

Definitionibus his legati, quibus donatio legatum
appellatur, conſequenter quæritur, vtrum donatio-
377 nis † appellatio ad legatum pertineat, vtilitates ex
quæſtione hac manantes in ſcriptis hic poſitas prio-
ribus habemus nu. 76. & ſeq. & in quantum diximus
abſenti mortis cauſa non donari, ex Alex. etiam id
iuuatur in conſ. 53. num. 16. verſic. & per hæc colli-
gitur ſufficiens reſponſio lib. 7. Soci. in conſi. 112. nu.
4. in fi. verſi. ſuccedit nunc tertia difficultas lib. 1. vbi
pactum, aut ſtipulationem in donatione hac cauſa
mortis Soci. exigit per glo. in l. cum pater. §. meuio
infra titu. 1. & in l. 2. C. de iure dot. pactum planè
præſentia carere partis non poteſt, niſi ſi nuncij, aut
epiſtolæ opera interueniat. l. conſenſu. ff. de actio. &
oblig. in ſtipulatione præſentiam deſiderari, tex. pro-
bat in l. 1. in prin. & §. 1. ff. de verb. oblig.

378 Hoc ita, niſi poſt mortē † donatoris donatio ipſa
conferatur, legati enim, aut fideicommiſſi vicem tū
obtinet, atq; ideò abſenti vtiliter ita donatur. l. mi-
les ad ſororem in princ. infra titu. 1. Roma. in l. 1.
colum. 2. in princ. ff. de dona. cau. mortis, Ripa in l.
2. nu. 9. infra eodem. glo. huc accedit in l. ſed inte-
rim. §. quod dicitur in ver. donatio verſi. vel dic, vt
dixi. ff. de dona. inter virum, & vxor. quæ retro trahi
ad tempus quo facta eſt, donationem id genus negat
quæ poſt mortem confertur, id quia legati iure cen-
ſetur.

Circa ea, quę dicta hic in ſcriptis anterioribus à no
bis ſunt num. 84 & ſeq. cum ad argumentum primū
reſpondemus, de donatione impropria text. intelli-
379 gendos ob dictionem † quædam, quæ improprieta
tem, aut abuſionem denotat, ſimiliter vt dictio quo-
dammodo, ex tex. id etiam oſtenditur in l. vt vim. ff.
de iuſti. & iure. in l. quædam in princ. ff. de eden. in l.
quædam in princ. ibiq; glo. ſupra titu. 1. de iure co-
dicil. in l. quædam, & in l. pomponius tractat circa
princ. ff de acquir. rerum domi. tradit Signorol. in
conſi. 12. ante med. & Aluar. hic nu. 139.

Et in quantum num. 88. verſi. ſecundo principa-
liter ad text. reſpondemus in d. l. miles ad ſororem,
& in d. l. cum pater. §. donationis infra titu. 1. præter
reſponſiones ibi commemoratas, in partem tex. iſti
retorquentur, namq; ſi donationis iure, ita vti res ge-
rebatur, actus non conſiſtit, at fideicommiſſi, aut le-
gati titulo ſuſtinetur, ergo diuerſa donationem, atq;
legatum fideicommiſſumuè eſſe, ex tex. illis non ob-
ſcurè demonſtratur.

Circa ea, quæ ſcripta hic in lectu. priore habemus
380 nu. 89. confeſſionem, quæ † epiſtola fit, parte præ-
ſente factam intelligi, receptionemq; epiſtolæ pro
acceptatione confeſſionis haberi, ex tex. id etiam o-
ſtenditur in l. publia. §. fi. ff. depoſi. no. Imola in cōſ.
138. nu. 4. Alex. in conſi. 24. nu. 10. lib. 5. in conſi.
113. nu. 16. lib. 6. vbi iura, & alia citat. tradit idem
Alexan. in conſi. 181. colum. 1. verſi. & propter epi-
ſtolam lib. 7. & apud nos in tracta. de antiqui. temp.
parte 1. num. 286.

Ruſſus, quòd in loco notato memorato habe-
mus, epiſtolæ vigorē euaneſcere, ſcribente ante mor
tuo, quàm ad eum perueniret, ad quem ſcripta erat,
ex Anto. & Roma. id iuuatur, quos Iaſ. refert in re-
pe. l. admonendi colum. 56. nu. 114. verſi. ſecundo
limita ſingulariter. ff. de iureiuran. idem prǽter Iaſ. ex
Alex. iuuatur in d. conſ. 24. nu. 10. lib. 5. idem Ruin.
ſcribit in conſ. 5. colum. 3. circa med. in conſ. 6. nu.
7. & in conſ. 131. col. 3. poſt med. lib. 1.

381 Dicti cuius ratio ea conſtat, ꝙ † roboris plus habe
re ſcriptura nō poteſt, quam ſcribentis vox, aut con
feſſio, ne plus cauſato, quā cauſæ tribuamus. l. digna
vox. C. de legibus. c. 1. §. hoc autem notandum qui
feu. dare poſſ. Signorol. in conſ. 214. colum. 4. poſt
med. Bal. in l. 1 ff. de ſenator. inde fit, vt cauſa extin-
cta, cauſatum quoq; pereat. l. in omni. ff. de adoptio.
Signorol. in conſ. 217. num. 4. itaq; ſi ſcribente ſu-
perſtite, vtilis donatio eſſe ante acceptationem non
poteſt, quomodo ſcriptura ab eo facta, & cauſata vi-
res habere abſq; acceptatione poterit, acceptandi pla
nè facultas deſinit, ſcribente mortuo, & cauſa ipſa
confeſſionis extincta, & ſicut expreſſim loqui, aut con
fiteri mortuus nequit, ita nec per ſcripturam argu. l.
qui ad certum ff. loca. & quamuis locutus ante per
ſcripturam videatur, ad rem tamen attinere locutio
id genus non videtur, poſtquam acceptata eo tem-
pore non eſt, quo durare locutio ipſa poterat, habile
enim extremū à quo eſſe oportet, ideſt ꝙ tempore
quo perfectionem actus recipit, fieri poſſit. l. bonorū
ff. rem ratam hab. & alia, de quibus ſupra nu. 57. &
nu. 64. in fi. vbi grauiorem extremi à quo, inhabilita
tem monſtrauimus.

Sed enim ſcribente etiam vita functo, rectè acce-
ptationem fieri, probari ex Bal. videtur in l. vnic. nu.
5. verſi. ſecundo opponitur. C. de confeſ. dictionem
quandocunq; obſeruando, cum ſatis eſſe ait, ſcriptu
ram id genus ratam quandocunq; haberi, aut acce-
ptari, ergo tam poſt mortem ſcribentis quam ante,
ex Bart. in l. fi. C. de conue. fiſci. debi. lib. 10. ita di-
ctionem quandocunq; apud Bal. Alex. ponderat in
cōſ. 113. num. 20. lib. 6. cum dictum Anto. de But.
primum refert, qui ſcribente ſuperſtite, neceſſarium
ratihabitionem putat, mox Bal. dictum Alex. ſubij-
cit, cui quandocunq; fieri ratihabitionem poſſe, vi-
ſum eſt, ſic contrarium Antonij de But. reſtrictioni
eſſe Baldum ſentit, ex Fulgo. etiam iuuari id videtur
382 † in conſi. 131. quidam, ſeu ſecretus colum. 2. poſt
med. verſi. poteſt ergo nepos. vbi geſtore negotio-
rum mortuo, geſta ab eo approbādi facultatem eſſe
ait, his, & illud accedit legitimationem filij, patris ro-
gatu factam, patre etiam ſublato, à filio approbari, vt
Alex. ſcribit in conſi. 139. colum. 2. circa med. verſi.
& non impeditur ratificatio lib 1. Iaſ in l. gallus. §.
forſitan nu. 11. verſi. item adde, ꝙ filius ſupra de lib.
& poſt. in conſ. 184 col. 5. circa med. lib. 2. & in cōſ.
156. col. 4. circa med. lib. 4. Ruin. in cōſ. 119. col. 3. in
fi. & ſeq. lib. 1. idem in legitimatione pro expedito
Fulgo. habet in conſ. 16. caſus talis eſt A. col. 2. cum
ſcribit, ratam hoc ipſo legitimationem haberi, ꝙ hæ-
reditatem patris legitimatus vendicat, ergo patre
etiam mortuo, ratam legitimationē haberi, neceſſa-
rio innuit, ſiquidem patre ſuperſtite, hæreditas peti
eius non poſſit, ſed quod ad legitimationem attinet
reſponderi poteſt, extremū à quo patre mortuo in-

habile

habile non videri, cum & ſuperiore legitimatio fiat non à patre ſuperior plane ſemper durat c. ſi ſuper gratia de offi. de legat. lib 6.

Labor maior in ratihabitione negocij verſatur, qđ geſtum ab alio eſt. & quod approbari poſt mortem geſtoris diximus. Sed obſeruandum, Idcirco approbandi facultatem dari, quòd perfectionem ſuā actus ipſe negocij geſti habet. vt pote ex quo obligatus geſtor domino ipſi eſt, vſq; adeò vt in poteſtate geſtoris non ſit, ab obligatione ſua ſe eximere, ſiquidem geſtum, adminiſtrationem ve eius approbare dominus velit. Quocirca à mera domini voluntate actus pendet, vtrum conſentire rei geſtæ velit. In his plane, quæ à voluntate noſtra mera pendeat, nihil refert, quo tempore ratus actus habeat, ante vel poſt gerentis mortem præſente, vel abſente parte. Bar. in l. Pomponius .i. col 3. in prin. verſi. item ex eo quod pendet, ff. de nego. geſt. & in l. quo enim. ff. rem ratam ha. Abb. in c. Cumana nu. 5. circa fi verſic. nec tamen credas de electio. Alexan. in conſ. 126. in fi. lib. 5. Deci. in l. ſemper qui non prohibet in fin. ff. de regul. iur. in conſi. 281. col. 2. & in conſi. 281. col. 2. & in conſ. 207. col. 2. poſt med. Itaq; cum neceſſarius conſenſus ad obligationem inducendā geſtoris non ſit, verum à mera domini voluntate res pendeat, mirum facere non debemus, ſi voluntatis huius declaratio fieri geſtore etiam ſublato poteſt. Quorſum enim præſentiam, aut vitam eius exquirere, cui contradicendi ius non eſt. Ratio alia ſcripturæ videtur, ex qua nota ante obligatio vlla non eſt. Probatio denium obligationis fit, ſi à parte agnoſcitur, aut approbatur. Vnde in actu ipſo acceptationis probatio ipſa obligationis inducitur, cum aliunde, q̄ ex ſcriptura ipſa de obligatione non appareat. Itaque ſicut obligatio induci poſt mortem non poteſt, Ita nec poſt mortem acceptari ſcriptura poterit, ex qua acceptatione obligatio ipſa probationis ope inducitur. & ſi enim inducta ſolummodo probetur, attamen quia inductio eius aliunde non docetur, pro eo res eſt, vt ſi inducta ex ſcriptura ſit, cum res tota ex ſcriptura ipſa perficiatur. Vnde cum imperfecta res ante acceptationem ſcripturæ ſit, Conſequens fit, vt perfici ſcribente mortuo nequeat. Quæ imperfectio in negocio geſto ſilet, in quo nata iam obligatio in vita eius erat, adeò vt ob ea ſe eximēdi poteſtas nō eſſet.

Conſequens his fit, non rectè Bal. ſenſiſſe in d. l. vnica. C. de conſeſ. ſi per dictionem quandocunque intellexit, poſt mortem etiam ſcripturæ acceptationem fieri, quotiens obligatio orta aliunde non apparet. Sic quomodo Bal. mentem accepiſſe viſus Alex. eſt in d. conſ. 113. nu. 10. lib. 6. Neq; Bar. teſtimonium mouet in d. l. fi. C. de conue. fiſci debi. lib. 10. quo Bal. nititur, Quoniam de tempore ratihabitionis verbum Bar. ibi non facit nec in l. nuda. ff. de dona. ad quam negocium refert.

Sed dicturus aliquis erit, ex eo Bal. dictum generale iuuari, quod ſcriptū ante in legitimatione eſt, poſt mortem patris ratam eam haberi. Atqui à mera filij poteſtate, aut voluntate res non pendet, ſiquidem patris quoq; neceſſarius conſenſus eſt, ne ei inuito filius agnaſcatur, vt Ang. ſcribit in conſ. 87. p decisione Soci. in rubri. ſupra de lib. & po. nu. 14. verſ. conſidera tamen in hac difficultate. Rui. in cōſ. 70. col. 3. in prin. & in conſ. ſeq. col. 1. in fi. lib. 3. filij item opus conſenſus eſt, ne inuitus patri ſubſit, deteriorq; in bonis ſuis condicio fiat. §. Generaliter in aucten. quibus modis natu. effi. ſui Bar. Bal. & Ang. in l. fi. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris. Soci. in d. rubri. nu. 14.

Reſpondetur, quod ad patrem attinet, perfectam in perniciem eius legitimationem videri, quæ con-
383 ſenſu roborata duorum apparet, Ideſt patris † & Principis ex cuius priuilegio abſenti etiam ius ex die ſcientiæ acquiritur Bar. in l. fi. nu. 4. Ibiq; Iaſ. nu. 32. ff. de conſti. princ. Quod cum ita ſit, à mera filij voluntate legitimationis commodum pendere conſtat.

Apparet ex his, confeſſionem, aut donationem p ſcripturam factam, noxiā ſcribenti nō aliter eſſe, niſi ſi admiſſa, aut acceptata ſcribente ſuperſtite ſit.

384 Hoc amplius Alex. ſcribit † in conſ. 26. nu. 6. verſ. præterea videtur. lib. 5. probationē plenam ex ſcriptura id genus non perfici, quæ facta parte abſente eſt. Quocirca ius plenæ probationis induci ex acceptatione non poterit ſcribēte etiam ſuperſtite facta. per tex in l. fi. ff. de interroga. actio. & in l. certum. §. ſi qs abſente. ff. de confeſſ.

Sed enim in verbis enunciatiuis inſtrumenti Alex. loquitur, quæ emiſſa propter aliud ſunt. ſecus ſi principaliter propter confeſſionem ipſam inſtrumētum non ſit. Concluſio noſtra ad eum caſum pertinet, quo creditores, aut donatarij cauſa principaliter ſcriptura ſit, ita vt ad creditorē donatarium ipſum principaliter relatio verborum fiat. Quo caſu probatio plena, aut donatio ex ſcriptura inducitur, quæ acceptata modo viuo ſcribente ſit. Ita rem hāc diſtinguendo Bal. nouel explicat in tract. dotis parte ſexta. priuileg. 78. col. 2. verſ. nec obſtat ratio Bar. per tex. in l. fi. C. arb. tutelæ.

Conſequens declarationi huic Bal. nouelli fit, nō
385 rectè † apud Corneum ſcriptum in conſ. 185. col. 3. lib. 2. ex ſcriptura, qua Titium creditorem in centum ſcribentis eſſe, & quæ Titio ipſi ſcribens donat, iuris quicquam titio abſenti non acquiri ex Glo. Ang. & Caſtren. in d. l. nuda. ff. de donat. Namq; cum Titij cauſa principaliter ſcriptum ita, & ad titium relatio facta verborum ſit, non poteſt titio ius non quæri, vtiq; ſi ſcribente ſuperſtite, libri ſcriptura ad titium perueniat, ab eoq; non improbetur. In qua re nō ex fide bona ſatis, Doc. Corneus refert.

Circa quæſtionem Io. Fabri. inſti. de lega. §. 1. cum
386 rem præſenti † & acceptanti teſtator donat, vtrum donatio, an legatum dicatur. In qua ſpecie legatum dici, Io. Fabri exiſtimat. In quantum text. contra Io. Fabri citari diximus in l. 1. §. aſſignare. infra de aſſignan. liber. quaſi ex eo probetur, etiam in teſtamento contractum, ſeu actum inter viuos fieri. Id tex. ille cōfirmare textu adiuncto videtur in l. aſſignare. co. titu. vbi expreſſum eſt, aſſignationem liberti, quæ in teſtamento fit, legato, aut fideicommiſſo nō cedere. quocirca actus viuentium æſtimabitur. Atqui teſtamento eam fieri, expreſſum in d. l. 1. §. aſſignare eſt. Quod cum ita ſit, & in teſtamento actus viuentium fieri, nō obſcurè ex tex. illo oſtenditur. Conſequenter, & eadem ratione nihil prohibet, quominus & donatio in teſtamento perficiatur. Quod cum ita ſit, cur donationis verbum in teſtamento expreſſum ad legatū trahendum ſecundum Io. Fabri erit.

Sed enim contrarius Ioanni Fabri tex. ille non videtur, quandoquidem reuocabilis pro arbitrio aſſignatio illa liberti eſt. d. l. 1. §. aſſignare. vbi quòd adimi aſſignatio nuda volūtate pōt. Quæ res ad naturā volūtatis vltimæ accepit. l. 4. ff. de adi. lega. vnde cū de actu reuocabili tex. ille loquat̄, nō rectè ad donationē inter viuos, & contractus alios irreuocabiles trahit.

387 Si dixeris, cum reuocationē aſſignatio † liberti admittat, cur legatum dici, aut fideicommiſſum nō pōt. Reſpondetur, hoc ideò fieri, quoniam commodum pecuniariū aſſignatio id genus non habet, quo commodo pecuniario remoto, honoratus dici quiſpiam nō pōt, vt onus ei iniungat̄. l. planè. 2. §. fi. l. & ſi ęquo, & l. ciuitatib. § fi. j̄. eod. §. ex contrario inſti. de lega. Bar. in l. 1. col. 2. circa fi. C. commu. de lega.

388 Eque ſnīæ Io. Fab. † obſtare tex. nō vī in l. ſi auia. C. de iu. delib. vbi p teſtm̄, aut inſtitutionē hęredis, aditio hæreditatis inducit̄. vnde quaſi cōtract' irreuocabilis

deſcen-

deſcendit, quaſi enim contrahi cum legataris, & cre-
ditoribus defuncti per aditionem dicitur. l. apud Iu-
lianum. §. fi. ff. quibus ex cau. in poſ. eatur. l. ex male
ficijs. §. hæres. ff. de actio. & oblig. §. hæres inſti. de
oblig. quæ ex quaſi contra. naſ. fateor enim teſtamen
to contractum fieri, aut quaſi contractum poſſe, ſed
negari poteſt, contractum in dubio factum in teſta-
mento intelligi, niſi ſi neceſſitas, id ferat, veluti cum
de bonis hæreditarijs teſtando quis diſponit, hæredē
puta in eis inſtituendo, hæreditatem enim defuncti
adire neceſſario intelligitur, cum aliter diſponere ni-
ſi adeundo, non liceat, ex actu plane neceſſario adi-
tio inducitur, qui fieri citra ius, & nomen hæredis nō
poteſt. l. pro hærede. §. papinianus ſupra de acq. hæ
389 redi. Hoc amplius, animo † ſolo per actum quem-
uis declaratum aditio hæreditatis inducitur. l. 2. ff. de
offi. procura. ceſar. l. gerit, & l. recuſari ſupra de acq.
hæredi. l. ſi auia, & l. potuit. C. de iure deliber. § fin.
inſti. de hæredum quali, & differ, proinde cōſequens
non fit, aditio hæreditatis ex actu neceſſario in teſta-
mento inducitur, ergo inducta, & donatio ob verbū
dono intelligetur, cum referri verbum dono ad le-
gatum poſſit, in quo donatio ineſt, atq; ideo donatio
nis neceſſitas nulla interueniat.

Secundo reſpondetur ad d. l. ſi auia. idcircò aditio-
nem, & quaſi contractum ab inſtitutione induci, ꝙ
aditione remota, inutilis inſtitutio erat à patre facta,
quæ ratio hic ſilet, vbi iure legati actus firmatur, quam
uis donatio ceſſit, quocirca ex caſibus diuerſis Crotus
argumentatur, ratio in quibus diuerſa vertitur.

Quæret hæc aliquis, vnde fit in ſpecie d. l. ſi auia, vt
reuocare aditionem non liceat, quæ inſtituendo in-
ducitur, ſimiliter, vt inſtitutio reuocari, & teſtamen-
tum ipſum, totum poteſt, reſpondetur, cum à ſolo
animo aditio pendeat, iſq; declaratus ſimel ſit, peri-
mi animi declaratio ex reuocatione teſtamenti nō
390 poteſt, ſiquidem ex actu † etiam nullo, aut reuoca-
to animi, volūtatiſuè declaratio fit. l. fi. ibiq; Bar. ſu-
pra de rebus eorum. l. qui à patre, ibiq; Bal. ſupra de
confir. tutore. l. filij, & l. fi. C. famil. hercíſ. Bar. in l. 2.
§. teſtamētū ſupra quē. teſta. aper. & id genus alia.

Tex. etiam contra Io. Fabri opponitur in l. ex ſen-
tentia ſupra de teſtam. ni. & in l. vxor. §. 1. ff. de falſis.
Ad quę iura reſponſum hic in commentarijs priori-
bus habemus nu. 99. verſi. quinto adducit Crotus.

391 Et quod diximus, † reuocari conſenſum non poſ
ſe, qui accommodatus teſtatori eſt de re conſentien
tis diſponenti, & conſequenter circa actum vltimæ
voluntatis reuocabilem, ex Iaſ. etiam id confirma-
matur in l. ſi fundum per fideic. col. fi. nu 42. infra eo.
& in conſ. 13. col. 2. poſt med. lib. 2. vbi Bal. teſtimo
nio nititur in l. ſeruum nu. 3. in fi. C. qui teſta. facere
poſ. vbi Bal. ex tex. id probat in l ſicut § venditionis
ff. quibus modis pignus, vel hyp. ſol. in l. 2. C. ſi aduer.
dona. & in l. cum quidam, ibi dum enim. C. de ad-
mini. tutor.

Hoc ita, ſi voluntate mera conſenſus præſtatur,
aliter atq; ſi officij neceſſitate cogēte d. l. cū quidam.

Circa ea, quæ dicta hic in cōmentarijs anteriorib.
392 habemus † nu. 102. ex regula illa Io. Fabri opin. à
Croto oppugnari, ad diſpoſitionem pleniorē in du-
bio verba referenda, quæ diſpoſitioni conuenire du-
plici poſſunt, per tex. in c. ſi pater de teſta, lib. 6. vbi
directa ſubſtitutio in dubio iudicatur, idē vltra Cro-
tum, ex tex. innuatur in l. iam hoc iure ſupra de vulga.
in l. in teſtamento 2. C. de teſta. mili. in l. fi. C. de hæ
redit. inſti. glo. in l. verbis ciuilibus in glo. fi. ſupra de
vulga. Signorol. in conſ. 107. nu. 26. in fi. Soci. in l. cē-
tur. nu. 21. in fin. ſupra de vulga. Corn. in conſi. 142.
col. fi. lib. 4. idq; locum obtinet, quamuis ſubſtitutio
ni directè verba non conueniant d. l. fi. ibiq; Doct. C.
de hæredi. inſti gl. in d. l. verbis ciuilibus, Ruin. in cōſ.
99. nu. 13. lib. 2. ſed cōtrarius ampliationi huic Ruin.
Bar. videtur in conſ. 241. pater filio impuberi Corn.
in conſi. 322. col. 7. verſi. ſed ad prædicta poſſunt dari
plures reſponſiones lib. 3.

Secundo obſeruandum in ſcriptis noſtris priori-
bus nu. 103. quibus ratio alia ſubiecta dicti huius eſt
nu. 103. ideſt ob id directam in dubio ſubſtitutionē
cenſeri, quia fauorabilior pupillo, quam fideicōmiſ-
ſaria eſt, quæ onus habet, rationē hanc apud Bal. ad-
ſcriptam poſtea reperi in l. precibus nu. 40. C. de im-
pub. & in conſi. 35. pater filio nu. 2. lib. 2. eadem ipſa
& Doct. alij ratione vtuntur.

Tertiò videndum, etſi ratio illa Croti admiſſa à
nobis non ſit, idcircò directam in dubio ſubſtitutio-
nem accipi, ꝙ plenior, aut potentior ſit, à Bal. tamen
ratio hæc non repudiatur in conſi. 423. verba teſta-
menti verſi. ille dicitur ſuccedere lib. 1. & in conſil.
175. præmiſſis verbis nu. 1. circa fi. lib. 5. Cuma. in
d. l. verbis ciuilibus in fi. & in conſi. 2. col. fi. qua ra-
tione admiſſa, locus Croti argumento erit, in ſigni-
ficatu potentiore verba accipienda. l. quæritur. ff. de
ſtatu ho. §. ſed quotiēs inſti. de iure natu. & alia apud
nos hic in ſcriptis priorib. poſita nu. 119. & ſeq. vulgo.

Sed enim aliter arg. hoc caueri Croti poteſt, quod
enim dicitur, directam in dubio ſubſtitutionem qua-
ſi pleniorem, aut potentiorem cenſeri, verum ita ha-
betur, ſi duo cōcurrunt, primum verborum poteſtas,
quæ directæ accommodentur, alterum perſonarum
qualitas, quibus ſubſtitui directo poſſit, ſic perſona
393 ſpectatur, qua ratione † porro perſonæ qualitas ob
ſeruatur, cui ſubſtitutio fit, ita & actus ſpectari qualita
tem conuenit, à perſona ad actum argumentando l.
qui furere, ibiq; Alber. ff. de ſtatu homi. l. ſi quis in-
quilinos, §. 2. infra eodem, actus porro ſub teſtamen
to fit, donatio, cui irreuocabilis nō quadrat ex quo
Bar. dicto ampliatio refelli Ruini videtur in d. conſi.
99. nu. 13. lib. 2. contrarius item Ruino, Corn. vide-
tur in d. conſi 322. col. 7. verſi. ſed ad prædicta poſ-
ſunt dari plures reſponſiones lib. 3. & quidem Bart.
Corn.q; opinio eligenda. neq; text. mouet in l. fi. C.
de hæredi. inſti. ideo enim directa ibi ſubſtitutio iu-
dicatur, ne ſterilis aliàs, aut inutilis fiat, vt Alex. ibi cæ-
teriq; obſeruant.

Secundo ratione, & alia Croti argū. diluitur, ꝙ na
394 turam rei † in actu deductæ ſpectari, potiuſquā ver
ba conuenit, l. ſi vno in prin. ff. loca. l. inſulam. ff. de
præſcrip. verbis, Signorol. in conſ. 22. nu. 12. vbi à na
tura ipſa denominationem contractus fieri, nō à ver
bis ipſis expreſſum eſt, de quo dictum hic in cōmen-
tarijs prioribus habemus nu. 94. vnde cum teſtamē
tum agatur, ꝙ reuocabile ſemper eſt, lædenda verbi
dono ſignificatio videtur, potiuſquā à natura ipſa te
ſtamenti reuocabilis diſcedatur, vt de donatione in-
telligatur, quæ in legato ineſt, tolerabilius quippe eſt
ipſam verborum naturam, quàm rerum, aut actuum
offendi Bal. in conſi. 357. interpoſito colum. 1. poſt
med. lib. 3. hoc amplius Bal. idem ſcribit in conſi. 67.
quia ex facto col. 1. poſt med. lib. 3. verba etiam vni
uerſalia ad ea perſtringenda, quæ contractus natura
fert, de quo plura in reſpon. meo pro genero nu. 318.
verſi. ius idem contractus competūt, & nu. 331.

Inquātum ſcriptis prioribus, & nu. 104. ſcriptū ha-
395 bemus, cōtra cū interpretationē habendā, † qui ver
bis nititur, ex Alber. in l. veterib. ff. de pactis, quē Iaſ. ſe
quitur in conſ. 39. col. 2. lib. 1. idē ex Imola confirma
tur in l. filiusfam. nu. 6. ff. de donatio. in cōſ. 21. in prin.
Alex. cōſ. 178. col. 1. lib. 2. & in cōſ. 128. ī fi. lib. 5. Dec.
in cōſ. 222. col. fi. pro qua ſentē. tex. vr̄ in l. ſi arborē. §.
fi. ff. de ſeruit. vrba præd. l. cū in leg. l. ſeq. in prin. & l. la
beo. 1. ff. de contrahen. emp. l. cū quęritur ff. de rebus
dub. l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationib. l. quęd adſtrin-
gēdæ. ff. de ver. obl. c. ex literis de ſpōſ. Hoc amplius

non in cum ſolum, à quo dicta verba ſunt, ſed & à
quo prolata ius præſumit, interpretationem haben-
dam Corn. ſcribit in conſi. 269. col. fi. lib. 4. ex do-
mini in c. ſtatutum de electio. lib. 6. ab eo verò pro
lata verba lex præſumit, qui ex eis agit, aut excipit
Bal. in conſ 413. verba dicunt nu. 2. in fi. lib. 5. vbi
ita exaudiendum tex. ait in d. l. veteribus.
396 Secundo in quantum contra † teſtatorem inter-
prætationem faciendam verborum diximus ex Ca-
ſtren. in l. planè 1. §. 1. per illum text. infrà eodem,
contrarius Caſtrenſi, Salic. eſt in l. vni. q. 10. C. quan
non peten. par. vbi idcirco iuri accreſcendi locum
in contractibus non eredit, ꝙ contrahentibus impu-
tantur, cur nõ apertius locuti ſunt d. l. veteribus, aliud
igitur in teſtatore non obſcurè Sali. ſentit, ſiquidem
recta aliàs ratio non eſſet, cur iuri accreſcendi locus
in contractibus non ſit, ſi & in volnntate vltima cõ-
tra teſtatorem etiam interpretatio fieret, & contra
teſtatorem interpretationem non fieri, Cuma. pro-
bat in l. quidam teſtamento in fine prin. infra eodem
Imola in l. ſi ita ſit ſcriptum nu 5. & ſeq. infra titu. 1.
Alex. in conſ. 204. nu. 9. lib. 2. Deci. in conſ. 183. col. 2.
ante med. verſi. non ob. ꝙ promiſſio, Iaſ. in l. ſi quis
id quod nu. 23. ff. de iuriſd. om. iud. in d. l. veteribus
nu. 2. in l. ſi creditoris in fi. C. de fideicom. Nigri hic
num. 43. in fi. Ruin. in conſ. 204. colu. 2. in fi. lib. 1.
neq; text. monet in d. l. planè 1. §. 1. quo Caſtren.
ibi nititur, quoniam dubia eius verba non ſunt, quæ
ad rem ipſam, non æſtimationem eius relata appa-
rent, ob id ꝙ æſtimatio non debeatur, eo non fit, ꝙ
ſermonis dubij interpretationem teſtator patiatur,
cum dubius ſermo non ſit, verum è contrario ex ver
bis ipſis perſpicuis id fit, quæ ſicut ad rem ſpectant,
ita fieri non poteſt, vt rei eiuſdem ſæpius præſtatio
fiat, ꝙ ſi ad æſtimationem teſtator cogitauerat, credi
bile legi viſum, de ea ab eo mentionem factam, qua
re legati ipſijs repetitionem ob certiorẽ potius ani-
mi deliberationem, aut maiorem eius affectionem
interueniſſe, lex. ipſa ſentit.

Argumentum tamen hoc ad rem attinere non vi-
detur, namq; hic in fauorem hæredis, ſiue legatarij
interpretatio adhibetur, contra teſtatorem ipſum
fieri non videtur, contra quem tum deniq; fieret, ſi
alia mens eius appareret, ſimiliter vt in eo dicimus,
qui ex contractu agit, aut excipit, & verbis eius dubijs
nititur, interpretatio enim haud dubiè contra eum
fit, cum aliter verba ipſe intelligat, quàm interpreten
tur, cæterum quomodo idem hoc dici in teſtatore
poteſt, à quo mens ſua certa non exprimitur, vnde
cum æque vnum ſenſiſſe, atq; aliud potuerit, dici nõ
poteſt, contra eum interpretationem haberi, quo
circa non rectè ſcriptum à Caſtr. videtur in d. l. planè
1. §. 1. imputandum teſtatori, cur perſpicuè magis
locutus non ſit, locum enim id haberet, ſi mens eius
apparere circa æſtimationem præſtandam poſſet.

Quid igitur in ſpecie, aut controuerſia hac dicen-
dum, referre puto vtrum inſtitutionis, an legati con-
ſeruandi cauſa verſemur, In inſtitutione latã habendã
interpretationem puto, ne irritum teſtamẽtum fiat,
l. in teſtamẽtis ff. de reg. iuris, cauſa alia legati videtur,
in quo, & ſi ita interpretandum videatur, ne inutile,
& id fiat. l. ſi quando in prin. infra eodem, Soci. in l.
cum ſenatus col. 1. in fi. verſi. poſtremo ex dictis Bar.
infra de rebus dub. locum tamen id non habet, quo-
tiens ita interpretando onuſtus plus nimio hæres fie-
ret, quare cũ ſpecies eadẽ ſæpius legatur, ſemel tantũ
debetur d. l. planè 1 §. 1. l. meuius in princ. verſi. ſanè
conſtitutio principis infra tit. 1. Paul. de Caſt. in conſ.
121. viſa quadam petitione porrecta cõtra hæredes
col. 3. circa med. lib. 1. dici tamen põt, ſterile hic om-
nino legatum non fieri cum ſemel debeatur, verã ta-
men differentia inter inſtitutionem, & legatũ videtur,
cum lata circa inſtitutionem interpretatio fiat, lega-
397 tum planè † ſtrictum regulariter accipitur. l. apud
Iulianum. §. ſcio l. quod in rerum § qui vſumfructum
l. legato generaliter infra eodem l. ſi ita ſcriptum ſit
infra tit. 1. l. qui concubinam. §. cũ ita, & l. nummis
infra tit. 2. l. pen. infra de dote prælega. l. cum certum
infra de tri. vino, oleoq; lega. l. vtrum in princ. infra
de rebus dub. l. vxor patrui. C. de. lega. l. penul. §. 1.
iuncto. §. illo C. de neceſ. ſeruis hæredi. inſti. glo. in
l. ſi plures in glo. fi. ſupra de condi. inſti. Bar. in l. ſub
conditione poſt gl. ibi ſupra de hæredi. inſti ſed quã-
uis ſtrictum regulariter legatum interpretatur, con-
tra teſtatorem tamen, ob id haberi interpratatio nõ
dicitur verum teſtatoris ipſius fauore, aut voluntatis
eius ſeruandæ cauſa, à quo grauatus hæres, quàm mi
nimum poteſt intelligitur.

Videndum, inferri ne ex traditione memorata ad
controuerſiæ huius explicationem poſſit, & quidem
quod ad caſum illum attinet, interpretationem le-
gati, ita habendam, ne inutile fiat, ad ſpeciem hanc
non pertinere, in qua irritus actus non fit, ſi legati,
non donationis iure actus ſuſtinetur, rurſus ad rem
attinere, & illud non videtur ſtrictim legatum inter-
prætandum, quoniam legato preſupoſito, id dicitur,
id eſt ꝙ legatum ſit, ſed enim de legato hic interpræ-
tando non diſceptatur, verum vtrum legatum, an
donatio ſit in qua re Croti opin. amplectedam in le
ctura priore hic dixi nu. 106. ratione illa concluſio,
398 aut ſententia hæc iuuatur, ꝙ propriè † verba intel-
ligi oportet, quotiens intelligi propriè poſſunt, id ꝙ
ex tex. etiam oſtenditur in l. 1. ff. ſi ager vectig. in d. l.
verbis ciuilibus, & in l. qui liberis. §. hæc verba ſupra
de vulga. quas leges Signorol. ad hoc citat in conſ. 6.
nu. 7. & in conſ. 181. colu pen. poſt med. & vbi clara
399 † verba, certaq; omnino ſunt, actus interitus tolera
tur, potiuſquã à verbis ipſis diſcedatur. l. vbi eſt ver-
borũ, ibiq; Soc. in quinto nota. infra de rebus dub.
tradit idem Soc. poſt Bar. in l. cũ ſenatus col. 2. ver. 3.
infertur, eo. tit. itaq; ſicut verbo dono vſus teſtator
eſt, ita recedendum ab eo non videtur, ſententia hac
Croti, Ang. Aret. vtitur in d §. 1. inſti. de lega. vbi à Io.
Fabri diſſentit, opinionem hanc Alua. etiam hic am
plectitur num. 143.
400 Et inquantum cõtrarius opinoni † huic Croti tex.
dicitur in l. ſi alieni infra eo. quaſi ibi probatur, inutilẽ
actum fieri potiuſquã ſecũdum materiam ſubiectã
verba non intelligãtur, ſenſum hunc improbatũ hic
habemus nu. 110. in 1. lect. quia inutilis ibi cautio nõ
redditur, ſecundum naturã actus eam interpretando,
conſequenter regula contraria obfirmãda, ſecundũ
naturam actus, aut materiam ſubiectã habẽdam in-
terpretationẽ non eſſe, vbicunq; inutilis actus ad eũ
modũ fieret, ſeu infrutuoſa, ſteriliaq; verba manerẽt,
quę concluſio ex tex. confirmatur in l. iuriſgentiũ. §.
ꝙ fere, ibiq; Iaſ. in j. not. ff. de pactis, vbi interrogatio
& reſponſio in parte nouiſſima pactorũ adiecta ſe-
cundũ naturã, aut materiã ſubiectã pactorũ non in-
telligitur, quib. ſubiecta eſt, verũ ſtipulationis effectũ
poteſtatẽuè obtinẽt, ne ſterilis interrogatio, & reſpõ
ſio fiat, ſi pacti ſolũmodo vigorẽ habẽt, ꝙ eandẽ, atq;
ſtipulatio vim non obtinet, ex quo tex. dirimi diſce-
ptatio hęc videtur, ſiquidẽ eandem vim, atq; donatio
legatũ non habet, vnde momenti nullius, dono, ver-
bum erit, ſi ad legati naturam reſtringitur.
401 Cofirmata etiã † Croti opi. à nobis hic eſt nu. 112.
ꝙ ob cãm neceſſariã in donatione præſentia adhi-
bita, & acceptatio donatarij vr̃, non ob cãm legati,
in quo præſentia opus acceptatiouè nõ eſt, fundamẽ
tũ hoc ex Signor. ẽt iuuatur in cõſ. 21. nu 4. in cõſ. 103.
nu. 6 vbi tex. in ſententiã hanc citat in l. gallus. § 1. ſ.
de libe. & poſt. in l. cũ ita. §. fi. & l. peto. §. fratre infra
titu. 1. in l. cum in corpus infra de acqui. rerũ domi.

& in l. in hi §. ſed ſi forte. ff. de ſolutio, de quo ſupra
etiam nu. 324.
Limitatio opinioni huic Ang. Croti, & Aluari ac
402 comodata, ne locũ habeat, vbicunq; ex † verbis te
ſtatoris extra teſtamentum etiam prolatis apparere
poſſet, legandi, aut relinquendi, non ẽt donandi ani-
mũ teſtatori ipſi fuiſſe, ita ſcriptũ hic apud nos in cõ-
mentarijs anterioribus legitur nu. 113. verſ. a. volun-
tas, vltra iam ſcripta, ex his voluntatẽ declarari, quæ
dicta extra teſtũ ſunt, ex tex. ẽt probatur in l. quotiẽs
§. 1. cum ibi no. ſupra de hæred. inſti. Bar. in l. 2. in fi.
prin ſup. de vulg. Alex. in cõſ. 100. nu. 11. lib. 4. Corn.
in cõſ. 239. lib. 2. Gozad. in conſ. 98. nu. 9. Parſ. in cõſ.
403 66. n. 80. lib. 3. cũ qua ſentẽtia, & illud facit, q† Imo
la, alijq; ſcribunt in l. ſi quis cũ aliter nu. 5. ibiq; Ang.
nu. 2. ff. de uerb. obl. declarationem ſequentiũ ab his
etiam fieri, quæ dicta, aut facta ante ex interuallo ẽt
ſunt ſequitur Alex. in conſ. 146. nu. 15. in fi. lib. 5. Soci,
in l. fi. infra de rebus dub. in conſ. 126. nu. 2. uerſic. ex
quibus infero lib. 3. Dec. in conſ. 190. col. 3. uerſ. 8. &
vltimo, & alia apud nos in conſ. 231. nu. 12. pro qua
ſentẽtia tex. videt in c. auditis, ibiq; Bal. col. 1. in fi. de
præſcriptio. ratio alia repetitionis eſt, quæ ad ea non
permittitur, quæ tempore ſecuta interpoſito ſunt,
Alex. in conſi. 122. lib. 2. & in conſ. 27. lib. 3. Soci. in
conſ. 27. nu. 14. in fi. verſi. ſed ad hoc motiuũ reſpon-
detur lib. 4. ſic facilius non paulo declaratio, quàm re
petitio fit, diſcrimen hoc inter declarationem, & re-
petitionem, Aret. etiam agnoſcit in l. 3. §. filius ante
fi. verſi. 2. adde ff. de lib. & po. in cõſ. 143. viſa col. fi.
circa med. verſi. quia quantũ ad declarationẽ, Corn.
in conſ. 192. col. 3 poſt med. lib. 2. Rui. in conſ. 13. nu.
11. lib. 1. Curti. iu. in conſ. 112. nu. 7.
Limitatio ſecunda adſcripta, ne locũ Ang. Areti.
404 & Croti opi. habeat, quotiẽs ex magnitudine, † aut
quantitate rei, donandi animus excluditur, quæ limi-
tatio ex Caſtr. & alijs probatur in l. fi. C. de collatio.
Vbal. in tracta. ſocieta. parte ſexta q. 23. donationẽ
inter fratres vnà ſimul degentes non præſumi, quo-
tiens plus alijs vnus impendit, ſi magna impenſa ſit,
qua ſententia, Soci. vtitur in cõſ. 40. col. 2. lib. 4. Cor.
in conſ. 271. col. 1. poſt med. lib. 1. expreſſius in conſ.
322. col. 1. lib. 2. in conſi. 58. col. fi. & in conſ. 214. co-
lum. fi. lib. 4. eodem Fulgo. ſpectat in conſ. 72. ſup-
poſita in fi. ob ſanguinis coniunctionem non niſi in
modicis donationem præſumi.
405 Limitatio tertia ſubiecta † nu. 113. in fi. cum bona
ita donata ſuperſtes ſemper teſtator poſſedit, ſigni. n.
eſt, legare eũ, nõ donare ſenſiſſe, quæ limitatio ex tex.
cõfirmatur in l. ſicut. §. ſuperuacua. ff. quibus modis
pig. vel hypo. ſol. in l. ſi is qui ſupra de acq. hæredi. in
3. C. de natural. lib. & in l. & qui ſub imagine. C. de di
ſtractio. pign. ad quam ſententiam conferunt, quæ
de effectu obſeruationis ſubſecutæ notata apud nos
ſunt in reſpon. pro genero nu. 317.
Quæſtio altera incurrit, quotiens verbo vtroq; te
ſtator vtitur lego, & dono, de qua apud nos hic nu.
314. in priore lectu. & inquantum Croti ſententiam
adiutando, vt donatio, non legatum æſtimetur, dictũ
406 habemus nu. 117. ab eo denominationẽ fieri, † de
quo actus magis participat, quotiẽs modis pluribus
iudicari contractus põt per text. in c. ad quæſtiones
de rerum permu. & ex Bart. in l. Ariſto. ff. de dona.
Alex. & alijs in l. 2. in prin. col. 4. ff. ſi cer. pet. ex tex.
etiam confirmari Croti opi. videtur in l. 1. §. ſi te ro-
gauero, & §. ſeq. ff. depoſi. vbi quotiens ex facto eo
dem contractus oriri duo poſſunt, contractus præua
let, qui planior eſt, ſed plenior donatio, quam legatũ
eſt, ob id potior habenda donatio, & ab ea facienda
actus denominatio videtur, vt donatio, non legatum
æſtimetur, conſequenter donatione magis quàm de
legato participare actus videtur.

Secundò vltra argumenta pro Croto adducta, ex
407 Bart. etiam, † & Doct. alijs confirmari opinio hæc
videtur in l. cum mota nu. 5. C. de tranſactio, cum
ſimpliciter fundus promittitur dationis, aut traditio-
nis mentione non facta, quia dare magis, quam tra-
dere quis non promittit, verum ſimpliciter fundi
promiſſio fit, ad dationem non traditionem actum
promiſſionis referri, id quia plenior datio eſt, & ple-
nius per eam ſtipulatori prouidetur per tex. in l. ſi ita
§. 1. ff. de contra. emp. qua ratione factum eſt, vt
nominatus contractus in dubio æſtimetur, vtpotè
qui fortior, pleniorq; innominato contractu ſit. l. 1. §.
ſi quis ſeruum ff. depoſi. l. naturalis. § at cũ do. ff. de
præſcrip. verbis, Bal. in l. petẽs nu. 26. in fi. C. de pactis.
Tertiò à iure, & illo vires Croti opinio accipit,
408 ab eo mixti denominationem † fieri, cui ſimilius
eſt, ſeu cuius naturam magis participat l. naturalis.
§. penult. ff. de præſcript. ver. l. & ſi non ſint. §. per-
ueniamus infra de auro, & argen. legato. Signorol.
in conſil. 194. column. 1. poſt med. cui ſententiæ
tex. magis ſcitus arridet in l. 2. §. fi. ff. ad legem aquil.
vbi Elephantes, & Camelli, qui pecudum, fera-
rumq; naturam participant, pecudum, non ferarum
numero habentur, id quia ad pecudum magis quam
ferrarum naturam accedunt propter operas, quas
mortalibus exibent. Atqui ad donationem propi-
us, quam legatum actus iſte accedit, ob præſentiam,
& acceptationem eius, cui legatum, donatioq; fit.
409 Ab opinione hac Croti tandem † receſſimus nu-
mer. 124. per dictum Natiæ in clementi. ſæpe co-
lumn. 4. de verbo. ſignificatio. vbi cum verba duo
inuicem non pugnantia concurrunt, ex quibus al-
teri vnum ineſt, pro vno habentur ex Bartol. in ex-
trauagan. ad reprimendum in verſic. videbitur ante
fi. idem ex gloſſ. & Doct. probatur in l. 1. in princ.
ff. de pactis, vnde cum in legato donatio inſit, ver-
ba illa lego, & dono, intelligi pro vno debent, vt
ſenſus ſit, legando dono, idque ita contra Crotum
à Nigro obſeruatum hic diximus num. 24. eodem
argumento contra Crotum, Aluarus hic vtitur nu.
148. & pluribus ſeq.
Sed enim ſatis argumentum hoc ad opinionem
Croti refellendam non videtur, quoniam repugnan
tia inter legatum, & donationem non obſcura ver-
ſatur, ſiquidem in ſpecie donationem accipimus,
prout ad viuos refertur, neque verum eſt, in legato
donationem propriè in eſſe, immò enim impro-
priè id fieri, dictio quædam apertè teſtatur, ſic quo-
modo monſtratũ in ſuperioribus habemus nu. 379.
Vnde aliter Croti confutanda opinio videtur,
410 quotiens inter contraria copula † ponitur, vt hic,
dono, & lego, in alternatiuam copulam reſolui. l.
ſi ita io infra de vſufruct. lega. l. ſi quis ſeruo ff. de ma
nu. teſtamen. Signorol. in conſil. 107. num. 26. no.
in l. ſi is qui ducenta. §. vtrum infra de rebus dub. &
in c. 2. de reſcripi. Iaſon. in l. 1. column. 2. in pri-
ma limitatione ff. de iuſti. & iure. alternatiua planè
vbicunque inter genus, & ſpeciem ponitur, expoſi-
tionis, ſeu declarationis vice eſt, veluti cum pactum,
vel tranſactio dicimus, pactum enim pro genere
eſt, in pactumque, & tranſactionem in ſpecie diui-
ditur, atq; ideò pro pacto tranſactionis exponitur
gloſſa. & Doct. in l. vbi pactum in gloſſ. C. de tranſ-
actio. glo. ſimilis in l. 1. in fi. C. vnde legitimi, do-
no planè verbum generale eſt, ſub quo ſpecies mul-
tæ continentur, inter viuos, cauſa mortis, propter
nuptias, & quæ in legato vertitur, ob id loco decla-
rationis verbum dono erit cum ſpecie per alterna-
tiuam permixtum dono, vel lego, ideſt per lega-
tum dono, cui declarationi, & illud conducit, cum
poteſtas alicui ſit, vt ius dicat prout arbitratus erit,
& voluerit, voluntas enim, quia arbitrio refraga-

tur,in alternatiuā copula reſoluitur,exponēdiq; , ſeu
declarādi cauſa expreſſa creditur,ideſt prout volēs ar
bitratus erit, vti dictū hic habemus nu. 124. circa fi.

Sed obſeruandum , declarationē hanc à priori nō
diſtare , in genereq; ſecundum declarationem hanc
poſteriorem dono verbum ſimiliter accipi,non pro
donatione inter viuos in ſpecie, vt in declaratione
priori , expreſſior tamen,atq; ſignificantior declara-
tio hæc poſterior, quam prior apparet.

Dictum hic habemus nu.126.in ſcriptis prioribus,
quotiens legatum ſoluere legatario præſenti, & acce
ptanti teſtator promittit,facultatem reuocandi non
411 adimi,ex qua † re memoratu illud dignum colligi
tur,derogatum naturæ rei ob verba nō intelligi, quæ
natura ipſa non poſtulat, dū contraria modo ei non
ſint,legatarij enim præſentiā ; & acceptationē legati
natura nō exigit,cū abſenti detur.l.cū pater. §. fur. ꝫ.
tit.1.atqui derogatum legati naturæ circa reuocandi
pōtatē,ob id non creditur,quandoquidem cōtraria
naturę legati pręſentia acceptatione legatarij nō eſt,
quid .n. impedit,à legatario pręſente legatū agnoſci,
& gratias teſtatori agi,rō alia eſt,cū naturæ rei verba
aduerſantur,derogatū tum enim naturæ rei neceſſa-
rio intelligitur l.vbi ita donatur ff.de dona. cau.mor.

Sed obſtare dictō,& opinioni huic videtur,ꝙ dici
412 ſolet,à natura † actus receſsū intelligi, potiusq̃ inu
tilia verba fiant l. qui cōcubinam §. qui hortos infra
de lega.3.cum alijs apud Deci. collectis in l. poſtquā
liti col.4.ante med.nu.23.C.de pactis, Ruin. in conſ.
81.col.3. & ſeq. lib. 1. reſpondetur, inutilem actum
non fieri,cum iure legati valeat.

Si dixeris , inutilem ſaltem promiſſionem fieri de
legato ſoluendo,quæ præſenti,acceptantiq; fit,ſi reuo
care id licet, reſpondetur , inutilē acceptationē non
fieri,ſiquidē legati repudiādi facultas ob eā adimit̄,
quid .n. ſi teſtatoris intereſſit, repudiationē nō pmitti.

413 Secundo reſpondetur,actus † ſterilitatem in execu
tionis admitti,ſiquidem ampliari diſpoſitio per clau
ſulas executiuas non ſolet clemen. 1. in fi.de præben.
Anto.de Bu.& Abb. in c. quoniam Abbas col. fi.de
offi. de lega. Deci.in c.relatū nu.4 co tit. in cōſi. 195.
col.3.in fi.verſ. 2. diligenter conſiderandum eſt,& in
conſi. 495.col.5. cumulatius Iaſ. in l. ex pupillari ſu-
pra de vulg. Cardi.hac accedit in conſi.103 col.1. cir
ca fi. verſi.5.pro Soc.per clauſulā decreti acceſſoriam
diſpoſitionē principalē, neq; ampliari,neq; reſtringi.

414 Tertiò reſpondetur , quod dicitur † contra naturā
actus verba intelligenda , ne inutilis actus fiat,locum
non habere, vbicunq; contra naturam actus intelli-
gendo, maior obligatio fieret , ſeu in plus quiſpiam
obligatus maneret l. ſi ſtipulatus verſi.verū.ff.de vſur.
vbi cum emptor ancillæ dari eam vacuamq; poſſeſ-
ſionem tradi nouandi animo ſtipulatur,ad naturam
venditionis ſtipulatio hæc reſtringitur , vt niſi tradi-
tionis facto venditor non adſtringatur , ne grauius
aliàs obligetur,ſi dare, ideſt dominium transferre de
415 beat,cauſa alia eſt, ſic † efficacior, ſolūmodo , non
etiam maior obligatio fit , veluti cum reum quan-
docunq; ſiſtere fideiuſſor promittit, ſiſtere enim , &
poſt ſententiam debebit contra quam natura ipſa fi-
deiuſſionis patiatur,Bar.in l.ſi quis rerum ff.de cuſto.
reorum Alex. in l.2.§.fi.ff.qui ſat.cog. Ruin.in conſ.
111. col.2.in fi. & in conſi. 115.in fi.lib.1.Maior pla-
ne , & grauior obligatio haud dubiè ex promiſſione
legati fit, ſi id præſtare teſtator cogitur ſiquidē in do-
nationem irreuocabilem legatū transfunditur,quin
etiam obligatio nouat, præciſaq; introducitur , quæ
antea prorſus non erat, cum legatum reuocare pro
arbitrio liceat.

Conſequens his fit , legati reuocandi facultatē ex
promiſſione eius præſenti,& acceptanti legatario fa-
416 ctā non amitti , quæ ſententia † ex tex. probatur in
l.cū quis decedens.§.1.ꝫ.de leg.3.quē Bar.& Caſtr.no
minant à nobis hic in lect.1.relati nu.126.ver.ſed qd
ſi teſtator,idē vltra Caſtr.ex Bar. oſtenditur in l. fi. ff.
de ſolutio.ſcitè magis ex Bal.in l.mandatū nu. 7. C.
manda.vbi promiſſio pecuniæ,quę relicta eſt,mona
ſterio facta,relicto finito,aut extincto , euaneſcit , ſic
pro natura relicti promiſſio intelligitur, neq; irreuo
cabile relictum propter promiſſionem fit.

Hoc ita,ſi ob cauſam relicti , aut legati promiſſio
fit, id ꝙ in dubio præſumitur cauſa alia videtur,ſi nō
legati,aut relicti contemplatione facta promiſſio ap
paret reuocationem .n. tunc nō patitur Ruin.in cōſ.
61.num.6 in fi. & ſeq. lib. 2. vbi ita Areti. intelligit in
l. hæredes palam § fi. ff. ſupra de teſta.

Circa quæſtionem apud nos in cōmentarijs prio-
ribus hic tractatā nu.131.cū legatū ita datur,ne reuo
417 care † id liceat,quia Bar.doct.in d.l.vbi ita donatur,
cōtra Rom.à Croto opponitur,partes Rom. tutā do
dixi nu.134.verſ.3.cōſidero,ſatis eſſe,ſi tranſire actus
vnus in aliū ex ſignificatione longa poſſit, ne inutilis
fiat, atq; ideò clauſulā illā,ne reuocare liceat,in lega-
to operari,vt irreuocabile fiat, quũquidē donatio dici
largè poteſt,quo admiſſo, contrariam Bar. doctrinā
in d.l.vbi ita donatur,Roma.opinio. non eſſe.

418 Sed .n. contrarius defenſioni † noſtræ Caſtr. vr̄ in
l.lucius per illū tex.ff. depoſi. vbi cū ita pecunia depo
nitur,vt ea frui depoſitario liceat,pactū quidē nō re-
ijcitur,q̃uis naturæ,& ſubſtantiæ depoſiti aduerſetur,
ſed .n. ꝯctus nomē non perit,imò depoſitū dr̄ , non
mutuū,idq; ideo fieri , ꝙ depoſiti ſignificatio mutuo
non quadrat, neq; tranſitum in mutui nomē patitur,
atqui in mutuū tranſire depoſiti contractus largè po
teſt, ſiquidem deponi pecunia ; & in mutuo quodā-
modo vr̄ ,cum traditio eius in vtroq; contractu fiat.

Secundò contrarius tex.in d.l.lucius, Bar. doctr.vi
detur in d.l. vbi ita donatur, vbi viciari pactū ſcribit,
ꝙ ꝯtiū ſubſtātiæ actus eſt , vbicunq; ſignificatio eius
trāſitū ad cōtractū aliū nō admittit, nāq; pactū illud,
vt pecunia depoſita vti depoſitario liceat , ſubſtātiæ
depoſiti repugnare non obſcurè vr̄ , neq; tranſitū in
mutui contractū ſignificatio ipſa depoſiti admittit,
atqui integrum,vtileq; pactum manere text. ait.

419 Reſponderi pōt,inficias † eundo, depoſiti nomen
durare pacto id genus interpoſito, verū mutuū dici,
ſic quomodo Decio placet in l.certi cōdictio.§.depo
ſui col.2.ff.ſi cer.pet.qua Decij opin.admiſſa,contra-
rius defenſioni noſtrę tex. ille non erit imo n. ex tex.
illo defenſio Rom.iuuatur,vt donatio,non legatū di-
catur ob clauſulā illā ne reuocare liceat, cōtrarius tū
Bar.doctr.tex.ille vr̄,q͂a vitiari pactū deberet, ꝙ tū ef
ficax manere Deci. & Caſtr.putant,diſſidēt tū Caſtr.
& Deci q͂a ſecun. Caſtr. q̃uis vtile pactū ſit , depoſiti
tū contractus remanet,Dec.planè in mutuū fieri trā-
ſitū putat, ſecun. Bar. doctri. aūt inutile pactū fieret,
atq; ideò depoſiti cōtractus maneret,ſic cōtrarij Bar.
Caſtr,Deciuſq; vidētur, quib. vtile eſſe pactū placet,
ita vti tex. ipſe perſpicuè oſtendit.

420 Bar. doctri. ſuſcipiendo † reſpōderi pōt ad d.l. lu-
cius,idcirco pactū nō īfirmari,ꝙ naturæ magis q̃ ſub-
ſtātiæ depoſiti in his aduerſatur,quę functionē in ge-
nere recipiūt,grano,vino,oleo,& id genus alijs,in qui
bus idē reddi quodāmodo videtur , ſi aliud euiſdem
generis,& eque,bonū redditur, vnde ſubſtantia om-
ninò alterari in rebus his depoſitis non videtur.

Sed .n. & ſi contrarius doctr. Bar.tex. ille nō videa
tur ad modū prænaratū declarando,reſpōſioni nr̄,&
defenſioni obſtare noſtræ vr̄,Caſtr. opin. admitten-
do,vt pacto id genus incolumi, nomen ipsū depoſiti
duret,neq; in mutuū trāſeat,durare.n.& legatū debe
ret,neq; in donationē tranſire ob clauſulā memora-
tā debebit,ſed reſpondetur,contrariū Caſtren. opin.
huic nō eſſe,qū & ſi tranſitus in actū aliū non fiat,pa

ctum

cũ tñ vires hẽt, conſequenter ſecun. Caſtr. ſententiã vires clauſula hæc habebit, ne reuocare legatũ liceat, tametſi donationis nomẽ ſileat, legatiq; vocabulum maneat, ſed ſatis mihi facere reſponſio hæc non poteſt, namq; ſi trãſire legatum in donationem nequit, quomodo irreuocabile erit.

421 Secondo igitur reſpondeo † ad rem tex. illum nõ attinere, quoniam mutuo conuenire, nec ex ſignificatione larga depoſitum poteſt, cũ inuicem pugnare mutuum, depoſitumq; videantur. Cauſa alia legati, donationiſq; videtur, cùm donationis appellatione large legatum contineatur. Pro qua ſententia ea videntur, quæ ſcripta ante ſunt nu. 399.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſalium verborũ tractatulus in partes ſeptem diſtinctus, & remittendo aditus.*
2 *Vniuerſalia verba, quæ dicantur.*
3 *Vniuerſalium verborum effectus remiſſiuè.*
4 *Vniuerſalia verba, quando reſtringantur remiſſiuè. De quo etiam nu. 40, & ſeq.*
5 *Vniuerſalia verba quando infructuoſa habeantur.*
6 *Specialis opus quando expreſſio ſit, ita ut vniuerſalia ſatis verba non dicantur, remiſſiuè.*
7 *Vniuerſalis, & generalis iudicij iuriſq; diſcrimen, & in verſ generale iudicium.*
Generale iudicium iutuè ab vniuerſali differre num. 7. & in verſ. vniuerſalis.
8 *Futura vniuerſali ſermoni an cedant.*
Vniuerſalia verba ad futura, ne trahantur cumulatiſſimè nu. 8. & continentibus.
9 *Limitatum tempus extra limites ſuos non egredi.*
10 *Per particula perfectionem denotat. Declaratur num. 42. vbi varij eius ſignificatus exprimuntur.*
11 *Rei appellatione actiones, & iura actiuè paſſiueq; contineri, & nu. 243. verſi. Quæ dicta omnia un 34. 129.*
Rei vocabulum ad perſonas propriè ſpectare, nu. 11. verſ. ſed & perſonas.
Rerum, & bonorum omnium nomine futura contineri num. 10. & conſequentibus.
13 *Bonorum rerumuè mobilium, & immobilium appellationem ad ius particulare ſpectare, & num. 241. & in ver. particulare ius.*
Particulare ius in bonis mobilibus, & immobilibus verſari num 13. & nu 241. & in verſ. Bonorum rerum.
14 *Futura bonorum ne omnium legato cedant, & ſequentibus, & nu. 20.*
Intellectus. l. quotiens §. ſi ff. de vſufruc. nu. 14. & ſequentibus, & nu. 20. 24. 29. 37. & in verſ. futura bonorum ne omnium.
Forte voce deciſionem non impediri, tam & ſi controuerſiæ quid habeat nu. 14.
15 *Futura hypothecæ accedere.*
Intellectus. l. fi. C. quæ res pign. obli. poſ. & in verſi. futura hypotheca.
16 *Vltimam opinionem agnitam intelligi.*
Vltimum. in vltimis concluſionem firmari nu. 16. uerſi. ratio huius eſt.
Vltima lex prioribus derogat nu. 16.
17 *Vſufructu bonorum dato, ædibuſque incendio peremptis, areæ ſolummodo uſumfructum deberi.*
Vſumfructum ædium corruptione earum penitus intercidere, vt nec in area debeatur.
18 *Meum, tuum, ſuum pronomina ad preſens tempus referri, omnino nu. 32. 59. & in ver. ſuum.*
Tuum, meum, ſuum pronomina ad præſens reſtringi nu. 18. omnino nu. 32. & in verſ Meum.
Suum, meum, tuum pronomina ad præſens tempus ſpectare nu. 18. omnino nu. 21. & in verſ Meum. Tuum.
Dominij ius ex pronominibus denotari. Meum, tuum, ſuum nu. 18. verſ. rei cuius, & in verſ. pronomen meum.
Pronomen meum, tuum, ſuum ad dominium ſpectare num. 18. verſi. rei cuius omnino nu. 32. & in verſ. Meum.
Meum, tuum, ſuum ad dominium referri nu. 18. verſi. rei cuius omnino nu. 32. & in verſ. Dominij ius. Pronomẽ meũ
19 *Vniuerſalem ſcripturam ex dictione reſtrictiua coarctari*
21 *Rationem dicto præſtare nu. 57.*
22 *Indiffinitum ad futura non potendi, & ibi ampliationes ſubijciuntur, et in ver. futura.*
Futura indefinitæ non accedere nu 22. et in verſ. indiffinitã.
23 *Hæreditatis vocabulo futura includi num. 29. et in verſ. futura.*
Futura hæreditati accedera nu. 29. et verſ. hæreditatis vocabulo.
Vniuerſitatis vocabulis futura contineri nu. 23. verſ. ad argumentum, et in verſ futura.
Futura ad nomina vniuerſitatis accedere nu. 28. verſi. Ad argumentum, et in verſ. uniuerſitatis.
Vniuerſitatis nocabula nu. 23. uerſ. ad argumentum.
Gregi futura cedere nu. 23. uerſi. ad argumentum.
25 *Bonorum poſſeſſorem, quibus caſibus creditoribus tenetur, niſi uirium bonorum tenus non adſtringi, et in uerſ. inuentarij neceſſitatem.*
Inuentarij neceſſitatem bonorum poſſeſſori remitti, cum niſi ad facultatum modum non teneantur nu. 25. et in uerſi. bonorum poſſeſſorem.
Bonorum appellationi feudum cedere, cum bona quis remittit. Cauſam aliam hæreditatis eſſe nu. 25. uerſi. ſecundo diuerſam, ibiq; declaratur, et in verſi. feudum bonorum.
Feudum bonorum appellatione, an veniat nu. 25. verſ. ſecundo diuerſam, vbi declaratur.
26 *Donationem cauſa mortis non infirmari, quòd de bonis omnibus fiat iuxta futuris, ac præſentibus.*
27 *Bartoli contradictio verſ. apparet ex his.*
29 *Vtilia iura tantummodo in fideicommiſſarium reſtitutione facta transire. in fi et in verſi. fideicommiſſarium.*
Fideicommiſſarium reſtitutione facta, niſi vtilia iura non conſequi nu. 29 in fi. et in verſ. vtilia.
30 *Fideicommiſſarium iura omnia hæreditaria reſtitutione facta ſequi iuxta paſſiuè, atque actiuè, et in ver. reſtitutione fideicommiſſi.*
Reſtitutione fideicommiſſi facta, iura omnia actiuè, et paſſiuè ad fideicommiſſarium ambulare nu. 30. et in verbo fideicommiſſarium iura omnia.
31 *Vſufructuarium omnium bonorum ære alieno diſſoluendo, re ipſa perſpecta teneri.*
33 *Vniuerſale ius in iure vniuerſali rerum rationem ſingularum non haberi, et in verſ. euictionem rerum ſingularũ, et in verſ. ſingularum.*
Singularum rerum rationem in iure vniuerſali non haberi num. 33. et in uerſ. euictionem rerum ſingularum, et in uerſ. uniuerſale ius.
Euictionem rerum ſingularum à venditore hæreditatis non præſtari nu. 33. et in uerſi. ſingularũ rerũ uniuerſale ius.
Vniuerſitatis alienationi accedere, quæ alienari in ſpecie nequeunt, et cur hoc tam varie nu. 33. uerſ inde ratio.
Intellectus. l. in modicis ff. de contra. emptio. l. quadam. ff. de acq. rerum domi. c. ex literis de iure patro. num. 33. verſi. inde ratio.
34 *Intellectus. l. fi. §. 1. ff de leg. 2. et in uerſi. particulare.*
Particulare fideicommiſſum, an dicatur de bonis relictum, quæ communia teſtatoris, et alterius eſſent nu. 34.
35 *Deſcendentium potiuſquam tranſuerſalium ius eſſe.*
Filijs à parentibus theſauros colligendos nu 35.
36 *Fideicommiſſum vti odioſum reſtringendum, et in verſi. grauatum.*
Grauatũ hæredem quàm minimum poteſt uideri. uerſi. inde quàm minimum poteſt.
38 *Superfluum non videri, dubitationis amouendæ cauſa, qd exprimere nu 182. et in uerſ. operari.*
Operari verba ſatis, dubitatio quibus tollitur nu. 182.
39 *Vniuerſalem dictionem adiectiuè, ſubſtantiuèque poni, an referat.*

Subſtantiui vis maior ne, quàm adiectiui ſit. ibidem. & ſequen.

45 *Inutilis. Prauum, & abſonum intellectum videri, per quē inutilis diſpoſitio ſit. verſi. in caſu vno, & in verſ. operari. validitas.*

Operari. Abſonum prauumq́; intellectum videri, per quem ab effectu vacua diſpoſitio ſit. ibid. verſi. in caſu vno, & in verſ. inutilis. validitas.

Validitas, iniquum, & abſurdum ſenſum duci, quo ad irritū actus deducitur ibid. verſi. in caſu vno, & in verſ. inutilis. Operari. validitatis.

Vniuerſalia verba reſtringenda, ne ſenſus abſonus ſequatur. ibid. verſi. idcirco verba vniuerſalia.

Inutilis. Ad actum inutilem, vniuerſalia verba non trahi ibid. verſi. inde fit, & in verſi. vniuerſalia.

Vniuerſalia verba ad actum inutilem non pertinere, nu. 41. & in verſ. Inutilis.

Principis conceſſioni futura accedere, cum niſi Principis ipſius non intereſt nu. 43.

Futura ad Principis conceſſionem pertinere, cum tertijs ius non læditur nu. 43. verſi. ſed enim, & in verſ. Principis.

46 *Adæquatio ad futura, nē pertineat nu. 89. 90. verſ ſed limitationi, & in verſi æquiparatio.*

Æquiparatio futura, ne arripiat. ibidem. & in verſ. Adæquatio.

Ratio ita legitima, ſi neceſſariò in omnibus concludit, quæcunque comprahendi ſub diſpoſitione poſſunt. nu. 43.

47 *Ratio impulſiua, quæ dicatur. verſ. ex quibus Bald. verbis. & in ver. Impulſiua.*

Impulſiua cauſa, aut ratio, quæ nu. eod. verſ. Ex quibus Bal. verbis & in ver. Ratio impulſiua.

Forma deleta, & rem corrumpi, cum eſſe omne à forma ſit. num. 37.

Vniuerſitas triplex, Corporum, Iurium & mixta. nu. 40.

Vniuerſitatem in priuilegijs non cadere. nu. 40.

Diuerſitatē paruis caſuum, Diuerſitatis ratione nō expreſſa, faciendam. num. 41.

Indeffinitam pari, atque vniuerſalem præditam vi eſſe. num. 42.

Poteſtate ſublata fruſtra voluntatem eſſe. num. 45. & in verſic. voluntatem.

Voluntatem frigidam ſine poteſtate iacere. num. 45. & in verſic. Poteſtate.

48 *Rationem improbari, in qua pluris quicquam, quàm in dicto non ineſt.*

49 *Vniuerſalia verba generalibus potiora. vberius numero 117.*

Vniuerſalia verba in præſens expreſſa ad futura non porrigi. ibidem. & in verſ. futura verbis vniuerſalibus. & in verſ. Limitationem.

Futura verbis vniuerſalibus non cedere in præſens tempus prolatis. ibidem. & in verſ. Limitationem Verba vniuerſalia in præſens.

Limitationem, & in verbis vniuerſalibus ſpectari, quæ ad tempus limitata præſens ſunt, ne ad futura pertineant. ibid. & in ver. futura verbis vniuerſalibus. Vniuerſalia verba in præſens. &c.

Futura ad generalia verba non accedere in tempus præſens concepta. nume. eodem. & in verſic. Tempus præſens.

Tempus præſens ad futura non protendi. ibidem. & in ver. futura ad generalia. Limitationem. Vniuerſalia verba in præſens.

50 *Confirmati non confirmationis tempus ſequendum. Cumulatius. nu. 53.*

Teſtamentum prius à poſteriore non modo quantum ad inſtitutionem, ſed & quantum ad legata reuocari. ibid. Intellectus. l. Aurelius. §. 1. ff. de libera. lega. num. eod. & duobus ſeq.

51 *Relationem verbis etiam vniuerſalibus interuenientibus, per relatum reſtringi. & in ver. vniuerſalia verba per relationem.*

Vniuerſalia verba per relationem ad relatum reſtringi. ibid. & in ver. Relationem.

Vniuerſalia verba ex mente diſponentis reſtringi. nu. eod. Plura num. 117.

52 *Confirmationem ad ampliandum, aut noui quid addēdum non prodeſſe.*

54 *Donatio bonorum omnium poſt mortem collata robur ſtatim inter viuos habet. Executio ſolummodo poſt mortem differtur.*

55 *Iuramenti poteſtatem eandem, ac confirmationis videri, vt vires demum actus addat, non etiam ampliet. & nu. 85. & in ver. futura ob iuramentum.*

Futura ob iuramentum ſcriptura non accedere. ibid. Limitatur nu. 85. & in ver. Iuramenti poteſtatem.

56 *Piæ cauſæ fauorem ad futura apprahendenda non tribui.*

Donationem bonorum omnium æque futurorum, ac præſentium inutiliter cauſa piæ non fieri ibidem. verſi. ſed fauor. & in ver. Pia cauſa non fruſtra.

Piæ cauſa non fruſtrà bona omnia donari tam futura, quā præſentia ibid. verſ. ſed fauor.

57 *Futura bona in conſequentiam oblationis perſonæ venire. & in ver. Conſequentia. Oblationi.*

Conſequentia. futura bona oblationi perſonæ in conſequentiam accedere. ibidem. & in ver. futura bona in conſequentiam. oblationi.

Oblationi perſonæ Monaſterio facta bona ne futura accedant. ibid. & in ver. Conſequentia. Futura bona in conſequentiam.

58 *Piam cauſam liberis poſt haberi. & in ver. Deſcendentiū. Filiorum.*

Deſcendentium cauſam Eccleſiæ anteferri. ibidem. & in ver. Filiorum cauſam Piam cauſam liberis.

Filiorum cauſam potiorem, quā piam eſſe nu. eod. & in ver. Deſcendentium. Piam cauſam liberis.

60 *Perſona. Argumentum de rebus ad perſonas non ſperni.*

Argumentum agnoſci de rebus ad perſonas viceq; contraria. ibid. & in ver. Perſona.

Vxori ſecundæ legatum an debeatur, quod relictum priori eſt. ibid. & nu. 22 & in ver. futura.

Futura vxori legatum ne præſtetur, quod datum priori eſt. nu. 22. & ibid. & in ver. vxori ſecunda.

61 *Poſthumi inſtitutionem ad primum non reſtringi & nu 59. verſ. Locum id in poſthumo. & remiſſiue. nu. eod. vberius nu. 108. & tribus ſeq.*

Primus. Ad actum primum ſcripturam fauorabilem non reſtringi, hoc eſt vbicunque ad irritum alias actus reuocaretur num. 59. verſi. Locum id in Poſthumo. & num. eod.

Primus. In actu primo diſpoſitionem non finiri, vbicunque par & in actu poſteriore diſponentis affectio inuenitur. num. 60. & ſeq.

62 *Participium præſentis temporis ad præſentia limitandum.*

Participium in relatiuum, & verbum reſolui. ibid.

63 *Futura verbis indefinitis nedum vniuerſalibus accedere. cum magni rei præiudicij non eſt. & in ver. Modici. Præiudicij.*

Modici præiudicij ad futura excludenda rationem non haberi. ibid. & in ver. futura verbis indefinitis.

Præiudicij breuis rationem non haberi, quominus ad futura diſpoſitio porrigatur. ibid. & in ver. futura verbis indefinitis. Modici.

Tertijs ius ex modico à Principe tangi. ibid. verſ. Cui ſententiæ.

Præiudicium modicum per caſus plurimos non ſpectari, Remiſſiuè ibidem. & in verſic. Modicum præiudicium in caſibus non paucis ſperni, Remiſſiuè num. ibidem. & in ver. Præiudicium modicum.

64 *Generalem ſcripturam per enumerationē ſpecierum ex copula ſubiectam non reſtringi. & plurib. ſeq. & in verſ. Reſtrictionem generis.*

Re-

Reſtrictionem generis per enumerationem ſpecierum in copula factam non reſtringi. ibid. & contrarietatum turba, ibid. & in ver. generalem ſcripturam.

66 *Operari verborum ocium permiſſi, quoties id exprimitur quod tacitè haret. omnino num 75. & in verſi. ſuperfluitatem.*

Superfluitatem verborum vitia non verti vbicunque id exprimitur, quod tacitè actus habet. ibid. omnino num. 75. & in ver. operari.

Operari, Leuius eſſe caduca verba manere, quam diſponentis voluntatem offendi. ibid. verſ. tertio reſpondetur. & in ver. ſuperflua.

Superflua verba finiri tollerantius eſſe fieri, quam vt diſponentis mens obſiſtat. ibid. verſ. tertio reſpondetur. & in ver. operari ibi leuius.

Operari, abſurdum minus eſſe varia verba iacere, quam vt effectus vnius cauſa introducta contrarium edant. ibid. verſ. tertio reſpondetur. & in ver. ſuperfluere.

Superfluere graue minus orationem, quam vt ad effectum contrarium trahatur ibid. verſ. tertio reſpondetur.

67 *Qvoq ue dictionem ampliatiuam eſſe.*

68 *Diuinatiuum ſenſum non videri, Qui ex verbis neceſſariò præſupponitur.*

Diuinatiuum intellectum non aſtimari, vbicunque accommodari alius nequit. ibid.

Hab.lin aliunde præſupponi, cùm de aliquo diſputatur. ibid verſ ius hoc vulgatum.

69 *Diuinatiuum ſenſum non reſpui, optimam qui rationem habet. & in ver. ratio optima.*

Ratio optima diuinationis ſenſum defendit. ibid. & in ver. diuinatiuum ſenſum non reſpuit.

70 *Punctum copulæ vim obtinere.*

Cum præpoſitio vi eadem prædicta, atque copula eſt, eamq; ob rem ampliationem facit. ibid. verſ. punctus tamen.

71 *Genus an ſpecierum enumeratione reſtringatur. & ſequentibus. vbi Bar. præceptio carpitur.*

Intellectus l. quæſitum. § fin l. Seia. in princ. ff. de fundo inſtruc. ibid. & ſeq. vbi Bart. diſtinctio notatur. & in verſ. genus an ſpeciem.

Bart. traditio obſcuritatis erroriſq; damnatur. ibid. & ſeq.

Intellectus l. ſi mancipia. ff. de fundo inſtruc num. 64. & ſequentium frequentia.

73 *Id eſt limitationem & declarationem dicit. & ſequentib. ſcilicet dictionis vim declaratiuam, & limitatiuam eſſe. ibid. & ſeq.*

Videlicet ad declarandũ, limitandumq. valere. ibid. & ſeq.

74 *Relatiuum qui ſine copula limitare*

75 *Expreſſionem eius quod tacitè ineſt, fruſtra fieri. Atque ibi declaratur verſ. ex caſu, hoc ſecundo & in verſi ſuperfluitatem verborum.*

76 *Declaratiuè, aut demonſtratiuè non reſtrictiuè in dubio verba accipienda. ibid. & in ver. demonſtratiuè.*

Demonſtratiuè verba non limitandi cauſa expreſſa videri. ibid & in ver. Declaratiuè.

77 *Modus vocabulum ad limitationem pertinet. & in verſ. Limitationem.*

Limitationem ex modi vocabulo ſignificari ibid. & in ver. Modus.

78 *Intellectum præualere, in quo maior dubitandi ratio. & in ver. dubitandi ratio.*

Dubitandi ratio vbi maior, ibi ſenſum admitti legis conuenit. ibid. & in ver. Intellectum.

79 *Fi tum e'ſdem caſibus diſpoſitioni generali, vel non cedere, quibus ad ſpecies enumeratas reſtringi, vel non genus ſolet.*

Genus ſpecies ſuas omnes haud impropriè complecti. ibid. verſi. Nunquè.

80 *Argumentum de re ad tempus recipi.*

81 *Futura diſpoſitioni verbis præſentibus factæ ob ipſius mentem diſponentis accedere. & in verbo. Mentem.*

Mentem diſponentis ad futurorum comprehenſionem in ſcriptura prodeſt, Quæm verbis facta præſentibus ſit. ibid. & in ver. Futura diſpoſitioni.

Mens ad futura apprehendenda ex quibus educatur, Remiſſiuè. ibid.

Mentis ſeruandæ cauſa vulnus verbis inferri. ibid. verſi. Quæ limitatio. ibique ampliatur. & in ver. Impropriè.

Impropriè verba ob mentem iuuandam exponi. ibid ver. Quæ limitatio. Atque ibi ampliatio. & in verbo Mentis ſeruandæ cauſa

82 *Futura in his diſpoſitioni cedere, Quæ ad naturam actus pertinent. & in verbo Naturam actus.*

Naturam actus ad futurorum incluſionem valere. ibid. & in ver. Futura in his.

83 *Impropriè verba propter naturam actus accipienda. vbi in ſententia id & ſtatuto ampliatur. & in ver. Natura.*

Natura actus gratia verbis diſcedi. ibid. vbi in ſententia, & ſtatuto id ampliatur & in ver. Impropriè.

84 *Liberè verbum ad ea ſubmonenda non prodeſſe, quæ à natura actus exiſtunt. veluti cum liberè ſe ſoluturum fideiuſſor conſtituit, diſcuſſionis exceptionem non eò minus dari*

86 *Generalem ſcripturam ad ea non pertinere, Quæ prohibita in ſpecie ſunt.*

Voluntatem hominis ad ea non ferri, quæ in ſpecie facere non conceditur. ibid.

87 *Inferior contra ſuperioris præceptum fruſtrà ſtatuit. & in ver. Superioris.*

Superioris præceptum inferioris ſtatuto non lædi. ibid. & in ver. Inferior.

Iuramentum vltra conſenſum diſponentis non porrigi. num 86. 121.

Iuramentum caducum conſenſu dempto. ibid.

88 *Lex ſemper ſtant ſemper loquitur, ita ad futura porrigitur.*

Futura ad legem venire, cum perpetuus ſermo eius ſit. ibid. & in ver. Lex.

Futura in ſtatuto venire. ibid. verſi. ex limitatione hac.

90 *Princeps lex in terris animata.*

Principis contractum pro lege haberi. ibid. & in ver. Contractum Principis. Legis vim.

Contractum Principis ad legis vigorem accedere. ibid. & in ver. legis vim. Principis contractum.

Legis vim in contractu Principis eſſe. ibid. & in ver. contractum Principis. Principis contractum.

91 *Operari verbum nullum otioſum accipiendum. & in ver. ſuperfluitatem in verbo.*

Superfluitatem in verbo nullo perferri. ibid.

92 *Futuren verbis præſentibus, præteritiſque ob effectum accedere, Qui ad futurum ſpectat, aut in futurum confertur. & in ver. Effectum.*

Effectum non verborum tempus attendendum. Quare ob effectum, qui ad futurum ſpectat, ad futurum præſentis præteriti vt temporis verba trahi. ibid.

93 *Conceptionem ſuccedentis de tempore exquiri, cum ſucceſſio defertur. Ibique limitatur, ne locum habeat, vbicunque ad euentum incertum, & futurum vocationis verba ſpectant.*

Contrarietas ſlagitioſæ. Alexan. Socin. Deci. & Ruin. de iure reſpondendo damnantur. ibid. in fin. verſic. Tam & ſi non extrà flagitium.

Tunc dictionem ad futurum ſpectetur.

95 *Poteſt verbum ad futurum reſpicere.*

96 *Intellectus incognitus l. ſi ſeruitus. in ſecundo reſpon ff. de ſeruis. vrban præd. & duob ſequen.*

97 *Negatiuam affirmatiua potentiorem.*

Genere remoto, & ſpecies eius omnes tolli. ibid. verſi Siquidem ad remotionem generis.

98 *Genere poſito, ſpecies eius omnes non poni.*

Seruitutem negatiuam maioris quam affirmatiuam poteſtatis eſſe. ibid verſi. Atque in ſpecie. & in ver. Negatiuam ſeruitutem.

Negatiuam ſeruitutem maiori, quam affirmatiuam vi eſſe. ibid. verſi. Atque in ſpecie. & in ver. Seruitutem

99 Fu-

99 *Futuru ad ſcripturam reciprocam accedere. & in verſic. Reciproca.*

Reciproca diſpoſitioni futuru concedere. ibid. & in ver. futura ad ſcriptur..m.

Reciproc..m do..ationem prohibitã inter coniuges non eſſe. ibid. verſi. Qua ratione. ibiq; declaratur.

Læſionem in actu reciproc:ę non videri. ibid. & in ver. Reciprocum actum.

Reciprocum act..m da..noſum non intelligi. ibid. & in ver. Læſionem.

100 *Intellectus .; l. ſi cognatis. ff. de rebus dub. contra Angel.*

101 *Capacitas legatarij quo tempore exquiratur.*

Qualitatem legato inſertam, ſeu legatarij qualitatem quo nam tempore interuenire oporteat. nu. 100.

Cedere. Quid interſit, à morte teſtatoris, an ab hæreditate adita legatũ cedat, an Remiſſiuè. ibid. verſicul. Quanti porrò.

102 *Alluuio. quod per alluuionem fundo legato accreſcit fundo perinde, ac partem eeius accreſcere.*

103 *Augmentum facto teſtatoris in re legata additum legatarij eſſe.*

Alluuionis incrementum emptori cedere. ibid. verſic. ſed obſeruandum.

104 *Acceſſoria, quæ poſtea contingunt, legato ne, aut ſcripturæ alij concedant, non parcè. nu. 104.*

106 *Superueniens authori ius vtile ſucceſſori eſſe.*

107 *Operari. Ne inepta ſcriptura fiat, tempus præſens ad futurum trahi.*

109 *Tempus præteriti imperfecti ſubiunctiui ad futurum produci.*

Clauſulam codicillarem in verba ſi non valeret, compoſitum, ad futurum ſpectare. ibid. & in ver. Tempus præteriti imperfecti.

110 *Dubiam rem per contrarias Doct. opiniones. fieri.*

Validitas. vt actus valeat, interpretationem in dubio habendam. ibid. verſi. In re ſanè dubia.

Teſtamentum ſuſtineri publicè expedire. ibid. verſi. Idque in teſtamento in primis. & in verſic. vtilitatem publicam.

Vtilitatem publicam in teſtamentis ſuſtinendis verſari ibi. verſi. Idque in teſtamento in primis. & in verſi. teſtamentum ſuſtineri.

112 *Subrogatum legato cedere per verba in præſenti in dato.*

Intellectus l. filia. §. fin. ff. de conditio. & demonſt. contra Socin. iun. ibid

113 *Declarationem ad actum præteritum relatam ad futurum porrigi.*

114 *Declaratur quid facilius, quam recens inducitur.*

Declaratiuam interpretationem ſublatam ſtatuto non videri, Quo interpretatio abiecta omnis ſit. ibid.

Interpretatione omni exploſa, declarationum permitti. ibidem.

Declarationem articulorum, aut poſitionum termino finito non prohiberi, qui articulis, aut poſitionibus datus ndendus eſt. ibid. ver. æquè termino.

Declarationis, & interpretationis diſcrimen. ibid. verſic. Declaratio enim.

Termino articulis dandis præſtituto, excurſo, declarationem eorum permitti. ibid. verſi. Equè termino.

Intellectus. l. talis ſcriptura in prin. iuncto. §. fin. & l. ſeq. ff. de lega. 1. nu. 113. & ſeq.

115 *Connexa diſpoſitioni cedere.*

116 *Vniuerſali iudicio iurinè futura accedere, & iure rei principalis acceſſoria in eo æſtimari. & in ver. Acceſſoria fructus.*

Acceſſoria in iudicia vniuerſali pro re principali haberi, & iure eodem cenſeri. ibid. & in verſic. fructus. vniuerſali iudicio.

Fructus non quaſi acceſſorios, ſed perinde ac principale in iudicio, aut iure vniuerſali æſtimari. ibid. & in ver. Acceſſoria in iudicio. vniuerſali iudicio.

116 *Genus ad futura trahi. nu. 23. verſi. ad argumentum. nu. 79. ver. Ita ad ſpecies.*

Vniuerſale ius aliud non paulo, ac ſermonem vniuerſaleta videri. ibidem. Iuncto. verſicul. Apparet ex limitatione.

117 *Vniuerſalem bonorum omnium hypothecam ad tex. pertinere in l. obligatione generali. ff. de pignor. & ſeq. & in ver. Hypotheca.*

Hypotheca verbis vniuerſalibus conſtituta ad text. ne pertineat in l. obligatione generali. ff. de pignor. ibidem & ſequentib. & in verſic. vniuerſalem bonorum omnium hypothecam.

Vniuerſale verbum nullum adeo inueniri, quod per inſpectionem debitarum circumſtantiarum ciuiliter intelligi, & limitari non debeat. ibidem. verſic. Oldrad. his accedit.

Venalia legato ne cedant, quod in verba relictum vniuerſalia eſt. ibid. in fin. & num 119. ver. Oldra. etiam emmulatius. nu. 127. adusque. nu. 135.

118 *Vniuerſalibus verbis ea non contineri, quæ niſi difficulter, aut cauſa maxima concedi cogente non ſolent.*

Inſolita ad verba vniuerſalia non concedere. ibid.

Intellectus. l. obligatione generali. ff. de pignor. num. 117. & duobus continentibus.

119 *Generalem ſermonem pro ſpeciali habendum, vbicunq; applicari non niſi ad vnum poteſt. ibid. latius num. 131. & in ver. ſpecialis expreſſionis.*

Specialis expreſſionis vice generalem eſſe, quæ conuenire niſi ad vnum non poteſt. ibid. latius num. 131. & in ver. Generalem ſermonem.

120 *Vniuerſalibus verbis nec geminatis feudum accedere. ibid. Limitatur num. 126. & in verſicul. Feudum. Geminationem.*

Geminationem verborum vniuerſalium ad feudum, prohibitaue complectenda non prodeſſe. ibidem. Limitatur num. 126. & in verſicul. Feudum. in verſic. vniuerſalibus verbis.

Feudum ad verba vniuerſalia ne quidem geminata venire. ibid. & ſeq. vbi ratio ſubijcitur. Limitatur. num. 126. & in verſi. Geminationem. Vniuerſalibus verbis.

121 *Geminatione actum non augeri, Conſultius demum animi propoſitum arguit.*

Geminationis vim vltra diſponentis conſenſum non trahi. ibidem.

Iuramentum ad illicita non trahi. ibid. in fin.

Geminationis vim minorem, quam iuramenti eſſe. ibidem in fine.

122 *Ratificationem non attendi, quæ errorem eundem, atque actus confirmatus habet. ibid.*

123 *Interuallo efficaciorem ratihabitionem fieri.*

Geminationem verborum per inculcationem ſæpè citra effectum fieri. ibid.

124 *Geminatio actus frigida, quæ ex continenti fit.*

Incontinenti infirma ratihabitionem eſſe, quæ illico fit. ibidem.

125 *Vniuerſalia verba geminata coercendæ, ne aut abſurdi quicquam inde ſequatur, aut damnum quiſpiam per iniuriam ſentiat. & in ver.*

Geminationem verborum vniuerſalium reſtringi. magis eſſe, quam aut abſurdi, aut damni quicquam per iniuriam inde exiſtat. ibid. & in verſic. vniuerſalia verba geminata.

128 *Quoquo modo verba ad locum relata, venalia etiam complectuntur.*

130 *Locus in loco aliqua ea deſtinum videri, quæ ob perpetuum vſum eius ibi ſunt. Limitatur nu ſeq. De quo etiam num. 133. & in ver. Temporalia.*

Temporaliter. Quæ in loco quo ad tempus, no perpetui vſus cauſa ſunt, in loco eſſe illo non videri. ibid. Limitatur nu. ſeq. De quo etiam nu. 133. & in ver. Locus.

132 *Intellectus l. ſi chorus. §. 1. & l. ſi mihi Menia. §. fin. ff de lega. 3.*

133 Du-

133 Durare in loco eſſe non dici, quod duraturum in ea non eſt, & num. 222. & in ver. Reuocabilis.
Reuocabilis dominij, ſeu quod reſtitui oportet, rationem non haberi. ibid. & nu. 222. & in ver. Durare.
134 Intellectus l. pediculis, §. item cum quæreretur, ff. de auro, & argen. leg.
135 Fideicommiſſa cur arbitrio hæredis credita inicio eſſent remiſſiuè. 175.
Fideicommiſſorum origo. ibid. remittenda & nu. 179.
136 Legata cur per codicillos dare iure priſco non liceret, & in ver. Codicillis.
Codicillis legare iure cur antiquo non liceret. ibid. & in ver. Legata cur.
137 Legata poſt mortem hæredis, aut legatarij dari olim non paſſent.
Legare à legatario cur liberum olim non eſſet. ibid. verſic. Ratio item.
138 Succeſſorem ſingularem, actione perſonali non conueniri num. 155. Ampliatur num. 141. Ratio adſcribitur, num. 246. & in verſ. emptorem hæreditatis.
139 Realem actionem contra poſſeſſorem omnem intendi.
140 Acceptationem legati cum onere factam ſuo videri.
141 Emptorem hæreditatis à creditoribus hæreditarijs non conueniri.
142 Codicillis relicta ab hærede legitimo præſtari, & in ver. legitimum hæredem.
Legitimum hæredem legatis præſtandis teneri, quæ data in in codicillis ſunt. ibid & in ver. codicillis.
143 Legitimum hæredem ſimiliter, vt teſtamentarium grauari, & in ver grauamen hæredi legitimo.
Grauamen hæredi legitimo æquè, vt teſtamentario imponi. ibid. & in verſ Legitimum hæredem ſimiliter.
Honoratum eo ipſo quem videri, quòd ademptum ei non eſt quod adimi poterat. ibid. verſi. rei cuius.
144 Legati in pecunia, aut genere alia conſiſtentis dominium ad legatarium iure ipſo non abire.
Legati dominium in legatarium ſecundum iure ipſo non transferri ibid. Atque ibi ratio deducendo, & nu. 198. 218. verſ. qua ratione.
145 Mediam iuris prudentiam in horum iure conſiſtere. nu. 174. & in verſ. digeſtorum ius.
Digeſtorum ius ad mediam iuris prudentiam ſpectare. ibid. & nu ſeq. omnino num. 174. 177. & ſeq.
146 Digeſtorum ius antiquum non videri num. 174. 177. & ſequen.
Tabularum 12. ius antiquum perhiberi. ibid. omnino, num. 174. 177. & ſeq.
Ius quotuplex. ibid. vberius, nu. 174. 177.
147 Adæquatio legatorum, & fideicommiſſorum in quibus contineatur, aduſq; nu. 173.
148 Legatarium hæreditatem, & libertatem non perinde ac fideicommiſſariam nuncupari:
Nominum mutatio an fiat, nu. 147. in fin.
149 Adire hæres legatarij rogatu an cogatur. & in ver hæredem vt adeat.
Hæredem, vt adeat, an legatarius cogat. ibid. & in ver. adire.
Libertatis legata cauſa cogendum, vt adeat, hæredem non fore ibid. verſ. ſed nec legati.
Intellectus, l. mulier, §. fin. ff ad trebellia ibid. verſi. in eandem ſententiam, & num. duobus ſeq. & num. 156. 162. 164. omnino nu. 202. aduſq; nu. 210.
Trebelliani effectus, quinq: ibid. verſ. Cuius explicandi cauſa vberius, num 209.
150 Hæredis cogendi effectum, ut adeat, per Trebellianum Senatus conſultum proditum.
Adeundi compulſionem per Trebellianum inuentam. ibid. & in ver hæredis cogendi.
151 Trebellianicam à fideicommiſſario, legatariovè vniuerſali non excipi plenius. num. 206. vbi ratio adſcribitur.
Legatario vniuerſali hæredis cogendi, vt adeat, eſſe ibid. verſic. ſimili modo, & num. 165. 203.
152 Legatum à fideicommiſſa in libertate ex teſtamento relicta differre. nu. 159. & ſeq. nu. 191. & nu. 201.
Orcinus quis dicatur. ibid.
153 Diuerſitate titulorum diuerſum ius argui, & in verſi. titulorum.
Titulorum diuerſitate diuerſum ius ſignificari. ibid. & in ver. diuerſitate titulorum.
Diuerſitatem interdictorum, actionumvè inde duci, quod ob diuerſas res competunt ibid. verſ. ex diuerſo.
154 Falſum totum ſermonem vniuerſalem haberi, falſitas in quo, vel tantula inuenitur.
Hæredem adire per legatarium ſingularem non compelli, ibid. verſic. hæredem quippè, & in verſic. Legatario ſingulari
Legatario ſingulari hæredem, vt adeat, cogendi ius non eſſe. ibid. verſi. hæredem quippè, & nu. 157. & in verſic. hæredem adire.
155 Legatarium ſingularem oneribus hæreditarijs non affici num. 138.
Fideicommiſſarium vniuerſalem iura omnia ſequi. ibid. ver. qua in fideicommiſſario ratio.
Ampliatur num ſequen. & num. 204. vt in fideicommiſſario id, & poſteriore obtineat, & in verſic. Trebellianum.
156 Trebellianum Senatus conſultum quoad actionum tranſlationem ad fideicommiſſarium etiam ſecundum pertinere. Et in ver fideicommiſſarium.
157 Fideicommiſſarius ſingularis hæredem ad adeundum non adſtringit.
158 Eſtimationem in legata, aut fideicommiſſo libertatis non verſari, & in verſ. libertatis.
Libertatis legatum. fideicommiſſumvè ad æſtimationem pecuniariam non competere ibidem, & in verſic. æſtimationem.
Dominium rei legatæ iure ipſo, nullaque hæredis traditione, confeſtim legatario acquiri, atque mortem teſtator obijt, num. 160. Limitationes remittendo, nu. 216. 218. verſi. qua ratione Et in ver. legati dominium.
Legati dominium illico, ireq; ipſo legatario accedere, vbi vita functus teſtator eſt num 160. Limitationes remiſſiuè num 216. 218. verſi. qua ratione. Et in verſi. dominium rei legatæ.
159 Intellectus § qui autem, inſtit de ſingulis rebus per fidei relic. & ſeq. num. 191. omnino. num. 201. 210 verſ. ab expoſitione.
161 Legatorum ſingularium, & fideicommiſſorum vniuerſalium diſcrimen cuius effectus ſit.
165 Fideicōmiſſarius, vniuerſalis, cui à legatario vniuerſali data relictum fideicommiſſum eſt, hæredem vt adeat, nō compellit & in ver. Trebelliani ius.
Trebelliani ius fideicommiſſario non prodeſſe, cui à legatario vniuerſali præſtari fideicommiſſum debet, ibidem ſed vide nume. 156. 204 & in verſi. fideicommiſſarius vniuerſalis.
166 Approbationem eius argui, ad quod relatio fit. ibid. limitatur, num. 168 & in ver. relatione.
Relatione ad aliud ſimpliciter habita, approbationem eius argui. ibid. Limitatur. num. 168. & in verſi. approbationem.
Approbatam hoc ipſo opinionem cuius videri, quod non improbatur ibid verſ hoc amplius.
167 Semel factum, aut introductum introduci amplius non poſſe.
Semel ruptum amplius non diſſolui ibid.
168 Generalem ſcripturam, aut relationem ad ea non trahi, quæ iuri repugnant. ibi. & in verſi. relationem.
Relationem generalem ad ea non pertinere, quæ iuri non conſentiunt. ibidem, & in verſicu. generalem ſcripturam.
Adæquationis effectus per caſuum vnius, & alterius diſtinctionem enarratur. nu. 170. & duobus continentibus.

Co-

171 *Cognationis, & agnationis diſcrimen omnino abolitum.*

Gradu decimo tenus cognatos iuxta, ac agnatos ſuccedere. ibidem.

172 *Inducta ad ampliandum diminuere abſurdum.*

173 *Violenter verbum paſſiuè in teſte non accipi contra Bart.*

174 *Antiquum ius quod dicatur num. 147. cumulatius, num. 177. & ſeq.*

175 *Adæquationem legatorum, & fideicommiſſorum ab Vlpiano adfirmatam, non iniuria Iuſtiniano vendicari, num. 181. & in verſ. denominatio adæquationis.*

176 *Denominatio adæquationis legatorum, & fideicommiſſorum, quo nam pacto Iuſtiniano arrogetur, & num. 181. & in verſi. adæquationem.*

180 *Expreſſione alicuius alia excludi, ſi quidem non minus ea, atq; aliud exprimenda diſponens curaſſet.*

Specialem eorum expreſſionem deſiderari, quæ ſpeciali digna commemoratione ſunt. ibidem. verſic. id quidem in primis.

Veriſimile non eſt, ea quempiam taciturum, quæ in ſpecia digna exprimi ſunt. ibidem verſic. id quidem in primis, & in verſicu. generalis ſermo. Specialem eorum.

181 *Generalis ſermo ad ea non pertinet, quæ expreſſione digna ſpeciali ſunt. ibidem. verſicu. id quidem in primis, & in verſic. ſpecialem eorum, veriſimile non eſt denominationem ab ordinante faciendam. ibid. & in verſic. ordinanti.*

Ordinanti actum tribui. ibid. & in verſi. denominationem ab ordinante.

182 *Operari verba ſatis, quæ dubitationem reſecant.*

183 *Lego verbi coarctatio in l. verbis legis, ff. de verb. ſignifi. quo modo accipienda, & in verſic. intellectus, l. verbis legis.*

Intellectus, l. verbis legis ff. de verb. ſign. ibid. & in verbo lego verbi coarctatio.

Lego verbum per. l. 12. tabul. fuiße. ibid.

184 *Inſtitutionum ius e iure poſterius codicis eſſe, idq; interdū corrigere.*

185 *Tempus præſens ſubiunctiui pro præterito eiuſdem imperfecto accipi, & in ver. ſubiunctiui.*

Subiunctiui tempus præſens pro præterito imperfecto eiuſdem accipi. ibid. & in ver. tempus præſens.

186 *Tempore præterito imperfecto ſubiunctiui pro præſenti eiuſdem iuris conſultos vti, & in verſicu. ſubiunctiuum.*

Subiunctiuum præteriti imperfecti temporis ad præſens quandoque eiuſdem applicari. ibidem & in verſi. tempore.

Tempus præſens indicatiui pro præterito eiuſdem imperfecto exponi. ibid. verſi. cauſa eadem.

187 *Tempus præſens ſubiunctiui ad futurum conferri, & in ver. ſubiunctiui tempus præſens.*

Subiunctiui tempus præſens futuri vim obtinere. ibid. & in verſ. tempus præſens.

Clauſulam codicillarem ex præſenti ſubiunctiui tempore conſcriptam ad futurum vitium referri. ibid. verſic. & in clauſula codicillari.

188 *Variationem ſententiæ in melius crimini non verti.*

189 *Impropriam locutionem in legibus in primis non præſumendam, & in verſ propriè.*

Propriè loqui iuriſconſultorum præcipuè eſſe. ibidem. & in ver. impropriam.

Turpè Doctori eſſe, quo à ſua ipſum culpa increpari. ibidem.

190 *Vſum communem loquendi ſignificatui præſtare.*

191 *Nudum nihili nomen fieri,*

192 *Factum probandum.*

Intellectus, l. generaliter, §. penult. & fin. & l. cum vero in princip. & §. Apparet, ff. de fideicommiſſ. liber. ibidem.

Fideicommiſſariam libertatem ipſo iure, citra manumiſſionem non competere. ibid. nu. 197. ſed omnino eodem. num. 197. verſic. inductione, & explicatione, & num. 201. & in ver. manumiſſionem.

Intereſt ſerui ab vno magis quam alio manumitti. ibidem.

Manumiſſionem in libertate exquiri, quæ relicta ex fideicommiſſo eſt. ibidem, & num. 197. ſed omnino in d. nu. 197. verſic. inductione. & explicatione, & nume. 201. & in verſi. fideicommiſſariam libertatem.

193 *Conditione libertatis ex fideicommiſſo relicta pendente ab emptore manumiſſus, conditione exiſtente à grauato ſe manumitti rectè petit.*

Conditione legati, aut fideicommiſſi pendente factum ex cauſa legati factum, aut fideicommiſſi non dicitur. ibidem.

194 *Conditionem à tempore mortis grauati fieri.*

Moram irregularem id eſt ſine interpellatione libertis cauſa committi. ibid. verſ reſpondet tex.

Interpellationem in mora irregulari remitti. ibidem. verſi. reſpondet tex.

Factum. Pro facto moræ odio haberi, atq; in perniciem moræ rei haberi, quod factum verè non eſt ibid.

195 *Fictionem in his abijci, quæ fieri vere nequeunt, & in verſ. tacitè.*

Tacitè non induci, quod fieri expreſſim non poteſt. ibid. & in verſ. fictionem.

Moram rei, quandoque non perſonæ ratione indicari. ibi.

196 *Moram regularem per interpellationem committi.*

Fideicommiſſariam libertatem firmiorem faciliorem vè legata eſſe. ibid.

199 *Grauari eum non poße, qui honoratus non eſt.*

200 *Cauſa impedimenti ſublata amotum. & impedimentum videri. & in verſic. Impedimentum. Prohibitionem. Ratione.*

Impedimentum non obſtare cauſa eius ceſſante. ibid. & in verſicu. cauſa impedimenti. Prohibitionem. Ratione.

Prohibitionem non attendi, cauſa cuius non moueat. ibidem. & in verſicu. Cauſa impedimenti, impedimentum. Ratione.

Ratione impedimenti, aut prohibitionis ceſſante, vigoris, quicquam in impedimento, aut prohibitione non eſſe. ibidem. & in verſ. cauſa impedimenti, impedimentum, prohibitionem.

205 *Fideicommiſſarium vniuerſalem iura hæreditaria ſequi, hæredis intereſſe, & in ver. intereſſe hæredis.*

Intereſſe hæredis grauati, vt iura omnia hæreditaria fideicommiſſarium ſequantur. ibid. & in verſ. fideicommiſſarium vniuerſalem iura.

Expenſis litis non vexari noſtra. intereſſe. ibid. & in verſic. cautione indemnitatis, intereſſe noſtra.

Cautione indemnitatis ſumptuum periculo ſubijciendum quemquam non fore. ibid. & in verſ. expenſis litis. Intereſſe noſtra.

Intereſſe noſtra, litium ſumptibus non affici ibid. & in ver. cautione indemnitatis, expenſis litis.

207 *Semel quartam detrahi ſatis, & in ver. iterum.*

Iterum quartam deduci, rationis non eſſe. ibid. & in verſi. ſemel.

208 *Reſpectus, quo reſpectu dicta ſunt, verba accipienda, & in ver. verba quo reſpectu.*

Verba quo reſpectu prolata inueniuntur, intelligenda. ibid. & in ver. reſpectus.

Negatiuam vniuerſalem reſtringendam, vt quo expreſſa reſpectu eſt, intelligatur. ibid. ver. idq; locum, & in verſi. vniuerſalem negatiuam.

Vniuerſalem negatiuam ad reſpectum ſuum coarctandam, vt quo adſcripta reſpectu eſt, exponatur. ibid. & in verſi. negatiuam vniuerſalem.

211 *Fideicommiſſi vniuerſalis citra reſtitutionem non transferendi ratio, & nu. 218. 234. & in ver. reſtitutionem.*

Re-

Reſtitutionem cur fideicommiſſum expoſtulet. ibid. & num. 218. & in ver. fideicommiſſi vniuerſalis.

212 *Trebelliana iure ne ipſo, hæreditatem reſecet, & ſequentibus.*

214 *Falcidiam de legatis, & fideicommiſſis ſingularibus Trebellianam excipi, & in ver. Trebellianicam.*

Trebellianicam de fideicommiſſis, & legatis vniuerſalibus, falcidiam ex particularibus decerpi, ibi. & in ver. falcidiam.

215 *Hæreditaria bona, aut hæreditatem defuncti poſtea non videri, quam adita hæreditas eſt.*

217 *Poſſeſſionem iure ipſo, nec tunc acquiri, cum iure ipſo dominium quæritur.*

220 *Rem ſuam nemini ſeruire, & in ver. ſeruire.*

Seruire ſuam cuiquam rem non poſſe ibid. & in verſic. rem ſuam.

Confuſionem actionum hæredis ab aditione eius induci. ibid. verſi. itaq; & in verſ. aditione.

Aditione hæreditatis confuſionem actionis conciliari, quæ hæredi competebat. ibidem. verſi. itaq; & in ver. confuſionem.

221 *Onus rei iniectum rei poſſeſſorem ſequi, & in verſic. Reale.*

Reale onus rei poſſeſſorem afficere. ibidem, & in verſi. onus rei.

Intellectus l. papinianus, ff. de ſeruit. & l. ſi ſeruus titij, ff. de leg. 1. nu. 219. & ſeptem continentibus.

Circuitum hæredis in legato, quandoque particulari inutilem. nu. 219. & duobus ſeq. & in verſic. intellectus. l. Papinianus.

222 *Reuocabilis commodi rationem non haberi.*

223 *Intellectus, l. ſi ſeruus Titij, ff. de legat. 1. & tribus ſequen.*

225 *Puram ſcripturam videri, dies cui aut condicio non eſt & in ver. conditionem diem.*

Conditionem, diemvè in ſcriptura non ſubaudiri. ibidem. ibique ampliatur, & in verſic. Diem. Puram.

Diem, aut condicionem in ſcriptura non intelligi. ibid. ibiq; & in ver Condicionem. Puram.

Inutilem actum fieri, lenius, quam vt conditio ſubaudiatur. ibid. verſi. hoc amplius, & in ver. nullum.

Nullum actum iacere, graue minus, quam vt eius roborandi cauſa condicio intelligatur. ibidem. verſicu. hoc amplius, & in ver. inutilem validitatis actus.

Validitatis actus rationem tantum non haberi, vt ob eum confirmandum conditio ſubaudiatur. ibid. & in verſicu. Conditionem. Inutilem. Nullum.

226 *Hæredis ius legato contineri, atq; ibi declaratio.*

227 *Circuitus vacuitas in fideicommiſſis à Petro perſpecta quo nam pacto intelligatur, num. 160 & num. 210. ſed Petri opinionem à Barto. refelli, num. 219. At enim retorcitionem textuum ab eo prolatorum Bartolum ſuſtinere ad nu. vſque. 227.*

Fideicommiſſum vniuerſale, quod dicatur, in verſ. vniuerſale fideicommiſſum.

Vniuerſale fideicommiſſum duci, quod de bonis ſcriptum omnibus fit. nu. 227. Ampliatur nu. 230. dictione etiam vniuerſali omnibus excepta, & num. 239. Limitatur, num. 240.

Bona ære alieno detracto non accipi, vbicunque detractione facta, abſurda res conſequitur, vt onus quiſpiam ſine commodo ſentiat. ibid. verſi. Rationem.

228 *Bona ære alieno deducto intelligi, quotiens abſurd., quicquam inde non conſequitur.*

Prohibitionem pluris aliquid in bonis patris petendi filiæ adiectam ad bona matris non pertinere, vt poté quæ æris alieni vice excipi de bonis ſolent, hoc eſt ære alieno detracto, bonis vox intelligitur. ibidem. & in verſi. Plus.

Plus petendo prohibitionem in bonis patris filia relicto adſcriptam ad bona matris non porrigi, & cur id ita fiat. ibid & in verſ. Prohibitionem pluris aliquid.

229 *Vniuerſale partis bonorum fideicommiſſum ne dicatur vberius, num. 231. & ſeq. & num. 239. & in verſi. bonorum pars.*

Bonorum pars ad fideicommiſſum ne vniuerſale pertineat. ibidem. Plenius. num. 231. & ſeq. & num. 239. & in verſi. vniuerſale partis bonorum.

230 *Bonorum appellatione iura, & actiones tam paſſiuè, quam actiuè contineri, num. 12. omnino. num. 24. & ſeq. verſic. ſecundo diuerſam, & num. 27. & duobus continentibus. Atq; nu. in primis 34. 227. & numero 240.*

231 *Bonorum parte relicta, in arbitrio hæredis eſſe, bona, an æſtimationem præſtet, & in verſic. æſtimationem ſolutionem.*

Eſtimationem partis bonorum legata, aut fideicommiſſa rectè ab hærede præſtari, & in verſic. bonorum parte. Solutionem.

Solutionem in æſtimatione rectè fieri, cum pars relicta bonorum eſt, ſic aliud tunc pro alio ſoluitur. ibid. & in ver. bonorum parte. Eſtimationem.

232 *Bona ære alieno detracto intelligi, cum pars bonorum legatur, iura tamen actiuè contineri. nu. 235.*

233 *Intellectus, §. ſed quia verſi. poſt quod inſti. de fideicom. hæred. num. 234.*

234 *Sequentia ſecundum præcedentia accipienda, & in ver. præcedentia.*

Præcedentia ad ſequentium declarationem, aut reſtrictionem valere. ibid. & in ver. ſequentia.

Principium in lege interpretanda attendendum, vt quale id eſt, tota talis lex æſtimatur. ibid. verſi. rurſus.

235 *Bonorum parte relicta, iura & actiones actiuè legato cedere. Limitatur. nu. 240.*

236 *Bonorum partis legatum cur particulare non vniuerſale prohibeatur. num. 233.*

237 *Bona ære alieno exemplo in contractibus intelligi.*

238 *Bonorum reſiduum, detractione quæ facta ex legato datum vniuerſale ne dicatur ibid. & in verſi. Reſiduum.*

Reſiduum legatum de reſiduo bonorum, deductione quæ facta, vniuerſale ne dicatur. ibidem. & in verſi. bonorum reſiduum.

Hæreditas vniuerſale ſemper ius dicitur, etiam ſi quid de ea demitur. ibidem. in fin. & num. 244. & in verſi. vniuerſali ius.

Vniuerſale ius tam quoque in hæreditate verſari, cum quid de ea excipitur. ibid in fin. & num. 244 & ſeq. & num. 247. & in verſi. hæreditas.

239 *Vniuerſale legatum, fideicommiſſumvè æſtimari etiam de parte bonorum datum, quotiens ex partibus quotis bona omnia dantur, & in verſ. quota.*

Quota. Per quotas portiones bonis omnibus ex legato fideicommiſſouè diſpenſatis, vniuerſale fideicommiſſum, legatumuè intelligi. ibid. & in ver. vniuerſale legatum.

240 *Bonorum appellatione iura, & actiones, nec actiuè contineri, quotiens ad locum certum bona reſtringuntur.*

Actiones loco non coerceri, quotiens de bonis mentio loci certi fit. ibid. Ibiq; ampliatur, etiam cum loci certi deſignatio non fit, verum generaliter loca exprimuntur, vbicunque bona ſunt, aut reperiri poterunt, & in ver. loco.

Loci expreſſione in legato bonorum facta, iura & actiones excludi. ibidem. Ibique ampliatio, etiam cum in genere loca efferuntur, & in ver. actiones.

241 *Mobilium, & immobilium bonorum appellationem ad iura, & actiones non attinere, atque ideo vniuerſale legatum, aut fideicommiſſum non videri de bonis omnibus ſcriptum mobilibus, & immobilibus. num. 13. Et in ver. bonorum rerumuè. Particulare. vniuerſale.*

Particulare legatum. fideicommiſſumuè haberi, quod de bonis omnibus mobilibus factum, & immobilibus fit, num. 13. ibid. & in verſic. bonorum rerumuè vniuerſale.

Particularis legati, fideicommiſſiuè tractatus in verſicu. vniuerſale.

Vni-

Vniuerſale legatum fideicommiſſumuè non indicari, quod de bonis omnibus mobilibus perſcriptum, & immobilibus eſt, ibidem, & nu. 13. & in verſi. bonorum, rerumuè Mobilium Particulare.

Immobilium, & immobilium appellationi iura, & actiones non cedere. Eam ob rem vniuerſale legatum, aut fideicommiſſum dici non poteſt, quod factum de eis eſt ibid. & nu. 13. & in ver. bonorum rerumuè. Mobilium Particulare. Vniuerſale.

Actiones, & iura bonorum mobilium, & immobilium appellationi non accedere, ibi. & nu. 13. & in verſi. Bonorum, rerumuè immobilium. Mobilium. Particulare. vniuerſale.

245 *Vniuerſale nõ dici, de quo quid excipitur, & nu. 233. poſt med. ver. conſequens his fit. & 236.*

249 *Cautionis fragilitati ſe ſubijcere, quemquam non cogi, Ibiq; limitatur.*

250 *Vis pro effectu, et ſignificatu verborum.*

Subſtantia actus nec per teſtatarem derogari nu. 244. in fin. verſi. Ampliationem, et nu. ſequentibus.

Æs alienum patrimonium cunctum vti ius vniuerſale non res ſingulas patrimonij reſpicere. ibid. & nu. 232. ver. as planè alienum, et nu. 245. cum ſequentibus.

Æs alienum cur diuelli ab hæreditate nequeat, et nu. 244. ver. Ampliatianem, et ſequentibus ad nu. vſq; 248.

Similitudinem in genere, non in ſpecie, quandoq; fieri & num. 247. verſi. reſpondetur.

Hæreditas æris alieni ſeparationẽ cur non ferat & nu. 244. et ſequentibus aduſque, num. 248. et in verſic. as alienum cur.

253 *Intellectus l. cogi, §. inde quæritur. ff. ad treb. & nu. 244. ver. ampliatianem ad num. vſq; 253.*

Vniuerſale fideicommiſſum haberi, quo quicquid reliquum ex hæreditate fuerit, reſtituere hæres iubetur, & nu. 251. ibiq; limitatur.

253 *Authen. contra eum rogatus, C. ad trebel. ad eum ne caſum pertineant, quo quicquid ex hæreditate ſupererit. i. æris alieni, et legatorum abſtractione facta, reſtituere quis iubetur, et in ver. fideicommiſſum, de quo.*

Fideicommiſſum, de quo in authen. contra eum rogatus, C. ad trebell. ad eum ne caſum pertineat, quo quicquid reliquum ex hæreditate erit, æris alieni, et legatarum ſegregatione facta, reſtituere quis iubetur. ibi. et in ver. authen. contra eum rogatus.

Commentariorum l. 1. ff. de leg. 1.

POſteriores commentarij in l. 1. ff. de leg. 1. Quibus inicium datum in Monteregali eſt die 8. Ianuarij 1565.

Quia verbo vniuerſali adæquationem legatorum, & fideicommiſſorum cõplexus Vlpianus eſt Per omnia exequuta. &c. tractatũ verborum vniuerſalium verbis pluribus exequi recentiores fere ſolent, de qua re traditio hic à nobis facta ne quidem parca eſt ab inicio ad num. vſq; 80. Cæterum ſi ordine commodiore, ſummatimq; & in vniuerſum tractatum ipſum aſſequi quiſpiam ſtudeat, ad diuiſionem eum adire tractatus ipſius oportet, vnde deſcendere commoda ſolent de quibus apud gloſſ. in procemio inſtit. §. igitur in verſ. eaſdem.

Diuiſio planè fieri in partes ſeptem principales
1 poteſt, vt verba in † prima declarentur, quæ vniuerſalia ſunt, in ſecunda quem effectum verba vniuerſalia pariant, ſeu cuius poteſtatis ſint, in qua parte diſcrimen inter verba vniuerſalia, & generalia neceſſario explicatur, vnde maior vniuerſalium, quam generalium virtus demonſtratur, in tertia reſtrictio verborum vniuerſalium incurrit, quando & quas ob cauſas reſtrictionem patiantur, ſeu ad quæ pertinere verba vniuerſalia non ſoleant, in quarta quib. caſibus momenti nullius verba vniuerſalia æſtimentur, in quinta quibus caſibus ad actuum, perſonarũ, rerumvè comprahenſionem ſatis verba vniuerſalia non ſint, at ſpecialis opus expreſſio cenſeatur, in ſexta quid inter actiones generales, & vniuerſales, & ſingulares differat, in ſeptima quid à legatis, fideicõmiſſisvè particularibus vniuerſalia diſtent.

Pars prima negocij magni non eſt. Paſſim enim
2 verba vniuerſalia † occurrunt tam per nomina, vt omnis, quicquid, quiuis, quicunq; aliquis, & alia deinceps, quam per aduerbia, qualia ſunt omnino, omnimodo, quomodocunq;, quomodolibet, qualitercunq; vbicunq; & ſi qua id genus alia inueniũtur ex ſenſu, item negatiuo verba vniuerſalia reperiuntur, vt nullus, nemo, nullo modo, nullatenus. Quæ omnia aut modum omnem negant, quod non æque in negatiua ſimplici eſt, non, haud, minimè, nequaquam. Quæ ad particularia referuntur, factum id non eſt, verum minimè eſt.

In his ſingularim enarrandis occupandum me nõ cẽſui, ne plus nimio à ſpecie propoſita excedamus. Rurſus in partibus alijs tractatus huius, verba ipſa inuenire vniuerſalia licet.

Secunda pars tractatum eo prolixiorem exigeret,
3 quo effectus † plures gignere verba vniuerſalia ſolẽt ad caſus enim improprios, fictosq; interdum trahũtur, expreſſionis ſpecialis vicem obtinent. Exemptos, priuilegiariosq; arripiunt, ignorata includunt, ad futura aliquorum ſententia interdum pertinent, ea deniq; complectuntur, quæ generalia, indefinitaq; verba non continent. Quos effectus lector ſtudioſus apud nos tam hic, quam inter reſponſa noſtra percipiet, vt in conſi. 86. nu. 6. in conſ. 105. num. 3. in conſ. 227. nu. 13. in conſi. 290. nu. 4. in conſ. 298. num. 1. & 7. Cumulatiſsimè in conſi. 294. quibus in locis traditum eſt, quam longè à verbis generalibus vniuerſalia abſint, id quidem inprimis, quotiens geminatio in verbis ipſis vniuerſalibus interuenit, vnde in particulas totidem diſtingui pars ipſa ſecũda poſſet, quot à verbis ipſis vniuerſalib. produci effectus ſolẽt.

4 De tertia parte dictum hic † non nihil habemus. nu. 45. verſ. ſimiliter licet, & nu. pluribus ſeq; in priore lectu. & infra nu. 195. vberius num. 117. & ſeq. in conſi. 3. & infra nu. 51. in conſi. 3. num. 6. 11. in conſ. 144. num. 9. in conſ. 221. col. 1. in conſ. 256. nu. 3. & in reſponſo pro genero. nu. 76. aduſq; nu. 84. & nu. 301. Partis huius tertiæ, particulæ ſubdiuidi totidem etiã poſſent, quot vniuerſalia verba reſtringendi rationes, aut cauſæ interueniunt, affinitatem cum parte hac tertia partes etiam habent quarta, & quinta.

5 Ad partem † quartam. text. ſpectat in l. hæres meus. §. 1. infra tit. 2. in l. 1. ibiq; Bar. infra de auro, & arg. leg. in clem. 1. in fin. de præben. Dec. in conſ. 495. nu. 18. verſ. non obſtant allegata in contrariũ, à parte hac quarta pars aliena quinta non eſt.

6 Partis quintæ declaratio † ex tex. deſumitur in c. quam ſit periculoſum de ſen. excom. lib. 6. gl. in c. inquiſitores in ver. expreſſè de hæreti. lib. 6. Gemina. in conſi. 65. col. fin. in prin. Ant. de Butr. iu conſ. 19. quia hic agitur. nu. 9. Cur. ſen. in cõſ. 49. nu. 18. ante fi.

7 Pars ſexta apud Bar. & alios † declaratur in l. 1. in prin. nu. 7. & duobus ſeq. ibiq; Bal. nu. 7. ff. de edendo, in qua re obſeruandum, diſcrimen illud præcipuum inter iudicia generalia, & vniuerſalia à Bal. ſpectari, quod augmentum, & diminutionem iudicia vniuerſalia accipiunt, ob id ex fructibus augeri, qui percepti ex rebus ſunt, eoſq; in iudicio, & ſententia contineri, quamuis expreſſio eorum facta in libello, aut ſentẽtia non ſit. l. item veniunt, §. fructus, ff. de pet. hæred. l. peculium naſcitur, ff. de pecul. l. ſi marito, §. fin. ſupra ſolu.

ſol.mat.recentiores in rub.eo.tit. ibiq; Iaſ. num. 37. ver.ſec. concluſio vberius Niconit.nu.206. Io.Hannib.nu.403.de qua re vberius in rub.ſup.eo. nu. 126. quod aliter in iudicio generali eſt, ꝙ acceſſionē, deceſſionemuè non ſuſcipit,ica demū veniūt,quorum expreſſio,probatiovè facta in iudicio ipſo fuit,quãuis ad multa protendatur.

Diſcrimen,& aliud inter iudicia generalia,& vniuerſalia expendendū,ꝙ iura actiuè, & paſſiuè nō ſolum inter litigatores, ſed & alios iudiciū vniuerſale cōtinet,qualis petitio hæreditatis eſt,hęres enim creditoribus,& legatarijs omnib.adſtringitur, ex diuerſo hæredi debitores oēs hęreditarij tenētur,quo circà ſententia ſuper iudicio id genus dicta latè pertinet,non idē in iudicio generali admittendū, ꝙ extrà litigatores ipſos non egreditur tutores.n. & adminiſtratores alij officio eorum finito,neq; actiones alijs inferunt, neq; ab alijs ſuſcipiunt,l.tutores qui poſt in fin.prin.l.ſi tutelæ ſupra de admin.tut.l.poſt mortem ſupra quan.ex fac.tutor.

Septimæ partis declaratio inferius ex glo.Barto.& alijs percipitur.

Ex prædictis ita numero traditis ſummã veluti quandã verborū vniuerſaliū, & rōnem tractatuum aſſequi componendorū licet,tã vtilitatē non exiguū ad verborum,ſcripturarumq; vniuerſalium ſenſum explicandū pręceptio hæc breuis,deducenſq; prębet.

Ex verbis Vlpiani hic per oĩa.&c.tractatus cōtrouerſus apud Alex. Aret.Soc.& recentiores diſceptatē
8 vtrū ad futura † diſpoſitio trahatur,q̄ in verba cōcepta vniuerſalia ſit,verbi gr̃a cum toloſatū academię priuilegia oĩa impartita academiæ pariſiēſis ſunt an ad priuilegia cōceſſio hęc pertineat, quib. Pariſiorū poſtea aucta academia ſit, in q. hac inter verba vniuerſalia differrę,& generalia,aut indefinita putãt, vt ad futura verba generalia non ſpectent, cãm aliam verborū vniuerſaliū eſſe,ex Bald. in l.oĩa.C. de epi.& cler.conſequēs diſtinctioni huic ſit,eū priuilegia academiæ vnius cōia cū altera fiunt,futura non cedere, non idē ſeruandū,ſi priuilegiorū omniū cōicatio fit.

Obſeruandum,diſtinctionē hãc verborū vniuerſaliū,& generaliū,ſeu indefinitorū à Bal.nō fieri,imò enim eo ſemper caſu loquitur,quo in verba vniuerſalia concepta diſpoſitio quãtū ad priuilegia eſt, ideſt cū priuilegia oĩa academię vnius alteri tribuūtur, in qua.q.nō id ſentit,ꝙ Alexandro viſum,& alijs eſt, vt ad priuilegia futura cōceſsio eiuſmodi porrigat̃, imò.n.non porrigi putat,pręterq̃,ſi aut in futurū verba collata,aut aliter de mente concedentis conſtat.

Vnde cum Guil.quæſtio.Bal. refert,caput duplex conſiderat,primū,cum verbo vniuerſali ſimpliciter conceſſio priuilegiorū fit,ideſt academiæ vnius priuilegia alteri oĩa conceduntur,alterū cū ſubſtantiuo priuilegia dictio oĩa non adiacet,verū per ſe abſolutèq; & generalius ſtat,veluti eū expreſſum eſt, vt priuilegijs academiæ vnius per oĩa altera potiat̃. Priore capite caſus duos obſeruat,quib.ab oĩ res vacua dubitatione eſt,primus,quotiens determinationē, aut limitationem temporis certi conceſſio habet, quo
9 caſu vltra tēpus † ipſum determinatū conceſſionē non egredi,palam eſt.l.ſi vnus.§.ſi cū reo,& l.epiſtola,§.fi.ibiq; Caſtr.ff.de pact.l.imperator,ff. de poſtul. l.ſtatu liberū.§.ſtichum infra tit.1.l.1.§.ſi mulier ſup. de lib.agn.l.ſi ita quis ſup.de vulg.l.1.in fi.cū ll. duab. ſeq.ff.de incen.rui.naufr.l.ſi pater,C.de vſufr.c.fi. de cler.percus.Secundus caſus nullius,& ipſe dubitationis,cū in futurū conceſſio ſpectat,vt quib.priuilegijs academia vna fruitur,fruetur vè,alteri eadē cōpetãt.

Eo demū caſu difficultas ſubeſt,quo expreſſio vlla facta tēporis non eſt,neq; limitando,neq; ad futurū conferendæ,& verbo vniuerſali quantū ad priuilegia,facta conceſſio eſt,quo caſu contrarius Ale.& aſſeclis eius Bal.eſt,ad priuilegia futura conceſſionē non protendi,quãuis in verba cōcepta vniuerſalia ſit & hãc Baldo ſententiam fuiſſe, non obſcurè liquet, quod cum Guil.opinione facit, ne ad priuilegia futura extenſio fiat,præterquam vbi de mente conſtat, de mente planè conſtare in capite ſecundo putat.

Caput igitur ſecundū occurrit à Bal. animaduerſum,quo per ſe,& abſolutè dictio vniuerſalis cōſtat, & q̃uis adiectiua ſit,ſubſtãtiui tū vicē ſuſtinet, ſeu in ſubſtantiuū,& adiectiuū reſoluitur, idq; ꝓpoſitionis per adminiculo,exēpli loco eū ita expreſſa eſt,vt priuilegijs academiæ vnius per oĩa altera fruat̃, quo caſu futura priuilegia conceſsioni cedere Bal. ait, idq; nō ob dictionis vniuerſalis naturã,ꝙ ad futura ſimpliciter protrahatur,verū ꝙ de mente conſtare concedentis vr̃,qui dictione vniuerſali vice ſubſtantiui, & per ſe vſus,abſolutèq; eſt,ita vt non tam ad priuilegia ipſa,q̃ ad tempus referri verba ipſa poſsint,per oĩa,ideſt oĩ modo,reſeruatione,aut diſtinctione vlla præſentiū,& futurorum non facta, ita per oĩa, ideſt
10 per oēs modos,& per tempus omne,ad quem† ſenſum non paululum particula per cōfert,q̃ perfectionē denotat,l.qui procurator.ff.de procur.l.3.§.fin.ff. de arb.l.vrbana §.pnoctare,ff.de ver.ſig.& hic apud nos nu.1.ver.ponderat̃ ēt,de quo m̃ vberius.ĩ.nu.42.

Apparet ex his, per magni referre, vtrū adiectiuè dictio adſcripta vniuerſalis ſit,& ſubſtantiuo priuilegia adiaceat,eū priuilegia vnius oĩa alteri tribuūtur. An ꝑ ſe,aut abſolutè perinde quaſi ſubſtantiuum cōſtet,quotiens ita cōceſsio fit, vt priuilegijs vnius per oĩa alter fruatur, vel vt priuilegia vnius per oĩa alter hēat,aut participet,differentiã hanc Soc.hic animaduertit,eandemq; ex mente eē Bal.ait in d.l.oĩa. Tantundem probandum de verbis credam, vt priuilegijs vnius in omnibus alius,fruatur,ratio enim eadē vertitur,ſiquidem abſolutè,& hic dictio vniuerſalis conſtat,vicemq; ſubſtantiui ſuſtinet.

Ex pręceptione memorata ad.q.Soc.infert, vtrum futura legato vniuerſali cedãt,ſolutionē cuius ex diſtinctione pendere ipſa putat, vt ſi quidē res ipſas legatas dictio vniuerſalis ſpectet,adiectiuèq; adhęreat, futura non veniãt,aliter atq; ſi per ſe,& abſolutè hęret.Quare ſi ita teſtator loquitur,res meas oēs lego, ad eas legatum non pertinebit,quæ poſtea teſtatori contigerunt,id quia ad nomen ſubſtantiuum res,dictio omnes vniuerſalis adiacet, ob id ad tempus nō, refertur,vt ad futurum tempus,ſeu ad ea trahatur, q̄ acquiſita poſtea erunt,aliter atq; ſi ſubſtãtiuo dictio vniuerſalis non ſeruit, neq; illud ſpectat,verum per ſe,& abſolutè conſiſtit,ita vt relatio eius ad tempus perinde fieri,atq; ad alia poſsit, ibi enim & ad futura legatum extendi,veluti cum res ſuas per oĩa teſtator legat,ad tempus enim referri verba illa poſſunt, ideſt temporis oĩs,aut in tempus omne,ex Bart. etiã præter Bal.diſcrimen hoc Soc.probat,idq; Bart.ſentire facit in l.ſi ita nu.4.infra de auro,& arg.leg. cum Socino Ripa etiam hic conſentit,quo fit,vt non rectè à Crot. hic Soc. diſtinctio damnetur,ꝑinde quaſi lege vlla non iuuetur,vitio enim diſtinctio hæc vertenda Bartolo, Baldoque erat, teſtimonijs quorum Soc. ipſe admittitur,vnde Bart.& Bal. præceptio refellenda,non Socini ſolius opinio improbanda, vel certè declaratio à Croto facienda,Bart. Bal.q; teſtimonia Socino non prodeſſe.

In q.ꝓpoſita quattuor examinãda.Primum, vtrū cum Soc.Bar.faciat in d.l.ſi ita,ſic quomodo Soc.hic viſum, & Ripæ eſt. Secundo rectè an non in d. l. ſi ita Bar.loquatur. Tertiò, vera ne Bald. differentia in caſu ſuo defendatur in d.l.omnia, de quo apud nos hic num.13. Quartò, an ad futura trahi diſpoſitionem oporteat,quæ in verba generalia concepta vniuerſaliavè ſit.

Circa primum. Ad Soci. diſtinctionē attinere Bar.
traditio non videt̃. Id.n. Bar. nō obſeruat, Rebus ne
dictio vniuerſalis adijciatur, ſeu ad res ipſas ſpectet.
An per ſe, abſoluteq́; ponatur. Id.n. ſolummodo
Bar. inquirit, Rebus ſingulis, aut particularib. An re-
bus, aut bonis indefinite dictio adiecta vniuerſalis ſit.
Ita referre Bar. credit, vtrū res ſuas oēs, aut bona ſua
oīa, An res ſuas oēs mobiles, & immobiles vel bo-
na ſua oīa mobilia, & immobilia teſtator leget. Nāq;
11 cum res † aut bona ſua quiſpiam relinquit, generalis
indefinita ve locutio hr̃. Generale quippe rei nomen
eſt, qđ actiones, & iura ēt cōplectit̃ l. rei. ff. de verbo.
ſign. ſ. Bar. in l. quintus. 2. ĵ. de aur & arg. lega. Bal. in
l. ex legato in 3. oppo. C. de lega. Alex. & alij in l. 1.
ff. ſi cer. pet. Gui. Pap. q. 442. & q. 584 & quod ſcriptū
infrà eſt. nu. 129. Ad futura rei appellationem perti-
nere facta etiam rei appellatio continet glo. in l. na-
turalis in prin. in ver. dari. ff. de præſcrip ver. & inſti.
de obliga in ver. rei. Sed & perſonas rei appellationi
accedere tex. probat in l. omnia. § fin. infrà [illegible] Bal.
in l. 1. colum. 2. verſi. ſed nunquid. ff. de ſtatu homi.
Ibiq; tex. etiam vocat in l. fi. C de verb. ſignif. Qui
in verbo familiam loquitur. & quamuis ex ſignifi-
catu largo id fieri Corſet. putet ſing. 274 appellatio-
ne rei. tex. tñ in d. l. oīa. & Bal. in d. l. 1. de lata verbū
ſignificatione non faciunt. Quare vbi non minus in
perſonis, atq; rebus ius quiſpiā hēt, vt in d. l. oīa. §. fi.
Æque ad perſonas, atq; res alias appellationē rei per-
12 tinere propriè exiſtimo. Ratio cadē† bonorū eſt, vt
ad iura, & actiones appellatio eorū trahat̃. l. pupillus
§ de auctori. tutor. l. Princeps bona & l. mouentiū.
ff. de verb. ſign. l. 1 C de vſufruc. Sed & eadē bonorū,
atq; hæreditatis appellatio videt̃. l. nam qđ. § fi. l. ro-
gi in prin. & §. 1. l. ſi legatus. §. 1. infrà ad trebel. Bar.
in d. l. quintus. 2. § argēto. ĵ. de aur. & arg. leg. & in l. 3.
in prin. infra de bon. poſſ. Gui. Pap. q. 499 Dec. in cōſ.
425. nu. 16 Ruin. in cōſ. 20 nu 11. lib. 2. De quo plu-
ra inſra nu. 24. & ſeq. ve. ſi. Secundo [illegible] & nu.
27. & duob ſeq. nu. 34 227 230. 240. Itaq; cum rebus,
aut bonis dictio vniuerſalis adſcribitur, locutioni ge-
nerali adiecta, indefinitæ ve dicitur. in qua actiones
& iura veniunt. Atq; ideo dictio ne vniuerſali ac ce-
dente, futura ēt diſpoſitioni cedere Bar. putat. Id q̃a
verbo lato, & generali bonorū, aut rerū dictio ēt aſſu
ta vniuerſalis eſt, Cum bona oīa, aut res oēs quiſpiā
legat p tex. in l. quotiens. §. fi. iuncta glo. ibi in verſ.
ſubſtantiæ. ff. de vſuſfruc. vbi cū bonorū oīum vſuſ-
fructus datur, ad futura etiam bona trahitur.

Ius aliud ſeruādum Bar. putat, cum bonis, aut re-
bus ſingularibus, aut particularibus dictio vniuerſalis
13 ſubiungitur. Veluti cum † bona ſua omnia mobilia
& immobilia, vel res ſuas omnes mobiles & immo-
biles, quis legat. Quod legandi genus particulare ha-
bet̃, cum ad iura & actiones nō trahat̃. l. Quam Tu-
beronis §. pen. ff. de pecul. l. Caius. in prin ĵ. infra tit. 1.
l. ſi mihi menta. § fi. infra tit. 2. l. A diuo Pio § in ven
ditione. Ibiq; Iaſ. in quarto nota. ff. de re iudi. Tradit
idem Iaſ. in l. ſtipulatio hoc modo concepta col. fin.
ff. de verb. oblig. & hic apud nos in 1. lectu. nu. 70. &
inferius n. 241. Hoc.n. caſu ad futura legati, diſpoſitio
nis ue alterius ſcripturā trahi, Bar. nō putat. Cū ad lo
cutionē limitatā, ſingularē ue dictio vniuerſalis accedat.

Apparet ex his, Bar. pceptione Soci. diſtinctionē
nō iuuari, vt interſit, vtrū ad res dictio vniuerſalis ſpe
ctet. An p ſe ſter, abſoluteq́; ponat̃. Qm̃ rebus, aut bo
nis ipſis in traditione Bar. dictio ſemp vniuerſalis ad-
hęret. Ideſt cū res, aut bona ſua gñaliter, aut ſingulari-
ter q̃s legat. Nunq̃ verò abſolutè, aut p ſe dicti vniuer
ſalis hęret. Quò magis admiret ĩ ꝯfirmatione diſtin-
ctionis huiꝰ Bar. teſtimoniū à Soc. datū, & Rip. eſſe.

Secūdò obſeruandū, Bar verba nō modo Soci. &
Ripę nō adminiculari, verū ēt euidēter cōtradicere à
partib. ſatis enumeratis argumētado. Nāq; aut rē par
ticularē, aut gñalitatē, ſeu vniuerſitatē quādā in voca
bulo priuilegia obſeruamꝰ. Siquidē ſignificatū, & effe
ctū ſingularē ineſſe in dictione priuilegia dicimus, qđ
magis eſt pbare. Cū niſi priuilegia nō app. [illegible]
nō ēt bona, aut res alias accipiat. & ĩ expeditio res eſt,
cū Soci. & Ripę diſtinctione Bart. pugnare. Quoniā
ad futura priuilegiorū cōceſſionē nō porrigi, ſimpli-
citer Bar. ſentit, ſiue cū verbo priuilegia dictio con-
iuncta vniuerſalis ſit, priuilegia oīa, ſiue p ſe ſtet. cū per
oīa cōceſſio priuilegiorū ſit. Id.n. ut dixi, Bar. ſolum-
modo inquirit, & ſcrutat̃, utrū rebus ſingularibus, an
rebus indefinitè, ſeu generaliter dictio adiecta uniuer
ſalis ſit. Atqui ad futura conceſſionem priuilegiorum
extendi Soci. & Ripa credunt, quotiens abſolutè, aut
per ſe dictio uniuerſalis conſtat.

Aut gñalitatē, uel uniuerſitatē quādā in uocabulo
ineſſe priuilegiorū ꝯtendimus, id qđ nequāq̃ agno-
ſcimus. & ꝯtrarius diſtinctioni Soci & Ripæ nihilomi-
nus Bar. eſt. Siquidē niſi eo caſu nō ſequitur, quo adie-
ctiue dictio uniuerſalis ſequet. & res ipſas ſpectat. At.n.
futura ſcribit ſic uenire expreſſum ſcribit. ꝯtra q̃ Soc.
& Ripæ diſtinctio ferat. Qui futura excludunt, cū ſub-
ſtantiuo dictio uniuerſalis adhęret. Nō ſolū aūt Bar.
traditio, ſed & tex ab eo citatus in d. l. quotiens. §. fi.
Soc. & Rip. aduerſ. l. ĩ gl. & Bar. ſenſu admiſſo, ut futura
ueniāt, In eo.n. ad res dictio uniuerſalis adhęret, nō
per ſe ſubſiſtit. Ita in tex. illū Soc. & Rip. [illegible]

Inde & me è pius ſatis apud Soc. ſcrip. ū, ſ. in diſtin
ctionē mā Bar. doct. pcedere. Incognitæ [illegible] ſtir
matū, Bar. doctrina diſtinctionē memoratā [illegible]

Circa fin. rectè necne in d. l. ſi ita Bar. ſētiat. Dicēdū
vi. Bar. prima cogitatiōe, diſſerē tā [illegible] nō pbari,
Cū diuerſe putat, reb. ne uniuerſalib. an particularib.
14 dictio adiecta uniuerſalis ſit. Textu † .n. cū glo. Bar.
[illegible] in d. l. quotiēs. §. fi. ff. de uſuſr. Sed n. cū Bar. taco-
re gl. nō [illegible] pte, q̃ ancipitē ſe ĩ dubio ſentē ocedit,
& q̃uis ex dubitatione ſentē, nō raro iuriſcōſulti re-
ſpōdeāt, & nihilominus decid. re [illegible] l. ſi duo cū
gl. ff. de arbitr. l. cū quo in prin. Ib q; Doc. ĵ. ad l. Falc.
Bal. & poſteriores in l. in ſubſtitutione ſ. de vulg. At-
tamen inficiari non licet, quin controuerſiam, atque
dubiam rem habeat, Qui per dictionem dubitatiuā
reſpōdet. Vnde decidit quidem, at animi pendens.
15 Secundo tex. in ſententiā † ſuā vocat in l. fi. C. quæ
res pign. obli. poſ. Qui ad rem non attinet. Siquidem
in caſu diuerſo loquit̃. q̃ longè diuerſam rōnem hēt.
Ideſt in hypotheca, q̄ præiudicij haud magni habet,
vt pote q̄ debiti ſolutione, & quod ſolui neceſſe eſt,
extinguit̃. Quare nihil eſt, q creditor expoſtulet, ſi ad
futura hypotheca trahit̃, in culpa quippe [illegible] debi-
bitum eā ſoluendo non tollit. l. qui pōt facere. ff. de
reg. iur. Cauſa multò alia legati eſt, ſi ad futura trahat̃.
Incōmodū.n. non leue ea res affert. Rerius culpę cu-
ius reus argui teſtator nō pōt, ſi lega ū non pitiut.

Tertiò tex. ſenſui illi ꝯtrarium glo. opponit in d. l.
16 ſi ita † ĵ. de aur. & arg. lega. neq; reſponſionis quicq̃
affert. Eam ob rem ad opinionem hærere vltimam
videtur. l. bonafides Ibiq; Bar. ff. depoſi. glo. in l. qui
filium. § Sabinus. ĵ. ad trebel. Alex. in conſ. 72. nu. 6.
ante fi. verſ & in iſta opinione. in cōſ. 121. col. fi. verſ.
non ob id, qđ notat Spec. lib. 1. in conſ. 164. cir. prin.
lib. 2. in cōſ. 51. n 4. & in conſ. 55. nu. 43. lib. 4. Corſet.
ſing. 196. quādo iuriſcōſultus. Ratio huius eſt, qm̃ in
ultimis concluſio firmatur Ruin. in conſ. 35. n. 6. in fi.
lib. 3. Eadem ratione q̄ poſterior lex eſt, prioribus de-
rogat. l. 1. Ibiq; Bal. in compendio. ff. ad l. aquil.

Quartò ſenſui huic gloſ. ſi pbfirmatū eum ab ea
dicimus, aduertarius, nedum amicus tex. ille uidetur.
17 Siquidem uſufructu † bonorum dato, ædibusq; in-
cendio conſumptis, niſi areæ uſuſfructus non debet̃,
q̄ tempore legati erat. Ita ad teſtamenti tempus re-
ſtrictio

ſtrictio fit, nõ etiam futura veniunt, in qua re obiter
ſpectandum, idcircò areæ vſumfructum deberi, ꝙ
bonorum legatus vſusfructus eſt, quorũ vox ad areã
non dubiè pertinet, neq; ædib. deletis, bonorũ voca-
bulũ, formâvè in ædibus deſinit, ꝗ rationem in d. §. fi.
tex. exprimit, cauſa alia eſt, cum ædium vſusfructus
competit, ipſis enim ſublatis finem vſusfructus, & in
area accipit, id quia forma, atq; ideo ſubſtantia ea-
rum deſinit, quæ à forma ipſa eſt, rõnem hanc text.
ſentit in d. §. fi. in l. repeti. §. 1. ff. qb. modis vſusf. amit.
in §. fi. inſt. de vſuf. pſpicuaq; magis rõ hęc inferius fit
nu. 20. cũ verbum in ſpecie explicat, de quo in d. §. fi.

Quintò ſenſui huic circà futura, in d. l. quotiens, §.
fi. textũ contrariũ ipſum eſſe, aliter ẽt oſtendit, ꝙ cõ-
iunctũ cũ dictione vniuerſali pronomẽ ſuorũ eſt, vt
in rõne eius tex. innuit ibi, qm̃ qui bonorũ ſuorũ vsũ-
fructũ legat. &c. ꝙ ẽt pronomen adijci mos eſt. Pro-
18 nomina † planè meũ, tuũ, & ſuũ ea natura ſunt, vt
ad pręſens tẽpus referantur, ideſt ad bona illa, quæ in
dominio cuius ſunt, cũ diſpoſitio fit. l. vxorẽ, §. teſta-
mẽto. l. his verbis, ibiq; gl. in ver. non deberi. infra tit.
2. d. l. ſi ita infra de auro, & arg. leg. gl. in l. ideoq; ſupra
de lib. & poſt. Bal. in conſ. 112. de generali nu. 3. in fi.
lib. 2. Ang. in conſ. 261. pũctus eſt, in anno col. 2. poſt
med. rei cuius rõ ea eſt, ꝙ dominium pronomina
hæc denotant, meum, tuum, & ſuum Bar. in d. l. quin
tus. 2. §. argento infra de auro, & arg. legat. declarat
Iaſ. in l. indebiti, §. ſed & ſi nummi in ſexto nota. ff. de
cond. inde. dominij planè qualitatem legato inſer-
tam tẽpore ipſo ſubeſſe legati oportet. l. in delictis. §.
ſi extraneus. ff. de noxal. Bar. & alij in l. ex facto ſupra
19 de vulga. itaq; ſicut † vim reſtrictiuam pronomina
hæc habent meum, tuum, ſuum, &c. vt ad tempus
præſens reſtrictio fiat, ita ex verbo reſtrictiuo voca-
bulo vniuerſali adiecto dictionem ipſam perſtringi
vniuerſalem conuenit, l. hæres meus. §. 1. infra tit. 2.
Geminian. in conſi. 34. nu. 6. in conſi. 65. nu 4.

20 Sextò Bartolo tex. obſtare † in d. l. quotiens. §. fin.
aliter ẽt arguitur, ibi enim differre tex. ait vtrum bo-
norum vniuerſorum, an rei ſingularis ædium puta,
vſusfructus detur, quod vbi bonorum omniũ vſus-
fructus relinquitur, finem in area ædium incenſarũ
non accipit, quod ædium ſecus vſufructu eſt, deinde
eum diuerſitatis huius inter legatum vniuerſale, &
ſingulare rationem ſubiungit, verbo generali, aut in-
definito citrà dictionem vniuerſalem, legatum ip-
ſum refert, ꝙ vbi bonorum vſusfructus legatur, nõ
ſolum eorum, quæ in ſpecie ſunt, ideſt ſpeciem, aut
formam ſuã habent, ſed ſubſtantiæ omnis, atq; ideo
eorum ẽt, quib. ſpecies, aut forma vlla non eſt, vſum
fructum legare videtur, itaq; cum verbo indefinito
bonorũ ſub rõne diuerſitatis legatum cõmemore-
tur, non obſcurè arguitur, nihil apud iuriſconſultũ
referre, verbo indefinito tantummodo, an dictione
vniuerſali adiecta, legatum detur, atq; ideo ius diuer-
ſum legati bonorum ſimpliciter, atq; bonorũ om-
21 nium non erit, in qua re † obſeruandum, ſimilitudi-
nem hanc inter legatũ indefinitum, & vniuerſale, ex
verbis colligi, quibus in ratione reddenda vſus text.
eſt, quam dicto potiorem, & magis quam dictũ ip-
ſum ſpectandam, non dubitatur, l. cum pater. §. dul-
ciſſimis infra tit. 1. l. adigere, §. quamuis infra de iure
patro. & alia apud nos in reſpo pro genero, nu. 192.
iure etiam vulgato ſimilitudo hæc inter legatũ inde-
finitum, & vniuerſale confirmatur, ꝙ vniuerſalis po-
teſtatem ſermo indefinitus habet, l. ſi cui, ff. de ſerui-
tu. l. ſi pluribus infra tit. 1. paritate hac ita admiſſa, vt
nihil interſit, bonorum ſimpliciter, aut indefinitè, an
bonorum omnium vſusfructus legetur, indefinitum
22 ipſum ad futura † non trahi in manifeſtò eſt. l. aure-
lius, §. 1. infra de libera. lega. & hic apud nos nu. 3. & 9.
& quod Bal. ſcribit in l. fi. nu. 7. C. de indic. vidui. tolle.

cum vxorem dominam, & fructuariam quis relin-
quit, ad vxorem poſtea ductam legatum non porri-
gi, idem Cremen. agnoſcit ſing. 8. de quo vberius in-
fra nu. 60. ſi ius idẽ legati indefiniti, atq; vniuerſalis
in d. l. quotiens. § fi. habetur, vtiq; maior vnius, quam
alterius in futuris compræhendendis poteſtas rõ vr.

Septimò obſtare Bartolo videtur, diſcrimen enim
conſtituit, vtrum cũ locutione generali, aut indefini-
ta dictio coniuncta uniuerſalis ſit. An ſimpliciter in-
definitè expreſſio fiat, conſequẽter cũ bonorũ oĩum
mentio fit, futura ẽt cedere. per d. l. quotiens. §. fi. cãm
aliam eſſe, cum bonorum ſimpliciter expreſſio fit,
ſed enim ſi bonorum oĩum appellationi, futura acce
dunt, tantundem admittendum, & in bonorũ com-
memoratione uẽ, cũ idem bonorũ, atq; hæreditatis
appellationem pollere teſtatũ ante ſit nu. 12. Hære-
23 ditatis planè† uocabulum ad futura pertinere, iuris
incerti non eſt. l. ſancimus, ibiq; Caſtr. C. de teſtam.
& apud nos in rubri. ſupra eo. num. 63.

Ad argumentũ hoc ſeptimũ, ſeu ad rationẽ in eo
expreſſam Bar. animaduertit in d. l. ſi ita nu. 4. in fin.
ubi cũ bona ſimpliciter ita legantur, ut ad hęreditatẽ
relatio fieri uniuerſam poſsit, ad futura porrigendũ
legatũ credit, conſequẽter his dicendũ, dotis, gregis,
peculijuè legato futura cedere, cũ uniuerſitatẽ deno-
tẽt, acceſsionemq; & deceſsionẽ admittẽt, de grege,
& peculio in d. l. ſi ita Bar. meminit, & in cõſ. 59. nu. 8.
Bal. in conſ. 112. nu. 4. lib. 2. in dote ex tex. probatur in
l. ſi marito. §. fin. ſ. ſol. mat. uocabula, & alia eiuſdẽ
poteſtatis, quib. uniuerſitas ſignificatur, tex. cõmemo
rat in d. l. nã ꝙ. §. fi. & ll. duab. ſeq infrà ad trebel. Bar.
in rubr. ſ. ſol. mat. nu. 17. & plurib. ſeq. Rui. in conſ.
182. nu. 12. cir. med. lib. 1. Rota huc attinet deci. 847.
Epiſcopus col. 2. de quo inferius num. 82.

Cõſequenter argumẽto huic ſeptimo, & Bar. ſen-
24 tentię in d. l. ſi ita nu. 4. in fi. dicendũ. non † rectè ſen-
ſum, d. l. quotiens. §. fi. à gl. & Bar. perſpectum, ut ad
futura legatum illud pertineat, qm̃ eò demũ caſu fu-
tura ueniunt, quò uniuerſitas ſignificatẽ, ideſt cũ idem
bonorũ appellatio, atq; hęreditatis pollet, ꝗdq; Bart.
ipſius teſtimonio in d. l. ſi ita nu. 4 in fin. ſed enim uni
uerſitatis, aut hęreditatis effectum habere in d. l. quo-
tiens §. fin. legatum non poteſt, hæreditatem ipſam
proprietario obtinente, neq; iure, & actiones paſsiuè
continentur, ut a creditorib. is cõueniatur, cui relicta,
aut data bona ſunt. l. mulier bona, ff. de iure dot. l. nõ
amplius. §. fi. infra eodem. Iaſ. in l. cum ex filio in fin.
prin. ſup. de uulg. & in ſpecie uſufructuarij bonorum
oĩum, actiones eũ creditorũ nõ pati, traditũ à nobis
25 eſt in cõſ. 187. Hoc amplius, quib. † caſib. cũ poſſeſſo-
re bonorũ actio creditorib. eſt, non ſimiliter tñ, vt hę
res cõuenitẽ. Imò. n. niſi facultatũ hæreditariarũ tenus
bonorum poſſeſſorem non teneri, Bar. ſcribit in cõſ.
157. ſup his, quæ ſupra dicta ſunt col. 2. cõſtat ex hoc
inuẽtarij neceſſitatẽ bonorum poſſeſſori nõ ĩponi.

Secundo diuerſam bonorũ, atq; hæreditatis ſi-
gnificantiã eſſe, inde ẽt oſtenditur, ꝙ vbi bona quis
cedit, aut renunciat, ad feudum renunciatio trahitur,
quod aliter in renunciatione hæreditatis euenit, cum
hæreditarium feudum non eſt, vt Dec. ſcribit in l. 1.
nu. 9. verſi. non obſtat, quod dr̃. ff. ſi cer. pet. ſed enim
verum id non aliter ſentio, niſi ſi feudi cedendi, di-
ſponendiuè ius Domino inconſulto cedenti ſit, c. 1.
§. in generali ſi de feudo fuerit conten. inter dom. &
agn. ſed & Decio contrarius ſimpliciter Iaſ. videtur
in l. quod dicitur, nu. 31. ff. de verb. obl. ſed locus hic
explicandi non eſt.

Tertiò ex eo ẽt diuerſitas bonorũ, & hæreditatis
26 declaratur, ꝙ rata donatio † cã mortis habetur de
bonis omnibus facta iuxta futuris, ac præſentib. gl. in
l. fin. in ver. accommodauerit in fin. ibiq; Bar. nu. 11.
& alij. C. de pact. Alex. & alij in l. ſtipulatio hoc mo-

do concepta.ff.de verb. obl. & apud nos in rub. ſup.
eo.nu.69.& nu.127.ver tertio mouetur Crot. Atqui
per donationem cā mortis hæreditas non datur, vt
habetur in l.licet.C.de pactis.Bal.in l.executorem nu.
31.verſ.in tali aũt donatione,C.de exec.rei iud. & in
conſ.298 quæritur vtrum vſurarius ante fin.verſ.ſed
rñdeo lib.2.Ale.in cõſ.28.col.1.cir.med.verſ.& licet,
qñq; iuramẽ ĩi.lib.3.Soc.in cõſ.125.cir.fin.eod.lib.3.
27 Hoc ita,ſi ab homine† mentio bonorum fit,vt ab
hæreditate differat,vtraq; actiuè,& paſſiuè bona nõ
contineant.Non idem probandũ,cum in lege mentio
bonorum habetur,ad ſucceſſionem.n. vniuerſalem
appellatio iure bonorum trahitur,neq; ære alieno
deducto,in lege bona accipiuntur.gl.1.in l.1.infra
de bon.poſſ.Bar.in l.3.in prin.eo.tit. Ru.in conſ.86.
col.fin.in prin.lib.5.

Apparet ex his,contrarium ipſi ſibi re ipſa diligẽter
expenſa,Bar.videri.in d.l.ſi ita nu.4. qui bona futura
cadere diſpoſitioni putat, in qua cum verbo indefi-
nito dictio coniũcta vniuerſalis ſit,vt in d.l.quotiẽs.
§.fin.At enim in eadẽ.l.nu.4. in fin admittendum id
non aliter putat, niſi ſi appellatione bonorũ hæredi-
tas tota contineatur,itaq; cum hęreditatẽ vniuerſam
in d.§.fin.legatum non complectatur,quo modo le-
gato ipſi cedere futura dixit.

Si dixeris,ad modũ hunc interpretando,falsũ ꝓr-
ſus videri,eandẽ bonorũ ſignificationẽ,,atq; hęredi-
tatis in ſcriptura hominis videri,Reſpõdetur,eandẽ
in ſpecie trebelliani eſſe, in qua ad hæreditatẽ ipſam
neceſſario relatio ſit,cũ bona reſtituere hæres iubeť,
in alia planè ſpecie rõne iuriũ,& actionũ actiuè,idẽ
bonorũ,atq; hæreditatis appellatio valet. Ad quem
modũ intelligi.Bar.conuenit in d.l.quintus.2.§.argẽ-
to infra de auro,& arg.leg. Paſſiuè vero inter bona
diſtare,& hæreditatem videtur, cum ære alieno de-
ducto,bona accipiãť,ꝙ nõ ſimiliter in hęreditate fit.
28 Poſtremo ad futura† legatũ nõ porrigi,de quo in
d.l.quotiens.§.fi ex gl.oſſẽdiť in d.l.fin.in gl.1.C.quæ
res pign.obli.poſſ.quæ à donatione,& legato bono-
rum omnium bona excludenda futura putat.

Vnũ atq; alterũ ex pdictis infertur.Primũ,perſpe-
ctã Bar.mentẽ Soc.R.pæq; non eſſe,quib.viſum eſt,
differentiã eorũ,vtrũ adiectiuè,an ſubſtantiuè dictio
vniuerſalis ſiet,ſeu vtrũ res ſpectet,an abſolutè,& p
ſe cõſiſtat,ex Bar.ſouari in d.l.ſi ita,vel ſtã diſtinctio-
nẽ ipſam,Bar.traditionẽ interpręrandã,& ꝓcedere,
immo enim differentia huic Bar.refragari,teſtatum
ante habemus. Alterũ, non rectè meditatione, pri-
ma,de tex.in d.l.quotiens.§. fin. Bar. ſenſiſſe.
29 Quid dicendũ,repudiandus ne † ſenſus vř, ne ad
futura tex.ptineat in d.l.quotiens.§ fi. reiiciendũ nõ
arbitror,idq; ea rõne, ꝙ cũ hærede ex aſſe inſtituto,
bonorũ oĩum vſusfructus datus alij ſit, de vſufructu
bonorũ oĩum ſẽtiſſe teſtator crediť, ꝓut hęres in eis
ſcriptus alius eſt, atq; ideo ad vſumfructũ hæredita-
tis totius cogitaſſe teſtator crediť, vnde qua rõne ad
futura hæreditatis appellatio haud dubiè trahiť. d. l.
ſancimus,ibiq; Caſtr.ita & in legato vſusfructus bo-
norũ probandũ adiecta,vel nõ dictio vniuerſalis ſit.
Loco enim hæredis, vſufructu conſtante, ſuffectus
legatarius vř, vt cõmoda hęreditatis oĩa ipſe perci-
piat.ratioq; eadẽ in caſu hoc vertitur, atq; vbi bona
reſtituere hæres iubetur,quo caſu pro hæreditate bo-
na accipi proculdubiò eſt,id quia ad eandẽ modum
reſtitutio fit,atq; apud hæredem bona erant, quãuis
niſi iura viſa ad fideicõmiſſariũ non ambulẽt.San-
cimus in fi.C ad treb.§.reſtituta inſt.de fideic. hæred.
ita Bar.declarat in l.ſi quis ſeruum.§.fin.num.3 infrà
tit.1.de quo inferius etiam num. 242.

Si dixeris,rõnem eãdẽ legatarij vſusfructus oĩum
bonorũ,vel bonorũ ſimpliciter,atq; fideicõmiſſarij
nõ videri,cui bonorũ ſeri reſtitutionẽ oportet,qua-
30 tenus in fideicõmiſſariũ † ipſum iura oĩa actiuè, &
paſſiuè trãſeũt,l.1.in prin.l.reſtituta,& l.facta in prin.
infra ad trebel.ꝙ aliter in legatario vſusfructus bo-
norũ omniũ eſſe ante oſtendimus.nu.24.Reſponde-
tur ſatis eſſe,ſi iura oĩa actiuè in legatariũ tranſeunt,
atq; ideo quantũ ad acquiſitionẽ ad eũ vniuerſitas
ambulet,vnde cum in acquiſitione futurorũ cõpræ-
henſio conſiſtat,rectè diximus, loco hæredis quãdiu
vſusfructus bonorũ oĩum conſtat, legatariũ ipſum
hẽri,& qua rõne ad futura hæreditas ptinet, ita lega-
to huic vicẽ hęreditatis obtinẽti futura ẽt accedere.
31 Secundo reſpõdetur,quãuis directò † iura paſſiua ad
fructuariũ bonorũ oĩum nõ transferrẽtur, ne tamẽ
actiones ipſas hęreditarias fructuariũ pati,ſi quidem
bona hæreditaria diſtrahẽdi facultas hęredi,aut pro-
prietatio datur,vnde creditores dimittantur,vt Ale.
docet in l.vſusfructu infra ad l. falcid. cum alijs apud
nos adſcriptis in d.conſ,187. poſt prin.

Sententia hæc Bar.ita obfirmata, vt ad futura lega-
tũ vniuerſale trahať,ꝙ hæreditatis vicem, vſufructu
manente,ſuſtinet,argumentũ nõ mouet, ꝙ obiectũ
32 ante eſt,ſub ꝓnomine † ſuorũ tex.loqui in d.l. quo-
tiens.§ fin.peculiare vero pronominũ id genus eſſe,
vt ad pręſens reſtringantur,qtñ ad ea arg.nõ ſpectat,
quæ vniuerſitatẽ dicunt, & quib. acceſſio,deceſſioue
fit,intus enim niſi ius ipſum vniuerſale nõ ſpectať,
ꝙ idẽ ſemper eſt,neq; futurũ in eo contingit eadem
quippè ſemper hæreditas. Grex idem,vox eadẽ, pe-
culiũ idẽ ſemper dř,quãuis auctius,minusvè ius ipſum
poſtea vniuerſale fiat, & quãuis aliqua iuri vniuerſali
accedant,aut decedant,futura in iure niſi rerũ ſingu-
larũ rõne nõ ſpectantur, res enim accedere vti ſin-
gulę poſſunt, cæterũ rerũ hæc ſingularũ acceſſio ius
ipſum vniuerſale nõ mutat.quominus ius idẽ ſemp
33 vniuerſale dicatur,ſed.n. † cũ de iure diſceptatio vni
uerſali ſit,rerũ in eo rõ ſingularũ nõ habetur,l.2.ff.de
hæred.vel actio.ven.vbi qui hęreditatẽ vendit,rerum
ſingularũ hęreditaris euictionẽ nõ pręſtat,id quia ius
ipſum vniuerſale, non res aliquas vẽdere ſingulares
intelligitur,quare id demũ præſtãdũ ab eo eſt,vt hę-
redẽ ſe,& ad eũ hęreditatẽ pertinere venditã doceat
de quo tex.vberius infra nu. 247. verſ. rõnem aliam
inde ratio iuris illius vulgati percipitur,de quo in l.in
modicis.ff.de contr.emp.l.quędã.ff.de acq.rer.dom.
c.ex literis de iure patro quæ per ſe alienari, & quaſi
ſingula nequeunt,cũ vniuerſitate ambulare,atq; vni-
uerſitatẽ ipſam ſequi,rei cuius ea eſt rõ, quã expreſſam
mox habemus,ꝙ iuris ipſius vniuerſalis alienabilis,
cãm,non rerũ ſingularũ,in quib.prohibitio inueniť,
ſpectamus,ad quã ſententiã conferunt, quæ ſcripta apud
Alex.ſunt in l.1.nu.76 ff.de offic.eius,& alia nõ pau-
ca,de quo dictũ ẽt habemus in rubr.ſup.eod.nu.126.
& num 335 in poſteriore lectura,inde limitatio eius
decerpitur,ꝙ dictũ ante eſt nu.18. ad dominiũ ꝓno-
mina hęc ſpectare meũ,tuũ ſuũ,&c vt ad ſingulas res
iuris vniuerſalis nõ attineat,verũ ad ius ipsũ vniuer-
ſale pſtringať,vt in dominio id cẽ diſponẽtis debeat.

Conſequenter his dicendũ,ad rẽ pronomẽ ſuorũ
in d.l.quotiens.§.fi.nõ attinere,quominus res ſingu-
laris poſt teſtamentũ quęſita legato vniuerſali cedať,
quoniã,& ſi maximè tẽpus teſtamẽti pręſens obſer-
uari ob dictionẽ ſuorũ oportet, attamen cũ iuris ibi
vniuerſalis cã interueniat ,ius ipsũ ſpectari vniuerſa-
le conuenit,ꝙ idẽ ſemper eſt,neq; mutationis, quic-
quã à reb. ſingularib. accipit,quæ poſtea obuenerũt,
ita futurorum circa res ſingulares in iure rõ habẽda
vniuerſali non eſt, cum æquè tempore teſtamenti,
ac poſtea teſtatoris ipſius hæreditas eſſet, quæ inſpe-
ctio adq. confert, ad emptorem ne hæreditatis ac-
creſcendi ius competat,

Sed

Sed contrarius ſenſui huic Bar. circa d. l. quotiens.
34 §. fin. tex. videtur † in l. fi. §. 1. infra tit. 1. vbi qui rem
ſuam omnem, aut bona ſua vniuerſa communia
cum fratre Lucretio pacato habebat, filiabus ſuis hę-
redibus ex aſſe ſcriptis, fidei earum commiſit, vt au-
reos mille in portionem earum à patruo acceptis,
bona ipſa vniuerſa apud patruum dimitterent. Fi-
deicommiſſo huic vniuerſali bonorum omnium
bona poſtea in commune quæſita non cedere, ve-
rum ad filias pertinere, tex. ait, at enim vniuerſale ibi
fideicommiſſum videtur, quod ad hæreditatem te-
ſtatoris neceſſario refertur, in bonis enim hæredita-
tis relictum fideicommiſſum eſt, ex quibus inſtitutio
facta filiorum erat, ita declarationi, & ſenſui huic
Bar. contrarius tex. ille videtur in d. l. fin. §. 1.

Ad tex. illum Bar. reſpondet in d. l. ſita nu. 4. verſ.
ſi vero diceret. Præſuppoſitum ipſum inficiando, id-
eſt, vniuerſale in d. §. 1. fideicommiſſum intelligi, im-
mo enim particulare ibi Bar. aſſerit, perinde vt ſi de
rebus mobilibus, aut de rebus factum ſit, quæ in lo-
co poſitæ tali ſunt, ſingulare planè fideicommiſſum
ex eo Bar. docet, quòd de rebus omnibus mentio
facta ſimpliciter non eſt, verum de ijs tantummodo,
quas communes cum fratre teſtator habebat, ita ad
bona certa, & particularia reſtrictio fideicommiſſi
facta, ideſt quæ communia eſſent.

Reſponſio hæc Bar. controuerſiam patitur, quo-
niam ſocietas vniuerſalis bonorum omnium, etiã
quæ poſtea contingerent, in d. §. 1. præſupponitur,
Bifariam text. expendendo. Primum in verbis illis
indiuiſam rem patri cum fratre fuiſſe; Dictione rem
vniuerſitatem denotari, teſtatum ante habemus nu.
11. Atq; ideo tantundem rei appellatio dicere, atq;
hæreditatis videtur, ſecundo, quod in commune bo-
na poſtea quæſita text. ille, gl. ibi autore, innuit, quã-
uis expreſſum id non ſit, ſocietate igitur bonorum
omnium admiſſa, quam ad futura trahi non ambigi-
tur, quomodo fideicommiſſum illud particulare aſ-
ſeuerare Bar. potuit.

Neq; Bar. reſponſioni fauere verba illa videntur,
propter res vniuerſas, quæ mihi cum fratre meo pa-
truo veſtro communes ſunt, quoniam reſtrictiuè
verba illa non ponuntur, vt ad ea bona reſtrictio
fiat, quæ communia tunc eſſent, verum demonſtrã-
di cauſa verba adiecta illa videntur, quo filios ita
onerandi cauſam iuſtam demõſtraret hoc eſt, ideo
grauamen hoc filiabus iniunctum, quod cauſa ita
grauandi iuſta propter communionem ipſam, & fa-
miliæ decus tuendum non deeſſet, ſatisq; filiab. præ-
tium bonorum videri, vnde ad nuptias peruenirent.
Bar. tamen defendi reſponſio poteſt, ſocietate etiã
vniuerſali non obſtante, quoniam partem in ea ſuã
teſtator habebat, quam à fideicommiſſo excludi
per reſponſionem Bar. conuenit, quod particulare
ibi fideicommiſſum eſſet, partem quippè ſuam ex
fideicommiſſo non reliquit, cum pecuniam præſta-
ri filiabus iuſſerit, ita ad vniuerſum ſocietatis ius ani-
mus non ferebatur, ita probabilis conſequentia non
eſt, ſocietas ibi vniuerſalis contingit, ergo, & vniuer-
ſale fideicõmiſſum habendum.

Rationem alteram, d. l. fin. §. 1. gl. ibi. 2. ad ſcribit,
quæ à reſtrictione etiam fideicommiſſi pendet. Cæ-
terum ex tempore reſtrictionem rerum meritur, quod
in verba præſentia conceptum fideicommiſſum eſt,
ibi quæ mihi communes cum fratre meo patruo
veſtro ſunt, qua ratione admiſſa, tantundem probã-
dum in d. l. quotiens. §. fin. erit, ne ad futura, & ibi ob
pronomen ſuorum, legatum trahatur, in quo pro-
nomine temporis vim præſentis ineſſe, declaratum
ante eſt, nu. 18.

Secundo nihili rõnem hanc in iure vniuerſali fa-
ciendã, quotiens ad hæreditatẽ referri verba poſſunt
monſtratũ ẽt s. eſt nu. 32. quod iuris tñ vniuerſalis rõnẽ
haberi, non rerum ſingularum oportet, in iure planè
vniuerſali rerum ipſarum ſingularũ acceſſionẽ non
ſpectari, vt ob id ad futura trahi ius ipſum vniuerſa-
le dicatur, cum idem ſemper æſtimetur, & maneat.
Hæreditas, grex. peculium, & id genus alia, quamuis
amplius, & auctius ob res poſtea accedentes ſiat.

Ea propter melior Bar. ratio vr, quæ à reſtrictio-
ne bonorum non temporis exiſtit, quod reſtrictio in d.
l. fin. §. 1. circa res interuenit, ſed aliter ẽt præter Bart.
reſtrictio obſeruanda. Bar. enim niſi in verbis illis re-
ſtrictionem non intelligit, quæ mihi cões cum fratre
meo, patruo veſtro ſunt. Ego vero in æſtimatione
bonorum ẽt reſtrictionem pono, quod aureis bis mille
bona teſtator eſtimauit, quæ res niſi ad bona nõ qua-
drat, quæ tunc erant, cum facta æſtimatio eſt, ſiqui-
dem futurarum rõne habita, ad certam pecuniã ſolum-
modo facta æſtimatio nõ fuerat, neq; certa æſtima-
tio fieri ob futura poterat, in quibus certitudo nõ cõ-
tingit. Aeſtimatione igitur bonorũ cõium ad cerã pecu-
niam facta, euidens teſtatoris voluntas apparet, ne
vltra bona ipſa æſtimata fideicõmiſſum traheretur,
imò enim ſi pluris, quã aureorũ bis mille bona fue-
rant, credibile eſt, pecuniam ampliorẽ pro bonorũ
pretio erogatam filiabus iri iuſſiſſe teſtatorem fuiſ-
ſe. Ad quam interpretationem rõ duplex hortatur.
Prior, quod filiarum cauſa contra patruum vertitur.
35 Potiorẽ. n. † filiarũ, & deſcendentiũ cãm, quam tranſuer-
ſalium eſſe non ambigitur. l. 3. §. liberis. ff. de leg. pri. l.
cum auus. ff. de cond. & dem. l. generaliter. §. cũ aũr.
C. de inſt. & ſub. l. cum acutiſſimè C. de fideicom. na-
req; diuino filijs hæreditatẽ deberi, ad Galathas Apo-
ſtolus teſtatur. c. 4. ſi filius, ergo hæres. Theſauros q; à
parentibus liberis comparandos, Apoſtolidem ad
Corinth. monet. c. 12. de quo tex. meminit in c. præ-
dicator. 16. q. 1. Rõ altera, quod fideicommiſſum in d. l.
36 fi. § 1. vertitur fideicõmiſſum planè ſicut † odioſum,
& oneroſum habetur, l. cohæredi. § cũ filię. ff. de vulg.
ita reſtringendum, l. cum quidam. ff. de lib. & poſt. ff.
Arrianus, ff. de act. & obl. l. quicquid adſtringende, ff.
de verb obl. reg. odia lib. 6. inde quam minimũ po-
teſt grauatus hæres creditur. l. ſi ſeruus. §. qui marga-
ritam. ſi ita ſit adſcriptum, ibiq; Iaſ. nu. 17. in vltimo
nota. l. vnũ ex familia. § ſi ſup. eo. l. Titia. 1. §. qui in-
nita, & l. vnum ex familia §. ſi rem ipſa tit. 1. l. Nũ-
mis infra tit. 2. l. leniſſima, ibiq; Soc. & l. quod traditum
infra de cond. & demonſt. l. hæ operæ in fin. infra de
ope. liber. Dec. in conſ. 289. col. 1. in fi. verſi. præterea
dato, & in conſi. 355. nu. 5. cir. med. Iaſ. in l. ſi hęres ſu-
pra eo. & in l. vxor patrui col. fin. C de leg.

Sed difficultas hic ſubeſt, ſenſus tex. obfirmatus. d.
l. quotiens. § fi. ff. de vſufru. per dictionẽ vniuerſalẽ m
oĩum ad futura legatum ibi non trahi, verũ quod hære-
ditatis vice bona ibi æſtimantur. Cũ totũ datus vſuſ-
fructus ſit, ex quib. hæres ſcriptus alios fuerat, ſed. n.
abundans ad ſenſum hunc, dictio illa vniuerſalis om-
nium erit. Rñdetur, in facti ſpecie dictionem ipſam
insertã, in deciſione plane, & rõne eius præteritam,
& ad rõnem ipſam decidendi vim ipſam vniuerſalis
non attinere. Imò enim ad vocẽ ipſam bonorũ ſine
vniuerſali decidendi rõnem pertinere, quod æquè in bo-
nis area, atq; ędificium ipſum ſit. Quod aliter in ędiũ
vſufructu euenit, forma quarum ad aream non ca-
dit, ob id in area reliqua non ædium ipſarũ manere
vſuſfructus nequit, proinde quaſi re ipſa legata ob for-
37 mæ interitum † funditus deleta, cũ eſſentia, aut ſub-
ſtantia omnis rei à forma eius cõſiſtat, atq; ideo for-
ma ipſa corrupta, non põt, & res ipſa non conſumi.
l. Iulianus. §. ſi quis rem. ff. ad exhiben. l. ſciæ, cir. fin. ff.
de auro, & arg. leg. c. & dixit in fi. de cõſecra. di. 1. idẽ
in ſpecie vſuſfructus ędiũ legati. ex tex. declarat in l. re-
peti. §. 1. ff. quib. modis vſuſfr. amit. in §. fi. in fin. inſt. de

vſufruc. Itaq; cum ad rationẽ decidendi in d.l. quotiens. §. fi. dictio prorſus vniuerſalis non attineat, Nihili ea pendenda. Cum rationem decidẽdi ſpectari, non caſum deciſum oporteat. Vnde & ſi maximè eo caſu lex. loquatur, Quo bonorum omnium relictus vſusfructus eſt, Attamen quia ratio in eo expreſſa generalis eſt, & ad caſum competit. Quo ſine dictione omnium, vſusfructus bonorum datur. Ad caſum hunc porrigi, & deciſionem ipſam oportet. l. & generaliter in prin. ff. de calumnia. l. ſi venditor. ff. de religio. l. Regula. §. & licet. Ibiq; Bar. & Bald. ff. de iuris, & facti ignor. & alia apud nos in Corolla. reſponſi pro genero nume. 17. & 70. & quæ ſcripta habemus num. 21. Rationem magis quam dictum ſpectandam.

Secundò reſpondetur, ſenſu Glo. & Bar. admiſſo, vt inter futura area referatur, & ad futura legatum pertineat, De quo in d.l. Quotiens. §. fi. Dictionem ibi omnium eò inſertam non eſſe, quod ea dempta, ius aliquid ſeruetur. cum hæreditatis vicem dictio ibi bonorum obtineat, ſic quomodo declaratum ante eſt. Verum quo perſpicua magis res fieret, hæreditatis vim in legato illo ineſſe, & perinde rem haberi, ac ſi vſusfructus relictus hæreditatis ſit. Quo caſu futura legato cedere monſtratum ante eſt. nu. 23. 29.

38 Eam ob rem effectu † vacua intelligi, dictio omniũ non poteſt. Superuacua quippe verba non æſtimantur, Quæ ad dubitationem omnem relecandam, & rem apertius declarandam ſpectant. l. fi. Ibiq; Dec. num. 9 in ſeptimo nota. C. de pactis. glo. & Domi. in c. 1. in ver. & filio. de ſum. tri. & fide ca. lib. 6. Domi. in c. licet canon. in glo. 2. de electio. lib. 6. Deci. in l. 1. num. 13. ff. ſi cer. pet. in l. edita nume. 68. C. de edendo. De quo inferius etiam num. 65. latius num. 182. Eodem & illud attinet, Luxui non verti, dubirationis pellendæ cauſa rurſus quid dicere. l. 1. §. ſed ſciendum. verſi. Ego puto. ff. de ædili. ædic. Soc. iun. in conſi. 128. nu. 42. verſi. Quòd ſi diceres lib. 1. Alba. in conſ. 11. nu. 29.

Enarratio ex his ſenſus text. patet in d. l. quotiens. §. fin. ff. de vſufruct. In quo à gloſ. quidem & Bar. quantum ad tex. illum non diſcedimus, Quin ad futura bona legatum, De quo ibi, porrigatur. Rationem tamen non agnoſcimus. Qua Bar. adducitur in d. l. ſi ita infra de auro, & argen. lega. Propter dictionem omnium vniuerſalem id fieri, immo enim & ea detracta, ius idem nihilominus probandum. Quando quidem hæreditatis locum bonorum vocem obtinere, demonſtratum nec ſemel ſit.

Conſequenter perpetuum non eſſe, Quod viſum Bartolo eſt, Ad futura bonorum, & rerum vocabulũ non trahi, quotiens per miyruhum eis dictio vniuerſalis non eſt immo enim ractionẽ eandẽ oſtendimus, cum hæreditatis poteſtatem bonorum vocabulum obtinet.

39 Patet item ex prędictis, Ineptè † Bar. pręceptionem in d. l. ſi ita. ad Bal. diſtinctionẽ adiuuandam in d. l. omnia. C. de ep. & cleri. per Soci. & Ripam afferri, vt referat, Adiectiuè ne, an Subſtantiuè dictio expreſſa vniuerſalis ſit. Niſi poſteriore caſu ad futura vniuerſalem non porrigi. Siquidem de caſu hoc verbum apud Bar. non fit. Quod autem inepte dixi, Bar. teſtimonium à Socin. & Ripa proferri. immo enim imprudenter, & inconſultè plus ſatis id ita actum. Cum eo caſu, quo Bar. loquitur, ideſt cum adiectiuè dictio vniuerſalis exprimitur, Socino, & Ripæ non diſſimulanter repugnat. Vbicunque dictioni vniuerſitatem denotanti vox vniuerſalis adijcitur. Quo caſu ad futura ſcripturam trahi, non obſcurè Bart. docet, contra quem Socin. & Ripę placet. Qui non niſi in vniuerſali ſubſtantiuè poſita futurorum comprehenſionem admittunt ita ex Bart. Bald. diſtinctio diſſoluitur in d. l. omnia. Tantum abeſt, vt adminiculi quicquam à Bar. ſentiat.

Aliter etiam cum Baldo, Soci. & Ripa, Bartolum pugnare perſuadetur. Intereſſe enim ſcribunt, an priuilegia omnia vnius alij adiectiuè, An ſubſtantiuè per omnia conferantur. Namque aut vniuerſitatem in vocabulo priuilegia, aut ſingularitatem admittimus. Siquidem Vniuerſitatem, Baldo, Socin. & Ripæ Bartolum contradicere pluſquam manifeſtum eſt. Qui etiam in vniuerſali adiectiuè poſita futurorum incluſionem non reijcit. Quod ſecus Bald. Soci. & Ripa opinantur. Aut Vniuerſitatem in priuilegijs non recipimus, & hoc caſu ad futura capienda vniuerſalem non valere, ſimpliciter Bar. putat, Adiectiui, & ſubſtantiui diſcrimine

40 nullo habito. & quidem † ad vniuerſitatem priuilegiorum vocem non attinere, Probandum magis puto, Vniuerſitas enim triplex, corporum vt gregis, iurium quæ iure ſolo conſiſtere citra corpus vllum poteſt. l. hæreditas. ff. de peti. hæredit.

Mixta, quæ ex iuribus, & corporibus conſtat, Quale peculium eſt. Quod & corpora, & iura continet iuxta actiuè, ac paſſiuè, De qua in l. ſi peculiũ in prin. ff. de pecul. apud glo. in l. vendicatio. ff. de rei vendica. Bar. in rubri. ſupra ſolu. matrim. num. 23. poſt med. Iaſ. in l. frater. nume. 4. ff. de condi. indeb. De triplici hac vniuerſitate corporum iurium & mixta Iaſ. hic meminit nume. 98. & in l. 1. §. fin. num. 13. ff. de verb. obliga. Ex his vniuerſitatis partibus. Ad priuilegia nulla competit. Non corporũ. Siquidem ex corporibus ea non conſiſtunt. Non iurium, Quoniam iure, aut intellectu ſolo, ſine priuilegij cuius interuentu non ſimiliter, vt hæreditas hærent. De mixta dubitatio non eſt. Corpore vllo in priuilegijs non interueniente. Rurſus quæ iura vniuerſitas habet, ea æque paſſiuè, atque actiuè continet. Quæ ad priuilegia inſpectio non competit, Vis quorum, aut natura non eſt, vt ad obligationẽ aut onus, atque adeo paſſiua iura pertineat, Quid enim inimicum magis priuilegio, quàm onerari id eſſe. vt onus inde trahatur, Quod ſolutio eſſe debet. l. Nulla. ff. de ll. l. Quod fauore. C. eo. titu. & hoc genus. Vniuerſitate igitur, de priuilegijs dempta, Aduerſarius Baldi, Soci. & Ripæ diſtinctioni eui denuſſimę Bart. eſt. Qui niſi eo caſu futurorum comprehenſionem in dictione vniuerſali non recipit, quo orationi ſubijcitur, Quæ ad vniuerſitatem ſpectat.

Secundò in diſtinctione hac inter ſubſtantiuum,

41 & adiectiuum caſus † omnium diuerſi ſiquis videntur ratione diuerſitatis vlla non expreſſa. contra. l. non poſſunt. ff. de legib. l. illud. ff. ad l. aquil. & alia apud nos hic comparata num. 125. & locupletius in rubri. ſupra eo. nume. 154. verſi. ſed enim in poſteriore lectu. in l. 1. in princ. numero 174. 266. 272. plenius nume. 411. verſic. Vnde niſi caſus diuerſos. & nume. 457. in fine. ff. de acquiren. poſſeſſ. De quo infra etiam nume. 163. Ratio plane diuerſitatis cogitari probabilis non poteſt. Quatenus vniuerſalis ſemper dictio inuenitur, adiectiuè vel ſubſtantiuè exprimatur.

42 Si diceris, diuerſitatis † rationem ob per particulam fieri. l. qui procuratorem. ff. de procurat. & alia, De quibus ſupra num. 10. Reſpondetur verum id eſſe, ubicunque cum uerbo alio componitur, ut in uerbo peragere, de quo in d. l. Qui procuratorem. Idem in uer. perfungi. l. 3. §. ſi. ff. de arbitr. Cauſa eadẽ uerbi pernoctare. l. Vrbana. §. pernoctare. ff. de uerb. ſigni. Non idẽ, cũ per ſe ponitur. Varie tunc enim accipitur, ueluti cum dr̃, Per te, per amicos id obtinui.

Per

Per virtutem nobis innoluiſti, abſentem per ius, &
magiſtratum defendebat &c. mediante auxilio tuo,
& amicorum, mediante virtute, iure, & magiſtratu
mediātibus, interdum priuatiuam vim dicit, vt apud
Perſium, hoc didici per me dicere, Cęſar aue, per
me hoc didici.l. nullo docente, ſine præceptoris cu-
iuſquam opera, aut traditione, quandoq; præpoſi-
tionis cum vice fungitur, vt apud Poetam, per varios
caſus per tot pericula rerum, per tot pericula petun-
tur honores, & opes, per dedecus, & ignauiam vixit. l.
cum periculis, cum de decore, exponi etiam pro in
poteſt, per dedecus vixit .j. in dedecore, de item ſen-
ſum habet, vt p diē, per noctem id actū. j. de die, aut
nocte, locum etiam denotat, per agrum, per forum
iter fecit, in ſpecie plane controuerſa idem ac quan-
tum per dictio pollet, per omnia .j. quantū ad om-
nia, vel idem, ac in præpoſitio valet, per omnia
.i. in omnibus itaque pro eo res eſt, vt ſi dictum
ſit, concedo tibi priuilegia academię Pariſienſis
quantum ad omnia, vel in omnia, vel in omni-
bus, quęcunq; compræhenſa ſub eis ſunt cæterum,
vt ad futura priuilegia, verba hæc trahantur, hoc verò
à verbis alienum, & mente ſcripturæ videtur, q̄ ſi ad
tempus verba hæc futurum applicamus, cur non idē
& in verbis illis probamus, cōcedo tibi priuilegia om
nia, neq; Bal. ratio monet, verba per omnia non ſo
lum ad modum, ſed & ad tempus referri, quoniam,
& ad tempus applicari dictio omnia, per detracta, po
teſt, priuilegia omnia cuiuſuis generis, & temporis.

Conſequenter his dicendū, ſi ad futura dictio vni-
uerſalis non trahitur adiectiuè poſita, nec in ſubſtan-
tiuo adſcriptam ad futura pertinere, cæterum mirari
43 ſatis † nequeo laborem tantum de vniuerſalis pote-
ſtate, in ſpecie controuerſa captum, quandoquidem
ſpecies hic gratioſiſſima verſatur, in qua nullius inter
eſt, futura conceſſioni accedere, quo caſu dictione
etiam vniuerſali remota, ad futura trahēda conceſ-
ſio videtur, cum interpretationem latiſſimū Princi-
pis beneficium recipiat.l. fi. ff. de conſti.prin. latiſſima
planè interpretatio non foret, ſi ad priuilegia reſtri-
44 ctio præſentia fit, cum & in pagani † idem actu eue-
niat, in quo vniuerſali æquipollere indefinita ſolet. l.
ſi ſeruitus. ff. de ſeruitu. verba. præd. l. ſi neceſſarias. §.
ſi annua. ff. de pign. actio. l. planè. 1. §. fi. & l. turpia
ſupra eo. l. ſi pluribus, & l. ſi ita relictum infra tit. 1. l.
ſi plures gradus. l. ſi cui lana in princ. & l. hæres meus
infra titu. 2. hoc amplius, ad futura etiam priuati di-
ſpoſitio porrigitur, cum modicè eius intereſt. l. fi. C.
quæ res pign. obli. poſſ. quid in Principis conceſſio-
ne dicēdum, quàm in perniciem ſuam liberaliſſimè
interpretari oportet, nihil planè interpretationi latiſ-
ſimę, liberaliſſimæuè repugnantius, quam reſtrictio,
vt ad præſentia reſtrictio fiat, atq; in ſpecie conceſſio
nis, aut priuilegij Principis, futura ei accedere, vbicūq;
niſi ipſius non intereſt, ſcriptum hic in commētarijs
prioribus habemus nu. 15. 19. 22. & ſeq. quid in ſpe-
cie controuerſa probandum, in nullum, aut tantulū
Principis incommodum verſatur.

Quòd ſi ad tertij diſpendium Principis conceſſio
45 ſpectat, fruſtra dictionis tunc † vniuerſalis vires in-
quirimus, quotiens tertij ius lędere Principi non licet,
oro enim voluntas poteſtate detracta .l. Barba-
rius. ff. de offi. prætor l. ſi quæramus ſupra de teſta. l.
quidam referunt ſupra titu. 1. l. 1. §. 1. infra titu. 2. l.
2. in fi. ff. de penis. l. multum intereſt. C. ſi quis alteri,
vel ſibi tor. titu. C. ſi à non compe. iudi. c. cum ſu-
per abbatia de offi. delega.

In caſu vno Bal. opinionem repudiandam, & di-
ſtinctionem eius puto, vbicunq; per comprehenſio-
nem futurorum, inutilis diſpoſitio fieret, veluti cum
bona ſua per omnia quiſpiam donat, vitioſa enim
donatio erit, ſi ad futura trahitur, q̄ liberam teſtan-
di facultatem demat l. ſtipulatio hoc modo cōcepta.
ff. de verb. oblig. ibi enim reſtrictio in verbis qualibet
vniuerſalibus tolerabilior, quàm vt futurorum com-
prehenſio irritum actum efficiat, prauus enim & ab-
ſonus intellectus habetur, vnde momenti nullius ver
ba fiunt, vti in reſponſo prædicto teſtatum pro ge-
nero eſt nu. 312. idcirco verba vniuerſalia reſtringē
da magis erit, quam vt abſonus, aut prauus ſenſus ſe-
quatur Iaſ. in conſi. 182 colum. 6. lib. 2. & in conſ.
115. colum. 5. lib. 4. per tex. in l. vt gradatim. §. 1. ff.
de muner. & hon. & ex Bar. in l. 1. §. nunciatio nu. 25.
ff. de oper. noui nuncia. Huc attinent, quæ ſcripta in-
ferius ſint nu. 107. inde fit, vt ad actum inutilem ver-
ba vniuerſalia non referantur, veluti cum de ſenten-
tia mentio qualicunq; fit, ad eam enim relatio ſen-
tentiam fit, quæ firma, non infirma eſt, Bar. & Iaſ. in
l. 2. § prætor ff. qui ſat. cog. Iaſ. in c. 1. nu. 48. in vſi-
bus feud. in l. quamdiu nu. 8. ante med. verſi & pro
iſta ſententia C. qui admitti. Deci. in conſi. 8. nu. 9.
& in conſi. 38. col 6. circa fi.

Cauſæ item aliæ reſtringendi occurere poterunt,
de quibus mentio deducendo, facta in parte 3. tracta
tus vniuerſalium verborum eſt, nu. 4.

Conſequenter prædictis dicendum, rectam Bald.
diſtinctionem in qua ſpecie loquitur priuilegiorum
videlicet non videri, namq; cum tertij vllius de pri-
uilegijs communicandis, imò nec principis ipſius, cū
læſio grauis abeſt, interſit, non vniuerſalibus verbis
tantum adiectiuè poſitis, ſed & generalibus, aut inde-
finitis accedere futura conuenit d. l. fi. C. quæ res pi-
gno. oblig. poſſ. in hac etiam Bal. diſtinctione ea vi-
denda, quæ calamo pleniore apud nos his ſcripta in
commentarijs prioribus ſunt num. 23. verſi. ex præ-
miſſis infertur, ratione, & alia Bal. diſtinctio inferius
euertitur nu. 89. verſi. per limitationem.

Inſpectionem hic recentiorum quorundam præ-
tereundam non duxi, quibus vſum eſt, non rectè ver
borum vniuerſalium vim in qua ſpecie loquitur, à
46 Bal. expendi in d. l. omnia, imo † enim, & verbis ip-
ſis vniuerſalibus tacētibus, ad priuilegia futura diſpo-
ſitionem trahi, in adæquatione quippè loquitur, cū
vniuerſitas vna ad alteram in priuilegijs ęquatur, adę
quatio planè æque ad futura, atq; præſentia priuile-
gia competit, vnde cum recens vni priuilegium ac-
creſcit, perinde eſt, vt ſi, & alij cōceſſum propter adæ-
quationem ſit, quæ ratio in verbis vniuerſalibus ſilet,
proinde trahi ad futura non ſolent d. l. fi. §. 1. infra ti
tu. 1. & apud Bar. in d. l. ſi ita infra de auro, & argen.
legato.

Meditationi huic recentiorum contrarius tex. no-
ſter videtur, per omnia exæquata ſunt legata fideicō
miſſis, quorſum enim verbis vniuerſalibus per om-
nia, adæquationem commemorare, ſi ſimplex ſatis
exęquatio citra verborum adminiculum vniuerſa-
lium eſt, an nō ſuperuacua, & frugi nullius verba hæc
vniuerſalia facimus, ſi ope eorum carere adęquatio
poteſt, ſed dilui arg. hoc inferius videtur.

Secundò cum nihil prohibeat, in priuilegijs, quæ
nunc ſunt, exęquationem fieri, neq; ad futura neceſ-
47 ſariò trahatur, ratio † efficax poſteriorum non vide-
tur, quam concludentem eſſe neceſſariò oporter Si-
gnorol. in conſi. 4. nu. 1. circa med. per no. in l. non
omnium. ff. de legib. & in l. cum tale. §. falſam in-
fra de condi. & demon. idem Anchar. probat in cōſ.
296. viſis articulis col. 1. circa fi. ſcitè magis Bal. in l.
1. nu. 15. circa fi. C. de ſeruis fugit. vbi concludentē
generaliter rationem poſcit, hoc eſt, vt in ſingulis cō-
cludat, quæ comprehenſa ſub genere ſunt aliter per
ſuaſionem quandam, ſeu contingentem, non neceſ-
ſariam rationem aſſerit, rationem item generalem
exquiri ſcriptum, habemus in rubri. ſupra eo. nu. 96.
233. in poſterioribus cōmentarijs ex quibus Bal. ver-
bis co-

A

bis cognitio non difficilis rationis impulſiuæ percipitur, quæ impulſiua, aut perſuaſiua ratio dicatur, id eſt quæ in omnibus non concludit, de quo genere ea habetur, de qua in l. 1. § ſextum. ff. de poſtul. ad mulieres enim omnes Calphurniæ turpitudo non pertinet, ita in mulieribus omnibus non concludit, eiuſdem generis ratio inſinuationis introducendæ eſt, quæ à fraudibus arcendis exiſtit l. ſancimus. C. de donatio. locum enim in donationibus omnibus non habet, cum fraudem donatarij omnes nō admittāt, quare impulſiua, & perſuaſiua ratio in dictis textibus, & alijs id genus intelligitur, itaq; cum nihil impediat quominus ad priuilegia præſentia adęquatio reſtringatur, concludens poſteriorum ratio non eſt, quæ ab adæquatione petitur.

48 Tertio eadem, ac dictum ratio hæc † videtur, &c. ob id ad priuilegia futura adęquationem trahi, φ adæquatio vertitur, ſed enim hoc genus admitti ratio non ſolet, quæ nihil amplius, atq; dictum habet, l. ſi. ibiq; glo. 2. bar. & Iaſ. ff. de offi. procura. Ceſar. l. pro hærede cum l. ſeq. ff. de peti. hæredi. glo. 3. in l. labeo ff. de vſucapio. in l. 1. in gl. pen. ff. de exceptio Bar. in l. qui interrogatus. ff. de peti. hæredi. ibiq; rationem huius Bar. adijcit, φ ad probationem dicti ratio ſpectar, apertiorem vero probationem eſſe, quam rem probandam conuenit, in uerba alia rationē dicti huius Bal. exprimit in d. l. 1. nu. 15. circa fi. C. de ſeruis fugi. idcircò rationem abijc, quę idem, ac dictum habet, φ dictum demōſtrari per rationem oportet, quę porro demonſtratio, in qua pluris aliquid, quàm in demonſtrato non eſt, quæ ratio, re ipſa perſpecta, eadem, ac Bartoli ratio eſt, ſiquidem nihil aliud probatio dicti, aut rei cuius alterius, quam demonſtratio eius eſt, inde demonſtrare, monſtrare, oſtēdere, docere uocabula ad probationem ipſam nuncupandā non raro exprimimus. l. 1. §. qui aduerſus. ff. de poſtul. l. ſi cum exceptione. §. in hac. ff. quod metus cau. rationem aliam Corn. adſcribit, in conſi. 22. col. 4. ante med. lib. 2. Saluiol. in rubri. ſupra ſolu. mat. nu. 80. cò rationem ſperni, quæ idem, atq; dictum habet, φ generaliorem dicto eſſe rationem oportet, in qua ratione declaranda cenſuram ipſam rationis ineptæ, Corn. cum Saluiol. ſubeunt, idem quippè, ac dictū ratio hæc Corn. & Saluioli habet, quare eorum, perſuadere, & demonſtrare fuerat, cur generalem magis quam dictum eſſe rationem oporteat.

Quarto locus inſpectioni huic poſteriorum eſſet, ſi adęquatio in omnibus ſimpliciter facta, non in priuilegijs tanummodo ſit, cauſa alia uidetur, cum ad priuilegia reſtricta adęquatio eſt, par enim cauſa adęquationis limitatę, aut reſtrictę, atq; generalis, aut ſimplicis non uidetur, conſequens his fit, ex diuerſis recentiores colligere, id eſt ex adæquatione generaliter facta ad reſtrictam, id eſt quæ niſi quoad priuilegia non fit, regula tamen argumento huic obſtat, de qua in l. quę de tota. ff. de rei uendica.

In quæſtione controuerſa, ad futura ne vniuerſalia verba trahantur, quatuor indaganda ſuperius diximus nu. 10 poſt med. verſi. in quæſtione propoſita. Primum, ad diſtinctionem Bal. in d. l. omnia, Socini. & Ripæ hic, Bar. ne traditio conferat in d. l. ſi ita alterum, recta an non Bar. præceptio in d. l. ſi ita videatur. Tertium, rationem ne Baldi, Soci. & Ripæ diſtinctio habeat, iuriq; conſentiat. Quartum, ad futura ne trahi ſcriptutam oporteat, quæ in verba indefinita concepta, aut vniuerſalia ſit, de tribus vltro ſatis, citroq; diſputatum, quarti reliqua explicatio eſt, in qua regulæ hic duæ, negatiuæq; in ſcriptis priorib. traditę nu 26. ex quibus ad verba vna indefinita, ad vniuerſalia altera pertinet.

49 Regula prior dubitationem eò † minorē habet, quo verbis vniuerſalibus imbecilliora generalia ſūt, vt hic apud nos nu. 44. & 80. in cōmentarijs anterioribus, & vberius infra nu. 117. & in conſi. 290. nu. 4.

Vnde ſi ad futura, quæ vniuerſalia ſunt, verba non trahuntur, quanto minus generalia, aut indefinita, regula igitur ad indefinita accomodatur, futura eis nō accedere quotiens in verba ad ſcripta præſentia ſunt. l. ſi ſeruitus in prin. ff. de ſerui. vrba. præd. d. l. ſi ita infra de auro, & argen. lega. l. aurelius. §. 1. infra de libera. lega. & alia, de quibus nu. prædicto 26.

Regula ſecunda cōtrouerſiæ grauioris in ſenſum eundem hoc eſt negatiuum, & ipſa formatur, ne ad futura, quæ vniuerſalia ſunt, verba producantur. l. in lege. ff. de contra. emp. l. ſi ita ſcripſiſſet, & in d. l. fi. §. 1. infra titu. 1. & alia in d. nu. 26.

Ampliationem regula vtraq; admittit, vt locum
50 habeat, quāmuis tempore † alio diſpoſitio cōfirmetur, quæ verbis præſentibus facta indefinitis, aut vniuerſalibus eſt, futura enim nihilo magis accedūt, quæ poſt diſpoſitionem ipſā, & ante confirmationē eius obuenerint, quamuis præſentia eo tempore ſint, quo confirmatio fit d. l. aurelius. §. 1. infra de libera. lega. cuius explicandi cauſa ſciendum, poſteriori teſtamento non ſolum quātum ad inſtitutionem, ſed & quoad legata, & omnia, teſtamentum prius reuocari. l. fi. ſupra de hæredi. inſti. l. ſi iure infra titu. 2. & niſi. §. item ſi ipſe infra ſi cui pluſquam per legem falci. §. poſteriore inſti. quibus mod. teſtam. infir. Bal. in conſi. 9. viſis teſtamentis lib. 4. Caſtren. in conſil. 410. viſo, & examinato dicto caſu colu. 1. poſt med. in ſecundo dubio lib. 2. & apud nos in rubric. ſupra eodem nu. 136. vnde non aliter legata ex teſtamento priori data pręſtantur, niſi ſi in teſtamento poſteriori confirmata, aut repetita ſint, hoc ita prænarrato, legata omnia ex priori teſtamento data verbis vniuerſalibus confirmata, ſub poſteriori teſtamento in d. l. aurelius §. 1. ſunt, at enim ad futura legatum non trahitur, id eſt quæ poſt teſtamentum prius, ante poſterius tamen conuigerunt, idq; pro ſingulari Roma. habet ſingul. 497. textus.

Sed enim ad rem tex. is non attinet, neq; ad ſpeciem verborum vniuerſalium cōfert, quoniam & ſi maximè in verba vniuerſalia concepta legatorum confirmatio ſit in teſtamento poſteriore facta, ad ea
51 † tamē refertur, quæ in priore relicta teſtō, per φ relationem verba reſtringi vniuerſalia ſolent, ne plus quid valeant, quam comprehenſum in relato eſt. c. cum olim de conſuetu c. olim de verbor. ſignifica. quos tex. in ſententiam hanc Geminia. vocat in cōſ. 92. nu. 2. idem præter eum ex text. declaratur in l. 1. C. de ſum. tri. & fide car. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure, & apud nos in conſi. 293. nu. 4. in fi. vnde cum limitata legatorum confirmatio inuenitur, vltra limites trahi eius non debet. d. l. in lege & l. rutilia. ff. de contra. emp. l. in agris. ff. de acquir. rerum domi. neq; reſtrictio hæc verborum ſperni vniuerſalium ſolet, quæ à mente ipſa diſponentis deſcendit. l. ſi chorus. §. 1. l. ſi mihi meum. §. fi. & l. quæſitum. §. 1. infra titu. 2. l. generali. § vxori, ibiq; Bart. infra de vſufruct. lega. l. pediculis. §. item cum quæretur infra de auro, & arg. lega. l. quæſitum. §. papinianus infra de fundo inſtru. ens planè teſtatoris in d. l. aurelius. §. 1. niſi ad legata non fertur, quę in teſtamento expreſſa priori apparent, quocirca nihil erat, φ verborum generalium, aut vniuerſalium vim in d. ſing. 497. Roma. obſeruaret & obſeruandum, aut mendum in Roma. aut offenſum ab eo eſſe, cum de eo quęſtionem pendere in d. §. 1. ait, vtrum libri demum legato cederent, quos teſtamenti poſterioris, an quos prioris tēpore teſtator habebat, è contrario enim legendum, an ij demum, quos tempore teſtamenti prioris, an qui tempore poſterioris etiam teſtatori acceſſerant.

Ad am-

Ad ampliationem tamen tex. ille pertinet, vt con
firmati tempus ad reſtringendum ſpectari, non con-
52 firmationis ad ampliandum debeat, inde ad ius † vo
cari illud ſolet, noui quicquam non induci, neq; a-
ctum confirmatum ampliari, robur tantummodo
actui confirmato addi, quod idem ex tex. declaratur
in l. quædam circa fi. ſupra titu. 1. vbi cum veſtem,
quæ ſua eſt, codicillis quis legat, ſi teſtamentum po-
ſteà facit, ex quo codicilli confirmantur, veſtes lega-
to non accedunt, quæ poſt codicillos factæ in domi
nio teſtatoris erant, cum teſtamentum ęderetur, ſen
tentiæ eiuſdem tex. videtur in c. inter dilectos verſi.
porro de fide inſtrum. & alia apud nos collecta in
conſil. 257. num 4. & in condimento reſponſi pro
genero num. 13. & quod veronen. ſcribit in conſ. 6.
ex confirmatione ſponſaliorum à virgine facta ma-
trimonium non perfici.
53 Ampliationis huius duplex † eſt ratio. Prior, ꝙ
confirmari tempus ſpectari, non quo confirmatio
fit, oportet l. ſi fundus §. 1. ff. de pignor. l. ſi certa-
rum §. fi. ſupra de mili. teſtam. d. l. quædam, & l.
conficiuntur, § ſi miles ſupra titu. 1. l. vero ff. de ſolu-
tio. l. fi. C. ad macedo. Signorol. in conſi. 61. col. fi.
verſi. quinto probat, & in conſi. 64. nu. 6. & nu. 13.
Bal. in auctent. ex teſtamento col. 1. poſt med. C. de
colla. de quo plura in rubri. ſupra eo. nu. 43. & qua-
tuor continentibus, itaq; tempus obſeruandū, cum
datum legatum eſt, quod confirmatum poſtea fuit,
non quo facta confirmatio eſt, ratio altera, ꝙ robur
actui ſolummodo confirmatio tribuit, non etiam
noui quicquā addit, neq; confirmatum ampliat, aut
extendit d. l. aurelius §. 1. & alia ante mox adſcripta
nu. proximo.
54 Ampliantur ſecundo regulæ † memoratę, vt lo-
cum habeāt, quamuis in futurum executio actus dif
feratur, ad futura enim nihilò magis ſcriptura porri-
gitur verbis etiam vniuerſalibus concepta veluti cū
bona ſua omnia poſt mortē ſuam quiſpiam donat
vires enim confeſtim donatio quaſi inter viuos ha-
bet executio demum, poſt donatoris mortem con-
fertur, Cy. & alij in l. fi. C. de pactis Alex. & alij in l.
ſtipulatio hoc modo concepta ff. de verb. oblig. in
conſi. 14. nu 3. lib. 1. Iaſ. in l. ſub conditione in ter-
tio nota. ff. de condi. in debi. in l. quæ dotis nu 35.
verſi. tertio ſignanter limita. poſt Alex. ibi nu. 12. ff.
ſolu. matri. idem Iaſ. in conſi. 5. col. 4. in fi. verſi.
quinto facit in conſi. ſeq. col. 3. poſt med. verſi. cō-
firmo, & fortius in conſ. 60. col. 3. verſi. ſecundo prin
cipaliter moueor lib. 3. ſecundum hoc, nihil intereſt
bona ſua omnia ſimpliciter quiſpiā, an poſt mortem
ſuam donet, ad futura enim neuter donādi modus
trahitur, & de priore donandi modo memoria ha-
bita ante eſt nu. 45. verſi. in caſu vno.
Ampliatur tertio, vt ad diſpoſitionē iuratā regu-
lę ipſę pertineant, non eo magis enim futura cedunt.
c. pen. de iureiuran. Iaſ. in l. penul. §. illud ff. quod
quiſq; iuris Dec. in conſi. 379. colum. penul. in prin.
55 ampliationis huius † ratio eadem, atq; ampliationis
prioris, eſt ꝙ robur demū actui iuramentum affert,
non etiam actum ipſum ampliat, aut extendit, con-
ditionesq; omnes admittit, quæ in actu ipſo iurato
inſunt. l. fi. ff. qui ſat. cogun. l. titius in fi. infra ad tre-
bel. l. ſi libertus iurauerit infra de oper. liber. l. fi. l prin.
ff. ad municip. l. fi. C. de non numer. pecu. c. peruenit
c. quemadmodum. c. ad noſtram. 3. & c. venientes
de iureiuran. c. 1. eo. titu. lib. 6. Bar. & alij in l. ſed &
ſi quis. §. quęſitum in fi. ff. ſi quis cautio, ſcitè Bal. in
l. ſi procurator colum. 3. circa med. verſi. & prædicta
ſunt vera. ff. de condi. inde. vbi naturam, & interpræ-
tationem verborum per iuramētum non ampliari,
religionis demum vinculum adijci circa conſenſum
ſcribit, ex glo. in auctent. ſacramēta puberum in glo.
fi. C. ſi aduer. vendi. ex Oldra. per Cy. relato in l. 1. C.
commoda. tradit Alex. in conſ. 28. num. 19. lib. 1. in
conſi. 61. in fi. lib. 3. in conſi. 95. in fi. lib. 4. & apud
nos in conſi. 242. nu. 3. de quo inferius etiam, & ſci-
tè magis nu. 85.
Ampliātur quarto regulæ prędictę, vt locum, vel
56 contra cauſam † piam habeāt, veluti cum bona ſua
omnia eccleſię quis donat, futura enim nihilò magis
donatio appræhendit glo. & expreſſius Archidia. in
c. vt lex continentiæ 27. q. 1. Bart. in auctent. ingreſſi
nu. 14. C. de ſacroſan. eccleſ. ad quam ſententiam
text. confert in c. fi. 17. q. 4. ita Abb. in conſ. 102. nu. 3.
in fi. verſi ſed dubitari poſſet lib. 2. Ampliationi huic
ſeruiunt, quæ ſcripta hic habemus nu. 9. circa fi. verſ.
ad idem adduco. in priore lectu.
Sed fauor hic veræ cauſę pię videtur, ne ex futuro-
rū appræhenſione vitioſa donatio fiat, ſi Cardi. opin.
agnoſcimus in conſi. 21. ante fi. verſ. item dato. Sed
enim recipi id non ſolet, vt apud Bar. & alios in l. fi.
nu. 13. C. de pactis, Deci. in conſi. 488. nu. 5.
Limitationem ampliatio recipit, ne locū habeat,
57 vbicunq; cum bonis † dedicatio, aut donatio etiam
perſonæ incurrit, cū ſe ipſa, & ſua monaſterio quis
offert. bona futura tum enim in conſequentiam per-
ſonæ veniunt Sali. in d. auctent. ingreſſi num. 1. Iaſ.
num. 30. verſi. nunquid autem.
Contrarij limitationi huic glo. & Archid. ſunt in
d. c. vt lex continentiæ. Corſet. ſing. 190. licet verbū
mens colu. 1. in fi.
Referre puto, quod monaſterium quis ingredia-
tur, namq; ſi teſtamenti factionem offerens perdit,
ad futura protēdēdam oblationem arbitror, id quia
ratio illa ſilet, per quam futura à donatione excludū
tūr, ꝙ teſtandi facultas eripitur, & ad hæreditatē obla
tio referri illa videtur, vice quippè teſtamenti eſt, &
quia non modo damnum graue, imò nec vllum qui
dem contingere donatoris videtur, ſi ad futura do-
natio trahitur, quandoquidem diſponendi faculta
tem non habeat.
58 Hoc ita, niſi liberi † donatori, aut offerenti ſunt,
quorum cauſam potiorem, quam cauſæ piæ exiſti-
mem. c. fi. 17. q. vlti. Cardi. in conſ. 20. in prin. Soci.
in l. cum auus nu. 42. infra de condi. & demon Deci.
in l. licet nu. 5. C. de pactis in l. generaliter nu. 7. C. de
inſti. & ſub. & in conſi. 391. ante fi.
Ampliātur quinto, temporis etiam pręſentis men
tione non facta, quia indefinitè tēporis ratione, ſeu
quantum ad tempus facta diſpoſitio fit, ad tempus
enim præſens relationem nihilominus faciēdam, ad
perſonas, vel res diſpoſitio ſpectet, Alexan. ſcribit in
conſi. 170. colu. 1. lib. 5. per text. in d. l. ſi ita infra de
auro, & argen. lega. limitationem vnam, atq; alterā
ampliatio hæc admittit, de quibus infra nu. 98. in fi.
& nu. 105.
Multo magis locum habiturę regulæ erunt, quo-
59 tiens ex pronomine aliquo † meus, tuus, ſuus, noſter
& veſter, diſpoſitio fit, in quibus tempus præſens inſi-
tum ſupra oſtendimus nu. 18. per tex. in l. vxorem.
§ teſtamento, & in l. his verbis, ibiq; glo. in ver. non
deberi, infra titu. 2. cum alijs apud nos hic adſcriptis
nu. 27. in prioribus commentarijs.
Locum id in poſthumo non habet, cuius appella-
tio non eo minus ad futuros pertinet, ꝙ ex pronomi
ne facta expreſſio ſit, veluti cum poſthumum ſuum
teſtator nominat, Iaſ. in l. placet nu. 21. verſi. addit
glo. alium tertium caſum, ſupra de libe. & poſthum.
de quo plenius infrà in limitatione 17. num. 108. &
tribus ſequentib. limitatio altera ſupra adſcripta nu-
me. 32.
In perſona alia quam poſthumi, cum diſpoſitio-
60 nis euertendæ ratio ſilet, inter perſonas † differre, &
res non arbitror, vnde quibus caſibus res futurę di-
ſpoſi-

ſpoſitioni non cedunt, nec perſonæ, vt Alexa. docet
in d. conſi. 170. col. 1. verſi. quinimò etiam quando
lib. 5. Bal. huc accedit in l. fi. nu. 7. C. de indic. vidui.
tollen. cum vxorem ſuam dominam, & fructuariam
teſtator conſtituit, ad vxorem poſtea ductam legatũ
non porrigi, quod dictũ pro eximio, & ſingulari ere
men. eſtimat ſing. 8. Picus in l. titia cum teſtamento
§. titio cum nuberet num. 108. & ſeq. ff. de lega. 2. de
quo memoria habita etiam ante eſt, nu. 22. & inferius
num. 111.

Locum Bal. dictum ita habet, ſi vxori iam coniun
ctę legatum datur, aliter atq; ſi vxori cuius ducendę
legatum quid eſt, in quo fauor ineſt, ibi enim nõ mo
do ad priorem, ſed & ad aliam legatum porrigitur,
veluti cum vxori cuius iungendę alimenta legantur,
Alex. in conſi. 171. col. 2. lib. 2. Ruin. in conſ. 30. nu.
4. & 7. lib. 2. Soci. iu. in conſ. 172. nu. 24. in fi. co. lib.
etiam. 2. Picus in d. l. titia cum teſtamento. §. titia
cum nuberet nu. 108. q. 28.

Differentię huius ratio inter vxorem iam ductam,
& ducendam illa videtur, ꝙ in iam ducta affectio te-
ſtatoris contingit, ob id ad vxorem futuram, in qua
ratio affectionis tacet, extendendum legatum non vi
detur, quę locum ratio in vxore ducẽda non habet,
vnde cum non minus ad vnam, quàm ad aliam le-
gandi ratio competat, ad ſecundam etiam trahen-
dum legatum videtur, cum ęque futura vna, atq; al-
tera ſit.

61 Quæ declaratio † ad limitationem iuris illius vul-
gati pertinet, de quo in l. boues. §. hoc ſermone. ff. de
verb. ſign. ad actum primum verba pertinere, ad ma
trimonium enim primum non ſemper legatum re-
ſtringendum ſuperiora docent, hoc eſt in ſpecie vide
licet fauorabili, ne ſcriptura pereat, vt in caſu d. l. pla-
cet ſupra de lib. & poſt. de ſenſu copioſius in ſcriptis
noſtris anterioribus num. 40. & apud Albam in con-
ſil. 85.

62 Ad tempus etiam † præſens haud dubiè ſcriptura
ſpectat, quæ ex participio facta præſenti ſit, veluti cũ
iura ſibi competentia quis cedit, vel cum de iuribus
ad aliquem pertinentibus mentio fit, vt hic apud nos
nu. 25. 28. & in conſ. meo 293. nu. 4. in fi. & ſeq. atq;
ratio ibi adſcripta, ꝙ in relatiuum, & verbum parti-
cipium hoc vertitur, ideſt quę ſibi iura competunt,
aut ad cedentem, pertinent, relatiuo porrò reſtrictio
nem fieri, vti ſcriptum etiam ante eſt nu. 51.

Limitatio prima ad regulam vtranq; adſcripta,
63 ne ad eum caſum pertineant, quo † leuiter intereſt,
ſeu præiudicium leuè intercedit, effectum tunc enim
indefinitæ, nedũ vniuerſalis ſcripturæ ad futura per-
tinere d. l. fi. C. quæ res pignori oblig. poſſ. limita-
tioni huic Adb. ſubſcribit in conſi. 102. nu. 4. lib. 2.
eandemq; ipſum corroborare ex his licet, quæ accu-
mulata apud nos ſunt in conſi 182. num. 15. & duo
bus ſeq. vbi caſus enarrati non pauci ſunt, vinculum
quibus ſolui iuris ſolet, vbicunq; incommodum nõ
magnum occurrit, cui ſententiæ, & illud ſeruit, licen
tiam principi eſſe incommodo exiguo ſubditum af-
ficiendi, ſeu ex modico ius tertij lædendi. l. quotiens.
C. de precib. impera. offer. c. ex parte. 2. de offi. de-
lega. c. paſtoralis de appella. Alex. in conſ. 216. nec
arguendi ſumus nu. 12. in fi. lib. 2. Fely. in c. quæ in
eccleſiarum nu. 47. verſi. quarta declaratio. de con-
ſti. Campegius in conſ. 2. nu. 40. inter Bruni reſpon-
ſa, exempli eiuſdem quam plurima, & alia afferrem,
ſi bono hic cui eſſet.

Limitatio ſecũda adiecta nu. 29. ne locus regulis
64 ſit, vbicunq; genus † antecedit, quod futura appræ-
hendit, ſeu aptum compræhendere eſt, deinde enu-
meratio ſpecierum in verba præſentia ſequitur, ibi,
enim ad futura ꝓpter genus diſpoſitio trahitur, neq;
ad ſpecies in præſens enarratas, reſtringitur, id quia
ampliandi, non reſtringendi cauſa expreſſio ſecuta
ſpecierum creditur, exempli cauſa, fundum cum in-
ſtrumẽto, aut inſtructum, & cum mancipijs, quæ ibi
tunc erant, teſtator legauit, Mancipia etiam poſt te-
ſtamentum quæſita legato cedunt, idq; propter ge-
nus cum inſtrumento, vel inſtructum, neq; mãcipio-
rum expreſſio mutat verbis præſentibus facta, quæ
tunc erant, cum teſtamentum fieret, quoniam augẽ-
di cauſa adiectio ſecuta ſpecierum eſt, & cum man-
cipijs, quę in fundo tunc erant, ob id rationi exagitat,
ex his genus reſtringi, quæ ad ampliationẽ ſpectant,
ſeu quæ ampliandi ſubiecta cauſa ſunt l. ſi mãcipia,
ibiq; Bar. infra de fundo inſtruc. tex. huc pertinet in
l. ea tamen adiectio infra tit. 2. in l. pediculis § labeo
infra de auro, & arg. lega. quos duos, tex. ꝓ ſententia
hac Bal. nominat in conſi. 329. caſus talis eſt, quidã
Nicolaus nu. 6. lib. 1.

Sed dicturus quiſpiam erit, momenti nullius adie
ctionem illam, & cum mancipijs fieri verbis præſen-
tibus factam, niſi ſi ad præſentia reſtrictio fit, quãdo-
quidem expreſſione etiam eorum omiſſa, legato ob
genus ceſſura nihilominus fuerant.

65 Reſpõdetur, ceſſationem, † aut otium in verbis ad
mitti, quæ ad expreſſiorem animi demonſtrationẽ
proferunt, ita ex tex. illo non obſcurè declaratur, idq;
ad ius illud vulgatum obſeruandum, verba ita acci-
pienda, ne vana fiant, cum qua ſententia text. facit
in §. & hoc dicimus in auct. vt exactio. inſtando.
quem pro ſententia, hac Bartigel. vocat in rubr. ff. de
verb. obli. nu 44. atq; in ſpecie ſuperfluentem expreſ-
ſionem eius non haberi, quod tacitè ineſt, ex glo. &
Domi. oſtenditur in c. 1. in ver. & filio, de ſuma trini.
& fide cat. lib. 6. & alia, de quibus ſuprà nu. 38.

66 Secundò reſpondetur, vacuitatem † verborum
per legem ſuſtineri, quotiens id narratur, quod tacitè
in ſcriptura eſt, tam, & ſi vſui, aut bono cur narratio
hæc non fiat l. 3 infra eo. l. 3. C. de fideiuſ. & alia apud
Decium in conſi. 232. in fin. cauſa tamen ocij huius
perferendi à ratione proxima exiſtit, ꝙ ob rem aliã
niſi dilucidius declarandi facta expreſſio nõ videtur,
vnde exempli cauſa facta tunc creditur Corn. in cõſi.
4. col. 1. lib. 2.

Tertio reſpondetur, Graue minus legi viſum mo-
menti nullius verba fieri, quam vt diſponenti ab ijs
mens offendatur. l. Cornelius ſupra de heredi. inſti. l.
verbis ciuilibus, ibiq; Alex. in ſecundo nota. Areti.
in tertio. Iaſ. in ſexto, ſupra de vulga. Cuma. in cõſ.
109. teſtator inſtituit in fi. Deci. in l. in contrahen-
da in fi. ff. de reg. iuris, & apud nos in conſi. 70. circa
fi. Mentem planè teſtatoris in d. l. ſi mancipia. tædi, ſi
ad mancipia præſentia reſtrictio fit, in obſcuro non
eſt, quod ampliandi cauſa commemoratio facta
mancipiorum eſt, ita quæ ad ampliandum mens fer-
tur, ad diminuendum induceretur, quæ reſponſio ex
Decio nominatim confirmatur in conſ. 232. in fi. vbi
verborum ſterilitatem ferendam ait, potiuſquam ef-
fectus contrarius ei ſequatur, in gratiam cuius inter-
poſitum pactum eſt, eandem reſponſionem in d. l. ſi
mancipia glo. ſentit, ampliatio ex reſponſione hac
regulæ hauritur, de qua in l. nulla. ff. de legib. & in l.
quod fauore. C. eo. titu. & hoc genus, vt locum ium
quoq; habeat, cum frugis experta verba fiunt, abſur-
dum quippè minus inertem orationẽ manere, quã
vt fauoris cauſa introducta odio vertuntur.

Sed videndum in reſponſione hac tertia, amplian-
di enim cauſa mancipiorũ expreſſionem factam ne-
ceſſariò innititur, idq; gloſ. ipſa in d. l. ſi mancipia,
& in facti ſpecie exponenda nominatim ſcribit, quæ
per copulam, & verba legati refert, lego fundum cũ
inſtrumento, & cum mancipijs, quę ibi ſunt, aut erãt,
copulam enim ad augendum pertinere non dubita-
tur l. ea tamen adiectio infra tit. 2. ex quibus gl. ver-
bis per-

bis perſpici non obſcurè poteſt, ius aliud ſeruandum,
ſi copula detr. ctà commemoratio facta mancipio-
rum ſit, lego fundum cum inſtrumento, mancipijs,
vel cum inſtrumento, cum mancipijs, quo caſu ra-
tio tacere tex. videtur, qui augendi, non minuendi
cauſa, ſubiecta mancipia ait.

Secundo ex dictione quoq; ſenſus is glo. iuuatur,
67 ibi mancipiorum † quoq; fecit mentionem, dictionē
quoq; ad ampliandum valere incertum non eſt. l. 2.
ff. de pactis. l. ſeruum quoq; ff. de procura. l. pupillus.
§. ipſe quoq; ſupra de auctori. tutor. l. ſuus quoq; ſu-
prà de hæred. inſt. l. ex maleficijs. §. is quoq; ff. de actio.
& oblig. & exempli huius leges aliæ frequentes vbiq;.

Si dixeris, ex vaticinio glo. ſenſum conſtare, vt per
copulam expreſſa mācipia ſint, de qua verbum text.
non facit, neq; dictionem quoq. mouere, quoniam
iuriſconſulti ſermo eſt, qui de mancipijs etiam adie-
ctum ait, cæterum dictione ea teſtatorem vſum tex.
non meminit. Reſpondetur, diuinationem hic non
68 † contingere, at neceſſario verbum, quod ampliatiuū
ex tex. ipſo innui, cū augendi cauſa mancipia relata
ait. l. filiæ cuius, iunctis Doct. ibi C. famil. hercīſc. tra-
ditio ibi enim neceſſariò ſubauditur, glo. 3. in l. gallus
in prin. ſupra de libe. & poſthu. quæ ſicut neceſſaria
inſtitutio in Galli conſilio eſt, ita eam à Gallo præſup-
poni, & pro indubitata haberi ſcribit. In eandem ſen
tentiam Alex. hic ait nu. 11. fatidicum ſenſum non
videri, vbicunq; admitti alius nequit, de quo etiam
apud Iaſ. in l. quæ dotis col. 11. nu. 51. verſi. ego ſo-
leo defendere ſupra ſolut. matri. ius hinc vulgatum
ſpectat, de quo in l. qui teſtamento in prin. ſupra de
teſtam. habilia præſupponi, quotiens de aliquo diſpu
tatio fit, itaq; cum ratione augendi tex. nitatur in d. l.
ſi mācipia, dictio neceſſariò præſupponitur, quæ am
69 pliationem dicat. Hoc amplius, † neceſſitate etiam
præſuppoſiti remota, Apollineum reſpui ſenſum
non oportet, qui ratione qua optima conſtet Caſtrē
ſi auctore in l. ſi ſeruus eius ante fi. verſic. Dominus
Ang. ſupra de acquir. hæredi. quæ ratio porro copu
læ, aut dictionis cuius alterius ampliatiuæ intelligen-
dæ melior, atq; ea, quam tex. ipſius verba offerunt, ibi
augendi cauſa.

Secundo reſpondetur, copula etiam de legato dē-
70 pta in d. l. ſi mancipia, punctum † tamen neceſſariò
hærere, lego fundum cum inſtrumento, mancipijs,
vel cum inſtrumento, cum mancipijs, puncti ſanè ea
dem, atq; copulæ poteſtas, quam & orationem ſolu-
tam lex nuncupat. l. ſæpe. § cum vero, ibiq; glo. &
Bar. l. triplici. §. videamus, ibiq; glo. in ver. coniun-
ctos. ff. de verb. ſign. l. vni. § his ita. C. de cadu. tollen.
glo. in l. cum duobus. §. ſi in coeunda, in ver. preciū.
ff. pro ſocio. in l. precia rerum in ver. adeat infra ad
l. falci. glo. & Bart. in d. l. ſæpe. Punctus tamen hic
non cadit, præpoſitione cum inſerta, quæ idem, ac co
pula ampliandum pollet. l. ſi cui ſerui omnes in prin.
l. ſi ancilla cū liberis, & l. ſeq. & vtrubiq; Bar ſupra eo.
71 Ratio altera d. l. ſi mancipia. decerpi † ex tex. poteſt
in l. quæſitum. §. fi. infrà de fundo inſtruct. & in l. le-
gata ſupellectili in princ. infra de ſuppellectili lega. à
fortiori argumentando, cum legato generis enume-
ratio ſpecierum ſubijcitur, generi per ſpecies non de-
trahi, quominus, & alias teneat, quæ omiſſæ in enu-
meratione ſunt, id quia ex abundantia, aut imperitia
ſpecierum facta commemoratio videtur, de quibus
legibus Signorol. meminit in conſi. 70. nu. 12. ſi mi
nus legatum generis à ſpecierum aliquarum expreſ-
ſione non fit, quantò magis tantundem probandū,
cum in acceſſorijs expreſſio cadit, ſiquidē non æque
principali per acceſſorium, atq; generi per ſpeciem
derogatur reg. generi lib. 6 & obſeruandum, eo caſu
text. loqui in d. l. quæſitum. § fi. quo in verba præ-
ſentia cōceptum legatum eſt cum fundum ita vti in-
ſtructus eſt, cum mancipijs, vel ſupellectili quis legat,
ratio hæc eadem, atq; prior, re ipſa diligenter perſpe
cta, videtur, eo enim derogationem genus ab enume
ratione ſpecierum non patitur, quod ampliandi cauſa
ſubiectæ, non reſtringendi videntur.

Videndum circa ſecundum d. l. ſi mancipia, quæſtio-
nem triplicem ad eum competere. Prior, ad manci-
pia, quæ poſtea accedunt, legatum ne trahatur, alte-
ra, per adiectionem mancipiorum, teſt. dictio an non
ad ea ita fiat, vt excluſa alia exiſtimentur, quæ ad fun
di inſtrumentum pertinent.

Tertia, vtrum quod in quæſtione ſecunda ſtatutū
ius eſt, ad priorem etiam trahatur, hoc eſt, vt quibus
caſibus ad ſpecies enumeratas genus reſtringitur, ad
futura etiam legatum non trahatur.

De quæſtione prima dictum ſatis eſt. in ſecunda
72 diſtinctione † Bar. vtitur in d. l. quæſitum. § fi. nu. 2.
ſiquidem genus ipſum legatum enumeratio ſpecie-
rum ſpectat, ad eas genus reſtringi, l. cum de lanio-
nis. §. ... & l. ... in prin. eo. titu. de fundo in-
ſtruct. ſi autem legandi actum ſpecies reſpiciunt, ex
abundanti, & citra reſtrictionem adiectas videri d. l.
quæſitum §. fi. eo. titu. & d. l. legata ſupellectili in-
fra de ſupellectili lega. cum Bar. Riminal. ſen. in conſi. 56.
nu. 8. lib. 1 in traditione hac Bartoli erat, explicare,
quando actū legandi, & quando genus ſpectare enu-
meratio ſpecierum dicatur, obſcurius locutus, nec
præter morem eſt.

Ex legib. quas profert genus, ſeu verbum, aut par-
ticipium generis enunciantium enumeratio ſpecta-
re ſpecierum dicitur, vbicunq; expreſſius declaratio
earum fit, veluti cum de mācipijs tam vrbanis, quam
ruſticis memoria habetur, quo caſu ad actum legan-
di, ſeu ad verbum ipſum diſpoſitiuum legati decla-
ratio illa ſpecierum non pertinet, vt verbum ipſum
declaratur, aut determinetur, ſatis quippè declaratū
in ſimplici mancipiorum expreſſione fuerat, vt ver-
bo, & ipſa legati inſinuat, vnde ad participium illud in-
ſtructum determinandum declaratio illa mancipio
rum, tam vrbanorum, quam ruſticorum pertinet,
quò planum fiat, in quibus inſtrumentis genus illud
verſetur, omnibus, ne an aliquibus, qua ratione igitur
inſtrumenti, aut inſtruct. vocabulum in mancipijs, &
alijs quibuſdam ſpecialiter explicatur, ita credibile
eſt, ad ſpecies alias præter expreſſas, & nominatas ge
nus ipſum trahi teſtatorem non ſenſiſſe, cauſa alia vi
detur, cum in ſpeciebus declarandis teſtator non im
moratur, verum fundum inſtructum cum mancipijs
ſimpliciter legat, ibi enim participium illud inſtructū
vox illa mancipijs non reſpicit, cum ad explicationē,
aut determinationem eius nō attineat, de quibus ac-
cipi mancipijs debeat, ob id ſicut ad genus vox illa
non reſpicit, ita reſtrictionem pati ab ea nō debebit.

Diſtinctio hæc Bart. perſuaderi mihi non poteſt,
conſequens enim ei fit, vt ſi fundum mancipijs inſtru
ctum teſtator leget, ad ſpecies alias inſtrumenti lega-
tum non porrigatur, quod participium generis inſtructū
mancipijs vox ſpectet, verbum quippè legat non ſe-
quitur, neq; id reſpicit, quia dictum nō eſt, cum man-
cipijs, quo caſu perinde eſſet, vt ſi dictum ſit, legat fun
dum inſtructum, & mancipia, atq; ideò ad verbum
legat, non ad verbum inſtructum, mancipia vox re-
fertur, at enim iuri, rationiq; conuenire non credo, vt
fundo mancipijs inſtructo legato, ſpecies alias exclu-
ſas inſtrumenti dicamus, cum demonſtrandi cauſā
verba ea inſeruntur, conſequenter, intereſſe non
videtur, ad verbum, aut participium generis, an ad a-
ctum ipſum legandi, ſeu verbum ipſum diſpoſitiuū
nomenclatio ſpecierum applicetur.

Secundo vbi fundum inſtructum cum mancipijs,
vel fundum cum inſtrumento, & mancipijs quis le-
gat, eo reſtrictionem non fieri Bar. ſcribit, quod ad ver-
bum,

bum,aut participium generis mancipiorum ſpecies, aut commemoratio non ſpectat, verum ad actum legandi,ſeu ad verbũ ipſum diſpoſitiuum legat, atq; ideo rationis non videt,ab eo genus reſtringi,quod ad genus ipſum non ſpectat, neq; id contingit, ſed verbum ipſum principale orationis,non ad determinationem generis inſtrumenti,cogitat, qui fundum inſtructum cum mancipijs legat. ſiquidem genus ipſum hic non declaratur, neq; determinatur, verũ ad vtrunq; legantis animus fertur, fundum inſtructum videlicet,& mancipia,neq; per mãcipiorum expreſſionem ad inſtrumenti declarationem, determinationemuè animus fertur. Rationem aliam Bart. putat, quotiens ad mancipiorum enarrationem teſtator accedit, ſpecies eorum enarrando, cum mancipijs vrbanis,ruſticis, & deinceps. Sed enim quemadmodum actum legandi verba illa cum mancipijs reſpiciunt,ita & illa cum mancipijs vrbanis, & ruſticis. Pro eo quippè res videtur,atq; ſi expreſſum ſit, lego fundum inſtructum,& mancipia vrbana, & ruſtica, quo caſu ad actum ipſum legandi verba hęc attinere,magis erit dicere, ita continuatio actus legendi in verbi his erit.

Quocircà controuerſiam aliter dirimendam hãc cenſeo,vt referat,an in genere ſpecierum aliquarum commemoratio,an ſpecialiter qualitates,aut conditiones earum deſignando,fiat. Priore caſu reſtrictionem non intelligi, rationem aliam caſus poſterioris eſſe, diuerſitatis huius ratio illa videtur, ꝙ vbi in ſpecie ſpecies declarantur, mentem ſuam aperire teſtator videtur,ne vltra in ſpecie deſignata legatum protendatur,quaſi genus ipſum inſtrumẽti exponat,quonam id modo accipiat,alioquin quorſum in ſpeciebus declarandis immorari,quę ratio ſilet,cum niſi in genere mentionem de ſpecie non facit, ad explicationem hanc ſpectare text. videtur in d. l. legata ſupellectili in ſecundo reſponſo,ibi ſi tamen ſpecies certi numeri demonſtratæ fuerit. Demonſtratio enim rei ꝑ expreſſionẽ conditionum, & qualitatum eius fit l.ſi in rem verſi.octauenus,& verſi.duobus ſequen. ff.de rei vendica.

Quod dictum eſt,ad ſpecies relatas generis legatũ non reſtringi, adiectione ſpecierum in genere facta, vt traditio noſtra fert,vel cum verbum participij,aut verbum ſignificatiuum generis ſpecierum, nomenclatura non ſpectat,at legandi actum,vt Bart. præce-
73 pto docet, recipi non † ſolet, quotiens ex dictione qua limitatiua ſpecies ipſæ ſubijciuntur, ad eas tunc enim genus ipſum limitari omnino oportet Bart. in d. l.quæſitum §. fi.col.pen. verſi.aut fuit facta enumerõ,atq; ibi in dictionib. limitatiuis vocabula ponit,i. ſcilicet videlicet,& quamuis tex.in ſententiã hãc Bar. non proferat, ex tex. id oſtenditur in l. pomponius in prin. ibi cauſa cognita,ideſt ſi nominatim mandatum ſit ff. de procura.l. 2. in princ. iuncta glo. 2. atq; ibi Bar. ff.ad legem aquil.l. planè 2. §. 1. in fi.ibi ideſt ſi Dominus ſerui hæredis ſcripti ſoluendo non erit, ſupra eod.§. 1. in verſi. ideſt inſti.de vſucapio.quem tex.in ſententiam hanc Areti.vocat in l. ſi de eo. §. 1. colum.7. num.8. ff.de acquir.poſſeſ. tradit etiam Iaſ. in l.1.§. item acquirimus colum. 7. num. 41. eodem titu. Dec. in l.2. in ſecundo nota. C. vnde legi. Ripa in l. de pupillo.§. meminiſſe nu. 30.ff. de operis noui nuncia.

De voce ſcilicet,reſtringendi,& in ea vim eſſe,tex. demonſtratur in l.ſi in venditione, ibiq; glo. in verſi. ſcilicet ff.com.præd.in l.iuſiurandum quod ex cõuentione §.fi. ff. de iureiuran. l. ſi inæqualibus ſecundum vnam lectu. ibiq; Bal. ſupra de hæredi. inſti. l.ſi pluribus, ibiq; Areti. in ſecundo nota Iaſ. in quinto ſupra eo. tradit idem Iaſ. in l. 3. §. ſaluis colum. 2. ff. de acquir. poſſ.

Ad limitandum etiam videlicet, dictio ſpectat l. videlicet.ff.de pactis.l.fi. in fi. C. in quibus cau. in integ. reſti. non eſt neceſ. glo. in clem. cauſam in ver. videlicet,de electio. Bar. in d. l. 2. ff. ad l. aquil. loco primo exponit,idem Bar. in d. l. quęſitum. §. fi. col. penul. infra de fundo inſtr. Bal. in l. cum mulier col. penul.poſt prin. verſi.item dictio videlicet ſupra ſolu. matri.in d.l. ſi inæqualibus ſupra de hæredi. inſti.

74 Sed videndum, ſenſum † etiam declaratiuum in vocibus memoratis eſſe,i.ſcilicet,videlicet l.2.ib.rogatur,ideſt interogatur ff. de adoptio l. auxilium poſt prin. ibi delicti, ideſt calumnię. ff. de minor. l. plane. 1.§. ſi eadem verſi.ſed ſi corpus,ibiq; Areti.in vltimo nota. Iaſ. nu. 10. ſupra eo. quem §. vna ſimul cum d.l. ſi pluribus, Areti. interpræta tur.l. de pupillo.§.meminiſſe, ibi per manum, ideſt per iactum lapilli,atq; ibi Ripa nu.30.ff.de operis noui nũcia. l.2.ibiq; Dec. in ſecundo no.C.vnde legitimi.c. ex literis.ibiq; Deci. in ſexto not. poſt Areti. ibi de proba. idem Areti in l. qui liberis in tertio nota. ſupra de vulga. & in verbo uidelicet tex. affertur in l. uidelicet. ff. ex quib. cau. maior. Deci. in conſi. 47. column. 2. in fi. uerſi. non obſtat uerbum uidelicet,& in conſi.382. colu.3. in fi.Iaſ. in d. §. ſaltus col. 2. Soci. iu. in conſ.108.nu. 17. lib.2. ſignificatu igitur gemino interueniẽte, quẽ in re admitti dubia oporteat, uidendum, in quęſtione hoc caſu aliquot perſpiciendi, caſus primus, cum ſcriptura generalis prçcedit,& exemplum per dictionem,ideſt aut ſimilem ſubijcitur, quo caſu niſi exempli vim non obtinet,cuius reſtringere non eſt,at declarare, atq; ideo ad omnia ſcriptura ipſa generalis pertinet,ad quæ verba ipſa cõpetere generaliter poſſunt Areti. in d. l. qui liberis in prin. in tertio no. per tex. in l.item veniunt, §.petitam 1.iuncto §. petitam. 2. in vltimo reſponſo ff. de petito. hæredi. quos tex. inducit, ſequitur Iaſ. in d.§.ſaltus, Deci.in d.l.2. in ſecun.nota. C. vnde legit.

75 Secundus caſus, quotiens † ad id dictiones hoc genus applicantur,quod tacitè ineſt, & in ſenſu eas declaratiua tunc accipiendas Deci. aſſerit in d. conſil. 382.colu. 3. in fi. id quia momenti nullius expreſſio eius videtur,quod in re niſi tum ipſa eſt l.3.ſupra eo. l. 3.C. de fideiuſ. momenti planè non leuis expreſſio fieret per dictiones has adſcripta, ſi ad reſtringẽdum ualerent.

Ex caſu hoc ſecundo ſenſus regulæ decerpitur, de qua in d.l.3.ad effectũ eam nouum inducendum,amplicandum,aut reſtringẽdũ pertinere, cęterum effectu omni vacuam taciti expreſſionem non videri, quatenus ad declarandum prodeſt, de quo effectu mentio etiam facta ſuperius eſt nu. 38.

Tertius caſus eſt, cum ad limitationem ea nos impellunt,quæ per dictiones has ſequuntur, ideſt, ſcilicet, videlicet Corn. in conſi.50. col. 3. lib. 4. Materiam item ſubiectam actus,reiuè naturam attendendam puto,vt in ſenſu ob eas limitatiuo,declaratiuouè accipiantur,idq; Fulgo. ſentit,in conſ. 147. uiſa quadam ſupplicatione colum. 2. poſt med. Soci. iun. in conſi. 108. nu. 17. lib. 2.

Quartus caſus eſt,cum in dubio omninò res uide-
76 tur,ad declarationem † an ad limitationem accommodari dictiones hę debeant, & hoc caſu ad declarandum eas ſpectare magis probandum.ita ut demõſtrandi, exponendiuè, ſeu exempli adiectę cauſa uideantur,ut textibus,Baldi,& Areti.teſtimonijs Curti. ſen. docet in conſi 51. ſuper teſtamentis nu.18.verſi. & ponderanda eſt illa dictio, ꝙ idem in d. conſi. 90. Corn. ſentit de quo in caſu ſuperiore proximo, atq; præter Corn. & Curtium,generaliter in ſpecie quauis declaratiuè, aut demonſtratiuè uerba accipienda, ex Bar. confirmatur in l. centurio nu. 31. ſupra de uulga.& in l. Cum pater.§.menſę nu, 8. infra tit. 1. Ang.

in l.fi.

in l. fideicommiſſum. §. tractatum column. 1. poſt med. ff. de iudi. Caſtren. in conſi. 219. in cauſa, quæ vertitur coram Domino poteſtate noſtræ column. 2. poſt med. lib. 2. & in caſu egregio Calderi. in conſi. 21. col. 2. de teſtam.

Perſpici ex his poteſt, iuris rationibus conſentaneam Bar. præceptionem non videri in d. l. quæſitum, §. fi. neq; num. 2. neq; colum. penul. & quidem diſcrimen eius d. num. 2. vt differat, ad actum legandi, an ad participium, ſeu verbum enunciatiuum generis enumeratio ſpecierum reſpiciat, confutatum ante eſt num. 72 traditio item eius in d. §. fin. colum. penul. num. 73. improbata, & nu. proximo ſeq. apparet, atq; in ſpecie Bartolo contrarius Aretin. videtur in d. l. qui liberis in princip. in tertio nota. Iaſ. in d. §. ſaltus. Deci. in d. l. 2. in ſecundo nota. C. vnde legitimi, quibus viſum eſt, ad limitandum dictiones has non valere, vbicunq; poſt clauſulam generalem exempli vice ſubijciuntur, ibi enim exempli loco, non etiam reſtringendi cauſa adſcriptas cenſeri, ſic quo modo relatum ante eſt num. 74. in primo caſu, & num. 76. quid ita igitur è contrario penitus, limitandi cauſa poſt genus per dictiones has ſpecierum enarrationem adiectam, tam generaliter Bar. affirmat.

Secundò Bartolo obſtat, quod dictum ante eſt num. 75. in ſecundo caſu, declarandi vim in dictionib. memoratis intelligi, cum id exprimitur, quod tacitè inerat, ſed enim in enumeratione ſpecierum, Bartol. loquitur, quæ ſub genere ſuo non dubiè, nec impropriè continentur, ergo pro nihilo quantum ad reſtringendum enumeratio ipſa habenda.

Tertiò argumentis his duobus iacentibus, quæ nõ molliter cum Bartol. pugnant, vbi in dubio omnino res foret, declarandi, aut demonſtrandi, non reſtringendi nomine hoc genus expreſſas dictiones intelligi, teſtatum, nec obſcurè ante habemus nu. 76. in quarto caſu.

Neq; ad Bart. traditionem iuuandam text. confert in d. l. legata ſupellectili in ſecundo reſponſo. Quo vno Bartol. innititur, & quem ita accipiendum ait, quoniam ex facto, aut Apolline petitus ſenſus is Bartol. videtur, vt per dictionem vnam aliquam ex prædictis enumeratio ibi facta ſpecierum dicatur.

Secundò Bartol. ſenſui verba ipſa text. expreſſim contradicunt, eo quippè caſu Bartol. loquitur, & text. illum loquentem facit, quo ad actum ipſum legandi, ſeu ipſum legandi verbum enumeratio ſpecierum ſpectat. cęterum vbi ad genus ipſum ſpecies reſpiciunt, fruſtra in dictionibus reſtrictiuis negotium ſuſcipitur, ſiquidem, & ipſis remotis, reſtrictionem admittendam Bartol. probat, enimuero ad genus ipſum, non ad actum legandi ſpecies ibi pertinere bifariam perſuadetur. Primum, quod ad numerum certum, & limitatum ſpecies ibi expreſſas tex. inquit, quæ res niſi generi coarctando non congruit, quoad verbum enim diſpoſitiuum, aut actum legandi, quid certum, aut limitatum ſpecierum numerum dicere.

Secundò modum, aut limitationem generi per ſpecies ad numerum certum enarratas, traditum ex-
77 preſſim, text. ait. Modum enim † pro limitatione accipi incertum non eſt l. 1. circa princip. ibi modum legatorum conſtituit, infrà ad legem falcid. inſtitu. eodem titu. in primis verbis l. 3. in fi. princip. ibi modum interdictioni fecit, ff. de decurio. Et deinceps alia, ſi generi limitatio præſcripta in d. l. legata ſupellectili. eſt, vtiq; ad genus ipſum coarctandum, non etiam ad legandi actum ſpecierum trahenda enumeratio erit.

Conſequenter his dicendum, non rectè ad ſecundum membrum diſtinctionis ſuæ text. illum à Bar. applicatum, cum ad actum legandi enumeratio ſpecierum attinet, contra quam verba ipſa non obſcura text. ferant. Inde error alter emanat, qui in ratione text. ipſius indaganda vertitur, vt ob id reſtrictio ibi generis intercedat, quod dictione qua limitatiua ex ſuperioribus vſus teſtator ſit, qui ad diuinationem ſenſus ſpectat.

Secundo ad rationem tacitam Bart. adit, vbi expreſſa alia in textu inuenitur, text. enim ratione nititur, quòd numerus certus demonſtratus ſpecierum eſt, ita limitatio ſpecierum facta ad numerum certum, & determinatum eſt, ob id limites egredi numeri ipſius non debet, Bart. planè rationem aliam affert, quod dictione qua limitatiua teſtator vſus ex ſuperioribus ſit. Sed enim ſatis numeri certi expreſſionem ad reſtringendum citrà dictionem, quam limitatiuam eſſe obſcurè ex text. illo liquet.

Tertiò conſequens Bart. ſenſui fit, vt determinatione ad numerum certum ſine dictione, qua limitatiua facta, reſtrictionem genus non ſuſcipiat, contra, ac ipſa text. verba loquuntur. Quid enim ſi teſtator ita dicit, lego ſupellectilem cum tribus vaſis æneis, tribus candelabris, tot alaribus, & deinceps, numerum determinando, ad ſpecies ne alias præteritas, aut omiſſas legatum trahendum ſupellectilis erit. Si Bart. expoſitionem admittimus, nulla hic reſtrictio erit, quam ipſa tex. verba habent, ad numerum certum deſignatione ſupellectilis facta.

Quartò generaliter text. loquitur, limitationem generis per numerum certum ſpecierum induci, quibus dictionibus numeri determinatio fiat, expreſſione non facta; eam ob rem Bartoli non erat, generalem text. ſcripturam ad eum caſum reſtringere, quo per dictionem quam limitatiuam numerus, dictus certus eſt l. 3. in fin. ff. de offi. pręſid. l. de precio. ff. de publicia.

78 Quinto dubitationis † nullius Bart. ſenſus videtur, quotiens pręter numeri certi modum, dici etiam accedit, quæ ad limitationem etiam competit. Proinde inter ſenſus plures comendari is ſolet, ratio cui maior dubitandi eſt Abb. in c. Cum in iure in primo nota. per illum text. de offic. delega. Deci. in l. quotiens idem ſermo circa fi. ff. de regul. iuris, & in l. illam colum. 1. C. de colla. idem præter Decium, ex Dyn. confirmatur in conſi. 31. colu. 3. ante med. verſi quod prædictus Orlandus.

Intelligi ex his poteſt, locum textui in d. l. legata ſupellectili non ideò minus eſſe, quod citrà dictionem quam limitatiuam, aut taxatiuam numeri certi adſcripta determinatio ſit, verum ipſam numeri certi ſatis limitationem videri, qua vna tex. is innititur, & ipſum vnam obſeruat, rationem eandem, & menſuræ, ponderiſuè deſignatio habet, ſi ex menſura, aut pondere ſpecies conſiſtent.

79 Quæſtiones tertię † excuſſio ſupereſt, quod ius cõſtitutum in genere ad ſpecies enumeratas, vel non reſtringendo, ad futura ne etiam competat, vt quibus caſibus reſtrictionem in ſpeciebus enarratis genus recipit, aut reſpuit, tantundem probari, & in futuris debeat, vt ad ea; vel non ſpeciebus quibus expreſſis, trahatur, rationem eandem quæſtionis huius tertiæ atq; ſecundæ exiſtimo, namq; ſicut ſpecies ſuas omnes, nec impropriè genus complectitur. l. ſi quid cautum. §. inter emptum infrà titu. 2. l. ſemper in generalibus. ff. de regul. iuris Bart. & alij in rubric. ſupra ſolut. matrimon. num. 12. & alia apud nos in rubric. ſupra eodem num. 208. ita ad ſpecies futura, ſeu futura ſpecierum corpora genus ipſum pertinet. l. grege ſupra eo. d. l. ſi mãcipia. vbi pro expedito id habetur, cũ à verbis impedimẽti quicq̃ pręſentib. nõ eſt. §. quæ ſcriptum ſuprà habemus nu. 23. verſ. ad argu-

mentum eam ob rem quibus caſibus ad genus re-
ſtringēdum ſpecierum quarum commeratio pro-
deſt,vel non. Eiſdem ad futurorum comprehen-
ſionem impediendam ſpecierum valitura, vel non
expreſſio erit.
80 Secundo iure,& illo † ſententia hæc iuuatur,quo
locum argumento de re ad tempus eſſe, expreſſum
legitur.l.Miles ita.§.1. ſupra de milit.teſtam. ſed & à
perſona ad tempus duci argumentū ſolet. l. qui plu-
res.2.ſuprà de vulg Galiau.in l.Centurio.nu.191.co.
titul.Qua ratione igitur in rebus, aut ſpeciebus ipſis
per deſignationem earū admitti, vel non reſtrictio
ſolet,ita ſeruari,& in tempore ipſo oportet.
Limitatio tertia in Commentarijs ſubiecta,ne lo-
81 cum regulæ habeant,quotiens † ad futura diſponen
tis mēs fertur. Ad ea enim tūc trahitur,quãuis in ver
ba diſpoſitio concepta præſentia ſit,ex Ang. in cōſi.
161. col 3.in prin.verſi. ordo igitur. Ibique coniectu-
ras cumulatè enarrat, vnde mens percipi ea poſſit.
In eandem ſententiam vocatus, & Calderin. eſt in
conſi.1.de conſtitutio. Quæ limitatio iure illo vul-
gato confirmatur, verba offendendi licentiam eſſe,
mentis ſeruandæ cauſa.l. proculus. ff.de vſufr. l. ſi in
venditione.ff.cōmu.præd.l.tractabatur ſuprà de mi-
lit.teſtam.l.non aliter.& l.librorū. §.quod tamen caſſius
infrà tit.2.l.ita ſtipulatus.in fi.ff.de verb.obl.l.quoniã
indignum.C.de teſtã.c.conſtitutus. ibiq; glo. pen.de
religio.domib c.intelligentia.& c. in his de verb.ſign.
ſed & vim verbis faciendã, vbicũq; de mēte liquere
coniecturis quib.vis poſſit,Cy.putat in l.2.C.quæ ſit
longa conſuetu.De quo Curr.ſen.meminit in conſ.
9.nu.20. & ſeq. in fi.& in conſi.44. nu.17.
Ad limitationem hanc tex.quadrat in d.l.ſi man-
cipia.vbi limitatione illa non mouente, quæ ex ver-
bo præſenti ſunt, & relatiuo ſine copula conſiſtit, ad
mancipia futura legata trahitur, ne teſtatoris mens
offendatur, qui ampliandi cauſa de mancipijs per
tempus præſens, & relatiuum ſine copula,meminit.
82 Limitatio quarta † aſſuta, ne locus regulis in his
ſit,quæ ad naturam actus ſpectant. Ad ea enim di-
ſpoſitionem produci, vt in verba cōcepta præſentia
ſit,Aret.docet in conſi.111.conſideratis.nu.6. circa
med. verſi.nec obſtat li diceret. Rot. huc confert de-
ciſ.847.Epiſcopus.col.2.verſic.Nec obſtat quòd ſub
vniuerſitate in antiq. Ad futura conceſſionem, di-
ſpoſitionemúe vniuerſalem reſtringi, quæ de natu-
ra actus ſunt.
Eadem item ratione limitatione hæc iuuari, atq;
83 proxima, aut tertia poteſt, quod vt † mentis diſpo-
nentis, ita & naturæ actus ſeruandæ cauſa, verbo-
rum permitti læſio ſolet. l.ſi tibi pecuniam. ff. ſi cert.
per.l. in lege & l. ſi vero in princip. ff. loca.&conduct. C.
eod.tit.l.inſulam. ff.de præſcrip. verſic.l. ſi ſtipulatus.
ff.de vſur.l. eas cauſas. infrà de condit. & demonſtr.
Roman.in conſil.509. num.7. Corn. in conſil. 116.
colum.2. libr.4.& apud nos in conſil.186.nume.5.
verſi.quod procedit. idque locum & in verbis ſen-
tentiæ habet, quæ vulnus patiuntur, vt pro natura
iudicij & actionis propoſitæ intelligantur. Bald.in l.
fin.in fin.C.comm.diui. Pau.de Caſtr. in conſi.376.
licet iudex lib.1.& in d.conſi.noſtro 186.num.5.ibiq;
idem in arbitri ſententia diximus,& in ſtatuto Deci.
tradit in l.quotiens idem ſermo in princip. ff.de reg.
84 iuris. Inde † fit, vt quamuis liberè ſe ſoluturum fi-
deiuſſor promittat, exceptione tamen diſcuſſionis
vt non prohibeatur, quæ à natura fideiuſſionis pen-
det. Roman. in conſil.211. eadem ratio facit, vt à
ſignificatu diſcedere temporis præſentis liceat, ne
excluſa futura intelligantur, quæ ad naturam actus
ſpectant, Bald. huc quadrat in conſil.356. interpo-
ſitio.colum.1.poſt med.libr.3. Tolerabilius eſſe,ver-
borum, quam rerum naturam vulnerari.

85 Hoc amplius locum prædicta † habent, quam-
uis interpoſitum iuramentum ſit. verborum enim
offenſio permitti non eò minus ſolet, vt ad natu-
ram actus reducantur. Corn.in conſil.129. colum.
2.in fine.libr.3.per text. in l.fin.ff.qui ſatiſdat.cogan.
vbi eandem conditionem circa reſeruationem au-
thoritatis ſuperioris, iuramentum admittit, quam
actus natura habet. Quod idem ex text. oſtenditur
in l.fin.in princip.ff. ad municip. inde & illud ſequi-
tur, de quo ſupra num.55. Ampliorem actum per
iuramentum non fieri, ſeu non extendi. verum ro-
bur ſolummodo accipere, aut confirmari. Amplia-
tionem quippe haud dubiè acciperet, ſi conditio
illa ab actu excluderetur, quæ in authoritate ſuperioris
tacitè intelligenda conſiſtit. ſed & ad ius aliud de-
monſtrandum text. memorati valent. Nimirum,
vltra conſenſum diſponentis iuramentum non ex-
86 tendi. id quippè † ſentire, aut velle quiſquam non
creditur, quod prohibitum in ſpecie eſt. ſeu quod ei
facere in ſpecie non licet.l. quamque. ff.de ritu nup.
l. Gallus §.1. ibique Aretin. in ſecundo nota. ſuprà
de liber.& poſthum.l.ſi. pater. ff de his quæ in fraud.
credi.l.Lucius.§.penult.ff.ad municip.l ſpem. C.quæ
res pignor.obli. poſ.cap. tua de decim.cap. a nobis.
Ibique Abb.in tertio notab. de ſenten. excommun.
cap.2 §.de conſtit. lib.6. cap. fin. de conſecra. eccleſ.
vel alta. eodem lib. Bart.in l. ſi quis ſub conditione
in fin.ſupra de condi.inſtit.& apud nos in conſi.106.
num.6.in conſil.169. num.2. in conſi. 200. num.6.8.
in reſpon. pro Rep. ſum.l. num. 16. contra præce-
87 ptū vero † ſuperioris in ſpecie quid ſtatui non con-
ceditur.cap.2.de maiori. & obedien. cap. quod præ-
cipitur 14.quæſt.1. itaque ſicut contra authoritatem
ſuperioris conſenſus. diſponentis non trahitur, ita
pluris quicquam in iuramento eſſe, quam in con-
ſenſu non conuenit, ad quam ſententiam confe-
runt,quæ ſcripta apud nos ſunt in reſpon. pro Gene-
ro.nu.127. iuuare iuramentum eſſe, a quo conſen-
abeſt, & qua ratione ob naturam actus verba læduntur,
idque ex conſenſu diſponentis, ita & iuramento
interpoſito tantundem probandum. ne contra na-
turam actus extendatur.
Limitatio quinta ſubiecta, ne locus regulis in ver
88 bis legis, aut ſtatuti † præſentibus ſit. Ad futura enim
nunquam non trahuntur.id quia tempus vllum præ-
teritum, futurumúe in lege non eſt. cum ſemper lo-
quatur. Atque ideo præſens tempus omne apud le-
gem habetur.l.Arrianus. C.de hæreti. Bar.in d.l.ſi ita
in primo membro diſtinctionis. infrà de auro & ar-
gent.lega. Cum alijs apud nos hic collectis.num.32.
& qua ratione præſens tempus omne legi eſt,ita præ
ſentes caſus omnes quicunq; eueniunt, apparent.
Ex limitatione hac dictum iuuari Cald.videtur in
d.conſ.8.de conſtitu. ſtatutum in gratiam creditorū
quorundam contra debitores eorū editum ad futu-
ros etiam debitores pertinere.vt mirari ſatis nequeã
ratione limitationis huius in dicto ſuo confirmãdo
vſum Calder.non eſſe. cū potiſſima omnium videa-
tur.Ad Iaſonis etiam ſententiam confirmandam in
conſ.53.col.fi.lib.1.limitatio hęc prodeſt.ſtatutum,
quo ius ſuum cedere quiſpiam non permittitur, ad
ius etiam futurum ſpectare.
89 Conſequens limitationi † huic fit, locū diſtinctio-
ni Bal.in d.l.omnia.C.de epiſ. & cler. Socin. & Rip.
hic, in adæquatione priuilegiorū non eſſe, qui legis
aut ſtatuti ſacta vice ſit.futura tum.n.citra diſtinctio
nem vllam,adęquationi cedent vniuerſalia,vel non
verba ſint. per ſe,vel non uerba ipſa uniuerſalia con
ſtent. idq; ex Bar.etiam & Caſtrenſi declaratur in l.
hęres abſens.§.1.ff.de iudi.gl.ibi repudiara. vnde etiã
ſi in ſcriptura hominis iure defendi Bal. & Aſſeclarū
eius diſtinctio poſſet, quã explosam in ſuperioribus
habe-

habemus nu. 39. ad uſq; nu. 46. in adęquatione tamē quæ per legē fit, recipi omninò nequit.

Per limitationē hanc Bal. etiam, & cum eo facientium refelli diſtinctio videtur, ab adæquatione legis
90 ad eam argumentando, quæ † à Principe ſit, qui lex in terris animata perhibetur. §. fina. in auctent. de conſul. gloſ. magna in l. more. ff. de iuriſdictio. om. iudic. Hinc pro lege haberi principis contractus ſolet. l. Cęſar. ff. de publica. l. penul. ibiq; Barto. C. de donatio. inter virum, & vxor. Bartol. in l. ſicut ff. quod cuiuſq; vniuer. nomin. idem Bartol. & alij in l. ciuitas num. 3. & 6. ff. ſi cert. petat. Bald. & Caſtren. in l. 1. in princ. ff. de conſti. princip. idem Bal. in l. precibus num. 30. in 13. oppoſi. C. de impuber. Iaſ. in l. quotiens num. 5. in fin. C. de rei vendica. ea ratione ad eundem modum principis, ac legis verba exponi, capit. ſcribit deciſ. 20. nu. 6. & ſeq.

Sed limitationi huic quintæ contradicere tex. noſter videtur per omnia exequata ſunt legata fideicōmiſſis, exæquatio hic legis verſatur, atqui dictione vniuerſali omnia Vlpianus vtitur, ergo inter indefinita, & vniuerſalia verba diſtare in lege etiam ipſa videtur, aliter porro fruſtrà dictio hæc omnia vniuerſa-
91 lis erit. Cum † verbum nullum ferri inane ſoleat l. 3. in princ. verſi. nec fruſtrà. ff. de iureiuran. l. hanc legem. ff. de contra. emptio. l. ſi quando in prin. ſuprà eo. l. meuius infra titu. 1. & alia, de quibus in reſponſo noſtro pro genero nu. 46. 312. vberius nu. 340. & continentium vulgo. Bar. his accedit in l. centurio nu. 38. uer. uel melius ſupra de vulga. & in l. recuſare. §. titius infra ad trebel. reſpōdetur, propter ius, quod editum poſtea eſſet, uerbū hoc expreſſum ab Vlpiano non eſſe, quominus ſi quid iuris noui in legatis conſtitutum, aut fideicommiſſis eſſet, ad id exęquatio pertineret, per legem ſimpliciter facta uerum, ut quę inter legata, & fideicommiſſa apud ueteres introducta diſcrimina eſſent, abolita prorſus demonſtraret, cum fortiora generalibus uniuerſalia uerba eſſe nō dubitetur, ſic quomodo ſcripſi ante eſt nu. 49. ita declarationis maioris cauſa dictione uniuerſali uſus Vlpianus apparet, quo caſu luxus, aut ſuperabundantis ſermonis uitiū ſilere, teſtatū, ſuperius eſt nu. 66. 75.

Limitatio ſexta aſſuta, ne locus regulis in uerbo pręſenti
92 ſit, effectus † cuius ad futurum ſpectat. l. ſi legatarius. §. fi. l. fideicommiſſa. §. ſi filio infra titu. 2. l. filiam infrà de auro, & arg. lega. in quibus legib. uerba quę pręteriti pluſquam perfecti, & præſentis temporis ſubiunctiui ſunt perueniſſet, relinquat, reſeruētur, ad futurum tamen trahuntur, id quia effectus eorum in futurum confertur, cum poſt mortem teſtator fideicommiſſi effectus, & uerba conferantur, & qua ratione ad futurum effectus reſpicit, ita in id temporis facta relatio creditur, quo firmitatem fideicommiſſum, habere legatumuè poteſt, ideſt cum iuris ſui factus filius erit, cui legatum, fideicommiſſumuè dare rogatus pater eſt, quorum textuum ſenſus explicati apud nos ſunt in l. cū filio nu. 71. & nu. 103. infra eo.

93 Ad limitationem hanc † & illud cōfert, quod ſcriptum apud Io. And. eſt in notulis ſpec. ſub rubri. de teſta. quod dicitur, cum ad hęreditatem, aut fideicōmiſſum non admitti, qui conceptus tunc non erat, cum mortem is obijt, ad cuius hęreditatem aſpiratur l. ſi quis filio exhæredato in prin. verſi. cęterum, ſuprà de iniuſto teſta. l. 1. §. ſi quis infrà vnde cogna. l. 1. §. l. 1. §. ſciendum, & l. titius cum l. ſeq. infra de ſuis, & legi. l. Paulus. §. Paulus infrà de bonis liber. § cum autem verſi. planè iſti. de hæredit. quæ ab inte. defer. Ad eum caſum non pertinere, quo in euētum incertum relictū confertur, in fideicōmiſſo puta conditionali, ſatis enim eſſe, ſi tunc conceptus ſubſtitutus ſit, quando conditio euenit, id quia in futurum ipſum conditionis euentum effectus conditionis confertur, vt in verba pſentia ſubſtitutio fiat, cui ſentētiæ Alex. adſtipulatur in conſi. 22. nu. 3. & ſeq. & in conſi. 26. in fi. lib. 3. Soci. in l. ſi cognatis nu. 30. infrà de reb. dub. & in conſi. 10. nu. 12. lib. 3. Deci. in rubri. C. de ſucceſ. edic. nu. 3. Ruin. conſulendo non raro, tam etſi non citrà flagitium de re hac variatum apud Alex. Soci. Decium, & Ruinum conſulendo ſit, ſed locus hic diſſerendi non eſt, ſatiſq; in præſentia erit, crebriorem Io. And. opinionem cōſtare, cum qua Doct. & alios facere oſtenderemus, ſi è re eſſet, eos demum vocandos nunc cenſui, qui mutati inueniuntur, quo teſtimonia eorum refellere à contradictione liceat, ad quam ſpeciem, & ea conferunt, quæ ſcripta inferius ſunt nu. 100. & ſeq.

Limitatio ſeptima in dictione tunc conſiſtit, pro-
94 pter quam quod † præſens tempus eſt, accommodari ad futurum poteſt l. pen. ſupra de teſta. tu. Ang. in conſi. 261. col. 2. in fi. Anto. de Bu. in c. quia circa col. fi. de priuil. ad quam limitationem tex. etiam cōfert in l. fi. ff. de triticar. l. in ſubſtitutione ibiq; Alex. in ſecun. nota. ſupra de vulga. in l. 4. §. 1. infrà de condi. & demon. pro qua ſententia tex. non paucos iuris canonici Calca. profert in conſ. 78. nu. 3.

Eiuſdem generis limitatio octaua eſt, quę à verbo præſenti pendet, natura cuius ad futurum etiam ſpe-
95 ctat. Quale † verbum poteſt habetur l. ſi ita quis in prin. infrà titu. 2. l. is cui, ibiq; Soci. in 1. nota. infra de condi. & demon. Bar. & alij in l. qui romæ. §. duo fratres in 6. q. ff. de verb. oblig. futurum planè tempus in ſcriptura teſtatoris vltra mortem eius non trahitur, vt habetur in d. l. ſi ita quis, & apud Soci. in conſi. 251. nu. 20. verſi. confirmatur etiam in ſimili lib. 2. Limitationes hæ tres proximæ ſexta, ſeptima, & octaua affinitatem inter ſe habent, eiuſdemq; generis, & rationis videntur, ea quippè omnes ratione nituntur ꝙ in futurum verborum poteſtas, vſq; trahitur, quāuis præſentia videantur.

96 In nona limitatione † ſenſus. l. ſi ſeruitus ff. de ſeruitu. vrba. prædior. verſatur. Pactionem illam, ne luminibus officiatur, ad lumina futura propter duo coniunctim trahi. Primum, ꝙ in eodem ſubiecto, ideſt in eadem domo, ſeu eodem ædificio, & re eadem futura contigerunt, alterum, ꝙ proſpici lumina futura potuerunt, quare in culpa videtur, qui cum ad futura cauere lumina poſſet, ideſt à pactione ea remouere, id facere neglexit, quæ limitatio ex Bar. Bal. & Ang. confirmata à nobis eſt, ex Ruino etiam limitatio hæc iuuatur in conſi. 284. circa fi. lib. 1. Qui ad futura indefinitam trahi, tam inter viuos, quā ex voluntate vltima putat, vbicunq; proſpici futura potuerunt, quę ratio à culpa eius pendet, qui non proſpexit, ſed enim generaliter plus nimio Ruin. loquitur, niſi, & in ſubiecto eodem futura contingant, ſed nec in ſubiecto eodem tutum ſenſum hūc habeo, in quo diuerſitas demū caſuū apparet, ratione diuerſitatis vlla non adſcripta, cōtra ea, quę ſcripta ante ſunt nu. 41. Obijci quippè ſēper poterit, proſpici futura potuiſſe.

Conſiderandum aliàs dicebam, ratio ne adſcribi alia poſſet, quæ ex tex. deſumitur in d. l. fi. C. quæ res pign. oblig. poſſ. ideſt, ꝙ leuiter interſit, ad lumina futura pactionem extendi poſtquam in ędificio eodem adiunguntur, & ſeruituti altius nō tollendi ędes ſuas promiſſor iam adſtrinxit.

97 Sed reſponſionis † alterius in mentem poſtea venit, vnde aliter reformari limitatio hęc nona poſſit, in diſpoſitione negatiua tex. loqui in d. l. ſi ſeruitus, ne luminibus officiatur, quæ potentior, quam adfirmatiua eſt glo. in l. hoc genus infra de condi. & demon. Itaq; cum luminibus officii nullis debeat, ęque ad futura ſermonem hunc negatiuū porrigi, atq; præſentia conuenit, ſiquidē ad remotionē generis ſpecierū oīum remotio venit, nō eſt animal, ergo neq; homo

equus,bos,ant ſpecies alia quęuis.l. iuriſgentium. §. ſed ſi fraudandi ſecundum vnũ ſenſum, ibiq; Bart. num. 1. & ſeq. ff. de pactis. l. 1. §. quod ait. ff. de alcator. l. fina. §. fina. infrà de fundo inſtrumen. l. 1. in fin. infra de ſuis, & legi. l. filius in fin. ff. de donatio. l. ſi quis cum totum. ff. de exceptio. rei iudic. l. ſi cauſa cognita. C. de tranſactio. l. fina. C. de vſuris rei iudica. §. penult. inſtit. de ſucceſſio. cogna. itaq; cum de luminibus mentio negatiuè ſit, ne luminibus officiatur, ne lumina obſcuritur, ad lumina omnia etiam futura ſeruitus pertinet. ſalſum quippe eſſet, luminibus non offici, ſi his caligo obducitur, quæ addita poſtea ſunt.

98 Rationis alterius † affirmatiua eſt, per quam genere poſito, ſpecies eius omnes non veniũt, conſequẽs quippe non ſit, eſt animal, ergo homo, equus, bos, aſinus, & deinceps, cum in ſpecie intelligi alia poſſit, leone puta verſo, aut alia rationem hanc maioris in negatiua quam affirmatiua potentiæ Bal. exprimit in c. 1. in prin. nu. 19. verſi. nota ꝙ plus, de prohibi. aliena. ſeudi per Freder. atq; in ſpecie ſeruitutis negatiuæ, maioris eam, quam affirmatiuam roboris eſſe, ex tex. declaratur in l. 3. ibiq; glo. expreſſim id obſeruat. ff. de ſeruitu. vrba. prædiorum vbi differentia inter ſeruitutem luminum affirmatiuam, & ne luminibus officiatur negatiuam enarratur, ꝙ longe minus in affirmatiua quam in negatiua eſt, qui ſeruitutem luminum debet, ædes ſuas altiores facere non prohibetur, dum lumina modo opaca omninò ędium dominantium non fiant, vnde ſatis eſt, ſi per foramina in ædes ipſas dominantes lux irrepat, contra in ſeruitute negatiua eſt, quæ arctius adſtringit, atq; ideo nec minora tantum facere lumina licet, per quem tex. ſcriptum Caſtren. reliquit in conſi. 170. viſo puncto cõtra ſcripto col. fi. lib. 1. non ſimiliter negatiuam, vt affirmatiuam reſtringi.

Atq; in ſpecie, & nominatim ratio hæc maioris in negatiua vigoris circa tex. d. l. ſi ſeruitus, ex Freder. depromitur in conſi. 84 in puncto poſt prin. vbi eam negatiuæ vniuerſalis eſſe vim ſcribit, ut confuſæ, & diſtributiuè neget ideſt, & coniunctim, & diſiũctim, ſeu collectiuè, aut ſimul, & ſeparatim, aut vel ſingulatim, vt omnia ſimul, & ſingula per ſe abneget, idq; ꝑ tex. in d. l. ſi ſeruitus, licet ſub titu. quod metus cauſa per imprudentiam nominetur, ita effectum ſeruitutis negatiuę, ne luminibus officiatur, eum exiſtimat, vt pro eo habeatur, atq; ſi expreſſum cõfuſę, aut mixtim ſit, ne luminibus omnibus, diſtinctione temporis non facta, vel diſtributiuè, ne luminibus tum futuris quam præſentibus tenebrorum quicquam obduceretur.

Sed uidendum hic, contrarium rationi prædictæ, quam Freder. ſenſit, tex. uideri in d. l. ſi ſeruitus, qui rationem aliam innuit, quam quæ ex diſcrimine affirmatiuæ, & negatiuæ deſumitur, ideſt ꝙ ad uerba præſentia ſeruitus limitata in reſponſo priore eſt, lumina, quæ nunc ſunt, ut ita ſint, quod contra in reſpon. altero eſt, in quo verbo nullo pręſenti conſtituta ſeruitus eſt, at ſimpliciter cautum, ne luminibus officiatur, eam ob cauſam ſi uerbis etiam præſentibus impoſita negatiua eſſet, ne luminibus officiatur, quę nunc ſunt, de futuris luminibus cautum quicquam non videri, pro expedito tex. habet, ita pluris aliquid in ſeruitute negatiua, quàm affirmatiua verbis pręſentibus adiectis, tex. non admittit.

Sed enim Frederici abijciendum rationem non cenſeo, quam explicatius tamen aperire oportet, hoc eſt non, vt inter ſeruitutem affirmatiuam, & negatiuam interſit, verbis pręſentibus in vtraq; Inſertis, verum ubi uerba qua expreſſa præſentia non ſunt, quo caſu uerba indefinita ad futura non porrigi, demonſtratum ſuperius habemus num. 98. uerſi. quin to, ampliatur contra in uerbis negatiuis tunc ſeruandum, ut futuram etiam complectuntur. d. l. ſi ſeruitus ſecundum hoc, pręcipua uerborũ negatiuorum uis in d. l. ſi ſeruitus, in reſponſo eius utroq; non conſiſtit, vt ius aliud vnius atq; alterius cenſeatur, cum verbis pręſentibus conſtitutio facta vtriuſq; ſit, verum in verbis indefinitis eximia illa negatiuę vniuerſalis virtus conſtat, vt ad futurum pertineant, verbis præſentibus detractis, contra quam in verbis recipi indefinitis ſolet, quamuis tempus in eis adiectum pręſens non ſit.

Secundum hæc, limitatio applicanda ad ampliationem quintam erit, de qua ſupra nu. 58. ne ad ſermonem in definitum. nedum vniuerſalem pertineat negatiua cui adiuncta vniuerſalis ſit limitatio, & altera ampliationi memoratæ infra adſuitur nu. 105.

99 Decima limitatio † ad ſcripturam reciprocã pertinet, futura ad eam ob id venire, ꝙ magni non intereſſit, quatenus æque ad cõmodum id pertinere atq; incõmodum poteſt l. de fideicommiſſo C. de tranſactio. l. ſi pater puellæ. C. de inoffic. teſtamen. de qua limitatione in ſcriptis prioribus numero. 35. qua ratione rata donatio inter coniuges habetur, quæ reciproca, aut mutua eſt l. quod autem §. quod ait l. cum hic ſtatus §. ſi ſocer cum §. præceden. & l. quæ iam nuptæ ff. de donatio. inter virum, & vxor. Deci. in l. licet num. 11. verſic. & notandum eſt C. de pactis, locum hoc æqualitate tenus haber, ſeu quatenus æqualitas in donatione contingit, in eo plane non tenet, quod amplius in vna quam altera eſt, id qa donatio mera propriaq; in re maiore vertitur Soci. in conſi. 215. nu. 1. verſi. confirmo enĩ lib. 2. ex Sali. in l. 1. C. de dona. ante nup. qui in codice meo hoc non legit. vera tamen ſententia habetur. quam Deci. probat in conſi. 202. nu. 5. æqualitas hæc ad modum, ſeu quantitatem rei donatæ pertinet, neceſſaria quantum ad alia per omnia non videtur, vt apud Alex. in conſi. 83. nu. 21. verſi. nec illi reſponſioni lib. 2.

Vndecima limitatio ad ſcripturã pertinet, in qua
100 duo coniunctim interueniunt, ideſt fauor † diſpoſitiouis, qualis volũtas vltima habetur, & ſanguinis coniũctio, veluti ſi cognatis quid relictum teſtatoris ſit, ad eos enim relictum pertinet, qui concepti non erant, cum factum teſtamentum eſt, verum ſatis eſt, conceptos tum eſſe, cũ dies, aut conditio legati cedit l. ſi cognatis infra de rebus dub. Ang. in d. conſi. 261. column. fin. verſic. ſeptimo non obſtat, vbi ſpeciale eſſe in materia fauorabili. d. l. ſi cognatis ait, vt ad cognatos poſt teſtamẽtũ, qui tempore mortis teſtatoris cognati inueniuntur, relictum porrigatur. fauorem plane à voluntate vltima, & ſanguine teſtatoris Ang. metitur.

Lapſus Ang. circa ſenſum d. l. ſi. cognatis videtur, cum ſanguinis fauore remoto, ius aliud ſeruandum putat, vt ſatis non ſit, tempore mortis qualitatem in legatario interuenire; cui vt tali relictum quid eſt, niſi ſi & teſtamẽti tẽpore qualitas inueniatur, Imno enim ſatis eſſe, noctis tempore qualitatẽ ſubeſſe, in d. l. ſi cognatis Soci. ſcribit in 2. nota. hoc amplius, tempus aditionis ſpectandum, vt ſatis ſit, qualitatẽ contingere, quando hæreditas aditur, in eadem l. ſi
101 cognatis Soci. tradit in fine quarti nota. cauſa † alia capacitatis eſt, quam, & teſtamenti interuenire tempore oportet, vbicunq; à tempore mortis legatum cedit, quod regulariter fit. §. legati inſti. de lega. Sin autem ab hæreditate adita legati dies cedit, tum verò aditionis tempus ſpectandum, & in capacitate erit l. 5. in fi. infra quam. dies lega. ced. caſus plane, quibus ab adita hęreditate, non à morte teſtatoris legatum cedit, enarrati apud nos in ſcriptis hic anterioribus nu. 167. & pluribus ſeq. quanti porrò refe-

rat, à

rat, à morte teſtatoris, an ab adita hæreditate legatũ cedat, effectibus ſex demonſtratum hic apud nos eſt num. 153.

Sed & tempore ſatis conditionis exiſtentis, quæ adiecta relicto eſt, qualitatem interuenire, declaratũ ſuperius eſt num. 93.

102 Limitatio duodecima ad incrementũ latens † pertinet, vt diſpoſitioni id, aut legato cedat quamuis in verba conceptum præſentia ſit, veluti cum per alluuionem rei quid accreſcit. l. quod in rerum. §. ſi quis poſt. l. ſi ex toto in prin. infra eo. l. cum fundus nominatim infra titu. 2. quos tex. ita Alexan. intelligit in conſ. 25. nu. 5. verſi. non obſtant allegata in contrarium lib. 7. vbi indiuiduum, aut inſeparabile incremẽtum hoc ait, cauſam aliam incrementi patentis, & diuidui eſſe Alex. ſcribit per tex. in l. itẽ ſi fundi. §. huic ff. de vſufruc. de quo tex. Iaſ. etiam meminit in l. de quibus col. 7. nu. 23. ff. de legib. ratione etiam limitatatio hæc iuuatur, ꝙ pars fundi, nõ fundus nouus dicitur, quod per alluuionem accedit Bar. in tracta. de alluuione in ver. acquiritur nobis circa prin. Bal. in rubr. ff. de rerum diuiſ. colu. 5. Iaſ. in conſ. 126. col. 2. lib. 4. ad limitationem hanc ſpectant, quæ in limitatione 20. inferius dicuntur.

103 Decima tertia limitatio in augmento † conſiſtit, quod facto teſtatoris contingit, à quo res ampliata legata ſit, voluntatis enim fuiſſe eius creditur, vt legatarij commodo id cederet, poſtquam legatum non mutauit per tex. in proxima limitatione relatos, ius aliud inter viuos ſeruandum Alex. putat.

Sed obſeruandum, cum inter vltimam voluntatẽ, & viuos differre Alex. exiſtimat, namq; ſi de alluuione loquimur, etiam emptori incrementum alluuionis cedit. l. id quod in prin. ff. de peri. & com. rei uendi. §. cum autem inſti. de emptio. & vendi. ſinautem incrementum aliud patens, ſeparabileq; contingit, ſi uenditoris non intereſt, quia nihil quicquam in proximò habet, ad quod applicari augmentum poſſit, & audiendus non uidetur, imò quod ad eum attinet, commodum, periculumq; omnẽ poſt contractum accedens ad emptorem pertinet quare cũm uicinis quæſtio diſeeptanda, ꝙ ſi bona alia apud uenditorem remanẽt, tũ uerò diſtinctioni locus Alex. erit.

Rurſus uidendum in differentia hac uoluntatis ultimæ, & contractus, ad eum caſum eam non accommodari, quo facto uenditoris augmentum cõtingit, ſiquidem ad res alienas augendas quempiam accedere mos non patitur.

Et quatenus augmentum in limitatione hac obſeruatur, quod facto teſtatoris contingit, affinitatem id cum limitatione tertia habet, quæ ad voluntatem diſponentis pertinet, à voluntate enim, & limitatio hæc decima tertia pendet.

104 Limitatio 14 in acceſſorijs † conſiſtit, quæ diſpoſitioni verbis præſentibus conceptæ accedũt. l. ſi. §. pen. infrà de libera. lega. Alex. in d. conſi. 25. nu. 6. verſi. non obſtant etiam lib. 7. cum alijs circa limitationẽ ipſam à nobis adſcriptis nu. 38.

Contrarius limitationi huic Alex. videtur in conſ. 178. in prin. & nu. 19. verſic. nunc reſtat reſpondere lib. 2. vbi ad diſpoſitionem verbis præſentibus conceptam acceſſoria pertinere non putat, quæ poſtea contingerunt, Limitationi etiam huic tex. contradicere cum glo. videntur in l. iulianus §. fi. in glo. fi. infrà tit. 2. glo. in d. l. ſi mancipia in ver. inducta, infrà de fundo inſtruc. vbi pro regula traditur, ad diſpoſitionem acceſſoria non venire in verba præſentia factam, pręterquam ſi alia diſponentis mens conſtat, ſecundum quæ, ad limitationem tertiam applicãda, & hæc erit.

Sententia hac admiſſa, vt niſi ex mente diſponentis acceſſoria non veniant, vbicunq; in tempus præſens reſtricta diſpoſitio eſt, tex. non mouet in d. l. ſi. §. pen. infrà de libera. lega. quoniam de acceſſorijs internis loquitur, quæ intrinſeca doct. vocitant, ideſt quæ ſub re ipſa, & ex natura eius per legem inſita, ſineq; vllo hominis facto continentur, cuiuſmodi vſuræ, & quod intereſt moræ ratione habentur, hæc enim legato liberationis continere, & mens diſponentis, & ratio hortantur, namq; cum principale ipſum perimere teſtator cogitauerit, & ſine debito principali intelligi acceſſoria hæc nequeant, æque imò ratione fortiore ad acceſſoria hæc ferri diſponentis mens videtur, hoc amplius, non tam ad acceſſoria hæc legatum trahi, quam non ceſſiſſe poſt liberationẽ videntur, cauſa rationè alia acceſſoriorum videtur, quę externa, ſeu extra rem ſunt, & quæ à natura ipſa, hominis tamen facto, & voluntate pendent, qualia fundi inſtrumenta ſunt, in his etiam ſicut hominis facto, & voluntate inducuntur, ita eius ſpectari mentem conuenit, vt non aliter futura veniant, quam ſi animus ad ea diſponentis acceſſerit, veluti cum ſub genere omnia complexus teſtator eſt, quod ad futura non minus, ac præſentia trahi, niſi ſi reſtrictio facta eius ſit, teſtatum ſatis in limitatione ſecunda habemus, & nu. 79. verſi. ita ad ſpecies.

Differentiam hanc acceſſoriorum internorum, & externorum, admittendam non cenſeo, quotiens indefinita ſcriptura temporis ratione eſt, temporis præſentis, videlicet mentione non facta, ad acceſſoria enim futura, vel exteriora porrigendam diſpoſitionem credam, idq; Alex. ſentit in d. conſi. 178. nu. 19. verſi. nunc reſtat reſpondere lib. 2 cum ad text. reſpondet in d. l. iulianus §. fi. cum l. ſeq. infrà titu. 2. idcirco acceſſoria futura diſpoſitioni non cedere, ꝙ in verba concepta præſentia erat, aliud igitur non obſcurè innuit, verbis præſentibus remotis.

105 Limitatio ex declaratione † hac ampliationis quintæ deſumitur, in qua dictum eſt, locum regulis eſſe, quamuis indeterminatè, aut indefinitè quantum ad tempus facta diſpoſitio ſit, ad futura nihilò magis diſpoſitionem trahi, locum enim ampliatio quantum ad acceſſoria, vel exteriora non habebit.

Controuerſiæ quicquam limitatio 15. non habet,
ad ius futurum ſcripturam trahi, vbicunque ob ius
106 † ipſum futurum adſtrictus quis eſt, tam etſi in verba præſentia quis loquatur, veluti cum rem quis alienat, quæ ſua non ſit, & cuius nomine euictionẽ præſtat, namq; ſi ius poſtea accedit, ad commodum id emptoris, aut alias in rem ſuccedentis pertinet. l. ſi à Titio, ibiq; glo ff. de rei vendica.

Ius idem probandum, euictionis obligatione remota. l. cum vir. ibiq; Bal. ff. de vſucapio. Soci. in cõſ. 122. nu. 4. lib. 1. Corn. in conſ. 170 coln. 3. verſi. nec deciſio iſta lib. 4. quo ipſum tamen Soci. limita, quotiens nullus omninò contractus eſt, & euictio non præſtatur.

Limitatio decima ſexta hic à nobis ſubiecta nu.
107 39. ne locum regulæ habeant, vbicunq; † inepta, aut momenti nullius diſpoſitio fieret verbis præſentibus facta, ſi futura ab ea remouentur, ex Bal. Imola & Caſtren in l. ſi ita ſcripſiſſet infrà tit. 1. Iaſ. in l. pen. §. illud ff. quod quiſq; iuris, & alia hic relata, quibus tex. accedit in l. ſtipulatio iſta. §. quæſitum. ff. de verb. oblig. quem in ſententiam limitationis huius Fulgo. vocat in conſil. 89. in quæſtione Ioannis in vltimo dubio, limitationem hanc Ruin etiam agnoſcit in conſ. 184. nu. 15. lib. 1. legibus, & Doct. teſtimonijs infinitis propemodum, vltra hic expreſſa, limitationem hanc cõfirmarem, ſi res ferret, æquitatem enim, & rationem non vulgatem habet, è contrario ad futura verba non pertinere, ad quæ capienda valent, quotiens per appræhenſionem eorũ irrita diſpoſitio fieret, ſcriptũ antę habemus nu. 45. verſi. in caſu vno.

Limitationi proximę ſimilis, & decima ſeptima

108 videtur, quotiēs † inutilis quidem initio ipſo diſpo
ſitio non fieret verbis præſentibus facta, ſi ad futura
non trahitur, verum poſtea rumperetur. Par enim,
& hic ratio futura compræhendendi videtur, veluti
cum poſthumum ſuum hæredem quis facit, ad poſt-
humum enim quemuis inſtitutio trahitur, quamuis
ex pronomine ſuum facta, quod temporis præſentis
ſignificantiam habet idq; teſtamenti gratia, ne poſt-
humi alterius natiuitate rumpatur. Iaſ. in l. placet nu.
21. verſi. addit glo. alium tertium caſum, ſupra de
libe. & poſthu. de quo dictum ſuperius habemus in
quinta ampliatione nu. 59. 61. quæ ſententia ex Bal.
etiam & Caſtren. conſulendo, à nobis hic confirma
tur nu. 39. verſi. ſimiliter, & decimo ſeptimo, de qui
bus conſ. mox item memoria habetur.

Ampliatur limitatio hęc, vt locum habeat, quam
uis per conditionem, poſthumi inſtitutio fiat, ſi præ-
gnans vxor eſſet, quo caſu maior dubitandi ratio vi-
debatur, namq; ſi de poſthumo omni ſenſiſſe teſtato
rem dicimus, quorſum conditionem exprimere, ſi
pregnans vxor eſſet, ſiquidem ea etiam non prægnā
te, ad poſthumos poſtea concipiendos inſtitutio tra-
hitur, cęterum ratione hac non mouente, & poſthu-
mos futuros contineri, Bal. probat in conſ. 113. lib. 5.
Caſtren. in conſi. 409. circa fi. in ſecun. dubio lib. 2.
109 Quæ ampliatio confirmata hic apud nos legitur
d. nu 40. naturam pręteriti † imperfecti ſubiunctiui
obſeruando, quod ad futurum trahitur, idq; in clau-
ſula codicillari liquere per tempus id genus cōcepta,
ſi non valeret iure teſtamenti .j. Quam ad futurum
trahi oſtendimus, vnde ſi locum opinio hęc in præ-
ſenti indicatiui habet, vt apud Iaſ. in d. l. placet num.
21. quid in præterito imperfecto ſubiūctiui dicendū.

Contrarios Baldo, & Caſtrenſi Ang. in conſi. 51.
Simon notarius, Soci. in d. l. placet colu. fi. Alban. in
conſi. 85. nu. 5. & pluribus ſeq. diximus, & quidem
in eodem atq; Baldus caſu, Ang. quoq; conſuluit,
Alba vero pro opinione hac rationem memoratā
dubitandi obſeruat, fruſtrà vreri tumeſcentis condi-
tionem inſertam, ſi ad poſthumos cogitatum om-
nes dicimus.

Veriorem, æquioremuè Bal. & Caſtren. opinio-
nem arbitror. quæ ad teſtamentum tuendum ſpe-
ctet, neq; Albæ inſpectio mouet, quoniam eò condi-
tio id genus adijcitur, ꝙ poſthumos alios ſibi futuros
vix credunt, qui ſuprema ſua ordinant omnes vtiq;
uocaturi, ſi ad plures cogitarēt, Idq; locum inprimis
habet, quotiens ab eo teſtamentum fit, qui morbo
non leui afficitur, vnde ſe periturum formidet, quam
morbi cauſam in d. conſi. 409. in fi. Caſtren. expen-
dit, & hic apud nos. d. nu. 40.
110 Iam inficias ire non licet, quin † dubitationem ob
controuerſas Doct. opiniones res habeat. l. cum de
nouo C. de legibus glo. in §. quibus in uer. certas in
1. conſti. C. Bar. in l. qui romæ. §. duo fratres in ſex-
ta oppoſi. ibiq; Iaſ. col. 22. nu. 83. ff. de uerbo. oblig.
Bal. in l. cum proponas poſt princ. C. de rebus cre-
di. Cuma. in conſi. 154. viſis in fi. Imola inter conſ.
Cardi. in conſi. 141. nu. 6. verſi. 3. principaliter, Abb.
in c. paſtoralis in princ. de reſcrip. in c. 1. nu. 9. de re
iudic. Alex. in conſi. 222. nu. 8. in fi. lib. 2. Soci. in ru-
bric. infra de rebus dubijs num. 2. & in conſi. 115. nu.
8. lib. 1. in re ſanè dubia interpretatio præſtat, vnde
firmus actus conſtat l. quotiens. 2. infra de rebus dub.
l. quotiens in ſtipulationibus. ff. de verb. oblig. idq; in
teſtamento in primis, robur cuius ad vtilitatem publi
cam pertinet l. gallus. §. quid ſi is in ver. vtilitate, ibiq;
glo. & Iaſ. in ſecun. nota. ſuprà de lib. & poſthu. l. vel
negare ſuprà quemad. teſta. aper. tex. huc attinet in
l. & quia. ff. de interro. actio. in l. 1. C. de ſacroſan.
eccleſ. c. Cum dilecti de donatio. c. fi. de re iudica.
qua ratione textum ipſum niti in d. placet, apud glo.
ibi, & Doct. notatur, eandem rationem Oldra. obſer-
uat in conſi. 212 quidam in ſuo teſtamento, de quo
Picus meminit in l. titia cum teſtamento §. titia cum
nuberet nu. 109. infra titu. 1.

Sublimitationem limitatio hæc accipere à Caſtr.
videtur in d. conſi. 409. in fi. lib. 2. ne in teſtamento
eius locum habeat, qui vacuus à morbo ſit, à ratione
eius remota colligendo, vt hic apud nos d. num. 40.
At enim ratio eadem teſtamenti adiuuandi, & hic
vertitur, rurſus cum natus nondum ſit, ratione alia
quam teſtamenti ſuſtinendi inſtitutio fieri poſthumi
nō ſolet, quatenus affectio intelligi ad eos nequit, qui
nati nondum ſunt, ꝙ ſi affectionem ad eos admittu-
mus, qui nati adhuc non ſunt, æque ad ſequentes ea,
atq; iam conceptum competit, itaq; ratione eadem
in omnibus interueniente, parem omnium eſſe cau-
ſam conuenit l. illud ff. ad l. aquil. l. à titio. ibiq; Iaſ.
ff. de verb. oblig.

Ex his opinio hæc ratione fortiore confirmatur,
111 quæ ſcripta ſuprà habemus in quinta † ampliatio-
ne nu. 60. cum vxori cuius futuræ quid relinquitur,
in quo fauor ineſt, ad vxores futuras legatum pertine
re, id quia dici tunc non poteſt, vxoris cuius certę cō-
templatione, & affectu in eam, legatum datum. Pro-
inde cū ratio eadem in vxoribus futuris inueniatur,
ius idem in omnibus admittendum, atqui ratio ibi
diſpoſitionis ſubſtinendæ non ſimiliter, vt in poſthu
mo futuro contingit, vigorem quippè teſtamētum,
aut legatum nō ideò minus habet, ꝙ in vxore prima
finem accipiat, quanto magis igitur ad poſthumum
omnem trahenda inſtitutio erit, in qua præterquam
ꝙ ratio eadem omnium eſt, cum non magis ad pri-
mum, quam alios affectio competit, ratio, & alia va-
lidior teſtamenti ſuſtentandi verſatur.

Si dixeris, rationem aliam eſſe, cum vxori futuræ
alicuius quid legatur, atq; vbi poſthumi iam conce-
pti in verba præſentia inſtitutio fit, reſpondetur, etiā
in verbo eſſet, ſi pregnans eſſet, effectum futuri inclu
di, ſic quomodo dictum ante eſt.

Secundo reſpondetur, ad ſignificationem verbi
argumentum ſpectare, ne ad futurum, quod præſens
eſt, tempus trahatur. at enim de extenſione hic ob ra
tionem eandem diſceptatio fit, vt poſthumi inſtitu-
tio verbis etiam præſentibus facta ad futuros ob ra-
tionem eandem trahatur.

Limitatio decima octaua ſubiecta num. 41. ne ad
112 tem futurum regulæ † pertineant, quæ in vicē ſub-
rogata rei præſentis ſit l. ſeruitutes. §. ſi ſublatum. ff.
de ſeruitu. vrba. præd. l. ſicut in annos in ſecun. reſpō.
ff. quem. ſerui. amittan. l. ſi ita fuerit infra titu. 1. l. filiæ
§ fi. infra de condi. & demon. cum alijs d. nu. 41. accu
mulatis, quibus tex. accedit in l. paulus. §. domus, &
in l. fi. ff. de pignor. Ruin. in conſi. 169. nu. 8. lib. 1. &
circa tex. in d. l. filiæ §. fi. Soci. iun. videndus in conſ.
162. nu. 34. lib. 2. qui tex. illum intelligit, cum non
ad ancillam certam verum ad nomen eius mortiſq;
tēpus teſtator ſe retulit, ſed enim quæ maior ad per-
ſonam relatio, atq; ea, quæ ex nomine proprio fit. l.
1. ſupra de lib & poſthu. neq; mutat, ad tempus mor
tis relationem habitam. quoniam ad conditionem
legato adijciendā verba illa pertinent, qui mei erunt,
cum moriar, ideſt ſi mei erunt. l. ſtichū qui meus erit
infrà eo. in qua re dubitatio tex. illius conſiſtebat, ꝙ
in dominio teſtatoris Agathea legata non erat, cum
mortem teſtator obijt, atq; ideò conditione defectū
legatum videbatur, qua dubitandi ratione non mo-
uente, contra reſpōſum eſt, Agatheam emptam per-
inde quaſi loco legatæ ſubrogatam deberi, legatūq;
intelligi, eam ob cauſam non ideò certa minus lega-
ta res dicitur, ꝙ conditio adſcripta in ea legenda ſit,
quod cum ita ſit, in ratione, & iure ſubrogationis tex.
prædicti deciſio cuncta verſatur.

113 Decimanona limitatio à declaratione † pendet, declarationem voluntatis teſtatoris circa modum, aut qualitatē legandi, ad futura trahi, tametſi verbis præſentibus facta declaratio ſit, veluti cum legatis quibuſdam datis, clauſula adijcitur, quas pecunias legaui, quibus adſcriptus dies non eſt, eas hæres meus annua, bima, trima die dato, clauſula hæc declaratoria ad legata iam ſcripta adiecta, ad futura etiam legata pertinet, neq; ea ſolummodo, quæ ſub eodem poſtea teſtamento, ſed & quæ relicta in codicillis ſunt poſt teſtamentum conſcriptis. l. talis ſcriptura in prin. iuncto. §. fi. cum l. ſeq. infra eodem.

114 Limitationis huius ratio ea eſt, ꝙ facilius † ius circa declarationem permittendam, quam ad actum nouum inducendum eſt. l. heredes palam. §. ſed ſi non tam ſupra de teſtam. cum alijs hic apud nos relatis num. 42. inde fit, vt ad interpræetationem declaratiuam ſta utum non trahatur, quo interpretatio prohibita omnis eſt Paul. de Caſtr. in conſi. 467. ſuper hoc puncto col. 3. verſi. ſed his non obſtantibus lib. 1. Deci. in c. ex tenore colum. 3. in fi. de reſcrip. declaratio enim, aut circa verba ambigua, aut actus firmitatem, ſeu vitium verſatur, interpretatio ad mentem, aut extēſionem ſpectat. Æque termino ad ponendū, & articulandū finito, poſitionem declarare iā factā licet. Id quia ponere nō dicitur, qui poſitionē declarat Ant. de But. in c. licet cām nu. 15. ibiq; Felyn. col. 12. in 10. limitatione de proba. Petr. Gerar. ſing. 27. Crot. in l. in princ. nu. 53. ff. de operis noui nuncia. Ruin. in conſi. 188 nu. 7. lib. 1.

Inde lapſus Bar. apparet in d. l. talis ſcriptura §. fi. in ſecun. oppoſi qui eam tex. illius rationem putat, ꝙ actus in eo vertitur, qui à voluntate teſtatoris pendet, namq; ſi rationem hanc agnoſcimus, nunquam futura in voluntate vltima non venient, à qua voluntate omnia pendēt. §. diſponat in auctēn. de nup. quocircà melior ratio videtur, declarationem ibi verſari, per quam noui quicquam legato, circa ſubſtantiam eius non accedit, neq; decedit.

115 Vigeſima limitatio † ad futura ſpectat, qæ ita connexa cum præſentibus ſunt, ne disiungi ab eis poſſint, ad ea enim ſcripturā trahi, quæ verbis facta præſentibus ſit l. ſed interdum ff. de aqua plu. arc.

Ad limitationem hanc proſunt, quæ ſcripta ſ̄. in limit. 12. ſunt, nu. 102. vbi de acceſſione per alluuionē.

Limitatio vigeſima prima in iudicio vniuerſali po
116 nitur, ad quod ea † veniūt, quæ lite cōteſtata poſſidere reus cœpit l. 4. ff. de peti. hęred. fructus ēt in iudicio vniuerſale veniunt, quamuis, mentio eorum facta in libello, & ſententia non ſit, id quia ex fructibus auctius ius ipſum vniuerſale fit, atq; ideo rei principalis vicem ſuſtinēt, & pro re eadem habentur quare hoc ipſo petiti, & in eos facta cōdemnatio creditur, ꝙ ius vniuerſale petitum, & de eo ſententia lata, ſeu facta condemnatio eſt l. item veniūt §. fructus ff. de petitio. hæredi l. peculium naſcitur ff. d peculi. l. ſi marito § fi. ſupra ſolu. matri. Bal. in c. grauis nu. 9. de reſtitutio, ſpol. Soci. in conſi. 254. nu. 8. lib. 2. Iaſ. in rubri. ſupra ſolu. matri. nu. 37. verſi. ſecunda concluſio ibiq; vberius Niconit. nu. 206. & duob. ſeq. Io. Hann. nu. 78. verſi. ad iſtud dici poteſt, & nu. 403. de quo in rubrica etiam ſupra eo. nu. 126. in poſteriore lectu.

Apparet ex limitatione hac, non Paululū inter verba vniuerſalia, & ius vniuerſale differre, verba enim vniuerſalia ad futura arripienda non valere, demonſtratum in regulis habemus, quod aliter in iure vniuerſali eſſe, limitatio hæc 21. docet.

Conſequens differētiæ huic inter ius vniuerſale, & verba vniuerſalia fit, etiam verba vniuerſalia in præſens tempus concepta, ad compræhenſionē futurorū valere, quotiens ius per ea vniuerſale, hæreditatis puta, ſignificatur, ſed & poteſtatis eiuſdem verba generalia, aut indefinita eſſe, cum ad vniuerſale ius ſpectāt veluti cum bonorum appellatio ad hæreditatem refertur, declaratū ſuperius eſt num. 23. verſi. ad argum. per tex. in l. nam quod § fi. & l. ſeq. infra ad trebellia. & ex Bar. in d. l. ſi ita nu. 4. in fi. infra de auro, & arg. lega. ad quam ſententiam applicari tex. diximus in d. l. quotiens §. fi ff. de vſufruc.

Ex qua declaratione limitatio obſeruari vigeſima ſecunda poterit, ne locus regulis ſit, vbicunq; ad ius vniuerſale verba ipſa indefinita, aut vniuerſalia ſpectant, tam, & ſi ad tempus relata præſens ſint, preſens quippè ſemper vniuerſale ipſum ius eſt.

Limitationes, & aliæ colligi ex limitationibus poterunt, quæ ad regulas illas accommodantur, ab incluſione vnius excluſionem alterius ſequi, per dictiones taxatiuas caſus alios excludi, quibus enim caſibus incluſio vnius, taxatiuaué in vno interpoſita, alia non excludit, ad futura tunc cōpræhenda valere verba poterunt in tempus pręſens concepta, reſponderi enim tum poterit, quod contra incluſionem obijcere, taxatiuamué licet, ideſt præſentium incluſione, limitationeué futura non remoueri.

117 Inter verba vniuerſalia † atq; gneralia, ſeu indefinita differre, notatum hic habemus nu 44. in prioribus ſcriptis, & nu. 80. & ſuprà nu. 49. inde conſequens Bartolo fieri Corneo, & Decio diximus, ad hypotecā vniuerſale bonorum omnium, tex. non pertinere in l obligatione generali, ff. de pignor. cuius ſentētiæ eſſe & Soci. iuu videtur in conſ 107. nu 29. iuncto nu. 32. lib. 3. quæ opinio confutata à nobis eſt, Bartolumq; in ſententia non manſiſſe oſtendimus, ex Soci. etiam opinio diuerſa confirmata in l. ſi is qui cc. §. vetū col. pen. verſi. de ſecunda limitatione, infrà de reb. dub. Imola. Roma. & Alexan. in l ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. obliga. ad quam ſententiam conferunt, quæ ſcripta ante habemus nu. 19. & num. 51. Oldra. his accedit, de quo memoria habita in cōmentarijs anterioribus non eſt in conſi. 148. factum tale eſt, quidam comes. ante fi. verſi. ad alia autem argumenta, vbi verbum vllum vniuerſale adeò indiſtinctumq; inueniri non putat, quod per inſpectionē debitarum circunſtantiarum ciuiliter intelligi, & limitationem accipere non debeat, per tex. in l. ſi cui. ff. de ſeruitu. in l. & non tantum. §. 1. ibiq; gloſſ. in ver. nec vlla ff. de peti. hæredi, in d l. obligatione ff. de pignor. in l. ſi mihi męuia §. fi. infra titu. 2. ita ad eum etiam caſum pertinere tex. putat in d. l. obligatione, quo in uerba uniuerſalia conſtituta hypoteca eſt, eodem Oldra. ſpectat in conſi. 300. nu m. 9. uen alia nec uerbis uniuerſalibus legati cedere, quotiens ad alia referri legatum poteſt.

118 Ex Anto. etiam † de Bu. ſententia hæc roboratur in conſi. 19. num. 9. Ad ea verba vniuerſalia non referri, quę niſi difficulter, aut cauſa maxima cogente, non conceduntur, inſolita etiam verbis vniuerſalibus non appręhendi Anto. ſcribit, per tex. in c. quod trāſlationem de offi. delegat. in c. qui ad agendum de de procura. lib. 6. in clem. non poteſt eo. titu. cui dicto Soci. hic cum poſterioribus ſubſcribunt, Curti. ſen. in conſ. 49. num. 18. ante fi. ſed enim iſt bonis, his tex. loquitur in d. l. obligatione generali, quæ hypothecæ nexurus veriſimiliter quis non eſſet, & quæ per quam neceſſaria ei ſunt, atq; ideò quæ niſi neceſſitate extrema urgente, pignori ſuppoſiturus non eſſet, & quæ creditoribus obligare in uſu debitores nō habent, ad quam ſententiam confirmandā ea etiam proſunt, quæ de uerbis uniuerſalibus reſtringēdis in reſponſo ſcripta pro genero habemus nu. 78. & quatuor ſeq. & ad ea hæc obſeruanda, quæ initiò, & in tractatu compendiario ſcripta, deducendo, ſeu remittendo, habemus, parte tertia, quæ verborum vniuerſalium reſtrictionem ſpectat.

Locum

119 Locum tamen haũd dubiò text,non † habebit in
d.l.obligatione generali, vbicunque non pluſquam
rem vnam debitor habet,eam enim hypothecæ ce-
dere quamuis ea carere debitor nequeat, ne inutilis
hypotheca fiat,Pet.Gerardi ſcribit ſin.35.ratione, &
alia tuuari dictum hoc poteſt, cum niſi ad rem vnã
conuenire hypotheca generalis non poſſit, vti ſpecia
lem eam habendam, pro eo quæ non eſſe, atq; ſi in
ſpecie,& nominatim expreſſa res ſub hypotheca ſit.
l.2.ſuprà de lib.& poſthu. l. fundus qui locatus infrà
de fundo inſtruc,l.pediculis,§. item cum quęreretur,
& l.ſtatiæ infrà de auro,& arg.leg. Oldrad.etiam teſti-
monio ſententia hæc iuuatur in d.conſ.300.nu.9. ad
venalia verba legati vniuerſalia trahi, quotiens effe-
ctum habere in alijs nequit, idem Roman. admittit
ſing.432 in legato,per text.in d.§.item cum quærere-
tur,ſecundum verum glo.ſenſum,de quo inferius ẽt
mentio fit nu.131.circa tex.in l.generali,§. vxori in-
frà de vſufruc.leg.

120 Circà ea,quæ de feudo ſcripta † hic habemus nu.
47. diſpoſitioni, aut alienationi, hypothecæve vni-
uerſali feudum non cedere,quod in ſpecie alienare,
obligareq; non licet,Corne.,Decij,Iaſo.& Curtij iu-
nioris opinione reiecta, videndum erit, locum ne
Corn.Decij.Iaſ.& Curtij opin. tum ſaltem habeat,
cum in verbis geminatio vniuerſalibus inuenitur, &
quidem feudum tunc à verbis vniuerſalibus non ſe-
parari,Ruin.putat in conſ.37,nu.12.in fin.verſi & ſi-
militer non eſt dubium lib. 1.

Sed enim nihil verborum geminationem faciẽ-
121 dam in ſpecie hac arbitror, ſiquidem † effectum
parere contra diſponentis conſenſum non ſolent,
cap. ſi quis iratus,2.q.3. Felyn.in cap.fin.col.1. de of-
fic. delegat. Maiorem enim animi deliberationem
tantummodo geminatio arguit,non etiam auget,ſi-
militer,vt in iuramento dicitur, quod vltra conſen-
ſum diſponentis non extenditur.l.fin.ff.qui ſat.cog.l.
fin.in princ ff.ad municip.l,fin.C.de non num.pecu.
& alia,de quibus ſuprà nu.86.feudum planè eo ſub
alienatione,aut hypotheca verbis vniuerſalibus facta
non comprehenditur, quòd iacturam eius, com-
præhenſione facta, alienator,aut debitor faceret, at-
qui velle quiſquam id non creditur, vnde pœnam
amiſſionis rei ſubiret,l.ſi procurator,ff.de condic.in-
deb. Ratio hæc æquè in verbis vniuerſalibus gemi-
natis,atq; ſimplicibus morſicat. Rurſus ſi ad prohi-
bita iuramentum non trahitur.c.1.de iureiuran.lib.
6. Longè minus geminatio verborum,in qua vigo-
ris tantum,atq; in iuramento non eſt, vt ex tex. pa-
tet in auctẽ.ſacramenta.puberum. C. ſi aduer. ven-
di. in cap. cum contingat de iureiura.effectum quip-
pè iuramenti,de quo ibi,geminatio non parit.

Secundo ratione fortiore argu. geminationis re-
fellitur,namq; momenti quicquam ratihabitio non
habet, etiam quæ poſt interuallum ſequitur, quo-
122 tiens error † idem,cauſaq; eadem actus infirmandi
in ratihabitione,atq; in actu ipſo inuenitur Bald.in l.
error num.14.in l,non idcirco in princ.C.de iuris, &
facti ignor. & in l. 1. num. 2. verſicu. Iaco. Bu. dixit,
C de iuriſdictio.omnium iudicum. Alexan.in conſ.
123 col.4.uerſi.ergo benè apparet lib. 1. ſi frugi nul-
lius ratihabitio eſt,quæ tempore interpoſito ſequitur,
quotiens cauſa eadem ratihabitionem, atq; actum
123 ipſum infirmãdi ſubeſt,quid in geminatione † uer-
borum dicendum,quæ puncto prolata eodem ſunt
in quibus uigoris minus,quam in actu poſt interual-
lum repetito eſſe non dubitatur,cum ad idem incul-
candum non rarò iterentur gl. in l. certi condicio in
princ.in glo.2.magna,& in l.lecta in gloſella,cui ini-
cium eſt inculcatio uerborum,ff.ſi cert.pet. Paul. de
Caſtr.in conſi.75,notandum eſt quòd præfatum ſta-
tutum col. 1. poſt med. lib. 2. Corn.in conſil.169.
col.2.circa fi.uerſi. non tamen inconuenit lib. 2. Dec.
124 in conſ.399.col.3.in fin. ſed nec † actus geminatio
pluris quicquam agit,quæ ex continẽti fit.l.ſi mulier.
& quod ibi not. C.ad uelleia.gl.fin.in l.ſi conuenerit.
ff.de pign.actio.in c.ab eo in gl.1. in uerſi. inſtanti de
appella.lib.6. Alex.in l.1.in princ.num.37,ibiq; Areti,
col.5.in fin.ff.de uerb. oblig. cauſam planè eandem
feudum excludendi,& in uerbis uniuerſalibus gemi-
natis conſtare,ne feudo quiſpiam uidelicet careat,
ſi comprehenſum dicitur, palam eſt.

125 Tertio ex Ruino ipſo opinio † eius proteritur in
conſi.138.num.13.lib.5.uerba uniuerſalia geminata
perſtringenda,ne abſurdum inde emanet, uel dam-
no quiſpiam indebitè afficiatur,atqui damnum quis
iniq; ſentiet, ſi ad feudum eum cogitaſſe dicimus,
cuius diſponendi arbitrium in ſpecie non habet,idq;
ad partem tertiam etiam uerborum uniuerſalium
adſtruendum.

126 Conſequenter his,& à ratione † remota colligen-
do,dicendum,ad ſermonem generalem, nedũ uni-
uerſalem feudum pertinere, ubicunq; ex incluſione
eius damno, pœnauè quis non afficitur, ueluti cum
id genus feudum eſt,quod alienare, & diſponere im
punè licet,ut Io.Fabri docet in §.1.in fi.inſt.de rerum
diuiſio. quo cum Chaſſen. ſentit in conſ.8. num. 19.
de quo etiam apud nos in conſ.256.nu.5.& ſeq.ibiq;
ex eo etiam confirmatum id eſt, quòd fideicõmiſſi
etiam reſtitutione feudum comprehenditur, quod
hæreditarium,alienabileq; ſit,quod idem Rui.quoq;
agnoſcit in conſ.37.nu.21. lib 1.

Diſcrimen inter uerba generalia, & uniuerſalia
127 circà uenalia,conſtitui † à Decio hic diximus num.
73.poſt med.uerſi hic etiam aduertendum, ut lega-
to uenalia cedant,quod uerbis conceptum uniuerſa-
libus ſit,ueluti cum bona mobilia omnia teſtator le-
gat,cauſam aliam uerborum generaliũ eſſe, ex Bart.
in l.generali,§ uxori infra de uſufruc.leg.quam diffe-
rentiam apud Decium adſcriptam diximus in l. om
nia in prin.ff.ſi cert.pet.in cap fin.de conſtitutio.& in
conſi. per multis à nobis hic relatis.d.num.73. Diffe-
rentiæ huic contrarium tex. oſtendimus in d.l. gene-
rali.§.uxori,qui in uerbis uniuerſalib. loquitur, cum
rerum omnium, quæ in domibus ſunt, uſusfructus
legatur,uenalia non contineri, idem ex Bart. proba-
tur in l.diuus num.4 ff. de bonis damna. de quo Iaſ.
meminit in l.1.cir.princ.C.de uerb. ſignifi. ibiq; ma-
gnam deciſionem hanc propter uniuerſalitatem
omnes, Iaſ.aſſerit,Decio etiam Oldra.reſiſtit in cõſ.
300. nu. 9

Neque Barto. mouet in d.l.generali,§ uxori teſti-
monio cuius Deci.nititur, quoniam in dictione uni-
uerſali id genus nititur, quæ reſtrictionem non pati-
tur,neq; uenalium excluſionem admittit,ueluti cum
uſumfructum omnium rerum, quæ in domo
128 † quoquo modo ſunt, teſtator legat, uerba enim
quoquo modo reſtrictionem non ferunt, ut ad ea
reſtrictio fiat,quæ uenalia non ſunt, ſi quidem quo
quo modo in domo eſſent propter uſum teſtatoris,
aut uendendi cauſa,ea legato cedere teſtator ſenſit,
qui uerbis uniuerſalibus uſus ad ea ſignificanda eſt,
quæ in domibus eſſent, ne exceptio rei cuius facta
exiſtimaretur. ita magni refert, vtrum rebus ipſis
ſimpliciter ſignum adiectum vniuerſale ſit,lego om-
nes res,mobiles an reb.quæ in loco certo ſunt,lego
res, quæ in domo quoquo modo ſunt.

Rei cuius enucleandæ gratia,caſus diſtinguendos,
quinq; cenſui. Primus,cum rerum ſuarum omniũ
vſumfructum,vel res ſuas omnes teſtator legat Se-
cundus, cum rerum ſuarum vſumfructum, vel res
ſuas citrà dictionem vniuerſalẽ,teſtator legat. Ter-
tius,cum rerum omnium ſuarum, vel res ſuas om-
nes,quæ ſunt in tali domo,aut loco, quis relinquit.

Quar-

Quartus, cum vſumfructum rerum ſuarum omniū vel res ſuas omnes, quæ in domo aut loco alio quo quo modo ſunt, teſtator legat. Quintus caſus. cum ad res particulares legatum ſpectat. veluti cum ornamentum ſuum omne aut indefinitè ornamentum ſuum quis legat.

Circa primum caſum, cum verum ſuarum omnium vſumfructum, vel res ſuas omnes teſtator legat venales legato contineri. Bar. putat. Id quia vniuerſalia verba ſunt. neq; ad locum certum teſtrictio fit. cum ad eas relatio non habeatur, quæ in domo, aut loco quo alio ſunt. Idq; expreſſim. Bar ſcribit in d.l.generali, §. vxori. Quo cum Alex. ſentit in conſi. 117. nu. 2 lib. 1. Ruin. in conſi. 78. col. 4. poſt prin. ſeu num. 4. ante fin. lib. 1.

In ſecundo caſu cum vſumfructum rerum ſuarū aut res ſuas indefinitè, quis abſque ſigno vniuerſali legat, reſtrictione ad locum certum non facta venales non contineri, innuere Bar. videtur, qui eo caſu venalia cedere ait, quo dictione vniuerſali teſtator vtitur, ꝙ nihil quicquam excludere is cenſeatur, qui totum dicit. Quæ ratio ad ſermonem generalem non perinde competit. verba etiam vniuerſalia Alex. obſeruat. in d. conſ. 117. nu. 2. lib. 1. Idq; iuuari ex text. videtur in l. ſeruos. §. fi. infrà de lega. 3. vbi ad legatum ſeruorum venales non veniunt. De quo tex. mentio habita apud Caſtren. & Iaſ. eſt in d. l. 1. C. de verb. ſignif. quamuis expreſſorum vitio pro. l. ſeruos. l. ſuos expreſſa ſit. Perperam etiam à Iaſ. tex. ille citatur, perinde quaſi dictio in eo adſcripta vniuerſalis ſit, ſeruos omnes. Ad quem modum vocari à Caſtrenſ. facit.

Sed enim ius idem probandum, & in rerum lega-
129 to videtur. cum latam † rei ſignificantiam eſſe, & vniuerſitatem ex ea denotari, teſtatum ante eſt, nu. 11.34. & quamuis ob pronomen ſuas, futura non veniant, attamen ratio eadem ad venalia ſeparanda non videtur. Quæ in dominio diſponentis ſunt.

Id quidem præcipuè, ꝙ vltra amplam rei ſignificationem, illud accedit, ꝙ vniuerſalis effectum regulariter indefinita obtinet. l. ſi pluribus. ibiq; Bar. infrà tit. 1. ex Bar. etiam opinio hæc iuuatur in l. ita nu. 4. infrà de auro, & argen. lega. vbi inter legata ſingularia diſtare, & indefinita putat, quæ vniuerſitatem dicūt. ſingularia enim ad futura non trahi. Ius aliud indefinitorum eſſe, in quibus vniuerſitas ineſt. Ratio eadem, & in quæſtione mouere propoſita videtur. vt fortiora verba, id genus indefinita ad venalia apprehendenda, quam indefinitum ſint, quibus vniuerſitas non continetur.

Tertius caſus dubitationis nullius videtur, cum res omnes, vel vſumfructum rerum ſuarum omniū,
130 quæ in † domo aut loco tali ſunt, venalia legato non accedere. Id quia & ſi maximè dictio adiecta vniuerſalis ſit, reſtrictionem tamen a verbis ipſis teſtatoris accipit, qui ad ea legatum perſtrinxit, quæ in domo eſſent. At enim in domo eſſe ea demum æſtimantur, quæ ad vſum eius perpetuum in ea ſunt. l. vxorem. §. legauerat. & l. ſi chorus. § 1. l. ſi mihi meuia. § fin. infrà tit. 2. l. quæſitum. §. pen. infrà de fundo inſtruc. & alia, de quibus infrà nu. 133. venalia planè tantiſper in domo reponuntur, dum eorum facta diſtractio ſit. Itaq; cum reſtrictio verbis vniuerſalibus adiecta à teſtatore ſit, vltraq; teſtator voluit, produci legatum non conuenit. Idque ad ea ſpectandum, quæ in parte tertia tractatus ſcripta verborum vniuerſalium ſunt.

Quòd ſi ad venalia in tertio hoc caſu legatum nō trahitur, quòd verbis ſcriptum vniuerſalibus ſit ob reſtrictionem ad ea adſcriptam. Longè minus cum citrà dictionem vniuerſalem legatum rerum datur quæ in domo, aut loco quo alio ſunt. Ad caſum hunc tertium. Oldrad. referri dictum oportet in d. conſi. 300. nu. 9. quamuis generaliter loquatur. idque expreſſius infrà exponitur in quinto caſu.

Limitationem caſus iſte tertius recipit, ne locum
131 habeat, vbicunque res † aliæq; venales in domo non ſunt. In quibus vtile fieri legatum poſſit. l. Pediculis. §. item cum quæreretur. & l. Seiæ infrà de auro & argent. lega. l. fundus qui locatus infrà de fundo inſtruct. Oldrad. in d. conſi. 300. num. 9. Roman. ſing. 432. in legato. Caſtren. & Iaſ. in d. l. 1. C. de verb. ſign. Louzes in l. filiuſfamilias. §. diui. nu. 58. circa fin. Ad quam limitationem, & ea applicantur, quæ dicta ſupra circa text. ſunt in d. l. obligatione generali. ff. de pignor. nu. 119. Locum ei non eſſe, vbicunque niſi rem vnā debitor nō habet, qui hypothecā cōſtituit.

Quartus caſus vacuus, & ipſe à dubitatione videtur, cum res omnes, aut res ſimpliciter legantur in domo quomodocunque exiſtentes, ad venales etiā, legatum porrigi. Quoniam & ſi maximè ad res in domo exiſtentes relatio legatum fiat, attamen ex verbis vniuerſalibus quoquomodo declaratio ſequitur, quomodo res in domo exiſtentes teſtator intellexit. Nimirum omnes, quæ modo quo vis in domo eſſent, ſiue vt perpetuo, ſiue vt ad tempus aut vendendi cauſa, in ea eſſent. Quem caſum Bar. obſeruat. in d. l. generali. §. vxori. in fi. Cin. Alex ſubſcribit in conſi. 30. nu. 16. & in conſi. 118. nu. 5. lib. 5. Iaſ. in l. 1. §. nunciatio. nu. 5. in fin. verſi. ſecundo probo. ff. de oper. noui nuncia. Ruin. in conſi. 62. nu. 6. lib. 1. Quo caſu niſi ſi Deci. cogitauit, Bar. mentem non rectè eum aſſecutum apparet, ideſt ob id ad venalia legatum porrigi, ꝙ dictio ſubiecta vniuerſalis eſt, per quam rerum in domo exiſtentium ſignificatio declaratur, vt ad omnes legatum trahatur, quæ in domo ipſa quoquo modo eſſent. Hanc enim Bart. mentem Dec. non animaduertit, vt ob dictionem quoquo modo ad locum relata id fiat. vtpotè quæ quibus caſibus conſuluit, expreſſa non eſſet. Neque de ea meminit. Quare non paululum refert, ad res, an ad locum dictio ipſa vniuerſalis ſpectet.

Quintus caſus. Cum rebus ſingularibus dictio vniuerſalis adijcitur, vt puta ornamentum meum omne, vel ſeruos meos omnes lego, & alia id genus. Quo caſu ſiquidem Bar. præceptionū obſeruamus in d. l generali. §. vxoris, ſeruos ornamentaq; venalia contineri, non dubiè videntur. Quatenus reſtrictio vlla adiecta verbis vniuerſalibus non eſt, ſeruos puta aut ornamenta lego, quæ in loco tali ſunt. Generaliter enim Bart. ſcribit, venalia venire, vbicunque ſine reſtrictione vlla, verbis generalibus legatum ſit. Diſtinctione non facta, verbis indefinitis, an particularibus ſignum adiectum vniuerſale ſit. Differre quippe Bartol. non ait, vtrum res ſuas omnes vel bona ſua omnia, an ſeruos ſuos omnes, aut ornamētū ſuū omne teſtator leget. Illud demū videndū monet, reſtrictio ne vlla à teſtatore adſcripta ad verba vniuerſalia ſit. Hoc idem animoſius expreſſiusque in locis non paucis. Dec. obfirmat, qui niſi dictionis vniuerſalis vim non ſpectat. Ad venalia eam omnino trahi. Ita generaliter. Bart. intelligit in d. §. vxoris. venalia ſermoni vniuerſali cedere. Locutioni indefinitè, vel particulari ſignū adiectum vniuerſale vel non ſit.

Sed enim generaliter plus nimio. Bart. locutum
132 cum Decio puto, Textui † quippe generalis hæc traditio refragatur in d. l. Pediculis. §. item cum quæreretur infra de auro & argen. lega. vbi per dictionē vniuerſalem ornamentum legatum omne muliebre eſt. Atqui illud non cedit, quod venale ſit. quamuis muliebre id habeatur. tex. etiam contradicere generalitati hinc videtur in l. ſi mihi meuia. §. fin. infrà tit. 2. vbi domus, quas colebat, teſtator legauit nullo

omnino

omnino excepto, cum omni inſtrumento, & repoſitis omnibus, pecuniam numeratam, & nomina debitorum non contineri, tex. ait, quem tex. in pecunia negociatoria, quæ fœnerandi, vel in præſens erogandi cauſa habetur, glo. ibi intelligit, quod repoſita in domo non intelligitur, quæ aut fœnori danda, aut eroganda mox ſit, ita inter venalia hoc genus pecunia habetur, in venalibus etiam pecuniam id genus Oldrad. ponit in d. conſ. 300. num. 9. vbi ad venalia à verbis vniuerſalibus excludenda, tex. illum vocat. idē ex tex. probatur in l. ſi chorus, §. 1. eo. tit.

Sed obſeruandum, nimiam reſtrictionem videri, qua venalium detractio ex verbis vniuerſalibus fit, contra vulgatiſſimum illud, qui totum dicit, nihil excludit, l. Iulianus in prin. infra tit. 2. vnde ratione carere Bar. traditio non videtur in d. l. generali. §. vxori. Signo vniuerſali venalia cedere, reſtrictione vlla verbi vniuerſalis non facta, qua ratione non ab re Iaſ. ait in d. l. 1. circa prin. C. de verb. ſign. magnam deciſionem videri, vt ab vniuerſalitate omnes, venalia remoueantur, inde generaliter plus nimio ſcriptum apud Oldrad, videtur in d. conſ. 300. num. 9. legato in verba vniuerſalia conſcripto venalia non cedere.

Verior, itaq; & melior opinio videtur, ad venalia legatum porrigi, quod verbis factum vniuerſalibus ſit, quotiens limitatione coarctatum vlla non legitur, qua opinione admiſſa, tex. non obſtant è regione oppoſiti, & quidem quod ad text. attinet in d. l. ſi chorus. §. 1. & in d. l. ſi mihi meuia, §. fi. infrà tit. 2. difficilis reſponſio non videtur. Reſtrictionem ad verba vniuerſalia per teſtatorem adiectam, ſimiliter, vt in d. l. generali §. vxori, in d. enim l. ſi chorus. §. 1. mobilia legata ſunt, quæ ibi hoc eſt in loco tali eſſent, Æquè in d. l. ſi mihi meuia. §. fin. ad ea reſtrictum legatum eſt, quæ repoſita in domibus eſſent, eam ob rem pecunia non contineri, quæ vel fœnerandi, vel ero-
133 gandi mox cauſa in domo ſit. In domo † enim eſſe, aut repoſitum non dicimr, quod duraturum non eſt. l. ſi pro patre. §. verſum, ff. de in rem verſo, inde fit, vt dominij alteri reſtituendi ratio non habeatur, l. cogi. §. is qui ſolidum infra ad trebel. l. qui ſic, ff. de ſoluto. Capere etiam quiſquam non dicitur, quod reſtitui ab eo oportet, l. aliud eſt capere, ff. de verbor. ſign. & quod ſcriptum infra eſt num. 222. Quæ ratio melior circa d. l. ſi chorus, & d. l. ſi mihi meuia, quam Iaſonis eſt in l. ſingularia num. 22. ff. ſi cert. pet. Idcircò legato rerum, quæ in loco ſunt, pecuniam non contineri, quod loco non circumſcribatur, quæ ratio cum ſenſui communi, tum textui ipſi contradicit in d. l. ſi chorus, §. 1. vbi legato pecunia cedit, quæ nō fœnerandi, aut mox erogandi, verum præſidij cauſa in domo ſeruatur. text. quoque ſententiæ huic non
134 † officit in d. l. pediculis, §. item cum quæreretur, infrà de auro, & arg leg. Eadem enim reſponſio ad tex. illum valet, reſtrictionem, & ibi ſigni vniuerſalis inueniri, reſtrictionem planè ex pronomine meum gl. ibi colligit, qui ſenſus mihi non placet, quoniam æquè in dominio teſtatoris venalia, atq; alia ſunt. Ea propter in verbo muliebre reſtrictionem obſeruo, ad id enim ornamentum cogitaſſe teſtatrix intelligitur, quod vſui paratum eius erat, quod ſi de ornamento omni etiam venali ſenſerat, limitatum id ad muliebre non fuerat.

Conſequenter his dicendum, non rectè tam generaliter ab Oldrad. ſcriptum in d. conſ. 300. num. 9. à Iaſ. in d. l. 1. circa prin. C. de verb. ſignifi. ad venalia legatum non pertinere, quod in verba conceptum vniuerſalia ſit, imò enim è contrario regula mutanda, ad legatum ipſum venalia cedere, præterquam ſi reſtrictio adiecta verbis vniuerſalibus ſit. Bar. autore in d. l. generali. §. vxori, ad traditionē cuius animaduerſum à Iaſ. non eſt in d. l. 1.

Conſequens ſecundo prædictis fit, generaliter eiū plus æquo apud Decium non raro ſcriptum, verbis vniuerſalibus venalia cedere, locum quippè id non habere, vbicunq; reſtrictio qua adiecta ad verba vniuerſalia inuenitur, teſtatum ſatis ante habemus, ibiq; declaratio adiecta, hoc eſt indè reſtrictionem deſumi, quòd loci mentio fit, in quo res ſunt, quo caſu venalia excludenda diximus, perinde quaſi in loco illo non poſita, vbi niſi ad tempus non ſunt.

Conſequens tertio fit, perpetuum non eſſe, quod ſimpliciter, ſæpiusq; traditum à Decio eſt, legato generali, aut indefinito venalia non contineri. Receptum enim id non videri, quotiens verbo indefinito, aut generali vniuerſitas ſignificatur, declaratum ſupra in caſu ſecundo habemus, eadem cenſura contineri, & Roma. videtur d. ſing. 432. in legato, qui uenalia à legato generali amouenda, ſimpliciter, & ipſe aſſerit.

Antequam ad Bar. enarrandum accedam, qui in glo. explicanda uerſatur. gl. ipſam recenſendam duxi qua partes quinq; perſpicio, in prima contra tex. inſultat, & adæquationem ab Vlpiano affirmatam differentia quadruplici inter fideicommiſſa, & legata impugnat, in ſecunda ſolutionibus tribus oppugnationem arcet, in tertia adæquationem ipſam generaliter ab Vlpiano relatam, in ſpecie declarat, hoc eſt quibus ex rebus adæquatio ipſa conſiſtat, in quarta adæquationem ipſam uerbis uniuerſalibus; ab Vlpiano commemoratum contrarij metu limitat, in quinta, & ultima declarationem adæquationis à gl. ipſa factam oppoſitioni tacitæ occurrendo, reſtringit. Secunda ibi ſolutio. Tertia ibi fraternizant ergo. Quarta ibi, ſed in caſu. Quinta ibi item hæc communio.

Prima pars gloſſ. quantum ad ſenſum differentiarum inter legata, & fideicommiſſa, facilior uidetur, quam ut declarationis, aut inductionis textuum indigeat, ratio tantummodo differentiarum inquiren-
135 da, ut in prima differentia, quam ob rem † firmitatem inicio, aut neceſſitatem fideicommiſſa non haberent uerum in hæredis poſita, arbitrio eſſent, de qua ratione apud nos hic in ſcriptis prioribus num. 90. quæri etiam in parte hac prima poſſet, cum infirma, & uoluntaria inicio fuiſſe fideicommiſſa dicitur unde, aut à quo iure inicium fideicommiſſorum exiſtat, duodecim ne tabularum, an digeſtorum, de qua re hic etiam apud nos nu. 116. in priore lectu.

136 In ſecunda differentia, niſi ex teſtamento † iure uel iuſto legata non dari, ratio eius expreſſa à nobis hic eſt num. 91. in prioribus commentarijs. Rationem alteram Nigri hic aſſuit num. 27. quod inuenti codicilli iure ipſo 12. tabularum non eſſent, ſine codicillis planè fruſtra quicquam ab inteſtato datur teſtamento uero interueniente, nihil eſt, quòd de inteſtati ſucceſſione uerba fiant, quæ inepta ratio uidetur, quoniam ubi de inteſtati cauſa diſceptatur, habilia præſupponuntur, id eſt codicillorum uſus, quibus relicta carere ab inteſtato nequeunt. l. qui teſtamēto in prin. ſupra de teſtam. inde ad codicillos, qui in teſtato fiunt, differentiam hanc reſtringendam, declaratum hic habemus, num. 122.

137 Circà tertiam differentiam, cur poſt † mortem hæredis, aut legatarij olim non legaretur, Ratio etiam ſubiecta a nobis hic eſt nu. 92. & cum Iaſ. ratio enarratur, ſciendum eſt, à Cumano hic nu. 3. in fi. Iaſonem eam mutuatum.

Ratio item quartæ differētiæ, cur à legatario olim non legaretur, apud nos hic indagatur nu. 93. Rationem aliam præter expreſſas, Cuman. hic adijcit nu. 3. quòd defunctum legatarius non repræſentat, à qua ratione mirum, ni & Iaſonis excepta ratio ſit, ſenſum eum Cumano fuiſſe in ratione hac puto, ut ob

id

138 id legato † onerari legatarius non poſſet, quòd uti
ſucceſſor ſingularis, qui defuncti vicem non ſuſtinet
actionem perſonalem pati à legatario poſteriore
non poteſt, l. fin. §. fin. ff. de contrahen. emptio. l. 1. §. ſi
hæres infrà ad trebel. & alia apud nos in reſpon. pro
genero num. 388. de quo infrà etiam num. 155. vbi
in ſpecie id legatarij probatur, ea ratione non niſi
ab hærede legata relinqui, qui defunctum exprimit,
& in quem actiones omnes inferuntur toto tit. C. de
hæred. actio. in eum etiam actio perſonalis ex teſta-
mento redditur, l. 1. C. com. de leg.

Si dixeris, generalem rationem hanc non eſſe, ſi-
quidem actionem realem etiam legatarius habet rei
vendicationem, & hypothecariam, l. 1. C. com. dele-
139 ga. actionem realem † porrò, & ſucceſſori ſingula-
ri inferri, l. ſi cum venderet, ff. de pign. actio. l. officiũ.
ff. de rei vend. l. 1. C. de alien. iudi. mutandi cauſa fa-
cta, & hoc genus. Reſpondetur incognitum iure illo
priſco actionẽ realem ob legata fuiſſe, & à Iuſtinia-
no ob faciliorem legatorum, & fideicommiſſorum
exitum introductam, d. l. 1. C. com. delegat.

Secundò reſpondetur, inuenta iure illo vetuſto
realis actio propter legata, aut fideicommiſſa eſſet,
non niſi in rebus locum teſtatoris, & ab eo legatis ha
bent, cauſa alia eſt, quotiens in genere pecunia puta,
aut res alia legatur, quæ in teſtatoris dominio, nun-
quam fuit, ob eam enim cum legatario agi vti ſuc-
ceſſore ſingulari non poterat.

Si dixeris, actionem contra legatarium eſſe, a quo
140 agnitum † legatum eſt, perinde quaſi cum onere
legato ipſi impoſito acceptum id, aut agnitũ videa-
tur, l. fin. ff. de inoffic. teſtam. l. cum ab vno. l. Impera-
tor. §. 1. in fin. infra tit. 1. l. ſi cui. 2. infra de condi &
demonſt. l. ſed ſi non ſeruus in princ. infra ad l. falci.
l. decem, l. ſi legatario, & l. generaliter. §. ſi quis alienũ
ff. de fideicom. liber. & hoc genus, reſpondetur, pro-
pter agnitionem hanc legatario poſteri priorem nõ
teneri, neq; in facultate teſtatoris eſſe formam iuris
mutare. l. nemo poteſt ſupra eo, qua ratione à credi-
141 toribus † hæreditarijs emptor hereditatis non obli
gatur, neq; inuitus ab eis conuenitur l. cogi, §. inde q̃-
ritur infra ad trebellia. l. 2. ibiq; Soc. in princ. C. de pa-
ctis, l. 2. C. de hæred. vel actio. vendi. de quo inferius
etiam nu. 248. Quęſcũ ita ſint, parui Cum. facienda
ratio non videtur.

Rationem aliam à legatario non legandi, Nigri
hic adſuit num. 27. quod niſi teſtandi ius cognitum
antiquitus non erat, codicillorum vſu nondum in-
uento, l. verbis legis, ff. de verbor. ſignifi. eam ob rem
non niſi hæredis ratio habebatur, vt legata ab eo ex
teſtamento præſtarentur Nigri hæc ratio coloris, ſa-
porisvè quicquam non habet, quid enim ad rem co
gnitos adhuc codicillos non fuiſſe, quatenus, & ſine
eis legata dari ex teſtamento poterant, vnde legan-
di poteſtate admiſſa, quid ita legatario imponi lega-
ti onus non poterat, ita rationis adhuc indigens quę-
ſtio apparet.

Secundò ſi quidem codicillorum vſus tempore
illo inuentus priſco fuerat, à legatario legandi facul-
tatem fuiſſe pro explorato in ratione hac Nigri ha-
bet, ſed enim rationem eandem hoc genus legati
prohibendi habere, & caſus hic videtur, ſi quidem
142 † ab hærede legitimo præſtari oportet, quæcunque
data in codicillis ſunt. l. ex ea. §. 1. ſupra de teſta. l. po-
ſthumus. §. ſi paganus ſupra de iniuſto teſta. l. quære-
batur. verſ. ſed. in propoſito, ſupra de mili. teſta. l. ab
inteſtatò ſupra tit 1. l. ex teſtamento. ibique not. & l.
eam quam. C. de fideicommiſſ. Bar. in l. 1. In quinta.
q. ſupra titu. 1. itaq; cum ab hærede legitimo in co-
dicillis relicta præſtentur. Cur legatarius in eis grauá-
ri facilius poterit, caſus hic diuerſos Nigri inducit,
ratione diuerſitatis vlla non ſubdita, contra, l. illud, ff.
ad legem aquil. & alia, de quibus ſupra num. 41. di-
uerſitatis porrò ratio perſpici hic nequit, cum non
143 † minus hæredem legitimum quam teſtamenta-
rium onerandi licentia ſit l. ſi titio, §. fin. ibiq; Iaſ. in-
fra eod. l. 1. §. ſciendum infra tit. 2. idq; ex legib. om-
nibus patet, quibus expreſſum eſt, ab hærede legiti-
mo fideicommiſſa, & legata præſtanda, quæcunque
data ex codicillis ſunt, quod vtiq; non fieret, ſi hære-
di onus imponi legitimo nequeat, rei cuius ratio ea
conſtat, quod eo ipſo honoratus hæres legitimus,
videtur, ꝙ adempta ei hæreditas per teſtamentũ nõ
eſt, cum id faciendi poteſtas non abſit. l. conficiun-
tur ſupra tit. 1. l. ſi fundum per fideicommiſſum, §. fi.
l. quidam teſtamento §. fin. l. ante penult. in prin. in-
fra eo. d. l. 1. §. ſciendum infrà tit. 2.

Tertiò inepta, atq; ridicula ratiò hæc Nigri vide-
tur, namque ſi eo niſi ab hærede teſtamentario le-
gandi ius olim non fuit, quod inuenti adhuc codi-
cilli non eſſent, quomodo ad hęredem teſtamenta-
rium ratio hæc reſtringi prohibitionis potuit, ne le-
gandi ius niſi ab hærede teſtamentario non eſſet, re-
ſtrictio enim, quæ ad caſum vnum fit, caſum alium
neceſſariò præſupponit, an non ridiculum euidenter
eſt, ad teſtamentum prohibitionem legandi reſtrin-
gere, ſi ſcriptura alia non inuenitur, ad quam referri
legata poſſint.

Vnde rationem aliam à legatario olim non le-
gandi Nigri ſubiungit. num. 30. Abſurdum iuri vi-
ſum antiquo fuiſſe dominium rei legatæ à morte
teſtatoris legatario quæſitum nullo facto eius, in
legatarium poſteriorem transferri. l. id quod noſtrũ.
ff. de reg. iur. Concludentem tamen rationem hanc
Nigri non habet, quatenus rei ſuæ quam legem vo-
lit, quiſq; adijcit. l. in traditionibus, ff. de pactis. l. legẽ.
C. eod. titu. in ſpecie magis ex tex. ratio hæc eliditur
in l. quotiens. C. de dona. ea lege rem ita donari, vt
ad alium in euentum aliquam abeat.

Secundò præſuppoſito falſo argumentum, aut
ratio hæc nititur, ſine facto legatarij ad alium rem
legatam ambulare, imò enim conſenſus hic legata-
rij inuenitur, a quo agnitum legatum eſt, per quam
acceptationem oneri ſe obligare, quod iniectum le-
gato eſt, demonſtratum ante eſt nu. 140.

Tertiò generalis ratio hæc Nigri non eſt, quæ niſi
ad legatum ſpeciei non competit, in qua dominij
144 ipſo iure transferendi, cauſa vertitur. Non idem † in
legato generis pecuniæ puta, aut rei alterius ad genus
pertinentis, vt hic apud nos in ſcriptis anterioribus
num. 181. verſi. ideo melior, ſed nec vbi in ſpecie le-
gatum conſiſtit, iure ipſo citrà ceſſionem in legata-
rium poſteriorem dominium tranſire eodem te-
ſtatum, nu. habemus 181. in nona limitatione, reiq;
huius, num. ſeq. ratio expreſſa, de quo inferius etiã
nu. 198. & nu. 218. verſi. qua ratione, vnde optimã
omnium, Cuman. rationem hic arbitror, num. 3.
quod defunctum legatarius non refert, declarando
vt ſupra, cuius ſubtilitatis ratio habita à Iuſtiniano
non eſt in d. l. 1. verſi. & hęc diſpoſuimus. C. commu
de legat.

Circà primam ſolutionem gloſſ. differentias me-
moratas iure antiquo ante ius digeſtorum fuiſſe,
exæquationem vero ab Vlpiano relatam media iu-
ris prudentia hoc eſt digeſtorum iure introductam,
idq; mediæ prudentiæ ius agnitum hodie à Iuſtinia-
no eſſe. d. l. 1. & 2. C. com. de lega. §. ſed non vſq. in-
145 ſtit. de lega. mediam iuris prudentiam † ad ius ip-
ſum digeſtorum referendam neceſſariò gloſſ. ſentit,
etenim ſi adæquationem hanc ab Vlpiano relatam
mediæ iuris prudentiæ acceptam ferendam gloſſ. ait
an non Vlpiani, & iuris conſultorum cæterorum re
ſponſa ad ius ipſum digeſtorum pertinent, idq; ex
reſponſis ipſis conſtare in manifeſto eſt, quæ in li-

bros

bros relata digeſtorum ſunt, atque in ſpecie, & no-
minatim mediam iuriſprudentiam ad ius ipſum
horum ſpectare tex. oſtendit in §.& hoc quod,& §.
media inſti. de legiti.agna. ſucceſ. Alex. hic colu. 8.
poſt.med.verſic.dico primo. Aretin.col. 2. in fin. &
col.7.circa med.Crot.num.23.& hic etiam apud nos
in ſcriptis prioribus, num. 115. circa med. & in fin.
numeri.
146 Conſequens ſolutioni † huic gl. fit, cum à media
iuris prudentia exæquationem,differentias autem fi-
deicommiſſorum,& legatorum iure antiquo intro-
ductas gloſſ. ait à iure antiquo digeſtorum ius non
exiſtere, eam ob rem in iure 12. tabularum antiquū
ius conſiſtere,atq; ita antiquum ius ad leges 12. ta-
bularum trahi,Iaſ.ſcribit in l.1.in prin.C.vnde vir.&
vx.per tex.in l.fin.infra de regula catonia.& in l.1.§.ſi
nemo infra ad tertull.idem Nigri hic probat nu. 32.
de quo inferius etiam nu.177.
Sed enim antiquiſſimum 12.tabul. & antiquum
horum ius dici Bar.hic putat, de quo Crot.hic me-
minit,nu.24.per tex.in §.ſed ea omnia,& §.item ve-
tuſtas inſtit. de hæredi.quæ ab inte.defer.§. diſponat
in auctèn. de nuptijs.
Sed melius, glo. ſenſiſſe demonſtratum hic habe-
mus in ſcriptis prioribus,num.116. in fin. & nu. 125.
& infra num.177.per tex.in l.2.iuncta l.3.in fin.ff. de
petitio.hæred. iura enim quattuor. Barto. obſeruat,
cum non pluſquam tria videantur, antiquum, me-
diæ iuris prudentiæ, & C. iuris nouiſſimi auctèn.
memoria poſt habita, quo iure perſpecto, quintu-
plex ius fuerit.
De hac prima ſolutione, glo. iure antiquo diſcri-
mina inter fideicommiſſa,& legata, non etiam ho-
rum iure fuiſſe, ſermo prolixior hic habitus apud nos
eſt nu.117.& pluribus ſeq.
Secunda gloſſ. ſolutio,exæquationem hanc ita ab
Vlpiano aſſeriam, quod in ſententia hac ipſe vnus,
alius præterea nemo eſſet, damnata hic à nobis
eſt num. 94. verſic. ſecunda ſolutio, & quidem im-
pudentis prorſus fuerit,opinionem pro indubitata,
& exploratiſſima verbis vniuerſalibus aſſeuerare, à
qua vulgo iuriſconſulti alij diſſentirent,quo circa ve-
ri ſolutio hæc diſſimilis prorſus eſt, argumenti huius
tamen infrà gl.defenditur nu.169.
Tertia gl. ſolutio per Iaſ.hic declaratur,num. 44.
verſi.in eadem gl.ibi.vel dic,& apud nos,nu.94.verſi.
circa tertiam ſolutionem, quòd verbis amplioribus
conſcriptum Vlpiani reſponſum eſſet, in quo non
ita præciſa adæquationis mentio fieret, verum ſub
dictione aliqua diminutiua, aut remiſſiua, ferè pu-
ta, vt inſtit. de donatio. §. 1.vel moderatio,aut exce-
ptio aliqua in lege Vlpiani inſerta. Cæterum mu-
tilum, aut circumciſum Vlpiani reſponſum, ali-
quidq; ex eo à compilatoribus pandectarum detra-
ctum, vnde nouitas, aut admiratio in adæquatione
eorum aſſeueranda concilietur, inter quæ tantopere
diſtare,differentiæ memoratæ docent, quam reſpō-
ſionem. Cuman.hic agnoſcit col.1.circa med. verſi.
teneo ergo tertiam ſolutionem glo.qui iure horum,
differentias introductas, & à Iuſtiniano abolitas ait.
Vnde quia ius hoc antiquatum horum à Iuſtiniano
eſt,§.ſed non vſq; inſti.eod. verba hæc exæquationis
vniuerſalia per compilatores addita ſcribit, ita vt
compilatorum,non etiam Vlpiani dicantur.
Si dixeris, veriſimilem reſponſionem hanc non
videri,quoniam ſi exæquationis adijciendæ, aut in-
troducendæ cauſam correctioni tribuimus. Credi-
bile non eſſe, leges inter pandectas relictas, quibus
differentiæ ipſæ adæquationi contrariæ exprimun-
tur,reſpondet Cuman.niſi incidenter differentias ip-
ſas in ll. Horum non enuciari,vel obliuione compi-
latorum leges ipſas non detractas.

Solutiones iſtæ gloſſ.à Bar. recipi, & alijs non ſo-
lent,neq; iuri conſentire,rationiq; videntur, proinde
aliter arg.hoc à differentijs memoratis deſumptum
per Bar.& alios refellitur,de quo inferius apud Bart.
ipſum videbimus.
In tertia parte gl.ibi fraternizant,ergo. Quia niſi in
genere adæquationem legatorum, & fideicommiſ-
ſorum,& verbis vniuerſalibus Vlpianus non com-
147 memorat, dubitari † poterat, ex quibus adæqua-
tio ipſa conſiſteret obſcuritatem genere inducente.
l.in tradendis.ff. com. præd. l. ita fidei,ff.de iure fiſci.
Dubitationis huius amouendæ cauſa, exæquationē
hanc in ſpecie glo.explicat. In fraternitate, ſeu com-
munione, aut ſocietate adæquationem hanc verſari,
inſtar fratrum enim, aut ſociorum bona in commu
ne poſſidentium legata,fideicommiſſàvè habentur,
vt potè quibus non ſolum actiones perſonales ex
teſtamento, reales vendicatio rei,publiciana, & hy-
pothecaria,ſed & effectus omnes, nominisq; ipſius
vſus,communes inueniuntur,atq; ideo eiſdem actiō
nibus fideicommiſſa petere,atq; legata licet, Effe-
ctibus eiſdem, vtraq; potiuntur, nomine eodem re-
ctè vtraq; appellantur, vt quod fideicommiſſum di-
citur,legati idem nomen habeat,viceq; contraria, l.
1.& 2.C.commun.deleg. ita maior in fideicommiſ-
ſis,& legatis,quam in fratribus, ſocijsq; communio.
Inter quos communia nomina eſſe moris non eſt;
Quocirca communionem hanc in nomine Petr. &
Bal. non admittunt, quia niſi in diuerſis adæquatio
non contingit,& immutabilia nomina videntur,ſed
enim nomina à lege inuenta ab eadem lege muta-
ri, Cuma. hic docet nu. 1.
Quarta pars gloſſ. obiectioni tacitæ occurrit, in
quantum expreſſum in parte tertia eſt, ad nomen &
communionem pertinere inter fideicommiſſa, &
148 legata introductam, ſed enim † nominum diuerſi-
tatem hodie etiam manere,oſtenditur quòd non ſi-
militer hæreditatem,libertatemvè legatariam, atq;
fideicommiſſariam appellamus,vt ex titu. ff. & C.de
fideicom.liber.& inſti.de fideicomm.hæred.toto tit.
ff.& C. ad trebel.reſpondet gl. diuerſitatem hanc no-
minum vſu, non etiam iure, aut effectu tenus per-
manere, quoniam & ſi maximè vocabulis diuerſis
nuncupentur,effectus tamen, iusq; idem vtrubique
vertitur, nihil quippè intereſt,ex legato,an fideicom-
miſſo hæreditas detur, quoniam directò non com-
petit,æque non refert,per fideicommiſſum,an lega-
tum ſecun.gl. libertas competat, ſed enim intereſſe
circa libertatem,inferius apud Bar.videbimus.
Quinta pars ad obiectionem etiam diluendam
pertinet. Adfirmatum enim in parte tertia,& quar-
ta eſt, communionem ab omnibus, præter nudum
vſum nominis, inter legata, & fideicommiſſa eſſe;
enim vero, & quantum ad effectum communionē
149 hanc non interuenire, ex effectu † illo trebelliani
paret,qui ad hæredem compellendum adire, ſpectat;
fideicommiſſario enim vniuerſali tantummodo, nō
etiam legatario in compulſione hac trebellianum
ſuffragatur, l. ſi quis omiſſa ſupra ſi quis omiſ. cau.
teſta.vbi nominatim differentia hæc expreſſa legitur,
idem ex tex.probatur in §.ex diuerſo in ſi inſti.de le-
ge falc.vbi in arbitrio hæredis eſſe dicitur,hæreditatē,
an non adeat,quamuis non adeundo,legata interci-
dant,ſic vt adeat,cogi à legatarijs non poteſt, verum
ſi ſalua fieri legata cupiunt, cum hærede paciſci ne-
ceſſe habent. Partem quam legatorum acceptam hę-
redi faciendo, ſed nec legati libertatis tuendi cauſa,
hæreditatem adire hæres compellitur, l. ſi patroni. §.
qui fideicommiſſariam.verſ. ſecundum,quæ ibi nec
ad rem pertinebit infra ad trebellia.
In eandem ſententiam tex nodoſiorem gl. nomi-
nat in l.mulier. §. fin. infrà ad trebellia. Cuius expli-
candi

candi cauſa, monendi ſumus, effectus quinque per
conſultum trebellianum introductos, quos glo. ſing.
enumerat in l. in teſtamento. C. ad l. falci. de qua gl.
apud nos in l. cum filio num. 32. ſuper glo. in ver.
non admiſſa, infrà eod. in his effectibus compulſio
150 hæredis † eſt, vt hæreditatem nolens admittat. l.
quia poterat, & l. cogi, & l. nam quod §. ſi quis com
pulſus infrà ad trebel. §. ergo verſic. ſed ſi recuſet in-
ſtit. de fideicommiſſ. hæredi. de quo inferius etiam
num. 207. in fi. In quarta item deducenda trebellia-
ni effectus conſiſtit, quam trebellianam, ſeu trebel-
lianicam Doct. vocitant, de qua in l. in quartam in-
frà ad l. falci. in d. l. mulier 1. §. fi. & in locis alibi nō
paucis. His ita prænarratis, non aliter trebelliano hoc
eſt trebelliani effectui locum eſſe tex. ait. in d. l. mu-
lier. §. fi. quam ſi hæres, & quaſi hæres directus quis
rogetur, inde conſequens fieri tex. ait, ſatis non eſſe,
apud aliquem hęreditatem, aut portionem inueni-
ri, qui rogatus ſit, niſi tanquam apud hęredem dire-
ctum hereditas ipſa exiſtat, ea ratione ſi cui portio
hæreditatis legata, eamq; reſtituere rogatus ſit, effe-
ctu is trebelliani in quarta deducenda non fruetur,
quoniam, & ſi maximè portio apud eum hæredita-
tis ſit; quàm reſtituere alij debet: attamen non vti
hæres, verum quaſi legatarius portionem illam ha-
bet, atq; ideo non tanquam hæres directus, at legata-
rij iure grauatus eſt, apparet igitur ex tex. illo, trebel-
liani ius, & effectum, nec legatario vniuerſali com-
petere; Proinde ficuti iure trebelliani in quarta de
trahenda hęres non fruitur, ita nec in hærede com-
pellendo, eadem quippè vtrobiq; ratio vertitur; dif-
ferentia hac igitur inter fideicommiſſum vniuerſa-
le, & legatum admiſſa, falſa adęquatio videtur ver-
bis vniuerſalibus ab Vlpiano affirmata, falſa itē glo.
declaratio apparet, communionem quantum ad a-
ctiones, & effectum, pręter nudum vſum nominis,
in caſu vno inter fideicommiſſa, & legata introdu-
ctām, imo enim denegata communio.
Ad argum. hoc glo. reſpondet in fideicommiſſo
id vniuerſali ratione trebelliani in compulſionis iu-
re, non recipi, vt ad legatum trahatur, itē limitatio-
nis ope argumento Ipſi glo. ſe ſubtrahit, de qua ſer-
mo prolixior infrà habetur num. 202. & ſeq. de ea
etiam apud nos hic in ſcriptis prioribus nu. 142. ver-
ſi. ex pręmiſſis, & nu. 149 & ſeq. ex quibus ſcriptis
intelligitur, non rectè tex. à glo. citatum in d. l. mu-
lier. §. fi. qui gloſæ ipſi non obſcurè contradicit, ſi-
151 quidē in effectu trebelliani loquitur, qui ad † quar-
tam deducendam ſpectat, ne à legatario excipiatur,
in quo effectu par fideicommiſſi cauſa atq; legati eſt.
Quartæ detrahendę iure non fideicommiſſario ma-
gis quàm legatario permiſſo. l. lex falcidia. §. nun-
quam infrà ad l. falci. l. 1. §. deniq;, & d. l. mulier. §.
fi. cum ibi no. infrà ad trebel. l. pen. §. fi. C. eo. titu.
glo. in § his igitur in ver. complere. in auctēn. de hę
redi. & falci. Caſtren. in conſ 321. in fi. lib. 2. Capra
in conſi. 65. nu. 20 & in conſi. 78. nu. 22. rei cuius ra-
tio inferius exprimitur nu. 206. ſimili modo ius hæ-
redis cogendi ęque legatario vniuerſali tribui, atq;
fideicommiſſario ſolet, vt hic apud nos nu. 150.
Glo. enarratione ita facta, ad Bar. dicta deſcēdēdū,
qui in glo. ipſa exponenda occupatur, & quo facilior
expoſitionum Dyni, Petri, & Bar. à quo relatæ expo
ſitiones ipſæ ſunt, cognitio habeatur, vltra oppoſitio
nes glo. in differentiis prędictis, opponitur cōtra tex.
falſam exęquationem videri verbis tam ampliſſimis
ab Vlpiano aſſeueratam, imò enim non paululum
inter legata, & fideicommiſſa differre, ſiue legata, &
fideicommiſſa ſingularia, ſiue vniuerſalia ſpectamus,
& quidem ſi legata ſingularia cum fideicōmiſſis ſin-
gularibus comparamus, diſcrimen non obſcurum in
152 libertate inuenitur. Quæ † per magni refert, ex fidei
commiſſo data, an ex legato ſit, ſiquidem per fidei-
commiſſum, libertus eius ſeruus ſit, à quo manumiſ-
ſus eſt, ſin autem legati iure libertas competit, teſtato
ris libertas ęſtimatur, id eſt pro eo habetur, vt ſi ab ipſo
manumiſſus teſtatore ſit, qui & orcinus appellatur. §.
qui autem inſti. de ſing. rebus per fideicom. rel. &t. ita
ratione iuris patronatus inter libertatem differt, quę
ex fideicommiſſo relicta, & legato ſit.
Secundò inter libertatem legatam & eam diſtare,
153 quę per fideicommiſſum datur, ex titulorum † di-
uerſitate oſtenditur. ff. & C. de teſta. manu. & de fi-
deicom. liber. namq; ſi ius idem libertatis vtrinſq; ſit
legatę, & fideicommiſſarię, quo ſub titulis eas diuer-
ſis locare. l. ſi idem. C. de codicil. atq; ex diuerſitate
titulorum, rerum diuerſitatem argui, quę ſub titulis
comprehenſę ipſis ſunt, tex. docet in l. 1. § 1. ff. de
fonte, vbi diuerſum ius ſeruitutum ductus, & hauſtus
aquę, inde tex. oſtendit, quod diuerſa ob eas prodita in-
terdicta ſunt, ex diuerſo, interdictorum diſſimilitudi-
nem ex eo tex. oſtendit, quod ſeruitutum in gratia reddi-
ta diuerſarum ſunt, eodem tex. ſpectat in l. 2 §. quin
tus. C. de vet. iure enucle, vbi per titulos diuerſos in
in hoc de falcidia, & treballiana traditum tex. ait, quod
ſeparatam cauſam, rationemuè habeat, ſiquidem ad
legata falcidia, ad fideicommiſſa trebelliana vniuer-
ſalia ſpectat, diuerſitatis huius ratione tituli etiam
diuerſi inſcripti donationum ſunt inter viuos, & cau-
ſa mortis, vt Corn. ſcribit in conſi. 107. col. 2. lib. 4
De qua re ſermo apud nos copioſior in rubri. ſuprà
eo. nu. 79. ver. 2. quod legatum, & nu. 83. ver. 5. quod legatū
Neq; dixeris, differentiam hāc libertatis directę ex
legato, & fideicommiſſarię, iure receptam niſi veteri
non eſſe, idq; abrogatum. Quoniā, & memoria hac
differentiam hanc manere, Bart. hic ſcribit in ſecun-
da oppoſi. Iaſ. colu. 10. nu. 146. verſi. in tertia parte
principali glo. effectus porrò indagationis huius, di-
recta, an fideicommiſſaria libertas competat, in ſcri-
ptis hic anterioribus habemus nu. 88. vberius num.
140. de quo infrà etiam nu. 160. in fi. quæ cum ita
ſint, falſa Vlpiani aſſeueratio, tam pręciſa vniuerſa-
liſq; videtur, per omnia fideicommiſſis exæquata le-
154 gata eſſe, quatenus ad vniuerſalem † totam ſubuer
tendam, in vno eam vanitatis conuinci ſufficit. l. ſi
ſeruus. §. ſi plurium. ff. ſi quis cautio. l ſi is qui. ee. §.
cū ita ver. vel vt propius accedamus, infrà de reb. dub.
Sin autem legata ſingularia, & fideicommiſſa uè
vniuerſalia perſpicimus, longè lateq; inter ea diſta-
re patet, ſiquidem ad legata ſingularia effectus tre-
belliani non pertinent, qui commemorati ante ſunt,
heredem quippè, vt adeat, legatarius ſingularis non
adſtringit. d. l. ſi quis omiſſa ſuprà ſi quis omiſſa cau.
teſtam. d. § ex diuerſo in fi. inſtit. de lege falci. qui
apud glo. hic text. vocantur, iuris cuius rationem
tex. exprimit in l. nam, quod §. fi. infrà ad trebel. & de
qua apud nos hic etiam num. 88. in fi. & ſeq. in 1. le-
ctu. ne oneribus hereditarijs obſtrictus hęres maneat
155 Cum † legatarium ſingularem iura ipſa hęreditaria
non ſequantur, & commodis hereditarijs ab onere
vacuis legatarius ponatur l. 1. § ſi. hęres infrà ad tre-
bel. Iaſ. hic colu 15. nu. 66. verſi. circa vltimam par-
tem, & alia, de quibus ante nu. 138. Quæ in fideicom
miſſario tamen vniuerſali tacet, ad quem iura omnia
paſſiuè etiam ambulant. l. 1. in princip. l. apud Iu-
lianum. §. Antiſtia. l. reſtituta in fin. princip. & l. ſe-
quent. l quamuis. l. facta in princip. infrà ad trebel.
l. penult in fin. C. eodem titu. §. reſtituta inſtitut. de
de fideicommiſ. heredita. quam differentiam hodie
etiam conſtare, Bartol. hic alijq; ſentiant in d. op-
poſitio. ſecunda, poſt glo. hic in fin quam in lega-
tis certarum rerum, & fideicommiſſis bonorum
omnium intelligendam, inferius demonſtrabimus,
vt aliud innui ex text. videatur, qui citatus ab ea

eſt in d. l. mulier. §. ſi. qui in legato vniuerſali loqui-
tur, eamque ob rem non conſulto ſatis à glo. pro-
fertur.
156 Sed & inter legata, & † fideicommiſſa vniuerſalia
differẽtias, ex text. duobus ſuadetur in d. l. mulier. §. ſi.
infrà ad trebel. iuncta l. 1. §. de illo eod. titu. in d. §.
ſi. ad legatarium vniuerſalem in quarta decerpenda
trebellianum non pertinet, & enim fideicommiſſa-
rio vniuerſali ius trebelliani non denegari, text. do-
cet in d. §. de illo, vbi cum ſecundo fideicommiſſa-
rio prior reſtituit, actiones omnes in ſecundum ex
trebelliano tranſeunt, de quo apud Bar. & alios in l.
ex aſſe nu. 3. eo. titu.

Intelligi ex his poteſt, falſam Vlpiani aſſeueratio-
nem in verba vniuerſalia conceptam à partibus ſa-
tis enumeratis argumentando, videri. Hinc ſiue lega-
ta ſingularia cum fideicommiſſis ſimilibus, vel vni-
uerſalibus, vel vniuerſalia legata cum generis eiuſ-
dem fideicommiſſis comparamus. Diſſimilitudine
igitur inter legata, & fideicommiſſa vndecunq; ho-
die etiam interueniente, non verecunde ſatis adę-
quationem hanc ita abſolutè aſſerere Vlpianus po-
tuit.

Propter oppoſitiones has tex. hũc dupliciter Dyn.
exponendo, perſtringit, Bart. hic auctore. Prior re-
ſtrictio, cum tex. ait, per omnia exæquata ſunt lega-
ta fideicommiſſis, vt ad fideicommiſſa, ſeu legata ſin
gularia tex. referatur, in quibus trebellianum non ver
157 titur. Ad quem † modum exponendo, & reſtrin-
gendo, textus oppoſiti declinantur in d. l. ſi quis o-
miſſa, & in d. §. ex diuerſo in ſi. ſiquidem, nec in fi-
deicommiſſis ſingularibus locum trebellianũ habet,
vt in d. l. ſi quis omiſſa, expreſſum in ſi. eſt.

Equè per expoſitionem hanc textui eripimur in
d. l. mulier. §. ſi. iuncta d. l. 1. §. de illo, & doctri. Bar.
in d. l. ex aſſe. eo. titu. namq; ſi ad legata, & fideicõ-
miſſa ſingularia reſtrictio adæquationis fit, ad rem
differentia non attinet, quæ inter legata, & fideicom-
miſſa vniuerſalia proponitur per d. l. mulier. §. ſi. iun
cta d. §. de illo, & doctri. Bar. in d. l. ex aſſe. quando-
quidem ad legata, & fideicommiſſa vniuerſalia exę-
quatio hæc non pertinet.

Conſequens expoſitioni huic Dyni reſtrictiuæ ſit,
argumentum contrà adæquationẽ oppoſita à Dy-
no ipſo non improbari, atq; ideò differentias à glo.
opponendo relatas hodie etiam obtinere, ſiquidem
inter legata, & fideicommiſſa particularia nõ cadũt,
verum, aut inter legata ſingularia, & fideicommiſſa
vniuerſalia, aut inter legata, & fideicommiſſa vniuer
ſalia, ita cum argumentis obiectis ſe ſubtrahendi, ra-
tionem aliam. Dyn. non teneret, ad artem ſe Apol-
lineam diuinando contulit.

Si dixeris, nec hoc genus vaticinium Dyno opitu-
lari, quandoquidem, & inter legata, & fideicommiſ-
ſa ſingularia intereſſe, ex libertate legata ante declara
tum, & fideicommiſſa eſt; Atq; ideò ex reſtrictione
hac argumentum totum non dilui, eaq; ratione fal-
ſam totum Vlpiani adęquationem videri verbo vni
uerſali adfirmatam, quæ falſa in vno apparet. d. l. ſi
ſeruus, §. ſi plurium. ff. ſi quis cautio, & d. l. ſi is qui cc.
§. cum ita infrà de rebus dubijs. Reſpondet Dyn.
adęquationem hanc ad legata ſingularia pertinere,
quæ ex pecunia conſtant, ita reſtrictionem alteram
Dyn. ſubiungit, per quam argumento priore loco
oppoſito eripiatur, quo inter libertatem ex legato, &
fideicommiſſo differre relictum oſtendimus per tex.
in d. §. qui autem inſti. de ſingul. rebus per fid. relict.
itaq; ſicut niſi ad legata, & fideicommiſſa ſingularia
adæquatio hęc non pertineat. Hocce argumentum
158 differentiæ faciendum, quæ ad libertatem † com-
petit, & in qua pecunia, nec intereſſe pecuniariũ ver-
titur, cum ęſtimationem neſciat. l. libertas. ff. de reg.
iuris, atq; ſpeciem propius hoc eſt in legato liberta-
tis æſtimationem pecuniæ non cadere, ex tex. oſten-
ſitur in l. planè. 2. §. ſi. infrà eo. idem, cum inter vi-
uos libertas datũ, vt nec pp ius patronatus ęſtimatio
fiat, tex. docet in l. naturalis § ſi ff. de præſcrip. verbis.

Apparet ex reſtrictionibus his, rationem modũ-
nè alium argumentis elabendi, niſi verba vniuerſa-
lia ſimpliciter lata, bifariam reſtringendo, Dyno non
fuiſſe, eoq; pacto argumenta omnia contra adæqna-
tionem intorta Dynum ipſum agnoſcere, & confi-
teri, qui ad caſus ea diuerſos pertinere reſtringendo
putat.

Apparet ſecũdò ex reſtrictionibus prædictis, quod
ad argumenta alia à glo. oppoſita attinet, & quæ ex
differentijs quattuor conſtant per gl. cõmemoratis,
in ſolutionibus gl. Dynum acquieſcere, quatenus ad
differentias illas excludendas Dyni reſtrictiones non
conferunt.

Apparet tertiò, ꝙ ad oppoſitiones glo. ſpectat, ni-
ſi ad vltimam, hoc eſt ad tex. in d. l. mulier. 1. §. ſi. in-
frà ad trebel. primã Dyni reſtrictionẽ non trahi, tex-
tum illum videlicet, exæquationi huic non obſtare,
quæ particularia demũ legata, & fideicommiſſa ſpe
ctat. tex. verò ipſum in legato vniuerſali loqui. Tan-
tæ tamq; mirificæ Dyn. reſtrictiones non modo nõ
ferendæ, ſed & virò tãto indignæ videntur, vim quip
pè non leuem verbis illis per omnia vniuerſalibus
in manifeſto afferunt, rurſus argumenta ex eis agno
ſci, non dilui, haud obſcurè apparet, quo fit, vt à Bar.
recipi, & alijs nõ ſoleant, a quibus rationibus, & alijs
confutari inferius declaratur.

Ea propter expoſitione alia argumenta ipſa non
glo. ſed quæ addita poſteà in Bar. enarrando ſunt,
159 Petr. diſſoluit. Quæ † expoſitio ad text. in primis
ſpectat in d. §. qui autem inſti. de ſing. rebus per fi-
deicom. relict. in quo differentia inter libertatem de
claratur; quæ ex legato, & fideicommiſſo competit,
licet ſingulare vtrunq; ſit, ad differentiam item Pe-
tri expoſitio ſpectat, quæ inter legata ſingularia, & fi-
deicommiſſa vniuerſalia trebellianum nõ pertineat.
d. l. ſi quis omiſſa ſupra ſi quis omiſſa cau. teſta. d. §.
ex diuerſo in ſi. inſti. de lege falci. quæ Petri expoſi-
tio reſtrictionem quidem, & ipſa, at non tantam,
qnantam gemina Dyni habet, ad ea igitur adæqua-
tionem pertinere ab Vlpiano relatam, Petr. putat, in
quibus momenti, vtilitatiſuè nullius, circuitus eſt, in
his parem ad omnia legatorum vim atq; fideicom-
miſſorum eſſe, qui circuitus in facto traditioneuè hæ
160 redis conſiſtit. Rei cuius † declarandæ cauſa, ſcien
dum, dominium rei legatæ directò, & ſine facto, aut
traditione qua hęredis, ſtatim legatario acquiri, quã
mortem teſtator obijt. l. ſi ſeruus legatus. ff. de no-
xal. l. ſi ita legatum infrà titu. 1. l. à titio. ff. de furtis,
ſi dicimus, ius hoc ad fideicommiſſa non pertinere,
& hæredis opus traditione eſſe, fidei cuius commiſ-
ſum eſt, vt rem præſtet, circuitus interuenit, quia di-
recto dominij acquiſitio non fit. In quo circuitu cõ-
modum vllum hæredis non inuenitur, quid enim
hæredis intereſt, directò, & citrà traditionem, aut fa-
ctum eius, an facto eius mediante, fideicommiſſarij
ſingularis res fiat, quatenus rei tradendæ neceſſitas
hæredem ipſum tenet ſic quomodo Aretin. hic ex-
plicet colum. 4. circa med. Crot. num. 26. de qui-
bus infrà etiam num. 210. 213. Itaq; ſicut inutilis cir
cuitus iſte eſt, ita ius par fideicommiſſorum, atq; lega
torum ſingularium eſt, ad eaq; adęquatio pertinet,
Aretin. hic docet col. 4. circa med.

Conſequens expoſitioni, & declarationi huic
ſit, contrarium exæqnationi ab Vlpiano relatę tex.
non eſſe in d. §. qui autem inſtit. de ſing. rebus per
fidei relict. id enim diſcrimen ibi receptum inter li-
bertatem legatam, & fideicõmiſſariã eſt, ꝙ ab effectu

vacuus

vacuus circuitus non eſt, imò vtilitatem non exiguã hæres conſequatur, ſi ex fideicommiſſo, & facto ſuo, hoc eſt manumiſſione ſua mediante, libertas ſeruo datur, quæ vtilitas in iure patronatus verſatur & quã ius patronus ex libertate e[illegible] [illegible]at, q[illegible] directo cõpe[illegible], attamen non perinde vtile, p[illegible] hoc patronatus atq; illud eſt, quiud ex ma[illegible] miſſione ſua quæritur, ſic quomodo declata[illegible] in ſcriptis anterioribus habemus num. 88. Locu[illegible] nu. 140. De quo ante etiam nu 153. in fi.

Ex declaratione hac ſporte [illegible] ratio liquet, quam
161 ob rem † inter legata ſingularia, & fideicommiſſa vniuerſalia hodie etiam d[illegible] ercitia per[illegible], ne que ad ea exæquatio trahatur, ideo enim t[illegible], quod inutilis in eis differentia, ineptus in eis circuitus non eſt, quod enim iure ipſo, aut directo fideicommiſſi vniuerſalis dominium iuſuè ad fideicom[illegible] ſarium vniuerſale non ambulet, v[illegible] tell[illegible] atio opus hæredis ſit verbo, aut re facta, citrà hæred[illegible] vtilitatem non cedit, qui quartam de reſtitutio[illegible] excu[illegible], vt interius declaratur, c[illegible] quarta[illegible] particularibus [illegible] atque ideo [illegible] in eis nu[illegible] circuitus eſt, ita ad ea exæqua tio non trahitur, vt pari atq; fideicommiſſa vniuerſalia [illegible] e[illegible]mentur.

A[illegible] ad legatum, & fideicommiſſum particulare in libertate, ad legata ſingularia ratione fideicomm[illegible] vniuerſalium, Petri expoſitionẽ pertinere, locum ad ea exæquationem, ob id non habere, quod effectu in eis circuitus non caret. Cæ-
162 terum quid in legatis, † & fideicommiſſis vniuerſalibus Petr. ſenſerit, ad ea ne exæquatio trahatur, in ambiguo res eſt, ita tex. ſenſum in d. l. mulier. 1. §. fi. infra ad trebel. integrum à Petro relictum apparet, non todem factitatum à Dyno eſt, qui extrà adęqua tionem ipſam tex ponit in d. § fi atq; ideò ad legata, & fideicommiſſa vniuerſalia exæquationem ipsã non protendi.

Sed enim eam Petro fuiſſe ſententiam credo, quam maior DDċt. pars probat, vt ad legata, & fideicommiſſa vniuerſa[illegible] ad æquatio trahatur Quam Petri mentem ex ratione eius co[illegible]go, q frugi in re hac expers circuitus non eſt, ſiquidem, & aduerſus legatarium vniuerſalem quartam detrahi, & ab eo adire hæredem compelli, declaratum hic habemus num. 68. verſi. & h c aduertendum in 1. lectu. In expoſitionibus Dyni, & Petri, Bart. non acquieſcit, & quidem, quod ad Dyni expoſitiones, aut reſtrictiones attinet, cum num. 5. rationem diuerſitatis inter legatum, & fideicommiſſum in libertate affert, tacitè Dynum carpit, qui ad legata, & fideicommiſſã pecuniaria exæquationem reſtringit, atq; cauſam diuerſitatis inter legata, & fideicom[illegible] de libertate eſſe Dyn. ſenſit, ratione diuerſitatis vlla non reddita. Cum ſa-
163 tis ; non ſit, caſus diuerſos facere, niſi ſi, & diuerſitatis ipſius ratio exprimatur. l. non poſſunt de legib. l. [illegible] ff. ad l. aquil. glo. in l. ſed & ſi lege. §. item ſi [illegible] axerit in verſi. habeant. ff. de peti. hæredit. & [illegible] ſupra relata num. 41. eiuſdem vitij, & reſtrictio altera tenetur, qua de legata ſingularia exæquatio coarctatur ; ratio, & hic declaranda reſtrictionis huius fuerat, quo argumentandi genere Dyni expoſitionem nominatim hic Imola damnat column. 2. circa med. argumento hoc cõtrà Dynum vſi, & nos hic ſumus nu. 128. in 1. lectu.

Secundo ratione, & alia Dyni repudianda expoſitio videtur, cum ad legata ſingularia adæquationem
164 perſtringit, atq; ideo † ad legata, & fideicommiſſa vniuerſalia trahi exæquationem non credit, idq; per tex. in d. l. mulier. 1. §. fi. infrà ad trebel. glo. enim & vulgo doctoribus opinionem hanc reclamare inferius oſtendemus, quo argumento, ita Dynum, Are tti. hic increpat col. 5. circa fi. vim etiam manifeſtam à Dyni reſtrictionibus vniuerſalia auxæquationis ver ba accipere, expreſſum ante eſt.

Petri vero expoſitionem Bar. etiam hic oppugnat num. 4. circa fi. verſic. Petrus vero hic, ubi rationem Petri, quæ circuitu inutili nititur, non admit-- nt, quod in fideicommiſſis al[illegible] ſingularibus quam circa libertatem, bono, aut commodo hæredi eſſe circuitus poteſt, at enim locum in eis adæquatio nihil ominus habet; inde ratio iem aliam diuerſitatis, q[illegible] circuitus inutili[illegible] inter legatum, & fideicõmiſſum liber[illegible], Bart. aſcribit, rem ipſam altius enarrat[illegible], de quo infra nu. 19[illegible]

Rurſus adæquationis rationem in circuitu inepto cum[illegible] verti, Petr. ex[illegible]mat, at enim rationem aliam adæquationis introduce[illegible] dæ, atque circuitus ex[illegible] fuiſſe, Aretin. hic docet column. 4. circa [illegible] præterea, quod iſ[illegible] adæquatione, in voluntate e[illegible] teſtatoris plenius vlidulq, iuuandam ipsã adæquati[illegible] conſiſtere rationem ſcribit per text. in l. 2. C. com. de lega.

Pr[illegible], Petriq; e rationibus poſthabitus, aliter adæquationem hanc, & cirtà reſtrictionem tantam, Bar. interpretatur, vt vniuerſaliter, ſicut concepta e[illegible], æqualitate admiſſa, procedat. Hoc eſt, vt ſiquidem particulare, aut vniuerſale vtrunq; ſit fideicommiſſum, & legatum, locum exæquatio habeat Non idem probandum diſparitate intercedente, cum ſingulare vnum, vniuerſale alterum eſt, ad ea tum enim exæquationem non pertinere. Secundum, quod legata ſingularia fideic[illegible] miſſis ſingularibus, vniuerſalia legata vniuerſalibus æquata fideicommiſſis erunt. Cæterum quæ particularia legata ſunt, [illegible] miſſis non rectè vniuerſalibus
165 comparabuntur. Rei eiuſ ratio † apud nos hic adſcripta legitur num 88. i ſi ve. ſi. ratio cur in ſcriptis prioribus, ibiq; expreſſum e[illegible], legatario ipſi vniuerſali trebelliani eff[illegible]um non denegari, qui in hæreide adire compe[illegible] conſiſtit, de quo ante etiam nu. 151 verſi. ſimili modo, atq; ſi fideicommiſſario, cui a legatario ipſo vniuerſali fieri reſtitutio debet, tributum id non ſit, per eum quippe adire heres non cogitur, vtq; à quo teſtamento fieri ei non debeat, verum à leg[illegible] Cæ erum ſi legatario ſublato, reſtitutio facienda fid[illegible]omm[illegible] ſario ſit, ratio eadem cogendi, quæ in leg[illegible]tario vniue[illegible] inuenitur, ſiquidem in fideicommiſſarium ipſum iura omnia tranſeunt, vt periculi tum q[illegible] cquam adeunti non ſit.

Expoſitione hac ita a Bar tradita, quoniam contrarius expoſitioni huic tex. apparet in d. §. qui autẽ inſtitu. de ſingul. rebus per fideicom. relict. vbi cum particulare vtrunq; ſit fideicommiſſum, & legatum, par tamen vtriuſq; ius non eſt, atq; ideò æquatum vnum cum altero non inuenitur. Rurſus contrarij expoſitioni huic Bart. text. ſunt à glo. relati, quibus differentiæ quattuor inter fideicommiſſa, & legata particularia declarantur, idcirco ad obſtantia amouenda Bar. ſe inſtruit, & primum quidem in textibus glo. profligandis ſub oppoſitione prima occupamt, deinde in oppoſi. 2. circa tex. diſerit in d. §. qui autẽ.

In qua re obiter [illegible]dum, id à Bar. prætermiſſum, in quo labor eapiẽdus maior videbatur, in his enim decertandis laborat, quæ [illegible] legata fideicommiſſaúè ſingularia pertin[illegible], & quæ expoſitioni ſuæ in legatis, & fideicõmiſſis obſtare [illegible] genus vrdebantur, textum planè non attigit in d. l. mulier. 1. §. fi. qui ſentiut Bar. circa legata, & fideicommiſſa contradicere vniuerſalia uidetur, & grauius in quo negotiũ vertitur, de quo mentio vberior inferius fiet.

Circa oppoſitionẽ primã Bar. qua per differẽtias quattuor adæquatio oppugnatur verbis vniuerſalib. ab Vlpiano adfirmata, ſicut idẽ, atq; glo. oppoſitio

habet, ita ad glo. à Bart. reijcitur, atq; ideo glo. ipsā
tam in oppoſitione videndam quàm ſolutionib. ait.
166 Dixerit hic aliquis, hoc ipſo, † quòd ad oppoſitionē,
& ſolutiones glo. controuerſiam Bar. refert, ſolutio-
nes ipſas approbatas intelligi. l. aſſe toto ſuprà de hę
redi. inſti. l. ſi ita ſcripſero infra de condi. & demon.
ex quibus legib. ita approbationem ex relatione So-
cin. colligit in conſi. 183. nu. 5. circa fi. verſi. confir-
matur iſta concluſio ho. Hoc amplius hoc ipſo ap-
probata opinio creditur, quòd non improbatur glo. 1.
in l. inter omnes. ff. qui ſat. cogan. quam magni fieri
Curti. ſen. ſcrib. in conſi. 58. nu. 5. verſic. & eſt ad-
uertendum, quòd nemo, at enim niſi primam glo. ſolu
tionem recipiendam non fore, infra Bar. ſubijcit nu.
3. in fi. verſi. nunc reintrò glo. quinetiam, ſolutionē
primam cognitionis facilioris cauſa, Bar. oppugnat,
iure enim antiquo differentias quatuor introductas,
adæquationem verò de media iuris prudentia, ſeu di
geſtorum iure [illegible] m, prima glo. ſolutio habet, at-
qui longè poſt dig[illegible] per I[illegible] adæquatio-
nem factam, te[illegible] o[illegible] ndit [illegible] C. com. de lega. vbi
adæquationem hanc ſuam Iuſtinianus facit, ſibiq;
vendicat, quod verè minime f[illegible] t in ab eo non fie-
ret, ſi ante eum iureq; ipſo digeſtorum inſtituta adæ-
quatio eſſet, id quidem [illegible] ipſimus, quòd nō citrà ſtudium,
& curam, adęquationem ipſam à ſe comparat Iuſti-
167 nianus ipſe all[illegible] it. Itaq; † quomodo ex integro fie
ret adęquatio potuit, quę inuenta iam eſſet argum. l.
nam etſi ſub conditione verſi. poſt defectum ſuprà
de inuiuſto teſtam, c. ad diſſoluendum de deſponſa.
impub. vbi diſſolui amplius nequit, quod diſſolutum
iam ſit, quo argumentandi genere Aretin. hic vitur
colum. 2. in fi. verſi. ſecundo hoc ipſe probat, tex. huc
pertinet in l. quibus idem. ff. de verb. oblig. monen
ſt nullius ſtipulationem ſecūdam haberi ad primam
adiectam, quem tex. pro ſententia hac Crot. hic no
minat num 24 quomodo igitur à Bart. ſolutiones
glo. approbatas per relationem dicemus, cum niſi
prima non vtatur, quam & ipſam tamen cædit, quo
planior res, faciliorué fiat.

Conſequenter his dicendum, relatione, aut remiſ-
ſione in ſolutionibus his ad glo. non eo Bart. vſum,
quòd eas omnes agnoſceret, quatenus niſi primam non
admittit, verum, vt ex inſpectione ipſa vitium earum
168 lector diligens animaduerteret. Inde † colligere li-
cet, ex relatione generali approbata ea non intelligi,
quæ iuri contraria, aut rationi ſunt. l. vni. §. ſi procu-
rator. ff. ſi quis ius di. non obtem. l. ſi procurator. ff.
de condi. indebi. l. ſi pater. ff. de his quæ in frau. cre-
dit. l. 1. §. quotiens cum glo. in ver. verus ff. de vi, &
vi arma. l. 2. C. de condi. in ſer. c. veniens, & c. quin
tauallis de iureiuran. c. 1. eo. lib. 6. c. ſi compromiſ-
ſarius. § 1. de electio. eo. lib.

Quod igitur dictum eſt, ex relatione approbatio-
nem induci, ad eum caſum pertinet, quo ſimpliciter
relatio fit, aliter atq; vbi ex relatis aliqua ſolummo-
do admittuntur. Locū quippè coniecturę in re clara
non habent. l. ille, aut ille §. cum in verbis. l. nō aliter
infrà tit. 2. l. cōtinuus. §. cū ita. ff. de verb. obl. Proinde
cū niſi ſolutio prima gl. admiſſa à Bar. non ſit, nihil
eſt, quòd confirmationē aliaſā ex relatione inducamus.

Secundo ex relatione approbatio non deſcendit,
vbicunq; verba alterius ſimpliciter quis refert, Bar. &
alij in l gallus §. idem credendū in 1. oppoſi. ibiq; Iaſ.
nu. 6 Galiau. nu. 9. ſupra de lib. & poſth. cum qua
ſententia tex. fac[illegible] c. ad h[illegible] ibiq; Doct. de reſcrip.
de quo tex. in d. §. idem credendum Galiau. meminit
num. 9.

169 Hic etiam obſeruandum, cum † in primam glo. ſo
lutionem Bar. argumentatur, à Iuſtiniano, nō etiam
de media iuris prudentia exæquationem inſtitutam,
namq; vt impugnationem hanc Bar. ſibi adſcribat,
a glo. tamen hoc ipſo animaduerſam, quòd ad ſolutio-
nem ſecundam deſcendit, in qua mediæ iuris prudē
tiæ tempore receptam adæquationem negat, cum
niſi Vlpiano non placeret, ſi dixeris eo impudentiæ
venturum Vlpianum non fuiſſe, vt adæquationem
adfirmaret, quæ à iuriſconſultis repudiata cæteris eſ-
ſet. Reſpondetur, a compilatoribus Vlpiani opinio-
nem ideo, ita perſcriptam, quòd ei poſteà ſubſcriptum
à Iuſtiniano ſit, apparet ex his, ad argumentum Bar-
toli glo. ſam prius cogitaſſe.

Antequam ſolutiones glo. contra oppoſitionem,
quæ in differentijs quatuor conſiſtit, Bart. attingat,
ſolutionem Iacob. de Aretio referi, qua differentia-
rum arg. confitendo diluit, admittit enim Iacob. dif-
ferentias in glo. relatas Vlpiani etiam, & medię iuris
prudētiæ tempeſtate nedum apud vetuſtiores fuiſſe.
Si dixeris, perperam ergo ab Vlpiano adæquationē
aſſeueratam, reſpondet Iaco. non ita latè vniuerſali-
teruè Vlpianum loqui, vt glo. ſibi perſuaſit Doct. q;
habent, vt mutuam adæquationem videlicet, Vlpia-
nus intelligat, qui niſi fideicommiſſis exæquata lega-
ta non ait, atq; ideò niſi legatorum iura communica
facta cum fideicommiſſis non ſunt, è contrario pla-
nè, quæ pręcipua fideicōmiſſorū erant, legatis ipſe illo
impartita digeſtorū non leguntur, verū per Iuſtinia-
num ipſum adæquatio hæc inuenta reciproca eſt.

Conſequens ſolutioni huic Iaco. de Are. fit. non
rectè contra adęquationem hanc ab Vlpiano relatā
differentiarum arg. intortum, quæ contrariæ adę-
quationi non obſtant, quàm niſi ex parte legatorum
Vlpianus non refert. Conſequenter ſecun. dicendū,
per iniuriā adæquationis ſibi arrogatæ Iuſtinianum
incuſari, perinde quaſi de media introducta iuris pru
dentia eſſet, cum à Iuſtiniano vti generalis, & mutua
inuenta vere ſit.

Solutionem hanc Iaco. de Aretio Bart. damnat,
vtpotè textui huic Vlpiani contrariam, per quem ex
diuerſo quàm Iaco. putet, fideicommiſſorum iura le
gata potius participant, namq; ſi ea, quam Iaco. cre-
dit, Vlpiano mens fuerat, vt legatorū iuribus fideicō-
miſſa potiātur, ꝫ vtiq; ſcripſiſſet, per oīa legatis fidei-
com. exæquata, ceterum cum ſcriptū ita ſit, per om-
nia exæquata ſunt legata fideicommiſſis, hoc ipſum
verba hæc ſonant, vt quod amplius in fideicomiſſis,
quam legatis eſt, legatis id partimm cenſeatur, rei cu
ius demonſtrandæ cauſā, præceptionem Bart. tradit,
in qua caſus duos obſeruat, & diſtinguit.

170 Primus caſus. Quotiens † mutuum, aut inuicem
plura coæquantur, quo caſu ſecundū verba ipſa adę-
quatio intelligitur, vt quod in vno plus quàm in alte
ro eſt, ad alterum viciſim pertineat d. l. 2. C. com. de
lega. §. noſtra autem inſti. de lega. l. quia autē verſi.
ſi verò non inciderit, ſuprà ſi quis omiſſa cau. teſta.
vbi cum ex codicillis, tàm his legata dantur, quibus
iam legatum per teſtamentum erat, quam alijs, qui-
bus nihil quicquam, relictum teſtamento ſit, & ex fa
cultate à teſtatore permiſſa, ab inteſtato, teſtamento
ipſo omiſſo, hæres adit, per omnia, inuicemq; lega-
tatij adæquantur iuxtà codicillares, ac teſtamentarij,
inde fit, vt falcidiam omnes ex æquo ſuſtineant, ita
mutua in omnibus adæquatio inuenitur, quod ſecus
eſt, vbi iniuſſu teſtatoris teſtamenti cauſa deſeritur,
& ab inteſtato hæreditas agnoſcitur, teſtamentario-
rum, tum enim conditio potior legatariorū eſt, qua
ratione, ſi falcidia detracta reliqui nihil ſit, quod lega
tarijs codicillarib. detur, diſpendiū oē ad eos recidit.
171 Pro eadem ſententia tex. Bar. vocat. in authen. in
ſucceſſione C. de ſuis, & legiti. vbi ſicut inuicem pa-
res liberi omnes facti in ſucceſſione ſunt ſexus, tā fœ
minini quam virilis, ita aduſq; gradū decimū ex quo
oēs admittūtur q̄uis niſi gradu ſexto tenus, cognati
olim nō admitterētur, rei cuius ratio ea adſcribitur,
quod

quòd inuicem,& ſimpliciter cognatorum,& adgnatorum facta adæquatio eſt,atque ideo generaliter,& quantum ad omnia,intelligi eam conuenit, vt glo. ibi obſeruat. Expreſſius id textus declarat in §.ſi vero,neque fratres in auctẽ. de hæredit. ab inteſt. venien. vbi diſcrimen ipſum omnino deletum agnationis,& cognationis eſt inde glo. ibi prima ſcribit, ad gradum, vſq; decimum cognatorum ſucceſſionem protendi,ſed enim ius idem probandum, tam & ſi generaliter mutuumq; facta exæquatio non ſit, verum agnatis pares ſolummodo facti cognati ſint, à cognatis plane quid eſt,quod agnatis accreſceret.

Caſum alterum Bar. diſcernit, cum non mutua in omnibus verum ex parte vnius tãtummodo adęquatio inducitur, ideſt cum vni alterum æquatur. Quo caſu ea adæquationis vis eſt, vt nihil ei accedat, ſeu pluris quicquam id non accipiat, cui adæquatio fit,verum ex diuerſo rei ipſi adęquatę accreſcit,quod amplius in eo eſt, quo cum exæquatur. Exempli loco,cum principi æqualis auguſta fit. Principi ipſi, cui comparatur, nihil quæritur, per Principem ſolũmodo auctior auguſta fit. L. princeps. ff. de legibus vbi priuilegijs eiſdem à princeps, auguſta fruitur, atque ideo legum nexibus ſoluitur, ex diuerſo planè, ab auguſta ipſa ad principem quid peruenire, expreſſum textu non eſt, id quia niſi ex parte vna ideſt auguſtæ æquatio non fit, quæ ad Principis ſimilitudinem redigitur. Declinari tamen text.is non ægrè poteſt, ob id ab auguſta Principi nihil addi,quod nihil pluris in ea inſit, quod Principi tribuatur, Quocirca locum Bart. dictum in mutua etiam adæquatione haberet. In eandem ſententiam tex.Bart.vocat in l.fin.C.de liber.præter. In quo pares in ſucceſſione cum maſculis fœminæ æſtimantur. Per quam adæquationem iuris quicquam maſculis non accedit,at detrahitur, partem fœminis cum eis facientibus. Qui text. oppugnationem eandem, atq; text. patitur in d.l.Princeps,vt ius idem, & in mutua ſeruandum adæquatione ſit. Pro caſu hoc ſecundo text. etiam Socin. hic addit,num.4.in l.1 §.1. infra ſi quid in Franc. Patro. & in l. illud in princip. infra de dona. cau. mort. quos text. mutuo Iaſ. citra reſtitutionem, aut recognitionem hic rogauit nu. 32.

Apparet ex traditione hac Barto. Iacob. de Are. expoſitionem ſenſumvè textui huic non obſcurè refragari. In quo cum fideicommiſſis æquata legata ſunt, niſi fideicommiſſorum iura impartita legatis non eſſent. Quæ exæquata fideicommiſſis ſunt. E contrario verò quod amplius in legatis ſit, commune cum fideicommiſſis non fieret, contraquam Iaco. ipſius expoſitio, & ſententia ferat. Qui legatorum iura fideicommiſsis tributa ait.

Vltra Barto. ratione alia expreſsiore Iaco. ſenſus proſternitur. Differentias enim iure ſiorum conſiſtere inter legata,& fideicommiſſa ait. Ad tex. planè Vlpiani reſpondet, niſi ex parte vna hoc eſt fideicommiſſorum, adæquationem non intelligi, vt cõmunia legatorum iura cum fideicommiſsis fiant, ita adæquationem, aut communionem hanc ex parte alia fideicommiſſorum negat, vt iura eorum legatis tribuantur, ad quem modum adæquationem mutuam excludit, mutua quippè haud dubiè inueniretur,ſi & fideicommiſſorum iuribus participare legata facimus. Sed enim ex reſponſione hac Iaco. non modo argumentum non diluitur,quod ex differentijs deſumitur,verum efficacius fit. Iura enim legatorum cum fideicommiſsis diſtributa, & fideicommiſsis ipſis communicata ait,ita legatis ſimilia fideicommiſſa facit. Quo admiſſo,deterior infirmiorq; fideicommiſſorum conditio circà differentias tres fiet.Nam cum niſi ex teſtamento,ab hærede,& in vita eius iure antiquo non legare. Quod alter in fideicommiſsis erat,ſecundum Iacob. ſenſum per adæquationem ipſam cauſa eadem fideicommiſſorum æſtimabitur,vt niſi ex teſtamento,in vita hæredis, ab

172 eoq; fideicõmiſſa non dentur,ita adæquatio † hęc, quæ ad ampliationem ſpectat,diminutionem pariet contra tex.in l.ea lege in prin.ff. loca.l. ea tamen adiectio infra tit.2.l.ſi mancipia infra de fundo inſtruc. l.1.§. vnde quæritur,ff.de publicanis.l.Titio.§.ſi ff. de manu.teſta.l.quotiens.ff.de actio.& oblig.l.fin.C. de præpoſi. agen. in rebus lib. 12.

Si dixeris,eum ſenſum Iaco.non fuiſſe, vt pari ad omnia cum legatis iure per adæquationem hanc fideicommiſſa habeantur, verum ad legatorum eam vires reſtringendam,hoc eſt vt vim, aut efficaciam eandem,atq; legata,fideicommiſſa quoq; habeant, quæ infirma olim erant, & ex arbitrio grauatorum pendebant Non etiam vt per adæquationem ipſam quid eis decederet. Reſpondetur, reſtrictioni huic verba vniuerſalia Vlpiani contradicere,per oĩa, &c. Rurſus caſus demum diuerſos in opinione hac Iac. facit,adęquationem niſi ex parte vna non admittendo,ratione diuerſitatis vlla non expreſſa, cur & ex parte agnoſci altera non debeat,contra ea,quæ ſcripta,ante ſunt num.41.

Conſequenter his dicendum, ꝙ ad Iac. de Aretio ſolutionem,aut opinionem attinet,incolume, atq; viuidum argumentum manere,quod ex differentijs quattuor memoratis obiectum contra text eſt, qñquidem,nec ex parte vna,vt Iacob. credit,vera adæquatio vniuerſalis apparet, ſi poſt mortem hæredis fidei committere eius non licet.

Præceptionẽ ſuam in adęquatione per caſus duos diſcretum ad quæſtionem Bar.applicat. Cũ par nobilium,atq; popularium conditio per ſtatutum fit. Quem ſenſum enim æquatio hęc habeat, ex p̃dictis liquet.Namq; ſi mutuum facta exæquatio ſit, generaliter,vtrinq; intelligenda erit, vt quod amplius in parte vna,quam altera eſt,commune vicitim fiat. d. l.2.C.com.de lega.d.§. ſed non vſq; inſti.de lega.vbi expreſsim adæquationis huius inter legata, & fideicommiſſa inductæ, & poteſtatis eius mentio fit, ꝙ idem ex tex.confirmatur in d.auctẽn.in ſucceſsione. C.de ſuis,& legi.& in d.§.ſi vero,neq; fratres in auct. de hæred.ab inte.ven.gloſis, vtrubiq; adiunctis.

Sin autem vltro,citroq; facta exæquatio non eſt, verum niſi ad partem vnam non ſpectat.Ea demum pars incrementum ſentiet, gratia cuius æquatio fit, ſeu quæ cum altera æquatur, verbi gratia cum ſimilis nobilium conditio popularibus fit, vel pares cũ popularibus nobiles habentur. Quæ iura popularibus ſunt,nobiles conſequũtur Ex diuerſo planè nobiliũ prærogatiuis populares non fruuntur,id quia nobilibus ipſi non comparantur.d.l.princeps,ff.de ll. d. l. fi. C.de lib. præteri.

Adæquationis ſpecies ſermone non parco apud nos hic in commentarijs prioribus tractatur per regulas duas cum ampliationibus,& limitationibus à nu.95.aduſq; nu.120 vnde ſatis in præſentia erit, ad ſcripta noſtra auditores lectoremq; deducere.

173 Miſſum hic Bar.dictũ faciendũ non † duxi in l.2.n.7.ff.de duob.reis,de quo hic apud nos nu.107.violẽter verbũ bifariã in teſte intelligi, q violenter à viro cognitã mulierẽ aſſerit,actiuè,& paſsiuè, vt vim ẽt paſſus vir dicatur,atq; ideo ambiguũ teſtimonium æſtimari.Bar.n.opinionẽ repudiari oſtẽdimus,ab eo ẽt Iaſ.diſſentire poſtea reperi in l.nõ hoc nu.8.ver.ſexto adde.C.vnde legit. cumulatius.q.hãc in d.l.2. Rochegallus attingit,& diſcutit è nu.47. nu. vſq; 72. ad extremũ vero cõtrouerſis Doc.teſtimonijs, & argumẽtis relatis,a Bar.diſcedit,quo magis admirer,Bar. opinionem conſulendo Ruinum amplexũ in conſ. 135.col.2.cir.med.lib.4.& in conſ 145.nu.45.lib. 5.

Opinione Iaco.de Aretio a Bar.confutata, ad pri-
174 mam gl.ſolutionē † Bar.redit, in qua iure antiquo
differentias fuiſſe prædictas ait, Adæquationem ve-
rò de media iuris prudentia introductam, quæ iure,
C.agnita à Iuſtiniano eſt, ita iura tria ſolummodo.
glo.obſeruat, antiquum, mediç iuris prudentiç, quod
idem, & horum dicitur, & ius.C.Bar.planè ſpecialius
& clarius diſtinguendum putat, vt iura quatuor ſpe-
ctentur, vetuſtius illud 12. tabularum, quo ampla
verbo lego poteſtas erat, inſtitutiones, legata, fidei-
commiſſa, tutelæ dationes, & relicta omnia appræ-
hendēs.l.verbis legis.ff.de verb.ſignifi.

Ius ſecundum antiquum fuit, quo ipſa verbi lego
decurtata vis eſt, vt niſi legata non denotet, quæ ab
hærede relicta ex teſtamento ſunt. d.l. verbis legis in
fin.ſub iure hoc antiquo differentias eas fuiſſe Barto.
ſcribit, de quibus gl. hic meminit.

Tertium digeſtorum, ius ſeu mediæ iuris pruden-
tiæ Bar. reputat. Quo iure adæquationem hanc vl-
trò, citròq; in legatis factam, & fideicommiſſis ſcri-
bit. Si dixeris, generalem adequationem hanc non
eſſe, quam Vlpianus teſtatur, verum ad legata eam
ſolummodo reſpicere, quæ fideicommiſſis æquata
expreſſum eſt, reſpondet Bart. vt particularis in l. hac
adæquatio videatur, generalem eam tamen ex ll.
alijs oſtendi. Quibus pari cum legatis iure, & fidei-
commiſſa cenſeri apparet, idq; ex tex. præcipuè de-
clarari in l.ſi res infra tit. 2. vbi ob fideicommiſſum
exigendum æquè, atq; propter legatum actio acco-
modatur, ita legato ſimile fideicommiſſum inueni-
175 tur, ſiquidem actio † qua ante digeſtorum ius pro-
dita fideicommiſſorum cauſa nō erat, cum infirma
eſſent, & à mero hæredum arbitrio penderent inſtit.
de fideicom. hæredita. in prin. pro qua ſententia id-
eſt actionem ob fideicommiſſa conſequenda iure
ſtorum fuiſſe, text. & alios Crot. hic dat num. 15. &
ſeq. Torniel. num.29.

Quartum, C.aut Iuſtiniani ius Bar. meditatur, quo
iure adæquatio hęc introducta regulæ vice eſt.d.l. 2.
C.com.de lega.§.noſtra inſti. de lega.

In diſtinctione hac iuris quadruplicis à Bar. expreſ-
ſa obſeruandum, primam gl. ſolutionem per diſtin-
ctionem ipſam ex aliquo à Bar. non lædi, verum ap-
probari. Quandoquidem ſiue ius 12. tabularum ve-
tuſtius, ſiue antiquum ante mediam iuris prudentiā
intueamur, locum ſemper gl. ſolutio habet, ante Vl-
pianum, aut mediam ipſam iuris prudentiam diffe-
rentias illas fuiſſe. Proinde niſi ad ſignificantiorem
iuris antiqui ſenſum enarrandum Bart. inſpectio nō
pertinet, reliquas gl. ſolutiones recitatu dignas Bart.
non putat, quas confutatas, & ſuprà, & hic habemus
nu. 94. verſ. ſecunda ſolutio.

Monendi ſecundo in Bar. dictis ſumus, cum ge-
neralitatem adæquationis huius ex ll. probari alijs
ait. Quod ad Vlpiani verba attinet, particularem
adæquationem ipſam à legatis videri, quæ fideicō-
miſſis æquata leguntur, & ratio hic nō immerito in-
dagari apud Vlpianum poſſet, quamobrem ex parte
vna quam altera potius adæquationis meminerit.

Tertio, argumenti illius diſſolutio ex Bart. verbis
176 ſequitur, quod † contra Iuſtinianum obijcitur, qui
in d.l.2.C.com.de legat. adæquationem ipſam fidei-
commiſſorum, & legatorum ſibi arrogat, cum ante
eam inſtitutam Vlpianus hic afferat. Namq; genera-
lem eam, aut mutuam Vlpianus non adfirmat, at
particularem, & quamquam per ll. alias ſimilitudo
inuenitur, in caſibus id tantum quibuſdam fit, Iuſti-
nianus planè generaliter per caſus omnes, & regulæ
vice exæquationem ipſam conſtituit, proinde gene-
ralitatis huius, & regulæ nomine, non iniuria adæ-
quationem ipſam ſuam Iuſtinianus fecit.
177. Quartò animaduertendum, cum † iura quatuor
Bar. contemplatur, melius non pluſquam iura tria à
gl. adnotata ſupra oſtendimus nu. 146. verſ. ſed me-
lius, idq; per tex. in l. 1. 2. & 3. ff. de pet. hæred. vbi poſt
ius 12. tabularū, digeſtorū ius mox ſubijcitur, ita ius
mediū inter 12. tabulas, & digeſta per leges memora
tas non admittitur, contra quam viſum Bar. eſt, qui
antiquum ius ante digeſta poſt antiquius illud 12. ta-
bul. conſiderat. Rurſus ius ipſum antiquum, & ante
digeſta, in iure ipſo tabularum. 12. conſiſtere, ex text.
oſtenditur in l. 1. §. ſi nemo, ibiq; gl. in ver. antiquum
infra ad tertul. & in l. fi. infrà de regula cato. quos tex.
in ſententiam hanc Iaſ. profert in l. 1. in prin. C. vnde
vir. & vxor. Nigri hic nu. 32. de quo ante ēt nu. 146.
178 Sed obſeruandum, antiquum ius, † gl. ſententia, in
tabulis 12. conſiſtere. Bar. vero teſte, poſt tabulas 12.
& ante digeſta ipſa antiquum ius intelligi, atq; ideo
vtram vis opinionē admittamus, antiquum horum
ius non æſtimari.

Sed enim, & in digeſtis antiquum ius conſiſtere,
tex. oſtendit in §. ſed ea omnia, & in §. item vetuſtas.
inſt. de hæred. quę ab inteſt. defer. quos tex. in ſenten-
tiam hanc Cro. hic nominat. nu. 24. verſ. ſecunda ra-
tio, inde hoc amplius ſubijcit, niſi digeſtorum ius an
tiquum non dici. Sed enim ad tex. non animaduer-
tit, qui citati è regione ſunt.

Vnde materiam ſpęctandam ſubiectam puto, &
pro ea antiquū ius accipiendum, idq; per text. in pri-
mis in §. diſponat in auctern. de nupt. vbi & antiqui
& antiquiſſimi nomine 12. ius tabularum vocatur.
Antiquum. n. præ digeſtorum iure rectè dicetur, quo
caſu antiquū digeſtorū, ius ratione tabul. 12. non ap-
pellabitur. Rurſus ſi ipſum digeſtorū, ius cū poſterio-
ri iure conferimus, quia antiquum tūc digeſtorū, ius
apparet antiquiſſimum quantum ad ius ipſum po-
ſterius. 12. ius tabul. vocabitur, ita nominibus, aut re-
ſpectibus diuerſis prout res ipſa patitur antiqui, & an
tiquiſſimi vocabulum iuri ipſi 12. tabularum defere-
mus, atq; in ſpecie hac materiam ſubiectam ſequē-
dam Nigri hic ſcribit. d. nu. 32.

Quinto in Bar. dictis, & nu. 4. videndum. Namque
179 † iuri ipſis antiquiſſimo. 12. tabul. fideicommiſſorū
originem ſimiliter, vt legatorum tribuit, cum gene-
raliſſimum eo iure lego fuiſſe verbum ait, quod ad
inſtitutiones, legata, fideicommiſſa, tutores dandos,
& omnia pertinebat, quæcunq; ſcripta teſtamento
eſſent. Sed enim Bart. ſententiæ Iaſ. hic obſtrepit, nu.
37. verſ. Caue tū. Aduerſus quem Bar. defenſio ſuſce-
pta a nobis hic eſt nu. 116. in priore lectu. cum Bart.
tū pugnare tex. videtur in d.l. verbis legis. Etenim ſi
nata iam eo tempore fideicommiſſa facimus, cre-
180 dibile non † eſt, taciturum de eis iuriſconſultum
fuiſſe ſimiliter, vt de inſtitutionibus, libertatibus, le-
gatis, à tutelis meminit. l. ſtichum qui meus erit infrà
eo. l. vni. § ſin autem ad deficientis. C. de cad. toll. c. in-
ter corporalia de transl. epiſ. c. cum dilectus. verſ. ſed
contra de dolo, & contuma. c. ad audientiam de de-
cim, id quidem in primis, ꝙ memoratu indigna fi-
deicommiſſa non ſunt, quorum memoria habere-
tur. l. item apud labeonem, §. ait prætor. ff. de iureiur.
l. eos. C. de aquæductu. lib. 11. Bar. in l. 1. §. ne autem,
ff. de dolo. Alex. in conſ. 104. in fin. lib. 1.
181 Sextò ex Bartol. colligitur, Ordinanti † actum
tribuendum, ab eoque denominationem duci, tam
& ſi ab alio ante introductus, aut inuentus ſit. Namq;
vt ante Iuſtinianum, & ipſo digeſtorum iure gene-
ralis, mutuaque fideicommiſſorum, & legatorum
inducta adęquatio eſſet. Attamen quia ordinem, ſta-
tum, aut certum non habebat, verum ſparſim id per
leges diuerſas, & niſi in caſibus quibuſdam non repe-
riebatur. Non immeritò eam ſibi Iuſtinianus arro-
gauit, Qui author eius ab ordine, & regulę vice quā-
tum ad omnia fuit.

Ita Bar. hic ſentit. textu Bar. ſententia iuuatur in rubric. ff. de inſtit. & iure, vbi fforum liber Iuſtiniani nuncupatur, quod ratione alia fieri niſi ordinationis non potuit, ita ordinanti actus datur, qui prius extaret. tex. huc ſcitiſſimus accedit in l. 2. §. 1. ff. de orig. iuris, vbi papirianũ ius idcirco tex. aſſerit, papirioq; vendicat, quamuis auctor eius papirius non fuerit, ꝙ vagum id, & ſparſum in ordinem digeſtum à papirio ſit, quos tex. in ſententiam hanc Signorol. vocat in conſi. 61. num. 15. verſi. ſecundo modo, de qua re mentio hic apud nos copioſa num. 112 & tribus ſequen. in 1. lectu. textuſq; & Doc. de re hac nõ parcè neq; ex vſu breui relati.

Videndum tamen, non ordinationis, verum inuentionis nomine adęquationem hanc ſibi Iuſtinianum ſumere, ſiquidem verba eius ſedulò expendimus in d. l. 2. C. com. de lega. caput enim adæquationi ipſi ipſum ſe facit.

Septimo aliud etiam memoratu dignum ex Bart.
182 hic deſumitur, ocioſam diſpoſitionem † non ęſtimari, vnde dubitatio eluitur, namq;, vt ante Iuſtinianum adæquatio exiſteret, attamen quia de ea traditum per regulam non erat, in quęſtionem vocari poterat, generaliter, ne & quantum ad omnia locum haberet. Dubitatio hęc amota à Iuſtiniano eſt, qui per regulam exęquationem ipſam compoſuit, de qua re ſermo hic apud nos locupletior in ſcriptis anterioribus num. 115. Signorol. huc accedit in conſi. 244. colum. 1. circa med. Iaſ. in l. ſi quis poſthumos. §. ſi filium num. 46. ſuprà de lib. & poſthu. & quod Socin. iun. ſcribit in conſi. 62. num. 22. lib. 3. ab effectu vacuum ſtatutum non intelligi, vnde commodior, faciliorue declaratio, aut probatio ſequitur, de qua re ſuprà etiam mentio facta num. 38. 65.

183 Octauo ſenſus d. l. verbis † legis in fi. ex Bart. hic percipitur, quomodo coanguſtationem illam iuris intelligi xij. tabularum oporteat, quo poteſtas latiſſima in verbis illis oſtenditur, ls vti legaſſet, ſuę rei ita ius eſto. Senſum enim geminum admittere coanguſtatio poteſt. primum circà ſignificationem verbi lego, quod generaliſſimum, & directum iure primęuo erat, vt ad inſtitutiones etiam traheretur, vtrum reſciſa ſignificatio hæc, tam ampla legum, aut iuriſcõſultorum anctoritate dicatur, vt directum, & generale eſſe lego verbum deſierit, atq; ideò niſi ad legata non referatur. Senſus ſecundus non ad ſignificantiã verbi, verum ad poteſtatem, aut facultatem legandi ſpectat, quæ decurtata per legem falcidiam eſt, vtrũ ad poteſtatis huius diminutionem coanguſtatio memorata pertineat. Bar. hic, cum ius ſecundum, & antiquum ante digeſta, & poſt tabulas xij. obſeruat, & de eo ſentire text. ait in d. l. verbis legis in fi. quo legum, & iura conſtituentium anctoritate facta coanguſtatio eſt, ad verbi lego ſignificatum minorem faciendum coanguſtationem illam ſpectare putat.

Sed enim ad poſteriorem modum, hoc eſt ad poteſtatem legandi coanguſtationem illam propter legem falcidiam referendam, demonſtratum hic habemus in priore lectu. num. 116. verſic. conſidero tamen, idq; ex Iuſtiniano inſti. de lege falci. in prin. vbi nominatim coãguſtationem illam, de qua in d. l. verbis legis, ita interpretatur. Idem in d. l. verbis glo. probat in ver. legum. Cumulatiusq; executi id ſumus in rubri. ſuprà eo. num. 42. verſi. ſecundo pro iſta opinione in 1. etiam lectu.

Summa oppoſitionis huius primæ Bart. poſt glo. eſt, differentias quattuor, de quibus in glo. ante ius fforum fuiſſe, & iure ipſe fforum, abrogatas, ſic quomodo prima glo. ſolutio habet, qua cum Bar. cæteriq; ſentiunt.

Contrarius ſolutioni huic tex. videtur in §. præterea inſti. de fideicom. hæredi. vbi diſcrimen expreſſum inter legata, & fideicommiſſa legitur, ꝙ legata niſi ex teſtamento non valent, quod aliter in fideicõmiſſis ſeruari text. ait, quæ ex codicillis non inutiliter
184 dantur. At qui † longè poſt fforum. ius editas inſtitutiones eſſe non ambigitur, cum & ipſum C. ius ſequantur, idq; interdum corrigant Bar. in l. qui ſe patris num. 8. C. vnde lib. Iaſ. hic num. 37. in fi. verſi. huic obiectioni, & apud nos nu. 120. verſi. conſidero in priore lectu. inualeſcit argumentum, ꝙ in verbo præſenti ſubiunctiui tex. loquitur in d. §. preterea. cũ alioquin legata niſi ex teſtamento non valeant. reſpõſiones Soci. & Iaſ. ad tex. illum relatas, & confutatas hic habemus nu. 117. & duobus ſeq. in prioribus cõmentarijs.

Reſponſionem tolerabiliorem, atq; illam neſcio, quam in congreſſibus, aut ſeſſionibus noſtris Papiæ
185 aſſerebam, tempus † illud præſens ſubiunctiuũ non valeant, pro tempore imperfecto ſubiunctiuũ eiuſdẽ accipi, non valeant, ideſt non valerent, ad quem modum non rarò apud iuriſconſultos accipitur, vt in l. 3. §. interdum ff. de nego. geſt. Ibi nam ſi affectione coactus, ne bona mea diſtrahantur, negocijs te meis obtuleris, diſtrahantur verbum pro diſtraherẽtur neceſſario accipitur, cum tempore ipſo præſenti diſtractio non fieret, neq; præſens diſtrahendi, at futurus metus erat, eodem tex. pertinet in l. ſi mulier in prin. ff. quod metus cau. Ibi cum de ſuo ſtatu periclitabatur, ad periculum enim futurum etiam, verbum illud reſpicit, quod temporis indicatiui imperfecti eſt, & quod ſonare in præſens videtur, eiuſdem ſententiæ tex. eſt in l. ſi filia ff. de diuor. ibi ſi filia idcircò diuerterat, vt maritum lucro dotis afficiat, ideſt afficeret, tex. huc accedit in l. ſi pupilli. §. 1. ff. de nego. ge. Procuratori tuo mutuam pecuniam dedi, vt creditorem tuum liberet, ideſt liberaret, cum illico, aut eodem tẽporis puncto facienda liberatio non eſſe. Comicus item cum his in hecyra facit, aliquando tandem huc animum, vt adiungas tum, quam longum ſpacium amandi amicam tibi dedi, adiungas enim pro adiungeres intelligitur.

186 Ex diuerſo præterito † imperfecto ſubiunctiui in ſenſum præſentis modi eiuſdem, iuriſconſulti vtuntur, vt in l. 3. §. ſi quid minori ff. de minor. ibi interfuit enim eius non capi, cum patri hanc non acquireret, ideſt cum patri non acquirat, at ipſe habeat, cauſa eadem præſentis indicatiui eſt, quod pro imperfecto eiuſdem apud iuriſconſultum legitur in l. ſeruitutes. §. ſi ſublatum. ff. de ſeruitu. vrba. præd. ibi ſi ſublatum ſit ędificium, ex quo ſtillicidium cadit, quod verbum pro cadebat neceſſariò vertitur, ſiquidem ædificio cadere collapſo nequit.

187 Aliena ab his non ſunt, quæ † glo. & Doct. ſcribũt in l. in criminali. C. de iuriſdict. omn. iudi. & in c. ſi diligenti de foro compe. vbi verba præſentia ſubiunctiui pro futuris habent, ne iure ipſo, at per ſententiã quid inducatur, vt verbis cadat à iure ſuo, verbum etiam valeat, ad futurã quãtum ad effectum Abb. trahit in c. nonulli §. ſunt, & alij nu. 6. verſi. ego ſum ſolitus, de reſcrip. Corſet. lign. 390. verbum non valeat temporis tamen futuri verbum valeat Abb. & Corſet. non conſultò ſatis æſtimant, quare aliud videtur, temporis futuri, atq; ad futurum referri verbum aliquod poſſe, & in clauſula codicillari per verbum valeat concepta, ad futurum eam vitium teſtamenti trahi, Oldra. putat in conſ. 141. nu. 3. in fi. idem ſentit in conſi. 171. nu. 18. Fulgo. in l. præcibus num. 13. C. de impub. Lanfranc. in l. centurio nu. 26. verſic. tertia concluſio, ſuprà de vulga. Alex. in l. cum ſtipulamur. ff. de verb. oblig. Corn. in conſi. 320. ante fi. verſi. inſuper cum vigeat lib. 4. Deci. in conſil. 320. num. 1. in vitio tamen præſenti Deci. loquitur, quod & in caſu videre Oldra. eſt in d. conſ. 171.

Inde

Inde non rectè contra ſenſiſſe Bal. videtur in cõſ.
424. pſæſuppoſito, ꝙ dictus teſtator lib. 4. in ſenten-
tiam cuius itum, & à nobis eſt in conſi. 69. ſed enim
ad teſtimonia tunc animaduerſum contraria nõ eſt,
188 quare pudori non † erit, de ſententia priore in di-
uerſam meliorem, æquiorem, & frequentiorem di-
ſcedere quod idem, & iuriſconſultis factitatum non
rarò legimus l. emilius. ff. de minor. l. labeo cum gl.
ff. de ſeruit. ruſti. præd. l. dedi. § ſi quis quaſi ff. de cõ-
di. ob cau. l. pen. ff. in quibus cau. pignus taci. contra, l.
Dominus ſuprà de teſta. l. proximè ſuprà de his quæ
in teſta. delen. l. filiusfamilias. §. diui. cum glo. 1. in-
frà eo. l. diui infrà de iure patro. l. fi. §. fi. C. de fur-
tis in auten. vt fratrum filij in princip. & variationis
Doctorem excuſari, Bal. ſcribit in l. de tutela nu. 4. C.
de integ. reſti. in mi. in d. l. fi. §. ſed cum in ſecundã
in fi. C. de furtis, idq; Diui exemplo Augu. tini fieri,
Bal. idem ait in c. ne innitaris circa fi. de conſti. & à
Doct. 14. Italiæ in eadem facti ſpecie reſponſa inui-
cem pugnantia reddidiſſe Soci. aſſerit in conſi. 150.
nu. 14. in fi. lib. 1. ſed & ſapientiæ magnæ tribuendum
in melius conſilium mutare c. magne 22. q. 3. c. non
ligat Papa 12. q. 2. glo. 1. in l. nonnunquam infrà de
colla. bon. Bal. in conſi. 477. Recolo in fi. lib. 5. vbi
quæ iunior locutus vti iuuenis eſt, ſenex factus reuo-
cauit, de qua re plura etiam apud Iaſ. in l. ſi ex toto.
§. fi. nu. 27. & continentibus, infrà eo in l. prętor §. fi.
in tertio nota. ff. de operis noui nuncia. & in conſi. 57.
col. fi. lib. 3. apud Rotam etiam varia diuerſaq; iudi
cia temporibus, diuerſis lata Gomez. teſtatur. q. 5. in
regula detriennali.

Itaq; ſi quod tempus præſens ſubiunctiui eſt, ad fu
turum porrigitur, quanto magis ad præteritum im-
perfectum trahendum ſubiunctiui eiuſdem erit, affi-
nitas cui maior quamuis futuro cum præſenti ſubiũ
ctiui eſt, eam ob rem verba illa non valeant, ve qui-
bus in d. §. præterea inſti. de fideicom. hęredita. idem
ac illa pollere arbitror, non valerent.

Si dixeris, locutionis impropriæ per expoſitionẽ
hac Impetatorem in d. §. præterea, & iuriſconſultos
in legib. memoratis incuſari, ꝙ tempore vno vſi pro
alio ſint, contra quamuis temporis, aut verbi ſignifi-
189 catio ferat, quod dicendum non videtur, vt † qui
propriè alios loqui docent l. non aliter infra titu. 2.
abuſiuè ipſi ſermone vtantur iuxtà vulgatum illud,
turpè eſt doctori, cum culpa redarguit ipſum. c. fi. 25.
diſt. c. nemo 81. di. & alia apud ſpecul. adſcripta in tit.
de aduo. §. 6. nu. 25. Atq; in ſpecie Bar. tradit in l. de-
cem nu. 6. ibiq; Imola nu. 8. verſi. quandoq; ſimpli-
citer. ff. de verb. oblig. vbi peculiare iuriſconſulti eſſe
ait, vt propriè loquatur, in iuriſconſulto, & impera-
tore idem Imola ſcribit in l. titia. §. pen. eo. titu. in iu-
riſconſulto etiam idem Io. Hannibal docet in rubri.
ſuprà ſolu. matrim. nu. 64. 74. 344 In fi. plenius nu.
395. Reſpondetur, credibile non videri, impropriè
190 † Ceſarem, iuriſq; prudẽtes locutos, ea ratione ver
bis, aut temporibus illis ex loquendi eos conſuetudi
ne vſos, ꝙ ita loqui in vſu haberent, qui loquẽdi vſus
pro ſignificatione ipſa habetur, eamq; vincit. l. libro-
rum § quod tamen caſſius infrà de lega. 3. l. cum de
lanionis §. aſinam infrà de fundo inſtruc. l. 1. §. 1. ff. de
flumi. Bar in l. omnes populi nu. 59. ff. de iuſti. & iure
Scire Bal. in l fi. q. 14. C. pe hæredi. inſti.

Secundò reſpondetur, abuſi iuriſconſulti eſto tem
pore vno pro alio ſint, tex. mouere nihilo magis po-
terit in d. §. præterea, ſiquidem probatio idonea, ur-
genſuè ex verbo illo non valeant, deſumi nequit, ete
nim ſi tempus vnum pro alio in legib. tot alijs adie-
ctum oſtendimus, quid prohibet, quominus, & idem
factitatum in text. illo ſit, ea de re concludens proba
tio ex verbo non videtur, quod in ſenſum trahi aliũ
poteſt. l. veteribus. ff. de pactis.

191 Contrarius ſecundo ſolutioni glo primæ † tex. vi-
detur in d. §. qui autem inſti. de ſig. rebus per fideicom
miſ. relic. vbi diſcrimen inter libertatem legatam, &
fideicommiſſam enarratur quem tex. contrario Bar.
hic obijcit in ſecunda oppoſitione, reſponſio ex glo.
hic abolitam hodie differentiam hanc quantum ad
effectum eſſe, atq; ideo nomine nudo tenus eam ma
nere, quod nihil fieri ſolet l. 2. §. liberi verſi. ſed ſi ſint
ſui infrà ad tertullia. eandem reſponſionem glo. pro-
bat in d. l. 2. in ver. actiones. C. com. de lega. & in §.
ſed non vſq; in verſi. exęquare inſti. de lega.

192 Si dixeris, ex facto correctionem † conſiſtere, ꝙ
probari neceſſe eſt l. deniq; ff. ex quibus cau. maior. l.
quæcunq; §. qui à pupillo. ff. de publicia. l. qui à quo-
libet. ff. de contra. emptio. & alia non pauca, corre-
ctionem ipſam à ratione ceſſante glo. probat in d. l.
2. in verbo actiones C. com. de lega. cęterum ante
inductio textuum facienda in l. generaliter. §. pen. &
fi. & in l. cũ vero in prin. & §. apparet. ff. de fideicom.
liber. in quorum ſenſu caſus triplex ſpectandus. Pri-
mus, cum purè ex fideicommiſſo libertas relinquitur
quo caſu ipſo iure non competit verũ factum opus
hominis eſt, manumiſſio videlicet, inde fit, vt ſi ab hę
rede grauato alienatio eius fiat, cum cauſa ſua, id eſt
manumittendi onere, ad emptorem ambulet, vtiq;
ſi ab emptore manumitti ſeruus non recuſet, cęterũ
ſi non ab emptore, verum ab hærede manumitti ve-
lit, ꝙ patronum eum mitiorem habiturum credat,
quem dominum expertus ante ſit. Audiendus erit.
hoc amplius, ſi manumiſſus iam ab emptore inue-
nitur, & læſum ſe doceat, id eſt grauiorem manumiſ-
ſorem, quam hæredem grauatum, qui alienauit,
patronũ eſſe, tantundem probandum, vt ex integro
ab hęrede manumiſſio fiat, pro non facta prior ha-
beatur.

193 Caſus ſecundus, cum ſub, conditione † ex fidei-
commiſſo libertas relinquitur, & ea pendente, ab em
ptore ſeruus manumittitur conditione poſtea eueni
ente, rectè ab hærede manumitti ſe petit. id quia, &
ſi firmitatem ante conditionem impletam tãquam
ex iure emptoris manumiſſio habeat, viribus tamen
tanquam ex fideicommiſſo non conſtitit, quare fi-
deicommiſſi cõditione impleta, rectè ab hęrede ma-
numitti ſe petet, neq; lęſionis tunc opus probatio eſt,
cum ex cauſa manumiſſus fideicommiſſi nõ ſit, qua-
re quod ad fideicommiſſum attinet, perinde res ha-
betur, vt ſi facta manumiſſio non ſit, caſus hos duos
ita tex. explicat in d. l. generaliter §. pen. & fi. caſus ter
tius, cum ſeruo alieno libertatem dare hæres iubetur,
atq; ideò ſeruũ ipſum redimere neceſſe habet, quid
ſi hæres ante moritur, aut bona eius publicãtur, quo
caſu ab eo redimi, & manumitti nequit, verum, aut
ab hærede hæredis defuncti, aut à fiſco, bonis proſcri
ptis, fieri redẽptionem oportet, nunquid redemptio-
ne ab hærede hæredis, fiſcouè facta, ad quos cum ſua
cã redimẽdi, & manumittẽdi bona ambulãt, locum
conſtitutiones habeant, hoc eſt, vt patronum hære-
dẽ defunctũ, vel ſuperſtitem, bonis eius fiſco delatis,
potiuſquam hæredem hæredis, aut fiſcum habeat,
vel ſi manumiſſus iam ab hærede hæredis, fiſcouè ſit,
& deteriorem cauſam eius factum Inde doceat, pro
liberto haberi hęredis defuncti debeat, hoc eſt, vt per
inde ſit, ac ſi ab hærede ipſo extincto libertatem ac-
cepiſſet, videbatur dicendum, fieri non poſſe, vt locũ
conſtitutiones habeant. Quomodo enim patronum
eliget, qui viuere deſijt, vel qui dominus eſſe ſerui ne-
queat, bonis eius omnibus ꝓſcriptione amiſſis, quo-
circa, vel hæredem hæredis, vel fiſcum ipſum patro-
nos fieri videbatur, apud quos bona, itaq; omnia
hæreditaria inueniuntur, conſequenter ab ipſis liber-
tatem demum conferendam.

Rationibus his non mouentibus, locum conſtitu-
tionibus

tionibus eſſe, atq; ideo pro liberto hæredis ſublati,
vel proſcriptionem paſſi ſeruũ haberi; text. ait in d. l.
cum, vero in prin. decidendi ratio, quoniam liberta-
tis fauor, & ſerui cõmodum, quod in patroni perſo-
na vertitur, non minus in caſu hoc, atq; ſuperioribus
contingit, ne duriorem videlicet, patronum habeat.
Neq; argumentum mouet, quod deductum ab
impoſſibili eſt, fieri non poſſe, vt à mortuo, aut ab eo,
qui dominus ſerui nõ eſt, neq; eſſe poteſt, bonis om-
nibus proſcriptis, libertatẽ ſeruus conſequatur quo-
niam fictione iuris impoſſibilitas hæc tollitur, ſiqui-
dem ante mortem, publicationemuẽ bonorũ, facta
manumiſſio creditur ideoq; in quaſi poſſeſſione li-
bertatis eſſe interea etiam, & ante videtur, quam fa-
cta manumiſſio creditur. Ideoq; in quaſi poſſeſſione
libertatis, eſſe interea etiam, & ante videtur, quam fa-
cta manumiſſio ſit, idq; locum habere tex. ai, purum
vel conditionale fideicõmiſſum relinquatur, dũ con-
ditio eius tamen poſtea emineat veluti cum in tem-
194 pus † mortis hæredis ex fideicõmiſſo libertas dat̃,
conditionem enim fideicomiſſum neceſſario habet,
ſi ſuperſtes hæredi ſeruus fiat l. hæres meus §. 1. l. qbus
dieb § quidã titio infra de cond. & dem. l. 4. & l. hu-
iuſmodi in fi. ff. qñ dies lega. ced. Rom. in cõſ. 17. in fi.
Si dixeris, locum fictioni huic non videri, vt pro
manumiſſo ante ſeruus habeatur, quãuis vita hæres
functus, aut bonorum paſſus publicationem ſit, cum
factum hominis ideſt manumiſſionem libertas fidei
cõmiſſaria exigat. reſpondet tex. ex mora id irregu-
lari hæredis fieri, quæ libertatis cauſa ſtatim commit-
tur, quã mortuus teſtator eſt, quamuis interpellatio
facta vlla non ſit, vnde pro eo res habetur, vt ſi ante
mortem, aut proſcriptionem bonorum, mora ab
hærede facta libertati dandæ ſit, quo caſu moræ hu-
ius odio pro facto habetur, quod factum vere non
eſt Bar. in conſi 133 ſtatuto ciuitatis eugæ, Bal. in l.
fi. nu. 2. C. de dotis prom. l. cum alijs apud nos aggre-
gatis in reſponſo pro genero nu. 267. & ſeq.
Sed obiectarus quis denuo erit impoſſibilitatẽ, &
hic verti, vt mora irregularis eo caſu cõmittat̃, quo
in tempus mortis hæredis collatum fideicõmiſſum
eſt, quo caſu mora regularis cõmitti, nec per inter-
pellationem potuit, cum i. præſtanda libertas ante hæ-
195 redis mortem non eſſet, itaq; ſi moræ † veræ, & re-
gulari eſſe locus non poteſt, multominus tacitè, &
fictè l. qui ad certum ff. loca. l. certè in prin. ff. de pre-
car. §. minorẽ inſti de adoptio. reſpondetur, ad mo
ram perſonæ argumentum hoc impoſſibilitatis ſpe-
ctare, in mora quippe dic. hæres non potuit, qui con
ditione fideicõmiſſariæ libertatis dandæ, pendente,
aut viuere deſijt, aut proſcriptione bona amiſit, cæte
rũ rei, non perſonæ cauſa, mora hic ſpectatur, & in rẽ
mora intelligitur, ꝙ res hoc eſt manumiſſio ſecuta
cõditione impleta, non eſt, ꝙ enim ad rem attinet,
verum eſt, factam manumiſſionem nõ eſſe, atq; ideo
moram in manumiſſione contingere.
Sed quæſtio hic incurrit, dictum eſt, moram irregu
larem, hoc eſt citra interpellationem, aut diem certũ
cõtra regulas iuris, libertatis cauſa, cõmitti, atq; ideo
ꝓ manumiſſo ſeruũ ante haberi, ꝙ mortẽ hæres gra-
uatus paſſus, aut bonorum iacturam ſit, quid ſi ancil-
læ libertas data ex fidiecommiſſo eſt puro, vel condi-
tionali, quæ partũ poſtea ædidit, quid iuris ſtatui in
ancilla, debeat, hoc eſt cuius libertas æſtimetur, hære-
dis ne grauati, an hæredis eius, aut fiſci, ex ſuperiori-
bus liquet, in arbitrio videlicet, eius eſſe, cuius liber-
tas dicatur, ſed quid cõſtitui in partu debebit, vtrum
ingenuus æſtimabitur, perinde quaſi ex matre libera
natus, dubitatio in caſibus duobus nõ vertitur priore
loco expreſſis, cum ab hærede grauato manumiſſio
matris fit. Ingenuũ enim partum naſci proculdubio
eſt inſti. de ingenuis in prin. in caſu tertio cõtrouerſia
ſubeſt, in quo ante hæres moritur, aut proſcriptionẽ
bonorum ſuſtinet, quam manumiſſio fiat, quo caſu
niſi ex mora irregulari libertas non competit, cũ ab
hærede hæredis, aut fiſco manumitti ancilla recuſat.
vnde ratio deeſſe dubitandi nõ videtur, cur ingenuus
haberi partus non debeat, ideſt ne ſpecialia plura to-
196 lerentur. l. 1. C. de dotis promiſ. In q. hac † diſtinctio
ne tex. vtitur in d. l cum vero §. apparet, vt ſiquidem
mora vera, & regularis hæredis grauati interceſſit,
qui interpellatus morã libertati fecit, ingenuus par-
tus æſtimetur poſt moram æditus, ſin autem in rem
mora facta irregularis ſit, ingenuum nõ naſci, quod
cum ita ſit, non poterit ſeruus non naſci, cum libertũ
natura non faciat, cæterum quia iniquum videtur, ſer-
uum eum manere, cui libera mater eſt, matri ipſi ma
numittendus traditur, eoq; modo matris libertus fit.
197 Vnum atq; alterum ex prædictis † conſequuntur,
Primum, potẽtiorem mora irregulari regularẽ eſſe
alterum, ex legato libertatem facilius quam ex fidei-
cõmiſſo competere, ſiquidem directo, & citra ma-
numiſſionem, ex legato libertas quæritur, ius idem
& in legato rei, cuius alterius eſt, quod ad legatarium
ſtatim ambulat, quam mortuus teſtator eſt l. à titio
ff. de furtis, Bar. & alij hic nu. 12. cauſam aliam liber-
tatis fideicõmiſſariæ eſſe, quæ ſine facto hæredis, mo-
ra eius ceſſante, regulari, aut irregulari, non competit,
declaratum ante eſt, nu. 192.
Inductione, & explicatione hac dictarũ legum ita
facta, videndum eſt, quomodo correctionem earum
glo. doceat in d. l. 2. in ver. actiones C. com. de lega.
hoc eſt iure ipſo, & citra manumiſſionem hæredis
grauati æque libertatem fideicõmiſſariã, atq; legatã
competere, eamq; ob cauſam diſcrimen eius de me-
dia iuris prudentia ita ſublatũ, vt niſi nomine nudo
inter libertatem vnam atq; alteram non differat, cor
rectionem hanc, à ratione eius ceſſante glo. probat,
quod dici in legatario ſolet, a quo aliquid legatur,
198 cur dominium rei alij à legatario legatæ † iure ipſo
citra traditionem legatarij, nõ ſimiliter in legatariũ
ſecundum, atq; in primum tranſit, verum ceſſio, aut
traditio opus legatarij prioris eſt l. imperator in prin.
infra tit. 1. l. ſi legatarius infra de lega. 3 l. ſi quis vſum
fructum infra de vſufru. lega. Bar & alij hic nu. 8. verſ.
idem in fideicõmiſſo ſingulari. cum alis apud nos
hic collectis nu. 17. in priore lectu. & ſupra nu. 144.
diuerſitatis huius rationem eam glo. adſcribit, ꝙ ſi
iure ipſo à legatario priore in poſteriorem ius tran-
ſeat, honoratus prior non inueniretur, atq; ideo inuti
199 le legatum fieret poſteriori relictũ, iuxa † illud, quẽ
non honoro, grauare non licet l. hæreditas ad ſtatũ,
& quod ibi Bart. ſupra de hæredit. inſtit. d. l. impera-
tor in prin. l. cum quaſi § ſi plures ff. de fideicom. li-
ber. l. ab eo C. de fideicom. l. 1. § & hæc diſpoſuimus
C. com. de leg. ratio alia legatarij prioris eſt, in quẽ li
cet iure ipſo dominiũ habeat, argumentũ illud legati
infirmandi non contingit, ꝙ honoratus hæres non
dicatur, quoniam, & ſi maxime honoratus in legato
non ſit, quod iure ipſo moxq; ad legatarium tranſit.
cõmodum tamen ex hæreditate accipit, ratio alia
tamẽ diuerſitatis huius expreſſa hic apud nos legitur
nu. 154. verſi. iſtud dictum Bar. in priore lectu.
Apparet ex his, parẽ fideicõmiſſarij cauſam, cui à
legatario quid priore datur, atq; libertatis fideicõmiſ
ſariæ iure antiquo eſſe, vt factum hæredis vtrũq; deſi-
deret, hoc eſt traditionẽ, aut manumiſſionem, quo-
ties mora vlla hæredis non interuenit regularis, nec
irregularis ratio hæc diuerſitatis inter legatarium ſe-
cundum, & priorem, in fideicommiſſaria libertate
ſecundum glo. hodie ſilet in qua libertate neceſſaria
olim l. manumiſſio erat, quoniam, & ſi maxime iure
ipſo, & citra manumiſſionem libertas competit, ra-
tio illa non obſtat, per quam ad irritum fideicõmiſſũ
dedu-

deducitur perinde quaſi ab eo relictum, qui honoratus non ſit, cum hæreditatem habeat ita, quæ acquiſitionem mero iure in legatario ſecundo ratio impedit, in fideicommiſſaria locum libertate non habet,
200 ratione † igitur impedimenti iacente, ceſſare, & impedimentum oportet l. vbi lex. §. 1. ff. de vſucapio. §. aliquando inſti. eo. titu. l. vni. ibiq; Bal. nu. 8. C. ſi rector prouin. Signorol. in conſi. 46. nu. 4. quod cum ita ſit, nõ niſi eo caſu neceſſaria manumiſſio erit, quo à priore legatario ſerui libertas per teſtatorem ei datur, ſeu cum fidei legatarij ſerui, libertas committitur quo caſu impedimẽti ratio ſubeſt, & qua ratione in fideicommiſſarium priorem rei ſingularis, & pecuniariæ dominium propter adæquationem itã [illegible], ita & in fideicommiſſo ſeruandum libertatis fore.

Conſequens declarationi huic fit, vt cum ancillæ libertas ex fideicommiſſo relinquitur pure, aut in cõditione, ingenuus partus conditione impleta, omnino naſcatur more diſtinctione non habita, regularis vel irregularis ſit, id quia iure ipſo, & nulla manumiſſionis ope, libertatem ancilla conſequitur, cum libertas ipſa relicta ab hærede, non à legatario ſit.

Conſequens ſecundo fit, atque fideicommiſſariæ libertatis atque rei alterius ſingularis ius per legem ipſam, & citra vllum hæredis factum tranſire ſecundum glo. vbicunq; hæredis nõ legatarij fidei libertas committitur, idq; ob adæquationem ipſam.

Conſequenter, & tertio dicendum, adæquationẽ verbo vniuerſali ab Vlpiano adfirmatam ad caſum omnem, vel libertatis pertinere, in quo iuris modo impedimentum, aut ratio eius nõ interueniat, veluti quod à regula deſcendit, de qua in d. l. ab eo C. de fideicom. & alijs, de quibus ante nu. 199 quibus caſibus igitur impedimenti quicquam libertati directæ non obſtat, quominus iure ipſo, & citra manumiſſionis operam competat, manumittendi neceſſitatẽ æque ex fideicommiſſo, atq; ex legato remitti, ita vt non niſi ad eum caſum manumittendi neceſſitas in fideicommiſſo pertineat, quo nec ex legato iure ipſo dominium tranſiret, veluti cum à legatario quid alij legatur, ad quam inſpectionem glo. ipſius mens tota defertur in d. l. 2. in ver. actiones C. cõ. de lega.

Conſequenter, & quarto dicendum, contrarium ſolutioni primæ glo. & Doc. textum non videri in d. § qui autem inſti. de ſign. rebus per fid. relic. eo qui ſolutionem ipſam titulorum diuerſitas non offenderit ff. & C. de manu. teſta. & de fideicom. liber. quoniam præter nudum nomen, locum differentia illa habet, vt glo. hic, aut quod idem, & reipſa perſpecta ſentit in d. l. 2. in ver. actiones.

201 Solutionem hanc gl. in libertate † fideicommiſſaria, & legata, nõ immerito Bar. hic alijq; improbant. quomodo enim diſcrimẽ ipſum libertatis legatæ, & fideicommiſſæ de media iuris prudentia abolitum aſſerere glo. nõ puduit, quatenus & iure C. quod poſterius iure ffrorum. eſſe non dubitatur, differentiã hanc vigere ex tex. Bar. oſtendit in l fi. C. de teſta. manu. in l pen. C. de fideicom. liber. & in l. pen. C. qui manu. non poſ. ex quibus legib. apparet, ipſo iure libertatem fideicommiſſariam non competere, verũ aut ab hærede, aut eo, qui loco hæredis eſt, præſtandam, pro qua ſententia tex. & alios nigri hic dat, & inducit nu. 37. differentiam, & altera præter ſus paratus, adnotatam hic habemus nu. 139 in priore lectu.

Secundo vltra Bar. mirari ſatis nequeo, textum ipſum expenſum contra ſolutionem hanc glo. non eſſe in d. § qui autem inſti. de ſign. rebus per fideicõ. relic. qui poſterior iure C. nedum ffrorum eſt, etenim ſi iure inſtitutionum diuerſitas hæc inter fideicommiſſariam, & legatam libertatem inuenitur, incogitatè plus ſatis expreſſum apud glo. legitur, differentiam ipſam quantum ad effectum de media iuris prudentia obliteratam, & nomine tantum eam hærere.

Quare ad tex. in d. §. qui autem aliter hic Bar. reſpondet num. 6. & ſeq. de qua Bar. ſolutione apud nos hic nu. 135. verſi. quarta ſolutio. vſq; ad nu. 139. in ſcriptis anterioribus. ibiq; ſolutio Bar. intelligitur. Alex. Iaſ. nẽ, & Ripæ ſolutiones confutantur, & aliter à nobis res explicatur.

Secundo ſolutioni huic primæ glo. vt antiquatæ differentiæ de media iuris prudentia dicatur, tex.
202 cõtradicit † in l. mulier [illegible] §. [illegible] ad Trebel. quem tex. glo. hic in fi. vocat. in quo tex. videndum, ſecum prima cogitatione, glo. pugnare, ante enim dixit, à nomine tantum, inter legata, & fideicommiſſa diſtare quia hæreditas non ſimiliter legataria, vt fideicõmiſſaria appellatur, ita quod ad effectum attinet, referre non putat, vtrum ex legato, an fideicommiſſo hæreditas detur, conſequenter differentiam circa effectum, inter legatum, & fideicommiſſum vniuerſale non videri, in fine plane diuerſitatem admittere inter legatũ, & fideicommiſſum vniuerſale videtur, cum adæquationem, aut cõmunionem ipſam, quæ ex adæquatione inducitur, ad fideicommiſſa trahi vniuerſalia negat, vt pote propter quæ hæreditatem adire hæres cogitur d. l. mulier § ſi quod alter in legatus eſſe innuere glo. videtur, de qua re mentio à nobis facta hic eſt nu. 142. verſi. ex præmiſſis, contradictionis huius arg. Alex. etiã hic [illegible] col. 6. in prin.

Solutio, ex textibus, quos citra [illegible] glo. conuenit Bar. in l. nõ ſolum §. [illegible] nu. 7. infra de libera. lega. ceterum cum legatario cogendi ius non eſſe ſcribit, de ſingulari neceſſario, vt tex. ab ea citati loquuntur, intelligi, immo enim tan[illegible]dem, & in fideicommiſſo ſingulari eſſe [illegible] ob id compellendi ſit, textus oſtendit in l [illegible] a glo. relatus, itaq; ſi fideicommiſſum ſingulare ab vniuerſali diſcrepat, facilius diſcrimen [illegible]dum inter legatũ ſingulare, & fideicommiſſum vniuerſale erit, rurſus
203 ſenſum hunc † glo. fuiſſe, cum tex. dedit in d. l. mulier § ſi. vt de legato ſingulari, & fideicommiſſo vniuerſali cogitauerit, non obſcure [illegible] ex glo. ipſa declaratur in d. §. fi. vbi ius idem [illegible] qi fideicommiſſarij vniuerſalis in hærede cogendo ait, tertio ſenſum hunc glo. fuiſſe, ex ve[illegible] hic gl. oſtenditur, quæ illi nomine tenus inter hæreditatem differre ait, quæ ex legato relicta, & fideicõmiſſa ſunt quod non perinde legataria hæreditas, atq; fideicommiſſaria dicitur, ita quod ad rem attinet, differentiæ quicquam inter fideic. & legatã hæreditatẽ non agnoſcat, quã ũ legatum vniuerſale cum fideicõmiſſo vniuerſali æquatum, ex Bar. etiam & Doct. hic apparet.

Quinto in ſpecie, ita gloſa Bart. hic interpretatur nu. 9. Al[illegible] col. 5. in f. C[illegible] nu. 3. verſi. vlti. eſt notandum, q[illegible] vulgo gloſam à Doct. [illegible] ſubijcit.

Sed enim ad tex. in d. l. mulier §. fi. de [illegible] & interpretatio hæc Doct. non cõpetit. in quo § vniuerſale vtrunq; eſt, & legatum, & fideicommiſſum à legatario ipſo relictum, ſeu legatario ipſi iniunctum, vnde ſi [illegible] pro aduerſario tex. ill[illegible] glo. dat, [illegible] inter legata & fideicommiſſa differre vniuerſalia ſentit, vnde & ſi maxime de legatis, & fideicommiſſis ſingularibus tex. alij loquatur à glo. vocati, vt ab vniuerſalibus differãt. [illegible] cum tex. [illegible] in d. l. mulier §. ſi. qui niſi de legato, & fideicommiſſo vniuerſali nõ loquitur, ad legata, & fideicommiſſa omnia iuxta vniuerſalia atq; ſingularia oppoſitionem ſuam ſpectare, non diſſimulanter glo. ſentit. ita argumentum regeritur, quo in glo. vſi protegenda ſumus, vt leges ab ea allatæ ſunt, ita eam accipiendam, ſiquidem in legatis, & fideicommiſſis vniuerſalibus manifeſto tex. loquitur in d. §. fi. conſequenter his dicendum, aut inconſulte tex. [illegible]um à glo. citatum. ſi niſi de legatis ſingularibus, & fideicommiſſis vniuerſalibus in

parte

parte hac vltima eam non ſenſiſſe dicimus, ſic quo-
modo Bartolo hic Aretino, Crotoq; & alijs viſum
diximus, aut in ius notiſſimum ſecumq; pugnando,
glo. offendit, ſi inter legata, & fideicõmiſſa diſtare
vniuerſalia credidit, contra quã traditum ab ea legi-
tur in d. §. fi. ita vitio vtrolibet, aut incogitatæ tex. alle-
gationis, aut contradictionis neceſſario glo. laborat.
Secundò Bar. etiam, & Doc. ſenſu in glo. hac expo
nenda recepta, vt de legatis ſingularibus præ fi-
deicommiſſis vniuerſalibus ſenſerit, inter legata por
ro, & fideicommiſſa vniuerſalia conueniat, ſic quo-
modo gl. ipſi, & Doc. placet in d. l. mulier §. fi. Bar-
tolo, & alijs hic, contrarius ſententiæ huic tex. videtur
in d. l. 1. §. de illo infra ad trebel. vbi effectus trebella-
ni, qui in iurium vtilium translatione conſiſtit, ad
fideicommiſſarium etiam ſecundum pertinet, cui à
fideicommiſſario priore reſtitutio fit. at enim fidei-
commiſſario, cui à legatario vniuerſali reſtitutio fit,
trebelliani ius non prodeſt, neq; ex eo reſtitutionem
fieri, in d. l. mulier §. fi. tex. ait. ſi ex trebelliano reſtitu-
tio non fit, ergo nec iurium vtilium locus translatio
ni erit. In quę niſi ex trebelliano ipſo non fit glo. in d.
l. in teſtamento, C. ad l. falci. ſecundum hoc intereſſe
inter legata, & fideicommiſſa vniuerſalia non pau-
204 lulum videtur, ſiquidem † locum tranſlatio habet,
cum à fideicõmiſſario vniuerſali fideicõmiſſi eiuſdẽ
reſtitutio alij fit d. § de illo, & alia, de quibus hic apud
nos in 1. lectu. nu. 127. & ſupra nu. 156. quod contra
in legatario ſeruari mox oſtendimus.
Argumentũ hoc Dy. & Cuma. admitunt. vt inter
legata, & fideicõmiſſa vniuerſalia interſit. atq; ideo
tex. noſtrum in verbo fideicommiſſis reſtringendũ,
fideicommiſſis ſcilicet particularibus, vt cum fidei-
commiſſis ſingularibus equata legata ſingularia ſint,
cauſam aliam legatorum, & fideicommiſſorum vni
uerſalium eſſe.
Sed.n. vim reſtrictio hæc facere l. huic videtur, in
qua verbis vniuerſalibus adæquatio cõmemoratur
Secũdo Bar. & Doc. ſentẽtiæ vulgo receptæ reſtri
ctio hæc aduerſatur, qui adæquationem hanc inter
legata, & fideicommiſſa vniuerſalia admittunt.
Propter tex. in d. §. fi. articulum hunc dubium Aret.
hic ait col. 6. ante med. inde ſubijcit, mentionem d.
§. fi. factam à glo. non eſſe in d. §. ſed non vſq; inſti.
de lega. id quia ſentẽtiæ ſuæ obſtare forte cognouit.
reſpondet tamen, ad ea adæquationem reſtrin-
gendam.
In quibus legatarij intereſt, locum adæquationi
eſſe, quod intereſſe ſilet, vbicunq; alij à legatario vni-
uerſali fieri reſtitutionem oportet, tertij tum enim,
nõ legatarij refert, quod enim iura in eum vtilia trã
ſeant, cui reſtitutio fit, ad vtiliatem eius ſpectat, cui
reſtitutio fit, pro qua ſententia tex. in arg. Areti. refert
in l. 3. §. item ſi quis infra de lega. præſtan. vbi con-
ſeruatio legatorum, quæ per tit. illum in gratiã deſcẽ
dentium fit, ad eum caſum non pertinet, quo alij
reſtitutionem fieri à legatario deſcendente oportet.
Reſpõſio hæc Areti. negocio non magno euerti-
tur, præſuppoſito quippè falſo nititur, legatarij vni-
uerſalis non intereſſe, in legatarium ſecundum tran-
ſitum iurium vtilium ex trebelliano fieri, imò enim
205 intereſſe † non leuiter poteſt, ne reſtitutione fa-
cta, oneribus hæreditarijs implicitus legatarius prior
maneat, quam ob cauſam factum eſt, vt ex trebellia-
no iura vtilia ad fideicommiſſarium vniuerſalẽ paſ-
ſiue etiam abeant §. & quia inſti. de fideicom. hæred.
& quamuis indemnem reſtituentẽ fieri ab eo opor-
teat, cui reſtitutio fit, reſtituentis tamen intereſt, liti-
bus non vexari l. minoribus 25. annis ſubuenitur
ff. de minor. l. 1. ff. de inoffi. teſta. l. filio quem pater
infra eo. l. quia poterat infra ad trebellia. tex. huc
ſpectat in l. item ſi res ff. de aliena. iudi. mutan. cauſa
fac. viri boni eſſe, incõmodo etiam quo ſuo lites exe
crati atq; in ſpecie, indemnitatis huius præſtandæ ra-
tionem non haberi, ex tex. declaratur in l. cogi. §. idẽ
quærit infra ad trebel.
Secundò non rectè pro tertio fideicommiſſariũ
Aretin. habet, cui reſtitutio facienda legatario eſt,
Cur enim tertius magis dona. quam legatarius ipſe
habebitur quatenus à teſtatore inuitatus vterq; eſt.
Tertiò caſus diuerſos tantum Areti. facit, ratione
diuerſitatis vlla non reddita. namq; ſi ad fideicom-
miſſarium ſecundum vniuerſalem per reſtitutionem
primi iura vtilia ex trebelliano ambulant, atq; ideo
cõmodi ſecundi fideicommiſſarij rationem lex ha-
bet, quid ita, & legatarij ſecundi vniuerſalis, ſeu cui le-
gatarius iuſſus reſtituere eſt, habendam rationem nõ
dicimus, quo fit, vt non ab re articulum hunc dubiũ
Areti. aſſerat.
Quartò tranſitum iurium actiue in reſponſione
hac Areti. negat. in quibus ſolummodo vtilitas eſt,
paſſiue enim non tranſire, fideicõmiſſario prodeſt,
at enim actiue iura vtilia ex ceſſione etiam iuriũ ſin-
gularium transferri, non dubitatur l. 2. C. de actio, &
obliga.
Dicebam alias adæquationes verbis vniuerſalibus
adfirmatam ad ſi. legatarium primum reſtringendã
l. boues §. hoc ſermone ff. de verb. ſign. vt hic apud
nos nu. 127. in 1. lectu. at mihi caſus diuerſos, & ſolu-
tio hęc facit cur enim ad legatarium potiuſquam ad
fideicõmiſſarium primum reſtrictam adæquationẽ
dicimus, vnde reſponſionis alterius in mentem ve-
nit, quam veram verbisq; & menti tex. cõſentaneã
arbitror. hoc eſt, niſi de trebelliana dubitationem in
d. l. mulier §. fi. non fuiſſe, vtrum trebellianæ detrahẽ-
dę ius legatario, priori aduerſus fideicõmiſſarium cõ
petat, cui legatũ vniuerſale reſtitui teſtator iuſſit, &
locum detractioni quartę non eſſe, ea ratione tex.
ait, ꝙ niſi ei trebelliani ius non datur, qui de hæredita
te reſtituenda, & quaſi hæres rogatur, eam ob rem
cum portionem hęreditariam alij reſtituere legata-
rius vniuerſalis iubetur, ex trebelliano reſtitutionẽ
non fieri, ideſt, facultatem quartę detrahendę legata
rio non dari, quoniam, & ſi maxime de hęreditate
aut portione eius reſtituenda rogatur, vti hęres tamẽ
rogari non potuit, cum hęres directus non ſit, ob id
trebelliani iure non fruitur, quod in quarta retinen-
da conſiſtit. enimuero contrarius adęquationi tex.
206 ille non eſt. quandoquidem † nec fideicommiſſa-
rio vniuerſali ius hoc quartę detrahẽdę conceditur,
quam non niſi hęres directus detrahit. & qui vti ta-
lis rogatur l. 1. §. deniq; l. ſi patroni §. qui fideico ibi
quartã .n. & d. l. mulier §. fi. ĩ. ad trebel. l. lex falci. §. fi.
ĩ. ad l. falc. l. fi. in fi. C. ad trebel. & alia, de quibus ſ̃. nu.
151. Rei cuius rationem glo. affert in §. his igitur in
ver. complere, in auten. de hęredi. & falci ꝙ ratio in
fideicõmiſſario tacet, propter quam inuenta falcidia
trebellianaué eſt, ne ad irrium teſtamentum hęre-
de non adeunte, recidat. cum ad fideicommiſſariũ
aditio non ſpectet, & robur iam teſtamenti preſup-
ponitur, vbi de fideicommiſſario verba fiunt, ſiqui-
dem firmitatem citra aditionẽ hęredis habere teſta-
mentum nequit apud Iulianũm §. idem Iulianus l.
ille à quo §. ſi de teſtamento infra ad trebel. l. eam
quam C. de fideicom. ratione igitur detrahendi re-
mota, quieſcere detractionem conuenit, rationem
hanc Alex. probat in l. cum filio nu. 4. infra eo. ratio
207 altera adſcripta apud nos † legitur in conſil. 161.
nu. 18. ꝙ rationis non videtur, iterum detractionem
fieri, cum ſatis ſit, ab hęrede ipſo grauato quartam
ſemel deduci l. pęnales § fi. infra ad l. falcid. l. 1. §. In-
de, Horatius infra ad trebel. in quam ſententiam Ca-
ſtren. conſulendo relatum cum Corn. habemus.
Apparet ex hoc, cũ niſi in quarta deducenda tex.
non

non loquatur in d. l. mulier §. fi. in qua par fideicom. vniuerſalis conditio, atq; legatarij etiam vniuerſalis eſt, adæquationi huic inter legata, & fideicommiſſa vniuerſalia, tex. illum opitulari, nedum cõtradicere.

Secundo tex. illum ad quartæ detractionem reſtringendum, non ad alios trebelliani effectus protendendum, ex glo. & Doct. ibi oſtenditur, quibus viſum eſt, cogendi heredis ius, vt adeat, legatario etiam vniuerſali, ſeu portionis hæreditariæ competere, quod vtiq; non fieret, ſi generaliter, tex. illum accipimus, ſic quomodo Aretino placet, quatenus inter effectus trebelliani cogendi ius haud dubiè refertur. l. cogi in princip. infra ad trebel. glo. in d. l. in teſtamento. C. ad legem falci. & alia, de quibus ſuprà num. 150.

208 Tertio niſi quartæ † ratione text. is non loquitur, ob id reſtringi ad eam debet, vt quoq; reſpectu expreſſa verba ſunt, intelliguntur. l. ſi quis domum §. quid tamen. ff. loca. l. profectitia. §. fin. ff. de iure dot. l. debitor. § fi. infrà ad trebel. §. quod autem inſti. de legi. agna. tu. Soci. in conſi. 92. nu. 82. in fi. lib. 3. Deci. in c. 2. in 13. nota. de poſtula. præla. in c. ſi pro debilitate, colum. 5. verſi. notandum tamen eſt, de offi. delega. & in conſi 283 colum. 1. circa med. de quo in tubri. etiam ſuprà cod. nu. 153. in poſteriore lectu, quod & in verbis negatiuis ſolum vniuerſalibus obtinere, tex. docet in §. fi. inſti. de codicil. vbi verba illa, codicilli nullam ſolemnitatem ordinationis deſiderant, reſtrictionem neceſſariò recipiunt, ſiquidem teſtium quinq; carere numero nequeunt. l. fi. C. de codicil. reſtringi igitur negatiuam vniuerſalem nullam ad reſpectum eius oportet, vt quemadmodum reſpectu ſolemnitatis adiecta teſtamentariæ eſt, ita ſecundum eam exponatur, vt nullum teſtamenti ſolemnitatem codicilli poſtulent, teſtes quippè ſeptem, & ipſos maſculos, & rogatos teſtamentum deſiderat. l. hæredes §. pen. ſupra de teſta. §. teſtes, & §. fi. inſti. eo. titu. quod ſecus in codicillis eſt. d. l fi.

209 Quartò monendi ſumus, ex effectibus † quinq; trebelliani, de quibus ante nu. 149. verſi. cuius explicandi cauſa, tres ad fideicommiſſarij vtilitatem pertinere, vt adire hæres, vt reſtituere compellatur, vt reſtitutione facta, nomina debitorũ non exigat; quartus hæredis grauati commodum ſpectat, ne actiones hæreditarias poſtquã reſtituit, patiatur; quintus permixtam vtriuſq;, & hæredis, & fideicõmiſſarij vſum habet, qui in quarta deducenda conſiſtit, quæ fideicommiſſario etiam prodeſt, vt commodo eius ad hæreditatem agnoſcendam heres inuitetur, qua non adita, ad irritum fideicommiſſum intercideret, quã rationem text. obſeruat in §. ſed quia inſti. de fideicom. hæredi. Prænarratione hac ita facta, meminiſſe oportet, effectus hos ſicut diuerſis competunt, ita diuerſos apparere: atq; ideo ab excluſione vnius ad remotionem aliorum non inferri. l. fi. ff. de calumnia. l. papinianus exul. ff. de minor. & alia apud nos in reſponſo pro genero nu. 458. Conſequens igitur non ſit, trebellianam legatarius vniuerſalis aduerſus fideicommiſſarium non exercet, ergo nec iura omnia hæreditaria vlla reſtitutione legatario facta, in fideicommiſſarium transferuntur, diuerſam quippè rationem hæc habent, quod enim trebellianæ detrahendæ ius legatarius non habeat, ad fideicommiſſarij cõmodum ſpectat, idq; eo introductum, quod rationes hic ſilent, propter quas ius trebellianæ proditum excipiendæ diximus nu. 206. ob id in perniciem id refici fideicommiſſarij non debet, vt nec effectibus alijs locus trebelliani ſit, qui in gratiam ipſius introducti fideicommiſſarij ſunt, vt hæredem puta adire non cogat, aliter porrò interpræantibus, nec fideicommiſſo ipſi reſtituendo obſtrictus hæres grauatus erit.

Hoc amplius, non modo fideicommiſſario, ſed & hæredi noxia effectuum aliorum denegatio trebelliani erit, etenim ſi locum tranſlationi non eſſe iurium dicimus, cum à legatario vniuerſali reſtitutio fideicommiſſario fit, ita vt ad reſtitutionem legatarij tex. non pertineat in d. l. 1. §. de illo infrà ad trebel. an non legatario ipſi oneroſum id erit, vt onera ipſe hæreditaria trahat, commodis fideicommiſſario fruente.

Apparet ex his, non rectè à denegatione effectus vnius trebelliani ad alios per glo. & Aret. aliosq; cogitatum, qui pro cõtrario adæquationi Vlpiani tex. dant in d. l. mulier §. fi. quem adæquationi ipſi ſuffragari, non obſcurè liquet, vniuerſalia cum vniuerſalibus comparando, de tex. alijs, adæquationi contradicere ipſi videntur, apud nos in ſcriptis hic prioribus videndum nu. 120. verſi. circa tex, & ſequentium turba, ſolutiones, & alias glo. Dyn. q; reſtrictiones, vel memoratu indignas ſuprà oſtendimus.

210 Petri interpretatio † videnda, in qua inuitiſem circuitum in fideicommiſſis ſingularibus ait, ſi traditio in eis opus hæredis ſit, quod traditionis onium Areti. hic explicat colum. 4 circa med. Crot. num. 26. qua expoſitione etiam apud nos hic in commentarijs anterioribus num. 128. verſi. tertia fuit ſolutio Petri, & ſequentium vulgo, & ſupra nu. 160.

Ab expoſitione hac confutatio argumenti pendet contra adequationem oppoſiti, & quod in tex. d. §. qui autem ponitur, vt eo ad libertatem legatam, & fideicommiſſarium adequatio non pertineat, quod infructuoſus in ea ob ius patronatus circuitus non eſt, vt hic apud nos in ſcriptis prioribus nu. 88. locupletius nu. 140. & ſupra num. 159. & ſeq. & nu. 191. de quo tex. etiam ante nu. 210

Ratiò ſecundo ab expoſitione hac Petri emanat.

211 Cur reſtitutionem † re, aut verbo fideicommiſſum vniuerſale expoſtulet, neq; ante eam ad fideicõmiſſarium ambulent l. 1. in princ. l. reſtituta. l. facta in princ. l. ſi eius § ſi quis infrà ad trebel. §. reſtituta inſti. de fidei com. hæredi. Bart. & alij in l. fi. nu. 8. C. de ædict. Diui Adria. tollen. idcirco eum circuitum hunc reſtitutionis fideicommiſſum poſcit, quod hæredi inutilis in quarta retinenda non eſt.

Conſequens rationi huic Petri fit, locum quartæ
212 retinendæ non † eſſe, ſi iure ipſo nulla reſtitutionis ope, fideicommiſſi vniuerſalis ius ad fideicommiſſarium abeat. Conſequens ſecundo Petri rationi fit, iure ipſo per trebellianã hæreditatis reſectionem non fieri, namq; ſi iure ipſo hæreditatem trebelliana reſecet, quorſum fideicommiſſi reſtitutionem propter trebellianã ipſam retinendam è Petro deſiderari, ſiquidem & ante reſtitutionem detractio, & retentio eius facta, & per eam iure ipſo reſecta, & accisa hæreditas ſit, quocirca obijci non poſſet, tranſlatione hæreditatis ipſo iure, & citra reſtitutionem facta, fruſtra de trebelliana retinenda verba fieri, locũ quippè tranſlatio hæc in his non haberet, quæ iure ipſo de hæreditate iam excepta, aut detracta per trebellianã eſſent, eo ipſo igitur, quod reſtitutionis circuitũ ab emolumento quartæ retinendæ vacuum Petrus non putat, non poteſt reſectionem hæreditatis iure ipſo per trebellianam induci non inficiari, ruſus ſi iure ipſo hæreditatis extenuationem fieri per trebellianam aſſerimus, ex qua parte reſecta hæreditas eſſet, ad fideicommiſſarium non ambularet, verum extra fideicommiſſum pars reſecta eſſet, atq; ideò nihil eſſet quod à quartæ iactura grauatus timeret, vt potè quæ incolumis atq; integra per reſectionem ipſam manet, periculi quicquam à tranſlatione iurium per legem, citra hæredis reſtitutionem, quo j. ad quid quartæ eius iam à lege detractæ non eſt, quo propter eam circuitum hunc reſtitutionis exquirere, reſtitutione igitur

aut circuitũ eius poſtulādo, nō poteſt hęreditatis re-
ſectionē p trebellianā iure ipſo Petri nō repudiare.
213 Ex conſequentia hac, iure ipſo † per trebellianam
hæreditatem non imminui, atq; ideo ſtrugi expertē
reſtitutionis circuitum non eſſe, expreſſior, & pla-
nior ratio eius fit, quod ſcriptū ante eſt nu. 160. & in
ſcriptis anterioribus, nu. 128. verſi. tertia fuit ſolutio
Petri, quam ob rem iure ipſo, & citra traditionem
hæredis in legato, & fideicom miſſo res ſingularis do
miniũ ad legatariũ, fideicōmiſſariũue ambulet. hoc ē,
ip momenti nullius autoritatis circuitus eſſet, quo nā
pacto nihil cōtingat, liculētius ex conſequentia fit, q̄
ex ratione ducta Petri eſt, q̄ rō. l. in fideicōmiſſo, le
gatoue ſingulari tacet, quę ad legatū, fideicōmiſſũue
214 vniuerſale competit, de legatis † enim, & fideicom
miſſis particularibus falcidia, de vniuerſalibus trebel
liana decerpitur Sali. in l. fi. C. quam dies lega. cedit,
Ia. in rubr. infra ad trebellia. col. 2. Soci. iun. in cōſ.
145. nu. 5. & in cōſi. 156. nu. 4 lib. 1. falcidia porro ſi-
cut iure ipſo legata demenit l. lincam, & l. plautius
infra ad l. falci. ita hæredis non intereſt, per circuitum
traditionis legatorum, & fideicōmiſſorum ſingula-
riũ dominium trāſferri ſiquidem iacturæ quicquam
in falcidia, ob id hæres non facit, cum in partibus per
falcidiam iure ipſo detruncatis dominii translatio
non fiat, quæ in fideicommiſſis, legatisuē vniuerſali-
bus ratio tacet in quibus cum iure ipſo per trebellia
nam diſſectio non fiat, ſi iure ipſo translatio iurium
perficitur, trebellianæ hæredi ſaluum ius non erit,
215 quo nā † pacto enim de bonis trebellianæ excipie-
tur, quæ in dominio legatarij, fideicommiſſariiue iā
effectu vniuerſalis ſunt, & quæ hæreditaria eſſe per
acquiſitionem deſierunt liſted ſi plures §. ſi filio ſupra
de vulga. l. qui tutij infra de his quibus vt indig. l. 1 §.
præterea ff. de ſepara. l. fi in ff. C. de inoff. teſta. §. 1. in
ſi inſti. quibus ex cau. manumiſſ. non li. §. Multi de hære-
dum quali. & differen. glo. 1. in l. 1. & in l. fi. ff. de fidei-
com. hæredi. petitio. in l. 1. § veteres in ver. per vniũ
ibiq; Doc. ff. de acquir. poſ. Bar. in rubr. ff. de acquir.
hæredi. nu. 1. circa med. Deci. in l. hæreditas nu. 4. ff. de
reg. iuris, & in l. qui ſe patris num. 16. C. vnde liberi,
& alia non pauca.

Differentiam hanc circa reſecationem hæredita-
tis, & legatorum inter falcidiam, & trebellianam, vt
nisi falcidia iure ipſo non liceet, Polytus ſimpliciter
probat in l. filium quem nu. 102. in quarta differētia
C. famil. her. ratione ea mouetur, q̄ ſine reſtitutione
fideicōmiſſum vniuerſale nō acquiritur, cũ ſententia
hac Nigri hic facit nu. 41. verſi. ſed ad iſtud ſalnādo.

Sed enim ius idē trebellianæ, vt iure ipſo perinde
ac falcidia reſecet, l. mola probat in l. 1. & amplius § fi.
nu. 3. infra eo. vbi qua ratione ob tranſitum dominij
falcidia non impeditur, ita nec trebellianæ impedien-
da deductio eſſet conſequenter inutilis circuitus ta-
citũ le quartæ videtur contra quam viſum Petro ſit.
idem Crot. hic admittit nu. 27. verſi. circa tamen do-
ctrinam Petri. Bar. hunc præter Imolam, & Crotum
accedit in l. in quartā in quarta q. ibiq; Picus nu. 106.
infra ad l. falci. vbi ad trebellianam tex. extendit in d.
l. plautius eo. titu. vt iure ipſo reſectio per trebellianā
ſimiliter, vt ex falcidia inducatur, atq; ideo non mi-
nus in rebus omnibus trebellianā, quā falcidiā debe
ri expreſſius id Bar. ſcribit in l. Marcellus in prin. nu. 5.
vel ſi tertio in illis caſibus infra ad trebell. Fulgo. in l.
2. in prin. C. ad l. falci. & apud nos neq; Polyti ratio
mouet, ob id iure ipſo per trebellianam reſectionem
non fieri, q̄ reſtitutionem fideicommiſſum vniuer-
ſale exquirit, quoniam ad fideicommiſſum ipſum,
non etiam trebellianam ratio hæc ſpectat, quam ob
cauſam reſtitutionē expoſtulet. quid enim prohibet,
iure ipſo trebellianā reſecare, quamuis reſtitui fidei-
commiſſum debeat, ſed nec in fideicommiſſo Poly-
ti ratio vrget, vtpote eadem ac dictum.

Si dixeris, mentem eam Polyto fuiſſe, vt qua ratio
ne iure ipſo fideicommiſſum non tranſit, verũ reſti-
tutionem exigit, ita iure ipſo reſecare trebelliana nō
216 debeat. Reſpōdetur, ratione † hac admiſſa, tantun
dem, & in falcidia probandum, caſus enim nō pauci
incurrunt, quibus rei ſingularis dominium iure ipſo
nō quæritur, vt hic apud Bar. & alios nu. 12. & a-
pud nos nu. 136 in prioribus cōmētarijs cōſequens
igitur rationi Polyti fieret, locũ reſectioni iure ipſo
in legatis ſingularibus non eſſe, in quibus iure ipſo
dominium non acquiritur, quod textibus ipſis, ncdũ
Doct. teſtimonijs exagitat.

Secundo reſpondetur, ratione hac Polyti recepta,
217 nec in caſibus, quibus iure † ipſo dominium legati
tranſit, iure ipſo falcidiam reſecare, quoniam vt iure
ipſo dominium transferatur, reſtitutione tamē poſſeſ-
ſio deſideratur, cum ab hærede ipſo præſtari, poſſeſſio
debeat l. cum hæredes in prin. ff. de acq. poſ. Alex. hic
nu. 26. & in l. ſi mora nu. 3. circa fi. verſi. vltimo etiam
non omitto ſupra ſolu. matri, & apud nos hic nu.
132. in priore lect. & in 1. l. prin. n. 11. verſi. hoc ampliūs.

Conſequens his fit, rationem hanc circuitus vtilis
quam in quarta retinenda in fideicommiſſis vniuer
ſalibus Petrus obſeruat, iure non deficere. quoniam
& ſi maxime ſuperuacuũ circuitum in fideicōmiſſo
vniuerſali dicamus, trebellianæ detractio prohibita
218 nihilo magis erit. vnde ratio † alia cōſtat, quam ob
rem iure ipſo fideicommiſſum vniuerſale non tran-
ſeat, de qua apud nos hic nu. 154. verſi. illud dictum
Bar. in priore lect. & quam ex Bar. hic decerpſimus
nu. 8. ideſt quia hæredi ius ſemel quæſitum in bonis
fideicōmiſſis eſt, ob id auferri ab eo citra ceſſionē eius
nequit de qua ratione ſermo etiam inferius habetur
nu. 224. qua ratione dominium etiam ſine ceſſione,
aut traditione prioris legatarij in legatarium poſte-
riorem non tranſit. namq; cum iure ipſo ad legata-
rium priorē ambulauerit, ſine facto eius acquiri alij
non poteſt de quo ſupra etiam nu. 144. & nu. 198.
219 Secundo principaliter † expoſitionem, opinionē
hanc Petri, quæ vtilitate, aut inutilitate, ſeu inanitate
circuitus nititur, Bar. hic oppugnat nu. 4 circa fi. infi-
cias eundo, vanum aut ineptum circuitum in fidei-
commiſſis aliis ſingularibus q. libertatis eſſe quare
ſi doceri poſſit, fructũ, & in fideicommiſſis alis a cir-
cuitum afferri differentiam, & in eis circa legata, &
fideicommiſſum manere conſequens fieri, atq; ideo
dominium iure ipſo, & in fideicommiſſis id genus
non magis, quam libertatis ius tranſibit commodũ
plane circuitus in fideicommiſſis alijs, vt niſi per tra-
ditionem dominium non quæratur, in retentione
iuris, ſeruitutis puta, ex tex. Bar. obſeruat in l. Papi-
nianus ff. de ſeruitu. & in l. ſi ſeruus vtij infra eo. cum
ſeruitus, aut ius aliud reale in re legata rei hæredis
220 debetur, aditione † id hæreditatis perit. cũ ſua cui-
quam res non ſeruiat, l. quod noſtrum ff. de vſufru. l.
vti frui in prin. ff. ſi vſusfr. pet. l. in re cōmuni l. ſi quis
ædes ff. de ſeruit. vrba. præd. l. quicquid ff. cōmu. præd.
Itaq; ſi rei huius ſeruientis iure ipſo in fideicommiſ-
ſarium ſingularem dominiũ transferri non dicimus
quia conditionem puta fideicommiſſum, aut legatũ
habet cum apud hæredem dominium rei vtriuſq; ſit
dominātis, & ſeruientis per confuſionē, quæ ab adi-
tione inducitur, l. ſi ei § 1. ff. de euictio l. ſtichũ §. adictio
ff. de ſolutio l. debitori C. de pactis ſin autē iure ipſo
dominium trāſiſit, incolume hæredis ius manebit id
quia in dominio eius fundus ſeruiens nũquam fuit,
ſecundũ q̄ ab effectu vacuũ circuitũ nō eſſe apparet.

Sed enim Petri expoſitioni amicus, nedum aduer
ſarius tex. ille videtur, namq; in fundo eum teſtato-
ris intelligendo, qui hæredis fundo ſeruiebat, ſic quo
modo prior glo. ſenſus habet, ad vtilitatem hæredis

tranſitus iſte dominij iure ipſo, ſpectat, vtpotè quo
221 admiſſo, integrũ hæredis ius manet. Siquidem † ad legatarium cum onere ſuo fundus ſeruiens ambulat l. 4. §. modum ff. de ſeruitu. l. cum fundo, & l. ſeq. l. pecoris, & l. via §. ſi fundus. ff. de ſerui. ruſti. præd. l. cũ fundus. ff. com. præd. neq; aditione, aut confuſione ius ipſum ſeruitutis intercidit, ſiquidẽ in fundo hoc effectum producere aditio non potuit, vt hæredis dominio accederet, cum antequã adita hæreditas ſit, & illicò, vt viuẽdi finem teſtator fecit, ad fideicommiſſarium, ſeu legatarium ipſum dominium abierit, ita hæredi accõmodus trãſitus is citrà circuitũ apparet. E contrario ſi circuitũ ipſum neceſſarium contendimus, vt opus hæredis factũ traditiouè ſit, hæredi ipſi pernicialis circuitus ſit, quoniam translatione dominij iure ipſo in fideicommiſſarium non facta, cum in dominio hæredis fundus vterq; inueniatur dominans, & ſeruiens, quo caſu domino res ſeruire ſua nequit, per aditionem, & confuſionem ius ipſum ſeruitutis perimitur, vnde cum fideicommiſſario, legatatiouè agendum, vt ius priſtinum ſeruitutis reponat, denuoue conſtituat, quid ita igitur vtilitatem in circuitu hoc traditionis Bar. obſeruat, vnde damnũ ad hæredem ipſum ex circuitu ipſo traditionis recidit.

Si autem ad ſecundum modum gl. tex. interpretamur in d. l. Papinianus, ideſt cum teſtatoris prædio, quod legatum eſt, hæredis prædium ſeruiebat, quem ſenſum ſcitum magis Ang. ibi, alijq; putant, expreſſius Bart. tex. ille reſiſtit, vtilitatem enim in ſeruitute retinenda Bart. ſpectat. Quæ retentio intelligi in caſu hoc non poteſt, verum ſeruitutis ipſius interitus, quoniam ſi iure ipſo dominium fundi legati, & dominantis tranſit, cum iure ſuo ad legatarium it, atq; ideò integrum ſeruitutis ius contra hæredem manet, ꝙ ſi neceſſariam traditionem dicimus, vtilitatem circuitus iſte non retentionis, at perẽptionis affert, nãq; cum in dominio hæredis ante traditionem fundus vterq; fuerit, extinctum ſeruitutis ius haud dubiè ratione memorata liquet, ꝙ ſua cuiquam res non ſeruit, ſi dixeris, niſi ad ſenſum hunc poſteriorem cogitatum à Bar. non eſſe, quo admiſſo, inutilem hæredi circuitum non videri, per quem ſeruitus ipſa confuſione intercidit.

222 Reſpondetur, nihili † hoc commodum faciendũ, quatenus ex integro ius inſtaurari ſeruitutis oportet, ſimiliter, vt ratio dominij non habetur, quod reuocare licet. l. ſenatus. §. ſi. ibiq; Caſtren. l. non quocunq; modo in prin, infrà eo. l. qui concubinã §. cum ita 2. infrà tit. 2. l. 3 §. item ſi quis infra de lega. præſtan. l. qui decem. §. qui hominẽ in fi. ff. de ſolutio. l. in bello. § ſi quis ſeruum. ff. de captiuis, & alia ſupra adſcripta nu. 133. tex. huc ſpectat in l. ſi patre. §. verſum. ff. de in rem verſo, ſed & dominium abuſiuè dicitur, ꝙ reuocari poteſt. l. ſi quis ſeruum, ibiq; Areti. ſupra de acq. hæredi.

223 Reſponſio eadem † ad tex. valet in l. ſi ſeruus Titij infrà eo. vbi caſus idem repetitus circa ius ſeruitutis & alius præterea adiectus legitur, cum furtum hæredi factum à ſeruo legato ante mortem teſtatoris, vel poſteà hæreditate iam adita eſt, non aliter legatario præſtandum, quam ſi indemnem hæredem furti nomine faciat, ſeu damnum ſarciat, ꝙ ex furto paſſus hæres ſit, in quo tex. ſentit Bart. vtilem hæredi circuitum futurum, ꝙ de manu hæredis legatum capiatur, propterea ꝙ non ante eum tradere neceſſe hæres habebit, quã factus indemnis ſit, enimuero damno hæredis potius circuitus cedit, quoniam ſi iure ipſo dominium tranſit, ſalua furti actio hæredi manet, cum in dominio eius ſeruus nunquã legatus fuerit, à quo paſſus furtum eſt, atq; ideò cũ eã ſua actionis noxalis, qua conueniri teſtator poterat, ad legatariũ ambulat. Si dixeris, Bar. id non fugiſſe, vt ſalua actio hæredi fiat, neq; aditione, aut confuſione eam primi, verũ in re legata retinẽda circuitus effectũ à Bar. animaduerti, perinde quaſi ius locũ retinẽdi non habeat, ſi iure ipſo ad legatarium res auolat, reſpondetur, falli Bar. ſi id ſenſit. Quĩ, & ſi maxime iure ipſo tranſire dominiũ dicimus, Poſſeſſionẽ tñ de manu accipi hæredis oportet. l. cũ hæredes in prin. ff. de acq. poſ. Alex. hic nu. 26. & apud nos ſ. nu. 417. & in priore lectura nu. 132. quinetiã iure ſuo legatari ius caret, qui rẽ per ſe legatã apprehẽdit. l. nõ eſt dubiũ. C. de leg. inde, & Petri
224 ratio † cõfutatur, ꝑ retentionẽ quartę iure ipſo fideicõmiſſũ vniuerſale nõ trãſire, nãq; & ſi maximè trãſiret, quartæ tñ retinendę impedimento id nõ eſt, cũ poſſeſſio nõ tranſeat, quare rationẽ aliã expreſſã ante habemus nu. 218 ꝙ cũ hæredi quæſita ſemel hæreditas ſit, ſine facto, & reſtitutione eius acquiri ſubſtitutio nõ põt, ex Bar. hic nu. 8. ver. itẽ actiones ꝗuis explicatim id nõ ſcribat, & apud nos nu. 154 ver. iſtud dictũ Bar. in 1. lect. Obijci tñ argu. poſſet, & ſi maxime poſſeſſio nõ trãſeat, de his tñ trebellianã non detrahi, quæ in dominio iam fideicommiſſarij ſint.

Hincq; circa ſenſum d. ll. obſeruandũ, in legato fundi, aut ſerui conditionali à gl. intelligi, ne à dubitatione ali às vacui prorſus tex. videantur, ꝙ ſi purum legatum facimus, in quo iure ipſo dominiũ tranſit, diſpẽdij quicquã hæres non ſubit, cum integrũ ius eius maneat, neq; aditione confundatur, aut pereat, atq; ideo nihil eſſe, ꝙ doli exceptione iterũ ſeruitus imponatur, aut indemnitas præſtetur, ſed enim nimia hæc reſtrictio videtur, quæ dictis ll. repugnat generaliter perſcriptis. l. de pretio. ff. de publicia. Secundo pura in
225 † dubio ſcriptura intelligitur, in qua diei, cõditionevè facta expreſſio nõ legitur. l. talis ſcriptura in prin. cũ gl. in ver. purè. infrà cod. l. omnia infra tit. 1. l. liberis libertabuſq; in fi. infra de alim. lega. l. 1. in prin. infra de condi. & demon. l. eum qui calendis. l. interdum in prin. à ſpeciali argumentando l. ſi ita ſtipulatus §. Griſogonus ff. de verb. obli. l. in omnibus obligationibus ff. de reg. iur. §. omnis inſti. de verb. obli. hoc amplius manem actum fieri lex patitur, potiuſquã conditionem tacitam intelligat, aut ſubaudiat. l. à filio, & l. quæſitũ in prin. ĩ. eo. l. cum legato in fi. ĩ. qñ dies lega ced. §. an ſeruo inſti. de legatum fit, ꝙ ſeruo hæredis datur, at enim vigorẽ haud dubie haberet, ſi conditionem tacitam admutat, ſi iuris factus ſui erit.

Quocircà generaliter intelligendos tex. puto in d. l. Papinianus, & in d. l. ſi ſeruus titij, vt ad purũ etiam legatum pertineant, neq; mouet, extrà ambiguitatem omnem, rem poni, ſi præſens, aut purum legatum intelligimus, in quo confuſionis ratio tacet. Quoniam aliundè dubitandi ratio exiſtit, quod & ſi maxime incolume hæredis ius maneat, neq; confu-
226 ſione id euaneſcat. Legato tamen id † cedat, ſiquidem non hæredis minus, atq; teſtatoris ius legato cõtinetur. l. is cuius, & l. cum filius §. dominus intra tit. 1. qua dubitandi ratione non mouente, contra deciſũ eſt, ratio plane decidẽdi ex tex. detumitur in d. l. cum filius. §. dominus hæredis ius legatæ rei non cedere, cuius portio integralis non verum ex accidenti contingit, de quo genere ſeruitus prædialis non eſt, quæ per accidens imponitus, atq; extrinſecus conſideratur; vnde ad ius vſusfructus legatum trahitur quotiẽs hæredi id in re legata competit, in quo vſufructu partem rei integralem conſiſtere non dubitatur, vt no. in l. recte dicimus. ff. de verb. ſigni. Bar. in l. qui vſum fructum nu. 3. in fi. ff. de verb. obli. Hunc etiam glo. ſenſum circa d. ll. Papinianus, & ſi ſeruus titij improbatum hic habemus nu. 130. in priore lectu.

Conſequens prædictis fit, ꝙ ad argumentũ Bar. attinet, rectam Petri expoſitionem videri, qua ad ea reſtringendam adęquationem putat, in quibus effectus quicquam circuitus non habet, cum qua expoſitione Bar.

ne Bar. ipſe conſentit ſui diſſimilis in l. 1. in 1. oppoſi. & in l. 2. nu. 3. & vtrubiq; Salic. C. com. de lega. de quibus Alex. hic meminit nu. 16. poſt prin. eamq; à maiore Doct. parte recipi, Iaſ. hic teſtatur nu. 47. de accumulatis apud apud nos hic d. nu. 128. verſi. tertia fuit ſolutio Petri.

Et nu. pluribus ſeq. in priore expoſitiones, & ſolutiones aliæ ad tex. hunc, & ad differentias in glo. relatas enarrantur, & nu. 138. verſi. ſeptimam ſolutionem, ſenſus recens accommodatus à nobis legitur.

Quia fideicommiſſorum, & legatorum vniuerſalium frequens in hac l. 1. & locorum alibi memoria habetur, neq; cognitio inutilis eorum eſt, idq; trebelliani effectus, quod niſi ad fideicōmiſſa, legataue vniuerſalia non competit. l. ſi quis omiſſa ſupra ſi quis omiſſa cau. teſta. l. nam ꝙ §. fi. l. cogi. §. inde quæritur infrà ad trebel. §. ex diuerſo inſti. de lege falci. gl. & Doct. hic in vltimis verbis, ſecundum Bar. ſenſum, de quo ſuprà nu. 202. operæ precium facturum me duxi, ſi tradinonem de fideicommiſſis, & legatis ipſis vniuerſalibus adnotarem; hoc eſt quæ vniuerſalia fideicōmmiſſa, legataue habeantur. In qua re ordinis faciendi gratia caſus diſtinguendos ſeptem cenſui.

227 Primus, quotiens † de bonis omnibus mentio in fideicommiſſo fit; vniuerſale enim id habetur, cum iura omnia capiat iuxta paſſiuè, atq; actiuè d. l. cogi. §. fi. & legib. duabus ſeq. l. quotiens. §. fi. nu. 2. ibiq; Imola, & alij infrà tit. 1. Idem Bar. in l. fi. nu. 5. infrà de vſufruct. lega. Alex. in conſi. 41. nu. 14. verſi. item ſub appellatione, lib. 1. Soci. in conſ. 82. nu. 3 lib. 4.

Si dixeris, particulare, non vniuerſale fideicōmiſſum huiuſmodi videri, vtpote à quo iure adimenda paſſiua videntur, cum ære alieno deducto, bona æſtimentur d. l. ſi quis ſeruum. §. fi. l. ſubſignatum. §. bona. l. bonorum. 1. & l. propriè ff. de verb. ſigni. & alia, de quibus infrà nu. 232. reſpondetur, locum id in voluntate vltima non habere, vbicunq; abſurda res conſequi iniquaue poſſet, vt onera omnia hæreditaria hæredi incumbant, commodis omnibus ad fideicōmiſſarium, aut legatarium profectis, id quod in caſu hoc primo eueniret, abſurdi enim, & iniquitatis huius abijciendi cauſa, inſtitutum eſt, vt citra vllam æris deductionem, bona intelligãtur, atq; ideò vniuerſale hoc genus fideicommiſſum habeatur, ita vt iura omnia paſſiuè etiam fideicommiſſarium conſequenter, ita in d. l. ſi quis ſeruum. § fi. Bar. & Imola doceat Soci. in d. conſ. 82. nu. 3. lib. 4. idem Cumanus probat in conſ. 51. nu. 3. in eadem ſententia, & nos hic ſimus nu. 145. verſi. & ſi dicatur in priore lectu.

Conſequens rationi huic fit, ius aliud ſeruandum,
228 vbicunq; ratio abſurdi iſtius in vltima † etiam voluntate ſilet, veluti cum de bonis omnibus, aut bonis teſtatoris pluris quicquã petere filia prohibetur. Prohibitio hęc ad bona materna filię nō trahitur, id quia ære alieno detracto, bona intelligũtur, neq; ratio illa abſurditatis, aut iniquitatis monet, ꝙ apud hæredem onera, & incommoda hærerent, cōmoda plane aliũ conſequantur, ita Bar. no. in l. vt iuſiurandi §. ſi liberti in fi. infrà de oper. liber. & in conſ. 183. quæſt. iſta. Cuma. in d. conſ. 51. nu. 2. & in conſi. 134. Dominus incolans col. 2 poſt med. verſi. nec ex eo, ꝙ plus Car. Cardin. in conſ. 80. præſuppoſito ſtatuto circa fi. Capra in conſ. 164 nu. 6. verſi. ſi verò ipſa dos maternæ. Ruin. in conſ. 25. nu. 18. verſi. non eſt tamen verum, & in conſ. 118. col. 3. in fi verſi. nec obſtat ſecundum Bar. lib 1. Hoc ita, niſi animus patris alius oſtendatur, vt compenſandi cauſa, filiæ relinqueret Capra in d. conſ. 164. declarationes, & alias Bar. ſententia recipit, quas hic locus diſſerendi non eſt.

Infertur ſecundò ex ratione primi huius caſus memorata ære alieno deducto bona omnia, aut bona indefinitè, intelligenda, cum pęna cui à teſtatore adijcitur, ſi quæſtionē de bonis ipſius teſtatoris moueat, aut inferat, locum pęnæ non eſſe, ſi ꝙ ſibi debitũ eſt legatarius petat, id quia ære alieno deducto, bona intelliguntur, cũ ratio illa abſurdi, aut iniqui nō interueniat à Bar. expreſſa, ita Cuma. in d. conſ. 51. in prin. ius idem ſeruandum, cum de bonis ſuis quid ſolui teſtator iubet ne compenſationem legatarius creditor patiatur, Pariſ. in conſ. 95. nu. 11. lib. 2.

Apparet ex his, differentiam appellatione bonorũ inter contractus, & vltimas voluntates non videri, quoniam in his ære alieno deducto, sēper accipiantur, prę terquã ſi ratio illa abſurdi, aut iniqui interueniat, quo caſu improprië bona intelligũtur ære alieno nō deducto, vt Fabius no. in l. q ſe patris nu. 57. C. vnde liberi.

Ratio hæc huius caſus primi mouet, quotiens ab hærede legatũ bonorũ omniũ relinquitur, vniuerſale ob rationē prædictã æſtimetur, quid ſi hærede vllo non ſcripto, bona omnia cui legantur, rationi .n. locus huic non videtur; monendi hic ſumus, ſiquidē inſtitutionem legatũ hoc ſecundũ ea efficit, quæ in rubri. ſcripta tituli huius habemus nu. 42. & ſeq. turba in 1. lectu. extra controuerſiam rem poni, inſtitutionis, non legati titulo tunc interueniente, ſin autem ad inſtitutionem legatum hoc non valet, ratio tum eadem, præmiſſi ab hærede legitimo præſtãdum legatum ſit, ne diſpendiis hæreditatijs ſine cōpendio afficiatur, ꝙ ſi legatis in teſtamēto datis, hęres obſtinctus legitimus non ſit, vtpote, ꝙ codicillorum ſuſtineri iure non poſſit, tum vero inepta diſceptatio de legato fideicommiſſoue apparet, ꝙ ratum non ſit.

229 Per inſpectionem † hanc ratio Imolę cęditur in d. l. cogi nu. 16. in glo. ſuper ver. bona, rationem enim diuerſitatis Imola affert, quã ob rem vniuerſale fideicommiſſum habeatur, ꝙ de bonis ſcriptum ſimpliciter eſt, cauſam aliam videri, cum niſi ex parte bonorum fideicommiſſum non conſtat, eo id fieri, ꝙ abſurdi ratio in caſu priore non ſubeſt, vt oneribus hæres, commodis exceptis, fungatur, nullus quippe hæres, legatarium, aut fideicōmiſſarium ipſum vniuerſalem onera conſequuntur, quod ſecus in fideicommiſſo, aut legato partis bonorum eſt, in quo ratio abſurdi inuenitur, onera cuncta hærede tunc expediente, locum enim Imolæ animaduerſio in caſu priore non habet, cum legato, aut fideicommiſſo præſtãdo hæres legitimus tenetur, veluti cum, aut codicillis, ex teſtamento, quod codicillorum iure conſiſtit, hoc genus fideicommiſſum vniuerſale datum, aut legatũ ſit, intelligi ex his poteſt, non niſi ad eũ caſum diuerſitatis rationem apud Imolã expreſſam pertinere, quo inſtitutionem legatum vniuerſale dicit, ea plane remota, abſurdi rationem, & in caſu priore vrgere.

230 Et quę dicta in caſu hoc † primo ſunt, cũ de bonis omnibus mentio fit, locũ iũ ēt obtinent, cũ de bonis ſimpliciter, aut idefinitè mentio habetur, vti videre apud Imolã eſt in d. l. cogi nu 16 in gl. ſuper vebo bona, idē ex Bar. colligitur in d. l. fi. infra de vſufruc. lega. expreſſius Soci. hoc oſtendit in d. conſ. 82. nu. 3. verſi. aliquando, & ſundo lib. 4 ſed & tex. hoc vltra Socinũ nominatim probatur in l. nã ꝙ § fi. infra ad trebel.

Secundus caſus eſt, quotiens non bona omnia, aut
231 bona indefinite, at pars † tãtummodo bonorum relinquitur, dimidia puta, tertia, & deinceps, quo caſu particulare relictũ intelligitur d. l. non amplius. §. fi. ĩ. eo. d. l. generali. §. fi. ĩ de vſufr. lega. vbi in legato, aut relicto id genus optio hæredi tribuitur, partē bonorũ relictam in bonis ipſis, an æſtimationē eorũ præſtet, ꝙ vtiq; non fieret, ſi vniuerſale relictũ diceretur, vt vt iura paſſiuè tranſeant, ratio enim, cur facultatem æſtimationem præſtandi hæres habeat, illa videtur,
232 quoniam † ære alieno deducto, bona intelliguntur cũ pars bonorum relinquitur d. l. cũ autem infrà titulo. 1. l. princeps bona l. ſubſignatum. §. bona. ff.

de verborum. ſignifiac. Bart. in d. l. ſi quis ſeruum. §. fi. & in d. l. fi. infrà de vſufruc. lega. Cuma. in cōſ. 30 nu. 5. vbi in vſufructu partis bonorum legato loquitur, & alia ante adſcripta nu. 227. verſi. ſi dixeris, æs planè alienum patrimonium cunctum bonaq; omnia reſpicit. l. fideicommiſſum. §. tractatum. ff. de iudi. d. l. cogi. §. inde quæritur infrà ad trebellia. vnde incertum videtur, quot, quæuè corpora hæreditaria, ſeu quot, & quæ res hæreditariæ certæ præſtari legatario, aut fideicommiſſario poſſint ære alieno interueniēte, fieriq; poteſt, vt ære alieno detracto, perpaucæ res, aut ſpecies hæreditariæ maneant, quæ tradi poſſint, rurſus cum res omnes, & ſingulas æs ipſum alienum ſpectet, quomodo, ſeu ad quam certam partem in ſpeciebus, aut corporibus ipſis hæredi tarijs fieri ſolutio poſſit, facile explicatu non eſt, ea ratione permiſſum hæredi eſt, & æſtimationem præſtare bonorum poſſit, in qua difficultatis quicquam non verſatur, ſiquidem æſtimatio bonorum omniū fit ita vti ſunt, deinde ære ex ea alieno detracto, precij, quod ſupereſt, pars legata in pecunia præſtabitur. In arbitrio tamen eius eſt, in bonis etiam, aut corporibus hæreditarijs legatum præſtare, quamuis difficilior præſtatio ea ſit, quæ res arbitrio boni viri perficitur, ſimiliter vt in diuiſione bonorum communium dicitur inſti. de offi. iudi. §. ſi familiæ hærciſ. & duobus §§. ſeq. rationem hanc æſtimationis præſtandæ à difficultate ſoluendi naſci, Corn. ſentit in cōſ. 260. colu. 2. verſi. nec in hoc ſit extatio lib. 1. expreſſius in conſ. 289 col. 2. verſi 3. idem deducitur lib. 4. ratione hac æſtimationis præſtandæ ita admiſſa, locū vtiq; difficultas præſtandi non habebit, ſi vniuerſale legatum hoc partis bonorum dicimus, quoniam ſi vniuerſale eſt, pars bonorum omnium præſtari, ita vti legatū eſt, debebit, neq; detractio vlla æris alieni fiet, vnde difficultas præſtandi naſcitur, cum æs ipſū alienum, & iura omnia paſſiua legato vniuerſali cædant, legatariumq;, aut fideicommiſſarium vniuerſalem ſequantur, a quo ipſo, non ab hærede dimiſſio creditorum fiat.

233 Neq; aliam † ob cauſam legatū partis bonorū particulare dicitur, niſi q detractio ex eo æris alieni fit, neq; legatarium, aut fideicōmiſſarium ſequitur, vniuerſale enim dici non poteſt, de quo quicquam adimitur, cum de toto excipi quid non queat l. Iulianus infrà tit. 2 l. fi. infrà de penu. lega. l. ſcribit in prin. infrà de auro, & arg. lega. l. A procuratore. C. manda. l. fi. C ſine cenſu, vel reliq. Inde falſus totus ſermo vniuerſalis habetur, qui falſus ex tantulo ſit l. ſi ſeruus. §. ſi pluriū. ff. ſi quis cautio l. ſi is qui ec. §. cum ita verſ. vel vt propius accedamus, infrà de reb. dub. idq; Bar. & alij neceſſario ſentiunt in d. l. ſi quis ſeruum. §. fi. legatū certæ partis bonorū vniuerſale ob id nō eſſe, q ære alieno remoto interpretatur, ita niſi amotio illa æris alieni vniuerſitati non obſtat, quę infrà etiam ratio iteratur nu. 235.

Rationē hanc æſtimationis præſtandæ, quæ à difficultate ſolutionis ducitur, in d. l. non amplius. §. fi. Imola refellit nu. 4. q æque in æſtimatione ipſa præſtanda difficultas ob æris alieni modum ſit, cū incerta æris ipſius quantitas alieni ſit, quid .n. æſtimationis ſolui certæ poterit, ſi æris alieni modus ignoraſ; vnde rationē alterā Imola ſubiungit, quæ à communione pendet, ne in cōmunionem bonorum hæres inuitus rapiatur; ſed enim ratione hac admiſſa, tantundē, & in certa hæreditatis probandū parte erit. Argumēti huius tamen defendi, Imola pōt: Cōmunionē hanc in certa hæreditatis parte nō contingere, vipotē quę ſolida cū onere ęris alieni præſtatur. Si dixeris; quantū ad portiones alias hæreditarias cōionē interuenire, reſponderur, niſi in portione legata, aut fideicōmiſſa ius hoc communionis coactæ non attendi.

Sed iterum Imolæ rationem quiſpiam cędet, cōmunioni huic medendi opem per iudicium diuiſorium æris alieni explicatione facta, nō de eſſe. Reſpōdetur, Abſurdum leg. vilum, particulas partis fieri, quid enim ſi quotula fideicommiſſarij, vel hæredis portio inueniatur.

Caſus huius ſecūdi cōcluſio ex tex. non dubiè probatur in d. l. non amplius §. fi. & in d. l. generali. §. fi. infrà de vſufrue. lega. in quibus ære alieno abſciſſo, æſtimatio pſtatur, eris .n. totius deductione facta, preciū. q legata portio capit, legatario ipſi ſoluitur, al. n. detractio vlla æris alieni, oneruūe non fieret, ſi vniuerſale legatū dicimus, rurſus facultatē æſtimationis ſoluendæ hæres non haberet, ſi vniuerſale legatū ſit, qm̄ bona ex trebell. pręſtari, ita oporteret, vti legata ſunt, onera ipſa legatario, aut fideicom. ſuſcipiente.

Conſequens his fit, verū caſum hūc ſecundū eſſe, vt particulare legatū ſit, quo pars ſolūmodo bonorū datur, ex legibuſq; ſuprà nominatas probationē eius fieri, rationēq; eius ab impoſſibili deduci, q impoſſibile videatur vniuerſale id haberi, vnde aliquid demi tur. Quā rationē percipere ex Alex. ēt licet in d. l. cogi circa fi. verſ. & pro claro intellectu, quā legit vna ſimul cū l. apud Iulianū. §. non omnes, vbi q ideò vniuerſale legatū hoc dici partis bonorū non pōt, quia vniuerſabitas hæc reſpectu hæreditatis intelligit, idest vt partē hereditatis relictū cōprehendat, ſed cōprahendere eā non pōt, cū eque incōmoda, atq; cōmoda hereditas cōtineat, atq; adeò æris ex ea fieri detractio non debeat, q ipſum in legato, aut fideicōmiſſo partis bonorū fit non contingit, huc ea attinent, quę ſcripta inferius ſunt nu. 236. 245.

Caſus iſte ſecūdus pro expedito apud Bar. & alios habetur in d. l. ſi quis ſeruū. §. fi. nu. 1. & 2. in l. fi. nu. 5. & 5. infra de vſufru. lega. Soci. in d. cōſ. 82. nu. 3. lib. 4. Iaſ. in l. cū ex filio in ſi. prin. ſupra de vulg. & hic apud nos nu. 145. verſi. quintus caſus. in 1. lect.

234 Sed cōtrarius caſui huic † tex. videtur in §. ſed quia verſi. poſt q inſti. de fideic. heredi. vbi locū trebelliano in eo eſſe tex. ait, qui partē bonorū ex fideicōmiſſo accipit, ad quē tex. Imol. reſpondet in d. l. non amplius. §. fi. circa prin. in gl. 2. & in d. l. ſi quis ſeruū. §. fi. Iaſ. in ſi. in legato quotæ hęreditatis tex. intelligendū, alıter. ll. non paucis contradiceret. Iuuari iſta reſponſio videtur, qm̄ primo loco de eo tex. loquitur, qui partē hęreditatis ex fideicōmiſſo accipit; vnde cum de parte bonorū ſubijcit, de ea ſentit, quæ ad hęreditatem pertinet ſequentia ſecūdū pręcedentia intelligendo. l. nā, & poſteriores. Ibiq; Bar. ff. de ll. l. vtrū, ibiq; Bar. & Ang ff. de petitio. hęred. & hoc genus apud nos in reſponſo pro genero nu. 229. & ſeq. Rurſus, vt principiū tex. eſt, ita eū intelligi totū oportet l. regula. §. pe. ff. de iuris, & facti ignor. l. 1. circa fi. C. de impo. lucra. deſcrip. lib. 10 Oldra. in conſ. 103. quæſtio eſt. Bar. in l. cum filio nu. 4. circa med. verſi. 4. hoc videtur infra eo. & alia apud nos in rubr. ſupra eo. nu. 61. in poſterioribus cōmentarijs, ex his etiam reſponſio hęc iuuatur, quę ſcripta inferius ſunt nu. 242. & ſeq.

235 Et obſeruandū in hoc ſecundo † caſu, quāuis paſſiuè iura, & actiones ſub relicto certę partis bonorū nō includātur, verū eis detractis, bona iudicentur, actiuè tñ iura, & actiones relicto huic cędere, & ſub eo contineri, ſiquidem niſi de ęris alieni deductione leges nō loquūtur. Pro qua ſententia tex. videtur in l. bonorū. 1. in fi. ibiq; gl. 1. in fi. ff. de verbo. ſigni. vbi quæ in actionibus, petitionibus, & perſecutionibus conſiſtunt, in bonis eſſe intelliguntur, & glo. ibi expreſſius ait, quæ commodum afferunt, bonorum appellatione contineri, & ſi incommodi quid inſit, id

236 detrahendum, ob id tñ † q actiuè iura, & actiones bonorum appellatione comprehendūtur, vniuerſale relictum non habetur. Quomodo enim dici vniuerſale

uerſale poterit, incommodis oneribus excluſis, quę ſub hæreditate contineri diximus, nihil enim excludi de toto, aut vniuerſali poteſt, d. l. Iulianus infra de lega. 3. l. à procuratore C. mãda. & ita in ſpecie Corn. not. in conſi. 289. col. 3. verſi. & ſi quis dixerit lib. 4. & alia, de quibus ante nu. 233. poſt, med. verſi. conſequens his fit, & infra nu. 245. rurſus quod de tranſlatione iurium dictum actiue eſt nu. 235. infra limitatur nu. 240.

237 In hoc etiam ſecundo † caſu obſeruandum, hallucinatum Alex. videri in conſi. 12. nu. 3. verſi. tertio fortificari videtur, iuncto nu. 12. in fi. verſi. ad tertiũ argumentum lib. 2. vbi ſiue de bonis omnibus, ſiue de quota eorum mentio fiat, æs detrahendum alienum putat. defendi tamen Alex. poteſt, q in contractu loquitur, in quo ære alieno deducto, bona intelliguntur, quamuis de bonis omnibus mentio fiat l. mulier bona ff. de iure dot. Bar. in l. 3. in prin. infra de bon. poſ. & d. l. princeps bona Corn. in conſi. 260. col. 2. circa med. lib. 1 vnde quãuis promiſcue Alex. loquatur in d. conſil. 12. ſine diſtinctione contractuum à voluntate vltima non facta, ad modum tamen memoratum intelligi ſane eum conuenit.

238 Tertius caſus eſt, † quotiens reſiduum bonorum ſuorum à legatis, debitis, vel quod ſupereſt à debitis & legatis, reſtitui teſtator mandat. in quo caſu ratio eadem atq; in ſecundo verſatur, ne vniuerſale dici relictum poſſit: quomodo enim dici vniuerſale poterit, ſi detractio ex eo debitorum ſeu ęris alieni, & legatorum fit. Bar. in d. l. cogi in prin. nu 5. ibiq; Alex. nu. 15. poſt Caſtren. ibi quam l. vt dixi, cum l. apud Iulianum §. non omnis Alex. coglutinauit, eadem ſententia Corn. vtitur in d. conſi. 289. col. 3. verſi. & licet Bar. ibi. prout quando teſtator lib. 4. quicquid Imolæ viſum aliter fuerit in d. l. cogi. nu. 15. circa fi. quam legit ſimul cum l. ille à quo §. non omnis vbi diſſimilem cauſam legati quotæ bonorũ, & reſidui bonorum Imola putat, quaſi ad totum reſiduũ bonorum referatur, & nihil interſit, vtrum hæreditatẽ, vel quicqd ſupereſt ex hęreditate, deductis legatis, & debitis, an reſiduũ bonorũ deductis legatis, & debitis reſtituere quis iubeatur, cui argumẽto Alex. poſt Caſtren. reſpondet in d. l. cogi. differt enim inter hæreditatem, & bona quia hæreditas vniuerſale ſemper ius dicitur ex natura ſua quamuis aliqua de ea teſtator moueat, vt infra nu. 44. verſi. ampliationem Quod ſecus in bonis eſt, ſed nec in poteſtate teſtaris eſt, detractionem id genus ex hæreditate facere vti plenius in caſu ſeptimo diſſeremus nu. 245.

Quartus caſus eſt, vbicunq; bona ſua omnia per
239 quotas teſtator † diſtribuit partem vni, alterã alij,
& deinceps relinquendo, qui caſus à ſecundo ſeparatur, ſiquidem locum tum deniq; caſus ſecundus habet, ſi de parte bonorum non de partibus omnibus mentio fit, vnde ad caſum primum caſus iſte pertinet ſeu accommodatur, cum de bonis omnibus aut de bonis indefinite, memoria habetur, quo caſu vniuerſale relictum dici, ad iuraq; omnia trahi actiue, & paſſiue, demonſtratum in eo habemus nu. 227. & nu. 230. Ratio enim primi caſus ad quartum hunc pertinet hoc eſt eo vniuerſale haberi, & iura omnia paſſiue eũ, & citra æris alieni deductionem contineri, ne oneribus ſolis citra commodum vllum, obſtrictus hęres maneat bonorum omnium diſtributione per quotas facta, vt Soci. ſcribit in d. cõſi 82. nu. 3. verſi. aliquando, & tertio lib. 4. & hic apud nos nu. 145. verſi. iſte quintus caſus, in ſcriptis anterioribus ex Bar. caſum hunc Soci. confirmat in d. l ſi quis ſeruũ § fi. nu. 3. verſi. idẽ ſi rogatus, ex Bar. etiã id probare Soci poterat in l. centurio nu. 36. verſi. quæro vlterius, quid ſi hæc ſubſtitutio per verbum commune ſupra de vulga. vbi referre Bar. nõ putat vtrum vni hæreditas cuncta verbo communi detur, an per quotas pluribus diſtribuatur, vtrubiq; enim ſubſtitutionẽ directã æſtimari verbo comuni factã, quaſi vniuerſitati adiectum bonorum ſit, quod ſecus eſt, cũ rei certæ adijcitur. apparet ex his, caſum hunc quartum vice limitationis caſus ſecundi cenſeri, ne locum caſus ſecundus habeat, vbicunq; de parte bonorum fit mẽtio, per quotas bona omnia partiẽdo.

240 Quintus caſus eſt, quotiẽs † de bonis omnibus, aut bonis indefinite, ad loci certi circũſcriptionẽ, aut reſtrictionẽ mẽtio fit, veluti cũ bona omnia, aut bona ĩ tali loco poſita teſtator relinquit, particulare enim haud dubie relictũ hoc æſtimatur, Immo magis particulare, quam in ſecundo caſu, cum de parte bonorum ſimpliciter mentio fit, quo caſu iura actiue venire demonſtratum habemus nu. 235. q cõtra in caſu hoc quinto eſt, in quo nec actiue iura veniũt. ſiquidem circumſcribi, aut coerceri loco iura nõ poſſunt l. gaius infra tit. 1. l. fideicõmiſſum §. tractatum. ff. de iudi. d. l. cogi. §. inde quæritur l. fi. C. de præſcrip. longi temp. cũ alijs apud Bal. relatis in l. 1. ff. de ſtatu homi. & in cõſi. 232 ſuper infraſcriptis dub. in fi. lib. 2. Alex. in cõſi. 31. nu. 14. lib. 1. quod repetitum eſt in cõſ. 111. lib. 4. Com. in conſi. 49. lib. 3. Capta. in conſi. 45. in vltimo dubio.

Ampliationem caſus iſte quintus admittit, vt locũ habeat, etiã cũ bona ſua omnia præſentia, & futura quis diſponit, relinquit, aut donat, vbicunq; ſint, & reperiri poterunt, loci certi circũſcriptione nõ facta, nihilo magis enim vniuerſale dicendum relictũ id poterit, quandoquidem ad iura, nec actiue trahitur cũ ad bona relatio fiat, quæ in loco aliquo ſunt, aut ĩ loco reperiri aliquo poterũt, ď quo gñre iura actiones q; nõ ſunt, quæ locorũ inueniri vsq̃ non poſſũt, cum locum non occupent. ex Decio ampliatio hæc oſtenditur in conſi. 30. nu. 2. verſi. quarto Iacobus donauit. Iaſ. in l. à diuo pio §. in venditione in quarto nota ff. de re iud. & in conſi. 5. col. 4. lib. 3.

241 Sextus caſus eſt, quinto † non diſſimilis quotiens bona ſua oĩa mobilia, & immobilia quis relinquit. particulare enim, & hoc relictum habetur, cum ad iura, & actiones non pertineat. l. quam tuberonis. §. penult. ff. de pecul. Alex. in conſi 9. col fin. lib. 2. Iaſ. in d §. in venditione in quarto nota & alia, de quibus ſupra num. 13. & in rubr. ſupra eod. num. 70 in 1. lectu. Soc. iſ iun. adſitur in conſ 115. in princ. lib. 1. & in conſi. 79. nu. 7. & pluribus ſeq. lib. 2. Inde fit, vt qui ex bonis immobilibus hæres ſcribitur, in hæreditate inſtitutus, nec in quota eius cenſeatur Signorol. in conſ. 261. nu. 2. verſ. nec huic obuiat.

Limitationem caſus memorati, quibus dictum
242 eſt, bonorum appẽllationem † ære alieno detracto
intelligendam, atq; ideo particulare bonorum relictum dici, admittunt ne locum habeat, vbicunq; loco hæreditatis bona accipiuntur, & ſuccedunt, vniuerſale tum enim relictum habetur, ſimiliter, vt ſi verbo hæreditatis ſemper vſus teſtator ſit, verbigratia hærede titio ex dimidia parte hæreditatis ſcripto, eũdem teſtator rogat, vt dimidiam bonorum ſuorum partem ſeio reſtituat, totum enim à titio reſtitui hærede debet, quod relictum ei eſt, vnde ſicut hæreditas relicta ex parte dimidia eſt, ita eam reſtitui ex ea parte oportet, relictum plane hæreditatis quamuis ex parte, vniuerſale eſſe, proculdubio eſt, ita Bar. limitat in d. l. ſi quis ſeruum §. fi. nu. 3. infra de lega. 2. de quo ſupra ẽt nu. 29. regula hæc ſubrogationis quadrat, de qua in l ſi eũ. §. qui iniuriarũ ff. ſi quis cautio.

Ex limitatione hac ſenſus confirmatur, qui accõmodatus à nobis in ſuperiorib. & initio interpretationis l. huius ad tex. eſt in l. quotiẽs. §. fi. ff. de vſufru. n. 14. & ſeq. n 20. 24 29. 37. idcirco bona ibi futura appellationi bonorũ cedere, q ad heredi. bonorũ appellatio

referetur,ſiquidem vſusfructus relictus bonorum eſt,
ex quibus inſtitutus hæres erat,ſic pro eo res eſt, vt ſi
hæreditatis relictus vſusfructus ſit.

243 Secundò ex † limitatione hac reſponſio adiuua-
tur,quæ tradita ſuprà in caſu ſecundo,& nu. 234 ad
tex. eſt in d. §. ſed quia verſi. poſt quod inſtit. de fi-
deicom. hæredi. qui contrarius tex. caſui ipſi,ſecun-
do videbatur, namq; cum mentio hæreditatis facta
primū ſit,verbū ſubrogari hæreditatis verbo videtur.

Quæ dicta in appellatione bonorum ſunt, ad rerū
etiam appellationem pertinent, nihil quippè inter-
eſt,vtrū bona ſua,an res ſuas quis relinquat.l.fin. ibiq;
Bar. nu. 3. infra de vſufruct. lega. Alex. in d. conſil.
12. nu. 13. lib. 2. de quo ſuperius etiam nu. 18.

244 Caſus ſeptimus ab omni vacuus† dubitatione eſt,
quotiens de hæreditate,aut quota eius mentio fit,vni
uerſale relictum haberi, id quia iura omnia comple-
ctitur actiuè paſſiueq; d.l.ſi quis ſeruum. §. fi. ibiq;
Bar. & alij,Bar. in d.l fin. infra de vſufruct. lega. de
quo ſupra etiam nu.238. in fi. vbi ampliatum id legi
tur, quæ mox expreſſius atq; copioſius ampliatio
explanatur.

Ampliationem caſus iſte admittit, vt locum ha-
beat,etiam ſi ære alieno legatiſq; deductis,hæredita-
tem,aut partem eius reſtituere hęres rogatur, vniuer
ſale enim nihilominus fideicommiſſum habetur d.l.
cogi.§. inde quæritur, de quo ſupra etiā nu.38. in fi.

245 Si dixeris,impoſſibile † videri,vt vniuerſale relictū
dicatur,de quo exceptio onerum fit, aut quicquam
demitur d.l. non amplius. §. fi. infrà eo. d.l. generali
§. fi. infra de vſufruct. lega. & alia,de quibus ante nu.
233. poſt med. verſi. conſequens his fit.

Reſpondet Iuriſconſultus in d. §. inde quæritur,
verum id eſſe,ideò autem vniuerſale relictum id ha-
beri,ꝙ inutilis detractio illa onerum eſt, neq; ex ar-
bitrio teſtatoris pendet, neq; enim efficere teſtator
poteſt,quominus ius vniuerſale hæreditas habeatur,
atq; ideò iura omnia contineat actiuè,& paſſiuè, nō
magis quam ſi fundum reſtitui teſtator mandat,aere
alieno legatiſq; deductis:non enim diminutionem
æris alieni legatorumq; fundus recipit, ita vt detrahi
ab eo alienum æs debeat, & fundū ipſum detractio
ſequatur, namq; ſi in feudo ipſo æs hoc alienū non
hæret,neq; fundum ipſum reſpicit,at vniuerſum pa-
trimonium,& ipſum quaſi ius vniuerſale,rerum ſin-
gularū ratione non habita, quomodo detractio eius
fieri ex fundo poterit,cū nulla qualitas eſſe non entis

246 poſſit l. 2. ff. de vſufruct. Inde † fit,vt fundo aliena
to,ſucceſſorem ſingularem æs alienum nō ſequatur,
etiam ſi debitum id occaſione fundi ſit.l. fi. in fi. ff. de
contra.emp.l 1 §.ſi hæres infra ad trebel hinc etiā fit,
vt dominij fundi trāſlatio in parte vlla ob æs ipſum
alienum non impediatur. Alber. in d. l. cogi. §. Inde
queritur nu.2.qua rōne igitur impoſſibilis æris alieni
detractio ex fundo eſt,in quo non includitur, & quē
non reſpicit, ita detractio hæc fieri ex hæreditate nō
poteſt,& quo planius dicam,in fundo alienū æs con
ſiderari niſi ius vti reale non poſſet,quod fundum ſe-
queretur,ſed enim dici reale non poteſt,cum à re rei
non debeatur,verum à perſona perſonæ.

Sed obſeruandum ,ex diuerſis in ſimilitudine hac
Iuriſconſultum Metianum argumētari,ideſt à fundo
ad hæreditatem,vt qua ratione fundo æs deduci alie
num nequit, ita nec de hæreditate.

Sed enim diuerſa iſta ſunt, rationemq; diuerſam
247 habent.De fundo † enim idcirco detractio fieri ęris
alieni non poteſt,quia in fundo id non extat, neq; in
rebus ſingulis, ſed in iure vniuerſo hoc eſt in cuncto
patrimonio,ſeu vniuerſa hæreditate tanq; in iure,ſic
impoſſibilis per naturam detractio videtur cauſa alia
hæreditatis ipſius eſt,in qua æs alienum comprehen-
ditur, ob id impoſſibilis in hæreditate detractio iſta
non apparet. Conſequenter ab impoſſibili ad poſſi-
bile argumentari Metianus videtur.

Reſpondetur,hoc argumentandi genere hactenus
Metianum vti, vt impoſſibilitatem detractionis hu-
ius in hæreditate etiam oſtendat,vt ſicut manifeſta in
fundo impoſſibilitas detractionis huius eſt, ita impoſ
ſibilem eam eſſe in hæreditate intelligamus;neq; mu
tat, poſſibilem in hęreditate deductionem videri,vt-
potè æs ipſum in qua ineſſe alienum ſolet. Quoniam
ad eum modum incluſio iſta hæret, vt diuelli ab hæ-
reditate æs ipſum alienum nequeat, inhæret enim
quantum ad ſubſtantiam ipſius vniuerſi, vſq; adeò,
vt dici hæreditas non poſſit, de qua æs alienum one-
rauè alia excipiantur, quonam pacto enim vniuerſa
le ius erit, quod omnia non capit. Ita impoſſibilita-
tis huius æris alieni ex fundo,& hęreditate ſimilitudo
in genere contingit,vtrobiq; enim impoſſibilitas,nō
in ſpecie,aut modo, aliter quippè, aut ratione alia in
fundo, atq; in hæreditate incurrit.

Rationem aliam cur detractionem hanc æris alie
ni hæreditas non admittat,Imola adſcribit in d.l.co-
gi nu. 16. poſt Ang. ibi. à partibus ſatis enumeratis
argumentando, namq; , aut alienum hoc æs vti ſpe
ciem à genere de hæreditate auellimus, & fieri id ne-
quit,cum quaſi ſpecies æs hoc in hæreditate alienum
non inſit,aut tanq; partem hæreditatis æs ab ea alie-
num eximimus, & nihilo magis fieri id poteſt, cum
pars hæreditatis non ſit, ſimiliter, vt res hæreditariæ
pars hæreditatis non dicuntur, aliud quippè hæredi-
tas,atq; res particulares,ſub ea comprahenſæ, ſimili
ter,vt non idem peculium,ac res ipſæ peculiares ſunt
l. 5. infra de pecul, lega. Diuerſo item iure vniuerſi-
tas quam ſinguli ex ea exiſtimantur. l. in tantum. §.
1. ff. de rerū diuiſio.l. ſed ſi hac. §. qui manumittitur.
ff. de in ius vocan. atq; in ſpecie, aliter hæreditatem,
ac res eius in ea comprahenſas iudicari,ex tex.demō
ſtratur in l. 2. ff. de hæredi. vel actio. vendit. de quo
tex. ſupra nu. 33.

Perſpici ex his poteſt, cauſam longè aliam vniuer
ſitatis,ſeu iuris vniuerſalis, quam generis eſſe, genus
quippè ſpecies vti partes ſuas obtinet, quibus carere
non poteſt,tametſi collectiuè omnes neceſſario non
ponat. Animal quippè non ideò minus erit, ꝙ ſpe-
cies aliquas excipimus,cum ad alias competat, quod
ſecus in vniuerſitate eſt,hæreditate puta, quæ ſpeciē,
aut partem vllam non expoſtulat,cum ex iure mero
conſtet, & ſine corpore vllo iuris ipſius vniuerſalis
intellectum habet.l. hæreditas in princ. ff. de petitio.
hæredi. & qua ratione ex rebus ſingulis vti partibus
non conſtat,ita nomē eius cadere in ſingulis, aut par
tibus aliquibus nequit, verum niſi in iure toto non
intelligitur, ea ratione cum aliquid ex toto demitur,
totum,aut vniuerſitas eſſe deſinit. d §. inde quęritur.
Hinc etiam fit,vt ad hæreditatem bonorum appella-
tio non accommodetur, id quia ęs de eis alienū ſub-
ducimus. d. l. non amplius. § fi. infra eo. d. l. ſi quis
ſeruum. §. fi. infrà tit. 1. hoc vtiq; , cum hæreditatis
vicem bonorum appellatio nō ſubit,per ea,quæ ſcri
pta ante ſunt nu. 24. & 227. 230.

Partes tamē,vt vniuerſi, aut in vniuerſo non in re
bus ſingulis vniuerſitas admittit, verbi grā dimidia,
tertia pars hæreditatis, & deinceps. §. hæreditas inſti.
de hæredi. inſti. in quibus vniuerſi partibus locum re
gula obtinet,de qua in l quæ de tota. ff de rei vendi-
ca. Atq; ideò parte qua iuris vniuerſi euicta, euictio-
ni ipſi præſtandæ haud dubiè hæres tenetur, cū pars
iuris ipſius vniuerſi auferatur, quod contra in rebus
ſingulis euictis contingit,quæ venditæ per ſe,aut per-
inde, ac pars hæreditatis non creduntur, cum niſi ad
ius ipſum vniuerſum hæreditas non ſpectet, vnde ſa
tis eſt,ſi hæredē is ſe præſtet,a quo ius ipſum vendi tū
hæreditatis eſt.d.l.2.ff.de hęred.vel actio.vēdi hęredē

igitur

igitur ex aſſe oſtendere ſe debebit, ſi hęreditas vendita cuncta eſt. Quareſi in partem euictio ſequitur, partis illius euictio præſtanda, cum pars eius euincatur, ꝗ venditum eſt, ita ſi res ſingulas hæreditatis venditæ ſpectamus, locum regula non habet, de qua in d.l. quæ de tota, hoc ideo quia, de parte tūc ad totum argumentum non ducitur, cum partem vllā in rebus ſingulis hæreditas non habeat, quę niſi ex iure ipſo hæreditatis citra corporis vllius obſeruationem non conſiſtit.

Dixerit aliquis cōtrarium ipſi ſibi in d §. inde quęritur iuriſconſultum videri, qui impoſſibilem ęris alieni ex hęreditate deductionē primum ait, deinde vero deductionis ipſius faciendæ ius hęredi permittit, vt ea facta, fideicommiſſum reſtituat, ſic quam impoſſibilem deductionem aſſerit, poſſibilem eum permittendo facit, rurſus ex trebelliano reſtitutionē hanc fieri, ait quod niſi in fideicommiſſo locū vniuerſali nō habet d.l. ſi quis omiſſa ſupra ſi quis omiſſa cau. teſta. l. nam quod § fi. infra ad trebel. §. ex diuerſo inſti. de rerum diui. ſed quo nam pacto vniuerſale reputari fideicommiſſum hoc poterit, ęris vnde deductio alieni fit.

248 Reſpondetur, deductionem † hanc ad factum, & æquitatis cauſam vel ad ſoluēdi modum, non ad iuris ipſius vniuerſi corruptionem pertinere, ſiquidem per deductionem alieni comprehenſione hęreditas nō exuitur, neq; per deductionem hoc genus creditoribus hęreditarijs fideicommiſſarius eximitur, in quem iura omnia tranſlata hæreditaria ſunt æque paſſiua atq; actiua quominus ab ipſis conueniri creditoribus poſſit, idq; ex tex. ipſo ſignificatur qui cautionis ope ſuccurrendum fideicommiſſario ait, per quam indemnis aduerſus ipſos creditores pręſtetur quæ neceſſaria cautio non eſſet, ſi per deductionem ipſam æris alieni in fideicommiſſo vniuerſali reſtituendo factam, onera ipſa ab hæreditate ſeu fideicommiſſo ſeparari vniuerſali dicimus, idq; ex tex. etiam declaratur in l. 2. ibiq; Soci. in prin. C. de pactis, & in l. 2. C. de hæredi. vel actio. vendi. ſecundum quæ, ſubſtantiæ ipſi naturæ iē hæreditatis per conuentionem hanc inter hæredem grauatum, & fideicommiſſarium de oneribus hæreditarijs ex fideicommiſſo vniuerſali adimendis, nihil decedit, neq; creditorū legatoriorumq; ius, minuitur, vigorem demū pactio hęc quoad ipſos hæredē, & fideicōmiſſariū de modo, & ratione ęris alieni diſſoluendi habet.

Sed obiecturus hic aliquis erit, ſi hæreditatis ſubſtantię derogandi licētia nō eſt, quominus iura omnia paſſiua etiam teneat, quid ita æs ipſum alienum aut legata deducere hęres non prohibetur, Cur non hęreditatem ipſam, vt eſt, cum cauſa ſua omni fideicommiſſario non reſtituit, argumento hoc glo. ibi perculſa ipſum ſe obſcurat, & niſi caſibus quibuſdā locum deductioni non putat, Doc. plane deducendi ius ſimpliciter admittunt quo voluntati ſatis teſtatoris fiat, qui ęris alieni, & legatorum exceptione facta, reſtitui hęreditatem iuſſit neq; in argumentum impedit, ſubſtantię hęreditatis derogandi ius nō eſſe quoniam de hęreditate ipſa deductio hęc non fit, quominus ad eam iura omnia hęreant, verum de rebus, aut corporibus hęreditarijs, ex quibus tantum hęres detrahit, quantum es alienum capit.

Cęterum quia per deductionem hanc, quę ex bonis hęreditarijs fit, in cōmodo affici fideicōmiſſarius poſſet, hęreditate ipſa vim ſuam quantum ad onerum retentionem obtinente, atq; adeo in ius fideicōmiſſarius à creditoribus trahi, & legatarijs poſſet ipſiſq; eiſdem ſoluere neceſſe haberet, per cautionem
249 † ei indemnitatis ſuccuritur, inde limitatio eius elicitur, quod dici contra ſolet, cautionis imbecilitati ad ſtringendum quempiam non fore l. nam ꝗ §. fi. l. qui ita §. 1. verſic. ſed dicendum eo tit. c. tranſmiſſa c. literas de reſtitu. ſpolia. locum enim, id non habet quotiens à voluntate teſtatoris periculū hoc cautionis ſubeundę contingit, neq; iniurię quicq̄ à periculo hoc fideicommiſſarius accipit, cui liberum eſt, fideicōmiſſum ex cautione hac non agnoſcere.

Caſtren. expoſitionem in d. §. inde quęritur, omittendam nō cenſui, cum verba illa tex. interpretatur
250 quia † vi ipſa magis, id quod ſuper eſt ex hęreditate, quam ipſam hęreditatem reſtituere ſit rogatus, verba illa vi ipſa, ideſt violento, & demonſtratiuo argumento Caſtren. vertit, quę inepta prorſus, & à verbis menteq; Iuriſconſulti aliena, immo, & imperfecta interpretatio videtur, ſiquidem argumenti ſubiectum quicq̄ non eſt, vnde particulare id genus fideicommiſſum ęſtimetur, quare ad ſignificantiam verbi vi. expoſitio referenda, quę ad effectū ſpectat eſt, ſēſus igitur erit, vi ipſa hoc eſt, effectu, & ſignificatu verborū perſpecto, ſignificare fideicōmiſſum, de quo ibi, non vniuerſale videtur, vtpote de quo ęris alieni deductio facta, & legatorum eſt atq; ideo perinde res habenda, atq; ſi q̄cq̄d reliquū ex hęreditate erit, reſtituere iuſſus hęres ſit, conſequenter effectum trebelliani locum in hęrede compellendo, vt adeat, non videt. pro effectu etiam verba hęc accipiuntur in l. 1. § pen. ff. de interdic. interdicta omnia licet in rem videantur concepta, vi tñ ipſa perſonalia ſunt pro effectu ibi cōtra ſignificatum poni videntur. eodem loquendi genere tex. vtitur in l. qui decem §. ſtichum ibi ui quidem ipſa ff. de ſoluto. l. nam, & his §. 1. ibi huius autē verbi de inoffitioſo, vis illa eſt, ff. de inoff. teſta. & Cice. in tuſcula. ſi immutanda vis eſt, & notio nominum.

Ampliatur ſecundo caſus hic ſeptimus, etiam ſi
251 quicquid reliquum futurū hęreditatis † erit, reſtituere quis iubetur, vniuerſale enim hoc genus fideicōmiſſum videtur, quamuis ad rem certam reduci id poſſit Bar. in l. titius nu. 4. infra ad trebel. Imola in d. l. cogi. nu. 15. circa med. verſic. item nota, ꝗ vbi quis rogatur, differt inter ampliationem hanc, & priorē ꝗ arbitriū hęreditatis diſponēdę in priore nō datur.

Ampliationis huius ratio ea videtur, ꝗ hęreditatis citra detractionem vllam, in fideicōmiſſo mētio hoc fit, vnde, & ſi nihil tantulum ſupereſſe hęreditati non poſſit, hæreditas tamen ſemper vertitur, quæ ſine corpore aliquo, iuris intellectu conſtat l. hęreditas in princip. ff. de petitio. hęredit. ita quod ad verba, & mentem teſtatoris attinet, vniuerſitatem ſemper reſtitutio habet, quatenus detractionis quicquam in fideicommiſſo ipſo reſtituendo, ſeu cum reſtitutio ipſa fit, permiſſum non eſt, quamuis ante conditionem eius exiſtentem diſpoſitio bonorum arbitrio conceſſa grauati ſit.

Limitationem ampliatio hęc recipit, ne locum habeat, vbicunq; ęris alieni atq; legatorum ſeparatione facta, quicquid ſuperfuturum hęreditati erit, reſtituere hęres rogatur, particulare tū enim ob detractionis cauſam fideicommiſſum iudicatur, perinde quaſi de re certa reſtituēda rogatus videatꝰ ideſt, ꝗ in corporibus, & iuribus actiue, reliquū fuerit, vniuerſale quippe cenſeri non poteſt, de quo iura abſtrahi paſſiua oportet, vt in d. l. titius Bart. addocet, quo cū Cuma. ibi ſētit. Alex. poſt, Caſtr. in d. § inde quęritur nu. 14. verſi. ibi tamen dicit Bar. quem tex. vna ſimul interpretatus eſt, cum l. apud Iulianum, & videndū cum dictione nihilominus Alex. ibi vtitur, pro in nihilo magis legendum.

252 Sed enim cōtrarius ampliationi † huic tex. videtur in d. l. cogi. §. inde quęritur, de quo ante in ampliatione prima nu. 241. vbi in manu teſtatori non eſſe oſtendimus ſubſtantię hęreditatis derogare, & efficere ne onera, & iura paſſiua habeat, itaq; aut vni-

uerſale

uerſale fideicommiſſum hoc reputamus,quo hæreditatis reſiduum,deductionis vllius verbo non facto, præſtare hæres præcipitur, ſic quomodo in ampliatione hac expreſſum ſecunda eſt, & particulare tum effici ob deductionis cauſam non poteſt, quã à teſtatoris arbitrio non pendere teſtatum ante eſt nu. 244.in ampliatione 1.& nu.ſequentibus, aut ſingulare fideicõmiſſum hoc aſſerimus,de quo in ampliatione hac ſecunda,& controuerſiæ quicquam res nõ habet.namq; ſi particulare id admittimus,in quo deductionis verbum prorſus non fit,cum reliquũ hæreditatis reſtitui ſimpliciter teſtator mandat. quanto magis,vbi quod reſiduũ eſt,æris alieni,& legatorum auulſione facta, reſtitui vult, & contra Bar. Imola ſtat in d.l.cogi nu.15.circa fi.& in l.1.§ ſi ex fundo nu. 45.& nu.87.circa med.ſupra de hæredi. inſti. & quãuis cum Bar. Cuma. Caſtren. & Alex.ſentiant, argumentum tamen non diluunt.quod Bar. obſtare oſtẽdimus.

Videndum, nunquid ratio diuerſitatis inter caſũ ampliationis perſpici, & limitationis poſſit, ꝙ vbi quicquid ex hæreditate æris alieni, & legatorum deductione, facta, reſtitui teſtator mandat, perſpicua voluntas eius ad ſingulare fideicommiſſũ ob geminationem verborũ apparet,ſupererit.& deductione l.ob id voluntatis eius tuendæ cauſa hæreditatis verbum oſtendi, vt pro bonis exponatur. l. non aliter infra titu. 2.quod aliter in verbis ſimplicibus euenit, quicquid reliqui ex hæreditate erit.

Diſceptatio limitationis huius,quæ ad ampliationem reſtringendam ſecundam competit, frugi ho-
253 die nullius per tex. videtur † in auctẽ. contra cum rogatus C. ad trebel. vbi quartam in fideicommiſſo hoc genus aſſeruari fideicommiſſario oportet. vnde pro eo res videtur, atq; ſi quartam hæreditatis reſtituere rogatus quis ſit,quo caſu ſingulare dici fideicommiſſum nequit.

Sed videndum,non niſi in caſu ampliationis ſecũdæ tex.illum loqui.atq; ideo nihil prohibere,quominus partem quartam bonorum ære alieno præcepto, reſtituere quis in caſu limitationis debeat

Limitationem caſus hic ſeptimus recipit, ne locũ habeat, quotiens de hæreditate tertij cuius memoria habetur,ſingulare tum enim fideicommiſſum æſtimandum.l cum filius §.Lucio infra titu. 1.d.l.cogi. §.ſed ſi miles.ibiq; Bar.& alia apud nos hic adſcripta nu. 144. in ſcriptis anterioribus.

Caſus octauus,cum patrimonij mẽtio fit,ideſt cũ patrimonium ſuum reſtitui teſtator iubet. ad bonorum ne, an hæreditatis appellationem patrimonij vox accedat.Bal.in l. 1.nu.7.C.de fructi. & litium ex pen.eandem patrimonij,ac bonorũ vim eſſe ſcribit. idem Alex.probat in d. l cogi in fi.Bulgarin.in rubri, ſupra ſolu.matr.nu.11.idem præter eos,Bal.ſentit in l.facere in 1. nota. ſupra ſolu. ma. pro ſententia hac tex.videtur in l.ſocium qui in fi. ff. pro ſocio. ibi negligentius patrimonium ſuum adminiſtraſſet. ad bona enim neceſſario vocabulũ id refertur,cum nulla ſit viuentis hæreditas l. 2.ff.de hæredi.vel actio. vẽd.l. 2. §. interdum ſupra de vulga.

Hoc amplius, minorem patrimonij quam bonorum ſignificatum, Crot.putat in l. ſtipulatio hoc modo concepta nu. 98. ff. de verb. obli. Coraſi.in l. frater à fratre nu. 93. ff.de condi.inde.quibus ad iura actione non trahi vocabulum hoc placet per tex. in l.cum pupillus. ff. rem pupilli ſalu. fore quem receptæ doc.ſententiæ implacabiliter contradicere Coraſius res.n.ex tex. ſentẽtiã diuerſam nõ oſtendi omnino ſentio hic enim tex.illius ſenſus,ſtipulationem illã, rẽ pupilli ſaluam fore ad ea non ſolũ pertinere, quæ in patrimonio habemus ideſt, in patrimonio tenemus, & corporaliter poſſidemus, ſed ad nomina etiam debitorum porrigi,poſſeſſio in quibus propria,& vera non cadit non etiam id tex.ſentit,vt iura actiue à patrimonio abſcindat.

Neq; mutat, actiones ibi à patrimonio ſeparari, perinde quaſi in patrimonio non videantur, aliter quippe corſum dicere nõ ſolum quæ in patrimonio ſed, & quæ in nominibus debitorum ſunt.ſentire igitur tex. videtur, in patrimonio actiones non eſſe quoniam reſpectu eorũ ſeparatio hæc fit, quæ vere & re ipſa apud pupillum ſunt.ad eum quippe modũ in patrimonio iura non ſunt. vere enim, & proprie rem nõ habet,actio enim ad eam competit l.qui actionem ff. de reg. iuris. verbum videtur attendendo, quod locutionem impropriam dicit l. 1. §. deieciſſe ff.de vi, & vi arma.quam reſponſionem in d.l. cum pupillus poſt Oldra.Bal. adnotauit. qui ſi viſus Coraſio fuerat,mirum,ni implacabiliter vocem omiſiſſet.

Secundo attendendum,in verbo habere tex.loqui in d.l.cũ pupillus.ibi nõ ſolũ quę in patrimonio hẽt, ꝙ ad corporalia ad ea proprie ſpectat,quę vere poſſidẽtur l.3.id apud ff. de ver. ſig. & d.l.qui actionem ff. de reg.iuris verbo videtur animaduerſo, quod locutionis impropriæ fictæuè eſſe oſtendimus. vnde ad poſſeſſionem naturalem,& ad factum pertinere verbum hoc habere videtur. hoc ita perſpecto, ſi aliã patrimonij atq; bonorum vim eſſe dicimus,conſequens fiet, nec in bonis noſtris actiones habendas, vtpote quæ proprie nõ poſſidentur,neq; haberi proprie dicitur, quod debitum ex eis eſt.

S V M M A R I V M.

1 *Trebellianica, vt detrahi poſſit per hæredem rogatum reſtituere,quæ requirantur,& nu. 3.*
2 *Trebellianica quare inuenta ſit.*
3 *Trebellianicæ ſit ne locus, ſi pater hæredis inſtituti rogetur reſtituere tanquam hæres expreſſe.*
5 *Falcidia,vt detrahi poſſit,eadem requiri quæ, & in detractione trebellianicæ.*
6 *Intellectus ad banc l. cum filioſa verſ. fideicommiſſum vires accipit ff. de lega.1.& nu. ſequen.*
8 *Fideicommiſſum a patre relictum valere ex perſona filij hæredis inſtituti, quomodo intelligendum ſit*
9 *Fideicommiſſum vires accipiat ex perſona filijfa. hæredis an ex perſona patris eius quid interſit, & qs ſit effectus huius conſiderationis,& nu. 11.*
10 *Fideicommiſſum ſub conditione relictum remanet apud grauatum deficiente conditione.*
12 *Fideicommiſſum reliquatur poſt mortem grauati,aut alicuius tertij, an poſt mortem honorati, quid interſit; & num. ſeq.*
14 *Catoniana regula quid diſponat.*
15 *Catonianam regulam locũ habere in relictis vniuerſalib.*
16 *Fideicommiſſum vniuerſale cedit à morte teſtatoris quoad tranſmiſſionem.*
17 *Capacitas eius,cui aliquid teſtamento relictum eſt,ex quo tempore conſideranda ſit.*
18 *Catonianam regulam ceſſare in relictis ſub conditione.*
19 *Catonianam regulam habere locum duntaxat vbi agitur de capacitate legatarij,non etiam ſi agatur de eius qualitate,& quid inter ſe differant capacitas,& qualitas.*
20 *Catonianam regulam non habere locum in relictis cedentibus ab adita hæreditate: atq; inibi. ꝙ relicta omnia non traſmiſſibilia cedant ab adita hæreditate.*
21 *Pater, vel dominus filij, vel ſerui teſtamẽto honorati poſſit ne grauari a teſtatore,& nu 79.*
22 *Fideicomiſſũ relictum a patre, cuius filius eſt hæres inſtitutus, ex cuius perſona valeat, & nu.26.*
23 *Res vna, & eadem poteſt diuerſo iure cenſeri reſpectu diuerſorum.*
24 *Trebellianica poſſit ne detrahi a patre rogato reſtituere cuius filium teſtator hæredem inſtituit.*

Pater

25 Pater grauatus reſtituere filio hæredi inſtituto, an filio ſui iuris decedente liberis relictis, teneatur reſtituere illis liberis, an potius remaneat apud ipſum patrem.
27 Obligationem, quæ reſpicit perſonam vnius fundari in perſona alterius, vt actus valeat, quatenus verum ſit.
28 Capacitatem, uel incapacitatem ſerui attendi ex capacitate, vel incapacitate domini, & an id ſit perpetuum. nu. 31. & 36.
29 Intellectus ad l. debitor. §. ſeruo alieno. ff. de lega. 2. & num. 35.
30 Catonianam regulam non obſtare, quando non eſt in poteſtate teſtatoris tollere impedimentum, aut incapacitatẽ.
32 Legatum factum ſeruo, vt valeat ex perſona ſerui, quando dominus non eſt in vniuerſum incapax, qua ratione metiendum ſit, & nu. 40.
33 Seruo legari poſſe, quod ei libero facto poſſet legari, quomodo intelligendum ſit.
34 Legatum factum ſeruo hæreditario metiendũ eſſe ex perſona ſerui, an liber factus eſſet capax, non autem ex capacitate defuncti, vel hæredis futuri.
37 Legatum relictum ſimpliciter ſeruo deportati valere: atq; ibi quibus acquiri poſſit.
38 Intellectus ad l. ſi deportati ſeruo. ff. de lege. 3. & nu. ſequentibus vſq; ad nu. 44.
40 Vſumfructum filio relictum videri relictum contemplatione patris, aut etiam contemplatione filij, prout melius, & longius valere poteſt.
43 Vſumfructum non cenſeri relictum filiofa. contemplatione patris niſi fiat mentio patriæ poteſtatis.
45 Incapacitas domini quando irritet legatum factum ſeruo.
46 Inductam in fauorem retorqueri in odium, quod venit in conſequentiam ipſius fauoris.
47 Fideicommiſſum conditionale poſſe transmitti ex voluntate teſtatoris declarata per coniecturas.
48 Facere, & facienti conſentire, ſunt diuerſa.
49 Remedium l. 2. C. de reſcin. venditio. non competere domino conſentienti venditioni rei ſuæ, ſed ipſi duntaxat venditori.
50 Intellectus ad l. deniq; §. interdum. ff. de pecul. lega. & nu. ſeq. & 52. 54. 58. 60.
53 Intellectus ad l. ab eo. C. de fideicom.
55 Grauari neminem poſſe erga ſeipſum.
56 Intellectus ad l. ſed ſic. ff. de lega. 3.
57 Legato rei alienæ poſſe quem honorari.
58 Argumentum dari poſſe à ratione tacita: eamq; rationem tacitam conſiderari debere quæ legislatorem mouere potuit.
61 Intellectus ad l. titia ſeio. §. ſeia libertis. ff. de lega. 2.
62 Ius accreſcendi ſit ne ſubſtitutio, & qualis.
63 Intellectus is in interpretandis legibus potiſſimum eſt amplectendus per quem non inducitur aliquid exorbitans à iure communi.
64 Subſtitutio tacita reciproca ex quibus inducatur inter plures legatarios.
65 Filij filiorum poſiti in conditione, & grauati in ſpecie de reſtituendo, an cenſeantur tacitè honorati, & nu. 67. 68.
66 Grauamen ſimpliciter iniunctum quibus cenſeatur impoſitam, vbi filij poſterioris gradus poſiti ſunt in conditione.
69 Filij poſiti in conditione, vt cenſeantur honorati hoc ipſo, quod grauãtur an ſit neceſſe, quod expreſſe, aut nominatim grauentur, & nu ſeq. & 74.
71 Indefinitã non æquipollere vniuerſali vbi nõ eſt par ratio.
72 Relationem debere fieri ad proxima, quatenus verum ſit.
73 Indefinitam non æquipollere vniuerſali, in materia probationis, quæ debet de neceſſitate concludere.
75 Grauari an poſſit is, qui commodum percipit ex prouiſione legis mediante perſona honorati, & nu. 77.
76 Clauſula, quiſquis mihi hæres erit, an comprahendat etiã eum, qui venit ex indicio tacito defuncti, nu. 81.
78 Fideicommiſſum relictum filiofamilias hæredi inſtituto vires accipere ex perſona patris, inductum eſſe fauore ipſius filij, nu. 80.
82 Hæres hæredis an comprahendatur ſub illa clauſula, quiſquis mihi hæres erit. nu 84.
83 Probatio vo untatis dubiæ non releuat.
85 Subſtitutionem conditionalem nõ transmitti, ad hæredes.
86 Hæres hæredis an, & quare poſſit grauari nomine appellatiuo, non etiam nomine proprio, & nu. ſeq. 99. 102. 114. 120. 124. 126. 130 145
88 Grauari quem non poſſe ob commodum caſuale.
89 Hæredes hæredis grauatus ſub nomine appellatiuo qualiter dicatur honoratus à teſtatore, vtrum per fideicomiſſum, an ob inſtitutionem primi hæredis, & nu. 93. 94. & quæ ſit vtilitas huius conſiderationis nu. 90.
91 Fideicommiſſum an expiret poſt pubertatem, vbi teſtator grauauit hæredes legitimos pupilli, & nu. 125. & 135.
92 Intellectus ad l. ſi fundum per fideicommi. § ſi. cum l. ſeq. ff. de lega. 1. & nu. 100.
94 Hæres hæredis qualiter intelligatur ſuccedere ex iudicio teſtatoris: & nu. 96. 101. 103.
95 Hæredem legitimum pupilli non poſſe grauari in legitima ipſius pupilli poſt eius pubertatem.
97 Hæres hæredis cenſetur hæres ipſius teſtatoris.
98 Hæres legitimus pupilli, an & quatenus grauari poſſit ſub nomine proprio.
104 Grauamen iniunctum hæredi hæredis quare non teneat de rigore iuris quemadmodum grauamen iniunctum patri, vel domino ab eo, qui filiumfa. aut ſeruum hæredem inſtituit.
105 Itellectus ad l. ſed & ſi ſic. §. 1. ff. de lega. 3. & nu. 109. 113. 119 121.
106 Seruus hæres inſtitutus, & grauatus ſi ante aditam hæreditatem alienetur, an grauamen ſibi iniunctum transferat in nouum dominum, atq; ita poſſit nouus dominus grauari.
107 Relationem debere fieri ad præcedentia.
108 Subauditionem non eſſe faciendam niſi vbi oratio eſſet imperfecta.
110 Iuſſus domini inſtituentis ſeruum hæredem, & iubentis adire, an & quid operetur.
111 Exprimi nonnunquam aliqua ad maiorem cautelam.
112 Seruus à domino inſtitutus quomodo poſſit ex neceſſario hærede fieri voluntarius.
115 Euentum futurum non conſiderari ad infringendum, id quod legitimè ab initio geſtum eſt.
216 Grauamen an, & quãdo ſit grauius ſub nomine proprio, quã ſub nomine appellatiuo.
117 Generaliter multa licere, quæ in ſpecie fieri non poſſunt obſtante diuerſa ratione.
218 Hæres legitimi hæredis poſſit ne grauari nomine proprio, & an nomine appellatiuo, nu. 132. & 134.
122 Voluntatem teſtatoris eatenus eſſe extendendam, quatenus verba ſonant.
123 Verba latè intelligenda eſſe quatenus proprietas eorum patitur etiam in materia odioſa.
127 Seruum hæreditarium poſſe ſtipulari hæredi futuro ſub nomine appellatiuo, non etiam nominatim, & cur tam variè.
129 Teſtatoris iudicium, quale debeat eſſe circa aliquem ad hoc vt eum grauare poſſit.
131 Grauamen iniunctum alicui tanquam hæredi ſub nomine appellatiuo non tenere, vbi reſtringitur grauamen ad certum hæredem.
133 Hæres legitimus ab inteſtatò ſuccedens cenſetur per defunctum honoratus, & poteſt ab eo grauari, numero. 136. & 144.
137 Grauari poſſe eum, qui commodo pecuniario eſt honoratus, & quibus caſibus non habeat locum hæc regula. numero 147.
138 Donatione cauſa mortis, aut quæ morte confirmatur, honoratum grauari poſſe.
139 Subſtitui poſſe etiam donatario cauſa mortis, & an ſit neceſſe, quod donatarius ſtipuletur nomine ſubſtituti abſentis.
140 Legatarium grauari poſſe, vt reſtituat legatum, etiam ſi

nullum

nullum commodum apud ipſum remaneat.
141 *Honoratum mediatè, aut per obliquum grauari poſſe: & an id ſit perpetuum, nu. ſeq.*
143 *Grauari poſſe eum qui hoc ipſo duntaxat honoratur, ꝙ ab eo non adimitur.*
146 *Hæres hæredis, quando dicatur nominatim grauatur.*
148 *Creditorem grauari non poſſe tametſi, quod ei ſub conditione debebatur purè legetur.*
149 *Grauari quem non poſſe vltra quam ſit honoratus.*
150 *Grauamen iniunctum legatario amplius quam ſit ipſum legatum, tenere, vbi eſt impoſitum per viam conditionis, & an id ſit perpetuum nu. ſeq.*
152 *Grauamen ſub modo impoſitum legatario non poſſe excedere commodum legati, & an id ſit perpetuum. nu. ſeq. & 155. 156.*
154 *Grauamen imponatur ſub conditione, an ſub modo quid interſit.*
157 *Compenſatio quatenus faciẽda ſit à creditore, cui aliquid per debitorem legatum eſt, adiecto grauamine, vt legatũ illud compenſet cum debito.*
158 *Intellectus ad l. ciuitatibus § ſi iuncta. l. imperator. § 1. ff. de lega. 1,*
159 *Grauamina, & conditiones apponi poſſe etiam ex interuallo circa relicta in teſtamento.*
160 *Exhæredato ſubſtitutum, aut eius hæredem legitimum grauari non poſſe & quæ ſit huius ratio,*
161 *Impubes exhæredatus ſubſtitutus alteri impuberi grauari poteſt: & quæ ſit ratio nu. 164.*
162 *Exhæredatum, cui aliquid legatum eſt poſſe grauari, non etiam ei ſubſtitutum: & cur tam variè.*
163 *Cauſa immediata potentius, agit quam mediata.*
165 *Grauari an, & quando poſſit is, qui honoratus eſt commodo non pecuniario.*
166 *Grauari an, & quomodo poſſit honoratus commodo non pecuniario, & nu ſeq*
168 *Grauari non poſſe aliquem, ob id ꝙ ex contractu aliquo inter viuos honoratus ſit, & an id ſit perpetuum. nu. ſeq.*
170 *Hæredem honorati non poſſe nominatim grauari.*
171 *Grauari non poſſe eum qui ſic honoratus eſt, vt ex eo honore nullum percipiat commodum.*
172 *Honoratus habitu ſi actu commodum non conſequatur, grauari non poteſt: licet per eum ſtet, quominus conſequatur.*
173 *Grauamen quando teneatur agnoſcere is, qui ex ſubſtitutione vocatus, aut honoratus eſt.*
174 *Grauari non poſſe eum qui ex neceſſitate honoratur à teſtatore, & nu. 167.*
175 *Subſtitutus ex neceſſitate furioſo exemplariter, grauari non poteſt.*

Super. l. cum filio. ff. de lega. 1.

PRÆMITTO ad euidentiam
1 † huius legis, ꝙ duo copulatiuè requiruntur, vt ſit locus detractioni trebellianicæ; Primum, ꝙ detrahẽs ſit hæres directus. l. 1. §. deniq; & §. ſeq. & l. mulier. in fi. infra ad trebell. l. lex falcidia. 2. §. nunquã, infra ad legem falcid. l. mulier. §. fi. infra, ad trebellia.
2 l. ſancimus. § fi. C. eodem tit. Ratio huius eſt, † quia trebellianica inuenta eſt ne teſtamenta deficerẽt, hæredibus non adeuntibus ob nullius ſpem commodi, ſi totam cogantur reſtituere hæreditatem, quæ ratio ceſſat in fideicommiſſario, hæreditate iam adita. Iſtã rationem aſſignat glo. in §. his igitur. in ver. complere, in auten. de hæred. & falci. quam refert Alex hic colum. 1. in aliquibus tamen caſibus poteſt fideicommiſſarius deducere trebellianicam aduerſus alium fideicommiſſarium, de quibus per Doct. in d. l. 1. §. deniq;, infrà, ad treb.

3 Secundum, † quod requiritur eſt, quia non ſufficit quem eſſe hæredem directum, ſed oportet ꝙ grauetur, vt hæres. tex. eſt hic: vbi pater, aut dominus efficiuntur hæredes directi per filium, aut ſeruum. l. placet, ſuprà de acqui. hæredi. & latius, infrà videbimus in glo. in ver. ſed vt pater, & tamen non detrahunt trebellianicam ex perſona eorum, ſed ex perſona filij, aut ſerui. Idem probatur in l. mulier in fi. infrà ad trebell. vbi vt ſit locus trebelliano, ideſt effectibus introductis per ſenatuſconſultum trebellianum de quibus per glo. in l. in teſtamento. C. ad legem falci. vbi glo. enumerat quinq; effectus: ſed virtualiter conſiderando, tres tantum ſunt videlicet, detractio quartæ, translatio iurium actiuè, & paſſiuè in fideicommiſſarium, & ꝙ hæres cogatur adire, non ſufficit hæredem rogari de reſtituenda hæreditate, & ſic ꝙ ſit hæres, ſed oportet eum rogari quaſi hæredem, & ꝙ iſta duo copulatiuè requirantur, tradit Soci. hic col. 15.
4 Quid autem † ſi in terminis huius. l. rogetur pater tanquam hæres expreſſè: quia dicat teſtator, rogo patrem hæredis inſtituti, vt ipſe tanquam hæres hæreditatem reſtituat, an erit locus trebellianicę ex perſona ſua glo. & Doct. hic in ver. ſed vt pater, videntur velle, ꝙ non. Sed aduertendum: quia vbi grauatur pater vt hæres; videtur inſtitutus filius contemplatione patris: & hæreditas videtur profectitia: & conſequenter locus videtur trebellianicæ ex perſona patris etiã contra filium: quia perinde eſt, ac ſi pater eſſet inſtitutus, vt infrà videbimus in ſecunda quæſt. Bar. ſed ꝙ ceſſet trebellianica in caſu hoc, probari videtur ex his quæ infrà dico. in 2. parte huius repet. nu. 219. Et
5 quæ dicta † ſunt in detractione trebellianicę, vt detrahi non poſſit niſi duobus concurrentibus, locum obtinent etiam in falcidia. d. l. lex falcidia. §. nunquam infra ad leg. falcid. & probatur in hac. l. quæ loquitur etiam in quarta falcidiæ, dum tractat de filio, aut ſer-
6 no honoratis titulo legati. Secundo præmitto † dum tex. dicit fideicommiſſum vires accipere ex perſona patris, ꝙ iſta verba dupliciter exponuntur per glo. & Doct. nam glo. dat duas expoſitiones, prima eſt, ꝙ valeat fideicõmiſſum ex perſona patris, ideſt ex eius voluntate: ita glo. 1. 2. & glo. 3. in ver. cum ipſis in prin. & glo. pen. quam expoſitionem ita fecit timore contrarij: quia impoſſibile videtur, ꝙ vbi rogatur pater filio reſtituere, valeat fideicommiſſum ex perſona patris cui ſtatim reacquiritur. d. l. placet. Ideò dicit glo. ꝙ ſimpliciter non valet fideicommiſſum, ſed dependet validitas ab eius voluntate: quia ſi emancipat filium, valet fideicommiſſum: alias ſecus Sed iſta expoſitio damnatur communiter per Doct. vt infra
7 videbimus in glo. 1. Secundam expoſitionem † dat glo. in d. ver. cum ipſis, ꝙ illa verba ex perſona patris ſtent propriè, ꝙ valeat fideicommiſſum ex perſona patris ita ꝙ ipſe teneatur ad fideicommiſſum, & illud valeat ex eius perſona, non ex perſona filij, quæ expoſitio recipitur à Doct. nec obſtat tunc contrarium, de quo ſuprà, ꝙ valere non poſſit fideicommiſſum, quaſi reacquiratur incontinenti patri: quia arg. procederet in fideicommiſſo puro. Sed fideicõmiſſum in terminis huius legis dicitur conditionale recipiens tacitam conditionem quũ filius, aut ſeruus factus erit ſui iuris, & ſuæ poteſtatis ſecundum quartum intellectum gl. in d. ver. cum ipſis, quem Doct. communiter approbant,
8 Similiter dum † tex. dicit valere fideicommiſſum ex perſona filij, variè exponuntur iſta verba: nã glo. in verbo, quoniam, intelligit, ꝙ pater teneatur eadẽ ratione, & mõ, quibus teneatur filius, ſi ſui iuris eſſet, Ideò eo caſu, quo filius detraheret trebellianicã, ſi ſui iuris eſſet, detrahet pater: & ꝯ. vbi filius nõ detraheret pater non detrahet, puta ſi rogetur filius hæres reſtituere ſibijpſi, non detraheret filius trebellianicã: qui-

fili: obligari non poſſet:ergo nec pater. Similiter iſto
caſu legatum, aut fideicommiſſum tenere non poſ-
ſet ex perſona filij: ergo nec tenebit ex perſona eius,
quando pater rogatur reſtituere ipſi filio: ſed valet
tunc ex perſona patris.Eandem expoſitionem in eſ-
fectu voluit glo. in d. ver.cum ipſis,in ſecunda parte.
quam expoſitionem ſequitur Bar. hic,num.7. de ve-
ritate huius expoſitionis latius infrà videbimus:quia
Soc.eam reprobat.
Secundò modo exponũtur illa verba, ex perſona
filij,ideſt ex obligatione filij,ita ꝙ filius adeundo hæ-
reditatem primo fuerit obligatus adpręſtationem
fideicommiſſi,licet talis obligatio ſtatim trãſierit in
patrem, cui acquiruntur cõmoda & incomoda.
9 Dicet † quiſpiam, quis effectus,quę vtilitas reſul-
tet ex hac conſideratione, vtrum valeat fideicom-
miſſum ex perſona vnius potiuſquã alterius, reſpõ-
deo multiplicem vtilitatem conſiderari. Primo cir-
ca validitatem fideicommiſſi, quando pater graua-
tur reſtituere filio inſtituto, ſi valeret fideicommiſſũ
ex perſona filij, nullum fieret: quia non poteſt filius
obligari ſibi ipſi, vt dicitur in hac. l.
Secundus effectus quando grauatur pater erga ex-
traneum,ſi valeret fideicommiſſum ex perſona pa-
tris, non detraheret trebellianicam quia non graua-
tur vt hæres, ſed tanquam pater commodũ ſentiens.
Tertius effectus quandò pater grauatur reſtituere
filio poſt mortẽ ipſius patris, quo caſu fideic.dicitur
10 conditionale, vt infra videbimus; † ſi conditio de-
ficiat,remanet fideicommiſſum apud grauatum l. ſi
quis Titio.infra,tit.1.vbi dicitur,quod remanet apud
legatarium grauatum non apud hæredem. ad idem
tex.in l.vnica.§ ſin autem aliquid ſub conditione. C.
de cadu.tollen.& probat tex.huius l.in fi. vbi fideicõ-
miſſum filij deficiens remanet apud patrem: quia
ipſe pater grauatus dicitur: & ex perſona eius valet
fideicommiſſum:ſecus ſi pater non diceretur graua-
tus, nec valeret fideicommiſſũ ex perſona eius: quia
ipſe non retineret.
11 Quartus effectus reſultat † ex lectura Pau. de Ca.
ad vltimam partem huius l. quando grauatur pater
erga extraneum, ſi fideicommiſſum extranei deficit
filio facto ſui iuris, remanet apud filium cum filius
dicatur grauatus,& valeat fideicommiſſum ex per-
ſona filij: ſecus ſi ex perſona ipſius filij non valeret.
12 Tertio pręmitto,† per magni referre,vtrum relin-
quatur legatum, aut fideicommiſſum poſt mortem
grauati,aut alterius tertij,vel poſt mortem honorati
nam primo caſu relictum dicitur conditionale de-
pendens ab incerto fortunæ.Etenim quando relin-
quitur poſt mortem grauati, aut tertij. præſtari non
poteſt relictum niſi legatarius,aut fideicommiſſarius
ſuperuiuat: cum mortuo pręſtari non poſſit. Sed ꝙ
futurus ſit honoratus ſuperſtes grauato, aut tertio,
hoc plane incertum eſt:ob id non poteſt non dici
conditionale.l.ſi pecunia legata.§.1.infra,tit.1.l.qui-
bus diebus §.quidam titio.l.hæres meus.§.1.infra de
cõdi.dem.l.4.§.quan.dies leg.ced Syn.in l.ex his ver-
bis. C. quan.dies leg.ced Capra in conſi. 79.
13 Secundo caſu † quando relinquitur poſt mortem
honorati, puta hæres meus Titio centum dato quũ
morietur,relictum dicitur purũ, & omnino certum;
cum non depẽdeat ab aliquo incertò fortunæ: ſi qui-
dem nihil certius morte.d.l.hæres meus.in princip.
& d.l.4.& ſi dicatur, an non in primo caſu certum
eſt hæredem grauatum,aut tertium moriturum.Re-
ſpondeo verum id eſſe ſed tamen alia manet incer-
titudo: quia relictum fuit ſi legatarius viuus eſſet poſt
mortem hæredis,aut tertij,relinquendo ei poſt mor-
tem hæredis:hoc ipſum autẽ incertum eſt omnino.
Quarto præmitto neceſſariam eſſe cognitionem
regulę Catonianę ad intellęctum huius l.cuius regulæ
diſpoſitio conformis ſit regulæ, quod in initio. ff. de
reg.iur.vbi quod ab initio nullum eſt,tractu tempo-
14 ris conualeſcere non poteſt: nam diſponit † regu-
la Catoniana vt legatum, aut fideicõmiſſum, quod
ab initio nullum eſſet, ſi teſtator continuo moreре-
tur conditio teſtamento, non conualeſcat, quia diu-
tius ſuperuixerit l.1. ff. de regul. Cato. §. an ſeruo.
Inſti. de lega.
15 In qua re conſiderandum eſt, † quod locum ha-
bet regula Catoniana etiã in relictis vniuerſalibus,
Soci.hic colu. 7. verſi ſecundo contra iſtam lecturã,
vbi dicit cõmunem eſſe opi. ſed aliter non declarat,
neq; probat. Sed iſtud probatur hoc modo nam
locum habet in omnibus relictis quæ cedunt à mor-
16 te teſtatoris l.3. infra. de reg. Cat. Sed.† fideicomiſ-
ſum vniuerſale cędit à morte teſtatoris quoad tranſ-
miſſionem ſecũdum Bar. & Doc. communiter hic
in quinta quæſtione.
17 Ex † diſpoſitione huius regu. Catonianę infertur,
quod in relictis puris requiritur capacitas tempore
teſtamenti:nec ſufficeret quem eſſe capacem tem-
pore mortis,aut alio tempore poſt teſtamentũ. quod
etiam probatur in l.5. § fi.infra,quam dies lega.ced.
Infertur ſecundò, quod in relictis conditionali-
bus ſufficit quem eſſe capacem tempore euenientis
18 conditionis: † quia in conditionalibus ceſſat,regula
Catoniana l.1.2.& l.pen.infra,de reg.Cato.l.interci-
dit & l.cum qui poſt.infra,de condi.& demon.Soci.
in conſi.10.col fi lib.3.& iſta eſt ratio, cur aliqui Doc.
intellexerint hanc legem procedere:quando filio,aut
ſeruo relinquitur in diem,vel ſub conditione, & alij
magis communiter intelligunt,quod in tali relicto in-
telligatur conditio tacita, quum erit filius ſui iuris.
19 Hic etiam aduertendum, † quod regula Cato-
niana ſolum habet locum vbi agitur de capacitate:
ſecus vbi agitur de qualitate legatarij, aut fideicom-
miſſarij.nam differunt duo iſta inter ſe capacitas, &
qualitas quia poteſt quis eſſe capax relicti, & tamen
non qualificatus ad illud: puta ſi teſtator quid relin-
quit illis de familia. nam extraneus, qui non eſt de
famila,capax quidem eſt,ſed non qualificatus.Simi-
liter poteſt quis eſſe qualificatus ſed non capax: puta
quia ſit cognatus, aut coniunctus, quando relinqui-
tur cognatis, aut coniunctis, & tamen ſit incapax, vt
qa deportatus,vel ſerui pęnę. In iſta qualitate nõ pro-
cedit regula Catoniana,vt requiratur capacitas tem-
pore teſtamenti ſed ſatis eſt capacem quẽ eſſe tem-
pore, quo cedit dies legati, aut fideicõmiſſi.l.cum
ita legatur §.ſi infra,tit. 1.l.ſi cognatis vbi Soc. in ſe-
cundo nota. infra, de reb. dub.
20 Aduertendum eſt,† etiam,quod regula Catonia-
na non habet locum in relictis cædentibus ab adita
hæreditate d. l.3. infra de reg. Cat. cędunt autem ab
adita hæreditate omnia relicta non tranſmiſſibilia:
vt libertas, & vſusfructus in quibus legatarij non in-
tereſt vt cędant à morte,ex quo non tranſmittuntur,
& cum pati non poſſint ante aditam hæreditatem,
demum cędunt poſt hæreditatem aditã l.2.& 3.infra
quan. dies lega. ced l. vnica §. in nouiſſimo. & §. li-
bertatibus.C. de cadu.tollen.
Infertur, ꝙ ſi ſeruo relinquitur vſusfructus, ſuffi-
cit quod ſit capax, aut liber tempore aditæ hæredita-
tis,vt admittatur ad legatum l. 5. in fi.infra quan.dies
leg. ced.
Quintò præmitto, quod ſupra ceteras difficulta-
tes huius l. duę potiſſimũ laborant. Prima circa ſecũ-
dam partem huius l. in qua dicitur valere legatum,
aut fideicommiſſum relictum filio, aut ſeruo à par-
te vel domino nam iſtud videtur impoſſibile quia
ſi pater,aut dominus præſtet relictum, incontinenti
reacquiritur patri vel domino d. l.placet ſupra de ac-
qui.her. Cuius contrarij timore quatuor dãtur lectu-
ræ ad

tæ ad hanc l. per glo. in ver. cum ipſis: communiter autem tenetur quarta lectura. de qua latius infra videbimus.

Secunda difficultas eſt circa vltimam partem huius legis, dum aſſignatur ratio, quare fideicommiſſum conditionale relictum filio non tranſmittitur, ſed à patre retinetur, quoniam fideicommiſſum ex perſona patris ſui vires recepit, ex qua ratione à contrario ſenſu videtur inferri aliud eſt ſi fideicommiſſum vires caperet ex perſona filij quando relinquitur extraneo, & tamen idem eſt in extraneo, vt fideicommiſſum relictum extraneo poſt mortem patris non tranſmittatur, tamquam conditionale per dicta ſupra in tertio euidentiali. & infra latius videbimus circa materiam tranſmiſſionis. Timore huius contrarij variæ dantur lecturæ, & diuerſi intellectus ad iſtum tex. in vltima parte. nos multis prætermiſſis, aliquos recitabimus.

Iſtis ita præmiſſis diuiditur iſta l. in quatuor partes ſecundum Iaſ. hic, in prima ponitur vnum dictum generale in filio, & ſeruo inſtitutis, vel legatarijs quòd grauari poſſunt pater, vel dominus. In ſecunda circa illud dictum generale declarat vnum dubiũ. Tertiò ex illa declaratione ponit vnam illationem Iuliani. In quarta ponit aliam illationẽ Papiniani authoris huius l. ſecunda ibi, ac tunc demum. tertia ibi, denique quarta ibi, & ideo,

Caſum in terminis ponit gl. 1. pōnunt etiam Moder. hic, maximè Iaſ. & Ripa latius, caſum etiã ponit Bald. per quatuor q. in l. iubemus in princ. col. pen. 21 poſt med. C. ad trebellianũ. Quæro † igitur primò quãdo teſtator honorat filium, aut ſeruum alienum, titulo inſtitutionis, vel legati, an poſſit grauari pater, vel dominus, ratio dubitandi videtur duplex: prima, quia pater, aut dominus non videtur honoratus à teſtatore, ergo non videtur poſſe grauari. l. ab eo. C. de fideicom. Secunda ratio eſt propter regulam Catonianam, nam poſito caſu quòd grauetur erga filium, & ſeruum, ex quo generaliter dicitur grauari poſſe, ſi teſtator ſtatim eſſet mortuus, relictum videtur nullum: cum ſtatim reacquiratur patri, vel domino, ergo nõ videtur recõualeſcere, licet teſtator diutius ſuperuixerit. Contrarium determinatur valere fideicõmiſſum, non obſt. prima ratio dubitandi: quia tacitè dicitur honoratus pater, vel dominus, cum ſciret teſtator, quòd ei acquireretur: prout latius infrà, videbimus. Non ob. ſecunda ratio: quia in tali relicto intelligitur tacita conditio; quum erunt ſui iuris, ſecundum communem intellectum: porrò ceſſat regula Catoniana in relictis conditionalibus.

22 Secundò quæro: † tu dicis fideicommiſſum valere. Sed ex cuius perſona vires capiet? reſpondet iuriſconſultus diſtinguendo: aut rogatur pater reſtituere filio, & capit vires ex perſona patris, aut rogatur reſtituere extraneo, & capit vires ex perſona filij, hoc ſecundum præſupponit tex. à contrario ſenſu & idem in ſenſu directo exprimit in ver. denique. Dubium faciebat ſecundum Iaſ. quia non videbatur ſumere vires ex perſona patris cum ipſe non eſſet inſtitutus neque alìter honoratus, nec ex perſona filij qui grauatus non eſt. Contrarium tamen deciditur, & ratio decidendi eſt, quia ex perſona filij valere non poteſt: cum ſibiipſi obligari filius non poſſit.

Hic aduertẽdum ad duo: primò ad rationem dubitandi Iaſ. quia iſta ratio dubitandi cadit ad primũ dictum huius l. non ad ſecundum. Secundò quòd ratio decidendi Iaſ. non videtur ad propoſitum, nec tollit difficultatem: imò diuerſa à ratione dubitandi, nam dubium erat, quia pater non erat vocatus, & Iaſ. reſpondet, quia ex perſona filij valere non poteſt, & attenta ratione decidendi Iaſ. ſequeretur, quòd non honoratus ſemper grauari poſſet, quando fideicommiſſũ ex perſona alterius valere non poſſet.

Ideo melior ratio dubitandi videbatur, quia cum ſemper detur identitas perſonæ grauatæ, quia ſeu quòd pater grauatur ſiue extraneum videbatur idem ius, ſeu quòd eodem modo ſemper valeret, aut ex eadem, perſona. arg. l. cum qui ædes. ff. de vſucapio. Sed reſpondetur, quòd regula procedit in eadẽ re: & hic diuer- 23 ſa eſt res propter diuerſitatem perſonarum. † nam circa diuerſa poteſt vna, & eadem res diuerſo iure cenſeri, ideo exemptus ſubeſt epiſcopo in his in quibus exemptus non eſt, in alijs non glo. in c. cum capella. de priuileg. per text. in cap. ex parte. de foro cõpe. vbi dicitur, quòd poteſt quis habere plura domicilia, & quoad vnum totum iudicabitur vno iure, quoad aliud, alio iure.

Tertiò quæritur: tu dicis, quòd poteſt grauari pater, & quòd fideicommiſſum capit vires ex perſona patris, aut 24 filij prout ſuprà: † ſed quid circà detractionem trebellianicæ, an poterit pater detrahere trebellianicã? reſpondet tex. diſtinguendo, quòd aut grauatur erga extraneum: & detrahit, ex perſona filij. Aut erga filium: & non detrahit, arguendo à ſufficienti partium enumeratione: aut vult detrahere ex perſona filij: & non poteſt, quia filius ipſe detrahere non poſſet, ex quo ex eius perſona valere fideicommiſſum non poteſt: quia non poteſt filius obligari ſibiipſi: & iſtud eſt, quòd voluit dicere Bal. in d. l. iubemus, quòd non poteſt pater filium infringere, id eſt diuidere perſonam filij, quòd ſit creditor, & debitor, aut vult detrahere ex perſona ipſius patris: & non poteſt, quia non fuit grauatus, vt heres, ſed vt pater commodum capiens, & aduertendum, quòd deciſio iſtius tertiæ q. reſultat ex dicto ſecundæ partis arguendo à contrario ſenſu, quod ipſũ tex. poſtea directè declarat in hac tertia parte, dum dicit detrahi contra extraneum: quia valet fideicommiſſum ex perſona filij.

25 Quartò, & vltimo quæritur: pone, † quòd pater ſit grauatus reſtituere filio inſtituto poſt mortem ipſius patris, & filius præmoriatur ſuperſtitibus relictis liberis, quid iuris, an tranſmittatur fideicommiſſum ad liberos, aut remaneat apud patrem, reſpondet text. quòd pater omnimodo retinet fideicommiſſum: quoniam ex perſona ipſius patris vires recepit. In qua re duo conſideranda ſunt, primum eſt circa tranſmiſſionem fideicommiſſi conditionalis, & in hoc dicendum eſt habuiſſe tex. pro indubitato quòd non tranſmittitur, ſiue relictum ſit filio, ſiue extraneo. Secundum eſt circa retentionem ipſius fideicommiſſi: ſeu apud quem remaneat, & quia de iure remanet apud grauatum, ſeu apud eum, in cuius perſona conſiſtit obligatio grauaminis. l. ſi quis. Titio. infra, tit. 1. & l. vni. §. ſin autem aliquid ſub conditione. C. de cadu. toll. reſpondet tex. quòd pater omnimodo redimet, quia ipſe grauatus dicitur: quoniam ex perſona eius fideicommiſſum vires recepit. Ideò autem dicit, omnimodo., quia indiſtinctè, & in omni caſu, ſiue præmoriatur filius in poteſtate, ſiue ſui iuris. Secus autem quando valet fideicommiſſum ex perſona filij: quia tunc non in omni caſu, ſed ſolum mediante perſona filij in poteſtate ſecundum intellectum Pau. de Caſtr.

26 Circà primum † nota Soci. quod dicit colligi ex verſi. denique. dicite, quòd ex verſi. denique ſolum colligitur prima pars ipſius no. quòd fideicommiſſum relictũ à patre, vel domino debet ſumere vires ex perſona filij, aut ſerui inſtitutorum. Secunda autem pars, nota quòd capit vires ex perſona patris, vel domini quando relinquitur filio, vel ſeruo, colligitur ex ſecũda parte legis, verſi. ac tunc demum. Iſta autem verba, quòd fideicommiſſum ſumit vires ex perſona patris, vel domini, nihil aliud habent quam, quod obligatio præſtandi fideicommiſſi contrahitur in perſona ipſius patris, vel domini: ita quòd pater, aut dominus tenentur

ad fidei-

ad fideicommiſſum, non filius, aut ſeruus, e regione
quando tumit vires fideicommiſſum ex perſona fi-
lij, aut ſerui, ipſe filius, aut ſeruus dicitur grauatus, &
obligatus ad fideicommiſſum licet pater, vel domi-
nus cui acquiritur, illud impleat, aut exequatur.
27 Sed melius † reſformari poteſt, no. Soci. ꝙ obli-
gatio reſpiciens perſonam vnius, fundatur in perſo-
na alterius, vt actus valeat. Sed illud ſanè intelligen-
dum eſt: quia poteſt in caſu huius legis pater, aut do-
minus obligari, nec dicitur tractari de eius præiudi-
cio, cum ſit innotatus. Secus vbi ageretur de præiu-
dicio alterius: quia non fit interpretatio ꝙ actus va-
leat in præiudicium alterius. l. 3. §. ſi quis inſulam, vbi
Fulgo. & Modet. ff. de eo quod cer. loco. Deci. in l.
in contrahenda. nu. 17. ff. de regu. iur. & in c. ſuper
eo. in fi. primi no. de offi. delega.
Ex iſto nota. infert Soci. ad comprobationem ſin
gularis opinionis Sali. in l. 1. col. 4. in fi. C. de hæred.
inſtit. pro cuius dicti declaratione, primo ſciendum
28 † eſt. ꝙ capacitas, vel incapacitas ſerui regulatur ſecũ
dum capacitatem, vel incapacitatem domini. l. non
minus, ſupra, de hæredi. inſti. l. ſi mihi, & tibi. §. regu
la. infrà, eo. l. ſi mihi, & Titio. infrà, de lega. 3. l. & ſi
maximè. infrà, de ſerui. lega. l. neq;. C. de hæredi. inſti.
Soci. autem allegat tex. in l. debitor. §. ſeruo alieno.
infra, tit. 1. qui tex. prima facie non videtur probare,
29 imò potius contrarium, & quia † difficilior videtur
latius explicabo. nam primo quæritur an legari poſ-
ſit ſeruo alieno res ipſius domini, aut id quod eius
domino purè debetur: videbatur dicendum ꝙ non,
quia ſeruus acquirit legatum domino: & perinde vi-
detur, ac ſi domino legatum eſſet. l. placet. ſuprà, de
acquir. hæred. ſed domino legari non poteſt res pro-
pria. l. proprias. C. de lega. & ſi dicatur, poſſe acquiri
ſeruo, ſi reperiatur liber tempore cedentis legati, re-
ſpondetur, obſtare regulam Catonianam. Similiter
non videbatur valere legatum ex perſona ſerui, etiã
vbi non obſtaret regula Catoniana, quia capacitas,
vel incapacitas ſerui regulatur à capacitate, vel inca-
pacitate domini. Contrariũ tamen determinat tex.
ꝙ legatum valet, & vires capit ex perſona ipſius ſer-
ui. Neq; obſtant argumenta contraria, & primo nõ
obſtat ꝙ ſeruus acquirit domino: quia illud procede
ret, ſi tempore cedentis legati eſſet ſeruus; nam lega-
tum fieret nullum, ſed legatum valet ex perſona ſer-
ui: & ſtat in pendenti, donec cedat dies eius: vt ſi repe-
riatur ſui iuris, ſibi acquiratur.
Non obſtat, ꝙ videtur obſtare regula Catoniana
30 ne conualeſcat ex libertate ſuperuenienti, † quia re-
gula Catoniana non obſtat, quando non eſt in pote-
ſtate teſtatoris tollere impedimentum, aut incapaci-
tatem, & facere quem capacem tempore teſtamen-
ti. Bar. in l. 1. infrà, de reg. Cato. ſed teſtator non po
teſt ſeruum alienum ſtatim capacem facere dando ei
libertatem ſtatim, & directè.
31 Non obſtat, † ꝙ capacitas, vel incapacitas ſerui re
gulatur à capacitate, vel incapacitate domini, vt ſer-
uo relinqui poſſit, ſi dominus ſit capax, relinqui non
poſſit ſi incapax. Sed ꝙ dominus ſit incapax legati
rei propriè: quia reſpondetur, ꝙ arg. procederet, quã
dominus eſſet generaliter incapax: ſecus ſi in ſpecie
tantum, aut in re legata, & iſtud eſt, quod voluit di-
cere tex. cum enim ſeruo alieno aliquid in teſtamen
to damus, domini perſona ad hoc tãtum inſpicitur,
vt ſit cum eo teſtamẽti factio paſſiuè, ideſt ꝙ capere
poſſit in genere, licet non in ſpecie rem legatam: cæ-
terum quia perſona domini non eſt incapax genera
liter, ex perſona ſerui conſtitit legatum, & ſic non ob.
ꝙ legatum rei proprię non valet.
32 Infertur ex præmiſſis, † dũ dicitur, valere legatũ ex
perſona ſerui, quando dominus non eſt generaliter
incapax, ꝙ illud ſolum inſpicimus, an ſeruus ſi liber
eſſet, ſit capax, & ſic an aliud obſiſtat præter impedi-
mentum ſeruitutis: quia ſeruitus ſola non nocet quo
minus valeat ex perſona eius, & ſtet in pendenti.
Et ſi dicatur, quomodo poteſt valere ex perſona
ſerui, cum habeatur pro mortuo quoad ius ciuile. l.
quod attinet. ff. de regu. iuris. Reſpondetur, ꝙ argu-
mentum procederet, quando ageretur, vt acquiratur
ipſi ſeruo, quandiù ſeruus eſt: vel ꝙ valeat ex perſo-
na ſerui, quando legatum ipſum cedit. Sed valet ex
perſona ſerui habito reſpectu ad futurum, vt ſi liber
inueniatur de tempore cedẽtis legati, ſibi acquiratur.
33 Sed † contra iſtam illationem, ꝙ ſolum inſpicia-
tur, an ſi ſeruus liber eſſet, legari ei poſſet, arguebant
quidam aduocati Sophiſtici, & calumnioſi, ꝙ iſta il-
latione attẽta, ſequeretur ſeruo legari non poſſe quã
diu ſeruiet: quia ſi liber eſſet, ad eum modum legari
non poſſet cum nõ valeat talis modus perpetuo ſer
uiendi. Sed iſtud argumentum ad calumniam perti-
net; nam arguitur de qualitate ad ſubſtãtiam, ſeu de
quid in quale: quia illatio dicit, ꝙ poteſt legari ſer-
uo res, quæ poſſet legari ei facto libero. Sed non dicit
illatio, ꝙ ei facto libero poſſit legari eodem modo,
aut in eadem qualitate, quibus legari poteſt ipſi ſer-
uo, & ꝙ iſtud argumentum ſit calumnioſum, & ſo-
phiſticum, apparet; quia eo attento, ſequeretur, ꝙ le-
gari non poſſet ſeruo, qui ex pacto, aut aliter manu-
mitti non poteſt: ex quo dici non poteſt, ꝙ ei facto
libero acquiri poſſet: cum nunquam ſit futurus liber,
neq; ſpes vlla libertatis conſtet: & tamen iſtud eſt fal
ſum. ratio, quia non inſpicitur qualitas illa, aut pa-
ctum illud, quod manumitti non poſſit, ſed tantum
ſubſtantia rei legatę, an illius ſit capax, ſi ſui iuris eſſet,
aut liber.
34 Infertur ſecundò † ex illo dicto, ꝙ inſpicitur perſo
na ſerui an factus liber capax eſſet, vt valeat legatum
ex eius perſona, licet dominus in ſpecie non ſit ca-
pax, ꝙ legari poteſt ſeruo hæreditario alicuius hære-
ditatis iacentis, licet defunctus, cuius erat hæreditas,
eſſet incapax, aut futurus hæres non ſit capax, quia
non inſpicitur perſona domini, ſed ſerui. ſi liber eſſet:
ideo ſtatim acquirit hæreditati.
Infertur tertio, & vltimo, ꝙ res domini, & quod
ei purè debetur, ſeruo eius legari poteſt, quamuis ipſi
domino purè legari non poſſet.
35 Ex qua † declaratione, & inductione text. videtur
probari contrarium eius, ad quod allegatur per Soc.
quia in d. §. ſeruo alieno. conſideratur perſona ſerui,
non incapacitas domini. Sed dicendum, ꝙ imò ille
tex. optimè probat. nam ibi inſpicitur capacitas do-
mini in genere, vt ſeruus dicatur capax, licet dominus
nõ ſit capax in totũ, imò incapax in re legata, quia ſua
ꝓpria: & ſic non incapax in re reſpectu ꝑſonę, ſed re-
ſpectu rei, quæ iã ſua ſit. Ex quo tex. arguitur, ꝙ ſi do-
minus gñraliter eſſet incapax, ſeruo legari nõ poſſet.
Memorato tex. ita inducto, & declarato ad intelli
36 gentiam dicti Sali. & no. Soci. ſciendum eſt † ꝙ tũc
demum capacitas, vel incapacitas ſerui regulatur ſe-
cundum capacitatem, vel incapacitatẽ domini, quan
do relinquitur ſeruo cõtemplatione domini, vel ſim
pliciter: quia ex eo ꝙ fit mentio de ſeruo alterius, cen
ſetur in dubio relictum contemplatione domini. l.
cum aliquis, vbi Doct. C. de iure deliber. ſed vbi relin
queretur ſeruo contemplatione ipſius ſerui, tunc ſer-
ui capacitas non regularetur à capacitate domini: vt
not. Pau. de Caſtr. in d. l. debitor. §. ſeruo alieno. &
in l. ſi ſeruus eius, ſupra, de acquir. hære. Sali. in d. l. 1.
col. 4. in fi. C. de hæredi. inſti.
37 His ita præſuppoſitis † contra dictam regulam; ꝙ
capacitas, vel incapacitas ſerui regulatur ab incapa-
citate, vel capacitate domini, quando relinquitur ſer
uo contemplatione domini, aut ſimpliciter for-
titer videtur obſtare. d. l. ſi deportati ſeruo. infra, titu.

2.nam ibi relictum erat ſeruo deportati ſimpliciter: quo caſu relictum cenſetur contemplatione domini:& tamen dicitur,relictum valere,& ꝙ illud acquiritur nouo domino, aut ēptori, ſi deportatus ſeruū alienauerit, ante diē legati cedentem:vel acquiritur fiſco,ſi tempore cedentis legati ſeruus ad fiſcum pertineat: iuxta. l.a. C. de bonis proſcrip. vel acquiritur ipſi ſeruo ſi tempore cedentis legati reperiatur liber: vel ipſi deportato, ſi reſtituatur à principe aduerſus deportationem, quomodo valere poteſt, ſi dominus eſt incapax. quia deportatus:& capacitas ſerui dependet à capacitate domini.

38 Ad illum † tex dātur plures ſolutiones.vnam ponūt Bar.& Pau.de Ca.in l.ſi ſeruus eius.ſupra,de acq. hęred.& idem Pau.de Ca.in d.l.debitor.§.ſeruo alieno. ꝙ in d. l. ſi deportati. Seruus fuit inſtitutus contemplatione ipſius ſerui: & hoc cōſtabat: quo caſu capacitas ſerui non regulatur ex capacitate domini. Iſta ſolutio eſt vera in ſe, ſed diuinat ad illum text.

39 Secundam † ſolutionem tradunt Bar. & Doc.in d.l.1.C.de hæred.inſt.Pau de Ca.in d.l.ſi ſeruus eius. circà fi.& in d.l.ſi deportati, ꝙ in d. l.ſi deportati dominus erat in totum incapax.quo caſu non procedit regula,ꝙ capacitas,vel incapacitas ſerui regulatur ſecundum capacitatem,vel incapacitatē domini. Sed iſta ſolutio videtur contra tex.in d.l.debitor.§ ſeruo alieno,vbi dicitur,ꝙ perſona domini inſpicitur,quādo legatur ſeruo, ad hoc vt habeat dominus factionem, teſtamenti in genere, licet in ſpecie rei legatę non ſit capax:ergo clariſſimè vult ille tex. ꝙ vbi dominus non habet factionem teſtamenti, ſed in totū eſt incapax,etiam ſeruus dicatur incapax.& miror ꝙ Doc.in d.l.1. nō aduerterint ad hoc cōtrarium. Præterea ſecundum hanc ſolutionem Bar.& Doc.nunquam incapacitas domini nocebit ſeruo, nam, aut dominus eſt incapax pro parte tantum, & non nocet.d.§.ſeruo alieno,aut in totum, & idem ſecundum Bar. & Doc.

40 Tertiam † ſolutionem, quam dicit ſing. Soci. hic, poſuit Sali.in d.l.1.col.4. in fi. C. de hæred.inſti. ꝙ regula quæ habet,ꝙ relictum ſeruo cenſeatur in dubio relictum contemplatione domini, conſequenter ꝙ capacitas,vel incapacitas ſerui reguletur à capacitate,vel incapacitate domini, procedit, quando ita intelligendo, vt cenſeatur relictum contemplatione domini,actus valere poteſt. Secus vbi actus non valeret, nam tunc cenſetur relictum contemplatione ipſius ſerui, & ita intelligit d.l.ſi deportati: pro qua ſolutione Sali.Soci. ponderat iſtum text. hic, vbi licet fideicommiſſum iniunctum patri,ſecundum regulas iuris, debeat valere ex perſona filij, vt in hac. l. in verſ. deniq;. Tamen quando hoc modo intelligendo,fideicommiſſum fieret nullum, illud dicitur

41 valere ex perſona ipſius patris. Ad idem † allegat Soci. tex.in l. fi. C. de vſufru. vbi vſufructus cenſetur relictus contemplatione patris,vel filij, vt melius, & longius valere poteſt nam ſi filius præmoritur patri, cenſetur relictus contemplatione patris, vt duret, nec finiatur morte filij:per contrarium ſi pater præmoritur filio, cenſetur relictus contemplatione filij, vt duret,nec finiatur in morte patris. Pro hoc vltra Soci. adduco Bal. in conſi. 12 r. à capite, col. 3. poſt med.lib.3.vbi dicitur,ꝙ diſpoſitio cenſetur facta cōtemplatione dignitatis,vel perſonę, prout melius de iure valere poteſt.

Sed iſta ſolutio Sali. quam ſequi videtur Soci. nō videtur procedere. Primo quia nimiū reſtringit iura generaliter loquentia,ꝙ relictum ſeruo in dubio cenſetur relictum contemplatione domini: nec diſtinguunt,valeat eo modo relictum,necne.

Secundò per hanc ſolutionem ſequitur alia reſtrictio maxima alterius regulę, quæ habet, ꝙ incapacitas ſerui regulatur ab incapacitate domini. nec relinqui poſſit ſeruo incapacis. vt ſolum procedit, quādo expreſſe relinquitur contēplatione domini. imo videtur iſta ſolutio contra ipſa iura ſimpliciter loquentia,quando relinquitur quid ſeruo.

Tertio contra illam ſolutionem adduco Pau. de Ca. poteſt Bar. in d.l. ſi ſeruus eius. & in d. l. debitor.

42 § ſeruo alieno.† vbi dicit,ꝙ d l.ſi deportati,intelligitur quando expreſsè conſtabat relictum fuiſſe contemplatione ſerui, quia in dubio cenſetur relictum contēplatione domini, licet eo modo actus corruat.

Neq; iſta l. cum filio videtur facere cum opi. Sali. vt Soc. contendit: quia hic ſumus in caſu claro, in quo apparet, ꝙ teſtator voluit fideicommiſſum reſtitui filio,& ipſi filio acquiri:nil mirū ſi fit interpręta tio, vt valeat ex perſona patris, cum aliter valere nō poſſit.ſed in d.l.ſi deportati ſumus in dubio,an voluerit teſtator habere rationem ſerui, vt acquiratur,aut ipſius domini,& ſic arguit Soci. de caſu claro ad caſum dubium.

43 Similiter † nihil facit.d. l. fi. C. vſufruct. quia diuerſa eſt ratio filij,& ſerui,nam licet relinquatur filio talis, non cenſetur relictum contemplatione patris, prout dicitur in ſeruo,niſi fiat mentio patrię poteſtatis:vt habetur,in d.l.fi. & in d.l. cum aliquis.C. de iure delib.& intrà,etiam no. in 3. parte huius repet. nu. 47. itaq; arguit etiam Soci.ex diuerſis.

44 Ideò † conſidera, ſi melior ſolutio dari poſſit ad ad d. l. ſi deportati, ꝙ ibi non dicitur legatum ſtatim valere ab initio, imo eius validitas ſtat in pendenti, & demum fit validum habito reſpectu ad tempus cedentis legati,quia ſi ſit ſui iuris,ſibi acquiritur,ſi alienatus,acquiritur nouo domino, ſi deportatus reſtitutus,acquiritur ipſi deportato:aliàs ad fiſcum ſpectat, nec obſtat regula Catoniana:quia non erat in facul-

45 tate teſtatoris tollere impedimentum. † Ex qua ſolutione infertur,ꝙ incapacitas domini tunc demum irritat legatum ſerui, quando durat incapacitas, & ſeruitus tempore cedentis legati: nam licet conſideretur capacitas, vel incapacitas domini, quando legatur ſeruo, tamen valet legatum ex perſona ſerui. d. l.debitor.§. ſeruo alieno. ergo ſatis videtur ꝙ tempore cedētis legati, aut dominus, aut ſeruus ſit capax: eſt autem capax dominus, vel quando reſtituitur à principe, vel quando alienatur ſeruus in dominum capacem. Capax autem ſeruus dicitur quando reperitur ſui iuris.

46 Circà ſecundum nota. Soci. hic † ꝙ inductum in fauorem retorquetur in odium, quod venit in conſequentiam fauoris.l. cum ex oratione,ſuprà,de excuſa. tuto. latè de hoc dixi in l. 1. ſuprà, eo. circa illū articulum, quando ſcholares ex forma ſtatuti adæquantur ciuibus,an teneātur ad onera exemplo aliorum ciuium. Socin. iunior hic in ſeptimo nota. impugnat Soci. ſeniorem dicens iſtud not. non colligi ex hoc tex. quia ꝙ fideicommiſſum in hac lege non prouenit,quia vires capiat ex perſona patris,ſed quia conditionale. Sed certè non hoc Soci. ignorauit impediri tranſmiſſionem propter conditionē,ſed iſtud eſt,quod voluit notare Soci.ꝙ ex quo validitas fideicommiſſi inducitur fauore filij,iſtud fit enim his,quæ veniunt in conſequentiam ipſius validitatis, vt impediatur tranſmiſſio perinde, ac ſi valeret iure ordinario:& licet primò,dicat Soci. ꝙ expirat fideicommiſſum:quia ſumit vires ex perſona patris,tamen ſtatim declarat hanc ſuam rationem hoc modo: quia ſi valet ex perſona patris,pater reperitū grauatus poſt mortem, & conſequenter ſub conditione: ideò neceſſarium eſt,ꝙ præmoriente fideicommiſſario, expiret fideicommiſſum.l. hæres meus.infrà,de condi.& demon. & ſic apertiſſimè vult Socin. ꝙ expiratio fideicommiſſi non inducatur ex eo ſolum,ꝙ illud valeat

leat ex perſona patris,ſed etiam quia pater reperitur grauatus ſub conditione: & ſi dicatur ſi conditio eſt cauſa,cur tranſmiſſio non fiat,ergo male conſiderauit Soci. etiam aliam rationem quia vires ſumit fideicommiſſum ex perſona patris: reſpondeo ꝙ imò neceſſaria fuit conſideratio validitatis ex perſona patris:quia ſi non valeret ex perſona patris, fideicommiſſum eſſet nullum,cõſequenter expirare non poſſet. l. nam & ſi ſub conditione. §. poſt delectum. ff. de iniuſto teſta. itaq; quod dixit Soci. expirare fideicõmiſſum,quia ſumit vires ex perſona patris, in hoc tantum dixit, quia aliàs expirare non poſſet cum nullum eſſet,non ꝙ omninò expiret,quia valeat ex perſona patris,puta ſi conditio ſit purificata,ſed tunc demũ quando præmoritur filius conditione pendente.

Sed vltra Soci. iuniorem ex alio non videtur procedere illatio Soci. ſenioris ex hoc tex. dum Socin. præſupponit neceſſariam conſequentiã eſſe,ne tranſmittatur fideicommiſſum conditionale, quaſi aliter

47 fieri non poſſit, † cum poſſit tranſmitti fideicommiſſum conditionale ex voluntate teſtatoris declarata per coniecturã.Bal.in l. vni. C. vt actio. ab hæred. & contra hæred.in l.vnic.C.de his qui ante aper. tab. & latius infrà videbimus. Ideò aptior illatio ſumi poteſt ex iſto nota. ꝙ inducitur iſta validitas fideicõmiſſi ex perſona patris ſecundum naturam,& qualitatem ipſius fideicommiſſi,vt ſi conditionale ſit,non tranſmittatur,& dum Soci.dicit ſe dictum in fi. qualiter iſtud procedat,vt expiret fideicommiſſum:quia vires ſumit ex perſona patris,intelligendum eſt, ꝙ dicet in fi. ideſt circa vltimam partem huius legis,dum explicabitur intellectus ipſius vltimæ partis: non ꝙ dicat,in fine commenti ipſius Soci.

Circà vltimum no. Soci. dum ponderat conſenſum ordinarij, quando legatur ius patronatus eccleſiæ: iuxta no. in c. cum ſęculum. de iure patron. vbi Abb. ꝙ iſtud procedit, quando legatur ius patronatus laico:ſecus ſi ipſi eccleſiæ. Iſta ratio Soci. non videtur facere:quia ea attenta, ſequeretur, ꝙ vbi debitor legaret rem obligatam, de conſenſu creditoris, non poſſet legatarium grauare. Rurſus commodum legati attribuitur teſtatori leganti non ordinario cõ-

48 ſentienti: † quia aliud eſt facere aliud facienti conſentire.l. aliud eſt vendere. ff. de regul. iur. hinc vide-

49 mus † ꝙ remedium.l.2. C. de reſcin. vendi. non cõpetit domino cõſentienti alienationi rei ſuę, ſed ipſi venditori principali, ſecundum Bal. ibi q. 20. Deci. in conſi.105. colu. 3. in c. 1. col. 1. de iudi. & ꝙ conſenſus ordinarij nihil faciat,probatur: nam ſicut conſentit, ꝙ ius patronatus poſſit legari, ita cenſetur conſentire, ꝙ legatarius poſſit grauari quatenus attinet ad ipſum conſentientem. Itaq; ꝙ in legato iuris patronatus eccleſiæ legatarius grauari non poſſit, hoc non fit propter conſenſum ordinarij.

50 Contrà reg. † l. ab eo. C. de fideicom. oppo. de l. deniq; §. interdum. ff. de pecul. lega. vbi ſi teſtator grauat ſeruum, vt aliquid det ex peculio, cenſetur ei peculium legare. Ad illum text.dantur plures ſolutiones, vnam ponit Bar. in l. cum tale. §. falſam. ff. de condi. & demon. ꝙ aut ſunt verba priuatiua habentia poſitionem, clarius poterat Bar. dicere habentia præſuppoſitionem præſupponendo relictum fuiſſe factum, & priuatio fit grauando non ipſum à quo fit priuatio,ſed alium, qui grauari poterat etiam ſine tali demonſtratione poſitionis: & tunc non inducitur tacitum relictum, prout quando grauatur hæres de præſtando quinquaginta ex cẽtum relictis Titio: nam illa verba,ex centum relictis Titio.habent poſitionem,aut præſuppoſitionem, ꝙ Titio centum fuerint relicta,habent etiam priuationem:quia diminuitur legatum in quinquaginta,& tamen quia talis diminutio fit ab hærede, qui grauari poterat ſine illa demonſtratione, ꝙ Titio centum eſſent relicta, nil mirum ſi in perſona Titij non inducitur legatum, ſecus vbi data priuatione,& poſitione relinquitur grauamen ab illo met,cui fit priuatio, aut diminutio: vt quando dicitur, ꝙ Titius ex centum ſibi relictis præſtet Seio quinquaginta. nam cum præſtare non poſſit ceſſante relicto,inducitur relictum,& ita procedat tex in d. §. interdum.

Sed illam ſolutionem Bar. impugnat Socin. hic, colum. 1. quia procederet,ſi teſtator dixiſſet, ex peculio legato: ſecus quando ſimpliciter dicitur ex peculio.

51 Secundam ſolutionem † ad d. §. interdum, ponit Alex. hic poſt Imol. ꝙ peculium in certo caſu ſequi ſolet ſeruum,quando fit liber inter viuos.l. vnica.C. de pecul. eius,qui libe. mer. Ideo non eſt mirum, ſi vbi grauatur ſeruus de dando aliquid ex peculio,cẽſeatur peculium legatum,ex quo in aliquo caſu ad eũ pertinet. Eandem ſolutionem ſequitur Alex.in conſ. 105. colu.pen. lib. 1. & in conſi.24. col 4. in fi. verſi. non obſtant iura allegata,lib. 3.

Iſtam ſolutionem impugnat Soci. hic,quia tex. in d.l. deniq; §. interdum,non fundat ſe ex eo,ꝙ peculium ſequi ſoleat aliquando ſeruum,ſed quia grauauit ſeruum in peculio,quod ſoluere non poterat, niſi fuiſſet legatum,ſecundum Bar. & antiq. in l. centurio. ff. de vulga. dum allegant illum tex.

52 Tertiam † igitur ſolutionem ad d. §. interdum, voluit Aret. in d. l. centurio col. 29. quod illud peculiũ erat in patrimonio teſtatoris: quo caſu cum impoſſibile ſit illud præſtari, niſi cenſeatur quis honoratus,

53 non eſt mirum,ſi dicitur legatum, † ſed d.l.ab eo.C. de fideicom. procedit,quando quis grauatur ad præſtandum illud, quod eſt extrà patrimonium teſtatoris, in quo honoratus dici non poteſt, & ſic ſolutio Areti. reducitur: ab hoc, quod aut in re grauaminis poteſt quis honorari:& ex grauamine inducitur legatum,vt in re propria teſtatoris: aut in re grauaminis honorari,quis ſtatim non poteſt,vt quia ſit extra patrimonium teſtatoris:& tunc ſecus.

Nec obſt. huic ſolutioni Areti.tex. in l.ſed & ſi ſic. infrà, de lega. 3. vbi quando grauatur hæres hæredis in re propria teſtatoris, non cenſetur hæres grauatus honoratus: nec tenet grauamen, quando grauatur nomine proprio: quia ibi grauatur hæres hæredis tã quam honoratus à primo hærede non ab ipſo teſtatore,ideo non videtur tacitè relinquere.

Iſtam tertiam ſolutionem Areti. impugnat Soci. hic: quia videtur nimium reſtringere.d. l. ab eo.quæ loquitur cum dictione vniuerſali negatiua: quod nihil relinqui poteſt ab eo, cui nihil relinquitur: ergo vniuerſaliter debet intelligi, ſiue conſiſtat grauamen in re teſtatoris,ſiue non.

54 Secundò † confutatur ſolutio Areti:quia ſecundũ eum peculium,in d.§. interdum,cenſetur tacitè legatum ſeruo in neceſſarium antecedẽs: quia aliter præſtare non poterat.Sed iſtud non eſt verum: quia cum haberet ſeruus adminiſtrationem peculij, onus ſoluendi cenſetur iniunctum ipſi hæredi. l. ſi ſeruus. §. qui Margaritam. infrà,eo. l.peto.§. mater.infra,tit. 1.

Miror de iſta impugnatione Soci. nam in d. §. interdum.ſeruus erat grauatus dare ipſis hæredibus ergo dici non poteſt, quod onus ſoluendi cenſeatur in-

55 iunctum ipſis hæredibus,† quia grauari quis non poteſt erga ſeipſum. l. ſi ſub conditione. §. fi. ſuprà, de hæredi. inſti. l. legatum.vltima.§. 1. l. ęquidem, & l. cum filio. infrà,eo.

Tertiò Soci. contrà iſtam ſolutionem Areti.inducit text. in d.l. ſed ſi ſic,aliter inducendo: nam ibi fuit grauatus Stichus,ſi eſſet hæres hęredis teſtatoris. Ideo hæres videbatur grauatus in neceſſarium antecedẽs, vt ipſi Sticho reſtitueret hæreditatem. l. ex facto. in

prin. infrà,ad trebel. vbi rogatus, vt alium hæredem
faciat,cenſetur rogatus reſtituere hæreditatem, & ta
men ibi non ſubintelligitur iſtud neceſſarium antece
dens: nec valet grauamen,quod tamen valeret,ſi an
56 tecedens illud neceſſariū intelligeretur. † Sed iſtud
fundamentum Soci. non valet: quia in d. l. ſed & ſi
ſic. expreſſum facit ceſſare tacitum. l. cum ex filio. §.
1. ſuprà, de vulg. nam antecedens fuit expreſſum,ſi
Stichus eſſet hæres hæredis, ſed fuit expreſſum con-
ditionaliter: per quam conditionem poſita eſt res in
arbitrio hæredis: quia conditio non diſponit. Ideo
dici non poteſt, quod voluerit teſtator grauare hære
dem, vt reſtitueret Sticho, & ſic arguit Soci. contra
Areti. ex diuerſis: ideſt de actu puro ad actum con-
ditionalem.

Quartò vltrà Soci. non placet iſta ſolutio Areti.
quia ſolum diuerſificat caſus non reddita ratione di-
uerſitatis: contrà gl. in l. ſed & ſi lege. §. item ſi rem
57 diſtraxerit. ff. de peti. hæredi. nam † licet res non ſit
in patrimonio hæredis,nihil prohibet,quominus ho
norari quis poſſit in re aliena. l.cum rem alienam.C.
de lega. Præterea ſecundum iſtam ſolutionem Are-
tin.ſequeretur, ꝙ vbi teſtator grauaret quē ad dandū
centum,ſi teſtator habeat centum, quod teneret gra-
uamen,niſi dicas,quod Aret. intelligit,quando teſta-
tor expreſſè facit mentionem de re, quæ ſit, in eius
patrimonio.

58 Ideo † Soci.circa iſtud contrarium d §. interdum.
Sequitur ſecundum ſolutionem Imol. & Alex. de
qua ſupra, ꝙ loquitur in peculio quod eſt acceſſoriū
& quod ſequi ſolet ſeruum, quando datur libertas
inter viuos,ideo de facili cenſetur legatum, & ſeruū
ſequitur etiam vbi datur libertas in teſtamento ex il
la coniectura, ꝙ grauetur ſeruus aliquid dare de pe-
culio. nec reſpondet Soci. ad argumentum,quod ſu
prà fecit contra iſtam ſolutionem, ꝙ tex.d.§ interdū
non ſe fundat ſuper hoc,ꝙ peculium ſequi ſoleat ſer
uum.Ideo dici poteſt ad argumentum, ſatis eſſe, ꝙ
iſta ratio colligi poſſit, licet non exprimatur. quia
59 † etiam à ratione tacita licitum eſt arguere. nam
ratio licet in lege expreſſa non ſit, illa tamen conſi-
derari debet,quæ legiſlatorem mouere potuit. l. tale
pactum. in fi.ff.de pactis. Cy. in l. non dubium. C. de
legibus,Soci.in conſi. 35.colu.2. lib. 1. Deci. in conſi.
333.col. fi.

60 Quartam † ſolutionem ad d.l.deniq; §.interdum.
tradit Alex.in d.conſi. 105.col.pen.lib. 1. & in d.cōſ.
24.colu.4.in fi. lib. 3. ꝙ illud tacitum legatum indu-
citur ex mente teſtatoris: qui noluit, ꝙ hæredes ha-
berent vltra centum ex peculio ſerui: nil mirum ſi:
reliquum cenſetur ſeruo legatum. quam ſolutionē
Iaſ.ſibi aſcribit.in d.l.centurio.col.23.in fi.verſi.quar-
to pro iſta parte.

Sed ſecundum iſtam ſolutionem ſequeretur, ꝙ
text. in d. § interdum.non procederet, quando ſer-
uus eſſet iuſſus quid dare de peculio non hæredi-
bus,ſed alicui tertio.quod videtur contra rationem,
& mentem illius tex.licet Iaſ.in d.l.centurio. Fateatur
ꝙ tunc non procederet ille tex.ſed eſſet nimia reſtri-
ctio.

Secundò principaliter contra reg.d. l. ab eo. C. de
61 fideicom.opponitur † de.l. Titia Seio §. Seia libertis.
infra,titu. 1. vbi vltimo moriens grauatur in portio-
nibus præmortuorum, in quibus non fuit honora-
tus Ad illum tex. reſpondet Bal. ibi ꝙ imo vltimo
moriens dicitur honoratus ex tacita voluntate de-
functi per ius accreſcendi, quod habet locum etiam
poſt agnitum legatum ex præſumpta voluntate te-
ſtatoris. nam ſi grauauit vltimo morientem in to-
to fundo: ergo voluit, quod portiones præmorien-
tium ad eum venirent. per quam reſponſionem li-
mitatur reg.l.1.§.interdum.ff.de vſufr.accre.vbi dici-
tur, ꝙ poſt quęſitum ius ceſſat ius accreſcendi in pro-
prietate.nam iſtud non procedit quando aliter con-
ſtaret de voluntate teſtatoris.

Sed iſta reſponſio Bal. videtur contra illum text.
in d.§.Seia libertis.vbi dicit, ꝙ ſumit duos gradus ſub
ſtitutionum.

62 Sed † reſpondet Soci.hic, ꝙ etiam ius accreſcendi
appellatur ſubſtitutio.l.ſi Titio & Meuio.§. Iulianus.
infra,tit. 1.nec ob.ꝙ in d.§. Seia libertis. dicatur, ꝙ in
primo gradu ſubſtitutionis alter cenſetur grauatus
de reſtituendo portionem ſuam alteri; quæ verba
ſignificant ſubſtitutionem fideicommiſſariam. l. co-
hæredi. §. cum filię. ſupra,de vulga.ius autem accre-
ſcēdi.dicitur ſubſtitutio vulgaris.d. l.ſi Titio, & Me-
uio.§.Iulianus,nam reſpondet Soci. ꝙ iſtud proce-
dit,quando eſt locus iuri accreſcendi ante agnitum
legatum: ſecus ſi poſt, quia tunc dicitur. ſubſtitutio
fideicommiſſaria per d.§.Seia libertis.ſecundum in-
tellectum Bal. in d.l.ab eo. quod dictum ab alio nō
reperit, dicit Soci.

Sed iſtum intellectum Bal. reprobat Socin. hic,
ſed ante eum fuit reprobatio Areti. in d. l. centurio.
col.28. quia intelligēdo.d.§.Seia libertis.vt loquatur
de ſubſtitutione fideicommiſſaria, iſtud eſt ſecundū
regulas iuris. quia ſubſtitutio fideicommiſſaria fieri
poteſt poſt quæſitum ius,ſed intelligendo de iure ac-
creſcendi,illud eſt cōtra regulas iuris:quia de iure nō
eſt locus iuri accreſcēdi in proprietate poſt quæſitū
63 ius:ergo † debet intelligi tex.ſecundum intelligentiā,
per quam non introducitur aliquod, exorbitans à
iure communi. argu. tex. no. in l. vxori. §. 1. infra,
de leg. 3.

Sed aduertēdum quia licet reprobatur intellectus
Bal. ad d.§. Seia libertis, tamen non reſpondetur ad
contrarium, ꝙ ibi, vltimò moriens poteſt grauari in
partibus præmorientium, in quibus non fuit hono-
64 ratus.Sed dic,† ꝙ tacitè fuit honoratus propter taci-
tam ſubſtitutionem reciprocam quæ inducitur in-
ter ipſos legatarios concurrentibus duobus: primò,
ꝙ ſubſtitutio eſt facta vltimo morienti. Secundò ꝙ
in toto.nam vltimo moriens totum reſtituere non
poteſt,niſi totum ad eum perueniat.

Aliam,& tertiam ſolutionem ad.d. §.Seia libertis.
tradit Soci.hic col. 2. verſi. poſſet etiam illa litera in-
telligi, ꝙ ſicut in d. l.deniq;. §.interdum.infra, de pe-
cul.leg.dicitur legatum peculium ex eo, ꝙ ſit acceſ-
ſorium, & aliquo caſu ſeruum ſequi ſoleat ſecundū
intellectum Imol.ita in d. §.Seia libertis, vltimò mo
riens dicatur honoratus in partibus: præmorien-
tiū, quia in aliquo caſu partes præmorientium ad eū
pertinerent, ſcilicet per ius accreſcendi ipſis præmo
rientibus non acceptantibus. Sed iſta ſolutio placet
aliquo modo: quia ea attēta ſequeretur, ꝙ diſpoſitio.
d.§.Seia libertis. procederet etiam vbi non impone-
retur grauamen vltimo morienti.nec text.in d.§. Se-
ia libertis.ſe fundat ex eo, ꝙ aliquo caſu partes præ-
morientiū poſſent peruenire ad vltimo moriētem.

Ex premiſſis infertur ꝙ ea quæ ponitur per Alx,
Soci. & alios hic per viam limitationum clarius ex-
plicātur per viam oppoſitionum. Planè ex oppoſitio
nibus verti facilè poſſunt in limitationes. Ex quibus
65 † oppoſitionibus, aut limitationibus ita declaratis
infertur per Soci. hic ad q. in qua ſępius dicit ſe con-
ſuluiſſe, qn̄ teſtator grauat filios de reſtituēdo hæredi
tatē ſi deceſſerint ſine filijs, vel filij filiorum, ſine filijs
grauat ſpecificè ipſos filios poſitos in conditione de
reſtituendo,an ex eo ꝙ filij poſiti in condtione ſunt
etiam in ſpecie grauati dicantur tacitè honorati, li-
cet non dicerentur honorati ex eo ſolum ꝙ poſiti
ſint in conditione: iuxta glo. ordi. & communiter
approbatam in l.lucius 2. ff.de hæredi. inſti. In qua.q;
ne equiuocetur, aduertendum eſt, ꝙ ſolum habet
dubium

dubium, quando filij poſiti in condirione expreſſè,
aut ſpecifice grauantur. nam ſi in ſpecie non grauã-
tur, clarum eſt, ꝙ non dicuntur honorati tamquam
ſolum poſiti in conditione: iuxta gloſ. in d. l. lucius.
66 † Rurſus quando poſiti in conditione expreſſè non
grauantur fruſtrà quęritur, an teneat grauamen ſim-
pliciter impoſitum, nam illud tenet quia vbi ſimplici
ter imponitur cenſetur iniunctum primis filijs ho-
noratis ſub duplici conditione alternatiua, ſi ipſi de-
ceſſerint ſine filijs, vel filij filiorum, ſine filijs. ita Bar.
in l. ſed & ſi ſic. infra, de leg. 3. in l. codicillis. in prin.
infra. de vſufr. leg. & in d. l. centurio. colum. antepen.
nu. 37. ſupra, de vulg. Pau. de Ca. in conſ. 131. dubium
facit. col. 1. lib. 2. Alex. in conſi. 185. col. 7. verſi. bene
fateor lib. 2. & in conſi. 22. col. pen. in fi. verſi. fortius
dico lib. 3 quod eſt repetitũ in conſi. 13. lib. 4. Soci.
in cõſi. 149. col. 2. poſt med. verſi. ſed adde in termi-
nis. lib. 1. in conſi. 218. col. 3. ver. aliquando, & ſecun-
do. lib. 2. Corn. in conſi. 20. col. 4. verſi. ſed vlterius
poſſet inſtari. lib. 4. Deci. in conſi. 182. col. 4 verſi. ſe-
cundo non obſtat.
67 In † hac igitur. q. Soci. concludit, ꝙ vbi filij poſiti
in conditione expreſſè grauantur, cẽſeatur honorati.
quam opi. conſulendo dicit canonizatam per doc.
Peruſinos à multo tempore: & ꝙ ita alias vidit con-
ſultum per infinitos doc. totius Italiæ. Addo, ꝙ iſtã
opi. tenet idem Soci. in l. cum auus. col. fi verſi. ſolet
etiam dici. infra, de cõdi. & demon. in conſi. 62. col.
5 verſi. ſexto, probari videtur. & in conſi. 104. colũ.
5. poſt. med. lib. 3. Alex. in conſi. 64. lib. 5. Curti. ſenior
in conſi. 52. column. 9. verſi. ſi ita eſt vt concluſimus
& Doc. alios tenentes hanc. opi. Ianus refero in cõſi.
130. col. 2. & in conſi 155. colu. 2. Pro iſta opi. arguit
Soci. hic, per tex. in d. §. Seia libertis. vbi concurrenti-
bus duobus, de quibus ſupra, inducitur vocatio, &
tacita ſubſtitutio reciproca inter ipſos legatarios. Ar
guit etiam ex tex. in d. l. deniq; §. interdum. infra, de
pecul. leg. vbi inducitur legatum peculij duobus con
currentibus, primo, quia peculium ſequi ſolet ſerũ
in aliquo caſu. Secundo quia grauatur expreſſè ſer
uus præſtare centum ex peculio. Hic etiam duo con
currunt, primum, quia ponuntur filij in conditione
ad excluſionem ſubſtituti: & ſic aliquo caſu ſuccedũt
excluſo ſubſtituto, videlicet, ab inteſtato. Secundò
concurrit, quia expreſſè grauantur: quod fieri non po
terat, niſi expreſſè vocarentur. Ideò iſtis duobus con-
currentibus, dicendum eſt, eos vocatos prout in d. §.
Seia libertis.

Contrariam opi. ꝙ filij poſiti in conditione, & ex-
preſſè grauari non dicantur honorati, tenet Soci. ſibi
contrarius in conſi. 69. col. 7. poſt med. lib. 3. Curti.
ſenior ſibi contrarius in conſi. 43. col. 8. in fi. verſi. ſi-
ue etiam eſſemus in tertio ca. in conſi. 46. colu. 7. cir-
ca med. verſic. & iſta communis opinio, & duabus
colum. ſequen. & in conſi. 64. colum. 6. poſt med.
verſi. ſed præmiſſis non obſtantibus, & duabus colu.
ſeq. Eandem opi. tenet Iaſ. in conſi. 143. colu. 5. in ſi.
lib. 2. & Iarius in conſi. 35. lib. 3. quam opi. dicit com-
munem Deci. ſibi contrarius in conſi. 313. in conſi.
384. colu. fi. in conſi. 422. col. 1. in conſi. 516. colu. 2.
in fi. in conſi. 545. in fin. in conſi. 546. in conſi. 574.
colum. fin. poſt med. in conſi. 578. column. 4. poſt
med. & in conſi. 655. colum. fi. Idem tenet Anchar.
in conſi. 137. principaliter ponderandum. in fi. vbi ꝙ
communis opin. eſt contra Bart.

In hac docto. † varietate magis placet opin. Bar.
iam ex leui coniectura filij poſiti in conditione cen-
ſeantur vocati. Corne. in conſi. 97. lib. 2. & in conſi.
101. colum. 2. lib. 4. Deci. in conſi. 242. circa fi. ſed
iſta coniectura non videtur leuis, quod voluerit te-
ſtator vocare filios poſitos in conditione quos ex-
preſſè grauauit.

69 Sed hic quæro, † ad hoc, vt filij poſiti in conditio-
ne dicantur honorati ex eo ꝙ grauantur, an ſit ne-
ceſſe, ꝙ expreſſè, aut nominatim grauentur. Soci. hic,
tenet ꝙ ſic, & idem tenet Soci. in d. conſi. 62. colum.
pen. in d. conſi. 69. colu. 7. poſt med. & in d. conſi.
104. col. 5. poſt med. lib. 3. & in d. l. cum auus. col. pen.
Com. in conſi. 207. col 2. in ſi. & in conſi. 22. col. 2. &
Clarius col. 3. in fi. verſi. ſed poſſet quis inſtare. lib. 2.
Addo Bal. in conſi. 216. verba teſtamenti. lib. 1. & ra
tio huius eſt, quia vbi filij poſiti in cõditione expreſ-
ſe non grauantur, non cenſetur grauamen impoſitũ
ipſis poſitis in conditione, ſed honoratis ſecundum
Bar. in d. l. centurio. in d. l. ſed & ſi ſic, & in d. l. co-
dicillis. & not. alij Doct. ſequentes Bart. Idem tenet
Corne. in conſi 59. col. fi. lib. 2. Itaq; ſi grauamen re
fertur ad honoratos, quando poſiti in cõditione ex-
preſſè non grauantur, ergo fruſtra quæritur, an con-
currente grauamine cenſeantur vocati.
70 Contrarium, † ꝙ nõ requiratur ſpecificum graua
men, ſed ꝙ ſufficiat referri poſt grauamẽ ad poſitos
in conditione, tenet Soci. in conſi. 249. colu. 2. & 3. &
in conſi. 250. col. 7. lib. 2. ſed tamen Soci. in d. conſ.
voluit, quod in dubio grauamen cenſeatur impoſi-
tum honoratis. Ideò autem dicit referri etiam ad po
ſitos in conditione ex coniecturis, quia verba, & mẽs
teſtatoris ita ſuadebant Corn. tamen in d. conſi. 97.
colu. 2. poſt med. verſi. ſed poſſet quis inſtare. lib. 1.
voluit, quod vbi fit ſubſtitutio ſimpliciter poſt filios
inſtitutos, & alios poſitos in conditione, illa cenſea-
tur facta etiam filijs in conditione poſitis, & loquitur
quando fit ſubſtitutio eidem, vel eiſdem, quia iſta
verba indefinita poſſunt referri etiam ad poſitos in
conditione: maximè quia relatio magis debet fieri
ad proxima.
71 Sed ad iſtud † arg. Corn. reſpondetur, quòd inde-
finita nõ ęquipollet vniuerſali, vbi non par ratio. iux
ta no. per Bar. in l. ſi pluribus. infrà, tit. 1. ſed non eſt
par ratio grauandi poſitos in conditione, & honora
72 tos, † & eodem modo reſpõdetur ad illud. quod re-
latio debet fieri ad proxima, quia non procedit vbi
eſſet diuerſa ratio, iuxta no. per Bar. & Doct. in l. talis
73 ſcriptura, infrà eo. † Rurſus indefinita nõ æquipollet
vniuerſali in materia probationis, quæ debet de ne-
ceſſitate concludere. Inno. & Doct. in c. auditis. de
præſcrip. Ideò cum requiratur probatio grauaminis
iniuncti filijs poſitis in conditione, vt dicantur hono
rati, probatio debet neceſſariò concludere, ita quod
in ſpecie dicantur grauati: non etiam ſufficit graua-
men generale, quod ad alios referri poſſit.
74 Infertur ex præmiſſis, † neceſſarium eſſe, vt filij po
ſiti in conditione dicantur vocati, vel quod in ſpecie
grauentur, & expreſſè, vel ſi non expreſſè quod verba
ſint talia, ex quib' iſtud neceſſariò præſumatur, quod
ita fuerit de voluntate teſtatoris: vt per Soci. in d. cõ-
ſi. 149. & in d. conſi. 250.
Circà tertiam concluſionem Soci. col. 3. quod per
75 cipiens † cõmodum ex prouiſione legis mediante
perſona honorati, poteſt grauari: quia cum prouiſio
ne legis concurrit tacita voluntas teſtatoris per hãc.
l. ſecundum Bar. & Doct. Areti. hic, in ſecundo no.
opponit de l. qui libertis. §. hæc verba. ſuprà, de vul-
ga. vbi illa clauſula, quiſquis mihi hæres erit, &c. non
comprahendit patrem, vel dominum, qui effi-
citur hæres mediante perſona filij, vel ſerui: quia non
venit ex iudicio teſtatoris, ſi non venit ex iudicio te-
ſtatoris: ergo grauari non poteſt. l. ſed & ſi ſic. infrà, de
lega. 3. nec põt dici, ꝙ intelligatur tex. de iudicio te-
76 ſtatoris expreſſo tantum, non tacito. quia † ſi veniret
ex tacito, comprahenderetur ſub illa clauſula. l. ſi in
teſtamento. eo. tit. vbi qui venit per ius accreſcendi
admittitur ad ſubſtitutionem factam per illam clau-
ſulam, quiſquis mihi hæres erit: quia venit ex tacito

iudicio teſtatoris.l. ſi Titio & Meuio.§ Iulianus. in-
fra tit.1.Itaq; ſi pater,aut dominus non veniunt ex iu-
dicio teſtatoris,non videntur poſſe grauari.d.l.ſed &
ſi ſic.infrà,de lega.3.& pro Areti. facere videtur, Pau.
de Caſtr. in conſi.410. viſo facto,& dubijs. column.
2. in fi. lib. 1. vbi dicit,quod in d. §. hæc verba hæres
hæredis dicitur venire præter iudiciũ teſtatoris. Imo
idem Paul.de Caſt in conſi.49. notandum eſt, quod
ſi verba ſubſtitutionis,ante fi. lib. 2 apertè voluit,qđ
hæres hæredis non dicatur venire ex tacito iudicio te
ſtatoris:dum dicit,quod non cenſetur teſtator de eo
cenſiſſe. Idē dicit Ang. in conſ. 306. chariſſimè,.nu.3.
77 Ideo † Areti. tenet contrà iſtam concluſionem,ꝙ
imò percipiens commodum ex prouiſione legis me
diãte perſona alterius grauari nõ poſſit,vt teneat gra
uamē ex perſona ipſius,ex quo nõ dicitur honoratus
expreſſe, nec tacitè, per d. § hæc verba, nec obſtat
iſte tex. vbi pater, vel dominus poteſt grauari: nam
iſtud eſt, quia grauamen ſumit vires ex perſona filij,
vel ſerui honorati: vt in verſi. deniq;, & ſi dicatur,
imo ſumit vires ex perſona patris,vel domini,quan-
78 do grauatur reſtituere filio,vel ſeruo: reſpondet † A-
reti. quod iſtud, vt dicatur ſumere vires ex perſona
patris,vel domini,fuit inductum in fauorem filij, ne
fideicommiſſum pereat, quaſi dicat, cum fuerit in-
troductum ſpeciali fauore,non eſt habendum in cõ-
ſideratione:quia ſatis eſt,quod ſecundum regulas iu-
ris ſumat vires fideicommiſſum ex perſona filij.l. ꝙ
vero.ff. de legib.§. ſed quod principi.inſti de iure na
tu. gen. & ciuili, & ꝙ ſolum ſit introductũ in fauorē
filij,vel ſerui apparet:quia non poſſunt pater, vel do-
minus retorquere iſtam validitatem in odium filij,
vel ſerui, ſi velint in reſtitutione detrahere trebellia-
nicam,ex quo non grauantur,vt hæredes: & nomen
hæredis remanet apud ipſos filium, & ſeruum, & ita
voluit Areti. intelligere, licet non clarè ſic explicet,
ſed obſcurius Soc.referat.
79 Ex qua declaratione † infertur,ꝙ ſi onus in caſu hu
ius legis cenſeretur iniunctum patri, vel domino, ita
ꝙ ſumeret robur ex perſonis ipſorum, illud non va-
leret ex quo non veniũt ex iudicio teſtatoris,d. l. qui
liberis §. hæc verba.iuncta.d.l ſed & ſi ſic Infertur ſe-
cundo ad rationem huius text. quare pater non de-
trahat trebellianicam vltrà rationem ipſius tex. quia
pater non poteſt retorquere validitatem fideicom-
miſſi in odium filij.
Sed contra iſtam conſiderationem arguit Socin.
hic, nam Areti. vult, ꝙ pater, vel dominus poſſint
grauari,nõ quia honorati expreſſè,vel tacitè,ſed quia
tenet grauamen ex perſona filij, aut ſerui. Sed hoc
videtur contra iura allegata. in glo. 2. in verſi. patri,
in quibus ad validitatem fideicommiſſi ſolum conſi
deratur an pater, vel dominus percipiat commodũ
mediante diſpoſitione teſtatoris, nõ etiam an ſumat
fideicommiſſum vires ex perſona filij, aut ſerui. Sed
licet conſideretur perceptio commodi, tamen non
negatur,quin etiam conſiderari debeat, ex cuius per-
ſona fide commiſſum vires capiat.
80 Secundo † mouetur Soci. contrà Areti. ex fi. hu-
ius legis: vbi licet fideicõmiſſum ſumat vires ex per-
ſona patris, tamē iſtud retorquetur in odium filij ad
extinctionem fideicommiſſi mortuo filio ante euen
tum conditionis: ergo vult inferre Soci. quod iſta va
liditas fideicommiſſi ex perſona patris non inducitur
fauore filij tantum: cum retorqueatur contrà eum:
conſequenter dicendum eſt,ꝙ valeat ex perſona pa-
tris: quia commodum percipit mediante filio ex iu-
dicio teſtatoris. Aliàs ſi teneret grauamen ex perſo-
na patris ratione fauoris filij tantum, non retorque-
retur fauor in odium filij. Sed reſpondetur, ꝙ illud
odium venit in cõſequētiã fauoris, vel ꝙ hoc fit ſđũ
naturã actus:vt ſuprà viſum eſt in ſecundo no.Soci.
81 Tertiò † arguit Soci.contra Areti.nam Areti.dicit
ꝙ in d.§.hęc verba,non poteſt intelligi,ꝙ pater non
veniat ex iudicio teſtatoris,ſcilicet expreſſo: ſecus ex
tacito.quia ſi veniret ex tacito,cõpręhenderetur ſub
illa clauſula,quiſquis mihi hæres erit.d.l.ſi in teſtamē
to. nam iſtud confunditur ſecundum Soci. quia tex.
in d.§.hęc verba dicit,quod etiam non comprehen
ditur hæres hæredis: & tamen hæres hæredis dicitur
venire ex tacito iudicio teſtatoris:cum poſſit graua-
ri ſub nomine appellatiuo hæredis.l.fi. infrà, de lega.
3.quem ita intelligunt Doct.in d.l.ſed & ſi ſic.eo. tit.
conſequenter dum tex.in d.§ hęc verba.dicit, ꝙ non
veniunt ex iudicio teſtatoris, neceſſario debet intel-
ligi de iudicio expreſſo. & ſicut iſtud eſt clarum ꝙ
intelligitur de iudicio expreſſo in hærede hæredis,
idem dicendum eſt in patre cum ſit eadem ratio
cum veniat vterq; per mediam perſonam,& vt vni
formis fiat determinatio. l. iam hoc iure. ſuprà, de
vulga.
Et ſi dicatur,ſi pater venit ex iudicio tacitò,quare
non comprahenditur ſub illa clauſula,quiſquis mi-
hi hæres erit, &c. reſpondetur ſecundum Soci. ꝙ illa
clauſula refertur ad hæredes ſcriptos. l. cum filio eo.
tit. de vulga.
Nec obſt.d.l.ſi in teſtamēto ſuprà,de vulg. vbi ad-
mittitur etiam qui venit ex iure accreſcendi, & ſic ex
tacitò iudicio,quia ille qui venit ibi, fuit ſcriptus hæ-
res.& ſic venit ex iudicio expreſſo.
Nec ob. ꝙ admittatur etiam pro parte iuris accre-
ſcendi: quia illud venit in conſequentiam inſtitutio-
nis expreſſę,id eo nõ habetur in conſideratione. l. 1.
ff.de autori.tutor & iſtas reſponſiones Soc. ſibi attri
bit Iaſ.hic, col. 8. nu. 37.
82 Sed vnum eſt,quod voluiſſem † per Doct.declara
ri,quare illa clauſula,quiſquis mihi hæres erit,ſolum
refertur ad hæredes ſcriptos, qui veniunt ex iudicio
teſtatoris expreſſe,non ad hæredem hæredis, qui ve-
nit ex tacito. Ideo puto rationem eſſe:quia in tali vo
catione conſideratur affectio teſtatoris:quæ affectio
ſolum eſt certa quoad expreſſè vocatos,in tacite au
tem vocatis incertum eſt,vtrum teſtator ad eos affe-
83 ctionem habuerit. † Sed probatio voluntatis dubię
non releuat.l.quoties,circa prin. ff. de hæredi. inſti.l.
in ambiguo.ff de reb.dub.l.iubemus.C.de teſta.Itaq;
non ſequitur, hæres hæredis pater, vel dominus ve-
niunt ex tacito iudicio teſtatoris, ergo parem ad eos
affectionem teſtator habuit, quam ad expreſſe voca-
tos, & hanc rationem in effectu voluit Bald. in d. §
hæc verba.quem ſequitur Alex.in conſi 36. col. 4. in
fi.& ſeq. lib. 3. Ex quibus infertur,non valere conſe-
quentiam, poteſt quis grauari, ergo in dubio cenſe-
tur vocatus, nam hæres hæredis grauari poteſt ſub
nomine appellatiuo: & tamen non cenſetur vocatus
ad ſubſtitutionem.
84 Aliam rationem † ad. d. §. hęc.verba. quare non
veniat hęres hæredis,ponit Alex. in d. conſi. 36. col.
4 in fi lib.3 quia illa verba, quiſquis mihi hæres erit
faciunt conditionem,ſi ex nominatis quis hæres erit
85 d.l.qui liberis. in fi. prin. † Sed ſubſtitutio conditio-
nalis non trãſmittitur ad hæredes.l. toties. ff. de ac-
qui. hæredi. ſi ex pluribus. ff. de ſuis,& legiti. Sed iſta
ratio Alex.nihil valet. quia non tractatur hic mate-
ria tranſmiſſionis, ſed vocationis expreſſę: & queri-
tur cum teſtator vocauerit hæredes ad ſubſtitutionē
quare non cenſeatur vocatus hæres hæredis ſicut
primus hæres,cum,& ipſe hæres dicatur primi teſta-
toris.l. fi. C.de hæredi. inſti.
Soci.autem iunior hic in ſecunda parte.col. 12. al
ter reſpondet ad d.§. hæc verba, quod pater, domi
nus, & hæres hæredis non veniunt ex iudicio teſtato-
ris ſcilicet immediato,aut honorifico: ſecus in iudi-
cio mediato.Sed iſta reſponſio,aut ratio videtur ea-
dem

dem cum dicto: contra.l.fi.ff.de offi. procura. ceſ. nã ſimul eſt de quo quæritur, quare venientes ex iudicio mediato nõ admittũtur ad ſubſtitutionẽ. Aliam rationem ponit Alciatus in l. ſciendum eſt hæredẽ. ff. de verb. ſigni. ne extendatur diſpoſitio teſtatoris ad perſonas teſtatori incognitas. Sed eadẽ ratio hæc eſt, ac illa Bal. in d.§. hæc verba. Aliam rationem ponit Paul. de Caſt. in conſi. 410. viſo facto, & dubijs mihi traditis. colum. 2. in fi. lib. 1. quia hæres ſecundus venit præter iudicium teſtatoris, ideò intelligitur de hærede primo, & immediato qui venit ex iudicio teſtatoris quando in primo verificari poteſt ſubſtitutio, aliàs venit etiam ſecundus.

86 Circà quartam concluſionem Soci quare † hæres hæredis grauari poteſt nomine appellatiuo, nõ noĩe proprio, refert Soci. duas rationes Bal. primam. in l. ſi fuerit infrà, de leg. 3. quam reprobat Soci. quia ſi grauamen cenſetur iniunctum bonis, grauari hæres poſſet etiam nomine proprio. Sed arg. Soci. nõ valet. quia Bal. non dicit ꝙ grauamen cenſeatur iniunctum bonis, quãdo grauatur hæres noĩe proprio: quod ipſum tamen neceſſariò præſupponit Socin. Bal. velle, & iſta ratio Bal. poteſt comprobari: quia facilius fit tranſitus in diſpoſitione concepta ſub nomine appellatiuo. c. quoniam Abbas. vbi latè Doct. de offi. deleg.

Secunda ratio Bal. in l. ab eo. C. de fideicom. iure reprobatur per Soc. hic: quia ratio tranſmiſſionis, ita militat in hærede grauato proprio nomine ſicut appellatiuo.

87 Tertiam † rationem ponit Soci. poſt glo. Bart. & Doct. in d. l. ſed & ſi ſic nam vbi grauatur nomine appellatiuo, concurrit neceſſariò tacitum, & certum iudicium teſtatoris, ex quo neceſſariò habiturus eſt hæres hæredis, quæ ratio ceſſat, quando grauatur hæres hæredis nomine proprio: quia non eſt neceſſe, neq; certum eſt, ꝙ is futurus ſit hæres, & fortè ſit hęres ex teſtamento, aut ab inteſtatò, illud eſt à caſu, non ex iudicio teſtatoris, nam cum ſit incertum, ꝙ is ſuccedat, impoſſibile eſt dicere, ꝙ fuerit honoratus iudicio teſtatoris, quia ad incertum iudicium referri
88 non poteſt, † & ꝙ propter commodum caſuale grauari quis nõ poſſit, eſt et tex. in l. imperator. §. 1. ĵ. tit. 3. quæ ratio diuerſitatis in effectu reducitur ad hoc, ꝙ vbi hæres hæredis grauatur nomine appellatiuo, iudicium teſtatoris eſt certum, & neceſſarium erga ipſum hæredem hæredis, cum certum, & neceſſarium ſit hæredẽ futurũ. At vbi grauatur hæres hæredis nomine proprio, iudicium teſtatoris eſt incertum minimeq; neceſſarium.

Quartam rationem ponit Alber. de Roſa. in d.l. ſi fuerit, quia ſi poſſet grauari hæres hæredis nominatim, cogeretur hæres ad inſtituẽdum grauatum. Quę ratio non placet, quia procederet argumentum quãdo præciſe grauaretur quis tanquam hæres hæredis, puta Titium hæredem hæredis mei grauo, ſeu quem volo eſſe hæredẽ hęredis mei, ſed nos loquimur, quãdo imponitur grauamen conditionaliter caſu quo grauatus fiat hęres hęredis: quo caſu non imponitur neceſſitas hæredi inſtituendi, aut reſtituendi: cum nõ grauetur caſu quo non fiat hæres hæredis. Secundò confutatur ratio Alber. quia vbi grauaretur hæres hæredis præciſe, ita ꝙ velit teſtator eum omninò ſuccedere, teneret grauamen: & cenſeretur primus hæres grauatus de reſtituendo per fideicõmiſſum. l. ex facto, in prin. infrà, ad trebellia. & eſſemus tunc extrà terminos. q. quia grauaretur hæres teſtatoris non hæredis, quia per fideicõmiſſum ſuccedītur teſtatori, de quo infrà etiã nu. 113. Ex quibus infertur, ꝙ iſta quęſtio an hæres hæredis poſſit grauari nominatim, procedit quãdo grauatur ſub conditione ſi hæredi ſuccedat, ſecus ſi præciſè, ita ꝙ cogatur hæres ad inſtituendum grauatum, quia tunc tenet grauamen, & hęres cenſetur rogatus de reſtituendo ipſi grauato d. l. facto, & haberet eo caſu hæres hęredis certum, ac neceſſarium iudicium teſtatoris, niſi dicas ꝙ per fideicõmiſſum ſuccedītur teſtatori, ideò grauaretur tunc hæres teſtatoris, & eo nomine formari quæſtio nõ poteſt in hærede hæredis niſi conditionaliter.

Quintam rationem ponit Curt. ſenior in conſi. 43. col. 10 quia hęres hęredis ſub nomine proprio honoratus dici non poteſt; nam quando teſtator grauat nomine proprio, non eſt ipſe qui honorat expreſsè, nec tacitè, ſed hæres. At vbi grauat hæredem hæredis ſub nomine appellatiuo, dirigitur grauamen ad vocatũ tacitè, quæ ratio, ſi bene conſideretur, in idẽ recidit cũ ratione Bar. & obſcurior vr̃ ipſa ratione Bar.

Sextam rationem attulit Signorol. in conſi. 172. col. 5. in prin. & in conſi. 173. col. pen. circà med. nam quando grauatur nomine proprio, non grauatur tanquam hæres honoratus, in his porrò, quæ ordinãtur ſub aliqua qualitate, valet argumetum de tanquam, quę ratio mihi nõ probatur, quia procederet, quãdo mentio ſolum fieret nominis proprij, qui caſus dubitationis nihil habet. Sed quęſtio noſtra prçſupponit ꝙ grauetur nomine proprio, in qualitate tñ hæredis.

89 Sed hic quæritur, † dictum eſt, ꝙ hęres hæredis grauari poteſt, ſub nomine appellatiuo, quia cẽſetur honoratus iudicio teſtatoris quomodo, & qualiter dicatur honoratus, vtrum per viam fideicommiſſi, ita ꝙ primus hæres dicatur grauatus de reſtituẽdo ipſi hæredi, an vero quia teſtator potuit adimere non inſtituendo primum hæredem, & non ademit. Soci. primo arguit ꝙ hæres hæredis cenſeatur honoratus per viam fideicommiſſi; nam concurrunt duo. Primum ꝙ bona ſunt peruentura ad ipsũ hæredẽ omnino, ſecũdũ, ꝙ fuit grauatus. l. deniq;. §. interdũ. ĵ. de pecul. lega. in arg. Imo ille tex. videtur probare à fortiori ſecundum intellectum Imolæ, quia in d. §. interdum. peculium ſequi ſolet ſeruum in aliquo caſu tantum, ideſt inter viuos, vt ſuprà vidimus. Sed hæreditas omninò ventura eſt ad hæredem hæredis. Secundò pro iſta intelligentia facit: quia hæres hæredis videtur cõſequi bona à primo teſtatore argum. l. vnum ex familia. §. ſi de falcidia. infra, tit. proxi. qui text. nihil facit, nam electus ibi ideo dicitur habere à teſtatore non ab hærede eligente: quia hæres omnino tenebatur eligere, ſi volebat legatum manere apud vnum tantum de familia. Sed hic non cogitur hæres alicui relinquere à teſtatore & licet neceſſariò habeat hæredem ex teſtamento, aut ab inteſtato, tamen talis neceſſitas nõ prouenit ex facto teſtatoris, ſine quo erat habiturus.

90 Sed circà † iſtam primam intelligentiam dicet aliquis, videtur, quod talis intellectus nullius ſit effectus; nam ex quo venit hæreditas omninò ad hæredem hæredis, non videtur referre, vtrum veniat per viam fideicommiſſi, aut ex inſtitutione primi hæredis, aut ab inteſtatò. Reſpondetur ſecundum Socin. quod imò permagni refert, quia ſi habeat per viam fideicommiſſi relictã à primo teſtatore, hæreditas primi teſtatoris dicitur ſibi debita, & poterit adire hæreditatem authoris ſui, ideſt hæredis cũ beneficio inuentarij, & tanquam hæres hæredis vocatus à primo teſtatore habere hæreditatem primi teſtatoris, & ſic detrahetur hæreditas primi teſtatoris tanquam æs alienum debitum ipſi hæredi: de quo dixi in conſi. 144. colum. 2. & ſi qua eſſent alienata ex bonis; aut hæreditate primi teſtatoris, illa reuocarentur: nec teneretur hæres hæredis ſatisfacere creditoribus ipſius hæredis de bonis, aut hæreditate primi teſtatoris: per ea quæ tradit Barto. in lege Lucius 2. in fi. ſuprà, de hæredibus inſtituen.

91 Sed iſtam † intelligentiam, aut hunc primum intel-

ligendi

ligendi modum reprobat Socin. per text. ſing.in l. ſi fundum per fideicommiſſum.§. fi. cum l. ſequen. infrà eo. vbi quando grauantur hęredes legitimi pupilli, expirat fideicommiſſum poſt pubertatem, quod non expiraret quatenus eſt vltra legitimam, ſi pupillus cenſeretur grauatus reſtituere ipſis hæredibus legitimis; nam tanquam honorati à teſtatore poſſent hæredes legitimi pupilli grauari omni tempore etiã poſt pubertatem: cum per fideicommiſſum ſuccedatur teſtatori.l. cohęredi.§. cum filio.ſuprà, de vulga. Sed ideò non tenet grauamen poſt puberratem, in d. l. ſi fundum per fideicommiſſum. §. fi. quia hæres legitimus non erat honoratus à teſtatore poſt pubertatem, & licet ſucceſſerit, illud fuit caſu fortuito. d.l.ſed & ſi ſic.infrà, de leg. 3.

92 Sed aduerte: quia † tex. in d. l. ſi fundum per fideicommiſſum nihil facit pro Soci. tenendo intellectũ Paul.de Caſt. ꝙ expiret ibi fideicommiſſum ſolum, quoad bona filij aduentitia, non etiam quoad bona paterna, ex quo fuit grauatus hæres pupilli, & ſic hæres hæredis ſub nomine appellatiuo. Ideò in bonis paternis remanet grauamen, quia in eis dicitur tacitè honoratus: cum adimi potuiſſent excepta cauſa legitimè. Imò nihil facit etiam intelligendo ſecundum intellectum Soci. quod omninò euaneſcat fideicommiſſum adueniente pubertate etiam quoad bona paterna, quia tex. non loquitur quando grauatur hæres hæredis ſimpliciter, ſed quando grauatur hæres legitimus tantum pupilli: quo caſu poſt pubertatem non tenet grauamen, quia hæres legitimus tãtum non dicitur habere ex certo, & neceſſario iudicio teſtatoris, imò à caſu, & fortuna: cum poſſit excludi condito teſtamento, & extraneo inſtituto.

93 Ideò vltrà Soci. ex alio † dico non procedere hãc primam intelligentiam, quia quando grauatur hęres hæredis ſub nomine appellatiuo, cum fiat mentio de hærede hæredis, non poteſt intelligi honoratus per viam fideicommiſſi, quia tunc diceretur hæres ipſius teſtatoris.l. cohęredi.§. cum filiæ.ff.de vulga.& ſic ageretur de grauando hæredẽ ipſius teſtatoris non hæredem hæredis.

Secundò non poteſt procedere iſta intelligentia, quia ſecundum eam teneretur hæres reſtituere hæredi ſuo: ꝙ videtur impoſſibile, quia in effectu obligaretur reſtituere ſibijpſi: contra l. planè. §. ſi duobus. infrà, eod. cum hæres, & defunctus cenſeantur eadem perſona, in auten. de iureiuran. à morien. pręſti. in princip. Imò per aditionem hæredis extinguitur, aut confunditur obligatio qua tenebatur defunctus erga ipſum hæredem.l. debitori.C. de pactis, vt mirãdum ſit, quomodo potuerit Soci. mouere hunc primum intelligendi modum.

94 Secundò modo † intelligitur ſucedere hæres hæredis ex iudicio teſtatoris: quia potuit teſtator adimere ſubſtituendo, & non ademit: nam ex hac ratione hæres legitimus grauari poteſt. l. conficiuntur. ff. de iure cod.l.ſi Titio, alias,l. ſi fundum per fideicommiſſum.§.fi.infrà, eo.l.1.§.ſciendum.infrà, de lega.3. Etenim non habuiſſet hæres hæredis hæreditatem teſtatoris, ſi teſtator aliquem ſubſtituiſſet hæredi per fideicommiſſum. Iſta ratio ſecundum Soci aſſignatur in ſimili.in d.l.ſi fundum per fideicommiſſum.in fi. vbi hæres legitimus pupilli grauari poteſt etiam in bonis pupilli durante ętate pupillari: quia poterat teſtator adimere ſubſtituendo extraneum pupillariter.

95 & † ꝙ poſt pubertatem hæres legitimus grauari non poſſit in legitima filij, eſt tex.in d. l. quod fideicommiſſum.infra, eo. non no. Dy. Cy.& alij in l. ex tribus C.de inoffi.teſt. Pau.de.Caſt.in conſ.369. dico col. 1. lib. 1. & in conſi.77. viſa facti narratione ſatis lõga, in quarto dubio, lib.2. Iaſ. in l.cohæredi. §. cum filiæ. in fine quarti no.ſuprà, de vulg. Curti.iunior in conſ. 73.col.7.in fi.nu.17. Eadem ratione non grauatur hęres legitimus pupilli etiam durãte ętate pupillari per matrem, quæ pupillariter non ſubſtituit. Alex.in cõſ. 247.lib.6.

96 Iſte ſecundus † modus intelligendi adhuc poteſt intelligi duobus modis ſecundum Soci. primo, quod iſte, cui non adimitur, cenſeatur honoratus & vocatus tacitè à defuncto, prout in hærede legitimo, qui ſuccedit ipſi defuncto.l.conficiuntur, & l. ſi quis cum nullum.ſuprà, de iure cod.& ita loquitur tex. in l.1. §. pen. infra, de lega. 3. Secundo modo poteſt intelligi, quod veniat ex iudicio teſtatoris is cui non adimitur, non quia cenſeatur honoratus, aut tacitè vocatus, ſed ſolum quod cenſeatur habere ex iudicio non priuatiuo, & ita de neceſſitate intelligitur tex. in d.l. ſi fundum per fideicommiſſum.in fi. infrà, eodem, & in d.l.ſi fuerit. infrà, de lega. 3. vbi hæres hæredis poteſt grauari nomine appellatiuo, nõ quia dicatur honoratus, aut tacitè vocatus à teſtatore, cum ipſi non ſuccedat, ſed eius hæredi: ſed tantum quia priuatus non eſt, cum priuari poſſet alium ſubſtituendo.

Sed aduerte contrà Soc. quia hæres hæredis ſiue legitimus, ſiue teſtamentarius ſemper videtur tacitè vocatus à teſtatore ea ratione, qua hæres legitimus ipſius teſtatoris. nam ex quo teſtator eum non priuauit, cenſetur reliquiſſe, ita vt dicatur habere ab ipſo

97 teſtatore, & ei ſuccedat, licet mediate. † quia hæres hæredis dicitur hæres primi teſtatoris. l.fin. C. de hæredi. inſti. Itaq; illa tantum eſt differentia vtrum grauetur hæres legitimus teſtatoris, an hæres hæredis, ꝙ primo caſu cẽſetur honoratus immediatè, ſecundo autem caſu mediatè, & idem hoc voluit Soci. ipſe ſibi contrarius in hac quarta concluſione, verſic. & ideò tu diligenter conſidera, vbi dicit, quod in terminis.d. l. ſi fundum per fideicommiſſum.in fi. hæres hæredis habet iudicium non ademptionis, & iudiciũ voluntatis per l. lucius.2.in fi.cum gl.ſuprà, de hæredi. inſti.

98 Sed hic incidenter quæro † in caſu. d. l. ſi fundum per fideicommiſſum, in fi. infrà, eo. vtrum hæres legitimus pupilli poſſit grauari ſub nomine proprio. Puto ꝙ ſic durante ętate pupillari: quia non dicitur ſuccedere caſu fortuito, imo ex iudicio teſtatoris, qui poterat adimere, alium pupillariter ſubſtituendo: & non adimendo, ipſę hęres legitimus omnino eſt ſucceſſurus: cum pupillus alium inſtituere non poſſit. Sed adueniente pubertate ſecus eſſet: quia non teneret grauamen etiam in bonis teſtatoris: cum non veniat ex iudicio teſtatoris, ſed à caſu, quod eſt notandum ad intellectum.d. l.ſi fundum per fideicommiſſum. & iſtud ſine dubio videtur procedere: quia non fit ibi differentia, an grauetur hæres legitimus pupilli nomine proprio, aut appellatiuo, ex quo fideicommiſſum expirat poſt pubertatem, licet grauetur nomine appellatiuo ſecundum intellectum Soci. contrà Pau. quẽ ſuprà defendimus, & ſi hęres legitimus pupilli grauari nõ poſſet nomine proprio, etiam grauari non poſſet nomine appellatiuo: quia etiam grauatus nomine appellatiuo dicitur habere à caſu, per ſupradicta, ex quo ceſſare poterat ſucceſſio legitima per teſtamentum hæredis, ex quibus oſtenditur, quã magna ſit differentia, vtrum grauetur hæres hæredis ſimpliciter, an hęres legitimus hęredis; nam hæres legitimus hæredis habet à caſu: ſecus in hærede hęredis ſimpliciter.

99 Sed contra † iſtam quartam concluſionem opponit Soci. & videtur ꝙ imo hæres hæredis grauari non poſſit etiam ſub nomine appellatiuo, quia licet grauetur in nomine appellatiuo, tamen non videtur venire ex iuditio teſtatoris, imo à caſu, & potius ex iuditio hæredis: cum poſſet hæres alienare bona donando, vel legãdo: ergo ſi ſuccedit, id eſt per caſum, quia hæres non alienauit.

Secun-

Secundò arguit Soci. nam tex. in d. l. ſi fuerit. in fin. infrà de lega. 3. dicit, ꝙ hæres hæredis grauari poteſt de benignitate: ergo non de rigore. Sed hoc videtur contra text. in d. l. ſi fundum per fideicommiſſum. in fi. vbi grauari poteſt non ſolum hæres hæredis ſimpliciter, ſed etiam hæres hæredis legitimus, quod eſt fortius. Ideo autem dixit fortius per ea, quæ ſuprà diximus circà intellectum. d. §. fi. ꝙ vbi grauatẽ hæres legitimus tantum hæredis, non habet certum, & neceſſarium iudicium teſtatoris: cum excludi poſſit condito teſtamento. & ſi hæres hæredis legitimus tantum grauatur de rigore, ergo fortius hæres hæredis ſimpliciter. Sed ille tex. nihil videtur facere: tantum abeſt vt probet à fortiori. nam tenet ibi grauamen de rigore, quia hæres hæredis excludi non poterat facto ipſius hæredis primi, quia pupillus.

Secundò ꝙ hæres hæredis videatur poſſe grauari de rigore nedum ex benignitate, probatur ſecundũ Soci. nam tale iudicium teſtatoris habet hæres hæredis, quod habet pater, vel dominus inſtituto filio, vel ſeruo. d. l. qui liberis. §. hæc verba. ſuprà, de vulg. ſed pater, vel dominus grauantur de rigore, ergo idem in hærede hæredis.

Pro ſolutione Soc. conſiderat tres caſus. Primus caſus eſt, quando grauatur hæres hæredis, qui nullo modo priuari poterat per primum hæredem bonis teſtatoris: & tunc grauari poteſt de rigore: quia habet iudicium non ademptionis, ſed iudicium voluntatis, vt ab inteſtato ſuccedat hæredi: vt in ſimili eſt tex. cum glo. in d. l. Lucius. ſupra de hæredi. inſtit. & ita procedit text. in d. l. ſi fundum per fideicommiſſum. in fin. nam ibi hæres legitimus pupilli priuari non poteſt per pupillum durante ætate pupillari: ideo grauari poteſt de rigore tanquam tacitè vocatus à teſtatore, & honoratus iudicio non priuatiuo. Sed adueniente pubertate expirat fideicommiſſum: quia tunc non dicitur venire iudicio teſtatoris, ſed à caſu: quoniam à filio priuari poterat. & ſic vult Socinus, quòd fideicommiſſum in totum expiret etiam quoad bona patris, tenendo contra intellectum Pau. de Caſt. tanquam diuinatiuum, & nimiũ reſtrictiuum illius legis.

100 Sed aduertendum † circà hunc primum caſum, nam ex duobus, alterum vr̃ neceſſarium, vel ꝙ in d. l. ſi fundum per fideicommiſſum. in fi. grauamen fuerit iniunctum hæredi legitimo nomine proprio, & tunc procedit intellectus Soc. aut ſub nomine appellatiuo, & tunc intellectus Pau. de Caſt. videtẽ neceſſarius, non diuinatiuus, aut reſtrictiuus; alias eſſet inducere contrarietatem iurium: & intellectus Soci. videretẽ contra. d. l. ſi fuerit. ſed m̃ ſuſtinendo intellectũ Socin. dico, ꝙ imò nulla inducitur contrarietas, quia. d. l. ſi fundum per fideicõmiſſum. loquitur qñ grauatur hæres legitimus tantum, qui poſt pubertatem pupilli dicitur habere à caſu, cum potuiſſet excludi condito teſtamento. ſed d. l. ſi fuerit. loquitur in hærede hæredis, & ſic ſiue teſtamentario, ſiue legitimo, qui à caſu non ſuccedit, ſed ex iudicio teſtatoris. ad quam diuerſitatem non aduertit Pau. de Caſtr. ideo intelligentia Socin. ad illum text. videtur melior. ex quibus infertur, ꝙ iſte primus caſus procedit ſine dubio vt hæres hæredis grauari poſſit de rigore, quando nullo modo priuari poteſt bonis teſtatoris per primum hæredem.

101 Conſidero † etiã circà hunc primum caſum Soc. dum dicit, ꝙ hæres hæredis habet iudicium teſtatoris vt ſuccedat hæredi ab inteſtato, ꝙ iſtud iudicium referri poteſt etiam ad ſucceſſionem ex teſtamento. & licet ex teſtamento vocetur a primo hærede; tamen in tali vocatione concurrit etiam tacitum iudicium primi teſtatoris.

Secundus caſus eſt ſimilior primo: quando attento præſenti ſtatu alteri acquiritur emolumentum ex diſpoſitione teſtatoris mediante hærede inſtituto, nec eius facto ipſo emolumento priuari poteſt: & iſto caſu tenet grauamen de rigore iuris. vt quando grauatur pater, vel dominus, inſtituto filio, vel ſeruo, & iſte caſus etiam dubium non habet, & abundè ſupra viſum eſt, quicquid voluerit Aret. hic in ſecundo nota. cuius argumentis ſupra reſponſum eſt.

102 Tertius caſus eſt, † quando grauatur hæres hæredis ſub nomine appellatiuo, in quo caſu videtur maius dubium: quia videtur conſequi bona à caſu, nõ ex iudicio teſtatoris: cùm poſſit primus hæres alienare bona: & ſi non alienat, videtur hæres habere iudicio ipſius primi hæredis, licet ſecundum magis communiter accidentia bona habiturus ſit. Ideo cũ talis acquiſitio quã facit hæres hęredis magis participet de caſu, quã illa, quam facit pater per filium, aut dñs per ſeruum, non valet grauamen ſecundũ regulas iuris, ſed de benignitate. d. l. ſi fuerit. in fin.

103 Et † præmiſſis, & dictis per Soci. hic, in tertio caſu ſi diligenter conſideras, Soci. fatetur contrarium per eum formatum, ꝙ hæres hæredis grauatus nomine appellatiuo non veniat ex iudicio teſtatoris, ſed magis à caſu: dum dicit, ꝙ acquiſitio, quæ fit hæredi hęredis, magis participat de acquiſitione, quæ fit à caſu, quam de ea, quæ fit per ſeruum domino, in qua concurrit tacita voluntas teſtatoris. Planè ſi magis participat de acquiſitione, quæ fit à caſu, ergo valere grauamen non debet. argu. l. cum quæritur. ff. de ſtatu homi. ob id mirum non eſt ſi reliquit Soci. cogitandum. Ideo puto aliter reſponderi poſſe ad argumentum. & quod Soci. equiuocauerit: quia Soc. conſiderat bona in ſpecie, vtrum bona primi teſtatoris ſint peruentura ad hæredem hæredis ex iudicio teſtatoris. Sed de hoc non loquitur quęſtio: ſed an hæres hæredis dicatur venire ex tacito iudicio: & dicitur ꝙ ſic, licet bona primi teſtatoris ſint alienata. quia hæres quis dicitur etiam ſine bonis. l. hæreditas. ff. de peti. hæredi.

Sed dicet aliquis, conſiderando hæreditatem ſine bonis, veriſimiliter non inuenietur hæres: ergo ſi inuenitur, quia adſint bona, iſtud videtur à caſu quia primus hæres conſeruauit bona, cum potuiſſet alienare. Reſpondeo, ꝙ quęſtio loquitur præſuppoſito hærede quando hæres inuenitur. nam tunc dicitur venire ex certo, & neceſſario iudicio, nam vult teſtator neceſſariò, ꝙ primus hæres habeat hæredem, & illud indicium eſt certum data potẽtia: quia eſt certum ad hæredem in genere. quæ ratio ceſſat, quando grauatur hæres hæredis nomine proprio. quia licet habeat hæredem, tamen iudicium primi teſtatoris non erat neceſſarium, neq; certum quoad nominatum, aut grauatum, & ꝙ iſta conſideratio ſit vera, paret: quia pater, & dominus etiã conſiderato pręſenti ſtatu non dicuntur habere neceſſariũ, & certũ iudicium teſtatoris: cùm poſſint filius, vel ſeruus nolle adire. l. cum proponas. vbi glo. C. de hæredi. inſtit. Itaq; dicitur certum, & neceſſarium præſuppoſita aditione, & poſt aditionem. Sed adhuc inſtatur circa hoc, attenta hac ratione videretur, ꝙ hæres hæredis grauari poſſit etiã nomine proprio; quia poſtquam eſt hæres, habet certum, & neceſſarium iudicium teſtatoris. reſpõdeo, ꝙ iſta certitudo prouenit ex facto hæredis, qui eũ aut inſtituit, aut nõ priuauit: & ſic magis à caſu. Sed qñ grauatur nomine appellatiuo, & data potentia, quia ſint bona, habet hæres hæredis certũ, & neceſſariũ iudiciũ primi teſtatoris.

104 Ex præmiſſis † diſſolutum eſt contrarium primũ Socin. ꝙ hęres hęredis non videbatur poſſe grauari etiam nomine appellatiuo. Sed non videtur ſublata ſecunda oppoſitio, quare non teneat grauamen de rigore iuris, ſicut in patre, vel domino, cum idem ad

omnes

omnes ſit iudiciũ teſtatoris.d.l.qui liberis.§.hæc ver-
ba ſupra de vulga. Inualeſcit difficultas vltra Soci.nã
in hærede hæredis valet grauamen ex perſona pro-
pria ipſius grauati, & tamen in patre,aut domino
ſolum valet ex perſona filij vel ſerui, quando gra-
uantur erga extraneos: vt hac.l.

Reſpondeo, ꝙ illa paritas iudicij ſolum conſide-
ratur reſpectu vocationis: quia cum tacitè tantum
veniant, non conſtat, ꝙ teſtator ſubſtituendo ha-
buerit eandem affectionem ad eos, quam ad voca-
tos expreſſè. In grauamine autem, diuerſa videtur
ratio, quia licet dicantũ tacitè vocari, tamen rõ ma-
ior eſt grauandi patrem vel dominum,quam hære-
dem hæredis, quia commodum patris,vel domini
adita hæreditate dicitur certum, nec excludi ab eo
poſſunt facto filij,vel ſerui. ſed primus hæres poteſt
præiudicare hæredi ſuo diminuendo bona. Rurſus
hæres hæredis non ſtatim admittitur: ſecus in pa-
tre,vel domino, quibus ſtatim acquiritur adita hæ-
reditate per filium,aut ſeruum.

105 Circà quintam concluſionem † Soci. ꝙ hæres hæ-
redis grauari non poteſt nomine proprio. d.l.ſed &
ſi ſic.§ 1.infra tit.2.Primò videndum eſt, quomodo
ponatur caſus,in d.§.1. Glo. ibi figurat caſum duob.
modis: primo, ꝙ Stichus eſſet ſeruus Seij hæredis
teſtatoris, & ꝙ teſtator grauauerit Stichum, ſi eſſet
hæres ipſius Seij, & adierit hæreditatem iuſſu eius.

Sed iſtam poſitionem caſus impugnat Socin. iu-
nior hic,in ſecunda parte.col.14. nu.69. verſi. ſepti-
ma ſit concluſio: quia ridiculum videtur, ꝙ ſi Sti-
chus ſit hæres Seij, adeat hæreditatẽ iuſſu ipſius Seij:
quia eſt impoſſibile, vt Seius mortuus iubeat hære-
ditatem adiri.Secundò fruſtrà quęritur de iuſſu,cum
ſeruus ſit hæres neceſſarius. Tertio vbi non eſſet hæ-
res neceſſarius, adhuc nõ conuenit literę iſte caſus,
quæ videtur velle, ꝙ iuſſus interponatur in ipſa adi-
tione: & ſic loquitur de iuſſu poſt mortem domini.

Secundò modo ponit glo caſum præſupponen-
do, ꝙ in tex.non ſit verbum hæres, ꝙ teſtator inſti-
tuit Stichum ſeruum alienum hæredem, & graua-
uerit Seium, ſi Stichus ſuus factus fuerit, & iuſſu eius
hæreditatem adierit, quam etiam poſitionem caſus
impugnat Soci.iunior pluribus medijs. Primo,quia
præſupponit, ꝙ in tex non ſit verbum, hæres, quod
communiter habetur.Secundo iſte.§.1.venit aduer-
ſatiuè ad præcedentia: ergo debet intelligi in his,
quæ ſunt eiuſdem generis: & ſic quando grauatur
hæres hæredis.iuxta doct. Bart. in l.mariti.§.fin. ff.de
adul. Cyn.& Doct.in auth. ſacramenta puberum.C.
ſi aduer.vendi.ſed in præcedentibus loquitur tex.qñ
grauatur hæres hæredis: ergo & iſte tex.in § 1. debet
intelligi in grauamine hæredis. ſed ſecundũ caſum
gl. loqueret de grauamine impoſito primo hæredi.

Tertio ſecundum hunc caſum diceretur graua-
tus Seius: & tamen tex. loquitur de grauamine Sti-
chi, ꝙ Stichus dicatur grauatus.

Quarto vltra Soci. iuniorem iſte ſecundus caſus
106 non videtur procedere † quia ſi teſtator grauat ſer
uum alienum inſtitutum, & ante aditionem ſeruus
alienatur, hæreditas acquiritur domino cũ ſuis one-
ribus: conſequẽter nouus dominus tenetur ad one-
ra, cum hæreditatem capiat: ergo videtur nouum
dominum grauari poſſe. Sed conſidera, ꝙ imo no-
uus dominus non videtur poſſe grauari, quia inſpe-
cto præſenti ſtatu ei nõ acquiritur & licet poſtea ac-
quiratũ illud eſt à caſu,& forte ex cauſa oneroſa: quo
caſu nullo modo dicitur honoratus etiam à caſu.
neque obſt. ꝙ ſeruus acquiratur cum ſuis oneribus;
quia arg. procederet qñ ſeruus fuiſſet grauatus.

Ideo Socin. iunior aliter intelligit text.in d.§ 1. ꝙ
Stichus eſſet ſeruus Seij non hæredis: ita quòd Seius
non eſſet hæres teſtatoris: & quòd teſtator dixerit,
ſi Stichus Seij, ſcilicet ſeruus factus fuerit hæres hæ-
redis mei,puta Meuij, & iuſſu eius: ſcilicet. Seij adie-
rit hæreditatem ipſius Meuij.

Sed iſte intellectus Soci.iunioris ſtare non poteſt.
Primo, quia in eo ſubauditur perſona extrinſecus;
contra.l.ſi ita ſtipulatus.§. Chriſogonus. in fin. ff. de
verb.obl.nam oporret ſubaudire perſonam Meuij.

Secundo ſecũdum iſtum intellectum oportet fa-
cere relationem ad perſonam non expreſſam.i. ꝙ
verbum hæreditatem referatur ad Meuium.de quo
107 nihil dictum ſit: † quod eſt contra naturam rela-
tionis,quæ fit ad præcedentia.l. talis ſcriptura. in fin.
infra eo.l.1.C.de libe preter.cum ſimil.

108 Tertiò † ſubauditio fieri non debet, niſi quando
oratio eſſet imperfecta: vt not. Alber. Cuman. &
Doct.in rub.infra ad trebel. vbi Ripa. ſed oratio, in
d.l.ſed & ſi ſic.§.1.eſt perfecta, ergo fruſtrà ſubaudi-
tur perſona extranea.

109 Ideo † melior videtur prima poſitio caſus glo. ꝙ
Seius eſſet hæres teſtatoris. Neque obſtat ꝙ impoſ-
ſibile videtur, vt adeat ſeruus hæreditatem domini
iuſſu ipſius domini defuncti, quia intelligi debet tex.
de iuſſu domini ipſo facto,quia ex eo ꝙ inſtituit ſer-
uum hæredem, cenſetur iubere vt adeat hæredita-
tem, vel ꝙ dominus expreſsè iuſſerit in teſtamento,
110 vt adiret. Non obſtat † ꝙ talis iuſſus dicatur fru-
ſtratorius cum ſeruus ſit hæres neceſſarius, quia licet
ſit neceſſarius, tamen poteſt teſtator ad maiorem
animi ſui declarationem talem iuſſum facere. Et
111 † ſæpius quid exprimitur ad cautelam: vt per glo.
& Doct.in l.certi conditio.in prin.ff. ſi cert. pet. facit
112 reg.quæ dubitationis.ff.de reg.iur. Rurſus † fateor
ꝙ ſeruus dicitur hæres neceſſarius, quando ſimplici-
ter inſtituitur,ſed tolli poteſt neceſſitas, puta per da-
tionem ſubſtituti vulgaris per not in l.ſi filius qui pa
tri.ſupra de vulg. & proptereà non ſunt fruſtratoria
illa verba,iuſſu eius.Pręterea quod vitium maius eſt,
iuſſum ne ſuperfluũ admittere, aut ſubaudire perſo-
nã extraneã: & relationẽ facere ad non expreſſa.

113 Secundo videndum eſt circa † intellectum d.l.ſed
A ſi ſic.quare in hac. q. vtrum hæres hęredis grauari
poſſit, ponitur caſus conditionaliter, quãdo graua-
tur hęres hęredis nomine proprio, ſi Stichus erit
hęres hęredis. & quando grauatur hęres hęredis ſub
nomine appellatiuo, ponitur caſus ſimpliciter ſine
conditione? Reſpondeo, ꝙ vbi grauatur hęres hę-
redis nomine proprio, ſi grauaretur ſimpliciter, &
abſolutè,ita ꝙ teſtator vellet eum hęredem eſſe, cen
ſeretur ſubſtitutus hęredi per fideicommiſſum: quia
directò ſubſtitui non poteſt. l. ex facto. in prin. infra
ad trebel.ſed per fideicommiſſum ſucceditur teſta-
tori non hęredi.l.cohęredi.§. cũ filię.ſupra de vulg.
conſequenter, non cadit tunc quęſtio, an hęres hę-
redis grauari poſſit. Rurſus quando grauatur hęres
hęredis nomine appellatiuo,non poteſt grauari cõ-
ditionaliter: quia cõditio pendet à caſu,& ab euen-
tu dubio.Sed hęres hęredis in genere, non pendet à
caſu, cum ſit certum, & neceſſarium ſecundum ea
quę ſupra declarauimus.nu.86.& 87.

114 Sed contra † iſtam quintam cõcluſionem, ꝙ hę-
res hęredis grauari nõ poteſt nomine proprio.Soci.
hic refert quatuor fundamenta Beſu.dummodo gra
uatus ſit veriſimiliter ſucceſſurus ipſi hęredi.

Aduertendũ, q̃a primũ fundamentũ venit ad tol-
lendũ rõnem, per q̃ concluſio fundatur: i. quia non
eſt certũ, ꝙ oĩno bona ſint puentura ad talẽ hęredẽ.
& ſi ſuccedat, id fit à caſu potiusq̃ ex iudicio teſtato-
ris.nam dicit Beſu.etiã in hac.l.nõ eſt certũ, ꝙ pater
ſit habiturus cõmodum: cũ poſſit pręmori teſtatori:
quo caſu filius ſui iuris ſuccedet. Similiter põt filius
emancipari in vita teſtatoris: quo caſu etiam filius
ſuccedet. Itaq; ꝙ pater ſuccedat,aut veniat ad bona,

iſtud videtur à caſu quia ſuperuiuat teſtatori, vel ex
facto ipſius patris filium non emancipantis.
Sed ad iſtud argumentum reſpõdet Soc. ꝙ Beſu.
arguit ex l. noſtra ad q. quando grauatur hæres hæ-
redis nomine proprio, quaſi ſit caſus ſimilis, ſed nõ
eſt bonum ſimile: quia ꝙ in l. noſtra attento præ-
ſenti ſtatu hæreditas veniebat quærenda patri, & ſic
concurrit tacita voluntas defuncti ſecundum Bar. &
omnes. Sed hæres nominatus nomine proprio ve-
nit a caſu, & fortuna, ſed non reſpondet Soc. ad arg.
Beſu. quod pater poſſet præmori teſtatori, aut filius
emancipari: & ſic non eſt certum, aut neceſſe, quod
bona veniant ad patrem. Dicas ꝙ imò virtualiter
reſpondet Socin. quia imò inſpecto præſenti ſtatu
certum, & neceſſe eſt bona ad patrẽ peruentura. Nec
115 obſt. ꝙ pater poſſit præmori: quia † futurus euen-
tus non conſideratur ad infringendum quod legi-
timè ab initio geſtum eſt. l. nec enim. ff. de min. actuq;
priu. l. ſancimus. C. de admin. tut. Reg. factum legiti-
mè. de reg. iur. lib. 6. nam ſatis eſt, ꝙ ſecundum præ-
ſentem ſtatum teſtator tacitè quem vocauerit, & ꝙ
cõmodum poſtea ad eum perueniat ex iudicio
ipſius teſtatoris, licet fieri poſſit; ꝙ non perueniat,
etenim licet accidere poſſit, ꝙ non perueniat, non
ſequitur quin eo caſu quo peruenit, id fiat ex volun-
tate teſtatoris. quæ ratio non procedit in hærede hę-
redis grauato proprio nomine, cui ſtatu præſenti cõ-
ſiderato quærendum non eſt ex iudicio teſtatoris:
cùm non ſit certum eum ſucceſſurum. & ſic Beſu.
arguit ex diuerſis in caſu, & ratione.
116 Secundo arguit Beſu. quia fortius † videtur graua-
men ſub nomine proprio, quam appellatiuo: cum
fortius operetur expreſſio ſpecialis, quam generalis
vt habet in l. in toto. ff. de reg. iuris. & in l. legato gene-
raliter. infra eo. Ad idem tex. in l. ſed & ſi quis. §. quæ-
ſitum. ff. ſi quis cau. vbi renunciatio ſpecialis magis
operatur, quam generalis. & text. in c. 2. de præbend.
lib. 6. cum ſimilib. Ad iſtud argumentum reſpondet
Socin. ꝙ non procedit, vbi eſt diuerſa ratio prout in
caſu noſtro, quia generalis expreſſio hæredis habet
117 iudicium teſtatoris, ſed ſpecialis non. † Alibi etiã
in ſimili videmus, ꝙ vbi eſt diuerſa ratio, multa li-
cent in genere, quæ in ſpecie non poſſumus. l. quæ-
dam. ff. de acquir. rer. dom. videmus etiam, ꝙ hæres
hæredis in genere grauari poteſt. d. l. ſi fuerit & ta-
men in ſpecie grauari non poteſt hæres legitimus
hæredis poſt pubertatem. l. ſi fundum per fideicom-
miſſum. in fi. cum l. ſeq. infra eod. quod ex alio non
fit, quam ob diuerſitatem rationis.
118 † Tertiò mouetur Beſu. nam hæres hæredis legi-
timi grauari poteſt nomine proprio. l. 1. §. fi. infra de
leg. 3. ergo videtur in hærede hęredis ex teſtamento,
aut in hærede legatarij. Sed reſpondet Soci. negando
ꝙ hæres hæredis legitimi grauari poſſit nomine pro
prio. nec obſtat. text. in d. l. 1. §. fin. quia ibi grauatur
hæres legitimus, quando eſt ſucceſſurus ipſi gra-
uanti: ſecus ſi ſit ſucceſſurus hæredi, vt expreſſè
ibi deciditur, & ſic ille text. retorquetur potius. Sed
aduerte, quia Beſu. voluit inducere illum text. quod
ibi grauamen non tranſit ad ſequentem in gradu:
quia grauatus non fuit ſequens, quaſi ſecus eſſet, ſi
ſequens in gradu fuiſſet grauatus, ſed tamen iſta in-
ductio eſt contra tex. in d. l. ſi fundum per fideicom-
miſſum. in fi. cum l. ſeq. infra eo. vbi hæres legitimus
hæredis grauari nõ poteſt niſi durante pupillari æta-
te, quia ea durante immediatè honoratur à teſtato-
re, ſed poſt pubertatem non grauatur, quia magis
habet à caſu, & ſi hæres legitimus tantum hæredis
grauari non poteſt etiam nomine appellatiuo, mul-
tominus nomine proprio.
Quarto mouetur Beſu. quia etiam hæres hæredis
grauatus nominatim videtur honoratus, aut venire
dicitur ex tacito iudicio teſtatoris: quia potuit teſta-
tor adimere, & non ademit. Ad iſtud reſpõdet Soc.
ꝙ tunc cenſetur honoratus cui non adimitur, quan
do non facta ademptione omnino eſt habiturus: ſed
hæres hęredis nominatim grauatus non erat om-
nino habiturus non facta ademptione cùm poſſet
hæres alium inſtituere. itaque licet poſtea habeat,
id eſt a caſu.
119 Quinto Beſu. reſpondet † ad tex. in d. l. ſed ſi ſic, ꝙ
procedit qñ grauatur hæres extraneus hęredis, ad quẽ
hæreditas veriſimiliter peruẽtura non eſt: ſecus qñ
hæreditas eſt ad eum veriſimiliter peruentura: quia
tunc non adimens cenſetur dare, quando non adi-
mitur ab eo, ad quem bona veriſimiliter erant per-
uentura. Sed quando veriſimiliter peruentura non
erant, non magis dicitur non adimere à grauato no-
mine proprio, quam appellatiuo. & ſic vult, ꝙ vbi
grauatur nomine appellatiuo hæres hæredis, tamen
ſi extraneus ſuccedat, aut inſtituatur, ad quem hære-
ditas veriſimiliter peruentura non erat, ad eum non
feratur animus & voluntas teſtatoris: quia non cen-
ſetur teſtator de tali cogitaſſe.
Sed ad iſtam conſiderationem Beſu. ad d. l. ſed &
120 ſi ſic. reſpondet † Soci. verſi. tertio facit text. ꝙ in il-
lo tex. duplex aſſignatur ratio, quare hæres hæredis
grauari non poteſt nomine proprio. Prima eſt: quia
non habet ex iudicio teſtatoris. Secunda, quia nihil
ei eſt datum, ideo licet ceſſaret prima, quia haberet
ex iudicio teſtatoris, quando bona veriſimiliter ven
tura eſſent ad grauatum, quod tamen eſt falſum, nõ
tamen ceſſat ſecunda, ꝙ nihil ei ſit datum. Sed ad-
uerte: quia Soci. fallitur, ꝙ in dicta lege, ſed & ſi ſic.
duplex aſſignetur ratio. nam vnica tantum eſt ratio.
& illa verba, cui nihil dederis, &c. veniunt illatiuè ad
rationem quòd non ex iudicio teſtatoris venit. nam
ideo non venit ex iudicio teſtatoris, quia teſtator nihil
dedit etiã non adimendo; ex quo ademptione nõ
facta, bona non erant ad eum omnino peruentura.
121 Ideo aliter † reſpondeo ad conſiderationẽ Beſu.
ꝙ eſt diuinatiua, & nimium reſtrictiua illius l. ſed &
ſi ſic. ꝙ loquatur in extraneo non veriſimiliter ſuc-
ceſſuro, nam loquitur generaliter: ergo generaliter
debet intelligi. vulg. l. de pretio. ff. de public.
Secundo per iſtam conſiderationem Beſu oppor-
tet etiam reſtringere princ. l. & fi. l. præced. vbi dici-
tur, ꝙ hæres hęredis grauari poteſt nomine appella-
tiuo vt ſolum procedat in hęrede coniuncto ad quẽ
bona erant veriſimiliter peruentura.
Nec obſt. ꝙ vbi hæreditas non eſt veriſimiliter
peruentura ad aliquem vt extraneum, ꝙ ad eum
non dirigatur iudicium teſtatoris, licet grauetur ſub
nomine appellatiuo: quaſi de tali non cenſeatur te-
ſtator cogitaſſe: quia licet non cogitauerit in ſpe-
cie, cogitauit tamen in genere de quocunq; hęrede:
quod ſufficit. l. qui iure. ff. de teſtam. milit. l. ſicut cer-
ti. & l. ſi cum vel in vtero. C. eod. tit.
122 Secundo reſpondeo, † ꝙ voluntas teſtatoris ea-
tenus extenditur, quatenus verba ſonant. l. Labeo. §.
idẽ iubeo. ff. de ſuppel. lega. c. ſecũdo requiſiti. de ap-
123 pella. cum ſimil. quod procedit † etiam in materia
odioſa, in qua verba latè intelliguntur quatenus pro-
prietas eorum patitur. l. cum lege: vbi Areti. in ſecũ-
do no. ſupra de teſta. ſed quando grauatur hæres hę-
redis ſimpliciter, voluntas teſtatoris trahitur ad om-
nem hæredem ſiue coniunctum, ſiue extraneum, ex
quo in genere grauauit hęredem.
Sublatis argumentis Beſu. ꝙ eius opin. non ſit ve-
124 ra; † probat Socin. hic in hac quinta concluſione
per tria iura: primo per text. in l. qui fundum. §. qui
filios. infra ad leg. falcid. vbi quando filius exhęreda-
tus ſuccedit fratri ab inteſtato, grauari non poteſt:
quia non ſuccedit ex iudicio teſtatoris, ſed à caſu: & ta-
men

men veriſimiliter erat ſucceſſurus fratri carenti liberis. Ad idem tex. in l. fi. in prin. infra de leg. 3.

125 Secundo, † adducit Soci. text. in d. l. ſi fundum per fideicommiſſum. in fi. cum l. ſeq. infra, eo. vbi hæres legitimus pupilli grauari non poteſt poſt pubertatem. Imo ſi grauetur per tempus ętatis pupillaris, expirat fideicommiſſum adueniente pubertate: & tamen hęreditas veriſimiliter erat ad eum peruentura. Sed iſtud non attenditur cum ſuccedat iudicio hęredis, qui poterat extraneum inſtituere.

126 Tertio, † adducit tex. in d. l. ſed & ſi ſic. vbi duplex aſſignatur ratio: quia non habet grauatus ex iudicio, & quia nihil ei dictum eſt. Ideo licet ceſſet prima ratio, quia teſtatoris volũtas dirigatur ad talem veriſimiliter ſucceſſurum, tamen non ceſſat ſecunda, quia nihil dictum ſit. Poterat Socin. allegare tex. cum glo. in d. l. Lucius. ſupra, de hæredi. inſti. vbi licet voluntas teſtatoris dirigatur ad filios poſitos in conditione, tamen non dicuntur vocati. & ſic nõ ſequitur, ſuccedens hęredi habet voluntatem teſtatoris, ſeu ſuccedit ex voluntate teſtatoris, ergo habet bona ab ipſo teſtatore, imò potius dicitur habere à caſu cùm poſſet hæres alium inſtituere. Sed dixi ſupra ꝙ in d. l. ſed & ſi ſic. vnica tantum videtur ratio, & ꝙ text. loquens de iudicio teſtatoris intelligitur de iudicio cum effectu: ita ꝙ ſit iudicium reale conceſſionis hæreditatis per non ademptionem ita quòd ademptione non facta hęreditas omnino ventura ſit ad grauatum.

Quartò, contra opin. Beſu. arguit Soci. iunior hic in ſecunda parte. col. 14 in fi. nu. 71. poſt repeten. nã quando grauatur hęres hęredis nomine proprio, nõ videtur grauati intuitu commodi ad eum venientis à teſtatore, ſed percipiendi ab hęrede primo, quæ ratio militat licet veriſimiliter ſit ſucceſſurus primo hęredi: quia fundatur iſta ratio in verbis expreſſis in ipſo grauamine: videlicet ſi hæredi meo ſit hæres & ſic refertur grauamen ad commodum percipiendũ ab ipſo hęrede primo, non etiam fundatur concluſio quod grauatus ſit extraneus, aut alias non veriſimiliter ſucceſſurus primo hęredi.

Sed ad iſtud arg. repeten. reſpondet Socin. iunior nu. 76. ꝙ imò grauatur hęres hæredis etiam reſpectu commodi prouenientis à teſtatore, tu autem vltra Soci. iuniorem conſidera contra iſtud fundamentum, nam eo attento ſequeretur ꝙ etiam nomine appellatiuo grauari non poſſet hęres hęredis cum ſemper habeatur reſpectus ad commodum percipiendum ab ipſo hęrede ex eo ſolum ꝙ ſit mentio de hęrede hęredis: nã paria videntur grauare hęredẽ hęredis, aut eum qui hęredi ſucceſſurus ſit. etenim ſi grauo hęredem hęredis, neceſſario intelligitur ſi hęredi fiat hæres.

127 Quintò contra Beſu. † adducit Soci. iunior poſt repeten. nam ſeruus hæreditarius ſtipulatur futuro hęredi ſub nomine appellatiuo. l. ſi ex re. §. fin. ff. de ſtipul. ſer. & tamen nominatim non recte ſtipulatur. l. ſeruus hęreditarius. 1. & l. ſi ſeruus cõmunis meus. §. ſeruus capto. eodem titulo. & tamen veriſimile eſt talem cui nominatim ſtipulatur hæredem futurum cum hæreditas iam delata ſit: ergo idem in vltima voluntate: cum valeat argumẽtum de contractu ad vltimam voluntatem. l. ſeruum filij. §. eum qui chirographum. infra eod. ſed iſtud argumentum non obſtat opi. Beſu. propter diuerſitatem rationis. nam ſeruus hęreditarius non poteſt ſtipulari ſibiſipſi cum ſit incapax, itaq; oportet ꝙ ſtipuletur domino ſed ante aditam hæreditatem nullus eſt dominus pręter ſolam hæreditatem iacentem. Ideo quãdo ſtipulatur futuro hęredi, videtur ſtipulari ipſi hęreditati iacenti: quę ratio ceſſat, quando ſtipulatur futuro hęredi in nomine proprio: quia perinde eſt ac ſi extraneo ſtipularetur, & ſic nõ domino. Secus quãdo teſtator grauat hęredem hęredis proprio nomine, qui veriſimiliter ſit ſucceſſurus: quia tenendo opin. Beſu. in talem dirigitur voluntas teſtatoris: & ſatis eſt in materia grauaminis vt valeat, ꝙ habeat grauatus voluntatem teſtatoris. & ita ipſemet Soci. iunior contra repeten. conſiderat & reſpondet.

128 Sed † opi. Beſu. tenet Socin. iunior dicens, ꝙ videtur probabilior: & ꝙ ſemper viſa fuit ſibi vera: primo per hanc. l. cum filio. vbi grauantur pater, & dominus, & tamen commodum erat ad eos peruenturum ex veriſimilitudine tantum. Sed reſpondetur, ꝙ imò inſpecto ſtatu pręſenti illud cõmodum erat certum adita hæreditate: ſecus in futuro hęrede hęredis viuentis grauato nomine proprio.

Secundo mouetur Soci. iunior: quia grauamen in ſpecie iniunctum debet fortius operari ſecũdum Beſu. nec obſt. reſponſio Socin. Senioris ſecundum eum, ꝙ in grauamine ſpecifico deſit iudicium teſtatoris in honorando: quia negatur: imò iudicium teſtatoris ad eũ dirigitur. ideo enim in ſpecie grauat, quia putat venturam ad eum veriſimiliter hæredi-

129 tatem. Sed reſpondetur † ꝙ non ſufficit iudicium teſtatoris ad aliquem trahi, ſed neceſſe eſt illud iudicium eſſe certum, & neceſſarium non fortuitum. d. l. ſed & ſi ſic. & l. fin. in prin. infra, de leg. 3. d. l. qui fundum. §. qui filios. infra, ad leg. falcid. modo licet voluntas teſtatoris feratur in hęredem grauatum. proprio nomine, tamen certum non eſt, ꝙ is ſit futurus hæres, cum alius poſſit inſtitui: & ſi fiat hęres, à caſu id eſt: commodum autem caſuale non habetur in conſideratione: quæ ratio ceſſat, quando imponitur grauamen hæredi hęredis in genere: quia iudicium teſtatoris ad eum eſt certum: ideo propter diuerſitatẽ rationis genus quoad hoc plus poteſt quã ſpecies d. l. quędam. ff. de acqui. rerum domi.

130 Tertio † mouetur Socin. iunior: quia hęres hęredis grauari poteſt ſub nomine appellatiuo: & tamen bona ad eum peruentura ſunt ſolum ex veriſimilitudine, non neceſſario, cùm poſſit primus hæres alienare bona. Sed dic, ꝙ ſatis eſt, quem eſſe hæredem ex iudicio teſtatoris, nec alienatio bonorum habetur in conſideratione, vt ſupra dictum eſt poſt num. 102. verſic. ideo puto aliter reſponderi poſſe. & num. 115.

Et tenendo opi. Beſu. reſpondet Soci. iunior ad d. l. qui fundum. §. qui filios. infra, ad leg. falc. alleg. per Socin. Seniorem ꝙ loquitur in fratre hæredis grauato: ſed dictum Beſu. debet intelligi, quando grauatur filius hęredis, ad quem magis veriſimiliter hęreditas eſt peruẽtura. quia in filio veriſimiliter ſucceſſuro dicitur concurrere iudicium teſtatoris. Sed reſpondeo, ꝙ tale iudiciũ non ſufficit, ex quo certũ non eſt.

Secundo reſpondeo, ꝙ in cõſiderando iudicium teſtatoris non conſideramus perſonam primi hęredis, ſed ipſius teſtatoris: ideo nihil facit, ꝙ primo hęredi vnus ſit ſucceſſurus magis veriſimiliter, quam alter. Sed ſolum quęrimus, an dicatur vocatus à teſtatore. Pro quo adduco quod magis communiter not. Doct. in l. Lucius. ſupra, de vulga. vbi dicitur ꝙ in ſubſtitutione pupillari cõtenta ſub reciproca nõ præferuntur coniuncti pupillo ex vtroq; latere: quia conſideratur affectio patris ſubſtituentis, nõ pupilli.

Tertiò reſpondeo, ꝙ Socin. iunior reſtringit d. §. qui filios. vt ſolum procedat in fratre nõ in filio, ſed certè eadem veriſimilitudo militat in fratre, vt fratri ſuccedat, quando frater caret liberis.

Non obſt. ſecunda reſponſio Socin. iunioris, ad d. §. qui filios, ꝙ ibi frater non fuerit grauatus ſub commemoratione hæredis: quia iſta reſponſio ſolum diuerſificat caſus. Ruſus tollitur, & confutatur iſta reſponſio per rationem illius tex. quia frater ſuccedit

fratri

fratri à caſu: quæ ratio militat, licet facta fuerit cõ-
memoratio hæredis, ex quo fit relatio ad certum &
131 limitatum hæredem. imò † fortius quando graua-
tur quis tanquã hæres ſub nomine appellatiuo, non
tenet grauamen, quando reſtringitur grauamen ad
certum hæredem in ſpecie: puta quando ſolum gra
uatur hæres legitimus hæredis. d. l. ſi fundum per fi-
deicommiſſum. in fin. cum. l. ſequen. infra, eodem.
& ſic iſta ſecunda reſponſio Soci. iunioris eſt con-
trà. d. l. ſi fundum per fideicommiſſum. in fine.
Non obſt. Tertia reſponſio Soci. iunioris ad d. §.
qui filios. ꝙ illud eſt in odium exhæredantis: quia di-
co, ꝙ tex. non ſe fundat in exhæredatione, ſed quia
ſuccedit exhęredatus fratri à caſu, aut non ex iudi-
cio patris certo: & cum habeamus ibi rationem ex-
preſſam, & claram, fruſtrà nitimur ad pręſumptam
recurrere. l. continuus. §. cum ita. ff. de verborum
obligationib.
Similiter Soci. iunior tenendo opi. Beſu. reſpon-
det ad d. l. ſi fundum per fideicommiſſum. in fi. cum.
l. ſeq. infra eo. ꝙ ibi grauatur hæres legitimus in par-
ticulari, id eſt ab inteſtato tantum ſucceſſurus: nos
autem loquimur, quando grauatur hæres hæredis
nomine proprio ſimpliciter, & generaliter, quomo-
docunq; ſit futurus hæres, ſiue ab inteſtato, ſiue ex
teſtamento. Sed reſpondetur, ꝙ licet grauatur hæres
hęredis nominatim ſimpliciter, tamen ſemper ſuc-
cedit à caſu vt ſæpè iam dictum eſt. Secundo reſpon
deo ꝙ qua ratione hæres hæredis legitimus tantum
grauari non poteſt, ita non poteſt grauari hæres hæ-
redis nominatim. & Soci. iunior ſolum diuerſificat
caſus. Tertiò reſpondeo retorquendo fundamen-
tum quod etiam grauatur hæres in particulari quan
do grauatur hæres hæredis nominatim, nam ſolum
grauatur certa, & particularis perſona, & ſic non om
nis futurus hæres.
132 Iuxta præmiſſa quæro: † dictum eſt, ꝙ hæres hæ-
redis grauari põt ſub nomine appellatiuo. an iſtud
procedat etiam in hærede hæredis legitimi: videre-
tur dicendum ꝙ non per text. in d. l. 1. §. fin. infra de
leg. 3. vbi dicitur, ꝙ primo gradu repudiante ſequẽs
in gradu non tenetur ad fideicommiſſum. Sed con-
trarium eſt verius. nam qua ratione grauari poteſt
hæres hæredis teſtamentarij, eadem poteſt grauari
133 hæres hæredis legitimi: † cum etiam hæres legiti-
mus dicatur honoratus. d. l. conficiuntur. ſupra, de iu-
re codicil. & pro hoc videtur tex. in d. l. 1 §. ſciẽdum.
ibi, verum inferioris quoque. infra, de leg. 3. & tradit
glo. in d. l. 1. §. fi. in ver. non debere.
Nec obſt. tex. in d. l. 1. §. fi. quia ibi non fuit graua-
tus hæres hæredis neq; nominatim, neq; ſub nomi-
ne appellatiuo, ſed tantum grauatus fuit primus in
gradu nominatim: Ideo ad ſequẽtem in gradu gra-
uamen non extenditur: quia ſequens in gradu non
dicitur venire ex voluntate grauantis expreſſa, vel ta
cita, vt ibi dicit Pau. de Caſt.
134 Iſtud tamen † intellige, quando grauatur hęres hę
redis legitimi ſimpliciter: ſecus ſi grauaretur hæres
hæredis legitimus ſucceſſurus ab inteſtato: nam tũc
perinde eſt, ac ſi nominatim grauaretur hæres hære-
dis: quia militat eadem ratio. cum certum non ſit, fu
turum locum ſucceſſioni ab inteſtato ſecundum
135 Claud. Aquen. hic nu. 6. † pro quo videtur text. in
d. l. ſi fundum per fideicommiſſum. in fin. cum l. ſeq.
infra eod. vbi quando grauatur hæres legitimus pu-
pilli, expirat fideicommiſſum adueniente pubertate:
quia poſt pubertatem non habet ex certo iudicio
teſtatoris: cum poſſit pubes condere teſtamentum.
Ex quibus infertur, ꝙ hæres legitimus hæredis gra-
uari non poteſt ſiue ſit hæres legitimus hæredis ſcri-
pti, aut legitimi, niſi ſit hæres legitimus pupilli, qui
certum habet iudicium teſtatoris.

136 Infertur etiam † ex præmiſſis, ꝙ hæres primus le-
gitimus ſucceſſurus ipſi diſponenti, grauari poteſt
etiam nominatim quia habet iudicium certum de-
functi, nec ſuccedit à caſu: Imo dicitur honoratus.
non adimendo: & ademptione non facta omnino,
& neceſſario habiturus eſt, ſi velit ſuccedere, nec ab
alio priuari poteſt. de quo eſt text. in d. l. 1. § fin. infra
de leg. 3. l. ex ea. §. ex his verbis. vbi Bart. ff. de teſta. l.
poſthumus. §. ſi paganus. ff. de iniuſto teſta. l. quære-
batur. ff. de teſtam. milit. l. codicillis. §. fin. & l. Lucius
§. fi ff. de lega. 2. glo. & Doct. in l. ex teſtamento. C. de
fideicom. Bar. in l. 1. ff. de iure cod. in quibus locis ha
betur, ꝙ per clauſulam codicil. venientes ab inteſta-
to cenſentur rogati reſtituere hæredi ſcripto: ergo.
hæredes legitimi grauari poſſunt.
Sed circà iſtud vltimum not. Socin. & circà dicta
Bar. pertinẽtia ad iſtud no. quo clarior, & perfectior
doctrina habeatur facio regulam cum ampliatio-
137 nibus, & limitationibus. † Regula eſt, ꝙ honoratus
commodo pecuniario grauari poteſt. l. quidam te-
ſtamẽto. § fi. infra eod. l. 1. §. ſciẽdum. & l. ſed & ſi ſic.
in fi. infra de leg 3. l. ab eo. C. de fideicom.
138 Ampliatur † vt procedat etiam in honorato per
donationem cauſa mortis. d. l. ab eo. à contrario ſen
ſu vbi Bald. tradit. Capra in conſi. 65. col. 3. in fin. &
col. 6. circa fi. vbi Capra idem dicit in donatione in-
ter viuos, quæ morte confirmatur, vbi etiam dicit,
ꝙ tale grauamen non ſolum apponi poteſt in ipſa
donatione, ſed etiam in teſtamento donatoris. Sed
vltra Capram ꝙ donatarius cauſa mortis grauari
poſſit, addo tex. in l. 3 §. fi. infra tit. 2.
139 In ipſa † etiam donatione cauſa mortis ꝙ ſubſti-
tutio fieri poſſit eſt tex. in l. 1. C. de dona. cau. mor. tra
dit Soc. in rub. ff. de vulga colum. 1. circa medium.
tradunt Modrn. in l. filiusfamil. in quarta. quæſt. Bart.
infra eodem.
Quod tamen videtur intelligendum interuenien-
te ſtipulatione notarij ꝑ ſubſtituto Pau. de Ca. in ꝯſ.
408. q̃a hic occurrũt in fi. lib. 1. ſed ꝙ talis ſtipulatio
non ſit neceſſaria, ſed ſubſtituto abſenti quęratur fa-
uore donationis, videtur tex. in l. quoties. C. de dona.
quæ ſub modo. de quo p Doc. in l. qui Romæ. § fla-
uius. vbi. Iaſ. col. 10. in fi. ver. ſed aduerte vltra aduo-
catos. ff. de verb. obli. itaq;, aut ſit ſubſtituto donata-
rio cauſa mortis in teſtamento: & clarum videtur,
ꝙ non requiritur ſtipulatio notarij in fauorem ſub-
ſtituti abſentis: quia in vltima volntate quæritur ab
ſenti, & ignoranti. l. cum pater. §. ſurdo. infra titu. 1.
Aut ſit ſubſtitutio in ipſa donatione, & idem vide
tur dicendũ vt ſtipulatio nõ requiratur. d. l. quoties
140 Ampliatur † ſecundò, vt procedat, licet commo-
dum non remaneat apud ipſum honoratum, puta
quando grauatur legatarius vt reſtituat legatum: nã
commodum non remanet apud eum, cum falcidiã
non detrahat. l. lex falcidia. §. nunquam. ff. ad legem
falci. no. in l. 1. § pen. ff. ad trebellia. ita Bar. in l. 1. colu.
2. circa med. verſicu. procedo vlterius C. cõ de lega.
Imò ſatis eſt, ꝙ momento duret commodum
apud honoratum vt grauari poſſit. Bar. in d l. 1. col. 2.
C. com. de lega. dum allegat. l. ſi creditoris. C. de fidei-
com. inquantum opponit de d. l. 1. §. ſi debitori ff. vt
in poſ. lega. Nigri. in l. 1. col. 23. poſt med. verſi. non
obſtat ratio Pau. de Ca. ſupra, eo.
141 Ampliatur tertiò, † vt procedat etiam in hono-
rato mediate, aut per obliquum: puta pater, aut do-
minus grauari poteſt inſtituto filio, vel ſeruo vt hac
l. cum filio. & l. à patre infrà, tit. 2. l. 1. vbi Soci. in pri-
mo nota. ff. de his quæ pene nomi. Iaſ. hic, colum. 7.
nu. 72.
142 Sed † iſtud hodie non procedit in hæreditate ad-
uentitia reſpectu proprietatis, quæ acquiritur filio,
quando grauaretur pater erga filium: quia res pro-

pria filio relinqui non poteſt. l. proprias. C. de lega.
quod tamen non procedit filio repudiante: quia ſi
pater adit, grauari poteſt, vt reſtituat filio ſecundum
Ang. & Doc. hic, vbi Alex. col. fi. ante nu. 25.

Et ſi dicatur quod tunc grauamen non videtur tene-
re, quia pater videtur habere à caſu, non ex iudicio
teſtatoris l. 5. infrà, tit. 2. reſpondet Soci. iunior hic in
quęſtionibus Bar, col. 6. nu. 24. quod imo videtur habere
iudicio teſtatoris: quia teſtator cenſetur ſe confor-
mare cum diſpoſitione iuris. vt patri quæratur pro-
prietas filio repudiante. Tu dicas, quod qua ratione pa-
ter dicitur honoratus in vſufructu iudicio teſtatoris,
eadem, & in proprietate: nam habet proprietatem à
teſtatore mediante perſona filij, ideſt propter eius
repudiationem. & caſus ita conſiderari poteſt filio
adeunte quemadmodum eo repudiante, cum poſſit
filius non adire. l. cum proponas. C. de hære. inſti.

143 Ampliatur quartò, vt procedat † etiam in hono-
rato tacitè tantum: vt in eo cui nihil datur, quando
ab eo non adimititur, quod adimi poterat. Ideò
144 hę es legitimus † grauari poteſt. l. 1. §. ſciendū. infra
titu. 2. l. ſi titio. § fi. infra, eod. nam hæredi legitimo
videtur tacitè hæreditas data, ex quo non adimitur.
l. 3. & conficiuntur. ff. de iure codicil. Similiter hæres
legitimus pupilli grauari poteſt: quia tacitè cenſetur
honoratus non adimendo per ſubſtitutionem pupil-
larem. d. l. ſi fundū per fideicōmiſſū. in fi. infra eodē.

Quod procedit etiam in hærede veniente ab in-
teſtato de iure prætorio, vt per Iaſ. in d. l. ſi titio. §.
fin. in ſecundo not. Soci. iu. hic in 2. parte in fi. nu 77.

145 Ampliatur † quintò, vt procedat ēt in hærede hæ-
redis, qui grauari poteſt ſub nomine appellatiuo, ſed
non ſub nomine proprio, aut nominatim. l. ſi fue-
rit. & l. ſeq. infrà, titul. 2. Ideo ſi teſtator dicat, rogo
hæredem meum, & eius hæredes vt dent Titio cen-
tum: tenet grauamen: ſecus ſi inſtituto Seio hærede,
dicat, ſi Stichus Seio hæredi meo hæres erit, dato
Titio centum: vt habetur in d. l. ſed & ſi ſic.

146 Et hic aduertendum † quod vbi quæritur, an hæres
hæredis nominatim grauari poſſit, oportet neceſſa-
rio ponere exemplum, quando grauatur ſub con-
ditione, ſi hæredi ſucceſſit: quæ conditio, etiam quod
non exprimatur, tacitè tamen, & neceſſariò ſubin-
telligitur, vt ſi dicatur rogo Titium hæredem hære-
dis mei, nam hæres viuens hæredem habere non po-
teſt. Itaq; intelligitur conditio ſi Titius erit hæres
hæredis, quæ ratio ceſſat, quando grauatur hæres hæ-
redis nomine appellatiuo. nam conditio dici non
poteſt, cum fiat relatio ad caſum certum.

Secundo ideò ponitur exemplum quando hæres
hæredis grauatur nominatim ſub conditione: quia
ſi præciſe diſponeret teſtator, quod Titius ſit hæres hæ-
redis, tunc cenſeretur hæres rogatus de reſtituendo
Titio l. ex facto, in prin. infrà, ad trebellia. nec dicere-
tur tunc Titius hæres hæredis, ſed ipſius teſtatoris:
quia per fideicommiſſum ſuccedhur teſtatori non
hæredi l. cohæredi. §. cum filio, ſuprà, de vulga.

147 Pręmiſſa concluſio, † quod honoratus cōmodo pe-
cuniario grauari poteſt, limitatur, vt non procedat
in honorato commodo extraordinario, aut parti-
culari: puta ſi legatur fundus ſoluto iuſto pretio hę-
redi, ita quod hæres non teneatur tradere niſi accepto
iuſto pretio. nam legatum poteſt afferre vtilitatem
ratione affectionis, vel quia fundus ſit vicinus: vel
quia fuit maiorum ipſius legatarij. l. & ſi equo. ſ. eo.
l. ſi cui fundus. infra, tit. 2. & tamen ratione iſtius cō-
modi ſingularis, aut extraordinarij grauari legata-
rius non poteſt, vt teneatur ſuprà communem æſti-
mationem, aut iuſtum pretium. l. ciuitatibus. §. fin. ſ.
eo. vbi Pau. de Ca. Infertur non valere conſequentiā
legatum valet, & commodum aliquod affert, ergo le-
gatarius grauari poteſt.

148 Simile videmus in. §. ex contrario. inſti. de lega.
vbi valet legatum debiti conditionalis, vel in diē fa-
ctum creditori propter commodum repreſentatio-
nis. & tamen ob tale commodum creditor grauari
non poteſt. Soci. iunior hic in ſecunda parte. col. 6.
in fi nu. 28. Sed iſtam limitationem latius declara ex
dictis infra in ſequenti limitatione.

149 Secundo limita, † præmiſſam concluſſionem, vt
non procedat vltra quā fuerit quis honoratus: quia
grauamen non poteſt excedere commodum, quan-
do vtrunq; eſt æſtimabile commodum, & grauamē
l. non amplius in prin. l. ciuitatibus. §. fi. l. filiusfamilias.
§. apud marcellum. infra, eo l. imperator. §. ſi centū
infra, titu. 1. l. ſed ſi non ſeruus. ff. ad leg. falcidiam. l.
1 §. ſi is qui. cccc. ff. ad trebellia. § 2. inſti. de ſing. reb.
per fideicom. relic. glo. in §. præterea in ver. reſtituat.
inſti. de fideicom. hære.

150 Sublimitatur iſta † ſecunda limitatio, vt non pro-
cedat, quando imponitur grauamen per viam con-
ditionis: nam legatum cōſequi non poterit, niſi pręſ-
ſtet onus, licet non cogatur legatum acceptare. ita
glo. in d. l. ciuitatibus. §. fi. & ibi Pau. de Ca. infrà, eo.
ſequitur Soci. in l. plaucius. in ſexto nota. ff. de condi.
& demon. de quo latius infrà in ſi. tertiæ limitatio-
nis. verſi. ſecundò concluſio prædicta. ratio quare te-
neat grauamen conditionale maius commodo le-
gati eſt, quia vbi grauamen eſt in conditione, non
poteſt vt grauamen conſiderari: cum non ſit graua-
men in legato, aut in diſpoſitione l. ſi quis ſub condi-
tione dandorum decem. ſuprà, ſi quis omiſſa cauſa te-
ſta. quam l. ad hoc citat gl. in d. l. ciuitatibus. §. fi. con-
ſequenter cum grauamen non ſit in diſpoſitione,
grauamen conſiderari non poteſt: cum inuitus cogi
non poſſit honoratus, vt grauamen præſtet. Prat è ſi
velit legatarius conditionem implere: & legatum
conſequi, hoc voluntariè facit, & ſibi imputandum
eſt neq; poteſt cadere ignorantia in grauamine con-
ditionali circa valorem grauaminis, ex quo præſta-
tur grauamen ante perceptionē emolumenti. Quæ
ratio ceſſat in grauamine modali: quia grauamen
eſt in relicto, aut legato, vel fideicommiſſo: & cogi-
tur honoratus vt illud præſtet, poſtquam legatum
agnouit. & potuit agnoſci ignorato valore grauami-
nis circa rem alienam, & licet videatur in aliqua cul-
pa non inueſtigando valorem, ex tali culpa damnū
pati non debet, & alius locupletari.

151 Sed iſta ſublimitatio † non procedit quando con-
fertur conditio poſt quæſitum cōmodum: puta te-
ſtator legat Titio centum ſi de illis conſtrui capellā
fecerit. nam in conſtructione non tenebitur plus ex-
pendere, quam ſit relictum. Cuma. in. l. plane. 2. §. ſi.
infrà, eo Pau. de Ca. in l. huiuſmodi. in prin. infrà, eo.
Similiter ſi teſtator legat fundum creditori cū hoc,
quod creditum non petat: poterit creditum petere qua-
tenus excedit æſtimationem fundi legati: quia effe-
ctus grauaminis confertur poſt quæſitum legatum:
ita Ripa hic. col. 4. circa med. allegat Sali. in l. fin. per
152 illum text. C. de his quæ ſub modo. † Iſtud dictum
Ripę tendit ad hoc, quod diſpoſitum in grauamine con
ditionali vt poſſit excedere commodum, non habet
locū in grauamine modali: quia vbi confertur con
ditio poſt quæſitum ius, aut commodum, dicitur
modus non conditio l. quibus diebus. §. fi. vbi Bart.
ff. de condi. & demonſtratione diuerſitatis inter con-
ditionem, & modum aſſignat Paul. de Caſtr. in d. l.
huiuſmodi. in princ. quia modus ſtatim diſpoſitio-
nem inducit, nec ſuſpendit legatum, ideo ſequere-
tur quod inuitus quis cogi poſſet etiam antequam acce-
ptet. Sed iſtud non videtur verum, quod legatarius poſ-
ſet cogi ante acceptationem: nam ſolum procedit
reſpectu hæredis, vt cogi poſſit ad pręſtandum lega-
tum, & quòd illud ſtatum debetur non obſtante mo-
do, ſed

do, ſed legatarius non tenetur implere modum an-
tequam acceptet, ob id idē videtur in modo, quod
in conditione: nam videtur in libertate legatarij, an
velit acceptare, vel non.
153 Ideo † iſtud quod dicitur de modo ꝙ non poteſt
imponi grauamen excedens commodum per viā
modi, videtur intelligendū quando imponitur gra-
uamen in quantitate, & legatur ſpecies teſtatoris:
puta legatur fundus teſtatoris valens centum, & gra
uatur hæres de dando ducenta: non valet graua-
men in certum ratione præſumptę ignorātię legata
rij, qui præſumitur ignoraſſe valorē rei alienę. Sed
præſuppoſita ſciētia, valeret grauamē: & imputandū
eſſet legatario cur acceptauerit tale legatū: nā acce-
ptando videtur conſenſiſſe oneri. ita declarat Pau.
de Caſt. in d. l. ciuitatibus. § fi. infrà, eod. Idem dicit
154 Imo. ibi poſt Oldra † Ita inter conditionem, & mo
dum non videtur differentia data ſcientia, Data au-
tem ignorantia modus non ita præiudicat ſicut con
ditio, quia non præiudicat modus quatenus eſt vltra
commodum Conditio autem præiudicat etiam da-
ta ignorantia: quia cum prius implenda ſit imputan-
dum videtur legatario cur non inueſtigauerit ante-
quam impleret. non ęquè videtur imputandum in
modo, qui ſtatim non impletur.
155 Sed iſta † diſtinctio ſcientię, & ignorātię in graua-
mine modali ſolum cadit, quando conſideratur eſti
mario, vt quia legatum eſt in ſpecie, & grauamen in
quantitate, nam legatarius ſcienter acceptans rem
minoris prętij quam ſit quantitas grauaminis, vide-
tur tanti ęſtimaſſe, & ſpeciem pro tanto charam ha-
bere. Secus vbi vtrunq; eſt in quantitate, in qua non
cadit eſtimatio: nam tunc non tenet grauamen qua
tenus excedit commodum. Et ſi dicas, videtur impu-
tandum legatario, cur acceptauerit. Reſpondeo, ꝙ
acceptauit ſciens ius ſuum ſaluum durare, & ꝙ non
teneretur ſupra vires relicti l. ſicut. § non videtur. ff.
quibus modis pig. vel hyppo. ſol. & hoc quando gra-
uamen eſt purum: ſecus ſi in diem: quia teneret qua-
tenus eſſet interuſuriū medij temporis. d. l. impera-
156 tor. § 1. & ſic diſtingue † tres caſus. Primus caſus eſt,
quando relictum, & grauamen conſiſtit in quantita-
te: in quo dic vt ſtatim eſt dictum.
Secundus caſus eſt, quando relictum eſt in quāti-
tate, & grauamen eſt in ſpecie: & tunc, aut in ſpecie
aliena: & non tenet grauamen niſi pro rata quanti-
titatis. ratio, quia præſumitur ignorantia in re aliena:
& præſumptio eſt, ꝙ acceptauerit relictum putans
rem alienam non eſſe maioris pretij, & quia non
eſt veriſimile ꝙ in re aliena voluerit teſtator grauare
vltra vires relictę quantitatis: ſed ꝙ reliquerit eam
quantitatem credens ſufficere ad redemptionem
rei alienę.
Aut imponitur grauamen in rē propria ipſius le-
gatarij: & tenet in toto. quia tanti videtur eam eſti-
maſſe, quanti legatum eſt, acceptando legatum,
cum in re propria non cadat ignorantia valoris: Rur
ſus maior præſumptio eſt grauandi in toto, quando
res eſt legatarij, quam vbi eſt alterius, & eam redimi
oporteat l. vnum ex familia. § ſi rem. infrà, titu. 1. &
iſtam differentiam inter rem propriam grauari, &
alienam facit tex. in l. ſed ſi non ſeruus. ff. ad leg. falci.
in l. imperator. § 1. in ver. propriā. vbi glo. infra, tit. 1.
Tertius caſus eſt, quando legatum eſt in ſpecie, &
grauamen in quantitate: & tunc, aut grauatur legata
rius, vt det quantitatem alij: & non poteſt plus gra-
uari, quam ſit in legato. l. ciuitatibus. § fi. infrà, eo. ra-
tio, quia in re aliena cadit ignorantia: & potuit cogi-
tare legatarius acceptans legatum, ꝙ tantū valeret,
quātum erogari oporteat. Ideo ſecus eſſet data ſciē
tia: vt ſupra eſt dictum poteſt Paul. de Caſt. & Imol.
in dicto. § fina.
157 Aut † legatur ſpecies: vt legatarius compenſet
cum debito ipſi legatario per teſtatorem: & com-
penſatio non fit niſi vſq; ad concurentem quantita-
tem debiti: alias compenſatio dici non poteſt. l. 1. ff.
de compen. Ideo non fiet compenſatio amplius
quam ſit eſtimatio ſpeciei legatę,
Aut legatur ſpecies cum onere, ꝙ legatarius ni-
hil vlterius petat: & tunc non tenet grauamen quate-
nus plus eſt in debito, quam in ęſtimatione ſpeciei. l.
2. in fi. C. de his quæ ſub modo. ratio, quia dici non
poteſt, ꝙ creditor tanti ęſtimauerit rem legatā, quāti
eſt ſuum creditum: quia creditum in pecunia conſi-
ſtens non poteſt ęſtimari per ſpeciem legatam. ita
Sali. in d. l. 2. in fi.
Sed aduerte contra Sali. quia non agitur de ęſti-
mando creditum per ſpeciem legatam: ſed de ęſti-
mando ſpeciem legatam per creditum: quaſi teſta-
tor dederit in ſolutum pro tanto, & creditor accep-
tauerit. Ideo melior videtur ratio, ꝙ creditor ſibi nō
præiudicet, quia in re aliena cadit ignorantia valo-
ris. & ꝙ tex. in d. l. 2. intelligatur ſecundum Imol. &
Pau. de Ca. in d. l. ciuitatibus. § fi. niſi creditor ſciuerit
valorē rei, quo caſu videtur ſibi præiudicare accep-
tando legatum cū illo onere, niſi fuerit proteſtatus.
158 Hic etiam aduertendum † circa hanc ſecundam
limitationem: & circa dictam legem, ciuitatibus. §.
fin. infrà, eodem: & dictam legem, imperator. § pri-
mo. infra. titul. 1. quæ inuicem videntur pugnare.
dum Socinus iunior hic in ſecunda partę. numero
trigeſimoſexto, in quinta limitatione, dicit, ꝙ in d. l.
ciuitatibus. § fi. grauamen fuit ex poſt, & extrinſecus
ſeparatim impoſitum, ſed in d. l. imperator, fuit im-
poſitum ab initio, & ſimul cum legato principali-
ter, quod nihil eſt: nam in d. l. ciuitatibus, ita fuit im-
poſitum ab initio ſicut in d. l. imeprator. Prætcrea
quando grauamen imponi poteſt per teſtatorem,
ita imponitur ex interuallo ſicut ab initio, cum vo-
luntas teſtatoris ſit ambulatoria vſq; ad vltimum
vitę ſpiritum. l. cum hic ſtatus § ait oratio. ff. de do-
na. inter vir. & vxo. l. tranſlatio. in fi. ff. de ad. lega. c.
cum marthe. de celebra. miſſar. & ratio Soci. iunioris
procederet in actu irreuocabili: & prætcrea diuinat
159 iſta ratio Soci. iunioris, † & contra eum adduco
Dyn. in conſi. 26. circa fi. vbi dicit quod circa relicta
in teſtamento poſſunt apponi grauamina, & condi-
tiones etiam ex interuallo per l. cum pater. § vicos.
infrà tit. 1. l. quibus diebus. § quidam titio. infrà de
condi. & dem. l. pen. C. de inſti. & ſubſti. Ideo vera ſo
lutio eſt quod in d. l. ciuitatibus. § fi. legatum fuit in
ſpecie cuius valor non erat notus legatario, nimirū
ſi ſibi non præiudicat acceptatio. Sed in d. l. impera-
tor, legatum fuit in pecunia; & grauamen in ſpecie
propria.
160 Limitatur tertio † vt non procedat in honorato,
qui ſubrogatur in locum eius, qui grauari non pote-
rat: prout in ſubſtituto, aut heræde legitimo exhæ-
redati, qui grauari non poſſunt, ſicut nec exhæreda-
tus l. ab exhæredati in prin. infra eo. l. qui fundum. §.
qui filios ff. ad leg. falcid. l. cum quidam. C. de lega.
ratio eſt: quia abſurdum eſſet plus iuris teſtatorem
habere circa perſonam ſubſtituti, quam eius cui ſub-
ſtituitur. d. § qui filios. in fi.
Quod procedit, licet exhæredato aliquid relictū m
ſit: nam adhuc eius ſubſtitutus grauari non poteſt. d.
§ qui filios. & l. miles ita. § ſimiles. ff. de teſta. milit.
& d. l. cum quidam. Quod videtur mirabile ſecundū
doc. nec vlla ratio concludens videtur poſſe aſſigna
ri: vt per laſ. in d. l. cū quidam. Sed Soci. iunior cona
tus eſt rationem reddere in hac. l. in ſecunda parte.
colu. 10. nu. 44. quia quod hęres legatarij, aut hono-
rati grauari poſſit, de benignitate cōceditur. l. ſi fuerit.
infra, titu. 2. quæ benignitas patri exhæredāti non

161 cõceditur. Nec obſtat † ſecundum eum, ꝙ vbi impubes exhæredatus ſubſtituitur alteri impuberi, & ſuccedit ex pupillari, ſubſtitutus exhæredati grauatur: qnia tunc per talem ſubſtitutionem iniuria exhæredationis tollitur. Secus per legatum. ſed aduerte: quia tex. in d. l. miles ita. §. ſi miles, dicit iſtud procedere, licet pater ampla legata filio fecerit: ex quibus magis videtur tolli iniuria exhæredationis quã per ſimplicem ſubſtitutionem condirionalem, cum legata ſint pura, & certiora, imo nullo modo videtur tolli iniuria exhæredationis per ſubſtitutionem pupillarẽ per quam non ſuccedirur teſtatori, ſed pupillo. inſti. de pupil. ſubſti. §. 1. & ſic reſpectu patris ſemper verũ eſt dicere, filium eſſe exhæredatum, niſi dicas, ꝙ tollitur effectus exhæredationis eueniente caſu ſubſtitutionis, vt ſtatim dicemus.

Ripa autem hic nu. 30. dicit, ꝙ licet ſubſtitutus pupilli exhæredati grauari non poſſit tanquam ſubſtitutus, tamen grauari poteſt vt hæres pupilli legatarij per d. l. ſi fuerit. ff. de leg. 3 ſed iſtud nihil ẽ: qa vbi grauatur vt ſubſtitutus pupillaris, dr̃ grauari vt hęres pupilli, ex quo per pupillarẽ ſuccditur pupillo. Præterea iſta conſideratio Ripæ eſt contra text. generaliter dicentes talem ſubſtitutum grauari non poſſe.

162 † Nota difficultas. d. l. cum quidam, conſiſtit in admiratione, nam videtur mirabile, ꝙ exhæredatus iniuria affectus poſſit grauari, quando fuit ei relictũ: & tamen ſecus in eius hærede, aut ſubſtituto, in quo maior videbatur ratio grauandi. Sed puto tolli poſſe hanc admirationem: & ꝙ imo maior ratio grauandi non ſit in ipſo hærede, aut ſubſtituto, imo minor. Nam exhæredatus immediatè honoratur legato, hæres autem mediatè, ſed cõmodum immediatum di-

163 citur fortius. † quia immediata cauſa potentius agit. l. pen. ff. de condi. ob turpem cau. l. ſocium qui in eo. §. 1. ff. pro ſocio. l. ſi mulier. ff. rerum amo. & ꝙ cauſa immediata dicatur potentior, tradit Oldra. in conſi. 25. Deci. in conſi. 137. colum. 3. hinc videmus permiſſionem grauandi hæredem honorati inducactã ex benignitate. Sed maior tñ benignitatis videbatur: in grauãdo hr̃dẽ exhęredati, q̃ ipsũ exhr̃datũ. Et ſi negatur facultas in hærede exhæredato, à fortiori in ipſo exhæredato. Reſpondeo, ꝙ vbi grauatur exhæredatus rationo legati, non grauatur tanquam filius exhæredatus, ſed tanquam extraneus commodum immediatè capiens. arg. l. ſi pater. § qui duos. ff. de adoptio. ob id cum ſit cõmodũ immediatũ, grauamẽ vitari non põt, ſed in hærede exhæredati, qui immediatè non honoratur remittitur illa begnitas iuris, vt grauari non poſſit in odiũ patris, q̃ filiũ exhęredauit.

164 Sed dicet aliquis, † quare conceditur begnitas grauandi, quando exhæredatus fuit ſubſtitutus fratri impuberi, & ei ſucceſſit ex pupillari, ſecus quando fuit honoratus exhæredatus legatis licet amplis. Reſpondeo ꝙ ratio diuerſitatis eſt, quia vbi ſuccedit exhæredatus ex pupillari, tollitur exhæredationis effectus: cum efficiatur hæres patris mediante perſona fratris tanquam hæres hæredis. l. fi. C. de hæred. inſti. Et ſimiliter iſto caſu ſubſtitutus, aut hæres exhæredati dicitur hæres mediatus teſtatoris, & ipſum teſtatorẽ repræſentat actiuè, & paſſiuè: nil mirum ſi grauari poteſt tanquam hæres. Quæ ratio ceſſat in commodo legati, per quod non tollitur exhæredatio: quia licet ſit legatarius, non tamen dicitur hæres. Itaq; reducendo rem ad pauca. filius exhæredatus cui relictũ quid eſt, grauari poteſt de rigore: quia immediatè honoratus. Hæres autem pupilli, qui grauari poteſt ſolum ex begnignitate tanquam honoratus mediatè, ideo grauari non poteſt, quia noluit lex benigna agere erga patrem inhumanum, & minimè benignũ, qui filium exhæredem fecit: conſequenter rigorem ſolum exercuit lex in hac materia. Et ſic ratio, quare ſubſtitutus exhæredati grauari non poſſit, vbi exhęredatus grauari poterat tanquam honoratus commodo particulari, venit conſecutiuè ex illa ratione, quare hæres hæredis grauari non poteſt nomine appellatiuo de rigore iuris, ſed tantum de begnitate. quæ ratio non alia videtur, niſi ꝙ hæres hæredis non immediatè honoratur: tamen de begnitate hoc conceditur, vt grauetur etiam honoratus mediatè; quam begnitatẽ permittere lex noluit in fauorem inhumani parẽtis filium exhæredantis.

Ex præmiſſa ratione tria inferuntur: Primum ꝙ ſi exhæredatus eſſet ſubſtitutus pupillariter alteri fratri etiam exhæredato, non procederet tex. in d. l. qui fundum. §. qui filios. ff. ad leg. falc. & ſic ſubſtitutus exhæredati grauari non poſſet: quia non eſſet hæres mediatus teſtatoris. Imo nec ipſe exhæredatus grauari poſſet: quia non capit comodum à patre, ſed à fratre, cui ſuccedit, licet ex facto patris. Et pro hoc videtur tex. in l. plane. 2. in prin. infrà eo.

Secundò infertur, ꝙ vbi legata abſorberent maiorem partem hæreditatis, ita ꝙ fungerentur vice portionũ hæreditatiarum iuxta. l. quid ergo. 1. infrà eo. & traditur per ſcribentes in l. marcellus. §. quidam liberis. ff. ad trebellian. idem in eis videretur dicendum, quod in portione hæreditaria.

Tertiò infertur, quod diſpoſitio. d. l. cum qnidam. C. de lega. non procederet, qnando exhæredatio fieret bona mente ad vtillitatem exhæredati: iuxta. l. multi. ff. de lib. & poſthu. l ſi patronus. §. ſi quis. ff. de bonis liber. nam tunc ceſſat cauſſa, aut ratio odij, per quam facta eſt diſpoſitio. d. l. cum quidam: & ita tenet Ange. in §. non ſolum. inſti. de pupil. ſubſti. ſequitur Soci. iunior hic in ſecunda parte. col. 11. nu. 50.

165 Limitatur quartò prædicta † concluſio, quæ habet, ꝙ honoratus grauari poteſt, vt nõ procedat in honorato commodo non pecuniario qui grauari non poteſt. l. plane. 2. §. fi. infra eo. Bar. in l 1. col. 2. circa fi. C. com. de lega. pro qno text. in l. & ſi equo: & in l. ciuitatibus. §. fi. infrà eo. & §. ex contrario. inſti. de leg. in quibus iuribus probatur, ꝙ licet legatum valear, & honoretur quis, grauari tamen non poteſt: quia non agitur de commodo pecuniario.

166 Quod † dictum eſt, honoratum commodo non pecuniario grauari non poſſe, procedit in grauamine pecuniario, ſed alio onere non pecuniario grauari poteſt. glo. in d. l. planè §. fi infra eo. per l. libertas. §. hęc ſcriptura. & l. meuia. ff. de manu. teſt. & hoc videtur probari in d. §. fi. verſic. is enim demum pecuniam. &c. arguendo à contrario ſenſu.

Sed contrarium tenet Cuma. in d §. fi. qnia hoc modo poſſet liber homo reduci ad ſpeciem ſeruitutis: contra l. titio centum §. 2. ff. de condi. & demon. & per tex. in l. videndum quæ ſequitur d. l. plane ponderando dictionem, aliquid. nec obſtat expoſitio gl. dum reſtringit dictum verbum, aliquid, ad dationẽ: quia eſt nimia reſtrictio. Similiter non obſtat. d. §. fi. quia argumentum ſumi non debet à contrario ſenſu contra alia iura.

Non obſtãt etiam. ll. alleg. per glo. in d. §. fi. ideſt. l. libertas §. hęc ſcriptura. & l. meuia: qa onus in eis fuit impoſitum per viam modi, non diſpoſitiuè: & ita reſpondet Soci. iunior hic in ſecunda parte. col. 4. nu. 13. quæ reſpõſio eſt contra tex. in d. l. titio centum §. 2. vbi onus eſt impoſitum per viam modi: & tamen non tenet. Ideo aliter reſpondeo ad. d. iurà, quæ loquuntur in ſeruis teſtatoris, quibus tale onus imponi poteſt. d. l. titio centum. §. 2.

Sed tamen Soci. iunior hic in ſecunda parte col. 4. nu. 14. tenet cum glo. in d. l. plane. §. fi. contra Cuma. ꝙ honoratus commodo nõ pecuniario grauari poſſit onere nõ pecuniario ẽt diſpoſitiuè, nedũ p viã modi, qa per viã modi rẽ habet ꝓ indubitata, per d. §. fi.

dum-

dummodo non ſit tale onus, quod reducat ad aliquam ſpeciē ſeruitutis. Nec obſtat.d.l.videndum: quia loquitur in onere,quod imponitur vice operarū: & ſic tanquam ſubrogatum ſapit naturā operarum. Sed aduertendum, dū Soci.iu. primo facit differentiam inter onus appoſitum per viam modi, aut diſpoſitionis;nam iſta differentia videtur confundi per text. in d.l. Titio centum.§.2.

Secundo aduertendū,dum reſpondet Socin. iun. ad d.l.videndum,quod loquitur in onere ſubrogato in vicem operarum; nam quoties loquimur de onere in faciendo, illud ad operas videtur pertinere, quia opera in facto conſiſtit, & intelligere quod factum ſubrogatur loco operarum. Ideò melior videtur expoſitio gl. in d. videndum,vt intelligatur in ſubrogatione per viam dationis.

Tertiò aduertendum,quia Cuma.idem concedit, quando ceſſat ſeruitus.

167 Ideo † videtur dicendum, quod honoratus cōmodo nō pecuniario grauari non poſſit in pecunia,neq; diſpoſitiuè,neq; modaliter per d.l. planè.2.§.fi. quæ generaliter loquitur, & nimia videretur reſtrictio ſi intelligamus illū tex. procedere ſolū quando imponitur grauamen diſpoſitiuè. Conditionaliter aūt grauari poterit honoratus cōmodo non pecuniario ēt ad pecuniā.l.3.in prin.& per totū.ff. de ſtatu lib.l.3. § fi. ff.de condi.ob cau. nā cōditionaliter grauatur quis etiam vltra commodum acceptū gl.Pau.de Caſt.& Imol. in d.l.ciuitatibus.§ fi.ī. eo. Planè vbi agitur de grauamine in faciendo,aut loquimur in ſeruis, aut libertis teſtatoris,& illud tenet licet reducat ad ſpeciē ſeruitutis d.l.Titio centū.§.2.d.l.libertas.§. hæc ſcriptura, & d.l. Meuia.Aut loquimur in liberto alieno & non tenet graaamen contrarium libertati,neq; diſpoſitiuè, neq; modaliter.d.l.Titio centum § 2.

168 Limitatur quinto prædicta † concluſio,vt nō procedat in honorato ex aliquo contractu inter viuos: quia propter hoc grauari non poteſt in vltima voluntate.l.cum maritus.§.fi.ff.de pactis dotal.l.3. ff. de iure do. Dyn. in conſi. 26. in fi.

169 Sublimitatur † iſta concluſio, vt non procedat quando vltra contractum eſſet quis honoratus etiam in vltima voluntate; nam tunc grauari poteſt, vt reſtituat quod accepit ex contractu ſi relictum acceptet in vltima voluntate. l. ſequens quæſtio. infrà, tit. 1. cum glo. dum allegat.l. præceden. §. ſed & ſi fundum.

170 Limitatur ſexto, † vt non procedat in eo,qui reperitur honoratus in bonis teſtatoris, non tamen ex iudicio, aut ex voluntate ipſius teſtatoris prout in hærede honorati, qui nominatim grauari non poteſt.l. ſed & ſi ſic. §. 1. & l.fi. in prin. infrà titu. 2. Bart. in l. eam quam.C.de fideicom.& in l.1. colum.2. in fi. C. com.de lega.Anchar.in conſi.137.principaliter,ponderandum,ante fi. Iaſ. in conſi. 35. col. 4. poſt med. aduerte tamen, quia Anchar. & Iaſo. tenent contra Bart. in l. centurio. ſuprà de vulga. quod filij filiorum poſiti in conditione nō dicantur vocati, licet expreſſè grauentur, de quo ſuprà dictum eſt poſt Soci. nu. 37.& pluribus ſeq.

171 Limitatur ſeptimò, † vt non procedat in honorato tali commodo,ex quo non reſultat donatio, nec commodum donationis. Puta creditor liberat pignus debitoris mortis cauſa; nam ex tali liberatione pignoris nulla reſultat donatio debitori quominus teneatur ad debitum,licet pignus liberetur, ideò debitor grauari non poterit.l.3.in fi. infrà,titu.2.

172 Limitatur octauo,† vt non procedat in honorato habito ſi actu commodum non cōſequitur licet per eum ſtet,quominus conſequatur, puta inſtituit teſtator ſeruum alienum,cuius dominum grauauit fideicōmiſſo,dominus manumittit ſeruum ante aditā hæreditatē,& ſeruus factus liber adit:non tenetur dominus ad fideicōmiſſum, ſed ſeruus habens commodū hæreditatis.l.ſi alienus ſeruus.infrà tit.2.l.3. infrà tit.2.

173 Similiter vocatus, aut † honoratus ex ſubſtitutione non tenetur ad grauamē,niſi eo caſu,quo ex ipſa ſubſtitutione ſuccedit, ita quod ſubſtitutio habeat effectum.l.qui fundum.§.qui filios.ff. ad l. falci.ad idē tex.in l.1.§.fi. infrà titu. 2. vbi quando primus in gradu grauatus repudiat,fideicommiſſum perit, nec ſequens in gradu tenetur,& ibi no. Pau.de Caſt. quod ſi relinquitur fideicommiſſum ab vno, qui non ſuccedit,ſed alius,fideicommiſſum non debetur. Tradit Deci. in conſi.205. colum. penul.in fi.verſi.& iſta de plano, vbi dicit, quod honoratus quis dici nō poteſt, niſi euenerit caſus, quo vocatus eſt. Tradit Iaſ. in l. qui habebat. col. 1. circà med. ff. de vulga. Ripa hic, colu. 4. circà med. verſi. vel ea ratio eſt. addo Alex. in conſi.24 attentis his, colum. 3. in fi. nu. 5. per tex. in l.ſed & ſi ſic.§.1. infrà titu.2. Signorolum in conſi. 172. colum. 4. in fi. verſi. ex hoc neceſſario infertur, & in conſi.173. col. pen. ante med. nu. 21. Cuma.in conſi. 159. teſtator inſtituit. in fi.

174 Limitatur nono, vt non † procedat in honorato contra voluntatem ipſius honorātis, qui omninò tenebatur relinquere ex forma legis,vel ſtatuti, puta ſi pater relinquit legitimam filio,vel ſi mater ex forma ſtatuti tenetur relinquere certam partem bonorum filijs, nam in talibus bonis grauamen imponi non poterit,Ancha.in.conſi.112. ſuperſtite domina Auātina in fi.

175 Idem † in ſubſtitutione exemplari,in qua pater tenetur ſubſtituere vnum ex fratribus furioſi, aut mente capti,quando filios non habet.l. humanitatis.C.de impub. nam talis electus à patre grauari non poterit per l. fœmine. C. de ſecund. nup. vbi licet de illo iure mater haberet facultatem eligendi vnum ex liberis primi matrimonij,cui relinqueret,cum tamen grauare non poteſtat,& ita in ſubſtitutione exemplari tra-
176 dit Socin.iunior hic, in ſecunda parte.colu.7.† Sed vltra Anchar. & Soci. iuniorem pro hac octaua limitatione,adduco tex. in l. conficiuntur, in fi. prin. ff.de iure cod. ponderando illa verba, ſponte ſua,ergo ſecus ſi non ſponte alicui quid relinquitur. Ad idē adduco Dy. in conſi 9. in fi.vbi in eo,quòd relinquitur authoritate legis, ideſt quod per legem debitum erat,nullum onus, & nullum grauamen apponi poteſt per l.1.ff. de adoptio. voluit allegare. l. ſi arrogator, & per l. cum quis in prin. & §. mulier.ff.de dote preleg.& per l.pater filium.ff. ad leg falci.& loquitur Dynus in alimentis relictis filio naturali, quæ pater tenetur omnino relinquere, quòd onus, aut grauamen aliquod apponi non poteſt, & aduerte, quod d. l. pater filium,concordat cum d. l. fœminę; nam in d. l.pater filium,licet habeat pater facultatem relinquēdi fundum cui ex liberis maluerit,tamen cum teneretur relinquere liberis, filius electus dicitur fundū conſequi tanquam æs alienum,& ad idem,quæ no. Bar. & Docto. in l. Titio centum.§. Titio genero. ff. de condit. & demonſt. circà articulum vtrum imponi onus poſſit don, quam tenetur pater relinquere per ſtatutum.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum relictum à patre, vel domino filiofa. vel ſeruo hæredibus inſtitutis vires accipere ex perſona patris,vel domini quomodo intelligendū ſit.nu.3.7.9 & 11.*

2 *Pater conſentiendo, vt c. ſus fideicommiſſi filio relicti euiniat,cenſetur conſentire omnibus,quæ inde ſequuntur.*

4 *Fideicommiſſum an valeat, vbi dominus rogatur reſtituere hæreditatem ſeruo cum erit ſui iuris, & nu.6.*

5 *Seruum in nullis caſibus effici liberum præter voluntatem domini.*

8 Catanianam regulam locum non habere in fideicommiſſis conditionalibus, & nu. 179.
10 Fideicommiſſum filioſa. hæredi inſtituto relictum à patre an ſumat vires ex perſona filij mortuo patre.
12 Conditio, ſi voluerit grauatus reſtituere, impedit transmiſſionem fideicommiſſi.
13 Intellectus ad l. cum hæres. ff. de acqui. hæredi. & nu. ſeq.
15 Pater rogatus reſtituere filio hæredi inſtituto, quare non detrahat trebellianicam, & nu. 17. 144. 145.
16 Qualitatem ad actum aliquem requiſitā non ſufficit adeſſe, niſi actus fiat tanquam ex illa qualitate.
18 Fideicommiſſum relictum à patre filioſa. poſt mortem ipſius patris, an debeatur in caſu emancipationis, & num. 21. 23. 25. 26. 34. 402.
19 Relationem ad præcedētia impediri ex medijs interpoſitis.
20 Aduerſatiuam poſitam ſine copula aduerſari præcedentibus in iure, & facto.
22 Expreſſum facit ceſſare tacitum, & an id ſit perpetuum, nu. 27. 28.
24 Emancipationis beneficio non poſſe filium vti contra patrem, à quo illud conſecutus eſt, ad petendum fideicommiſſum relictum ſolum in caſum mortis, & an id ſit perpetuum nu 31.
29 Fideicommiſſum hodie non tenere per quod pater rogatur reſtituere hæreditatem filio ſub conditione, vel in diem, & quid ſi purè. nu. 40.
30 Intellectus ad hanc l. cum filiofamilias. in ſi. ff. de legatis primo.
32 Voluntatem interpoſitam ſuper antecedenti trahi ad omnia conſecutiua.
33 Conceſſionem ſuper vno trahi ad omnia, quæ ſequuntur ex illo.
35 Intellectus ad l. à ſeruo. ff. ad leg. ſalcid
36 Legatorum contributionem non fieri, vbi legatur à ſeruo inſtituto, & domino, ſed prius ſoluenda eſſe relicta à ſeruo.
37 Cauſam immediatam potiorem eſſe cauſa mediata.
38 Pater cuius filius eſt inſtitutus hæres, an ſaltem poſſit grauari reſpectu vſusfructus, qui ei quæritur.
39 Grauari poſſe non ſolum immediatè honoratum, ſed etiam mediatè.
41 Fideicommiſſum an teneat, vbi pater rogatur reſtituere ſtatim vſumfructum filio in poteſtate. & nu. 44. & quid ſi non ſtatim, ſed poſt tempus reſtituere rogetur, nu. 42. & quid ſi ſub conditione. nu. 43. & 47.
45 Vſusfructus reſtitutus per patrem filio ex cauſa fideicommiſſi an ſtatim reacquiratur patri.
46 Donationem vſusfructus aduentitiorum filioſa. à patre factam valere: eamq. donationem præſumi hoc ipſo q. pater patiatur filium poſſidere.
48 Fideicommiſſi conditionalis, aut in diem diſcrimen à fideicommiſſo purè relicto videatur ne fieri in hac l. cum filiofam. ff de leg. 1. & nu. 50.
49 Exemplis regulam declari in quibus terminis loquatur.
51 Intellectus huius l. cum filioſa ff de leg. 1. poſſit ne procedere in fideicommiſſo conditionali.
52 Determinatio vna reſpiciens plura determinabilia quando non determinet ea æqualiter.
53 Fideicommiſſum, quo pater grauatur erga filium hæredem inſtitutum, an teneat, vbi pater repudiat hæreditatem.
54 Seruus adiens hæreditatem iuſſu domini acquirit eam domino, tametſi ipſe dominus proteſtatus ſit, nolle ſibi eam hæreditatem acquiri.
55 Proteſtationem contrariam facto non releuare, vbi actus non eſt volubilis niſi ad vnum ſenſum.
56 Proteſtationem non releuare in ijs, quæ dependent ex neceſſitate, aut voluntate legis.
57 Filius, & ſeruus acquirunt patri, & domino etiam inuitis.
58 Fideicommiſſum non videri captatorium quando confertur in voluntatem tacitam alterius. ſicut nec quando confertur in voluntatem tacitam alterius, ſicut nec quando cōfertur in voluntatem velatam alterius.
59 Conſeruari quid facilius, quam de nouo induci.
60 Fideicommiſſum, vel legatum relictum patri, filio inſtituto an valeat & ex quo tempore cedat.
61 Intellectus ad l. cum legato. ff. quan. dies leg. ced. & nu. 63.
62 Legatū cedere à morte teſtatoris quare ſit introductum.
64 Legatum filioſa purè relictum à patre hærede inſtituto an valeat, & quid ſi ſub conditione. nu. 67.
65 Intellectus ad l. cogi. § ſi pater ff. ad Trebellia.
66 Pater, vel dominus rogatus reſtituere ab eo, qui filium, vel ſeruū hæredem inſtituit, tenetur reſtituere: & ex ea reſtitutione transferuntur actiones in fideicommiſſarium
68 Fideicōmiſſum purè relictum à patre filioſa. hæredi inſtituto an valeat, & quare in hoc caſu potius intelligatur in dubio exiſtentiæ ſui iuris, quam vbi pater inſtitutus grauatur erga filium in poteſtate nu ſeq & 75.
70 Geminationem actuum efficaciorem eſſe, quam verborum.
71 Intellectus ad l. filium. ff de aur. & argen. lega. & nu. 103.
72 Incluſionem vnius non eſſe excluſionem alterius, in quo eſt eadem ratio, item ne inducta ad vnum effectum operentur contrarium effectum. nu 74.
73 Diſpoſitionem duplici ratione fultam, ſublata vna, ſuſtineri ex altera, & nu. 107.
76 Diſpoſitionem in dubio præſumi puram.
77 Intellectus ad l. epiſtolam. §. ſi. ff. ad Trebellia. & nu. 83. 99. 94. 98. & 101.
78 Intellectus ad l vbi purè. ff. ad trebellia & nu. 80. 82.
79 Conditione ceſſante ceſſare diſpoſitionem conditionalem.
81 Alternatiua inducit obſcuritatem.
84 Hæredis inſtitutionem non poſſe induci per tacitam voluntatem, ſed expreſſam requiri.
85 Clauſulam, quiſquis mihi hæres erit, non comprehendere niſi expreſſè vocatos, & nu. 1 9.
86 Renunciatio expreſſa fortior eſt tacita.
87 Expreſſum potentius eſſe tacito.
88 Subſtitutio expreſſa facit ceſſare ius accreſcendi.
91 Volūtas teſtatoris referri dēt ad poſſibile, no ad impoſſibile.
92 Conditionem non debere tacitè intelligi, vt per eam validū reddatur legatum, vel fideicommiſſum.
95 Verba in dubia referri ad teſtatorem.
96 Coniectura fortior debiliorem tollit.
97 Præſumptio naturalis vehemens tollit quancunq; præſumptionem contrariam.
99 Extenditur aliquid facilius, quam de nouo inducatur.
100 Nullum, & inutile æquiparari.
102 Teſtatorem non præſumi voluiſſe vti circuitu inutili.
104 Argumentum eſſe validum à ceſſante ratione legis, & an id ſit perpetuum nu. 106.
105 Intellectus ad l. quidam ita § ſi ſeruo. ff. ad trebellia. & num. 108.
109 Intellectus ad l vxorem. §. ſi. ff. de leg. 3.
110 Conditionem tacitam prouenientem ex voluntate teſtatoris non minus impedire tranſmiſſionem fideicomiſſi, quam expreſſam
111 Conditio tacita an & quādo impediat regulā Catonianā.
112 Vltimā voluntatē non poſſe ſtare in ſuſpenſo an ſit verū.
113 Intellectus ad l. ſi idem ſeruus §. 1. ff de leg 2. & nu. 403.
114 Patrem, vel dominum cuius filius, vel ſeruus inſtitutus eſt hæres, grauatum erga extraneum teneri ex perſona filij, vel ſerui, quomodo ſit intelligēdum, & nu. 117. 121. 123. 125.
115 Actus ei attribuitur, cuius contemplatione fit.
116 Obligatus ex perſona alterius intelligitur obligatus cū omnibus qualitatibus hærentib. perſonæ, ex qua tenetur.
118 Intellectus ad l. Si alienus. ff. de leg. 2. nu. 124. 129. 131.
119 Actio vtilis, quæ competit per extenſionem legis ex identitate rationis, eſt eiuſdem effectus, cuius eſt directa.
120 Actio vtilis quanda differat à directa.
122 Fideicommiſſarius cogens hæredem, vt adeat, detrahit falcidiam de legatis relictis ab ipſo hærede.
126 Obligationem conſiderari non poſſe, quæ in nullius perſona fundamentum habeat.
127 Obligationem actiuam, & cauſam obligationis paſſiuę poſſe concurrere in eiſdem perſonis.

Permiſſa

128 *Permiſſo aliquo, videri permiſſa omnia, per qua ad illud peruenitur.*
130 *Obligari quem non poſſe ex perſona alterius nō obligati.*
131 *Treb[illegible]lianū ſenatuſc. an ceſſet quoad omnes effectus vbi pater grauatur reſtituere hareditatem filio inſtituto, & num. 135.*
133 *Haredē, qui ex Trebelliano reſtituit hareditatē, amplius conueniri non poſſe, etiam ſi inuentarium non fecerit.*
134 *Trebelliani ſenatuſconſulti effectus quot, & qui ſint.*
136 *Filiumfa. haredem inſtitutum non remanere directum haredem, ſed patrem effici haredem directum.*
137 *Actionū directarum exercitium transire in eum, in quē tranſeunt vtiles actiones, & an id ſit ppetuū. nu ſeq. 140*
139 *Nominē legato actiones vtiles tranſire in legatariū ex diſpoſitione legis citrà vllam ceſſionem, & an etiam tranſeat exercitium directarum actionum.*
141 *Fideicommiſſario, cui reſtituta eſt hareditas, an competant vtiles actiones ex diſpoſitione legis, an ex ceſſione hominis.*
142 *Vtilia iura euaneſcere, vbi concurrunt cum directis.*
143 *Directę actiones tranſeant ne in filiumfa. haredē inſtitutum, cui pater reſtituit hareditatem.*
146 *Trebellianicā detrahere, vt quis poſſit qua requirantur.*
147 *Pater, vel dominus efficiātur ne haredes directi per filiū vel ſeruum haredes inſtitutos, nu. 185. 201. 206. & 216.*
148 *Haredis nomen remanens apud filiumfa. vel ſeruū haredes inſtitutos, per quot hareditas patri, vel domino quaritur, cuius effectus ſit, nu. 180. 181. 183. 235.*
149 *Priuilegio neminem poſſe vti contra eum, à quo habet illud priuilegium.*
150 *Filiofa. vel ſeruo haredibus inſtitutis patrē, vel dominū nullomodo dici haredes ante aditionem, & an poſſint filiusfa. vel ſeruus haredes inſtituti cogi adire, nu. ſeq.*
152 *Filiumfa. vel ſeruū haredes inſtitutos impropriè dici haredes ante aditam hareditatem.*
153 *Haredem ſcriptum, aut legitimum ante aditam hareditatem non comprahendi in diſpoſitione haredis mentionem faciente, in qua verba propriè debent intelligi.*
154 *Hareditatem propriè dici prius quam ſit adita, poſt aditionem autem confundi cum bonis haredis, & effici vnū patrimonium, & an id ſit perpetuum. nu ſeq.*
156 *Filiusfa. vel ſeruus haredes inſtituti an magis dicantur haredes ante aditam hareditatem, quam poſt.*
157 *Legatum relictum filio, vel ſeruo acquiritur patri, vel domino etiam ante aditam hareditatem.*
158 *Filiusfa. vel ſeruus haredes inſtituti dicuntur haredes ſcripti etiam poſt aditam hareditatem; pater autem, aut dominus non poſſūt dici haredes ſcripti, & que ſit ratio.*
160 *Patri, vel domino non acquiri per filiumfa. vel ſeruum ea, qua facti ſunt.*
161 *Filiusfa. & ſeruus ſunt capaces, eorumque facti ſunt, ſeu in facto conſiſtunt.*
162 *Seruum poſſe praiudicare domino in ijs, qua ſunt facti.*
163 *Pupilli perſonam conſiderari in ijs, qua ſunt facti.*
164 *Haredis nomen an, & quale remaneat apud filiumfa. vel vel ſeruum poſt aditam ab eis hareditatem. & nu. 173. 177. & 178.*
165 *Intellectus ad l. 3. § qui fideicommiſſariam. ff. de haredibus inſtitu.*
166 *Intellectus ad l qui haredi. ff. de conditio. & demonſtra. & nu. 169 & 171.*
167 *Verborum proprietatem non multum curari, vbi apertè conſtat de voluntate teſtatoris.*
168 *Intellectus ad l. 4. ff. de conditio. & demonſtra. iuncta l. is qui in fi. ff. de lega. praſtan.*
170 *Teſtamentum annullatum perinde haberi, ac ſi nunquā factum fuiſſet.*
172 *Diſpoſitionem factam ſuper bono, extendi ad omnia, qua ſequuntur ex illo.*
174 *Intellectus ad l. legatū eſt § alienus ff de lega. 1. et nu. ſeq.*
176 *Intellectus ad l. 3. § hoc autem ff. de lega. praſtan.*
182 *Intellectus ad l. qui hominem. §. quidam filiumfamiliae. ff. de ſolutio, & nu. 184.*
186 *Perinde, notam eſſe impropriētatis, & an id ſit perpetuū. nu. 188.*
187 *Intellectus ad l. acquiritur. §. 1. ff. de acquir. rer. domi. & nu. 189.*
190 *Conſtitutionem debere totam intelligi ſecūdum eius principium.*
191 *Exceptio firmat regulam in caſibus exceptuatis.*
192 *Suitas non capit niſi primum locum: atq; inibi q in ſuitate non ſit locus ſucceſſorio ad Edicto.*
193 *Suus hares dici quis non poteſt, niſi ſit in primo gradu, & an id ſit perpetuum, nu. 195.*
194 *Intellectus ad l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acquir. hare. nu 196. 199. 202. 204.*
197 *Suitas quare non recipiat niſi primum gradum.*
198 *Succeſſorio ad Edicto locum eſſe in ſuitate voluntaria.*
200 *Seruitutem in prędio non habere dominum ipſius pradij.*
203 *Filiumfa aut ſeruum non poſſe patri, aut acquirere quod ipſi non habeant, quatenus verum ſit.*
205 *Intellectus ad l. filius patroni. ff. de bonis liberto.*
207 *Iura directa realia tranſire cum re ipſa in ſingularem ſucceſſorem*
208 *Iura directa perſonalia tranſire in ſucceſſorē vniuerſalē.*
209 *Intellectus ad l. 1. §. ſi filio. ff. ad trebel.*
210 *Totum dicens nihil excludit.*
211 *Hares, an & quibus cum contrahere videatur adeundo hareditatem, & nu. ſeq 214.*
213 *Actionem ex teſtamento competere pro ijs dūtaxat, qua diſpoſita ſunt in teſtamento.*
215 *Argumentum de contractu ad quaſi contractum non valere in materia correctoria, nec in materia aſtricta.*
217 *Fideicommiſſarius, qui per reſtitutionem hares efficitur, non detrahit trebellianicam.*
218 *Hareditatis adeunda ius filiofa. vel ſeruo competens non tranſit in patrem, vel dominum.*
219 *Trebellianica detractio quare inducta fuerit.*
220 *Directorum iurium acquiſitionem qua fit patri, vel domino per filium, aut ſeruum haredes inſtitutos non tam efficacem eſſe, quam eſt ea, qua fit immediatè ipſi haredi.*
221 *Sepulchrorū iura an remaneant apud filiūfa. haredē inſtitutū, an vero cum cateris iuribus trāſeant ad patrem.*
222 *Intellectus ad l. familiaria, cum l. ſeq. ff. de religio. & ſumpti. fune.*
223 *Verba vniuerſalia reſtringi ad, ea qua habent effectum.*
224 *Statutum q qualiaſcūq; ſententia mandetur executioni, intelligendum eſſe de valida.*
225 *Statutum diſponens q ſufficiat qualiſcunq; probatio, debere intelligi de probatione plena, & idonea.*
226 *Verba vniuerſalia facilius reſtringi in diſpoſitione legis, quam in diſpoſitione hominis.*
227 *Filiumfa. aut ſeruum ſcriptos haredes admitti ad ſubſtitutionem factam per illa verba. quiſquis mihi hares erit. ſi tempore, quo ſubſtitutio effectum habet, reperiantur ſui iuris, & nu 252. 254.*
228 *Conditio concepta in perſonam filijfa. vel ſerui haredis inſtituti an poſſit impleri in perſona patris, vel domini.*
229 *Pater non cenſetur hodie hares directus, nec ſucceſſor vniuerſalis, ſed ſingularis in aduentitijs filiofamilias obuenientibus.*
230 *Diſpoſitio l. ſi paterfa. ff. de hared. inſti. loquens in ſeruo, quē teſtator putabat ingenuū, an locum habeat in filiofa. quem teſtator credebat eſſe ſui iuris, nu. 232. 234. 238.*
231 *Subſtitutum vulgarem non excludi per exiſtentiam veri haredis, qui tamen eſt hares ſine effectu, nu. 240.*
233 *Subſtituti vulgaris datione tolli neceſſitatem adeundi, & dari licentiam abſtinendi etiam de iure ciuili.*
236 *Intellectus ad l. ſi paterfa. ff. de hared. inſtituen.*
237 *Volūtatis, aut cōſenſus praſūptio. nō cadere in ignorāte.*
239 *Diſpoſitio l. ſi paterfam. ff. de hared. inſtit. procedat ne hodie in filiofa. attento nouiſſimo iure, nu. 243. 251.*
241 *Vſumfructum eſſe partem dominij.*
242 *Vſufructuarius an capiat de manu haredis vſumfructū*

sibi à

ſibi à teſtatore relictum, an propria authoritate.
243 Succeſſorem particularem eum cenſeri qui ad vſumfructum duntaxat etiam omnium bonorum admittitur.
246 Attendi non debere, quod venit in conſequentiam.
247 Hæreditate vendita non poſſe agi de euictione pro rebus ſingularibus ipſius hæreditatis euictis.
248 Decretum iudicis reſpiciens perſonam pupilli, vel adulti principaliter, trahitur etiam ad bona exiſtentia extra territorium ipſius iudicis.
249 Patris quoad partem idem iudiciũ eſſe, quod totius quoad totum, quatenus verum ſit.
250 Teſtamento patris rupto in totum, rumpi etiam pupillare, aliter atq; ſi pro parte duntaxat rumpatur.
253 Intellectus ad l. cohæredi. § 1 ff. de vulga. & pupilla.
255 Pacem habere à patre, vel domino an ſufficiat, quando filiusfa. vel ſeruus inſtitutus eſt hæres, ſtante ſtatuto, ꝙ pax habenda ſit ab hæredibus occiſi, vt pœna remittatur, vel vt habeatur gratia.
256 Legatum, aut fideicommiſſum particulare, & conditionale an tranſmittatur. nu. 262.
257 Conditionem habentem cauſam ſucceſſiuam cenſeri impletam ſimul atq; cepta eſt impleri.
258 Legatum, vel fideicommiſſum conditionale relictum hæredi à legatario, aut fideicommiſſario, an traſmittatur hærede decedẽte ante legatarium, aut fideicom. & nu. 261.
259 Hæres præmoriens legatario an tranſmittat fundum legatum ad vitam ipſius legatarij, & nu. ſeq.
261 Fideicommiſſum relictum hæredi infraſcripto, aut ſupraſcripto ab eo legatario, cui legatum relictum eſt ad tempus an tranſmittatur ad hæredem hæredis.
263 Conditionem legato adiectam haberi pro impleta, quãdo non ſtat per legatarium quominus impleatur.
264 Legatum purum tranſmitti ad hæredes legatarij decedẽtis ante agnitionem, aut reſtitutionem, & ante aditam hæreditatem.
265 Inſtitutionem in re certa eodem iure cenſeri, quantum ad tranſmiſſionem attinet, quo & legatum.
266 Legatarius moriens viuo teſtatore nõ tranſmittit legatũ; ſed efficitur tale legatum caducum, & quid ſi fiat mentio hæredis legatarij per eum modum qui inerat. nu. 267.
268 Legatum relictum ſecundo legatario à primo legatario non cedere niſi mediante traditione, aut ceſſione, an ſit verum, nu ſeq. & 270.
271 Legati dominium tranſire à morte teſtatoris, & legatum cedere à morte, diuerſa eſſe.
272 Legatum relictum vxori quandiu vidua permanſerit, ſeu quandiù abſtinuerit à ſecundis nuptijs, an ſit conditionale, vt tranſmitti non poſſit.
273 Fideicommiſſum particulare an differat ab vniuerſali reſpectu tranſmiſſionis, & an vniuerſale purum tranſmittatur ante reſtitutionem, nu. 283 314.
274 Intellectus ad l. apud Iulianum. §. antiſtia. ff. ad trebel.
275 Intellectus ad l. apud Iulianum. §. vtrum. ff. ad trebellia. & nu. 277. 279.
276 Fideicommiſſarius qui coegit hære. adire, amplius repudiare non poteſt, nec etiam hæres ipſius fideicommiſſarij.
278 Hæreditas adita tranſmittitur, & bonorum item poſſeſſio agnita.
280 Intellectus ad l. poſtulante ff. ad trebel.
281 Fideicommiſſum vniuerſale purum cedere à morte teſtatoris non ſecus quam particulare: & regulam Catonianam locum in eo non habere.
282 Fideicommiſſum modale tranſmitti ad hæredes.
283 Fideicommiſſum purum conſeruatum virtute clauſulę codicillaris teſtamento deſtituto an trãſmittatur ante agnitionem, & nu ſeq. 287. 289. 292. 297. 300. 313.
285 Conuerſionem, aut tranſlationem vnius actus in aliũ cenſeri factam cum omnibus ſuis qualitatibus.
286 Intellectus ad l. 2. ff de iure codicillor.
288 Conditio tacita à lege ſubintellecta non impedit tranſmiſſionem.
290 Teſtamentum quod ſit nullum haberi pro non facto.
291 Nullum, & nihil æquiparari.
293 Conuerſionis cauſam potius conſiderandam eſſe, quam rẽ ipſam conuerſam.
294 Conuerſæ rei naturam non tam attendendam, quam eius rei in quam ſit conuerſio.
295 Contractum pleniorem attendi, quando in eodem facto duo contractus conſiderari poſſunt.
296 Contractum in dubio præſumi nominatum potiuſquam innominatum.
298 Diſpoſitionem debere intelligi ſecundum naturam actus, etiam reſtringendo generalitatem.
299 Verba generalia debere reſtringi, atq; etiam impropriari, vt intelligantur ſecundum naturam actus.
301 Perſona ſuſtinentis vicem duorum idem iudicium eſſe, quod de duabus perſonis nominatim.
302 Clauſulam codicillarem hoc operari, vt cenſeatur relictũ fideicommiſſum à venientibus ab inteſtato.
303 Intellectus ad l quærebatur. ff. de teſta. militis.
304 Intellectus ad l. aliam ff. de nouatio.
305 Nouatione facta primæ obligationis in ſtipulationem, quatenus retineatur natura primę obligationis.
306 Tranſmiſſionis impeditiuam diſpoſitionem cenſeri odioſa: ac proinde diſpoſitionem inductiuam tranſmiſſionis eſſe fauorabilem, & an id ſit perpetuum. nu. ſeq.
308 Actionẽ ex teſtamento cõpetere pro legatis, annullato teſtamento præteritione filij, ſed conſeruato per authen. ex cauſa. C. de liber. præte. & quę ſit huius ratio. n. ſeq. 310.
311 Cõuerſionẽ vnius ſpeciei in alterã differre à tranſlatione.
312 Qualitates non entis nullas eſſe.
314 Fideicommiſſum vniuerſale purum nõ tranſmitti per fideicommiſſarium decedentem viuo teſtatore, ſed remanere apud hæredem, vel tranſire ad ſubſtitutum.
315 Fideicommiſſũ vniuerſale purũ an cedat à morte teſtatoris quoad tranſmiſſionem, an verò ab adita hæreditate.
312 Moram irregularem non committi niſi eo caſu, quo regularis, aut communis committi ſolet.
317 Intellectus ad l. 3. §. 1. verſ. idem dicendũ ff. de adim. leg.
318 Moram ibi nullam eſſe, vbi nulla eſt petitio.
319 Interpellatio ſufficiat ne ad conſtituendum quem in mora, vbi competit officium iudicis, an verò litis conteſtatione opus ſit.
320 Hæredem poſſe conſtitui in mora etiam ante aditam hæreditatem, ſi negligat adire.
321 Intellectus ad l. quidam ita ff ad trebel. & nu ſeq.
323 Intellectus ad l. cogi. §. idem inetiamus. ff. ad trebel.
324 Lex papia quid conſtituerit circa aditionem hæreditatis, & ceſſione legatorum, atq; ibi de eiuſdem legis abrogatione, & nu. 326.
325 Fideicommiſſum non dicitur propriè hæreditas, nec includitur ſub appellatione hæreditatis.
327 Officium iudicis competere fideicommiſſario contra hæredem ante aditam hæreditatem, per quod hæres cogitur adire, & quale ſit huiuſmodi officium, & nu. ſeq.
329 Officium iudicis, an & ad quid competat pro bonorũ poſſeſſione.
330 Fideicomiſſũ conditionale, an tranſmittatur ad hæredes.
331 Fideicõmiſſũ conditionale poſſit ne tranſmitti ex coniectura ta voluntate teſtatoris, & quales coniectura ad id requirantur. nu. 333. 339 341. 343. 345 349. 351.
332 Coniectura voluntatis teſtatoris vnde ſumi debeat.
334 Fideicõmiſſũ conditionale an tranſmittatur ad filios, aut hæredes fideicõmiſſarij ex eo ſolo, ꝙ teſtator mentionẽ de eis fecerit, nõ tamẽ expreſſè vocauerit, nu. ſeq. 336. 338.
337 Diſpoſitionem ampliari ex ratione generali.
340 Fideicommiſſum, vt tranſmittatur ad filios fideicõmiſſarij ob id, quod de eis mentio facta eſt ſub qualitate maſculinitatis, an oporteat eos eſſe hæredes patris.
342 Filij non vocati an admittantur ad fideicommiſſum conditionale excluſo ſubſtituto virtute vocationis vnius filij, qui tamen præmortuus ſit.
344 Impotentię caſum comprehendi ſub capite voluntatis.
345 Tranſmiſſioni ſit ne locus vbi ius ſubſtitutionis vnitum

eſt cum

eſt cum iure accreſcendi.& num. ſequen.

347 *Intellectus ad l.qui patri.ff.de acqui. hære. & nu ſeq.*

350 *Conditio reſpiciens commodum,aut fauorem fideicommiſſarij non impedit tranſmiſſionem fideicommiſſi.*

352 *Tranſmiſſio an impediatur ex eo, q ſolum fiat ſubſtitutio de ſuperſtitibus. & nu.354.*

353 *Verborum proprietati non eſſe inhærendum vbi conſtat de contraria mente teſtatoris.*

355 *Dictionem,alius,repetitiuam eſſe eiuſdem qualitatis, & an id ſit perpetuum.*

356 *Fideicommiſſi conditionalis tranſmiſſio inducatur ne ex coniecturis in fauorem extraneorum non ſecus atque in fauorem filiorum.*

357 *Tranſmiſſionem fideicommiſſi conditionalis non induci ex coniecturata mente teſtatoris, vbi ſubſtitutus eſt de liberis. & an id ſit perpetuum nu.ſeq.*

359 *Fideicommiſſum conditionale non tranſmitti ex coniecturis mortuo fideicommiſſario ante teſtatorem: atque inibi apud quos remaneat fideicommiſſum.*

360 *Pater rogatus reſtituere filio quicquid ex hæreditate vel legato ad eum peruenerit, an teneatur reſtituere etiam fructus. & nu.362. & 363.*

361 *Intellectus ad l.in fideicommiſſi. §. cum pollidius ff. de vſuris. & nu.364.*

365 *Teſtatoris voluntatem eam præſumi, vt minus grauetur hæres quam ſit poſſibile.*

366 *Intellectus ad hanc l cum filio.verſ omnimodo id patrem retenturum.ff.de leg 1.& nu.369. & 384. & 386. & 392.& 397. & 400.*

367 *Executorem non poſſe grauari,aut obligari ad fideicommiſſum, ac proindè non valere fideicommiſſum in perſona eius.*

368 *Legatum,aut fideicommiſſum relictum poſt mortem executoris an ſit conditionale.*

370 *Patrem non cenſeri nudum miniſtrum in reſtituendo fideicommiſſo, licet tale fideicommiſſum ſumpſerit initiũ in perſona filij.*

371 *Fideicommiſſi relicti à patre, cuius filius eſt inſtitutus hæres, onus pertineat ne ad ipſum patrem,an ad filium. & num. 373.*

372 *Fideicommiſſum deficiens retineri per ipſum grauatum, licet non ſit hæres.*

374 *Intellectus ad l.ſi ſolut.§ fi.ſupra de acq hære. & nu. ſeq.*

376 *Intellectus ad l.3.in fi.ff.de vulg. & pupil.*

377 *Patri, vel domino quæſitum reuocabiliter per filium,vel ſeruum an auferatur ab eis,ſi antequam irreuocabiliter acquiratur, filius,vel ſeruus efficiantur ſui iuris.*

378 *Filiusfa ſtipulatus ſub conditione acquirit patri,tametſi conditione eueniente reperiatur filius eſſe ſui iuris.*

379 *Fideicommiſſum conditionale an pro eo habeatur deficiẽte cõditione,atq; ſi nunquã relictũ fuiſſet.& nu.381.*

380 *Pariа necne ſint, aliquid omnino relictum non eſſe, vel relictum eſſe ſub conditione,quæ deficiat.*

382 *Fideicommiſſo deficiente an deficiat onus ei iniunctum.*

383 *Conditio nihil ponit in eſſe.*

385 *Expreſſum videri id, quod teſtator veriſimiliter reſpondiſſet ſi interrogatus fuiſſet.*

387 *Conditionem non inducit tempus mortis honorati.*

388 *Pronomen, ſuus, referri debere ad proximam perſonam.*

389 *Perſonæ mutationem admittendam prout commodè fieri poteſt.*

390 *Relationem debere fieri ad expreſſum,non ad ſubauditũ.*

391 *Fideicommiſſum valere non poteſt vt fideicommiſſum ante mortem teſtatoris, ac nec quidem ante aditionem hæreditatis.*

393 *Acquiſitionẽ momentaneã non venire in conſiderationẽ.*

394 *Tranſmittitur ad hæredes facilius aliquid, quam alij quæratur.*

395 *Iuriſdictione contentioſa, & voluntaria concurrentibus in eadem cauſa, vtraq; retinet naturam ſuam.*

396 *Iura plurium quando ad eandem perſonam deueniunt, retinent omnia priſtinam naturam.*

398 *Intellectum illum legis potiſſimum amplectendum ſecundum,quem ſubeſt maior ratio dubitandi.*

399 *Diſpoſitionem in dubio ita eſſe interpretandam, q prouidere quis voluerit in caſu neceſſario.*

401 *Conditio,quæ tacitè inducitur ex voluntate teſtatoris,reddit actum conditionalem,& impedit tranſmiſſionem.*

Super l. cum filio. ff. de lega. 1.

GLoſſ.1. diuiditur in tres partes. In prima ponit caſum cum expoſitione verbi,ex perſona. In ſecunda ponit rationẽ diuerſitatis, quare detrahatur falcidia, aut trebellianica aduerſus extraneum fideicommiſſarium,non cõtra filium, aut ſeruum. In tertia ponendo caſum ad vltimam partem legis,extendit tex. loquentem de caſu fideicommiſſi relicti poſt mortem ad caſum,quando filius emancipatur.Secunda ibi,& eſt ratio. Tertia ibi ſed ſi ante.

Circà primam partem dum glo. exponit verbũ ex perſona,id eſt voluntate. Idem facit glo.3. in ver. ex perſona glo.quinta in ver.cum ipſis. in prin.& gl. pen.in ver. patris.
1 † Planè vt intelligatur cauſa talis expoſitionis,oppo contra tex.dicitur, q vbi grauatur pater,vel dominus erga filium,aut ſeruum, capit vires fideicommiſſum ex perſona ipſorum patris, vel domini: & ſic q validitas fideicommiſſi fundatur in eorum perſona. Contra,imò videtur fideicõmiſſum nullum.nam facta reſtitutione ſtatim reacquireretur patri, vel domino.l. placet. ſuprà de acq hæred. Rurſus perinde videtur, ac ſi rogetur pater vel dominus reſtituere ſibiipſi. quod fieri non poteſt. l.legatum.3.§.1.infra eod.timore huius contrarij dicit glo.verum eſſe, q fideicommiſſum nõ valet nec obſt.text. q capit vires ex perſona, &c. quia exponi debet, id eſt ex voluntate ipſorum patris,vel domini.Nam ſi volunt,fideicommiſſum valebit emancipando filium, vel manumittendo ſeruum: quibus factis ſui iuris validè reſtitui poterit. cæterum ſi nolint pater,vel dñs fideicõmiſſum valere, illud erit inutile: puta ſi nolint emancipare, aut manumittere.

Iſta expoſitio glo. primo videtur nimium extranea, q verbum, perſona, capiatur pro voluntate. Secundò vbi verbum,perſona,poſſet ſignificare,voluntatem circa leſionem veritatis,videtur iſta expoſitio contra tex.dicentem, q fideicommiſſum capit vires ex perſona eorũ. quæ verba clarè arguunt validitatem ipſius fideicommiſſi, non pendentiam validitatis. Sed expoſitio glo.tendit ad pendentiam validitatis impropriando verba. Tertiò non eſt verũ, q pendeat validitas à voluntate patris quando relinquitur fideicommiſſum poſt eius mortem.

Alex.autem & Iaſ.hic dicunt expoſitionem glo. ſaluari poſſe reſtringendo eam ad validitatem in vita patris.quia dum pater viuit, poteſt impedire validitatem fideicommiſſi, non emancipando filium, quem emancipare non cogitur, ſed poſt emancipationem, aut mortem patris non pendet fideicommiſſum ab eius voluntate.& ſic actus emancipationis,aut manumiſſionis tantum dicitur pendere à voluntate patris vel domini,non etiam validitas fideicommiſſi, poſtquam caſus euenit ipſius fideicommiſſi filio,aut ſeruo factis ſui iuris.

Sed tamen etiam ita reſtringendo iſta expoſitio non conuenit textui,qui nihil ponit in voluntate patris, vel domini: ſed præſuppoſito caſu, aut robore fideicommiſſi, dicit illud fundari, aut vires accipere ex perſona patris,vel domini. Secundò iſta expoſitio glo. eſt contra tex.in verſi.denìq;. vbi quando fideicommiſſum relinquitur extraneo, vires capit ex

perſona

perſona filij : & tamen iſtud intelligi, non poteſt,
id eſt, ex voluntate. Tertio ſi fideicommiſſum ab ini-
tio eſſet nullum, & penderet à voluntate patris, vel
domini, nõ poſſet cõualidari ex emancipatione, aut
manumiſſione ſuperuenienti, propter regulã Cato-
nianam : vt hic per Soci. col. 7. ver. 2. cõtra iſtam lec.

Quartò ſi fideicommiſſum ſit nullum, fruſtrà tra-
ctaretur de detractione falcidiæ, vel trebellianicæ :
cum poſſit pater, vel dominus facere, ꝙ in nihilo
teneatur : arg. l. videamus. §. pen. & fin. ff. de in litem
iuran. nam ſi poteſt pater quod eſt plus, id eſt fidei-
commiſſi vires in totum impedire, à fortiori, quod
eſt minus, ſcilicet detractionem trebellianicæ. ſecun-
dum Iaſ. hic col. 11. poſt nu. 59.

Sed iſtud quartum argumentum non videtur bo-
num. quia poteſt pater impedire ne eueniat caſus fi-
deicommiſſi non emancipando, vel manumitten-
2 do. Sed ſi noluit impedire, † quia emancipauerit, vel
manumiſſerit, non poteſt detrahere trebellianicam :
cum non ſit grauatus, vt hæres. & conſentiendo, vt
caſus fideicommiſſi eueniat, cenſetur cõſentire om-
nibus, quæ inde ſequuntur. l. ſi pupillorum. § 1. ff. de
rebus eorum. vbi Bald. in l. fi. §. ſin autem. col. 2. C. de
bonis quæ lib. Soc. in conſi. 82. col. 3. in fi. lib. 3. Iaſ. in
l. 1. §. item acquirimus. col. 2. ff. de acquir. poſſ.

3 Iaſ. tamen † hic col. 11. dicit expoſitionem glo. ſal-
uari poſſe in ſeruo, ꝙ fideicommiſſum dicatur nul-
lum, & pendeat omnino à voluntate domini. ſi vo-
lit ſeruum manumittere : ſecus in filio, qui efficitur
ſui iuris ſaltem in morte patris. & non ſolum dicit
Iaſ. ſaluari poteſt expoſitio glo. in ſeruo, imo vide-
tur neceſſaria. Sed conſidera, quòd ſi expoſitio glo.
ſit neceſſaria, & fideicommiſſum ſit nullum, niſi do-
minus velit valere, ergo ſemper nullum erit fidei-
commiſſum, neq; validabitur à voluntate domini
ſuperuenienti propter regulam Cato. vt hic per Soci.
a. colum 7.

Secundo Iaſ. met impugnat iſtam expoſitionem
glo. in ſeruo. quia attenta iſta expoſitione, ꝙ fidei-
commiſſum ab initio ſit nullum, & pendeat a volun
4 tate domini, ſequeretur † ꝙ vbi dominus rogatur
reſtituere hæreditatem ſeruo, cum liber eſſet, non
valeret fideicommiſſum tanquam pendens à volun
tate domini, & tamẽ validum eſt tale fideicommiſ-
ſum. l. quidam ita. §. ſi ſeruo. ĵ. ad trebel. & ſi dicatur,
tu vis reprobando gloſſ. ꝙ fideicommiſſum valeat,
neq; dependeat à voluntate domini: quomodo po-
teſt valere fideicommiſſum, niſi ex voluntate domi
ni, cum non cogatur dominus ſeruum manumit-
5 tere : reſpondet † Iaſ. ꝙ imo ſeruus in multis caſibus
efficitur liber præter domini voluntatem. l. ſi quis in
graui. §. vtrum. in fin. ſuprà ad Sillania. & C. quibus ex
cau. ſerui pro premio liber. acci. Eadem ratione di-
cendum, ꝙ etiam in filio viuente patre dici non po-
teſt, ꝙ pẽdeat fideicommiſſum ex voluntate patris:
cùm poſſit fieri ſui iuris inuito patre: puta per Epi-
ſcopatum. vt hic per Ripam, nu. 11. ſed dici poteſt,
ꝙ Epiſcopatus non eſſent de tempore iſtorum. de iu-
re autem nouo filius eſt capax in aduentitijs.

Hic etiam aduertendum : quia ex reſpõſione Iaſ.
infertur, ꝙ fideicommiſſum ſolum valeat, neq; dica
tur pendere à voluntate domini, quando ſeruus po-
teſt conſequi libertatem præter voluntate domini,
6 quæ nimia videtur reſtrictio. † Ideo dicẽdum, ꝙ vbi
relinquitur fideicommiſſum ſeruo ſub conditione
expreſſa, aut tacita, quum erit ſui iuris, valet fideicõ-
miſſum tanquam conditionale : neq; dependet eius
validitas à voluntate domini, poſtquam conditio
fuerit purificata, licet implementum conditionis plu
rimum poſſit pendere. & ſic valet actus fideicom-
miſſi, licet ſuſpendatur effectus in euentum condi-
tionis. quemadmodum videmus in alijs relictis con
ditionalibus. toto tit. ſ. de condi. inſti. & ĵ. de condi.
& demon. cum ſimil.

7 Quintò † ꝙ iſta expoſitio glo. ſtare non poſſit, ꝙ
fideicommiſſum capiat vires ex voluntate patris, vel
domini, probatur arguendo à ſufficienti partium
enumeratione ſecundum Socin. hic col. 6. nam illa
conditio, ſi emancipauerit, vel manumiſſerit, aut eſt
expreſſa, aut tacitè ſubintellecta : & tunc fideicom-
miſſum eſt validum etiam inuito domino caſu quo
8 manumiſſerit. l. vbi pure. infrà, ad treb. nec † in fidei-
commiſſis conditionalibus locum habet regula Ca-
toniana. l. 1. 2. & l. pen. ff. de reg. Cato. Aut conditio
non eſt expreſſa, nec tacitè ſubintellecta : & tunc nõ
poteſt pendere ex voluntate domini obſtante regu-
la Catoniana. Nam ſi pendet ex voluntate domini,
ab initio eſt nullum : quia dominus non tenetur, nec
poteſt validare ex voluntate ſuperuenienti.

9 Sed Alex † hic col. 3. verſi. tamen ſi quis rectè cõ-
ſideret, &c. dicit glo. expoſitionem ſuſtineri poſſe, li-
cet intelligatur tacita cõditio, cum ſui iuris erit: quia
pendebit à volũtate domini reſpectu celerioris exe-
cutionis. quia ſi filium emancipet, fideicommiſſum
in continenti vires habebit. Sed reſpondet Soc. hic,
col. 6. ꝙ tunc non pendet à voluntate patris validi-
tas fideicommiſſi, ſed celeritas tantum executionis,
ſed tex. loquitur de validitate fideicommiſſi.

Secundo modo reprobat hanc conſiderationem
Alex. Socin. iunior hic : quia expoſitio glo. & Alex.
procedit patre tantum viuente poſt teſtatorem. Nã
ſi pater præmoritur, filius eſt ſui iuris. & valet fidei-
commiſſum ex perſona eius : & ſic ſaluatio Alex.
non eſt generalis.

Sed certè quando quæritur, an valeat fideicom-
miſſum ex perſona patris, neceſſario præſupponitur,
10 ꝙ pater ſuperuiuat teſtatori, nec videtur † vtrum ꝙ
mortuò patre ante teſtatorem, fideicommiſſum ſu
mat vires ex perſona filij, imo illud euaneſcit. quia
hæreditas tunc quæritur filio ſui iuris, qui ſibiipſi ob-
ligari non poteſt, & grauamen impoſitum patri ef-
ficitur caducum patre mortuo ante teſtatorem. l.
vnica. §. pro ſecundo. C. de cadu. tollen. & in ſpecie
tradit Bar. hic col. 2. poſt med. verſi. vnde dicunt alij.
dum reprobat tertiam lecturam glo. & ſequitur Iaſ.
col. 11. poſt med. verſi. tertia ſolutio glo. vbi quando
pater repudiat nec vult hęreditatem ſibi acquiri, de-
ficit fideicommiſſum, & remanet hæreditas penes
filium inſtitutum ſuo iure, id eſt iure inſtitutionis. de
quo infrà nu. 118.

Sextò iſtam expoſitionem reprobat ipſam et gl.
in verſi. cum ipſis ibi, vel dic ex perſona patris.

Septimò iſta expoſitio glo. ſtare non poteſt. quia
ſecundum eam nulla eſſet differentia inter fideicom
miſſum purum, & conditionale circa trãſmiſſionẽ,
nam etiam purum tranſmitti non deberet filio præ-
mortuo : quia pendet ex voluntate patris, & ſic ſe-
cundum expoſitionem glo. ratio tex. in fin. non eſſet
bona cum ęque militer in fideicommiſſo puro.

11 † Sed iſtam lecturam, aut expoſitionem gl. cona-
tur ſuſtinere Ang. de Periglis, vt hic per Soc. col. 6. ſu-
per gl. 3. ꝑ certa fundamenta ad quæ Soci. ipſe rñdet.
non curo ſcriptis referre; ne videar merus trãſlator.
Illud tñ aduertendum, ne ęquiuocetur, ꝙ iſta intelli-
gẽtia Ang. de Perigl. differt. à lectura gl quia gl. loq-
tur in fideicommiſſo conditionali quum filius, aut
ſeruus erunt ſui iuris : & vult gl. ꝙ fideicommiſſum
ab initio ſit nullum, ſed pendeat à voluntate patris,
vel domini, ſi velint emancipare, aut manumittere,
quæ lectu. ſtare non poteſt. quia ſi fideicommiſſum
eſt conditionale cõditione expreſſa, aut tacita, ergo
ab initio eſt validum, licet effectus validitatis ſuſpen
datur in futurum euentum : nec impeditur validitas
ex tali ſuſpenſione vt ſupra dixi. Ideo Ang. de Perig.
intelli-

intelligit hanc lecturam, aut expoſitionem glo.in fideicommiſſo purô, quod ab initio eſt nullum, ſed pendet à voluntate patris, vel domini, ſi velint non emancipare, vel manumittere, ſed reſtituere.

Sed vltrà Soci.conſidero, ꝙ Ang.in hoc intellectu videtur implicare contradictoria.nam vult, ꝙ fideicômiſſum ſit purum,& ꝙ valeat, ſi pater.aut dñs voluerint ſtatim reſtituere. Nam videntur contraria,ꝙ ſit purum, & ꝙ pendeat à voluntate patris, vel dñi. niſi dicas, ꝙ Ang. conſiderauit puritatẽ in hoc ſolũ, ꝙ relinquitur filio,aut ſeruo non expectata exiſtentia ſui iuris.Sed tamen etiam ita intelligendo,adhuc fideicommiſſum eſſet conditionale, ſi voluerit gra-
12 uatus reſtituere : † quæ conditio,ſi voluerit, licet poteſtatiua impedit tranſmiſſionem.l.ſi.ſ̃ de condi.inſti.l.ſi ita legatũ.§.illi ſi volet.ſ̃.co.l.5.§.1. quan. dies lega.ced. Præterea non minus vr̃ fideicommiſſum conditionale ſi voluerint pater, vel dñs emancipare, aut manumittere, ac illud ſi voluerint reſtituere.

Secundo ex alio reprobatur iſte intellectus Ang. quia ſecũdum eum fideicommiſſum relictum filio, aut ſeruo videtur captatorium tanquam remiſſum liberè voluntati patris,vel domini.bar.in l Theopõpus.ff.de dote prælega.Imol.& Alex.in l.centeſimis. §.fi.ff.de verb.oblig. & in l.1. ff.de lega.2.

13 † Et dum Soci. reprobando intellectum Ang. de Perigl.rñdet ad l.cum hæres. ſ̃. de acq hæred. ꝙ illud eſt ratione impoſſibilitatis: iſta ratio non procedit, quia nulla eſt impoſſibilitas,qñ pater furioſus habet curatorem : vt in tit.ff.& C.de cura.furio.& in l.antiſtius.§ fi.ſ̃.de acq hær.Secunda ratio Soci. ꝙ eſt ſpeciale,dr̃ refugium miſerorum.glo.in l. filiũ quem.C. fami.herciſ.Æquè tertia ratio Soci.ꝙ imo in puncto iuris filius acquirit patri furioſo per d. l. antiſtius. §. fin.non vr̃ bona.quia.l.antiſtius.in fi.procedit, qñ filius adit iuſſu curatoris patris : nam tunc acquiritur patri miniſterio curatoris. Sed vbi adit filius per ſeipſum,patri non quæritur: vt d.l.cum hæres. poteſt autem filius furioſi ex benignitate, aut beneuolentia Principis per ſe adire,& ſibi acquirere.

14 † Ideo melior reſponſio ad arg.Ang.de Perigl.eſt ꝙ tex.in d.l. cum hæres nihil facit : quia loquitur in caſu,quando filius poteſt adire ſine iuſſu patris, quo caſu hæreditas patri non quærit̃,nec implicetur oneribus hæreditarijs, ſed text. noſter loquitur in filio qui adire non poteſt, ſine iuſſu patris. Ideo patri acquirit, nec poteſt pater facere reſtituendo, quominus ſibi reacquiratur.

15 Circà ſecundam partem † huius gl.dum aſſignat rationem quare non detrahit pater trebellianicam aduerſus filiũ : quia trebellianica ſolum detrahit̃ per hæredem,pater autẽ non eſt hęres.male vr̃ gl. loqui cũ ſit pater hæres directus, & ei acquirantur iura directa, vt infrà videbimus in glo.in ver. ſed vr̃ pater. Ideo melior eſt ſecunda ratio gl.quia licet efficiatur hæres pater per filium, tñ cum ipſe non ſit hæres inſtitutus,non grauatur, vt hęres : & ſic ex perſona ipſius patris detrahere non põt. Neque non poteſt detrahere ex perſona filij, quia filius ſibipſi obligari nõ poteſt,& iſta fuit ratio huius legis in ea expreſsè
16 aſſignata.Ex qua ratione colligitur † nota.regula iuris,ꝙ vbi ad actũ requiritur certa qualitas,non ſufficit qualitatem in veritate adeſſe, niſi fiat actus tanq̃ ex illa qualitate.nam licet pater ſit hęres directus per filium, tñ hoc non ſufficit ad detractionẽ trebellianicę, niſi grauetur tanquam hæres. Cui regulę concordat tex.in l.reſtituta : infrà, ad trebel.in l. ſi à me. infrà ad legem fal.in l. 2. §. homines. ff. vi bon. rap. & quod not.Bar.in l.maritum poſt prin. ſupra.

17 † Tertia ratio etiam redditur, quare pater trebellianicam non detrahit aduerſus filiũ,quia non debet vti iure detractionis falcidiæ contra filium,cuius beneficio hæreditatem conſecutus eſt.l.amiciſſimos ff. de excu.tutor.quam rationem conſiderat Bar.ſ̃. col. 4.poſt med.nu.7.in tertia parte,glo.1.ibi,ſi ante,&c. Alex.hic col.3.nu.10.intelligit iſtam glo. vt veniat extenſiuè ad vltimam partẽ legis à contrario ſenſu.
18 † nam in fin.legis dicitur, ꝙ fideicommiſſum debet reſtitui ſolum poſt mortem patris, ſi filius ſuperuixit : ergo ſecus, ſi filius moritur ante patrem. gl.vult ſecundum Alex.poſt Imo.iſtud procedere, qñ filius pręmoritur patri ante emancipationem: ergo ſecus ſi poſt emancipationem, & ſic fideicommiſſum relictum à patre filio poſt mortem ipſius patris debetur etiam in caſu emancipationis patre viuo. pro quo Alex. alleg l. mulier. in princ. ſ̃.ad trebell.l.3.C. de inſtit.& ſubſtit. Idem tenet Claud. Aquent. hic col. pen. num.33.

Sed Soci.iunior ſuper glo.2. nu.5. dicit alium eſſe intellectum glo. & ꝙ iſta verba gl.debent referri ad præcedentia, in quibus dictum eſt patrem teneri ex voluntate,ſi emancipauerit,ſecus dicit gl.ſi filius decedat ante emancipationem : quia tunc fideicõmiſſum remanet patri.& dicit Soci.iunior, ꝙ magis cõuenienter fit iſta relatio ad præcedentia . Sed aduertendum,quia ſi iſta fuiſſet intentio glo. incontinenti,& continuatiuè iſtud poſuiſſet,quãdo dixerat pendere fideicommiſſum ex voluntate patris,vel domini ſi manumiſerit, ſtatim ſubiungendo , ſed ſi ante emancipationem : non etiam media alia interpo-
19 ſuiſſet † ex quibus impeditur relatio ad alia præcedentia.gl.in §.item lapilli.inſti. de rer. diuiſio. Bar. in l.fi.per illum tex.in verbo, coniuncta ſcriptura.ff. de reb.dub. & ibi Soci.col.fi.

Secundo conſidero contra Soc.iuniorem,ꝙ ſatis iſtud dictum erat in præcedentibus.nã dicendo pendere fideicommiſſum ex voluntate patris, ſi emancipauerit, plus ſatis exprimitur, quam ſi non emancipet, ſed ſi moritur filius ante emancipationem, fideicommiſſum non videtur, & patri remanet.

20 Tertio conſidero, ꝙ gl.loquitur † aduerſatiuè ſine copula,ſed ſi ante,&c.quæ aduerſatiua debet intelligi, vt aduerſetur præcedentibus in iure, & in facto. gl.in l.ſed & ſi lege.in prin ff.de peti.hæredi. Bart.in l. hinc amplius.§.de his.ff de dam.infect. ſed intelligendo ſecundum Soc.iuniorem non aduerſaretur præcedentibus in iure nec in facto.Imo idem factum,& ius repeteret. cum idem iam dictum eſſet effectualiter, vt dictum eſt. Sed intelligendo ſecundum Alex. venit aduerſatiuè ad tex.in vltima parte. nam aduerſatur in facto: quia text.loquitur de morte,gl.autem de emancipatione. Aduerſatur etiam in iure à contrario ſenſu . vel aduerſabitur præcedentibus in facto : quia in præcedentibus dictum eſt,quando grauatur pater reſtituere filio ſimpliciter : hic quandò poſt emancipationem.Aduerſabitur etiam hoc modo glo. vltimę parti legis à contrario ſenſu .

Quartò nõ placet intelligentia Soc.iunioris: quia iſta glo.1.ponit caſum huius. l. cum filio : & in præcedentibus tetigit caſum vſq; ad vltimũ verſi . Ideo veriſimile eſt ꝙ voluerit caſum ad integrũ perficere,ſed intelligendo ſecundum Soci. iuniorẽ , vltima & notabilis pars huius legis remanebit ſine poſitione caſus : quod veriſimile non eſt voluiſſe gl. ſilẽtio ꝑtermittere partẽ tam notabilem.arg.l. pretor ait.§. quod autem. ff.de miur.l.eos. C. de aqueduc.lib.11.

21 Poſito intellectu † Alex.pro vero ad hãc gl.videndum eſt an gl.benè dicat, & eius extẽſio de iure procedat.Videretur dicendum, ꝙ non. & primo contrà gl.videtur tenere Bar.hic in vltima oppo.huius legis. Nam opponit Bar.contra quartam lect. gl. & communem intellectum, ꝙ in caſu huius legis fideicommiſſum cenſeatur relictũ ſub conditione tacita,quũ filius erit ſui iuris. Sed in contrarium videtur facere tex.

tex.in vltima parte: vbi dr̃ ꝙ fideicommiſſum reli-
ctum poſt mortẽ patris, remanet patri filio moriẽte
ante patrem: ergo præſupponit text. ꝙ niſi grauetur
pater reſtituere poſt mortẽ ſuam, non intelligatur
iſta conditio, quũ erit filius ſui iuris per mortem pa-
tris. Nam ſi intelligeretur, idẽm iuris eſſet, qñ ſimpli-
citer rogatur pater reſtituere. Reſpondet Barr. ꝙ le-
ctura gl. & commũnis intellectus Doct. procedit, qñ
grauatur pater ſimpliciter reſtituere: ſecus vbi expri-
mitur vna conditio exiſtentiç ſui iuris per mortem
patris: quia tunc conditio conſertur in vnũ caſum
tantum: ergo præſupponit Bar. clarè, ꝙ non veniat
tunc alius caſus exiſtentiæ ſui iuris per emancipatio
22 nẽ, quaſi expreſſum† faciat ceſſare tacitũ. l. cum ex fi-
lio. §. 1. ſ. de vulg. l. cõtinuus. §. cum ita. ff. de verb. obl.
23 Secundò † contra iſtam extenſionem gl. & ꝙ ca-
ſus mortis in fin. huius legis non trahatur ad caſum
emancipationis, adducitur authoritas Pau. de Caſt.
circa fi. huius. l. verſi. & intellige ſi filius, &c. vbi Pau.
ꝙ vltima pars huius. l. debet intelligi, qñ filius dece-
dit ante patrem ſactus ſui iuris: quia alias nullum eſ-
ſet dubium. Nam etiam fideicommiſſum purum nõ
tranſmitteret filius in poteſtate, quia hæredem non
habet ad quem tranſmittat. Idem tenet Alex. Areti.
& Beſu. hic, vt hic per Iaſ. nu 140.
24 Tertiò contra † gl. tenet Iaſ. hic, col. 28. nu. 142. vbi
conſiderat aliam rationem, quia filius non poteſt
vti beneficio emancipationis contra patrem à quo
illud conſequutur, cum relictum fuerit fideicommiſ-
ſum ſolum in caſum mortis per l. amiciſſimos. §. fin.
ſ. de excu. tut. & l. filio. infra, vt leg. nomi. cauea.
25 Quarto † contra glo. tenet Socin. iunior hic ſuper
glo. 2. nu. 2. & conſiderat, ꝙ vbi rogatur pater reſti-
tuere filio poſt mortem ipſius patris, dilatio morta-
litatis cenſet̃ appoſita fauore ipſius patris, vt interim
percipiat fructus, etiam ſi grauetur verbis vniuerſa-
libus. l. quod his verbis, in prin. infra de lega. 3. l. hære-
des mei. in prin. ſ. ad trebel. l. ſcimus. §. cum autem. C.
de inoffi. teſtam. Et tenendo hanc opi. contra gl. non
obſtant iura allegata per Alex. pro opi. glo. videlicet
tex in l. mulier. in princ. infra ad trebel. & in l. 3. C. de
inſti. & ſubſtit. quia non loquuntur, quando appo-
nitur dilatio in fauorem grauati, ſed in odium pa-
tris, ne ei acquiratur. Ideo diſponens conſiderauit
effectum, id eſt tempus, quo filio acquiri poſſet. ob
id reliquit filio poſt mortem patris, conſiderans ꝙ
neceſſariò tunc futurus eſſet filius capax, veriſimili-
ter relicturus etiam in caſum emancipationis, ſi de
emancipatione cogitaſſet. & ita reſpondet Iaſ. &
Soci. iunior hic.
26 Quibus † tamen nõn obſtantibus puto opin. glo.
defendi poſſe, & pro ea facere iura memorata in d.
l. mulier. ad treb. & in d. l. 3. C. de inſti. & ſubſti. Addo
text. in l. ſi pater. 1 in princ. vbi glo. ſupra de iure dot.
Vniuerſum negotiũ huius. q. conſtat in ſummatio-
ne, aut reiectione contrariorum. Ad quorum con-
futationem veniendo, dico nõ obſtare dictum Bar.
in vltima oppo. huius legis, dum dicit non compre-
hendi caſum emancipationis, ex quo collatum eſt
fideicommiſſum in vnum caſum tantum exiſtentiç
ſui iuris: quia reſpondeo, non valere conſequentiã
exprimitur caſus mortis: ergo nõ intelligitur caſus
27 emãcipationis. Neq; obſtat, † ꝙ expreſſum facit ceſ-
ſare tacitum: ad quã regulam viſus eſt Bar. cogitaſſe
re ipſa, quia procederet in tacito, quod ſolum con-
tinebatur ſub expreſſo, & quod ceſſante expreſſo nõ
intelligebatur, prout in vulgari tacita, quæ contine-
tur ſub pupillari expreſſa, & contra. Nã vbi expreſsè
non fit, tacitè non intelligitur per ſe niſi ſub alia ex-
preſſa. & ita procedit d. l. cum ex filio. § 1. ſ. de vulga.
Secus in emancipationis caſu, qui tacitè ſubintelli-
gebatur in fideicommiſſo citrà expreſſionem caſus
mortis. Ideo licet exprimatur caſus mortis, non de-
bet ceſſare caſus emancipationis, ex quo vterq; cã-
ſus principaliter, & per ſe tacitè continebatur. arg. l.
ſi domus. ff. de ſeruit. vrba. præd. & ſic argumentum
Bar. procederet, ꝙ caſus mortis amplius non tacitè
intelligitur, quia expreſſus eſt: ſed non obſtat quo-
ad caſum emancipationis, qui tacitè intelligebat̃ in
terminis huius. l. etiam ceſſante expreſſione mortis.
28 Secundò† reſpondeo, ꝙ expreſſum non facit ceſ-
ſare tacitum, qñ in tacito eadem eſt ratio, quę in ex-
preſſo. Signorol. in conſi. 173. col. 4. in fi. eadem por-
ro videtur ratio in caſu emancipationis. d. l. mulier.
Tertiò reſpondeo, ꝙ argumentum Barſ. non vi-
detur bonum, relictum eſt fideicommiſſum in ca-
ſum mortis tantum: ergo non venit caſus emanci-
pationis. Nam hoc modo ſequeretur deſtructio ma
teriç extenſionis de vno caſu ad alterum caſum, con
tra d. l. mulier. ad treb. & d. l. 3. C. de inſti. & ſubſti. cũ
ſimil vt per Doct. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ſ.
de libe. & poſthum.
29 Quartò reſpondeo † ad arg. Bar. ex dictis eiuſdem
Bar. ſ. in ſecunda. q. vbi quando pater grauatur reſti-
tuere filio ſub conditione, aut in diem, hodie non re-
net fideicommiſſum. non in proprietate, quia eſt fi-
lij, & res ſua relinqui nõ poteſt. l. proprias. C. de lega.
non in vſufructu: quia adueniente conditione vel
die, ſtatim tranſit ad filium, ſeu ad proprietatem ci-
trà aliam reſtitutionem. Tantum valet fideicõmiſ-
ſum reſpectu fructuum perceptorum, quos pater
tenetur reſtituere filio. ergo clarè vult Bar. ꝙ illa di-
latio conditionis, aut temporis non cenſeatur appo
ſita fauore patris grauati, ſed fauore filij, vt ſuſtinea-
tur fideicommiſſum tanquam collatum in tempus
quum poterit filius capere.
30 Non obſtat dictum † Pau. de Caſt. circa fin. huius
legis, ꝙ vltima pars huius legis intelligitur in filio
ſui iuris: quia alias eſſet de indubitabili Nam reſpon
deo duobus modis. Primo retorquẽdo contra Pau.
eius intellectum, quem conſiderat ad hanc. l. circa fi.
commenti; & quem intellectum Moder. ferè pro-
bant. In quo intellectu voluit Pau. ꝙ extraneo mor-
tuo ante patrem, fideicõmiſſum relictum poſt mor
tem patris remaneat filio emancipato. Si fideicom-
miſſum relictum extraneo poſt mortem patris de-
betur filio emancipato mortuo extraneo ante pa-
trem, quanto fortius fideicommiſſum relictum ipſi
filio poſt mortem patris, debet ad filium pertinere
in caſum emancipationis.
Secundò reſpondeo ad argumentum Pau. dum
conſiderat, ꝙ lex iſta eſſet citrà omne dubium, intel-
ligendo in filio in poteſtate: qa tunc non fieret trã-
miſſio etiam in fideicommiſſo puro Nam vbi fidei-
commiſſum purè relinquitur, illud eſt nullum: ideo
in nullo fruſtra fit tractatus, aut diſpoſitio circa trã-
miſſionem, aut retentionem.
31 Non obſtat † argumentũ Iaſ. ꝙ filius non oppo-
nit beneficium emancipationis contra ipſum patrẽ:
qa tñdeo, ꝙ reg. d. l. amiciſſimos. in fi. procedit cõtra
inuitũ: ſed hic opponitur emancipatio contra patrẽ
volentem. Nã datur volũtas in antecedenti, i. in actu
32 emancipationis, † quę voluntas in antecedenti tra-
hitur ad omnia conſecutiua. l. ſi pupillorum. §. 1. ſ. de
33 reb. cor. de quo ſuprà eſt dictũ. & conceſſio † ſuper
vno trahit̃ ad omnia quę ſequũtur ex illo. gl. in c. qa
in iſti. de præben. Pau. de Caſ. in conſ. 30. ſuper pũcto
iſto plura ſubtiliter, col. 2. poſt med. lib. 1. Ideo data
volũtate patris in antecedẽti, ꝯ volentẽ non fit iniu-
ria. l. quis. ff. de in ius vocan. l. non videtur fraudare.
ff. de regu. iuris. l. cum donationis. C. de tranſactio.
34 Non obſtat argumentum † Soci. iunioris, ꝙ dila-
tio poſt mortẽ patris cenſetur adiecta fauore patris,
vt fructus percipiat quandiu viuit: quia allegata per
Socin.

Soci.iuniorem loquuntur,& qñ idem eſt honoratus ad quem teſtator primũ habuit affectionem. Ideo ne talis honor cenſeatur inutilis, & appareat de dilatione; cenſetur appoſita dilatio fauore ipſius honorati,& grauati·Sed nos loquimur in grauato,qui honoratus non eſt expreſsè, ſed tacitè tantum, & qui grauetur reſtituere filio expreſsè honorato, & ad quem teſtator affectionem primum habuit, intantum ꝙ capax fuiſſet,ſtatim eidem acquiſitum ius eſſet ex voluntate teſtatoris expreſſa, ideo grauamen cenſetur collatum in tempus mortalitatis patris conſiderato effectu,quia putauerit teſtator, ꝙ ante mortem filio quæri non poſſet, veriſimiliter relicturus etiam in caſum emancipationis ſi de eo cogitaſſet quo caſu non refert quid ex æquipollentibus fiat.d.l. mulier, & d.l.3. Glo.2.remouet duo contraria, ſeu declarat tex.per remotionem duorum contrariorũ:
35 vt hic per Iaſ.col.6.nu.29.& quatenus † allegat glo. l.ſi à ſeruo.infrà ad leg.falc.in arg.Dic,ꝙ illa lex probat hoc modo: nam ibi neceſſario præſupponitur, ꝙ facta eſſent legata alijs perſonis, quã domino,ad quæ dñs teneretur, cum vellet dominus falcidiã de eis detrahere: in cuius ratione volebat computare illud legatum inutile factum ipſi domino: quo computato locus erat falcidiæ, cum alias non eſſet, vel ſaltem amplius falcidiæ nomine de alijs legatis detrahebatur. Nam ſi legata alijs perſonis relicta non eſſent,fruſtra tractaretur de detractione falcidiæ: qa non poſſet dominus hæres falcidiam detrahere contra ſeipſum. Itaq; præſupponit text.dominum ſerui inſtitui grauari legatis poſſe,ex quo quæritur de fal
36 cidiæ detractione. Similiter † dum citat gl.l.neſennius.§.ſeruo.j.ad legem falc.ille tex.eſt notabilis, ꝙ vbi legatur à ſeruo inſtituto,& domino,non fit cõtributio, aut cõmixtio legatorum vtriuſq;, ſed prius ſoluuntur legata relicta à ſeruo: vt hic per Iaſ.num.
37 70.& per Soci.iuniorem in gl.2.in fi. † Sed vltra eos pondero illum text. ꝙ potior eſt cauſa immediata quam mediata.& ꝙ prefertur legatarius habens cauſam ab honorato immediatè, licet non ſit manſurũ commodum apud ipſum ſeruum immediatè honoratum.& ꝙ cauſa immediata ſit potior, eſt tex. in l.qui liberis.§. hæc verba.ſ̃. de vulg. in l.ſi ſolus. in fin.ſ̃.de acquir.hæred.& in l.filius patron. ff.de bonis liber. Ad idem tex.in l.cum filio. & in l. qui liberis.§. hæc verba.ſupra de vulga.vbi clauſula, quiſquis mihi hæres erit,ſolum comprehendit hæredem immediatum, non mediatum.

In eadem gl.ibi,vt vſusfructus,iſta glo.ſecundum Alex.& Iaſ. refertur ad ius hodiernũ, quo patri per
38 filium ſolum quæritur cõmodum vſusfructus. † & ſic vult dicere gl. ꝙ pater poteſt grauari: quia commodum ei quæritur per obliquum: vt eſt commodum vſusfructus,in quo grauari poterit.Nam opponi poterat licet dominus grauari poſſit tanquã honoratus per obliquum, tamen pater quod commodum hodie conſequitur,vt grauari poſſit:cum filius ſit hodie capax aduentitiorum. reſpõdet glo. ꝙ imò conſequitur commodum vt vſusfructus.

Sed aduertendum dum Alex.& Iaſ. dicunt poſſe hodie grauari patrem in vſufructu in quo ſolũ honoratur. Nã iſtud ſine dubio procedit reſpectu proprietatis, in qua grauari non poteſt: non tamen intelligo,quin poſſit pater grauari in alia re propria ad valorem, aut quantitatem ipſius vſusfructus: iuxta. l.Imperator.§.1.infra titu.1. & ſecundum tradita ſupra circa articulum, an grauari quis poſſit amplius atq; fuerit honoratus. diſtinguendo inter ſcientem, & ignorantem valorem relicti.

39 Ex hac glo.colligitur † concluſio, ꝙ grauari poteſt non ſolum honoratus immediatè,ſed etiã mediatè, aut per obliquũ. Nam grauatur pater, vel dominus honoratus mediante perſona filij,vel ſerui. Sed contra iſtam concluſionem opponitur: nam hæres hæredis honoratur per obliquum,& mediante perſona hæredis, & tamen grauari non poteſt nomine proprio.d.l.ſed & ſi ſic.§.1.l.fin. in princ.j̃.de lega.3. & l. qui fundum.§ qui filios.j̃.ad legem falcid. Ad iſtud reſpondet Bart.hic col.2.verſi.2.caſu.ꝙ pater conſequitur commodum certum ex tacita voluntate teſtatoris,& ex diſpoſitione legis conſiderato præſenti ſtatu. Sed hæres hæredis non cõſequitur cõmodum incontinenti, nec conſiderato præſenti ſtatu, nec ex certo iudicio defuncti.Nam cũ ſtatim non acquiratur cõmodum,illud dependet à futuro euentu, & à fortuna:cũ certum non ſit cum futurũ hæredem:nec debet attẽdi quod euenire poteſt à caſu, & fortuna.

Sed contra iſtam ſolutionem Barto.opponit Iaſ. hic col.7.num.34. quia grauari poteſt hæres hæredis ſub nomine appellatiuo:& tamen inſpecto præſenti ſtatu commodum ad eum venturum non eſt, ſed longè poſt: nec teſtator ſciebat, vtrum hoc deberet ſibi quæri: ergo non habet ex voluntate teſtatoris. Sed reſpondetur, quod in hærede hæredis grauato nomine appellatiuo, licet lucrum inſpecto præſenti ſtatu non quæratur ſtatim, eſt tamen omnino, & certò futurum, nec dependet à caſu: ſecus quando grauatur ſub nomine proprio: quia certum non eſt neq; ad præſens,neq; in futurum. Itaque quod dicit Bat.lucrum patris certum eſſe inſpecto præſenti ſtatu, non dicit excluſiuè ad lucrum futurum certum, ſed ad incertum. In patre autem hoc amplius eſt.ꝙ certum eſt commodum ad ipſum præſens tempus, aut ſtatu præſenti conſiderato.

Glo.in ver.cum ipſis.Docto.hic legunt pro glo.& ſic neceſſariò incipiunt iſtam gl. à verbo,ex perſona. & ſimul legunt illas duas gloſellas, & quidem bene, & ꝙ videatur vnica glo. tantum probari videtur ex verbis ipſius glo. in ſecunda expoſitione ibi, vel dic ex perſona patris, &c.

Hæc glo.malè videtur ordinata.Nam facta eſt timore contrarij de quo ſupra vidimus in gl.& quod inferius formatur, ꝙ fideicommiſſum videtur nullum: quia ſi pater dominus reſtituat filio,vel ſeruo, ſtatim reacquiritur ipſi patri vel domino. & tamen glo.iſta antequã formet oppo.ponit ſolutionem: & ſic prius ſoluit quã opponat. Sed dicendum ſaluando gl.ꝙ format oppo. reiecta illa expoſitione tradita timore contrarij ex perſona, ideſt ex voluntate, nam tenendo,ꝙ non pendeat fideicommiſſum, ſed valeat ex perſona patris, vel domini: ita ꝙ ipſi teneantur, optimè conuenit oppoſitio.

Diuiditur in quatuor partes.In prima timore contrarij exponit tex.prout fecit in 1.gl.In ſecũda reprobat ipſam expoſitionem dando aliam. In tertia opponit contra ſecundam expoſitionem.In quarta dat tres ſolutiones ad oppo. ex quibus ſolutionibus totidem colliguntur lecturæ ad hanc.l.2. ibi, vel dic ex perſona.tertia ibi, ſed quomodo. quarta ibi reſpon. iſta quarta pars gl. põt ſubdiuidi in tot partes quot ponit ſolutiones. Partes de ſe patent. Hic tamen aduertendum,ꝙ computata prima expoſitione gl. antequam formet cõtrarium quatuor reperiuntur ſolutiones ad contrarium. Sed quia gl.antequam formet oppo. receſſit à prima expoſitione: quia re vera ſtare non poteſt, vt abundè ſuprà vidimus in glo. 1.dicatur ꝙ glo. tres dat ſolutiones.

Sed hic etiam aduertendũ,ꝙ oppoſitio gl.videtur inepta ſtante ſecunda expoſitione glo. ibi, vel dic ex perſona patris.vbi dixit,ꝙ fideicommiſſum ſumit vires ex perſona patris.q.d. nõ ex perſona filij.& ꝙ pater, vel dominus debent fideicõmiſſum, ſi fiant ſui iuris.Nam hoc præſuppoſito, ꝙ debeatur fideicommiſſum quum filius,aut ſeruus erunt ſui iuris, fruſtrà

formatur oppoſitio, ꝙ fideicommiſſum nõ valeat.
quia ſi reſtituitur, reacquiritur patri. Dixi, ꝙ iſta glo.
malè ordinatur. Sed glo. format oppo. quia tex. ſim-
pliciter loquitur; nec apparet, ꝙ debeatur fideicom
miſſum: aut illud fuerit relictum caſu, quo filius, aut
ſeruus eſſent ſui iuris. Ideo quod gl. ſimpliciter pro-
poſuerat, nunc opponendo in ſpecie declarat.
Circà ſecundam ſolutionem, ꝙ fideicommiſſum
fuerit conditionale, aut in diem, & ꝙ interim filius,
aut ſeruus factus fuerit ſui iuris emãcipatione vel ma
numiſſione, poterat gl. addere, vel morte patris. & qa
iſta ſolutio videtur diuinatiua. gl. ad tollendum hoc
obiectum dicit eam eſſe neceſſariam non ſolum ſe-
cundum ius antiquum, ſed etiam ſecundum ius no-
uum, ſi pater grauetur in vſufructu: quia ſtatim te-
40 acquireretur patri, niſi teſtator ꝓhibuit acquiri. † &
ſic vbi fideicommiſſum non eſſet conditionale, aut
in diem ſed purum, illud non teneret etiam hodie
non in proprietate: quia illa acquiritur filio. & in re
propria fideicommiſſum non tenet. l. proprias. C. de
lega. non in vſufructu, qa reacquireretur patri, Quæ
glo. vr̄ loqui, & procedere ſecundum terminos hu-
ius. l. qñ pater grauatur reſtituere hæreditatem ſim-
pliciter, non etiam qñ in ſpecie grauatur reſtituere
vſumfructum: quia tunc ſatis vr̄ prohibita eius ac-
quiſitio. Bar. tamẽ infra in 2. q. & Iaſ. col. 11. poſt nu.
60. verſi. & dum gl. ſubdit. videntur intelligere iſtam
gl. vt velit etiam hodie non procedere iſtam legem
in hæreditate aduentitia, & in fideicommiſſo puro,
etiam qñ expreſsè grauatur pater reſtituere vſum-
fructum, quia in proprietate non eſt dubium fidei-
cõmiſſum nõ tenere per ſupradicta Æquè in vſufru-
ctu tenere non poteſt. qa ſi reſtituatur, ſtatim reac-
quiritur patri: niſi expreſsè prohibeať acquiri patri, &
conſequenter volunt Bart. & Iaſ. ꝙ non dicatur pro-
hibita acquiſitio vſusfructus ex eo ſolum, ꝙ graua-
tur pater illum reſtituere filio. Secus quando graua-
retur pater in vſufructu ſub conditione, vel in diem,
quia ſi interim efficiatur ſui iuris, & ei reſtituatur
vſusfructus, non fiet reacquiſitio.
41 Sed Pau. de Caſt. † hic col. 5. poſt med. nu. 18. te-
tenet contrarium, ꝙ vbi grauatur pater ſtatim reſti-
tuere vſumfructum filio, tenet fideicommiſſum in
vſufructu: neq; vſusfructus ſemel reſtitutus reacqui-
ritur patri: cũ cenſeatur prohibita acquiſitio ex eo,
ꝙ iniungitur grauamen in ipſo vſufructu. Secus di-
42 cit Pau. qñ † fideicommiſſum non relinquitur purè,
ſed poſt tempus: quia tunc non vr̄ valere etiam in
vſufructu: quia adueniente tp̄e reſtitutionis, tranſit
vſusfructus ad proprietatem ſine alia reſtitutione. &
dicit ita intelligendã eſſe glo. aut opi. Roger. Addo,
licet Pau. non dicat, ꝙ ita etiam vr̄ intelligere Bar. j.
in ſecunda. q. vbi tamen Bar. tenet valere fideicom-
miſſum reſpectu fructuũ perceptorum medio tem-
pore, quos tenebitur pater reſtituere. & ſic intellectus
Bar. & Pau. videntur cõuenire in fideicõmiſſo vſuſ-
fructus conditionali, vel in diem licet non in puro.
Iſta intelligentia Bar. & Pau. in fideicõmiſſo con-
ditionali, aut in diem circa vſumfructum: videtur
apertè contra verba, & mentem gl. quę poſuit lectu-
ram in conditionali, aut in diem ad demonſtrandũ,
ꝙ aliter valere non poſſet etiã hodie. Ideo malè vi-
detur dixiſſe Pau de Caſt. ꝙ gl. ita debet intelligi. Bar.
autem hoc conſiderans fatetur glo. ita intellexiſſe.
Sed tenet in hoc contra Rogerium.
43 † Sed conſidera ſuſtinendo glo. ꝙ imò fideicom-
miſſum videtur valere licet cõditionale, non obſtat
ꝙ vſusfructus adueniente conditione, vel die, tranſit
ipſo iure citrà aliam reſtitutionem. quia retorque-
tur fundamentum. Nam quo celerius tranſeant iura
fideicommiſſi, eo efficacius illud videtur. Secundò
reſpondeo, ꝙ multi ſunt caſus, in quibus iura fidei-
commiſſi tranſeunt ſine reſtitutione de quibus in l.
pen. C. ad treb. & tamen propter hoc non efficitur
nullum fideicommiſſum. Tertio reſpondeo, ꝙ ipſe
tranſitus vſusfructus ad proprietatem non fieret ceſ-
ſante fideicommiſſo relicto filio. Itaq; ſi fit tranſitus
propter fideicommiſſum, illud nullum dici non po-
teſt. Proinde melius locutus eſſet Bart. ꝙ valet quidẽ
fideicõmiſſum, ſed in eo neceſſaria nõ eſt reſtitutio.
44 In fideicõmiſſo autem † vſusfructus purè relicti.
Dicendum videtur, ꝙ ſiquidem expreſſè grauatur
pater in vſufructu, tenet grauamen, neq; reacquira-
tur patri, ſed prohibita cenſeatur acquiſitio vſusfru-
ctus, ſecundum Pau. de Caſt. hic nu. 18. & vbi glo &
Bar. aliud ſenſerint, malè intellexerint. Sin autẽ impo
nitur grauamen patri ſimpliciter, illud non teneat:
cum ſtatim reacquiratur vſusfructus patri ceſſante
prohibitione: & hoc modo procedat gl.
45 † Sed aduerte: quia iſta gl. & ſequaces videntur
malè loqui, ꝙ vſusfructus ſi reſtituatur filio, reacqui-
ratur patri, niſi teſtator prohibuerit acquiſitionem:
quia de iure nouo vr̄ filius capax vſusfructus volen
46 te patre Ideo pater † poteſt remittere filio vſumfru
ctum aduentitiorum: neq; indiget talis iſta dona-
tio confirmatione. l. cum oportet. §. ſin autem res.
C. de bonis quæ lib. Moder. in auth. ex teſtamento.
C. de collatio. Bal. nouel. in tracta. dotis in ſexta par-
te, priuilegio. 36. col. 2. Quod procedit non ſolum
quando pater expreſsè donat, ſed etiam ſi patiatur
filium poſſidere. Nam talis patientia inducit præ-
ſumptionem donationis. Bal. in l. cum oportet. § ſin-
autem res. quem legit ſimul cum. §. nou autem. col.
2. nu. 6. Corn. in conſ. 285. col. 4. lib. 1. in conſ. 79. cir-
ca fi. & in conſ. 130 circa fin. lib. 2. Alex. in conſ. 138.
col. 2. circa med. lib. 5. quanto magis pręſumetur do-
natio, quando pater expreſsè reſtituit, cum reſtituere
non teneretur. Nam factum dicitur potentius ſim-
plici patientia. vt latè habetur in l. quæ dotis. ſuprà
ſolut. matri. Præterea ſatis eſt, ꝙ valere poſſit fidei-
commiſſum volente patre reſtituere, & eo nolente,
ꝙ ſibi reacquiratur. nam gl. & Doct. pręſupponunt,
ꝙ non ſit in facultate patris, quominus ſibi reacqui-
ratur, niſi teſtator expreſsè prohibuerit acquiſitionẽ
vſusfructus. quod tamen eſt contra. d. l. cum oportet.
§ ſin autem res.
Hic etiam aduertendum, dũ Iaſ. col. 11. poſt nu.
47 60. dicit gl. videri ſibi contrariã: † nam Roger. glo-
ſator hic vult non tenere grauamen in vſufructu. q
ſtatim reacquiritur patri; & tamen contrarium vo-
luit gl. 2. quia nulla videtur contrarietas. Primò in-
telligendo Roge. loqui, quando in ſpecie non iniun-
gitur grauamen in vſufructu, vt tunc non valeat gra
uamen neq; in proprietate iam facta filij, neque in
vſufructu, cum eius acquiſitio prohibita non fuerit
in perſona patris expreſsè, nec tacitè.
Secundo ceſſat cõtrarietas in gl. quia Roger. dicit
non tenere grauamen purum in vſufructu: ſecus in
diem, aut ſub conditione. & ſic apertè vult gl. iſta te-
nere grauamen vſusfructus, modo purè non relin-
quatur. Glo. autem ſecunda ſimpliciter loquens de-
bet intelligi ſecundum iſtam, qñ relinquitur vſufru-
ctus per fideicõmiſſum in diem, aut ſub cõditione. l.
non eſt nouum. & l. ſed & poſteriores. ff. de legi.
48 Iſta † ſolutio gl. ꝙ lex noſtra loquať in fideicõmiſ-
ſo conditionali, aut in diem, vr̄ quidem in ſe vera,
ſed reprobatur tanquam diuinatiua. Sed tñ hanc ſo-
lutionem ſequuntť Cuma. Soc. & Iaſ. hic, ꝙ imò non
dicatur diuinatiua. qa non diſputatur hic de validi-
tate fideicõmiſſi; imò validitas præſupponitur: qñ
diſputatť pręſuppoſita validitate, ex quorũ ꝑſona va
leat, ſeu à qua ꝑſona debeať ipſum fideicõmiſſum,
Itaq; cũ præſupponiť validitas, neceſſario oportet
tex. intelligere, vt loquať eo caſu, quo fideicõmiſſum
valere

valere poteſt,& ꝙ præſupponatur validitas fideicõmiſſi, arguit Iaſ. ex vltima parte. l. verſi.& ideo, vbi tex.infert ex præcedentibus, in quo verſi. & ideo loquitur in caſu claro, in quo fideicommiſſum eſt validum, quando relinquitur poſt mortem patris, & ſic in diem incertum:ergo eodem modo intelligendum eſt fideicommiſſum in præcedentibus.

Sed conſidera contra Cuma. Soci. & Iaſ. ꝙ imò in hac.l.in prín. diſputatur de validitate fideicommiſſi, an poſſit fideicõmitti patri, vel domino, & ſic prima diſputatio huius.§. conſiſtit ſuper ipſa validitate: & ſimpliciter, ac generaliter reſpondetur valere fideicommiſſum purum, & conditionale. Nam ſi dicitur primo loco fideicommiſſum valere, ergo præſupponitur, ꝙ eſſet dubium de validitate, quia lex debet fieri de dubitabili.l.quod labeo.ff. de carbo. ędic. Præterea Cuma. Soci.& Iaſ. dicunt, ꝙ iſta lex loquitur præſuppoſitum autem dicitur, quod tacitè intelligitur. Sed hic exprimitur validitas, ergo dici non poteſt, ꝙ illa præſupponatur: quia expreſſum facit ceſſare tacitum. l.cum ex filio. §. 1. ſuprà de vulga. Præterea arguitur Iaſ. in hoc contrarietatis. Nam ſi de validitate fideicommiſſi nulla erat quæſtio in hac lege, quare tantopere laborauit Iaſ. circa rõnes dubitandi in prima parte ipſius l. vt ſuprà vidimus in poſitione caſus.

Secundò conſidera contra Iaſ. ponderantem vltimam partem huius legis pro defenſione huius ſolutionis, ꝙ poteſt tex. retorqueri: nam ſi in fine loquitur tex. de fideicommiſſo conditionali, ergo arguitur, ꝙ in præcedentibus non fuit locutus de fideicommiſſo conditionali, ſed potius puro. Tamen ſuſtinendo Iaſon. dici poteſt, ꝙ tex. in fi. venit illatiuè ex præceden
49 tibus ponendo † exemplum, quod regulam declarat in quibus terminis loquatur. l. regula. §. fi. ff de iuris, & facti ignor. l. damni infecti ſtipulatio. ff. de dam. infect. l. 1. §. quod dicitur. ff de vi, & vi arm. l. actionũ. §. 1. ff. de actio. & oblig. Exemplum enim declarat regulam, vt procedat in exemplis ſimilibus, & habentibus eandem rationem: vt habetur in l. vt reſpõſum. vt habetur in l. vt reſponſum. C. de tranſactio. & no. in c. ſedes de reſcrip.
50 Sed aduerte † quia Soci. ſequendo iſtum intellectum Cuma. videtur ſibi contrariari, quia tenendo, ꝙ ſit neceſſe intelligere tex. in fideicommiſſo conditionali, aut in diem, ſequendo in hoc ſecundam lectu. glo. vult glo. in hoc ſecundo intellectu, ꝙ aliter non valeat fideicommiſſum, niſi ſit in diem, aut ſub conditione: & tamen infrà ſequitur Soci. quartum intellectum gl. Bar. & communem, ꝙ imò valeat purè relictum: quia intelligitur tacita conditio quum erunt ſui iuris.

Secunda contrarietas Soci. nam Soci. dum viſus eſt tueri partes glo. & protegere ſecundam eius lecturam, illam potius refellit, & frangit, quia glo. vult quatenus attinet ad hanc ſecundam lectu. ꝙ in caſu huius legis fideicommiſſum non valeat, niſi ſit in diem, aut ſub conditione. Soci. autem reſpondendo ad argum. Beſutij factum contra hanc ſecundam lectu. dicit, neceſſe eſſe intelligere hanc legem in filio, id eſt quando relinquitur fideicommiſſum filio, in omnibus valere poteſt, inter quos caſus refertur, & numeratur caſus glo. quando relinquitur in diem, aut ſub conditione expreſsè, vel tacitè, & ſic loquendo de conditione tacita, clarè amplectitur quartam lect. gl. ꝙ valeat fideicommiſſum purum quoad verba: quia tacitè intelligitur conditio, quum erit filius ſui iuris: ergo contra hanc ſecundam lectu. glo.

Neq; poteſt procedere ſaluatio Soci. iunioris hic in tertia parte. colum. 2. in fi. dum quærit patruum liberare à vitio contrarietatis: ꝙ Soci. ſenior dum probat, aut ſequitũr ſecundam hanc lecturam glo. id agat, tenendo ꝙ quartus intellectus gl. non ſit verus: non tamen, ꝙ Soci. ita teneat. Nam talis ſeruatio à contrarietate apertè repugnat verbis, & menti Soci. in defenſione huius ſecũdæ lecturę, vbi expreſsè vult ſuſtineri fideicommiſſum ex conditione tacita.
51 Cõtrà iſtam ſecundam † lecturam opponit Beſu. relatus hic per Soci. ꝙ iſte text. nullo modo intelligi poſſit in fideicommiſſo conditionali: quia loquitur de fideicõmiſſo relicto extraneo, & filio pariter: ſeu parificat iſta duo fideicommiſſum relictum filio, & extraneo. Sed in extraneo valet fideicommiſſum relictum purè, ergo, &c. idem quando relinquitur filio, vt æqualis fiat determinatio. Sed ad iſtud reſpondet Soci. ꝙ licet in extraneo valeat purè relictum, tamen in filio valere non poteſt, niſi ſubintelligatur conditio tacita, quum filius erit ſui iuris. Et ſic impoſſibile
52 eſt æqualem in vtroq; determinationem fieri, † & licet Soci. non dicat, iſtam declarationem ad reg. d. l. iam hoc iure, vt nõ procedat, quando in vtroq; caſu determinatio æqualis fieri non poteſt: voluit Bar. in l. gallus. in princi. verſi. ſed opponitur, ꝙ imò prouiſio Galli. ſuprà de lib. & poſthu. Deci. l. in teſtamento. colum. 5. verſi. tertio regula procedit. C. de teſta. mili. Curti. iunior in conſi. 62. colum. 2. poſt med. verſic. ad regulam. Itaq; quatenus attinet ad argum. Beſutij, iſta ſecunda lectura glo. videtur procedere, ſed ex alijs non admittitur iſta lectu. primò quia diuinat, ſecundò quia nimium reſtringit hanc legem, vt non procedat in fideicommiſſo purè relicto, neq; vt dixi, defenditur per Soci. Imò potius oppugnatur, quia Soci. vult procedere hanc legem in fideicõmiſſo puro quoad verba: quia intelligitur conditio tacita, & tamen glo. in hac lectura vult fideicommiſſum purè relictum nullum omnino fieri

Tertia ſolutio, aut tertia lectura glo. eſt ꝙ fideicõmiſſum hic valeat, nec reacquiratur patri: quia pater repudiauit hæreditatem commodum, & interim, id eſt donec pater viuit, & efficiatur filius ſui iuris, dabitur curator bonis, per quem bona gubernari poſſint ad cõmodum filij agendo, & defendẽdo, quando filius eſt minor, qui agere, & defendere non poſſet ſine authoritate curatoris. l. fi. § ſin autem patre recuſante. C. de bonis quæ lib. nec mirum videri hoc debet, ꝙ filius percipiat commodum bonorum viuẽte patre. Nam idem eſt, quando pater diſſipat bona l. imperator. infrà ad trebell. Secundum quam lectu. ſi bene conſideras, etiam intelligitur conditio tacita, ſcilicet ſi pater recuſet hæreditatem: nam tunc demum valebit fideicommiſſum: quaſi talis conditio æquipolleat conditioni exiſtentię ſui iuris quoad effectum acquirendi filio. Proinde ratio diuinationis, per quam oppugnatur lectura præcedens, æquè videtur vrgere contra hanc lecturam.
53 Iſtam tertiam lect. gl. reprobat Bar. & Doct. † quia vbi pater repudiat hæreditatem, fideicõmiſſum non tenet, cum remaneant bona apud filium tanquam hęredem ipſo iure ſine alia reſtitutione fideicõmiſſi. l. ſeruum filij. §. 1. infrà eo. vbi quando legatarius repudiat, perinde eſt, ac ſi nunquam legatum fuiſſet, ſed fingitur res ſẽper fuiſſe hæredis. Ideò remanet apud hæredem titulo inſtitutionis: veluti quando pater prę moritur teſtatori: vt ſuprà nu. 10. Itaq; cum repudiet pater commodum à lege delatum, ſemper fingitur fuiſſe hæreditas apud filium: & ſic filius bona omnia habet iure inſtitutionis, non fideicommiſſi. Ad idem tex in l. ſi hæres inſtitutus. in princ. infrà ad trebel. vbi quando fideicommiſſarius grauatur, vt reſtituat hæredi, non eſt neceſſaria reſtitutio: quia ſine ea ſufficiũt hæredi actiones directę. Itaq; ſi hæres habet bona iure directo inſtitutionis, quando bona alij relicta ad ad eum reuertuntur, à fortiori quando bona nunquã receſſerint ab eo. & de intellectu. d. l. ſi hæres inſtitutus, latius infrà videbimus.

Sed Imola defendit hanc ſolutionem glo. ab im-
pugnatione Bar. quia argumentum Bar. procederet,
quando pater repudiaret hæreditatem antequã adea
tur iuſſu eius. Sed glo. præſupponit, ꝙ hereditas fue-
rit adita iuſſu patris, quo caſu fuit ei quæſita: & ſi pa-
ter repudiat, non poteſt remanere apud filium iure
directo, ſed fideicommiſſi tantum: quia iura directa
auelli non poſſunt à perſona patris, & quando filius
adiuit iuſſu patris, fideicommiſſum neceſſariò ſumit
robur ex perſona patris ꝓpter eius iuſſum, ſine quo
hæreditas adiri non poterat, nec fideicommiſſum
valere.

Sed Soci. hic reprobat ſaluationem Imolæ pluri-
bus medijs. Primo quia iſta lex loquitur in filio, & ſer
uo, & in vtroq; pariter determinat, ſed in ſeruo pro-
54 cedere non poteſt ſaluatio Imolæ: † quia ſi domi-
nus iuſſit ſeruum adire neceſſariò acquiritur domi-
no propter incapacitatem ſerui, nec releuat proteſta
tio domini, ꝙ non intendit ſibi acquiri, quia eſt con-
traria facto, allegat Ang. poſt Innoc. in l. iuriſgentiũ.
55 §. quod ſere. ff. de pactis. vbi quando † actus non eſt
volubilis niſi ad vnum ſenſum, non releuat proteſta
tio contraria facto. Sed vltra Soci. pro hoc videtur
tex. in l. cũ in plures §. locator horrei. ff. loca. c. cũ. m.
de conſti. c. ſollicitudinem. de appella. nam factum
ipſum, iubendo ſeruo, vt adeat, repugnat proteſtatio
ni; quia per tale factum neceſſario ſibi vult acquiri.
Ex alio vltr. Soci. non releuat iſta proteſtatio, quia
56 † in his, quæ dependent ex diſpoſitione, aut neceſſita
te legis, proteſtatio non releuat. l. alimenta. vbi gloſ.
& Doct. C. de nego. geſt. Bart. & Angel. in l. nelen-
nius. in primo nota. ff. de nego. geſt. Capta in conſil.
161. colu. fi. poſt med. Iaſ. in § fuerat. nu. 106. inſti.
de actio.

57 Secundò mouetur † Socin. contrà ſaluationem
Imolę, quia filius, & ſeruus acquirunt patri, & domi-
no, etiam inuitis. lege etiam inuitis. ff. de acquirendo
rerum dominio ergo nõ eſt in poteſtate eorum pro
teſtari, & facere, quominus eis acquiratur. Sed aduer
te: quia dicta lex, etiam inuitis Solum loquitur in ſer
uis, vt acquirant dominis inuitis. In filio autẽ aliud
videtur, vt per Paul. de Caſt. in l. placet in fi. ſuprà de
acquir. hæred. Aret. tamen hic, colum. 3. idem vult,
quod Soci.

Tertio contrà ſaluationem Imolæ arguit Socin.
quia ſecundum Imol. fideicommiſſum ſumeret vi-
res ex perſona patris ex poſt facto, id eſt per eius re-
cuſationem; cum ante repudiationem ſit nullũ. Sed
fideicommiſſum nullum ab initio, confirmari non
poteſt ex repudiatione ſuperuenienti propter regulã
Catonianam. Sed ad iſtud fundamentum reſpondet
Aretin. ꝙ in tali fideicommiſſo intelligitur conditio
tacita, ſi pater repudiauerit, in relictis autem condi-
58 tionalibus, nõ obſtat regula Catoniana. Ex qua † ſo-
lutione Areti. Soci. infert ad vnum no. ꝙ fideicom-
miſſum ſicut non dicitur captatorium quando con-
fertur in voluntatem alterius velatam. l. nonnunquã
infrà de condi. & demon. Ita quando confertur in
tacitam voluntatem alterius. Nã vbi relinquitur fidei
commiſſum filio, ſi pater repudiauerit hæreditatem,
tacitè remittitur res voluntati patris. In qua recon-
ſidera Soci. ponere diſcrimen inter voluntatem vela
tam, & tacitam, quæ differentia verbalis videtur po-
tiuſquam realis.

Iſtam tamen ſolutionem Areti. reprobat Soc. quia
lege non probatur, ꝙ vbi relinquitur fideicommiſſũ
filio, intelligatur tacita conditio, ſi pater repudiaue-
rit. Sed dici poſſet defendendo Solu. Areti. ꝙ qua ra
tione intelligitur in fideicõmiſſo puro conditio, quũ
erit ſi ius ſui iuris, vt infrà in quarta lectu. gl. Ita poſ-
ſit intelligi conditio, ſi pater repudiauerit.

Vltra Bar. & alios contra iſtam tertiam lectu. glo
arguitur: nam glo. comprobat hanc lectu. per argu.
à ſimili, adducendo. l. imperator. infrà ad treb. vbi ex
cauſa reſtituitur fideicommiſſum filio patre viuen-
te; ſed in hac lege videtur etiam conſtare cauſa, ne fi-
deicommiſſum pereat. Sed iſtud argu. glo. videtur à
diſſimili: quia in d. l. imperator. fideicommiſſum erat
validum: & agebatur de eo conſeruando in hac le-
ge autem agitur de validando fideicommiſſum ab
59 initio; † ſed facilius quid conſeruatur, de nouo. l. pa
tre furioſo. de his qui ſunt ſui, vel alie. iuris. l. arbori-
bus. §. quid tamen. ff. de vſufr. l. qui fundum. ff. quẽad.
ſerui. amit. cum ſimil.

Secundò iſta tertia lectu. laborat eodem morbo,
quo ſecunda, quia diuinatiua, & conditionale propo
nitur fideicommiſſum, vt ſuprà eſt dictum.

Tertio conſidera contrà iſtam tertiam lect. ꝙ vide
tur continere repugnantiam; nam grauamen impo
nitur patri præſuppoſito commodo, quod percipit;
& ſecundum hãc lectu. confertur grauamen in tem-
pus, quo commodum deſinit: & ſic in eum caſum, à
quo incipere non poteſt. l. Titio cum morietur. ff. de
vſufruc. l. pen. §. & ſi placeat. ff. de verb. oblig.
60 Ex dictis Bart. † in quarta lectu. glo. conſiderandi
ſunt quatuor caſus. Primus caſus eſt, quando filius in
ſtitutus grauatur reſtituere patri: ſeu quando à filio
inſtituto legatur patri: relictum non dicitur nullum
ab initio, ſed tẽpus expectatur aditionis. §. an ſeruo.
verſi. ex diuerſo. inſti. de lega. l. à filio, & l. quæſitum.
infrà eo. l. cum legato. in fi. infrà quan. dies lega. ced.
Non tamen iſto caſu cedit dies legati ab aditione hę
reditatis, imo ſtatim à morte teſtatoris. d. l. à filio. vbi
glo. & ſic dominium legati ſtatim tranſit ad patrem:
hæreditas autem apud neminem reperitur: vt per gl.
in d. § an ſeruo. verſi. ex diuerſo, in verſi. hæres in fi.
Et ſi dicatur, ſi legatum ſtatim cedit, quare nõ obſtat
regula Catoniana? Reſpondeo, ꝙ non obſtat. quia
licet teſtator ſtatim mortuus eſſet, tamen legatum
non fiebat nullum, ex quo pater ſtatim non fiebat hę
res: cum iuſſus eius eſſet neceſſarius. l. ſi quis mihi bo-
na. §. iuſſum. ſuprà, de acqui. hære. & amplius neceſſa
rium erat factum filij, vt adiret. quia inuitus adire nõ
cogitur. l. cum proponas, vbi glo. C. de hæredi. inſti.
& ſic mortuo teſtatore pater hæredis inſtituti non
reperitur hæres, & legatarius, creditor, & debitor, &
iſte primus caſus videtur ſine dubio.
61 Sed quia in hoc † primo caſu allegatur. d. l. cum le
gato. infrà quan. dies leg. ced, & rogatus fui à quodã
ſcholari noſtrate, vt dicerem rationem, quare in d. l.
cum legato, quando teſtator legat ſeruum ſuum ali-
cui, & amplius ipſi ſeruo legato quid legat, non cedit
legatum relictum ſeruo à morte teſtatoris, ſed de-
62 mum ab adita hæreditate. † Dico rationẽ eſſe, quia
ꝙ cedat legatum à morte teſtatoris, introductũ fuit
in fauorem legatarũ ratione trãſmiſſionis, ne pereat
legatum mortuo legatario ante aditam hæreditatẽ.
Ideo in legatis non tranſmiſſibilibus non cedit lega-
tum à morte, ſed ab adita hæreditate. l. 2. & 3. infrà
quan. dies leg. ced. & dixi in l. 1 nu. 153. verſi. quintus
effectus, & nu. 156. ſuprà eod. Similiter non cedit le-
gatum ratione alterius vtilitatis præter cauſam tranſ-
miſſionis: puta ratione fructuum, vel ꝙ per rem lega-
tam acquiratur legatario. l. ſi tibi homo. § cum ſer-
uus. Infra eo conſequenter ceſſat ceſſio à morte, quo-
63 ties ceſſat cauſa, aut fauor tranſmiſſionis. hoc † ita cõ
ſiderato dico, ꝙ in. d. l. cum legato. non cedit legatũ
relictum ſeruo à morte, quia ceſſat cauſa tranſmiſ-
ſionis, ex quo per ſeruum legatum ante aditam hære
ditatem non acquiritur legatario: & ſic legatarij non
intereſt, ꝙ cedat à morte, ex quo per ſeruum legatũ
omninò non acquirebatur ipſi legatario ante aditã
hæreditatem.
64 Secundus caſus conſideratur † in dictis Bar. circà
hanc

hanc quartam licet, ꝙ vbi pater inſtituitur hæres, & ab eo relinquitur filio purè, non adiectis verbis habẽtibus dilationem in futurum, relictum ſit nullum obſtante regu. Cato.d.§. an ſeruo,inſt.de leg.d.l.à filio, & l.quæſitum. infra eo. & d. l.cum legato. in fi. infrà quan.dies leg. ced.

Et ſi dicatur, regula Catoniana quare magis obſtat in hoc ſecundo caſu, quam in primo? reſpondetur, ꝙ vbi pater inſtituitur, mortuo teſtatore poteſt ſtatim hæres fieri nuda voluntate citrà aliud ſactum hominis:ob id poteſt legatum ſtatim fieri nullum. Secus in primo caſu, in quo requiritur duplex ſactum hominis antequam fieri poſſit legatum nullum, ideſt iuſſus patrius,& aditio filij.

Ex quo caſu infertur ad declarationem regulę Catonianæ,vt obſtet non ſolum quando mortuo teſtatore legatum ſtatim eſſet nullum, ſed etiam quando nullum ſtatim fieri poſſet citra aliud factũ hominis, ſeu citrà aliud factum alterius. Infertur etiam ex hoc ſecundo caſu, aut ex dictis Bar. circà hunc ſecundum caſum,ꝙ tex. in d.§.an ſeruo.procedit, etiam quãdo à patre hærede inſtituto relinquitur filio.

Sed aduertendum circa hunc ſecundum caſum: quia Iaſ.hic col.14.nu.68. dicit,ꝙ tria iura allegata p Bart. nihil probant: videlicet tex. in d. l. à filio, & in d. l. quæſitum. infra eod. & in d. l. cum legato. infra quan. dies leg. ced.quia ſolum dicunt, ꝙ à filio hærede poteſt legari patri; non etiam loquuntur,quando à patre legatur filio. Sed reſponde,ꝙ Bar.allegauit illa iura non ad identitatem facti,ſed iuris:quia vtroq; caſu idem eſt ius;nam ſiue legatur à patre hærede filio,ſiue à filio hærede patri,non intelligitur tacita cõditio exiſtentiæ ſui iuris,quia ſi intelligeretur,quando legatur à filio hærede patri, & tẽpore aditionis filius reperitur in poteſtate, legatum nõ fieret nullum: ſed tempus expectaretur exiſtentiæ ſui iuris, & hoc modo voluit allegare Bar. dicta iura. Vna tamen eſt differentia,an legatur à patre hærede filio,an à filio hærede patri:quia primo caſu obſtat regula Catoniana. Secundò caſu non. rationem diuerſitatis dixi ſupra, quam ponit text. in d. §. an ſeruo, verſi. ex diuerſo.

65 Sed contrà iſtũ ſecundum † caſum adducitur tex. in l. cogi.§. ſi pater. infra ad treb. vt hic per Iaſ. colu. 14.num. 68. vbi reſpondit, ſed Imol.hic fuit in noua opi.ꝙ d.§. ſi pater.procedat in filio tantum: & ꝙ vbi à patre inſtituto relinquitur filio, intelligatur tacita conditio,quum erit ſui iuris:licet ſecus in ſeruo:quia in filio credibilius, & certius ſit, effectum eum ſui iuris iri,quam in ſeruo:refert Bauer.hic num.33.qui reprobat,& reſpondet ad d. §.ſi pater. prout reſpondet Iaſ. ꝙ ibi non diſputatur de validitate legati,aut fideicommiſſi:ſed illa præſupponitur pro conſtanti,& ſic valide relictum fuerit.

Sed aduerte:quia intellectum Imolæ,aut eius opi. ꝙ vbi pater inſtitutus grauatur erga filium, intelligatur tacita conditio,quum erit filius ſui iuris,tenuit Alber. poſt Oldra. in d.l. à filio. col. 1. in fi.infrà eo. vbi aſſignat rationem diuerſitatis,quia exiſtentia ſui iuris in ſeruo eſt de contingentibus, ſed in filio eſt de neceſſarijs: cum neceſſe ſit filium effici ſui iuris per mortem patris.

66 Et pro iſto intellectu † videtur facere tex. in l. 1. §. ſi filio.infra ad trebel.vbi quando filius,aut ſeruus inſtituitur hæres,& rogatur reſtituere,tenetur dominus vel pater: & per talem reſtitutionem transferuntur actiones in fideicommiſſarium, quæ tranſlatio non fieret,niſi pater, aut dominus tenerentur, quod ampliat tex. procedere, etiam ſi pater, vel dominus rogati ſint proprio nomine;nam maius tunc videbatur dubium, quaſi ipſi grauati non potuiſſent tanquam non primo caſu reſtitutio ſit à patre,aut domino tanquam adminiſtratore, aut executore hæredis, & ſic nomine alieno. Sed in ſecundo caſu non poteſt fieri alieno nomine; cum hæres grauatus non ſit. proprio etiam nomine non videbatur teneri pater, vel dominus tanquam non honoratus.Sed contrarium dicitur:quia dicitur honoratus tacitè mediante filio, vel ſeruo inſtituto. Subiungit tex. idem eſſe, & ſi rogatus ſit pater reſtituere ipſi filio inſtituto, vt ſcilicet locus ſit ſenatuſcon. trebelliano, & transferantur actiones. Pondero illum tex. ꝙ licet in proximis caſibus locutus fuerit mixtim de filio,& ſeruo, tamen in iſto caſu tantum loquitur de filio,idq; non ſine cauſa:innuens ꝙ in filio valet fideicommiſſum, in ſeruo autem non: & tamen iſtud intelligi non poteſt, niſi quia in filio intelligitur cõditio tacita, quum erit ſui iuris,in ſeruo autem non; nam ſi loqueretur ille text. in conditione expreſſa,vel tacita], quod in vtroq; intelligatur, veriſimiliter idem dixiſſet in ſeruo, quod in filio, quemadmodum fecerat in duobus proximis caſibus,arg. l. vni.§. ſinautem ad deficientis.C. de cadu. tollen.

67 Tertius caſus eſt † quãdo à patre inſtituto relinquitur filio ſub conditione vel per verba habentia dilationẽ in futurum: & valet fideicommiſſum. l. fideicommiſſa.§.ſi filio.infrà,de lega.3.filiam.infrà,de au. & arg. leg. l. vbi pure. in prin. infrà,ad trebellia.Idem eſſet, quando dies relicti à patre filio cederet ab adita hæreditate:puta vſusfructus:quia in tali relicto ceſſat Catoniana. l. 3. infrà, de reg.cato.

68 Quartus caſus eſt difficilimus † omnium, quando grauatur pater reſtituere filio inſtituto, ſeu quando a patre relinquitur filio inſtituto purè, & ſine verbis dilatiuis in futurum:& iſto caſu valet fideicommiſſum ſecundum Bart. hic & doc. communiter. quia licet videatur fideicommiſſum purum à verbis,tamen effectũ eſt conditionale: & intelligitur collatum vel poſt mortem grauati,quando fideicommiſſarius eſt ſui iuris,vel in tempus exiſtentię ſui iuris, quando fideicommiſſarius eſt in aliena poteſtate, per d. l. vbi pure.cum gl.alias in d.l.epiſtolam §.fin.infrà, ad trebellia.& facit text.in d.l.filiam.infrà,de auro,&argento legato.

69 Prinſquam veniamus † ad excuſſionẽ huius quarti caſus, in quo maior ſtat difficultas, operęprecium eſt videre,quæ ſit ratio diuerſitas inter ſecundum, & quartum caſum, quare in ſecundo caſu quando pater inſtitutus grauatur erga filium, non intelligitur tacita conditio exiſtentiæ ſui iuris ad validitatem fideicommiſſi,aut relicti,ſecus in quarto caſu quãdo grauatur pater erga filium inſtitutum.Iaſ.hic,nu. 63. dicit,quod Bar. ſolum diuerſificat caſus non aſſignando aliquam rationem diuerſitatis. Ideo dat Iaſ.rationem diuerſitatis,quæ prius fuit Soci.hic col.9.verſi.ad ſecundum reſpondetur. quem Iaſ. conticet. ꝙ vbi grauatur pater erga filium inſtitutum, magis enixe apparet de voluntate teſtatoris,ꝙ omnino voluit filium habere propter geminationem,aut duplicationem voluntatis primò inſtituendo filium, ſecundò eidem relinquendo titulo fideicommiſſi. arg. l. baliſta.infra, ad trebel. & l. cum ſcimus. C.de agricol. & cenſi. li. 11. vbi Bartol. cum ſimil. quæ ratio ceſſat, quando honoratur filius titulo fideicommiſſi tantũ.

Hanc rationem diuerſitatus impugnat Soci.iunior hic ſuper glo.2.nu.17.duplici argumẽto: primò quia ſequeretur,ꝙ in caſu.d.§.an ſeruo.inſti.de leg. ſi teſtator ſepius reiteraret legatum, illud valeret: quia propter geminationem,aut reiterationem legati, intelligeretur tacita conditio exiſtentię ſui iuris: & tamen iſtud eſt falſum,& contra generalitatem illius tex. Secundò contra hanc rationem geminationis põderat eſſe tex. in d.l.filiam.infrà de auro,& arg.lega.vbi filia erat honorata titulo inſtitutionis,& fideicommiſſi,& tamen ad validitatem fideicommiſſi non ſe fundat

tex.ſuper tali geminatione, ſed quia relictum erat fi-
deicommiſſum per verbum reſeruentur,habens dila-
tionem in futurum : quo ceſſante, ceſſaret diſpoſitio
illius legis.

Sed ad primum arg. Soci. iunioris parata eſt ſolu-
tio,quod Soci.iunior conſiderat geminationem ver-
borum quando idem relictum eodem modo repete
retur. nos autem loquimur in geminatione actuum,
quando honoratur quis duplici, & diuerſo modo.

70 † Conſtat autem efficacius agere geminationem
actuum, quam verborum,vt per Ripam in rub.ff.de
ver.obli.verba enim ſępè geminatur ad maiorem ex
praſſionem: & dicitur inculcatio verborum.glo.,in l.
certi conditio.in prin.in a.glo.magna.& in l.licta.cir-
ca prin.ff.ſi cer. pet.dixi in conſi. 70. in fin.

71 Ad ſecundum † arg. reſpondetur, quod tenendo
quartum intellectũ glo. Barto. & cõmuniter docto.
text.in d.l.filiam.procederet etiam ſine illo verbo re-
ſeruentur,dilatiuo in futurum. Vel aliter dici poteſt,
quod licet text. ponderet verbum illud reſeruentur,
non ſequitur, ergo excluſa cenſetur ratio geminatę
72 voluntatis teſtatricis † Quia vnius incluſio, non eſt
excluſio alterius,qñ in altero eſt eadẽ rõ.c.2. requiris.
vbi Dec.in 2. not.de appel. Sed vbi eſt volũtas gemi-
nata illa nõ minus videtur efficax ad intelligendũ ta-
citam conditionem exiſtentię ſui iuris,atq; vbi datur
verbum dilatiuum. & cum geminatio voluntatis ſit
ęquè potens ad arguendum voluntatem teſtatoris,
quod voluerit intelligere conditionem tacitam at-
que verbum dilatiuum, incluſio, aut expraſſio vnius
non dicitur excluſio alterius l. mulier in prin. infrà,
ad trebel.l.3.C.de inſt. & ſubſt.vbi incluſio mortis pa
tris non excludit caſum emancipationis, in quo ſit ea
73 dem ratio. † Præterea quando ad aliquam diſpoſi-
tionem concurunt duæ rationes,vna ſublata,nõ tol-
litur altera quominus ſuſtineatur diſpoſitio ex alte-
ra ratione.l.liberorum.§.notatur ff.de infami.l ſi non
lex Elia Sentia. ſupra, de hæredi. inſtitu. §. affinitatis.
inſtitut. de nuptijs. Si vna ſublata non tollitur altera,
multo minus vna expreſſa, altera cenſetur reiecta.

74 Aliter etiam reſpondeo ad arg.Soci.iunioris.†Nã
incluſio vnius non dicitur excluſio alterius, quando
inducta ad vnum effectum operaretur contrarium
effectum.Iaſ. in conſi. 202. in fine.libro.2.Sed illa ra-
tio verbi, reſeruentur,conſideratur ad validitatem fi-
deicommiſſi:ergo non debet cenſeri excluſa ratio ge
minatę voluntatis,per quam excluſionem inducere-
tur nullitas fideicommiſſi ceſſante verbo dilatiuo.

75 Sed vltra Socin.ſeniorem † & Iaſ.conſidero,quod
ratio alia diuerſitatis inter ſecundum, &quartum ca-
ſum facilior,& efficatior reddi poteſt.Nã vbi grauа-
tur pater reſtituere filio inſtituto,neceſſariò, & oĩnò
videtur intelligenda conditio tacita exiſtentię ſui iu-
ris. Quia niſi cogitaſſet teſtator relilinquere in tem-
pus ſui iuris per fidecommiſſum, fruſtrà fideicõmiſ-
ſum reliquiſſet. nam ſi ſtatim intendiſſet relinquere,
non opus fideicommiſſo erat,vtpote ſufficiente titu
lo inſtitutionis pleniore, & honeſtiore. Igitur relin-
quendo per fideicommiſſum vltra inſtitutionem, di-
cendum eſt cogitaſſe teſtatorem,quod fideicommiſ-
ſum plenius, & pinguius prouiderat caſu quo inſti-
tutio : nam prodeſſet filio. Sic ne fideicommiſ-
ſum reddatur inutile,ſed illud relictum dicatur ad ali
quem effectum, dicendum eſt relictum illud eſſe in
tempus exiſtentię ſui iuris. Itaque inſtituit teſtator fi-
lium,vt filius ſtatim haberet,ſi fieri poſſet, quia tem-
pore aditionis capax eſſet nõ obſtante regula Cato-
niana, quæ non procedit in inſtitutione cedente ab
adita hæreditate.l.3.infrà,de reg.Cato. Reliquit autẽ
per fideicommiſſum,vt ſi tempore aditionis non ca-
pere filius poſſet ob patriam poteſtatem, ſaltem ca-
peret alio tempore factus ſui iuris. Iſta ratio ceſſat
quando non inſtituitur filius, ſed pater, & grauatur
pater erga filium:quia dicit ibi non poteſt,quod vo-
luerit teſtator relinquere in tempus ſui iuris: cum po
76 terit cogitaſſe, quod ſtatim præſtaretur. & † in du-
bio præſumitur diſpoſitio pura.l.1.infrà, de condi. &
demon. §. omnis. inſtitut. de verbo. obligatio.

77 Sed contrà præmiſſam rationem † diuerſitatis vi-
detur facere text. in l. epiſtolam. §. fi.infrà, ad trebel.
vbi ſubauditur tacita conditio poſt mortem matris
grauatę,quæ ſemel tantum honorata eſt titulo fidei-
commiſſi, Sed conſidera, quod ratio illius tex. vide-
tur pendere à ratione ſupra per me conſiderata. Nã
ſi teſtatrix voluiſſet fideicommiſſum ſtatim reſtitui
non grauaſſet nepotem reſtituere, ſed ſatis erat nepo-
ti titulus inſtitutionis abſque circuitu illo inutili, qui
vitandus eſt l.dominus teſtamento.ff.de condi. inde-
bi. Ideo nõ intelligitur tacita conditio ea ratione ſo-
la ne fideicommiſſum fiat inutile in perſona matris
grauatę;ſed quia nepos, cui erat reſtituendum, prius
erat inſtitutus,q̃ inſtitutio ſufficiebat ipſi nepoti, nec
opus erat fideicommiſſo ſi voluiſſet teſtatrix nepotẽ
ſtatim habere.

Secundò conſidero, quod in dicta. l. epiſtolam. §.
fina.ideo ſubauditur tacita cõditio,quia teſtatrix mã-
dauit nepoti,vt hæreditatem reſtitueret matri ſuæ re
tenta quarta parte,& ſic expreſsè declarauit teſtatrix
quãtum vellet nepotẽ ſtatim habere, videlicet partẽ
quartam tantum:ergo reliqua bona noluit nepotem
ſtatim habere:quia vnius incluſio, cęterorum eſt ex-
cluſio.l.cum prætor.ff.de iudi.l.maritus. C. de procu-
rato. cum ſimil.

Viſa ratione diuerſitatis inter iſtos caſus ſecundũ,
&quartum.Videndum eſt nunquid concluſio huius
78 quarti caſus iure probetur. † Iaſ.hic col. 12. poſt nu.
62.dicit quod Bar. malè allegauit. d. l. vbi pure.poſt
glo.in hoc quarto intellectu. quia ibi ſunt verba ha-
bentia dilationem in futurum.ſed ante Iaſ.iſtud con-
ſiderauerat Pau.de.Ca. hic col.4 nu.15.Sed vltra Pau.
de Ca.& Iaſ.retorqueo illum tex.dupliciter conſide-
rando: & primo ille tex. loquitur conditionaliter, ſi
adiectum ſit, rogo des filio tuo, faciaſq;, vt ad eum
79 perueniat † ergo ceſſante conditione. quia non ſunt
illa verba,ſine dubio ceſſabit diſpoſitio conditiona-
lis.l.ſi donaturus.in prin.ff.de condi.ob cau.l. hęc ven-
ditio.in prin. ff. de contra. emp. l.neceſſario.§. 1. ff de
pericu.& com.rei vendi.l.cedere diem.ff. de verborũ
ſignifica. cum ſimil.

80 Secundo † retorqueo illum text. nam allegatur ad
probationem huius quarti caſus: & tamen loquitur
ille tex.in terminis ſecundi caſus, quando relinquitur
filio à patre inſtituto vt ibi in glo. & ſic in terminis. d.
§.an ſeruo. inſti. de lega quo caſu ſine dubio vitiatur
legatum per regulam Catonianam ceſſantibus ver-
bis dilatiuis:ob id mirandum nõ eſt ſi tex.ille loqui-
tur conditionaliter,legatum ita demum valere, ſi ſint
verba illa habentia dilationem in futurum.

Sed aduertendum pro defenſione Bartoli, in con-
cluſione huius quarti caſus,ꝙ licet gl hic, in hac quar-
ta lectura allegauerit.d. l. vbi pure. Tamen Bar. non
ita ſimpliciter citauit illum text. Sed demum cum
glo.alias,tex.in d.l.epiſtolam. §. fi. cum gloſ. infra, ad
trebel.In qua re conſiderandum eſt, ꝙ Bart. ita alter-
natiuè allegando viſus eſt conciliaſſe obſcuritatem.
81 † namq; inducitur obſcuritas, & incertitudo ex alter-
natiua.l.vbi autem non apparet.§.qui illud ff. de ver.
obli.l.ſi ita.ff.de ſtipupl. ſer.l.prætor edixit.§.ꝙ autẽ.ff.
de iniur.l.tutor ita recte.ſupra.de teſta.tutela.c.in præ
ſentia. de proba.

Sed vltrà iſtam incertitudinem ex locutione Bar.
alternatiua altera apparet incertitudo. nam ſi voluit
allegare. d. l. vbi pure. cum glo. Gloſa ibi allegat. d.l.
epiſtolam.§.fi pro concordanti, & tamen glo. in d l.
epiſto-

epiſtolam. §. fi.allegat.d.l.vbi pure.pro contraria opponendo.

Dicendum eſt in hac incertitudine, ꝙ voluit Bar.
allegare tex.in d. l. epiſtolam.§ fi.cum glo.id eſt.cum
82 ſolutione quam glo. ibi dat ad d.l.vbi pure. † & dicit
glo.ꝙ in d.l.vbi pure.cenſetur dilatum fideicommiſſum in tempus ſui iuris. quia fideicommiſſarius erat
in poteſtate.Sed in d.l.epiſtolam. §.fi. cenſetur dilatũ
poſt mortem:quia fideicommiſſarius non erat in poteſtate:cum perſona grauata eſſet fęmina,& ꝙ voluerit Bart. allegare glo. in d.l.epiſtolam.§. fi. apparet ex
dictis Bar in hoc quarto caſu, dum dicit, ꝙ cenſetur
dilatum fideicommiſſum poſt mortem grauati ſi fideicommiſſarius non ſit in poteſtate. alias cenſetur
dilatum in tempus ſui iuris. Ex qua declaratione infertur,verum eſſe,ꝙ d. l. vbi purè malè allegatur per
glo.hic,ad probationem quartę lecturę:ſed non male
allegatur per Bar.quia Bar. ſe fundat ſuper tex.& glo.
in d.l.epiſtolam.§.fina.

83 Sed † tex.in d.l.epiſtolam.§. fi. non videtur probare concluſionem Bar.quia mater fideicommiſſaria
ibi capit ex iudicio teſtatoris expreſſo, nil mirum ſi cẽſetur grauata poſt mortem,ne fideicommiſſũ efficiatur inutile:ſed in hac lege pater capit ex prouiſione legis,& ex iudicio teſtatoris tacito:in quo tacito iudicio non videtur tanta affectio, quanta ad vocatũ expreſſè. Ideo ex diuerſis non infertur, vt hic per Paul.
de Caſt. & Alex.

Neq; obſtat reſponſio Soci.ad arg.Pau.& Alex.ꝙ
etiam pater vocetur ex iudicio teſtatoris licet tacito:quia tacita voluntas non eſt æquè potens,atq; ex-
84 preſſa.† Ideo inſtitutio hæredis per tacitam volũtatẽ
induci non poteſt,ſed expreſſa requiritur, l.iubemus.
C.de teſta.glo.in l.cum proponeretur.infrà,de lega 2.
Pau.de Ca.in cõſi. 28.in cauſa quæ vertitur inter Pe-
85 trum,col.2.circa prin.lib.2.† Similiter clauſula. quiſquis mihi hæres erit,non comprehendit niſi expreſſè
vocatos.l.qui liberis.§.hęc verba.& l.cum filio.ſupra,
86 de vulga.† Similiter videmus,ꝙ renunciatio expreſſa
dicitur fortior tacita.quia expreſſa prouenit ex mente indubitata,tacita autem ex coniecturis.ita Pau. de
Ca. in conſi.159. circa primum quæſitum dubitatio
87 videtur.col.1.in fi.lib.2.& ꝙ † expreſſum dicatur potentius tacito, apparet: quia expreſſum facit ceſſare
88 tacitum.l.cum ex filio §.1 ſupra, de vulga. Ideo † ius
accreſcendi ceſſat, vbi eſt ſubſtitutio expreſſa.l. fi. ſupra,de vulg.l.2.§.ſi duo.infrà,de bon.poſ.ſecun.tabu.
ratio,quia ius accreſcendi dicitur ſubſtitutio tacita.l.ſi
Titio,& Meuio § iulianus.infrà, de leg. 2. Itaq; argumentum Soci. fieri videtur ex diuerſis habentibus rationem diuerſam, & ſeparatam.& maximè non v. detur hic arguendum de volontate expreſſa ad tacitã:
quia tacita iſta voluntas videtur quodammodo coacta cum facere teſtator non poſſit, quominus relictum filio acquiratur patri ſecundum ius ſtorum.

89 Secũdo † reprobat Soci.impugnationem Paul.de
Ca & Alex. dum dicũt,ꝙ in d.l.epiſtolam §.fi.mater
erat vocata expreſſo iudicio teſtatoris, hic autem pater ex tacito.nam argumentum procederet, ſi ageretur de ſubaudiendo conditionem in fauorem patris
grauati, ſicut in d. §. fi.agitur de ſubaudiendo conditionem in fauorem matris grauatę. nam dici poteſt,
ꝙ non eſt tanta ratio ſubaudiendi in fauorem patris
vocati tacite,ſicut in fauorem matris vocatę expreſſè.
Sed non agitur hic de ſubaudiendo conditionem in
fauorem patris, ſed filij: nec conſideratur inutilitas
reſpectu patris,ſed filij:cui ſi fideicommiſſum ſtatim
debeatur,inutile illud fieret.Ideo ineptè vidẽtur Pau.
Alex.& ſequaces allegare iſtam rationem diuerſitatis
inter vocationem expreſſam, & tacitam. Imo ratio
Pau.de Ca. & Alex.poteſt retorqueri cõtra eos.nam
agitur hic de ſubaudiendo conditionem in fauorem
filij expreſſè vocati,& quidem bis, nam ſi ibi ſubauditio.in d.l.epiſtolam.in fi.quia mater expreſſe eſt vocata, ergo etiam hic infauorem filij expreſſe vocati.
90 † Ex hac declaratione, aut confutatione Paul. &
Alex.videtur inferri,ꝙ Bar.malè allegauit.d. l. epiſtolam.§.fi.qui tex.videtur retorqueri poſſe cõtra Bar.
nam ibi futurum erat in rem filij ꝙ fideicommiſſum
valeret purè, & tamen contra eum intelligitur tacita
conditio,vt debeatur poſt mortem.& ſic non intelligitur conditio in fauorem filij honorati, ſed in fauorem matris grauatę.& ſic ſubauditur in d.l.epiſtolam.
dilatio in tempus mortis contra filium cui erat reſtituendũ in fauorem matris grauatę. hic autem Bar.
vult ſubaudire in fauorem filij. Ideo ſecundum illum
tex.videretur dicendũ ꝙ potius conſulatur patri grauato in caſu huius legis, quam filio honorato. Sed
patri grauato viſum eſt, vt non intelligatur tacita
conditio.

Ad iſtud conſiderans Soc.dicit,ꝙ Bar. fortè voluit
arguere à ſimili, aut ab identitate rationis: ꝙ ſicut in
d.l.epiſtolam.§.fi.inutilitas fideicommiſſi in perſona
matris grauatę operatur illam tacitam conditionem,
vt illud valeat.ita hic inutilitas reſpectu filij idem operetur,vt intelligatur tacita conditio, quando alias fideicommiſſum eſſet inutile, & ſic præſuppoſitis terminis, de quibus hic, & ibi, id eſt ꝙ in hac lege fideicommiſſum eſſet nullũ, & in d.l. epiſtolam.§.fi. eſſet
inutile:cum eadem ſit ratio in vtroq; caſu ſubaudiendi conditionem, eadem erit iuris diſpoſitio. & ꝙ tex.
in d.l.epiſtolam.§ fi.probet concluſionem Bar. oſtendit Soci.duabus rationibus:prima,quia in d. §. fi.perſona cui vltimo loco reſtituendum erat fideicommiſſum,erat magis dilecta teſtanti,quia nepos teſtatricis: hic autem filius reſpectu teſtatoris erat extraneus: & ſi in caſu d. l. epiſtolam. differtur fideicommiſſum contra nepotem teſtantis ex filio, à fortiori
hic contra ſubſtitutum extraneum.

Sed iſta ratio Soci.malè conuenit: nam procederet ſi in hac lege fieret dilatio contra ipſum filium,
quia ſi fit contra nepotem ex filio, a fortiori contra
extraneum. Sed hic fit dilatio in fauorem filij extranei. Ideo melius concluderet ratio Socin. ꝙ ſi in d.
l. epiſtolam. Fit dilatio contra nepotem ex filio, vt
valeat fideicommiſſum in fauorem matris grauatę,
à fortiori intelligetur hic dilatio contra patrem longè minus dilectum, & grauatum tantum,non etiam
expreſſè vocatum.

Secunda ratio Soci. quare per tex. in d.§. fi.probetur concluſio Bar. hic,nam in d. l. epiſtolam, grauamen fuit ſimpliciter iniunctum: quo caſu purum videbatur ſecũdum verba: & vt purum valere poterat
& tamen licet,vt purum valere poſſet,conditio tacita intelligitur,ne fideicommiſſum fiat inutile, ſi ſtatim reſtituatur: quanto fortius intelligi debet conditio in hac lege,in qua vt purum valere fideicommiſ-
91 ſum non poterat; nam voluntas † teſtatoris referri
debet ad poſſibile, non ad impoſſibile: vt declarat
Bar.in l. ſi quis ſub conditione.ff. de condi. inſti.pro
quo addo tex. in l. quamquam.ff. de ritu nupti.in l.ſi
pater.ff. de his quæ in frau.cred. l. lucius.§. pen. ff. ad
municip.l.ſpem.C. quæ res pig. ob pol. c. 1ua de decimis. c. à nobis. vbi Abb. in tertio nota. de ſen. excom. Itaq; ſi in d.l. epiſtolam intelligitur tacita conditio,licet ſine ea fideicommiſſum valeret, & purè relinqui poſſet,à fortiori intelli debet,quando alias valere non poſſet,ne trahatur voluntas teſtatoris ad caſum impoſſibilem.

92 Sed iſta ſecunda † ratio Soci. non videtur concludere:quia propter validitatem legati, aut fideicommiſſi non intelligitur tacita conditio: vt patet in d.§.
an ſeruos. inſti. de lega. & ſi validitas actus haberetur
in conſideratione in hac materia ſubaudiendo conditionis,

ditionis, nunquam obſtaret regula Catoniana, quæ
non procedit in relictis conditionalibus.l.1.& 2.ff.de
reg. Catonia. & ita hanc ſecundam rationem Soci.
reprobant Bauer. & Soci. iunior hic.

93 Vltrà † Socin. poteſt conſiderari tertia ratio, per
quam text.in d. l.epiſtolam.§. fi. probet intentionē,
& inductionem Bar. nã ibi ſubauditur conditio, aut
dilatio in tempus mortis in fauorem mulieris graua
tę, quæ ſimplicem voluntatem teſtantis pro ſe habet
ideſt cauſam fideicommiſſi tantum: hic autem filius
inſtitutus habet duplicem voluntatem teſtatoris, id-
eſt cauſam inſtitutionis, & fideicommiſſi: ergo for-
tius ſubaudiri debet in eius fauorem.

Quarta ratio conſiderari poteſt: nam in d.l.epiſto-
lam, ſubauditur conditio in merum fauorem matris
grauatę: qua pendente filius eius, contra quem ſub-
auditur, nullum conſequitur cōmodum. Sed in hac
lege.pater, contra quem ſubauditur conditio, ea pen-
dente percipit vtilitatem totius fideicommiſſi: & ſic
cum minori patris diſpēdio ſubauditur hic cōditio.

Aliam reſponſionem ad l.epiſtolam.tradit Areti.
hic, colum.5. ꝙ ibi dilatio fideicommiſſi potius reſpi
cit fauorem nepotis, quam matris, quia primum fi-
deicommiſſum relictum nurui cēſetur relictum ad
vtilitatem ipſius nepotis, quaſi dubitaret teſtatrix de
mala adminiſtratione nepotis: ob id diſtulerit ſolu-
tionem fideicommiſſi: per id quod habetur in ſimi-
li in l. ſeius ſaturninus.infrà ad treb.

Sed iſtam reſponſionem Areti. impugnat Socin.
hic tribus medijs: primo quia diuinatiua: ſecūdò, quia
veriſimiliter fuiſſet expreſſa cauſa dilationis. tertiò,
quia teſtatrix ſaltem declaraſſet, ꝙ ceſſante cauſa di-
lationis, ceſſaret dilatio, ꝙ reſtitueretur fideicōmiſ-
ſum, quia ſi fauore nepotis poſita eſſet dilatio, etiam
ante iniunctum fuiſſet fideicommiſſum.

Aliam reſponſionem contra Bar. ad d.l. epiſtolã.
§. fi. tradit Beſu. ꝙ ibi differatur fideicōmiſſum pro-
pter verbum, facias peruenire, quod tractum habet
in futurum.l.vbi purè. in prin. eo. tit. ad treb. Quam
reſponſionem probat Soci. hic licet lectura Soci. in
hoc loco vitioſè, & imperfectè habeatur, quia proce
deret, vbi ſtatim fideicommiſſum valere non poteſt:
nam tunc expectatur tempus, quo poteſt peruenire
cum effectu. Sed in d. l. epiſtolam. poterat ſtatim ad
filium cum effectu peruenire. Ideo dici non poteſt,
ꝙ in d.l.epiſtolam. cenſeatur collatum in tēpus exi-
ſtentiæ ſui iuris eo, ꝙ ante peruenire non poterat, cū
eſſet filius ſui iuris. malè igitur cenſeretur collatus fi-
deicommiſſum poſt mortē grauatę, niſi ſubeſſet alia
ratio inualiditatis fideicommiſſi. Itaq; ꝙ fideicom-
miſſum cēſeatur delatum in caſu.d.l.epiſtolam. Illud
non eſt propter verbum, peruenire, ſed ratione inu-
tilitatis.

Sed iſtam reſponſionem Beſu. ſequitur Bauer. hic
colum.15. verſi. ſecundo adducit Bar. quia ſicut ver
bum, peruenerit, & peruenire, refertur ad filium, &
ad nurum, datur intelligi, ꝙ teſtator voluit vtrunq;
hæreditate potiri, & ſicut verbum, peruenire, reſpectu
filij intelligitur cum effectu, ita etiam reſpectu ma-
tris. Sed aduerte, quia argu. poteſt retorqueri. Nam
verbum, peruenerit, reſpectu filij intelligitur ſine effe-
ctu: quia ſtatim tenetur reſtituere, quod ad eum per-
uenit, & ſi dicatur, intelligitur cum effectu reſpectu fi-
lij quoad reſtitutionem faciendam per matrem: ad
illud dico, ꝙ imò non intelligitur cum pleno effectu,
ex quo mater non tenetur reſtituere niſi poſt mor-
tem, & maior effectus eſt in matre, cuius commodū
certum eſt in vita eius, quam in filio, qui matri præ-
mori poſſet, cōſequenter nihil perciperet in vita ſua:
neq; tranſmitteretur tanquam conditionale.

94 Aliam, † & quartam reſponſionem ad d.l.epiſto-
lam. in fi. tradit Bauer. hic colum.15. ꝙ ibi filius, cui
erat reſtituendum, nō erat inſtitutus: quia hoc in tex.
nihil dicitur: licet glo. ſubaudiat, & ipſe Bauer. figurat
caſum, prout iacet. Ideò cum filius non eſſet inſtitu-
tus, nihil habet commune cum iſta quæſtione. Sed
conſidera, ꝙ Bauer. non bene intellexit inductionem
Bart. quia Bart. non allegauit illum text. ꝙ inſtitutio
filij operetur illam dilationem, cum dilatio ſit dam-
noſa ipſi filio: ſed allegauit à paritate, aut maioritate
rationis, vt ſuprà eſt dictum, & eodem modo reſpō
detur ad intellectum Soci. iunioris ſuper gl.2. nu.11.
dum contendit filium ibi non fuiſſe inſtitutum. Rur-
ſus dico, ꝙ coniectura Soci. iunioris ad oſtendendū,
ꝙ filius non eſſet inſtitutus, non videtur procedere.
Nam arguit, ꝙ filius non eſſet inſtitutus, quia ſi inſti-
tutus fuiſſet, in grauamine fuiſſet dictum, ꝙ reſtitue-
ret matri ſuæ, non nurui. Sed teſtator ſæpius loqui-
tur habito reſpectu ad perſonã ipſius teſtatoris, non
95 hæredis: Imò † in dubio verba referuntur ad teſtato
rem.l.cum in teſtamento, vbi Bar. ff. de auro, & arg.
lega.l. ex facto.in prin. vbi Bar. & Imol. ff. ad trebel.
96 † Secundo dico, ꝙ vna cōiectura tollit aliam, & for-
tior debiliorem.l. pen. ff. de reſti. in integ. l. non ſo-
lum.ff. de ritu nup.l.cum de ætate.ff. de proba.c.trãſ-
miſſę.qui filij ſint legiti.c. literas. de præſumptio. mo
do cū ille filius grauatę eſſet nepos teſtatricis, & pro-
ximior patre eius præmortuo, vt apparet ex dictio-
ne, quondam, quæ mortem filij teſtatricis ſignificat.
c.cum contra.vbi Doct. de pignor. Bal. in conſi.407.
in quæſtione quæ vertitur inter ſcholam colu.2. in fi.
lib.1.in conſi. 166. a libello.colu. 1. circa med. lib. 4.
Imol. in conſi.110. in fi. dixi in conſi. 148. colum.3.
veriſimile eſt, ꝙ ipſe nepos fuerit inſtitutus conſide-
97 rata naturali affectione. † Nam vehemens præſum-
ptio naturalis tollit quamcunq; prę̨ſumptionē con-
trariam. l.eum qui probabilem, vbi Bal. C. de epiſ.&
cleri. Poſtremo conſidero contra Bauer. & Soci. iu-
niorem, ꝙ eorum argu. poteſt retorqueri. Nam ſi ne
pos non fuit inſtitutus, maior erat ratio, ꝙ fideicom-
miſſum non cēſeretur dilatum poſt mortem, ſed ſta-
tim eſſet reſtituendum, quia vt ſupra diximus, quãdo
filius eſt inſtitutus, dilatio fideicōmiſſi videtur neceſ-
ſaria: quia aliàs fideicommiſſo opus non erat, ſatis in
ſtitutione, & magis operante, vt heres ſtatim habeat.
quæ ratio ceſſat, vbi non datur inſtitutio.

98 Quintam † reſponſionem ad d. l. epiſtolam. in fi.
tradit Soci. iunior hic ſuper glo.2. nu.12. ꝙ illa lex lo
quitur in terminis multum diſparibus, namq; dile-
ctio ibi nocet perſonæ, de cuius dilectione agitur, &
cui reſtitui debebat: hic vero prodeſſet, & ſic ibi mi-
nus dilectus plus haberet, ideò ſecundum Soci. iunio
rem ille tex. poſſet retorqueri, vt quemadmodum ibi
non inducitur, quod prodeſt nepoti dilectiſſimo, vt
ſtatim fideicommiſſum debeatur, ita hic non induca
tur, quod prodeſſet filio, aut ſeruo extraneis, & mi-
nus dilectis à teſtatore, vt fideicōmiſſum differatur.
Sed iſtud fuit argumentum Soci. ſenioris hic colu. 8.
verſi. ſed iſta reſponſio. ex cuius dictis apparet retor-
queri ipſum argumentum contra Soc. iuniorem, qui
non aduertit ad mentem Bart. qui non conſidera-
uit diuerſitatem caſuum, ſed maioritatem ratio-
nis, nam ibi ſi in fauorem matris minus dilectę dif-
fertur fideicommiſſum poſt mortem eius, ne fiat
inutile, quantò magis differri illud debet in fauo-
rem filij, aut ſerui magis dilecti, ne illud pereat, &
ſic refertur telum in iaculantem.

Sed vltra alios non videtur probari concluſio Bar.
in hoc quarto caſu per d. l. epiſtolam. in fi. quatenus
attinet ad eius mentem conſideratam per Soci. vt ſu
prà, quia Bart. arguit de inutilitate ad nullitatem: ꝙ
argumentum non videtur bonū in hac materia per
tex.in d. §. an ſeruo. inſti. de lega. vbi vt valeat relictū
non ſubauditur conditio. Secundò in d.l. epiſtolam.

§.fi.agi-

§.fi. agitur de conſeruando fideicommiſſum validũ,
ne fiat inutile: hic autem, vt validitas de nouo induca
tur. Sed facilius quid conſeruatur, quam inducatur
de nouo.l.patre furioſo.ff. de his qui ſunt ſui, vel alie.
iuris.l. arboribus §. quid tamen. vbi Bal.ff. de vſufru.
l. ſed & ſi quid.§. pen. eo. tit. l. qui fundum. ff. quem
ſerui. amitta. cum ſimil.
99 Secundò conſidero, † ꝙ facilius quid extenditur
quam de nouo fiat.l. 1. & 2. cum ibi no. ff. de iudi.l.
priuatorum.C. de iuriſd. om.iud.l.ſi donare.§. ſi ſpõ
ſus.ff.de dona.inter vir. & vxor.l.ſed ſi manente.ff.de
præcar. Ideò in d.l.epiſtolam in fi. non eſt mirum, ſi
fideicommiſſum validum ab initio extenditur, & dif
fertur in tempus mortis. Secus vbi agitur, vt induca-
tur validitas de nouo.
100 † Sed ad iſtud argumentum poſſet reſponderi, ꝙ
nullum, & inutile æquiparantur.l.1.§. pen. ff. ꝙ cuiuſ.
vni.nomi.l.quoties.ff.qui ſatiſd.cog.l.eleganter.§.qui
reprobos.ff.de pign. actio.l.Paulus.ff. de ver. ſigni.l.
gallus.§. ille caſus, ſuprà de liber.& poſthu. vbi inuti-
liter inſtitutus habetur pro præterito. c. extirpandæ
de præben. Oldrad. in conſi. 274. in cauſa quæ ver-
titur ſuper diœceſano.in fi. Signorol. in conſi.28.co-
lum. 2. circa princip. verſi. ſecundo, tertiò & quartò
caſu, & ſimilia congerit Iaſ. in l. mandatam.ff.de of-
fi.eius in l. more.colum.12.ff. de iuriſ. om.iud. actus
enim nullis actus non dicitur: vt per Iaſ. in l.1.§. ſed
& ſi mihi. in tertio nota.ff. de verb. obl.niſi dicas iſtã
æquiparationem non procedere in hac materia pro-
pter regulam Catonianam, & ſic diuerſa videtur ra-
tio inter nullitatem, & inutilitatem: quia nullitas con
ualeſcere non poteſt propter impedimentum regu-
læ Catonianæ.quæ non obſtat in legato valido, licet
inutile fieri poſſit.
101 Ex pręmiſſis † apparet inductiones, & rationes So
ci. non concludere ad probationẽ concluſionis Bar.
circà tex. in d. l. epiſtolam.§. fi. ſed vltra Soci. puto,
ꝙ ille tex. optimè probet, aliter conſiderando, & in-
ducendo atq; Soci. facit. Nam in d.§. fin. neceſſaria
videtur ſubauditio tacitę conditionis, aut dilationis
poſt mortem grauatę, quia ſi intendiſſet teſtatrix ne-
poti ſtatim reſtitui, non reliquiſſet fideicommiſ-
ſum nepoti inſtituto. Nam ſatis erat nepoti titulo
inſtitutionis, & ipſo pleniori, & honeſtiori, quia per
inſtitutionem capiuntur bona propria autoritate, &
facit.tex. in l. ſi hæres inſtitutus in princ. infrà, ad tre-
bell. Itaq; grauando nepotem inſtitutum non ob-
ſcurè argui videtur voluntas teſtantis, ꝙ nollet bona
ſtatim apud eum remanere, quod ſi voluiſſet, circui-
tus ille fideicommiſſi inutilis omninò reddebatur.
102 † Sed non eſt veriſimile voluiſſe diſponentem vti
circuitu inutili.l.dominus teſtamento.ff.de condi.in-
debi. Ex quibus apparet eandem eſſe rationem huius
legis, & d. l. epiſtolam. §. fi. licet caſus videantur di-
uerſi.
Secundò pro hac concluſione huius quarti caſus
circà hanc quartam lecturam, ꝙ in hac l. intelligatur
103 tacita conditio, † adducit Bar. tex. in l. filiam. ff.de
auro, & argen. lega. qui text. non probat. imo retor-
queri poteſt contrà Bart. quia text. ſe fundat ſuper
verbo, reſeruentur, quod habet dilationem in futu-
rum: ergo ceſſante illo verbo, aliud eſſet ſecundum
Bar. ibi, & ita reſpondet Alex. hic coln.3, nu. 12. Iaſ.
coln.13. verſ. ſimiliter tex. in d. l. filiam, & ita d. l. fi-
liam, adducit Soci. hic arguendo contra Bar. in ratio
ne decidendi col.8. in fi. verſic. ſed adhuc opi. Bart.
Sed reſpondet Soci. ꝙ licet in d.l. filiam. colligatur
ex verbis teſtatoris, ꝙ voluit differri fideicommiſſũ
in tempus exiſtentiæ ſui iuris, tamen non negat, quin
etiam cenſeatur dilatum ceſſantibus illis verbis. Ideò
poſſumus dicere ſecundum Soci. quod in dubio idẽ
dicendum ſit per d. l. epiſtolam in fi. ſed iſta reſpon-
104 ſio Soci. non ſatisfacit, quia † validum eſt argumẽ-
tum à ceſſante ratione legis.l.adigere. §. quamuis. ff.
de iure patro. Ideo cum fundetur d.l.filiam ſuper ver
bo dilatiuo, ergo eo ceſſante ceſſat diſpoſitio.
Ex præmiſſis inferunt Moder. hic, ꝙ iſta quarta le-
ctura nõ probatur per iura allegata per gl. & Bar. & vl-
tra ꝙ non probant, duo ex ipſis iuribus retorquẽtur.
105 ſcilicet d.l.vbi purè, & d.l.filiam, & cõtra Bar. † ad-
ducitur tex. in l. quidã ita §. ſi ſeruo inſtituto cũ liber
eſſet: ergo ſecus, ſi ſimpliciter relinquatur. Ad illũ tex.
reſpondet Soci. hic col. 9. ꝙ non negatur fideicom-
miſſum valere, licet ſimpliciter relinquatur. Sed iſta
reſponſio non videtur procedere arguendo à ceſſan-
106 te ratione. † Sed dici poteſt, ꝙ arg. à ceſſante ratione
procedit, quando vnica tñ datur ratio, ſecus vbi plu
res: quia ceſſatio vnius rationis non vitiat.l.liberorũ.
§.notatur.ff. de infam.§. affinitatis.inſti.de nuptijs, &
ſuprà dictum eſt, & ex hac reſponſione Soci. colligi-
tur no. cõcluſio, ꝙ ceſſante ratione expreſſa non ceſ-
ſat diſpoſitio, quando ex alia ratione tacita poteſt ſu
107 ſtineri, ꝙ eſt notandum † ad ampliationem regulę
§. affinitatis inſti. de nuptijs.l. liberorum. §. notatur.
ff. de infam. l.ſi non ſex Ælia Senna, ſuprà, de hæredi.
inſti. ꝙ vbi concurrunt plures rationes ad aliquã di-
ſpoſitionem, vna ceſſante non ceſſat diſpoſitio, ſed
ſuſtinetur ex altera, vt procedat etiam in ratione taci
ta, licet expreſſa ceſſet. Secundo colligitur ex reſpon
ſione Soci. ꝙ mens teſtatoris colligitur non ſolũ ex
verbis, ſed etiam aliunde, & licet non declaret iſtud
verbum, aliunde, intelligitur idest ex actu, & modo
diſponendi, & relinquendi: de quo etiam dixi in rub.
ſupra in 1. par. nu. 40.
Secundo reſpondet Alex. hic col.4. circa fi.nu.12.
ꝙ non debet ibi ſumi arg. à contrario ſenſu contra
alia iura iuxtà no. in l.2.C.de condi.inſer. ſed Iaſ. dicit
reſponſionem Alex. non procedere: cum non allege
tur lex probans aſſumptum Bar. & Alex.
108 Tertiam a reſponſionem tradit ipſe Iaſ. ꝙ imò il-
le tex. faciat pro opi. Bar. & communi intelligendo,
ꝙ fideicommiſſum valeat, quum ſeruus eſſet ſui iuris:
& ſic ꝙ illa ſint verba deciſiua textus, non verba te-
ſtatoris, & ſic ſecundum Iaſ. punctuandus eſt text.
poſt verbum, hæreditatem. Idem reſpondet Bauer.
hic nu. 26. vbi dicit, ꝙ in libro ſuo ita punctuatũ hẽt.
Quartam reſponſionem tradit Bauer. vbi ſuprà,
quòd ille tex. cum diuerſimodè legi, & intelligi poſ-
ſit, punctuando vno modo, vel alio, ſuper eo funda-
mentum fieri non poteſt iuxta doctri. Bar. in l. in am
biguo.ff. de rebus dub.
109 Secundo † contra Bar. vltra oppo. Socin. adducit
Iaſ. hic tex. in l. vxorem.§. fi. infrà de leg. 3. vbi teſta-
tor grauauit hæredem Inſtitutum, vt reſtitueret vxo-
ri ſuæ, deinde grauauit vxorem ſimpliciter, ꝙ reſtitue
ret filiæ infanti, liberando vxorem à ſatiſdatione fi-
deicommiſſi. Dicitur, ꝙ vxori tenetur ſtatim reſtitue
re: & tamen hoc modo fideicommiſſum vxoris red-
ditur omnino inutile.
Nec ob. ſecundum Iaſ. ſolutio Bar. in d.§.fin. ꝙ ibi
vxor nõ capit ab eo, cui tenetur reſtituere, ſed ab alio
& ſic non videtur ſimilis caſus caſui huius legis: quia
iſtud eſt diuerſificare caſus ſine aliqua ratione diuer-
ſitatis.
Sed reſpondeo, ꝙ in iſta diuerſitate caſuum ratio
datur diuerſitatis, nam quãdo grauatus capit ab eo,
cui tenetur reſtituere, ideò ſtatim non tenetur reſti-
tuere: quia ita apparet de voluntate teſtatoris: qui ſi
voluiſſet ſtatim reſtitui inſtituto, veriſimiliter non re
liquiſſet fideicommiſſum; nam ſatis erat titulus inſti-
tutionis, & ipſe plenior, & honeſtior, vt ſuprà dixi
circà d.l.epiſtolam.§.fi. quæ ratio ceſſat, quando reſti
tuendum eſt fideicommiſſum non inſtituto.
Secundam reſponſionem ad d.l. vxorẽ. §. fi. tradit
Soci.

Soci. iunior hic in gl. 2. colu. 4. ꝙ ibi non eſt verbum aliquod habens dilationem in futurum, prout in d.l. epiſtolam. propter ver. peſtilentiæ. Sed iſta reſponſio tendit contra intellectum Bar. & communẽ, ꝙ ceſſante verbo dilatiuo fideicommiſſum purum ſemper intelligatur.

Tertiam reſponſionem conſidero ad illum tex. ꝙ apparet ibi de voluntate teſtatoris, ꝙ voluerit ſtatim reſtitui ex illis verbis, cum ſciam eam potius rem aucturam, quam detrimento futuram, ex quibus apparet, ꝙ fideicommiſſum relictum vxori reſpiciebat fauorem filię infantis, potiuſquam ipſius vxoris. Ideo autem vſus eſt teſtator circuitu, quia filia eſſet infans vt interim mater adminiſtraret: & ſic matri cenſetur relictum fideicommiſſum ratione ſolius adminiſtrationis: quod ſonant illa verba, cum ſciam eam potius rẽ aucturam, &c. Idem etiam argui videtur ex illa remiſſione cautionis, quæ adminiſtratoribus maxime vxoribus remitti conſueuit in teſtamentis.

Tertiò contra iſtam quartam lectu gl. & Bar. ꝙ intelligatur tacita conditio, adducit Iaſ. tex. hic in h. nã teſtator fruſtra appoſuiſſet tempus mortis, ſi ſemper intelligeretur tacita conditio. Sed reſponſio vera eſt, ꝙ conditio expreſſa facit ceſſare tacitam. l. cum ex filio. §. filio. ſuprà de vulg. Ideo cum ineſſet tacita conditio generalis in omni caſu exiſtentię ſui iuris, ceſſat generalis prouiſio legis per prouiſionẽ hominis ſpecialem, licet Iaſ. non ita declaret. & iſtam reſpõſionẽ voluit Bar. hic in vltima oppo. huius legis quam Iaſ. ipſe refert.

Aliter etiam reſpondeo ꝙ tex. conſiderat conditionem mortis expreſſam: non quia tacitè non intelligeretur, ſed quia tacita conditio non impedit tranſmiſſionem fideicommiſſi: ſecus in expreſſa. l. conditiones, quæ extrinſecus. ff. de condi. & demon. ſed iſtud
110 nõ placet. † quia conditio tacita proueniẽs ex volũtate teſtatoris ita impedit tranſmiſſionem ſicut expreſſa. l. quibus diebus §. quidem Titio. vbi Soci. in 6. no. poſt Pau. de Ca. infra de condi. & dem. l. ꝙ pure. ff. quam. dies leg. ced. Ex præmiſſis habetur declaratiõ, ad. 2. oppo. Bar. in 4. parte huius legis quæ eſt vlti. oppo. Bar. in hac lege.

Quartò contra iſtam quartam lectu. gl. Bar. & cõmuniter doc. arguit Iaſ. hic col. 13. in fi. verſi. item cõ-
111 tra dictam concluſionem. † quia tacita conditio non impedit regulam Catonianã. & reſpõdet quod iſtud non procedit in conditione tacita proueniente ex voluntate teſtatoris, quæ impedit ceſſionem legati ante euentum conditionis: conſequenter vim habet conditionis expreſſę. & licet Iaſ. non alleget, eſt tex. in l. quibus diebus. §. quidam Titio. vbi Soci. poſt Pau. de Ca. in 6. nota. infra de condi. & demõ. de quo. infra etiam in tertia parte. nu. 55.

112 Quintò arguit † Soci. iunior in gl. 2. nu. 28. per reg. l. fi. ff. com. pręd. ꝙ vltima voluntas non poteſt ſtare in ſuſpenſo: ergo non poterit intelligi tacita conditio ad ſuſpendendum fideicommiſſum. Sed attento iſto arg. ſequeretur, ꝙ nulla diſpoſitio conditionalis valeret in vltima voluntate, contra ti. ff. de condi. inſti. de condi. & dem. & C. de condi. inſer. nec ob. d. l. fi. quia procedit inſpecto ſtatu de pręſenti. Albe. in l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus. j. eo. Sed inſpecto ſtatu præſenti fideicommiſſum non ſtat in ſuſpenſo: imo nullũ eſt.

113 Sextò contra † hanc quartam lectu. aut quartum intellectum opponit Bar. hic, col. 3. de tex. in l. ſi idem ſeruus. §. 1. infrà, tit. 1. vbi ꝙ relictum ſeruo inſtituto à domino ſtatim debetur: & ſoluit vt hic per eum poſt glo. penul.

Sed aduertendum: quia ille tex. non loquitur in fideicommiſſo relicto ſeruo inſtituto ſimpliciter, vt ſtatim debeatur, imo relictum ibi fuit poſt mortem domini. Puto conſiderandum, ꝙ Bar. voluit inducere illum tex. à fortiori. Nam ibi ratio dubitandi videbatur, vtrum valeret relictum, quia collatũ poſt mortem domini, & ſic in id tempus, quo ceſſare videbatur conſideratio commodi: quaſi dubium non eſſet de validitate relicti, ſi ſtatim, & purè relictum fuiſſet: cum ſeruus ſit capax relicti libertatis. quæ tamen ratio dubitandi tollitur, ex quo grauatur dominus ad præſtãdum libertatem in vita, licet eius effectus conferatur poſt mortem. Imo etiam hæres domini videretur. poſſe grauari ſub nomine appellatiuo: per l. ſi fuerit infrà, de leg. 3. & abunde in præcedentibus dictũ eſt

Secundo aduertendum: quia Barto. videtur præſupponere, ꝙ glo. opponat contra quartam lecturã huius legis: & tamen glo. hoc non facit, ſed opponit cõtra illam expoſitionem ex perſona, id eſt ex voluntate, ꝙ non pendeat fideicommiſſum ex voluntate. Pręterea ſi gl. voluiſſet opponere contra quartam lect. illud ſtatum effeciſſet, dum poſuit quartum intellectũ. non etiam tot alias gloſas interpoſuiſſet: niſi dicas, ꝙ Bar. retulerit illam glo. ad hoc ſolum, vt oſtenderet ſolutionem ad illum tex. & ſic ꝙ allegauerit Bar. illã glo. ſolum ad probationem ſolutionis.

Aduertendum eſt etiam circa ſolutionem ad d. l. ſi idem ſeruus quia lectura Bar. eſt vitiata: ſed ſenſus eſt, ꝙ in d. l. ſi idem ſeruus legatum, aut fideicommiſſum libertatis ſtatim valet: quia domino nõ reacquiritur. Hec autem lex loquitur in relicto alterius rei, quæ ſi ſeruo præſtatur, domino reacquiritur. Ideo videtur dilatum in tempus exiſtentię ſui iuris.

Glo. in ver. quoniam ex perſona. diuiditur in tres partes. in prima inferendo ex tex. ſeu ex ratione, reſpondet tacitę obiectioni. In ſecunda declarat rationẽ tex. & eius mentem clarius ac tex. faciat in tertia opponit, & de ſolutione ſe remittit. Secunda ibi hoc autem. Tertia ibi, item ad id.

Circa primam partem, tex. dicit, ꝙ vbi pater grauatur reſtituere extraneo, detrahit falcidiam: quoniam tenetur ex perſona filij contra falcidia, aut trebellianica ſolum detrahitur per hæredem, & per grauatũ vt hæredem: ergo non videtur, ꝙ pater retineat falcidiam. quia licet ſit hæres per filium, tamen non grauatur vt hæres: Ad iſtud reſpondet glo. inferendo ex texi. ꝙ ex quo detrahit ex perſona filij detrahit vt hæres, & tamquam ipſe filius inſtitutus, & obligatus primum ad fideicommiſſum, nõ vt pater: quia vt pater retinere non poſſet. l. mulier. §. fi. infra, ad trebellia.

114 Circà ſecundam † partem gl. quęro: dictum eſt, ꝙ extero tenetur pater ex perſona filij ob id ꝙ retinet falcidiam tamquam hæres. quomodo iſtud procedat, ꝙ teneatur ex perſona filij: ſeu quomodo intelligantur iſta verba, ex pſona filij, & quomodo fieri poſſit, ꝙ ipſe pater nominatim grauatus teneatur ex perſona alterius. Nam filius non videtur teneri tanquam non grauatus l. ſi alienus. infrà tit. 1. ergo multominus videtur teneri pater ex perſona filij. Reſpondet glo. declarando rationem, & mentem tex. ꝙ iſtud euenit ea ratione, quia pater tenetur eadem ratione, & eodem modo, quo teneretur filius, ſi ſui iuris eſſet. Sed filius, ſi ſui iuris eſſet, teneretur ex propria perſona, & quartã detraheret: ergo, & pater detraher. Similiter tenetur pater eadem ratione, qua teneretur filius: & detrahit quartam eadem ratione qua filius. Nam filius teneretur propter commodũ hæreditaris, & quartã detraheret: quia hæres, & grauatus effectualiter tãquam hæres: cum grauetur pater propter ipſum filium, aut inſtitutionem filij.

Et ꝙ iſta verba, ex perſona, intelligãtur. 1. eodem modo, quo teneretur filius, probatur ex alio: quia vbi à patre relinquitur filio, tunc fideicommiſſum capit vires ex perſona patris. ratio, quia ſi ſumeret vires ex perſona filij, pater eſſet obligatus eo modo, quo filius, ſeu perinde eſſet, ac ſi filius eſſet obligatus. Sed filius ſibi-

lius ſibiipſi obligari non poteſt: ergo nec pater ex perſona filij.& illam expoſitionem glo. q verba, ex perſona, intelliguntur.ideſt eo modo, & forma,&c. ſequitur Bar.hic col. 4. nu.7.

Non obſtat, q filius nõ videbatur teneri tanquam non grauatus: ergo multominus pater ex perſona filij; quia reſpondetur, q imo obligatus fuiſſet filius, ſi tempore aditionis fuiſſet ſui iuris actione vtili. d. l. ſi alienus. Nam licet filius expreſſe grauatus non ſit, tacitè tamen, & principaliter videtur grauamen ad eũ referri: quia grauatur pater contemplatione filij, & propter commodum quod percipit mediante fi-
115 lio: † actus autem attribuitur illi, cuius contemplatione fit.l. ſi ita ſuero ſtipulatus. & l. cum enim ff. de nouatio. Eſt verum, q iſta reſponſio potius tendit ad tertiam partem glo.

Ex qua declaratione glo. videtur inferri, q ſimilitudo conſiderari nõ poteſt deficiente cauſa ipſius ſimilitudinis: ſeu deficiente exemplari deficit exemplum, aut exemplatum. Nam dici non poteſt, q pater teneatur filio ex perſona filij, ſeu prout teneretur ipſe filius, quando filius teneri non poteſt, & ſic fruſtra quærimus ſimilitudinem eius quod non eſt.

116 Secundo colligitur † ex declaratione gl. q vbi obligatur quis ex perſona alterius, intelligitur obligatio cum omnibus ſuis qualitatibus hærentibus perſonę, ex qua tenetur. Nam pater, quia tenetur ad fideicõmiſſum ex perſona filij, detrahit trebellianicã, ſicut poterat filius detrahere ex cuius perſona tenet.

Tertio colligitur ex glo. poſt text. q mutatur ius obligationis, vt actus valeat. Nam pater grauatus regulariter tenetur ex perſona filij: tamen quando fideicõmiſſum fieret nullum, tenetur ex perſona pro-
117 pria. Sed iſta † declaratio gl. q iſta verba, ex perſona filij, &c. referantur ad modum, aut qualitatem, vel ſimilitudinem, non videtur bona. Imò videtur, q referantur iſta verba ad ipſam ſubſtantiam obligationis.i. q pater teneatur ex obligatione filij: ita q principalis, & prima obligatio fundetur in perſona ipſius filij, ſecũdaria autem in perſona patris. Sed ſecundum expoſitionem gl. ſubſtantia obligationis videtur fundari in perſona patris, qualitas autem & modus obligationis refertur ad filium, vt teneatur pater eo modo, quo filius teneretur, & q ſubſtantia obligationis fundetur in perſona filij, probari videtur in ver. denique, vbi dicitur q fideicõmiſſum relictum filio debetur ex perſona patris: quia alias reperiretur filius obligatus ſibiipſi: ergo vbi debetur ex pſona filij, obligatio radicatur in ipſo filio. & ita videtur intelligere gl. ſuper ver. non poſſet. vt ibi videbimus. Ita etiam intelligit Bart. in oppo. de l. ſi alienus. ſ. tit. 1. Præterea ſecũdum hanc intelligentiam qualitates, & accidentia vĩdẽtur ſeparari à ſuo ſubiecto, q ſubſtãtia obligationis radicetur in perſona patris, ſed qualitates ipſius obligationis capiantur ex perſona filij:

Conſidera ſi dici poſſit ſaluando gl. q gl. non neget ſubſtantiam obligationis fundari in perſona filij, ſed quòd ſenſus glo. fuerit, teneri patrem ex perſona filij per omnia: id eſt non ſolum quoad ſubſtantiam obligationis, ſed etiam quoad omnes eius qualitates, & modos.

Sed quomodo intelligantur iſta verba, ex perſona filij, latius videbimus in tertia parte glo. Dictum tamen q pater teneatur modo, & forma quibus filius, videtur in ſe verum, licet hic non conueniat, & probari videtur iſtud dictum in l. qui hominem §. quidam filiumfam. ff. de ſolu. quam Bar. hic citat. vbi ſicut filius adeundo hæreditatem creditoris, non poteſt obligari ſibiipſi, ſed confunditur obligatio, ita fit confuſio in perſona patris cui acquiritur.
118 Circà tertiam † partem gl. quia in text. dicitur, q vbi pater, vel dominus grauatur erga extraneum, ſumit relictum vires ex perſona filij, vel ſerui, obſtat tex. in l. ſi alienus. ſ. tit. 1. vbi dr, q dominus tenetur cum ipſe grauatus ſit, & ſic obligatio fundatur in perſona domini grauati, non in perſona ſerui, qui grauatus non eſt. Bar hic declarando ſolutionẽ gl. in d. l. ſi alienus. dicit, q dominus tenetur de rigore tanquã nominatim grauatus, vt in cõtrario, & alijs. ll. alleg. per Bar. Sed conſiderato effectu tenetur dñs ex perſona ſerui. & ita procedit iſta lex. Aduertendum: quia Bar dicit ſe declarare ſolutionem gl. & tamen ſolutio Bar. vr omnino diuerſa à ſolutione glo. ſed dic, q imo declarat. Nã dum gl. dicit, q ſi ſeruus adit in ſeruitute rogato domino, tenetur ſeruus vtili naturali, & ſi adit ſeruus factus liber rogato domino, tenetur ſeruus vtili naturali, & vtili ciuili. vult dicere, q non tenetur de rigore directa naturali, neq; ciuili, licet factus ſui iuris, quia ſeruus rogatus non eſt: ſed
119 tenetur vtili, & ſic quoad effectũ. quia actio † vtilis, quæ competit per extenſionem legis ex mente, & identitate rationis ceſſantibus verbis legis, dr eiuſdem effectus, cuius eſt directa: cum procedat à pari potentia & hoc modo procedere poteſt, quod Soc. ſcribit in l. 1. §. ſublata. col. 3. in fi ſ. ad trebel. vbi dicit, q nullũ, aut modicum verſatur prçiudicium, vtrum competat actio directa, vel vtilis. Idem dicit Ia. in conſi. 13. col. 3. in fi. lib. 3. Addo Signorol. in conſi. 7. col. fi vbi dicit, q actio directa, & vtilis non differunt in ſubſtantia, ſed in qualitate tantum, quæ omnia videntur procedere in actione vtili cõpetente per extenſionem ex mente legis, & rationis identitate, di-
120 recta omnino ceſſante: † ſecus in vtili deriuatiua, quæ prouenit ex directa: quia in multis differt a directa: vt per Sal. in l 1. col. 7. C. de actio. & oblig. Idẽ in vtili, quæ datur a lege eo caſu, quo etiam competit directa licet alij perſonæ, & ſic quoties pro eodẽ facto concurrunt directa, & vtilis, licet in diuerſis perſonis, dantur inter eas differentiæ, vt per glo. in l. quoties. in prin. ſ. de admi. tutor.

Sed contra hanc ſolutionem Bar. arguit Beſu. ſecundum Soci. hic. Nam Bar. dicit ſecundum eum, q dominus tenetur ex perſona ſerui de rigore: ſeruus autem conſiderato effectu, licet non de rigore. Sed videtur dicendum totum contrarium. Nam ſi dominus tenetur de rigore propter ſeruum, à fortiori teneri debet ſeruus de rigore: quia propter q vnumquodq; & illud magis aut multomagis. C. de ſacroſan. eccle. & dicit Philoſophus 2. Metaphi. quicquid eſt cauſa aliorũ, vt tale, illud eſt maximè tale. Itaq; ſi filius, aut ſeruus eſt cauſa obligationis patris, vel dñi, & dominus de rigore tenetur propter filium, aut ſeruum, à fortiori de rigore tenebitur filius, vel ſeruus.
121 † Propter hoc Beſu. exponebat iſta verba, ex perſona filij, &c. tribus modis, vno modo ſecundum gl. hic, q pater teneatur ex perſona filij.i. eo modo, quo teneretur filius, ſi ſui iuris eſſet. & hoc modo nõ obſtat cõtrarium. quia ſecundũ hanc expoſitionẽ non inferi, q filius, aut ſeruus teneatur: imò pſupponitur obligatio in perſona patris, licet teneatur ad ſimilitudinem alterius.i. eo modo, quo filius teneretur.

Secundò modo poſſunt intelligi iſta verba, q pater tenet ex perſona filij, qa hęres factus eſt, & emolumentum accipit ex perſona filij. & ita intelligitur iſta litera in verſi. ac tunc demũ. videlicet à cõtrario ſenſu. & iſtud de mẽte Bar. hic in 2. q. prin. dum vult, q quando filius eſt inſtitutus patris contemplatione, non dicitur habere pater contemplatione filij: ergo quando filius inſtituitur cõtemplatione ipſius filij, dicitur habere pater beneficio filij: cõſequenter tenetur ex perſona filij: quia habet ex ius beneficio, & ſecundum hanc ſecũdam expoſitionem ſimiliter non obſtat contrarium. quia licet pater acquira-

commo-

commodum beneficio filij, & eius contemplatione, tamen non infertur, quia filius eſſet, aut ſit obligatus: imo præſupponitur obligatio in perſona patris: ſed tantū aſſignatur cauſa talis obligationis, idcſt ꝙ proueniat ex perſona filij, vt ſuprà, cōſequenter non procedit arg. ꝙ ſi filius obligatur, a fortiori pater.

Sed iſtæ duæ expoſitiones non placent: imò videntur contrariari tex. inducendo vt ſupra circà ſecundā partem glo. & Soci. ipſe hic reprobat, quia ratio ꝙ pater percipiat emolumentum, & ꝙ ſub eadem forma teneatur reſtituere, non concludit, ꝙ obligatio confundatur in perſona filij, ita quod obligetur ſibi ipſi: quā tñ rōnē confuſionis obligationis conſiderat text. hic in fi. & ꝙ iſta verba, ex perſona filij, ſignificent, quòd cauſetur obligatio in perſona ipſius filij,
122 adducit † Soci. text. in l. ſi patroni. § qui fideicommiſſariam. infrà ad treb. vbi fideicommiſſarius, qui cogit hæredē, vt adeat, detrahit falcidiam de legatis relictis ab hærede. ratio, quia hæres ad illa obligabatur, & ſic detrahitur ex perſona hæredis, ideſt propter obligationem hæredis. Ex alio vltrà Soci. nō videtur
123 † bona expoſitio Beſu ex perſona filij, ideſt ex beneficio filij, aut propter filium: quia ea attenta, ſequeretur, ꝙ vbi cōſequitur quis ius aliquod propter perſonā alterius, illud habeat cum omnibus priuilegiis illius perſonæ: contrà gl. in d. l. quoties. in prin. ſuprà de admi. tutor. Ideò intelligendo iſta verba, ex perſona ſecundum tertium modum intelligendi, ꝙ pater teneatur ex perſona filij, quia filius prius eſſet obligatus, fortiter obſtare videtur arg. Beſu. ꝙ ſi dñs tenetur de rigore propter ſeruum prius obligatum, à fortiori videtur teneri ſeruus: cuius contrariū dicitur in d. l. ſi alienus, & quidē ſi Bar. loquatur, vt Beſu. & Soci. cōtendunt, efficaciſſimum, ac ineuitabile videtur argumentum, quod opponitur contra Bar.

Circà illationem Soci. ex tertiò modo intelligendi verba illa, ex perſona, &c. Aduertendum, ꝙ fit illatio hoc modo; nam ſi tenetur dominus grauatus nominatim ex perſona ſerui ſaltem quoad effectū ſecūdū Bar. & ſic effectualiter dicit̄ grauatus ſeruus, illud videtur extrà controuerſiā, ꝙ vbi grauatur ſeruus, tenetur dñs ex perſona ſerui omni reſpectu, & quoad effectum, & quoad rigorem. arguendo à fortiori.

Et ſi dicatur, quæ ratio eſt differentiæ, ꝙ vbi grauatur dominus, adhuc tenetur ex perſona ſerui quoad effectum: ſed vbi grauatur ſeruus, in nihilo grauatur dominus ex perſona ipſius domini? Reſpōdeo, ꝙ vbi grauatur dominus, tale grauamen refertur ad perſonam ſerui aliquo modo, ex quo propter cōmodū ſeruo relictum dominus grauatur, ob id in ſeruo honorato facilius conſideratur obligatio, quæ ratio ceſſat quando grauatur ſeruus: quia non habetur reſpectus ad perſonam domini. Ideo dominus nullo modo tenetur ex perſona ipſius domini, ſed ſerui tantum.
124 Hic † etiam aduertendum, ꝙ tota difficultas contrarij d. l. ſi alienus procedit, intelligendo Bar. velle, ꝙ vbi grauatur dominus, tenetur quidē dominus de rigore, ſed tamen ex perſona ſerui. nā ſi tenetur ex perſona ſerui, ergo fortius tenebitur ſeruus de rigore, & tñ Bar. vult, ꝙ ſolū teneatur ex perſona ſerui quoad rigorem. Quo argumento ita ſtante cumulat Socin. difficultatē, & oppoſitionem arguendo à ſufficienti partium ennumeratione; nā aut volumus dicere, ꝙ tex. noſter dicens teneri patrem ex perſona filij, intelligatur de obligatione filij ꝓxima, & immediata, ita ꝙ prima obligatio ſit in perſona filij: & iſtud ſtare nō poteſt: quia tunc contra filium ſui iuris competeret actio directa, & tamen tex. in d. l. ſi alienus, ſolum loquitur de vtili. Aut volumus intelligere hanc legem, ꝙ pater teneatur ex perſona filij de cauſa mediata & remota, ideſt propter filiū: & iſte ſenſus ſtare non poteſt ſecundum tertium modum intelligendi: quia tunc nulla conſideraretur obligatio in perſonā filij, quia non ſequitur, ſum obligatus Titio propter te, ergo etiam tu es obligatus ipſi Titio.

Ideò Soci. pro ſolutione contrarij facit quandam cōſiderationem vti nouam, ita obſcuram, & plenisſimam erroris, quam ipſam Soci. ipſe vix, arbitror, perceptam haberet. Senſus Soci. in hac ſolu. eſt, ꝙ licet dominus grauetur nominatim, tamen non obligetur ex pſona ſua tanquā nō honoratus expreſsè, neq; tacitè ex tacito iudicio teſtatoris ſpeciali, ſeu in ſpecie cogitato à teſtatore, ſed ex tacito iudicio generali, inquantum cenſetur teſtator ſe generaliter cōformare cum diſpoſitione iuris: ideò tāquam nō honoratus expreſsè, neq; ex tacito iudicio teſtatoris ex perſona ſua grauari, & obligari non poteſt l. ab eo. C. de fideic. Similiter nō obligetur dñs ex perſona ſerui: cū ſeruus non obligetur tanquā non grauatus. Itaq; teneatur dñs grauatus ex perſona ſerui, ideſt propter ſeruum, aut inſtitutionem, & cōmodū ſerui: ita ꝙ ſeruus ſit cauſa talis obligationis paſſiuę domini, qñ grauatur dñs ad vtilitatē extranei, & hoc modo cōſiderando, ceſſat contrarium d. l. ſi alienus, quia non dicitur in hac l. cum filio, ꝙ ſeruus ſit obligatus, exponēdo illa verba, ex perſona filij, aut ſerui, vt ſupra.

Et ſi dicatur, iſta intelligentia videtur cōtra tex. huius legis in ver. deniq; vbi dicitur ꝙ fideicōmiſſum relictū ſeruo debetur ex perſona dñi nō ſerui: quia ſeruus ſibijpſi obligari nō pōt, ergo apertè vult tex. ꝙ vbi debet̄ ex pſona ſerui, intelligat̄ ſeruus obligatus. Sed ſecūdū intelligentiā Soci. nulla cōſideratur obligatio in perſona ſerui, ſed cauſa tñ obligationis: qa cōmodum collatum ſeruo in cauſa eſt, cur dñs obligetur.
125 Ad iſtud † argumentum reſpondet Soci. ꝙ verba tex. noſtri, ex perſona filij, aut ſerui, non inferūt, ꝙ filius ſit obligatus: ſed alius eſt ſenſus illorum verborū: nam intelliguntur ſimilitudinariè: ideſt, ꝙ filius quemadmodū obligari non poteſt ſibijpſi, & actio actiua, & paſſiua in eius perſona concurrere non poteſt, ita actio actiua, & cauſa obligationis paſſiuę nō poſſunt concurrere in eiuſdē perſona, quia per cauſam obligationis paſſiuę peruenitur ad ipſam obligationem paſſiuam. Sed prohibito concurſu obligationis paſſiuę cum actiua, cenſetur etiam prohibitus concurſus actionis actiuè, & cauſæ obligationis paſſiuę, per quā cauſam peruenitur ad ipſam obligationem paſſiuā: per reg. l. oratio. ff. de ſponſal. Ideo quando pater grauatur erga filium, tenetur ex perſona ipſius patris, non filij: id eſt filius non eſt cauſa, cur pater obligatur ipſi filio: neq; in cauſa eſſe poteſt, quia ſicut non poteſt obligari ſibijpſi, ita non poteſt eſſe cauſa, vt eidē pater teneatur.

Aduertendum contrà hanc extraneam, & inſolitā Soci. ſolutionem: nam Soci. manifeſtè ſibi cōtrariatur; nam Socin. totus in hoc eſt circà hanc ſolutionem, vt illa verba, ex perſona, non referantur ad aliquam obligationem, ſed ad cauſam obligationis. Ideò quando grauatur dominus in extraneum, ſeruus dicatur cauſa obligationis domini propter eius inſtitutionem, aut commodum: & eo nomine dicatur obligari dominus ex perſona ſerui: ſed non poſſit teneri dominus ex perſona ſua tanquam non honoratus expreſsè, nec tacitè ex tacito iudicio teſtatoris ſpeciali. Vbi autem grauatur dominus in ſeruum inſtitutum, non poteſt teneri dominus ex perſona ſerui: quia non poſſit ſeruus cauſam præſtare, vt dominus obligetur eidem ſeruo, quemadmodum non poteſt obligari ſeruus ſibijpſi. Si non poteſt teneri dominus ſeruo ex perſona ipſius, ergo neceſſario tenetur ex perſona ipſius domini: & hoc ipſum vult iſta lex. Sed teneri non poteſt dominus ex perſona ſua: niſi dicatur honoratus tali commodo, quod ſufficiat ad grauamen, ergo Soci. ipſi ſibi non cōſtat, ante ſtatim di-

tim dixit, dominum non teneri ex perſona ſua extraneo tanquam non honoratum: & tamen quando grauatur ſeruo, cum valeat grauamen ex perſona domini, neceſſarium eſt dicere, ꝙ teneat grauame, quia dicatur honoratus: alias grauamen fieret nullum d. l. ab eod. C. de fideicom. Itaq; quando grauatur dominus in ſeruum, aut volumus dicere, ꝙ teneat grauamen ex perſona domini tanquã honorati tali cõmodo, quod ſufficiat ad grauamen, & apertè ſibi pugnat Soci. Aut volumus dicere non eſſe dominum honoratum: & grauamen non tenet ex quo ex perſona ſerui grauamen ſuſtineri non poteſt.

Secundò conſidero contrà hanc ſolutionem Soci. nam vbi grauatur dominus in extraneum, vult, ꝙ non obligetur ex perſona ſua: cum ipſe dominus honoratus non ſit expreſsè, nec tacitè ex tacito iudicio teſtatoris ſpeciali: ideoq; dicatur teneri ex perſona ſerui, ideſt ꝙ commodum ſerui ſit cauſa obligationis domini: ſeruus autem non dicatur obligatus tan
126 quam non grauatus. Sed iſtud † videtur impoſſibile, ꝙ conſideretur obligatio, quæ in nullius perſona fundamentum habeat. l. nam origo. ff. quod vi, aut clam. c. cum Paulus. 1. q. 1. cũ ſimil. etenim non fundatur obligatio in perſona domini propter ſeipſum: cum honoratus non ſit, vt ſuprà. non etiam fundatur in perſona ſerui, qui ipſe grauatus non ſit. Ideo ꝙ ſeruus non obligatus, ſit cauſa, cur dominus obligetur, videtur impoſſibilitas quædam, non dico fieri impoſſibile, vt quis obligetur propter alium non obligatum: ſed tunc fundatur obligatio in perſona obligati: & obligatus dicitur ex propria perſona, cum obligari potuerit.

Tertiò conſidero in hac ſolutione Soci. ꝙ ipſo cõtendente effugere contrarium d. l. ſi alienus. infrà tit. 2. videtur oſtendiſſe in ipſam legem, & contra eam locutus; nam vult Soci. ꝙ iſta l. cum filio. in illis verbis ex perſona, non referatur ad obligationem, & ꝙ dominus nõ teneatur ex perſona ipſius domini, quoties grauatur in extraneum, ſed cauſa obligationis domini ſit ſeruus: & tamen tex. in d. l. ſi alienus. vult, ꝙ dominus obligetur ex perſona ſua, patet: quia cõtra dominum competit actio directa, contra ſeruum vtilis tantum. ergo directa obligatio videtur in perſona ipſius domini.

Quartò dum Soci impugnauit duas expoſitiones Beſu. circa iſta verba ex perſona, &c. adduxit tex. in d. l. ſi patroni. §. qui fideicommiſſariam. infra, ad trebellia. vbi verba, ex perſona, apertè referuntur ad obligationem, & ſic iſta expoſitio noua Socin. videtur etiam contra d. text. Similiter videtur iſta expoſitio Soci. contra tex. huius. l. cum filio, vbi dominus grauatus in extraneum detrahit trebellianicam: quia tenetur ex perſona ſerui, quæ verba neceſſariò referuntur ad obligationem ſerui, quia ceſſante obligatione ſerui, non eſſet locus detractioni trebellianicæ, quæ duo copulatiuè requirit, ꝙ quis ſit hæres directus, & ꝙ grauetur, & obligetur, vt hæres: vt probatur in hac l. & in l. mulier. § fi. infrà ad trebellia. Itaq; niſi ſeruus cenſeatur grauatus, & obligatus ad fideicommiſſum, non detraheret dominus trebellianicam ex perſona ſerui.

127 Quintò † conſidero contra Soci. dum voluit obligationem actiuã, & cauſam obligationis paſſiuè nõ poſſe concurrere in eiuſdem perſona; nam iſtud videtur falſum, quia videmus, ꝙ venditor habet emptorem obligatum ad precium, & tamen eſt cauſa vẽditor talis obligationis paſſiuè, quia vendidit. Idẽ econtrariò in emptore, qui habet venditorem obligatum, & eſt cauſa obligationis paſſiuè, quia emit, & idem conſiderare licet in omnibus contractibus, & obligationibus correſpectiuis.

Non obſtat modo argumentum Soci. ꝙ prohibito concurſu obligationis actiuè, & paſſiuè in perſona filij cenſetur etiam prohibita cauſa obligationis paſſiuè, per quam cauſam peruenitur ad ipſam obligationem paſſiuam d. l. oratio. ff. de ſponſal. quia argumentũ procederet, quando obligatio paſſiua fundaretur in perſona filij, & ſic quãdo ageretur de obligando filium ſibiipſi: quod fieri non poteſt. Sed obligatio paſſiua hic fũdat, & deſcẽdit in pſonã pr̃is: ideò nihil impedit, quominus filius ſit cauſa, cur obligetur pater ipſi filio, quemadmodum nihil impedit, quominus venditor ſit cauſa, vt habeat emptorem obligatum.

128 Secundò reſpondeo, ad † reg. d. l. oratio. retorquendo eam contra Soci. arguendo à contrarijs: quoties aliquid permittitur, cenſetur permiſſum omne id, p quod peruenitur ad permiſſum. c. in cauſis. de electio. Abb. in conſi. 65. in quarto dubio. lib. 2. Sed permittitur patrem obligari filio ex cauſa fideicommiſſi per hanc legem, intelligendo ſecundum gl. & Doct. in quarta lectura: ergo etiam permittitur, ꝙ filius ſit cauſa talis obligationis permiſſe. Ex præmiſſis vides ꝙ nullius rationis, & coloris appareat conſideratio iſta Soci.

129 Aliam † reſponſionem ad contrarium d. l. ſi alienus, tradit Baueria hic nu. 35. nam contrarium formatur, ꝙ ſi ſeruus non grauatus tenetur, & ex eius perſona valet fideicommiſſum, à fortiori videtur teneri dominus grauatus, vt habetur in d. l. ſi alienus, & tamen in hac lege præſupponitur, ꝙ dominus non teneatur. Similiter ſi dominus grauatus tenetur de rigore, vt dicitur in d. l. ſi alienus, a fortiori videtur teneri ſeruus de rigore, ex quo tenetur dominus ex perſona ſerui: vt habetur in hac lege. Reſpondet Bauer. quod licet dominus teneatur ex obligatione, aut perſona ſerui, & ſic ſeruus dicatur obligatus, vt hac l. cum filio, & ob id videretur teneri ſeruus actione directa, non vtili: tamen obligatio domini dicitur fortior, quia nominatim grauatur; nam ſeruus tenetur, quia hæres, ad quem iuris interpretatione grauamen refertur. l. ſi ſeruus. §. qui margaritam. infrà eo. Dominus autem tenetur, quia nominatim grauatus, ob id non videtur inconueniens, quod obligatus propter alium fortius teneatur, & actione directa, veluti ſi fideiuſſor ſtrictius ſe obligaret quam principalis. Itaq; rigoroſius tenetur pater, quia grauatus in indiuiduo.

Sed conſidera, ꝙ iſta non eſt noua ſolutio ad contrarium, ſed declaratio ſolutionis Bar. fundate ſuper d. l. ſi alienus. Secundò conſidera, ꝙ Baueria indiſtinctè præſupponit teneri dominum ex perſona ſerui: ꝙ tamen eſt falſum: quia tenetur ex perſona ſua de rigore: vt hic per Bar.

Aliam ſolutionem ad d. l. ſi alienus, tradit Socin. iunior hic ſuper glo. 2. num. 43. ꝙ non valet argumentum: ſeruus non tenetur in d. l. ſi alienus, ergo dominus non tenetur ex perſona ſerui. maximè dicit ipſe, quia licet ſecundum ſonum verborum ſeruus non fuerit grauatus, ob id non videatur obligari, tñ cẽſeꝰ grauatus iuris interpretatione: cũ fuerit inſtitutus hæres.

Sed conſidera, quod imo valet conſequentia, ſeruus non tenetur, ergo dominus non tenetur ex perſo
130 na ſerui: quia † impoſſibile eſt quẽ obligari ex obligatione, aut perſona alterius, in quo non ſit obligatio, & ſi ſeruus dicitur grauatus iuris interpretatione, ergo dicitur obligatus, quia grauatus dici non poteſt, qui ad grauamen non tenetur, conſequenter ſolutio Soci. videtur habere repugnantiam, ꝙ ſeruus non teneatur, & tamen teneatur, & in effectu recidit iſta ſolutio ad ſolutionem Bauer.

131 Ego pro ſolutione dicti cõtrarij † conſidero, ꝙ Beſu. Soci. & Moder. videntur æquiuocaſſe circa ipſum

contrarium, & circa intelligentiam ſolutionis Bart. nam dicunt, quod vbi dominus grauatur, tenetur de rigore ex perſona tamen ſerui:& quod hoc vult Bar. ſed Bar.iſtud non dicit imo contrarium vult ꝙ teneatur dominus grauatus de rigore ex perſona ſua ſed quoad effectum ex perſona ſerui. Ad quem modum coſiderando ceſſat argumentum Beſu. & Soci. ſumptum à fortiori, ꝙ ſi tenetur dominus de rigore ex perſona ſerui, à fortiori teneri debet ſeruus de rigore.nam præſupoſitũ ceſſat:nec Bat. illud vult, imo tonim contratium.

Secundò conſidero contra Beſu.& Soci. ꝙ nimiũ incogitate videntur conſideraſſe verba, & mentem Bat.nam Bar. ponit differẽtiã inter obligationẽ rigoris, & ęquitatis: & tamen ſecundum intelligentiam Beſu.& Soci.ſemper teneretur ex perſona ſerui tam in rigore quam de æquitate.

Ideò ſolutio Bar.declaratiua ſolutionis glo. videtur plana, ꝙ dominus grauatus tenetur ex perſona ſua de rigore, ſed ex perſona ſerui de æquitate, aut quoad effectum.

132 Glo.in ver.non admiſſa † poterat dubitari, quando patet grauatur erga filium, non eſt locus quartę: & ſic ceſſat trebellianum in quarta:an etiam ceſſaret quoad alios effectus, qui ponuntur per gloſ. in l. in teſtamento. C.ad legem falci. vbi tamen aduerte. quia glo. diuidit vnum effectum in duos. nam ponit vnum effectum, quia tranſeunt iura actiuè, & paſſiuè in fideicommiſſarium. Deinde ponit alium effectũ, ꝙ facta reſtitutione hæres grauatus qui reſtituit, amplius conueniri non poteſt. nam iſtud continebatur ſub eo, quod dictum erat tranſire iura actiuè, & paſſiuè: niſi dicas, ꝙ poterat dubitari, an tranſirent iura actiuè,& paſſiuè,non priuatiuè ad hæredm,ſed cum
133 mulatiuè,ita ꝙ vterq; conueniri poſſet. Circa † quẽ effectum ꝙ hæres facta reſtitutione amplius conueniri non poteſt, aduerte quia procedit licet hæres inuentarium non fecerit. Ange. in conſi. 31. colu. 1. in fi. & col. ſeq.

Similiter videtur glo. partiri vnum alium effectũ in duos. nam ponit iſta ſeparatim, ꝙ hæres cogitur adire, & ꝙ cogitur reſtituere: & tamen reſtitutio eſt ſequela aditionis, nam in hoc cogitur adire, vt reſti-
134 tuat: cum fieri debeat reſtitutio ab hærede † itaq; tres vidẽtur effectus trebelliani. Primus, ꝙ hæres cogitur adire, & reſtituere. Secundus, ꝙ tranſeunt iura actiuè, & paſſiuè. Tertius in detractione quartę Glo.
135 hic dicit, † ꝙ licet ceſſet effectus detractionis quartę, alij tamen effectus non ceſſant.per l. 1.§.ſi filio. infrà, ad treb. vbi quando pater rogatur reſtituere filio inſtituto, transferuntur in filium actiones quod glo. videtur intelligere de vtilibus actionibus: quia dicit eſſe locum trebelliano in tranſlatione actionũ. Sed per trebellianum tranſeunt vtiles. §.reſtituta. inſti.de fideicom. hęredi. & hoc ꝙ in filium tranſeant vtiles tenent doct.communiter, & hic, & in d. §. ſi filio: vt hic per Alex. ſuper iſta glo. col. 5.

136 Ex hac glo.infertur, † ꝙ vbi filius inſtituitur hæres, non remanet filius hæres directus, ſed iura directa acquirũtur patri:& pater dicitur directus hæres. nam ſi filius remaneret hæres directus, per reſtitutionem patris non tranſirent iura vtilia in filium, ſed ſufficerẽt filio actiones directę. l. ſi hæres inſtitutus. in prin. infrà, ad treb. Imo non eſſet neceſſaria alia reſtitutio ſecundum glo. ibi ratio autem. d. l. ſi hæres eſt, quia actiones directę dicuntur potentiores, quando habẽt effectum: ideò conſumunt, & tolunt vtiles tanquam minus potentes. l. ſi reus. ff. de duobus reis. l. ſi reus. & generaliter. ff. de fideiuſ.

Sed contra iſtam illationem tenet Ang. ꝙ imo filius remaneat hæres directus quoad nomẽ, licet non quoad effectũ,& exercitium iurium directorum. nec ob. ꝙ ſi remaneret hæres directus, non tranſirent in eum vtiles actiones. d. l. ſi hæres inſtitutus. quia ille tex. procedit, quando iura directa remanent apud hæredem cum effectu. Sed hic apud filium remanẽt iura directa quoad nomen ſine effectu: nil mirum ſi vtiles tranſire poſſunt.

Contra Ang. arguit Imo. ꝙ imo filius non remaneat hæres directus etiam quoad nomen quia ſi remaneret, nõ poſſent in eum tranſire iura vtilia: imo nec eſſet neceſſaria reſtitutio hæreditatis. d. l. ſi hæres inſtitutus. vbi glo. Nec obſtat reſponſio Ang. ad d. l. ſi hæres inſtitutus. quia ſi vera ſit, ſequeretur, ꝙ ſemper in hæredem, cui fit reſtitutio, tranſirent iura vtilia, quia vbi hæres reſtituit hæreditatem fideicõmiſſario, licet tranſeant iura vtilia tantum, & directa videantur remanere penes hæredem, tamen iſta iura directa vidẽtur ſine effectu: cum exercitium taliũ iurium directorum tranſeat in fideicõmiſſariũ ex illa
137 cõcluſione, † quę habet, ꝙ vbi in aliquẽ tranſeunt actiones vtiles, tranſit etiam exercitium directarum iuxta no. p Bar. in l 1. ff. de actio.& obl.& in l. 1. C. eo. tit. Aliter etiam dici poſſet vltra Imol. ꝙ reſponſio Ang. vr̃ contra generalitatem d. l. ſi hæres inſtitutus.
138 † Sed ad iſtud arg. Imol. reſpondet Alex. ꝙ Imol. malè loquitur: quia non procedit arg quando vtiles actiones tranſeunt ex diſpoſitione legis. nã tunc non competit exercitium directarum ei, in quẽ vtiles trãſeunt: vt probatur in. l. ex legato nominis. C. de leg.
139 nã in legatariũ nominis † debitoris tranſit vtilis ex diſpoſitione legis ſine ceſſione hominis. cũ regulariter actio vtilis non tranſeat ſine ceſſione. l. cum is. ff. de fideiuſ. l. 1. vbi Sali. col. 5. in. 7. oppo. C. de actio.& oblig. Sed ſicut in legato rei corporalis tranſit dominiũ à morte teſtatoris ſine traditione. l. à Titio. ff. de furtis.& latè vidimus in l. 1. ſuprà eodẽ. Ita in legato iuris incorporalis, aut nominis debitoris trãſit actio vtilis ſine ceſſione:& tamen dicitur in d. l. ex legato. ꝙ legatarius non poteſt experiri actionibus directis, niſi mãdentur ab hærede nec dicatur, ꝙ non poteſt experiri directis, ſcilicet noĩe ipſius legatarij, ſed hęredis ſic: quia licet mandentur ab hærede, adhuc nõ poteſt legatarius directus proponere nomine ipſius legatarij, ſed hæredis tantum: vt etiam declaraui in d. l. 1.
140 nu. 160. ſuprà. eo † procedit autem arg Imolę quãdo tranſeunt vtiles ex ceſſione hominis: quia tunc trãſit exercitium directarum. glo. in l. 2. C. de actio. & obl. latè Bal.& Sali. in l. 1. C. eo. tit. Eadẽ diſtinctionem Alexã. tenet Areti. hic col. 8. verſi. ſecundũ probatur,& in conſ. 125. eximię domine. colum. 2. poſt
141 med. verſi. nõ eſt igitur Ioãnes. † Sed vbi hęres grauatus reſtituit hæreditatẽ fideicõmiſſario, actiones vtiles tranſeunt in fideicõmiſſariũ, nõ quia deductus, aut hæres ceſſerit illas actiones, ſed ex trebelliano traſeũt & ſic ex diſpoſitione legis: ergo in fideicommiſſariũ non tranſit exercitium directarum.

Sed cõſidera cõtra Alex pro Imola, ꝙ imo actiones vtiles vidẽtur cõpetere ex ceſſione hominis, id eſt ex reſtitutione ipſius hæredis grauati: trebellianũ autem operatur circa actiones paſſiuas: nam traſirẽt iura in fideicommiſſarium ex beneficio legis, quãdo reſtitutio non eſſet neceſſaria. conſequẽter arg. Imole contra Ange. videtur procedere. niſi dicas, ꝙ hęres nõ cedit actiones, ſed ſimpliciter reſtituit hæreditatẽ, tranſitus autẽ actionum fit ex diſpoſitione legis. Sed vltra Alex. aliter reſpõdeo ad rationẽ Imolę, ꝙ licet fideicommiſſario competeret exercitium directarũ, tamen actiones ipſę directę nõ fiunt inutiles omnino apud hæredem: vt probatur, in l. fin. ff. de tranſac. & ſic nõ trãſiret exercitiũ directarũ priuatiuè omninò ad hęredem. Sed apud filium hæredem remanent omnino inutiles: nil mirũ ſi in filiũ transferri poſſunt vtiles actiones.

Sed contra iſtam glo. aut illationem ex ea factam,
ꝙ filius non remaneat hæres directus, ſed hæres di-
rectus fiat pater: tenet glo. proximè ſequens in ver.
non poſſet. vbi dicit, ꝙ pater tenetur filio ex perſona
ipſius patris, ſed non vt hæres. quia ſi, vt hæres tene-
retur, faceret filium hæredem vtiliter, reſtituendo. ꝙ
non facit. quia ipſe filius directò eſt hæres, & cum
ſit hæres directò, tranſlatio iurium, aut reſtitutio, quę
141 fillo fit, nihil operatur. quia vbi † iura vtilia cõcur-
runt cum directis, vtilia ipſa euaneſcunt, & directa
vires recipiunt. d. l. ſi hæres inſtitutus. Imo reſtitutio,
aut tranſlatio aliqua iurium nõ eſt neceſſaria. vt per
glo. in d. l. ſi hæres inſtitutus.
Pau. de Ca. hic col. 5. circa iſtam contrietatem gl.
143 neutram ipſarum glo. approbans, † elegit nouam
opi. ꝙ per reſtitutionem patris tranſeant in filiũ iura
directa: quia illa acquiſita fuerunt patri: & apud filiũ
remanſerũt quoad nudum nomẽ. nec obſtat, ꝙ iura
directa ab oſſibus auelli non poſſunt: quia hoc fallit,
quando redeunt ad illum, à quo habuerunt initium.
quia res de facili reuertitur ad naturã ſuam. l. ſi vnus
§ pactus ne peteret. verſi. ꝙ & in ſpecie ff. de pactis.
Contrà iſtã nouam opi. Pau. de Caſt. tenet Alex.
hic nu. 14. primo quia iſta opi. eſt contra glo. & Bar.
hic volentes ꝙ vbi pater reſtituit filio, ſolum trãſeũt
vtiles actiones, nõ directę. Secũdò quia iſta opi. Pau.
videtur cõtrà tex. in d. l. 1. §. ſi filio. ff. ad treb. vbi à pari
ponit quãdo pater grauatur reſtituere filio, & quãdo
filius grauatur reſtituere alteri. Sed quãdo filius gra-
uatur reſtituere alteri, ſine dubio tranſeunt iura ſolũ
vtilia: ergo idem quando pater grauatur in filiũ. Sed
poteſt aliter induci. d. §. ſi filio. cõtra Pau. ꝙ ibi à pari
procedunt, an pater grauetur reſtituere extraneo, vel
filio: ſed vbi grauatẽ extraneo, trãſeunt vtiles tantum,
ergo idem quando filio. & ita inducit Bauer. hic nu.
73. de hoc tamen latius videbimus, infrà, in queſtio-
nibus Bar.
Glo. in ver. non poſſet diuiditur in duas partes. in
prima per modũ illationis reſpondet tacitę obiectio-
ni, & dictum tex. comprobat. In ſecunda illationem
declarat etiam timore alterius obiectionis. Secunda
ibi, & ex ſua non, vt hæres, &c.
144 Dicitur. ꝙ pater † rogatus reſtituere filio nõ detra-
hit trebellianicam, quæ ſolum detrahitur ab hærede:
ſed filius hæres ſibijpſi obligari non poteſt, vt de-
beat ſibi fideicõmiſſum, & trebellianicam detrahat
aduerſus ſeipſum. Sed ex hac ratione videtur, ꝙ etiã
obligatio fideicõmiſſi ſit nulla: cum filius ſibijpſi ob-
ligari nõ poſſit. Sed reſpondet glo. inferẽdo ex ratio-
ne text. ꝙ pater tenetur ad fideicõmiſſum filio ex per
ſona ipſius patris, non filij. nã ſi ex perſona filij tene-
retur, procederet arg. ꝙ filius eſſet obligatus ſibijpſi.
In quibus verbis gl. aliter intelligit illa verba, ex
perſona ſua, quam intellexerit in ver. quoniã ex per-
ſona vbi retulit illa verba ad formam, & qualitatem
obligationis: ſed in hac gl. illa refert ad ſubſtantiam
obligationis, ꝙ intelligantur ex perſona filij, id eſt ex
obligatione filij nã hoc gl. præſupponit, dum dicit, ꝙ
pater tenetẽ ex perſona ſua, nõ filij: quia ſi ex perſona
filij, ſequeretur, ꝙ filius eſſet obligatus ſibijpſi. In eadẽ
gl. ibi & ex ſua nõ vt hæres. gl. declarat eius illationẽ
timore cõtrarij. nã ſi pater tenetẽ ex pſona ſua, ergo
vt hæres: cũ iura directa quęrãtur patri: vt in gl. præ-
cedẽti. ſi vt hęres tenetẽ pater, ergo detrahit trebelliani
cã. reſpondet gl. modificãdo eius illationẽ, ꝙ licet te
neatẽ pater ex perſona ſua nõ tamẽ tenetẽ vt hæres.
quia ſi vt hęres, faceret filiũ hęredẽ vtiliter reſtituẽdo
hæreditatẽ: ꝙ tamẽ facere nõ poteſt: cũ filius ſit hæ-
res directò. Sed in eadẽ perſona non datur cõcurſus
iuris directi, & vtilis: Imo euaneſcit vtile ſtatim, atq;
directò fit obuiam. d. l. ſi hæres inſtitutus. infrà, ad tre-
bellia. In qua re iſta glo. apertè contrariatur glo. pro-
ximè præcedenti vt ibi dictum eſt.
145 In eadẽ glo. ibi † l. mulier. §. fi. gl. allegat illũ text.
ad probandũ quare pater nõ detrahat trebellianicã.
nam ſi pater tenetur ex perſona ſua, & nõ vt hæres,
cum filius ſit hæres directò, ſecundũ gl. ergo neceſſa-
146 rio ſequitẽ ꝙ trebellianicã detrahere nõ poſſit: † qa
duo requirũtur copulatiuè, vt ſit locus trebellianicę:
ꝙ detrahens ſit hæres: & ꝙ grauetur vt hęres. d. l. mu-
lier. §. fi ꝙ ipſum ẽt probat in hac lege. Imo in hac l.
ſubijcitur exemplũ, in quo fieri poſſit, vt quis ſit hæ-
res, ſed nõ grauetẽ vt hæres nã pater, & dominus fiunt
hæredes directi per filiũ, & ſeruũ, & tamẽ nõ grauanẽ
vt hæredes: cuius exẽpli cauſa nõ parũ laborãt Doc.
in d. l. mulier. in fi.
Gl. in ver. ſed vt patet. diuiditẽ per Iaſ. hic nu. 70. in
quatuor partes. In prima declarat tex. & infert. In ſe
cunda opponit, & ſoluit. In tertia opponit cõtra tex.
per viam quęſtionis, & ſoluit. In quarta remouet ta-
citum contrarium. Secunda ibi, ſed videtur contra.
Tertia ibi, ſed quęro. quarta ibi, & cautè tacet de ſer-
uo. Sed Iaſ. videtur emittere quintã partẽ, in qua gl.
reſpondet tacitę quęſtioni per viã remiſſionis: & eſt
ibi, qualiter autem. nã querit gl. quomodo poſſit re-
ſtitui filio, aut ſeruo, cũ per eos ſtatim reacquiratur
patri, vel domino. de quo ſe remittit ad dicta per eã
in ver. cũ ipſis. Circà primam partẽ poterat dubitari,
quomodo põt grauari pr̃ non vt hæres, cũ fiat hęres
per filiũ. Itaq; &c. eo, ꝙ grauatẽ pater, videtur grauari
vt hæres. gl. declarat ꝙ non cenſetẽ grauatus pater tã-
quam hæres, ſed vt homo extraneus, qui hæres nõ ſit
& q ad integrũ reſtituit: cũ ſoli hæredes cõſueuerint
detrahere, nõ alij. Ex quo apparet, dicit gl. ꝙ pater gra
uatus magis aſſimilatẽ legatario, qui nihil retinet. vt
not. in l. 1. §. & hęc diſpoſuimus. ſuper gl. in ver. ali-
quid lucri. Idẽ probatẽ in l. lex. falcidia. § nunquã. ff. ad
leg. fal. in l. 1. § deniq; & in l. mulier. §. fi. ff. ad treb. vbi
ꝙ etiã legatarius, aut fideicommiſſarius vniuerſalis
non detrahit.
147 Difficultas iſtius † gl. cõſiſtit in tertia parte, an pa-
ter, aut dominus efficiatur hæres directus p filiũ, vel
ſeruũ. in qua. q. gl. diſtinguit filiũ à ſeruo: ꝙ filius re-
maneat hęres nomine. ſed nõ effectu: qa acquiritẽ pa-
tri, ſecus in ſeruo, qui etiã noĩe hæres nõ manet. &
ppter hoc dicit gl. ꝙ cautè tacetẽ de ſeruo in ver. de-
niq; vſq; ad fi.
Bar. autẽ quem Doc. cõmuniter ſequunẽ, tenet ꝙ
idẽ iuris ſit in filio, & ſeruo, & ꝙ neuter dicatẽ hæres
ẽt nomine quoad effectus iuris, ſeu quoad iura dire-
cta, & vtilia, quæ oĩa acquiruntur patri, vel dño: ſed
ꝙ dicũtẽ hæredes quoad nominationẽ, aut ſcripturã,
ſeu quoad nudũ nomẽ hæredis: & ſic dicãtur hęredes
facti: quod patri, vel domino acquiri nõ poteſt. §. ſed
cum factum inſti de inutil. ſtipul.
In qua re Bar. vult duo. primum, ꝙ filius, & ſeruus
acquirãt patri, & domino etiã iura directa: per l. qui
liberis. §. hæc verba. ſuprà de vulg. p l. qui in aliena. §.
interdum ſuprà de acqui. hæredi. & p alia iura vt hic
per eum.
148 Secundum vult Bar. † in hac ſua doctri. ꝙ iſtud
nomen hæredis in facto conſiſtens non ſit prorſus
nullius effectus, imo habeat duos effectus. Primus
effectus eſt, quia remanente hoc nomine hæredis
apud filium, vel ſeruum, ſequitur quod pater, vel do-
minus tenentur eiſdem modis, quibus tenerẽtur fi-
lius vel ſeruus, ſi facti ſui iuris adirent, & ita actiones
habet pater, vel dominus, vt haberet filius, vel ſeruus,
ſi ſui iuris eſſent. l. qui hominem. §. quidam filiũfam.
ff de ſolu. & probatur hac lege, in qua pater detrahit
trebellianicã cõtra extraneum: ergo ita habet ius de-
trahendi, quemadmodum haberet filius, & ſic ex
perſona filij: quia ex perſona ipſius patris detrahere
non poſſet. Secundò probatur in hac lege, patrẽ te-

neri,& habere actiones eo modo, quo filius teneretur, & actiones haberet, dum dicitur fideicōmiſſum relictū filio ſuſtineri ex perſona patris non filij: quia filius ſibiipſi obligari non poteſt:ergo infertur, ꝙ pater teneē eodem modo,quo filius teneretur. quia aliàs nō eſſet vera illa ratio, quia filius ſibiipſi obligari non poſſet. Idem tenet glo. 3. huius legis in ver. cum ipſis. dum dicit patrem teneri ex perſona ſua, nō filij. quia aliàs fideicommiſſum eſſet nullum cum pater teneatur eodē modo, quo filius: filius aūt ſibiipſi obligari non poteſt. Idem,& clarius tenet gl. in ver. quoniam ex perſona.

Sed dicet aliquis circà hunc primum effectum, ſi pater habet actiones, & tenetur eodem modo quo filius,ergo videtur, ꝙ fideicommiſſum ſit nullum, ex quo filius ſibiipſi obligari non poſſet. Secundò videtur, ꝙ pater poſſit detrahere trebellianicam, ſicut poſſet detrahere filius, ſi grauatus eſſet.

Seſpondet Bar. ꝙ pater non poteſt iſtud opponere contra filium, ſcilicet ſe teneri eodem modo, quo filius teneretur: Ideo non pōt dicere filio, ꝙ pater nō teneatur ad fideicommiſſum ſicut non teneretur filius ſibiipſi ſimiliter non poteſt contra ipſum filium deducere quartam.

Et ſi dicatur, quæ eſt ratio ꝙ pater non pōt iſtud allegare contra filium. reſpondet Bar. ꝙ duplex eſt ratio: prima, quæ ponitur in hoc tex. quia pater, cum ſit hæres eo modo, quo eſſet filius, valeret fideicommiſſum ex perſona ipſius patris: nā filius ſibiipſi obligari non poſſet: ergo neceſſario pater ex perſona filij obligatus non eſt, ſed ex ſua.

149 † Secūda eſt ratio generalis: qnia priuilegio, quod quis habet à me non poteſt vti contra me l. ſi iudex circumuento. ff. de minor. l. amiciſſimos. in fi. ff. de excu. tut.

Ex hoc primò effectu generali, ꝙ pater tenetur eodem modo, quo teneretur filius, cōſiderātur, aut inferūtur duo effect⁹ ſpeciales: primus, de quo in d. l. qui hominem. §. quidā filiusfamilias. ff. de ſolu. quia obligatio principalis filij & acceſſoria eius fideiuſſoris, ita confunditur, ac ſi filius ipſe eſſet hæres. & ſic iſte effectus reſpicit vtilitatem filij.

Secundus effectus ſpecialis, quia pater detrahit trebellianicam contra extraneum, non minus atq; filius ipſe detraheret, ſi hæres eſſet cum effectu.

Ex præmiſſis infertur ex dictis Bar. circa hunc primum effectum, ꝙ iſte effectus conſideratur in duobus caſibus. Primus eſt, quando agitur de commodo filij: vt d. l. qui hominem. §. quidam filiumfamilias. Secundus caſus eſt, quando agitur de commodo patris in nullo filij præiudicio.

Secundò infertur, ꝙ vbi agitur de præiuditio filij, non conſideratur iſte primus effectus. nec poteſt cōtra filium allegari. puta quando ageretur de anullando fideicommiſſo, aut de trebellianica contra filium detrahenda.

Ex ſecundo autem effectu Bar. proueniente ex retentione nudi nominis hæredis, concluditur ad vnū effectum generalem, quod in his, quæ ſunt facti, filius & ſeruus hæredes nudo nomine facti dicuntur capaces. Ex quo effectu generali infertur ad duos effectus in ſpecie: primus eſt, de quo in d. l. 3. & l qui liberis. §. hęc verba. ſuprà, de vlga. ſecundus de quo in l. qui hęredi. in prin. infrà, de condi. & demon. In hac quęſtione propter eius difficultatem Soc. procedit per ſex concluſiones, quo certior, & clarior doctri. habea-
150 tur. † Prima concluſio eſt, ꝙ ante aditionem pater vel dominus nullo modo dicuntur hæredes, ſed ipſe filius, aut ſeruus, ad quem aditio pertinet. l. pro hęrede. in prin. ff. de acqui. hær. & §. pen. inſt. de hære. qua li. & differ. in quibus iuribus habetur, ꝙ aditio hæreditatis cōſiſtit in aīo, & voluptate adeuntis. & ſic depē-
151 det aditio ab aīo, & voluntate filij, vel ſerui † qui inuitus adire non cogitur: imo pati poteſt ſe excoriari poruuſquam vt adeat. gl. in l. cum proponas. C. de hæred. inſti. quod procedit, licet inſtituatur filius, aut ſeruus contemplatione patris, vel domini: nec pōt pater, aut dominus adire. Soci. in l. filiofamilias, in vltimo nota. infrà, de condi. & demon. Itaq; quæ dependēt ab animo, & voluntate filij, vel ſerui, ea non ſubijciuntur iuri patris vel domini. nam ſolus Deus dominus eſt animorū: licet, & Deus ipſe animos, & voluntates poſuerit in manu noſtra. conſequenter cum facultas adeundi pertineat ad voluntatem filij, vel ſerui, ipſi ante additionem dicuntur hæredes.
152 Dicit † tamē Soci. ꝙ filius, vel ſeruus hæres impropriè dicitur ante aditam hæreditatem. l. 3. §. ſi quis ita. vbi Imo. ſuprà de hæredi. inſti. l. 3. §. ſi quis hæredi. ff. de ſtatulib. Idem tradit Iaſ. hic col. 17. nu. 85. Bauer.
153 colu. 28 in princ. & hoc notandum eſt † ad diſpoſitiones, in quibus fit mentio de hæredibus, in quibus verba propriè debent intelligi. vt non veniat hæres ſcriptus, aut legitimus ante aditam hæreditatem: cū verba intelligi propriè debeant. l. 1. § ſi. is qui nauem. ff. de exercitor. l. cum qui vectigal. ff. de verb. ſigni. l. conſtitutionibus ff ad municip. l. non aliter infrà, de lega. 3. c. in noſtra. de iniur. c. propterea. de verb. ſigni. cum ſimi.
154 Addo † ſecus eſſe in hæreditate. nā hæreditas propriè dicitur antequam ſit adita: quia poſt aditionem confunditur cum bonis hæredis: & efficitur vnicum patrimonium cum patrimonio hæredis. l. 1. §. præterea ff. de ſepara. l. ſed ſi plures. §. ſi filio. ff. de vulga. l. qui Titij. ff. de his quib. vt indig. l. fi. in fi. C. de inoff. teſt. inſti. quibus manu. nō li. in prin. & §. 1. inſti. de hæred. quali. & differ. glo. & doc. in l. 1. §. veteres. ff. de acq. poſ. Deci. in l. hæreditas. in fi. ff. de reg. iur. in l. qui ſe patris. col. 4. C. vnde lib. Iaſ. in l. venia. col. 3. poſt med. C. de in ius vocam. & in l. ſicut maior. col. 2. C. de repu. hæredi.
155 Præmiſſa tamen concluſio, † ꝙ hæreditas non dicitur, poſtquam eſt adita, procedit ſecundum proprium ſignificatum: largè tamē, & impropriè dicitur hæreditas. Pau. de Ca. in l. fi. §. ſin autem in ſecūda. C. de bonis quæ lib. quod eſt notandum in materia. in qua verba largè, aut impropriè intelligi poſſunt.

Secundò non procedit dicta concluſio, quādo aditur hæreditas cum beneficio inuentarij. Pau. de Caſt. in d. §. ſin autem in ſecunda. circa fi.

Tertiò non procedit, quando aliter ſe haberet cōmunis, vſus loquendi, ꝙ dicatur hæreditas etiā poſt aditionem Bal. in c. conſultationibus. col. fi. de offi. delega. Sequitur Iaſ. in d. l. ſicut maior. col. 2. circa med. C. de repu. hæredi. Addo Alex. in conſi. 49. in fi. lib. 3. vbi amplius atteſtatur Alex. communē vſum loquendi ita eſſe.

Quartò non procedit, quando aliter appareret de mente diſponentis, ꝙ voluit intelligere de hæreditate iam adita: vt quia facta ſit mētio de hæreditate adita Alex. in d. conſi. 49. in fi.

Quintò nō procedit, quando intelligendo de hæreditate iam adita, correctio euitatur iuris cōmunis puta ſtatutum excludit ſororem propter fratrē præterquam in bonis maternis: nam ſoror ſucedit fratri in bonis maternis vnitis cum hæreditate fratris: vt quia mater inſtituerit fratrem hæredem. Ita ſingulariter Corn. in conſi. 311. lib. 4.

156 Sed aduerte † circà hanc primam concluſionem Soci. nam Soci. videtur velle, ꝙ filius, aut ſeruus magis dicantur hæredes ante aditam hæreditatem. quā poſt Sed videtur, quod imo minus dicantur hæredes nam ſolum conſiderātur hæredes reſpectu facti: quia ſcripti, aut nominati ſine illis effectibus, q inducūtur ex nudo nomine hęredis poſt aditam hæreditatem.

Secun-

157 Secundò iſta † prima concluſio, ꝙ ante aditam
hæreditatem nihil acquiratur patri, vel domino, pro-
cedit in hæreditate delata filio, aut ſeruo: ſecus in le-
gato. nam ſi legatur filio, aut ſeruo Titij quemadmo
dum dominiū in legato tranſit in filium, aut ſeruum
ſtatim à morte teſtatoris, & ante aditam hæreditatē
l.à titio.ff. de furtis. ita, & ante aditam hæreditatē pa-
tri, vel domino acquiritur. l. legatum nulli vbi Bart. ſ.
de adimen.lega.& ita no. Bauer. hic col. 28. poſt prin.
158 Secunda concluſio † Soci. ꝙ filius, aut ſeruus adita
hæreditate dicuntur hæredes ſcripti, pater autem, &
dominus dici nō poſſunt hęredes ſcripti, quia ſcriptu
ra ꝙ quis ſit hæres ſcriptus, dicitur quid facti, quod in
patrē, vel dominum non tranſit. pro hac concluſio
ne adducit Soci. duo iura ſimul iuncta, videlicet tex.
in l qui liberis. §. hęc verba. iuncta l.cum filio. in fi. à
159 contrario ſenſu. ſuprà de vulga. † in d. § hęc verba.
dicitur, ꝙ illa clauſula, quiſquis mihi hæres erit, refer-
tur ad hæredem ex teſtamento: ideo non compræ-
henditur pater, vel dominus, qui in teſtamento hę-
res ſcriptus non eſt. Ideo ſeruus admittitur tanquam
hæres ſcriptus: vt probatur in l. cum filio. in fi. à con-
trario ſenſu. nam dominus non admittitur ad ſubſti-
tutionem pupillarem factam per illa verba, quiſquis
mihi hæres erit, &c. quando ſeruus non eſt in eius po
teſtate. ergo admittitur, ſi ſit ſeruus in poteſtate me-
diante perſona ſerui: ergo neceſſario ſeruus dicitur
hæres ſcriptus. quia aliàs dominus admitti non poſ-
ſet: cum referatur clauſula ſolum ad hæredes ſcrip-
tos. & ſic in d. §. hæc verba probatur, ꝙ nomen hære-
dis ſcripti non tranſit in dominum, in d. autem l. cum
filio probatur, ꝙ remanet nomen hæredis ſcripti
apud ſeruum, ex quo admittitur vt hæres ſcriptus.
Sed vltra Soci. videtur, ꝙ tex. in d. l. cum filio. hoc
probet etiā in ſenſu directo, dum dicit admitti ſcri-
ptos hæredes tātum: ergo veniunt filius, aut ſeruus,
qui ipſi ſcripti ſunt, cum non excludantur, niſi dicas,
ꝙ poterat de eis dubitari, an admittantur, licet ſint
ſcripti, ex quo nomen hæredis in eis non cadit. pro-
batur tamen iſta concluſio per tex. in d. l. cum filio.
per ſe. nam vtrunq; ibi habetur, ꝙ ſcripti tantum hæ-
redes veniunt, & ꝙ ſeruus admittitur. primum proba
tur in ſenſu directo: ſecundum in ſenſu contrario.
Eādem concluſionem comprobat idem Soci. in ſeq.
concluſione.
160 Pro hac † ſecunda concluſione, ꝙ ea quæ ſunt fa-
cti non tranſeunt in patrem, vel dominum, facit: nā
licet ius ſeruitutis legatę tranſeat ipſo iure in legata-
rium ſine alia conſtitutione. l. ſi partem §. 1. ff. quem.
ſerui. amit. Bar. & doc. in l. 1. vbi dixi, ſuprà eo. Tamē
facultas ſeruitutis, aut ſeruitus, prout in facto conſi-
ſtit, nō trāſit ipſo iure, puta ſi legetur aditus vſufruct.
Areti. in l. ſeruum filij §. fi. infrà eodem. arg. §. ſed. cū
factū. inſt. de ſtipul. ſeru. tradit Soc in d. l. 1. col. 4 ſ. eo.
161 Ad idem, † quod filius, & ſeruus dicantur capaces
facti, videmus, ꝙ licet vſufructuario non competat
ius ſeruitutis, quæ domino ſoli debetur, competit ta
men factum, aut facultas ſeruitutis. l. 2. §. recte. ff. ſi
ſerui. vendi.
162 Similiter in his † quæ ſunt facti, poteſt ſeruus præ-
iudicare domino vt ſi nolit adire hæreditatem d. l. cū
proponas C. de hæredi. inſti. ſimiliter ſeruus fugitiuus
priuat dominum poſſeſſione naturali, quæ conſiſtit
in facto: licet non priuet poſſeſſione ciuili, quæ con-
ſiſtit in iure. l. 1. §. per ſeruum. vbi Iaſ. in ſecundo no-
ta. ff. de acquiren. poſ. ſimiliter ſeruus poteſt ſibi ſtipu-
lari poſſeſſionem naturalem, quæ facti eſt, licet non
ciuilem, quæ iuris eſt l. ſtipulatio iſta habere licere. §.
hęc quoq;. ff. de ver. obl.
163 Videmus † etiam, ꝙ in his, quæ facti ſunt, conſide-
ratur perſona pupilli. Ideo ſi pupillus impedit condi
tionem impleri, illa habetur pro impleta: cum in fa-
cto conſiſtat. in l. cum pupillus. ff. de condi. & demō.
164 Circa † tertiam concluſionem Soci. ꝙ filius, aut
ſeruus adita hæreditate adhuc retinent nomen hære-
dis denudatum tam eſt ab omni iuris effectu. Aduer
tendum eſt primo, quia videtur eadem concluſio cū
præcedenti, Sed dici poteſt. quod in præcedenti ſolū
dicitur, quod retinent nomen hæredis ſcripti, in hac
autem tertia concluſionem dicitur de retentione
nominis hæredis ſimpliciter. Secundò in præce-
denti concluſione nihil dicitur de effectu talis nomi-
nis hæredis vtrum habeat effectum aliquem, vel non
hic autem fit mentio de effectu.
165 Secundò aduertendum in hac † tertia concluſio-
ne dum allegat Soci. tex. in. l. 3. §. qui fideicommiſſa-
riam ſuprà de hæred. inſt. nam ille tex. nō videtur pro
bare dictū Soci. quod hæres adhuc dicatur, qui hęres
in totum eſſe deſijt. Etenim legitur ille tex. in gl. duo-
bus modis. Primò, quod ſeruus inſtitutus hæres, exi-
ſtente conditione libertatis fideicommiſſarię non
deſinit hæres eſſe quoad nomen, ſed effectu tantum
& ſecundum hanc lectu. non probat ille tex: dictum
Soci. quia ſeruus ibi non deſinit in totum hæres eſſe,
prout Soci. loquitur. Secundò modo legitur ille tex.
per gl. quod exiſtente conditione libertatis fideicom-
miſſariæ ſeruus quidem in totum deſinit eſſe hæres,
ſi velit repudiare. Sed ideo in tex. dicitur eum hæredē
eſſe non deſinere, ſcilicet ſi nolit repudiare. & ſic etiā
ſecundum iſtam lecturam non dicitur hæres, qui in
totum deſinit eſſe hæres. Sed dicitur ibi quod non de
ſinit eſſe hæres, quando non repudiat. & conſequen-
ter nominatur ibi ſeruus hæres, quando non repu-
diat, non ēt quando repudiat, & deſinit omnino hæ-
res eſſe probaret autem tex. quādo diceretur ſeruus
hæres poſt repudiationem, & ſic poſtquam deſinit in
totum hæres eſſe.
166 † Tertiò, aduertendum eſt in hac tertia conclu-
ſione Soci. ad rationem d. l. qui hæredi. ff. de condi. &
demon. vult dicere Soci. poſt Bar. ibi ꝙ qua ratione
filius, & ſeruus retinent nudum nomen hæredis adita
hæreditate, quia eſt quid facti, ita Implementum con
ditionis, quæ in facto conſiſtit, fieri debet in pſona fi-
lij, vel ſerui capacium talis facti ex quo impleri debet
conditio in forma ſpecifica, effectus autem talis im-
plementi quia in iure cōſiſtit, patri, aut domino quæ-
ritur. & ſic implementū put eſt in fieri, pertinet ad fi-
lium, aut ſeruum, ſed poſt factum pertinet ad p. trē,
aut dominum.
Sed arguitur cōtra iſtam rationē: nā licet Imple-
mentū conditionis cōſiſtat in facto, & filius, aut ſer-
uus dicantur capaces facti, tamen illud procederet, ſi
dictum eſſet, ꝙ impleretur conditio filio, aut ſeruo:
ſecus videtur, quādo mandatur impleri hæredi. quia
verbum hæredi, videtur intelligendū verè, & propriè
de eo, qui verè, & propriè fit hæres. Secundò attenta
ratione Bar. & Soci. ſequi videtur abſurdū, ꝙ imple-
ri poſſit conditio etiam ante aditā hæreditatē: quia
ante aditionē dicitur quis hæres nudo nomine quo-
ad factum tamquam ſcriptus, aut nominatus hæres,
vt hic per Areti. col. 8. in fi. Ripā colum. 11. poſt med.
Ad hanc difficultatem reſpiciens Iaſ. hic nu. 87. di-
cit rōnē congruentiorē aſſignari poſſe: quia cōditio
dandi hæredi, refertur ad hæredē ſupraſcriptū, aut in-
fraſcriptum, cuius appellatione non venit hæres nō
ſcriptus. Sed iſta ratio Iaſ. videtur eadem cum dicto.
nam iſtud eſt de quo quęritur, quare non veniat niſi
hæres ſcriptus, Ideo melior videtur ratio Bar. & Soci.
Neq; obſtat, ꝙ implementum fieri debet hæredi, fili-
us autem, aut ſeruus non dicuntur hęredes: quia imo
dicuntur hæredes nominati à teſtatore. & cum teſta
tor habuerit eos pro hæredibus, & vti tales nomina
uerit, nec alios hæredes appellauerit. in eorum per-
167 ſona impleri debet cōditio, neq; curatur † de pro-

prietate verborum vbi apertè conſtat de voluntate teſtatoris.l.non aliter.infrà de lega.3. l. proculus.ff. de vſufruct. l. quoniam indignum. C. de teſtam. l. 2. C. commu.de lega.

Non obſtat argumentum Areti. & Socin. ꝙ hoc modo impleri poſſet conditio etiam ante aditam hæreditatem:quia reſpondetur,ꝙ ante aditam hæreditatem impleri non poteſt conditio,non quia filius, aut ſeruus non ſint capaces, & quia nudum nomen non ſufficiat:ſed quia voluntas deficit teſtatoris, qui voluit dari hæredi: quod verbum refertur poſt aditã hæreditatem. Secundò reſpondeo, ꝙ ante aditam hæreditatem nudum nomen heredis non poteſt plus operari in filio, aut ſeruo, quam in homine ſui iuris, ſed in homine ſui iuris nullum effectum producit: cũ aditio requiratur, vt dictum eſt in ſecunda concluſio ne:ergo,&c.

168 Sed contra d.l.qui hæredi † videtur tex. in l.4. infrà de condi. & dem. & in l. is qui in fi. infrà de lega.præſtan. vbi conditio de dando hæredi verificatur etiam in patrono, qui hæres ſit per contratabulas contra voluntatem teſtatoris, & ſic in hærede non ſcripto, quem tex.dicit fortem Iaſ. in l. precibus col.13.verſi. ſeptima vtilitas. C. de impub. nec aliter reſpondet. Ad illum tex. reſpondet Soci. iunior hic ſuper glo. in ver. ex trebelliano. colum. 9. nu. 37. ꝙ aut inſtitutio remanet valida,nec reſcinditur, & tunc dandum eſt hæredi ſcripto,licet ſit ſeruus, & alij acquirat.vt d. l. qui hæredi. Aut inſtitutio reſcinditur, ita ꝙ hæredi ſcripto dari non poteſt:& procedunt contraria.

Sed iſta ratio non placet:quia ſi impletur conditio dando ſeruo,qui eſt hæres facti tanquam ſcriptus.Ita videtur poſſe impleri dando hæredi ſcripto,cuius inſtitutio reuocata eſt, aut reſciſa: quia non obſtante reſciſione, hæres tamen ſcriptus dicitur,& ſic negari non põt, quin dicatur hæres ſcriptus, & nominatus.

Secundò iſta ratio videtur eadem cum dicto.nam iſtud eſt, de quo quæritur, cur dari poteſt patrono contratabulanti, cum non ſit hæres ſcriptus.

Tertiò ſi datur ſeruo tanquam hæredi ſcripto, licet ſeruus ſibi non acquirat, à fortiori videtur dandum hæredi ſcripto poſt reſciſionem teſtamenti,cũ is ſibi acquirat,& quidem ſecundum voluntatem teſtatoris.

Aliam reſponſionem tradit Soci. ſenior in l. Paulus 1. ff. de rebus dub. ꝙ in d.l.4. & in d. l. is qui.ideo impletur dando patrono contratabulanti, quia ipſe tenetur ad onera legatorum in totum, vel pro parte: ob id æquum videtur, ſi percipiat commodum implementi, ꝙ etiam teneatur pro rata onerum, & ſi dicatur attenta iſta ratione dandum eſſet domino ſerui, quia tenetur dominus ad onera.

Reſpondeo, ꝙ ipſi domino acquiritur commodum illud per ſeruum, & ſi acquiri non poſſit, quia ſeruum manumiſerit,aut alienauerit,ſibi eſt imputãdum: quia facto ſuo fraudatur commodo.

Sed tamen adhuc iſta ratio non ſatisfacit, quia ſi ratio onerum hoc facit, nihil opus erat circuitu, ꝙ detur ſeruo, ſed immediatè videbatur dandum do-

169 mino onera ſuſtinenti. Ideò † aliter puto reſpondeti poſſe ad contraria; nam in d. l. qui hæredi. Seruus aliquo modo eſt hæres quoad factum, ideo in eius perſona conditio implenda eſt. Sed in cõtrarijs hæres ſcriptus nullo modo eſt hæres etiam, quoad factum: quia reſciſo teſtamento amplius legi non po-

170 reſt illud nomen hæredis ſcripti: † namq; vbi teſtamentum annullatur, perinde eſt, ac ſi nunquam factum eſſet. inſtu. de hæredum quali. & differ. in prin. l. ſi, aut nullum. C. de legiti. hæredi. ſecus in ſeruo cuius inſtitutio non irritatur, licet ſeruus ſit, & alteri acquirat.

171 Vel aliter reſpondeo, † quod in iſto implemento conditionis duo conſiderantur,factum,& ius, factum quidem circa dationem,& receptionem:& huius ius facti ſeruus eſt capax, vt ei impleri poſſit, ſicut eſt capax facti,inſtitutionis,legati, donationis, & cõtractuum, vt poſſit inſtitui,accipere legatum,donationem, & contrahere. Ius autem conſideratur circa acquiſitionem eius quod datur pro implemento, & in hoc,capax ſeruus non eſt,ſed domino acquirit niſi ſit factus liber. Modo in caſu d.l.qui hæredi. ideo impletur dando ſeruo, quia cum facti ſit capax, ius acquiritur domino,niſi factus ſit liber: quia tunc acquirit ſibijpſi: & ſic acquiſitio fit ſecundum diſpoſitionẽ iuris. Sed in contrarijs ſi poſſet dari hæredi ſcripto poſt reſciſum teſtamentum,licet hæres ſcriptus ſit capax facti, tamen acquiſitio, aut iuris effectus fieret contra diſpoſitionem iuris reſcindentis teſtamentum.

Tertiò reſpondeo,quod qua ratione dominus nõ poteſt fieri hæres per ſeruum, niſi ſeruus adeat. d. l. cum proponas. C. de hæred.inſti. eadem ratione implementum fieri debet in perſona ſerui; nam ſi dominus poſſet adire hæreditatem ſine facto ſerui,fraudaretur ſeruus,ſi fiat liber ante aditionem. Similimo do ſi domino impleri poſſet, fraudaretur ſeruus cõmodo implementi, ſi fiat liber ante implementum, & ſic in ſeruo ſpes conſideratur conſequendæ libertatis,ſed in hærede,reſciſo teſtamento, nulla ſupereſt 1 ſpes habendæ hæreditatis.

Quarto reſpondeo, ꝙ reſciſa inſtitutione, quæ eſt caput,& ipſum principale teſtamẽti,corruunt omnia acceſſoria reg. cum principalis ff.de reg. iur.ſimiliter vno ſublato,tolluntur omnia,quæ ſequuntur ex eo.

172 † nam etiam in materia ſtricta diſpoſitio facta ſuper vno, extenditur ad omnia, quæ ſequuntur ex illo. gloſ. in cap. quia in tantum, de præben. Paul. de Caſtr. in conſi. 30. ſuper puncto iſto plura ſubtiliter. colum. 2. poſt med. lib. 1. ſed datio facienda hæredi ex cauſa implementi venit acceſſoriè,& conſecutiuè ad ipſam inſtitutionẽ. Ideo reuocata inſtitutione labaſcunt etiam omnia,quæ veniunt conſecutiuè ex ea. Seruus autem inſtitutus licet acquirat domino, tamen inſtitutio non vitiatur:imo ex ea aditur hæreditas,licet poſt aditionem ius alij quæratur ex diſpoſitione legis.

173 Sed contrà iſtam tertiam † concluſionem, ꝙ imo nomen hæredis etiam in ſeruo non dicatur ſine effectu,adducitur text.in l.legatum eſt.§. alienus.infrà, eodem.vbi quando ſeruus alienus inſtituitur heres, legari à ſeipſo cuidam tertio non poteſt:quia inter heredem, à quo relinquitur,& rem legatam, debet eſſe differentia: ſicut debet eſſe differentia inter venditorem, & emptorem],cum idem non poſſit eſſe venditor,& emptor,lege prima,in prin.ff. de rerum permutatio,ergo legatum capit fundamentum in perſona ſerui; & nomẽ hæredis in ſeruo non videtur ſine effectu.Ad illum text.reſpondet Areti in d.l. placet in fi.ſuprà, de acqui. hæredi. ꝙ debetur legatum à ſeruo inſpecto iudiuo, aut inſpecta voluntate teſtatoris.

Sed hanc reſponſionem reprobat Iaſ. hic col. 16. nu.81.quia magis attendi debet diſpoſitio iuris, quã volũtas teſtatoris.Confirmatur fundamentũ Iaſ.quia ſecundum diſpoſitionem iuris voluntas teſtatoris im

174 pleretur,& legatum valeret: † Ideo aliter puto reſponderi poſſe, ꝙ licet ſeruus non dicatur heres eſſectu,tamen dominus efficitur heres, mediãte ſeruo. Sed eſſe abſurdum, ꝙ fieret quis heres mediante re alteri legata, ſeu ꝙ res legata alteri faciat quem hæredem.

Secundò reſpondeo, ꝙ iſte effectus inducitur non ex retentione nominis hæredis, ſed ex ipſa aditione ſerui,per quam legata confirmantur.l. ſi nemo. ff. de teſta. tut. ſed eſſet abſurdum, ꝙ eadem perſona eſſet confir-

confirmans,& confirmatum:conſequenter impedi-
mentũ validitatis legati inducitur ex cauſa facti pro-
pter factum aditionis non propter effectum iuris ca-
dentem in ſeruo hærede.

175 Tertiò ad tex. in d. §. alienus † patet reſponſio ex
doctri. Bar. hic,& miror ꝙ Areti. & Iaſ. non aduer-
terint. Nam licet nomen hæredis in ſeruo ſit ſine ef-
fectu, & tranſeant omnia iura in dominum, tamen
tenetur dominus eiſdẽ modis, quibus teneretur ſer-
uus,ſi factus ſui iuris aduixiſſet: ſed ſeruus factus ſui iu-
ris non teneretur ad legatum ſui ipſius :ergo nec do-
minus.

Alias declarationes ad d. §. alienus, vide per Soci.
iun. hic ſuper glo.in ver.ex trebelliano. col 9. nu.39.
ex quibus non æquè clarè explicatur difficultas, ac
per reſponſiones memoratas.

176 Secundò † contrà iſtam tertiam concluſionem vi-
detur tex. in l.3. §. hoc autem.ff. de lega. præ. vbi le-
gatum ſeruo vnius ex liberis non conſeruatur per il-
lum ſtru. ergo directum ius hæredis non videtur ac-
quiri domino per ſeruum, nec perinde videtur, ac ſi
dominus eſſet inſtitutus. Solutio,illa conſeruatio fit
magis cõtemplatione perſonarum, quibus relinqui-
tur,vt honor eis ſeruetur , quam ratione commodi,
quæ ratio ceſſat , quando relinquitur ſeruo alicuius
ex liberis. Ideò ſtatutum puniens contrahentem cũ
bannito, non habet locum in contrahente cum ſer-
uo banniti,quia ſtatutum non conſiderat effectũ cõ-
tractus,cui acquiratur,ſed perſonam contrahentis ſe
cundum Bat. in d. §. hoc autem , & ſic indirectè per-
mittitur , quod directo prohibetur , quando in caſu
indirecto ceſſat cauſa,aut ratio prohibitionis. Aliter
etiam reſpondeo ad d. §. hoc autem , ꝙ in materia
odioſa indirectè permittitur, quod directè prohibe-
tur. Signorol. in conſi. 234. colum. 2. circa fi. verſi.
item verba prolata.

177 Tertiò † oppo. contra hanc tertiam concluſionẽ,
de.l. legatum nulli.infrà de adimen.lega.vbi quando
relinquitur filio , aut ſeruo alicuius, illud adimi debet
filio,vel ſeruo , nec ſufficeret adimi patri, vel domi-
no , ergo non videtur omninò acquiri patri, vel do-
mino. Solutio , reuocatio actus fieri debet eo modo
quo ipſa actus conſtitutio. l. nihil tam naturale.ff. de
reg. iuris. Ideò cũ domino acquiratur mediante ſer-
uo, eidem auferri debet mediante ſeruo.

Secundò reſpondeo,ꝙ pater, vel dominus imme-
diate non hẽt à teſtatore, ſed à lege : ideò auferre nõ
poteſt teſtator ab eo,cui immediatè nihil dedit.

Tertiò reſpondeo,ꝙ niſi adimatur à filio , vel ſer-
uo,ademptio facta patri, vel domino eſſet eluſoria:
nam duraret adhuc legatum filio, aut ſeruo , ꝑ quos
patri , vel domino ſemper acquireretur : nec adem-
ptio facta domino extenditur ad relictum factũ ſer-
uo:cum per dominum ſeruo non quæratur.

Quartò reſpondeo,ꝙ ante quęſitum ius fruſtrà tra
ctatur de ademptione iuris. Ideò ſolum tractatur de
impediendo ne acquiratur. Sed iſtud impedimentũ
fieri non poteſt, niſi tollatur à ſeruo.

178 Sed adhuc,& † quartò opponitur contra iſtam ter
tiam concluſionem , ꝙ imo nomen hæredis in filio,
& ſeruo non careat effectu: per tex. in d.l. qui liberis.
§. hæc verba,& in d.l. cum filio.cum ibi no. ſuprà de
vulga.& per doctri. Bat. hic col.5.verſi. ſecundo con
ſueuit dubitari,vbi dicit,ꝙ filius,& ſeruus facti ſui iu-
ris admittuntur ad ſubſtitutionem pupillarem tan-
quam hæredes,ad quam non admitterentur ceſſante
nomine hæredis: ergo nomen hæredis non caret effe
ctu.Sed reſpondetur,ꝙ durante patria, vel dominica
poteſtate,iſte dicitur effectus facti,nõ iuris, quia clau
ſula,quiſquis mihi hæres erit, reſoluitur in conditio-
nem ſi quis mihi hæres erit d. l. qui liberis. infi. prin.
quæ conditio impleri non poteſt niſi in perſona filij,
aut ſerui,qui ſcripti ſunt hæredes, & ad quos aditio
pertinet,ſeu facultas adeundi , ex iuſſu tamen patris,
vel domini,& ſic quia impletur conditio in perſona
filij,vel ſerui, ipſi admittuntur ad ſubſtitutionem , in
nullo tamen iuris effectu quoad eorum perſonas.Pa
ter autem , vel dominus ex eorum perſonis admitti
non poſſunt:quia in eis non verificatur conditio ſub
ſtitutionis:cum nõ ſint ſcripti hæredes , neq; adeant.
Si verò conſideremus tempus exiſtentiæ ſui iuris quo
caſu admittuntur filius, vel ſeruus ad ſubſtitutionem
ad eorum commodum,& quo caſu effectus iuris vi-
detur conſiderabilis : Dico , ꝙ iſte effectus confertur
in tempus habile, cum erunt ſui iuris : quo caſu in fi-
lio , & ſeruo poteſt cadere nomen hæredis collatum
179 in tempus habile , non impediente † regula Cato-
niana , quæ non habet locum niſi in cædentibus ſta-
tim à morte teſtatoris.§. an ſeruo. inſti. de leg.l.1.2.
& 3. infrà de reg. Cat.

180 Quintò opponitur , † ꝙ imo nomen hæredis non
dicatur ſine effectu:quia ex perſona filij,vel ſerui de-
trahitur trebellianica contra extraneum: vt hac lege.
Solutio.iſte effectus non inducitur ex retentione nu-
di nominis hæredis , ſed ex actu ipſo aditionis , quia
per aditionem primitiua obligatio cauſatur in perſo
na filij,vel ſerui : ob id filius, aut ſeruus dicuntur pri-
mo loco obligati ad fideicommiſſum cum qualita-
te ipſius obligationis, vt detrahatur trebellianica.

Secundò reſpondetur, ꝙ iſte effectus iuris non in-
ducitur ad vtilitatem filij,vel ſerui durante aliena po-
teſtate, ea autem ceſſante, confertur effectus in tem-
pus habile : vt ſuprà , in præcedenti oppoſitione eſt
dictum.

Tertiò reſpondetur , ꝙ iſte effectus inducitur non
quia filius,aut ſeruus dicãtur hæredes, ſed quia pater,
vel dominus, qui efficiuntur hæredes per filium , aut
ſeruum,habent actiones , & tenentur eiſdem modis,
quibus haberent, & tenerentur ipſi filius , aut ſeruus,
ſi facti ſui iuris aduixiſſent , vt ſæpę eſt dictum. Sed fi-
lius,aut ſeruus facti ſui iuris detraherent trebelliani-
cam:ergo, &c.

Quartò reſpondetur,ꝙ detrahitur trebellianica ex
perſona filij, ideſt propter aditionem filij: quia pater
non poteſt detrahere ex perſona ſua : non quia non
ſit hæres directus, ſed quia in eo ceſſat cauſa introdu-
ctionis trebellianicæ, de qua per gl. in §.his igitur , in
ver.cõplere.in autẽ.de hæred.& falci. Alex. hic col.1.

181 Sexto opponitur † contra hanc tertiam concluſio
nem , ꝙ imo nomen hæredis non dicatur , ſine effe-
ctu: quia ex aditione filij inducitur cõfuſio obligatio
nis eius , & ſui fideiuſſoris tanquam acceſſoriè , non
minus,atq; ſi filius verè eſſet hæres.l qui hominem.§.
182 quidam filiumfamilias.ff. de ſolutio. Ad iſtud † du-
plex habetur reſponſio:prima ſecundum Bar. in d. §.
quidam filiumfamilias, ꝙ ibi inducitur confuſio , ne
alias fiat præiudicium tertio, ideſt fideiuſſori , quam
ſolutionem ſequitur Soci. hic in quarta , & ſequenti
concluſione. Secunda reſponſio datur per Bart. hic
dum allegat.d. §.quidam filiumfamilias,ꝙ inducitur
confuſio,quia licet pater fiat hæres per filium,tamen
conſequitur pater actiones hęreditarias,& obligatur
eiſdem modis,quibus filius teneretur,& actiones ha-
beret,ſi factus ſui iuris aduixiſſet.Sed filio ſui iuris adeũ
te,vtiq; confuſio induceretur:ergo , &c. Sed vtra ha-
rum reſponſionum ſit potior,videbimus in ſequen-
ti concluſione.

183 Quarta † concluſio Soci. venit ad limitationẽ ter
tiæ , & præcedentis concluſionis , ꝙ nomen hæredis
in filio retinet effectum confuſionis obligationis : de
quo effectu in d. §. quidã filiumfamilias, ne alias fiat
præiudicium tertiò,ideſt fideiuſſori.

184 Sed † aduertendum circà hanc quartam concluſio
nem : quia aliam rationem ad d. §. quidam filiũfa-
milias,

militas, conſiderat Bart. ibi, aliam hic, vt diximus in præcedenti concluſione, & in ſexta oppoſitione. Cõſidera ꝙ ratio Bar. in d. §. quidam filiumfa. non videtur bona, quia non videtur tractari de præiudicio fideiuſſoris, ſi impediatur confuſio, & ne quæratur liratio. l. qui autem in prin. ff. de his quæ in frau. credi. cum ſimul. vt per Moder. in l. filius paciſcendo. C. de pactis.

Secundò conſidera, ꝙ iſta ratio Bar. poteſt retorqueri contra eum; nam dicit, ꝙ ius acquiſitionis inducitur inter patrem, & filiũ, nec conſideratur in præiudiciũ extranei. Sed in d. §. quidam filiumfa. principaliter agitur inter patrem, & filiũ, & de confuſione obligationis principaliter conſtantis in perſona filij: obligatio aũt fideiuſſoris venit acceſſoriè, quæ regulatur à principali; ergo cum principaliter agatur de obligatione filij, & de eius præiudicio non videretur inducenda confuſio, ſed teneatur filius indemnem fideiuſſorem præſtare.

Ideò melior videtur ratio Bart. hic Alia etiam ratio conſiderari poteſt ex dictis eiuſdem Bart. hic, ꝙ confuſio obligationis filij ideò inducatur, ne vtatur pater beneficio acquiſitionis habitæ per filiũ in odiũ ipſius filij, quod fieret, ſi non cõfuſio obligationis induceretur; nam agendo contra fideiuſſorem filij, perinde eſt, ac ſi ageret contra ipſum filium, cũ quo fideiuſſori ſoluẽti iudiciũ foret ꝓ fideiuſſoris indẽnitate,

185 Circà † quintã concluſionem Soci. ꝙ ius directũ hæreditatis, & omnia iura directa exiſtentia in hæreditate acquiruntur patri, vel domino, quorũ iurĩũ reſpectum non poſſunt filius, vel ſeruus hæredes dici ſimpliciter, & propriè; nam hæres propriè idem eſt, quod dominus. §. pen. inſtit. de hæred. quali, & differ. Dominium autem abeſt à filio, & ſeruo. Dum dicit Soci. hanc concluſionem eſſe de mente Bar. dicite, ꝙ imo Bar. expreſsè id voluit, dicendo, ꝙ filius, & ſeruus quoad actiones directas, & vtiles faciunt hęredes patrem, & dominum, & dum dicit hoc velle glo. in l. quod meo. §. procurator. ff. de acqui. poſ. dum allegat. l. placet. ſuprà de acqui. hæredi. glo. iſtud voluit, dum æquiparat acquiſitionem procuratoris reſpectu poſſeſſionis, acquiſitioni filij, & ſerui. Nam apud procuratorem nihil iuris remanet in poſſeſſione: ergo idem vult in filio, & ſeruo: ex quo ad probandũ dictum de procuratore adducit legem loquentem in filio, & ſeruo.

Secundò aduertendum eſt in hac quinta concluſione: quia Soci. id agit, vt eam probet ratione, auctoritate, & lege: ratione quia hæres idem eſt, quod dominus. §. pen. inſti. de hære. quali. & differ. ſed filius, ſeruus adita hæreditate non dicuntur domini, ergo hæredes dici non poſſunt, nam iſta ratio non probat concluſionem: imo ratio potius probatur per concluſionem; nam concluſio habet, ꝙ dominium directum quæritur per filium patri, & ſeruum domino: ergo filius, & ſeruus non dicuntur hæredes, neq; domini. Sed ratio, quia hæres idem eſt, quod dominus, nõ concludit, ꝙ per filium, & ſeruum quæratur ius directũ. Conſequenter procedit ratio præſuppoſita concluſione, ſed eam non probat.

Tertio aduertendũ, dũ allegat Soci. tex. in l. acquiritur. §. 1. ff. de acquir. rerũ domi. vbi qñ ſeruus adit iubẽte domino, perinde eſt, ac ſi dominus inſtitutus eſſet. Sed domino inſtituto, vtiq; acquirerẽtur iura directa, ergo idẽ inſtituto ſeruo. Nam contra illum tex.

186 duo obſtant, primum dictio, † perinde, quæ eſt nota improprietatis. l. ſed & ſi lege. §. perinde, vbi Ang. ff. de peti. hæredi. Secundò videtur obſtare ſecũdum Soc. iuniorem hic ſuper gl. in ver. ex trebelliano. col.

187 2. poſt med. † quia ille tex. in prin. loquitur de ſeruo tantum, ergo ſecus videtur in filio. Tertiò, ſecundum eundem Soci. iun. vbi prin. illius legis loqueretur etiã in filio, tamen in d. §. 1. ſolum loquitur in ſeruo: nec cenſeri debet repetita perſona filij propter diuerſitatem rationis: cum filius ſit capax iuris directi: vt patet in Caſtrenſibus, vel quaſi: quod non eſt in ſeruo, per quæ duo argumenta confutabat Soci. iun. induductionem Areti. circà d. l. acquiritur.

188 Sed ad primum † argumẽtum dictionis, perinde, reſpondetur ꝙ non procedit in his, quę ſunt iuris, in quibus importat proprietatẽ. Bar. in l. maritus. §. legis iuliæ. ff. de adulte. & in l. ſi is qui pro emptore, col. 22. verſi. item quæritur. ff. de vſucapio. Ang. in l. 3. ff. de inſtitor. Sed vtrum quis ſit hæres, vel non, vtrũ habeat iura directa, vel non, hoc ad ius pertinet.

189 Non † obſtat, ſecundum argumentum Soci. iun. ꝙ d. l. acquiritur in prin. non loquatur in filio, ſed in ſeruo tantum: quia reſpondeo, ꝙ loquitur generaliter de his, qui in poteſtate aliena ſunt, ergo generaliter debet intelligi, ſiue ſit filius, ſiue ſeruus, vulg. l. de precio. ff. de publicia. cum ſuis ſimil. Secundò reſpõdeo, ꝙ iſta conſideratio Soci. iunioris videtur contrà tex. in l. 1. §. fi. ff. de pecul. vbi quando fit mentio de eo, qui in aliena poteſtate eſt, intelligitur de filio, & ſeruo.

Non obſtat aliud argu. Soci. iunioris, ꝙ licet principium d. l. acquiritur, loquatur etiam in filio, tamen perſona filij non debet cenſeri repetita in d. §. 1. quia

190 dico, ꝙ imo induci debet repetitio: † quia tota lex debet intelligi ſecundum eius principium. l. regula. §. pen. ff. de iuris, & facti ignor. Tradit Oldra. in conſil. 103. quæſtio eſt, vbi quia principium tex. in c. quorundam. §. circà de electio. lib. 6. loquitur de electis ad prælaturam extrà ordinem, ſeu monaſterium, in eiſdem debet intelligi tota illa conſtitutio, quod Oldra. dictum ſequitur Alex. in conſi. 134. colu. 5. circà med. lib. 6.

Non obſtat, ꝙ ceſſare debet repetitio ob diuerſitatem rationis, quia filius eſt capax iuris directi: vt in Caſtrenſibus, vel quaſi: quia reſpondetur, ꝙ in Caſtrenſibus, vel quaſi nõ iudicatur, vt filiusfamilias, ſed vt ſui iuris. Secundò reſpondeo retorquendo fundamentum, ſi eſt capax iuris directi in Caſtrenſibus, vel

191 quaſi, ergo in alijs ſecus eſt: quia † exceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis l. legata inutiliter. vbi Bar. infrà, eo. l. quæſitum. §. deniq;. infrà de fundo inſtr. l. nam quod liquide. in fi. infrà de penu. lega.

Quartò eſt aduertendum dum allegatur tex. pro hac quinta concluſione in l. qui in aliena. §. interdũ. ſuprà de acquir. hæredi. nam ſciendum eſt ad intelli-

192 gentiam, † ꝙ ſuitas non capit niſi primum locum. §. ſui. inſti. de hære. quali. & differ. Ideo in ſuitate nõ eſt locus ſucceſſorio ędicto conſtante primo gradu, puta exiſtente filio, licet exhæredato, aut repudiante, nepos inſtitutus, aut aliter ſuccedens non poteſt dici ſuus; neq; teſtamentum aui nullum poteſt dicere tanquam ſuus præteritus. l. ſi quis poſthumos. §. ſi filium ſuprà de lib. & poſthu. & l. ſi quis filio exhæredato. ſuprà de iniuſto teſta. eſt tamen locus ſucceſſorio ædicto in nepote quoad ſucceſſionem, vt patre repudiante, aut excluſo nepos ſuccedat: ſed non quoad ſuitatem, vt habeat effectus ſuitatis circa annullatio-

193 nem, aut reſciſionẽ teſtamenti. Ex † præmiſſis infertur, ꝙ hæres ſuus dici quis non poteſt, niſi ſit primus hæres, & in primo gradu: conſequenter niſi habeat iura directa quæ ſunt apud primum hæredẽ d. l.

194 ſi hæres inſtitutus, in prin. ff. ad trebel. modo † dicitur in d. l. qui in aliena. § interdum, ꝙ nepos inſtitutus facit patrem exhæredatum hæredem ſuum: ergo neceſſario quęruntur patri iura directa, ſine quibus hæres ſuus dici non poſſet. Nã ſi iura directa eſſet apud alium: ergo præſupponeretur alium eſſe hæredẽ prioris gradus, ob id ſuitas in patre conſiderari non poſſet, & ſi pater non fieret hæres directus, ſed vtilis: ergo

nepos

nepos remaneret directus: quod fieri non poteſt.
Sed dicet aliquis, ſi ſuitas non capit niſi primum
gradum, quomodo nepos inſtitutus facit patrẽ exhæ
redatum hæredem ſuum? ſi quidem non poteſt ne-
pos quęrere ſuitatem patri, quam nepos ipſe non ha
beat.l.traditio.ff.de acquir.rerum domi.l.nemo plus.
195 ff.de reg. iuris. † Solutio: nõ ſunt iura ſuitatis apud
nepotem inuito auo, vt poſſit nepos teſtamentum
irritare: ex voluntate autem aui eſſe poſſunt iura ſuita
tis apud nepotem, ſi auus eum inſtituat inſolidum,
aut in partem. Nam apud nepotem, quem pater an-
tecedit, dicuntur eſſe iura ſuitatis habitu, licet non a-
ctu.l.gallus. §. nunc de lege. ibi, ſi quis ex ſuis hæredi-
bus. ſuprà de lib. & poſthum. At vbi inſtituitur ne-
pos ab auo, deducitur habitus ad actum. Iſte eſt ca-
ſus in d.§.interdum. quem Pau.de Caſt. ibi dicit non
eſſe alibi, vbi etiam dicit idem Pau. ꝙ vbi pater dece
dit inteſtatus relicto filio, non poteſt nepos, vt ſuus
ſuccedere, licet filius repudiet, & ſecundum præmiſ-
ſam declarationem intelligenda ſunt iura, in quibus
dicitur in ſuitate ſucceſſionem non eſſe, ideſt ædicto
ſucceſſorio, vt in l.1. §. ſciendum. ff. de ſuis, & legiti.
vt procedant contra voluntatem aſcendentis.
In hac re ſi tractaſſet Soci.per viam contrarij, aut
oppoſitionis quod adnotauit, per viam ſingularis il-
lationis dicta eius alioquin obſcuriora planiſſima fie
196 rent. Nam Soci.reputat † nouum, & ſingulare in d.
§.interdum, quod nepos in ſecundo gradu faciat pa-
trem hæredem ſuum: ergo præſupponitur, ꝙ fuerit
ſuitas apud nepotem, quod videtur nouum: cum nõ
capiat ſuitas niſi primum gradum, cuius rei aſſignat
Soci.duplicem rationem: quæ ratio gemina duplex
erit reſponſio ad contrarium Prima ratio, aut reſpõ-
ſio, vt procedat contrarium in ſuitate neceſſaria, quę
inducitur contra voluntatem aſcendentis ex diſpo-
ſitione legis. Nam illa primo tantũ gradu conclu-
ditur. Sed ſuitas de qua in d.§. interdum, dicitur vo-
luntaria inducta ex voluntate aui inſtituentis nepo-
tem filio exhæredato, quæ fuit ratio Paul. in d. §. in-
terdum.
197 Ex hac prima † reſponſione colligitur ratio, qua-
re non capiat ſuitas niſi primum gradum. Doct. ferè
dicunt procedere rationem ex nobilitate ſuitatis,
quæ adeo eſt nobilis, vt primo tantum gradu conſi-
ſtat, quæ ratio videtur mihi ſatis infantilis, & eadem
cum dicto. Ideo vera ratio videtur fauore aſcenden-
tis, ne plures perſonas diuerſorum graduum ſuos hę
redes haberet: ad quem modum facultas teſtandi in
ipſo aſcendente nimium reſtringeretur, ſi omnes co-
geretur, aut inſtituere, aut exhæredare, & quod fa-
uor aſcendentis fuerit cauſa reſtringendę ſuitatis ad
primum gradum, apparet: quia ex voluntate aſcen
dentis datur ſuitas in ſecundo gradu: vt d. §. inter-
dum, & ſic poteſt aſcendens tali fauori renunciare.
Plane niſi fauore aſcendentis introductum hoc eſſet,
non poſſet aſcendens inducere ſuitatem in ſequenti
gradu contra diſpoſitionem iuris.l.nemo poteſt prę
ſes. ff. de penis.
Secundam rationem, aut reſponſionem ad con-
trarium ponit Socin. quia iura ſuitatis erant apud fi-
lium originaliter, & potentia: non igitur mirum, ſi de
nepote tranſit in filium: quia de facili reuertitur res
ad naturam ſuam l. ſi vnus. §. pactus ne peteret ff. de
pactis.
Sed aduertendum circà hanc ſecundã rationem,
quia Socin. per eam vult tollere admirationem, qua-
re tranſeat ſuitas de nepote filium. Sed iſta non
videtur admiratio: cum nepos neceſſariò quærat pa-
tri: ſed admiratio videtur, quomodo tranſeat ſuitas
in perſonam nepotis, qui non eſt in primo gradu.
Ideo iſtam ſecundam rationem potentiæ, aut habi-
tus conſiderat Pau. in d.§. interdum, in perſona ne-
potis, ꝙ nepos dicitur ſuus hæres habitu, & potentia,
ſi ceſſet primus gradus mortuo filio, aut eo emanci-
pato. De facili autem habitus deducitur ad actum ex
voluntate teſtatoris.
Sed iſta ſecunda ratio ſola, & per ſe non eſſet bo-
na, neq; ſufficiens: quia ea attenta ſequeretur, ꝙ ſem-
per daretur ſuitas in poſteriore gradu. Ideo ſolum
conſideratur iſta ſecunda ratio ad confirmationem
primæ, ꝙ ex voluntate teſtatoris inducitur ſuitas in
poſteriore gradu: quia habitus facilè ad actum de-
ducitur.
198 Infertur ex præmiſſis, † ꝙ in ſuitate voluntaria fit
locus ſucceſſorio ædicto, & tranſit de perſonam, ꝙ
eſt notandum ad limitationem. l. 1. §. ſciendum. in-
frà de ſuis, & legiti. & hoc reputat nouum Socin. ad
materiam.l. qui ſe patris. in qua habetur, quod fit lo-
cus ſucceſſorio ædicto etiam exiſtentiæ ſuo in primo
gradu: quia illud procedit reſpectu ſucceſſionis, aut
hæreditatis, non reſpectu ſuitatis, in qua non eſt locus
ſucceſſorio ædicto aliquo iure etiam nouiſſimo. Su
per quo tamen Soci. non vult inſiſtere, quia conclu-
ſionem dicit diſputandam. Ex quibus verbis appa-
ret, non firmare Soci. ꝙ ſit locus ædicto ſucceſſorio
in ſuitate voluntaria.
199 Sed aduertendum ad dicta Soci. hic, & primo † dũ
dicit, ꝙ in d. §. interdum, tranſit ſuitas de perſona
aui in perſonam nepotis, quomodo fieri iſtud poſſit,
cum auus non ſit hæres ſuus ipſi ſibi? oportet intelli-
gere dictum Soci de ſuitate cauſatiua: ꝙ licet in auo
non ſit ſuitas formalis, eſt tamen ſuitas cauſatiua,
200 quam ipſe cauſare, & inducere poteſt. Sicut † dici-
tur in domino prædij, qui non habet ſeruitutem in
prædio: quia res ſua nemini ſeruit. l. vti frui. in prin.
ff. ſi vſusfru. pet. l. in re communi. ff. de ſerui. vrba.
præd. l. quicquid. ff. com. præd. & tamen poteſt domi-
nus prædij ſeruitutem in prædio cauſare, & inducere
ad commodum alterius: vt declarat Bar. in l. 1. col. 3.
ſuprà eo. dum loquitur de domino ſerui, qui poteſt
relinquere ius patronatus in ſeruo, quod ipſe domi-
nus non habet niſi cauſatiuè.
Secundò eſt aduertendum circà dicta Soci. ꝙ vbi
tranſit ſuitas de nepote in filiũ, non dicitur locus ædi
cto ſucceſſorio, ꝙ conſideratur in ordine graduum,
quando fit locus ſequenti gradui: ſecus quando à ſe-
quenti gradu venit res ad præcedentem.
Tertiò eſt aduertendum inquantum Soci dicet eſ-
ſe nouum dictum, ꝙ tranſeat ſuitas voluntaria de
perſona in perſonam, & ſit locus ſucceſſorio ædicto
in ſuitate voluntaria. Nam iſtud non videtur nouũ
dictum: cum prius hoc dixerit Paul. de Caſt. in d.§. in-
terdum per illum tex.
201 Sed † ꝙ text. in d. §. interdum, non probet hanc
quintam concluſionem Soci. ꝙ iura directa quæran
tur patri per filium: arguit Iaſ. hic col. 16. nu. 79. tribus
medijs. Primò ſi iura directa quæruntur patri, ergo
illa non remanent filio. Si non remanent filio, ſed
tranſeunt directò, & ipſo iure in patrem, ergo filius
non facit patrem hæredem ſuum, quia alium hære-
dem ſuum nõ facit, qui ipſe non ſit ſuus d.§. interdũ,
in fi. vbi hæres inſtitutus adoptatus à filio exhæreda-
to non facit patrem adoptantem hæredem neceſſa-
rium: cum ipſe adoptatus non eſſet exiturus neceſ-
ſarius. Itaq; ſi nepos, in d. §. interdum, facit patrem
hæredem ſuum, ergo neceſſariò ius ſuitatis reman-
ſit apud nepotem, non directò, aut ipſo iure tranſiuit
in patrem. In quo ipſo argumento aduertendum
eſt, quia Iaſ. non negat in d. §. interdum, quin patri
quærantur iura directa, ſed ſolum repræhendit Areti.
& Soci. quatenus volunt ſuitatem tranſire ipſo iure
de nepote in filium, ſine reſidentia in perſona ipſius
nepotis, quia niſi reſideret, non poſſet pater fieri ſuus
per filium ſecundum Iaſ. per d.§. interdum, in fi.
Secun-

302 Secundò † ꝙ in d.§.interdum. ſuitas non tranſeat ipſo iure de nepote in filium, ſed prius remaneat apud nepotem, probat Iaſ. quia per ſuitatem nepotis confirmatur exhæredatio patris citra aliam aditionem, quę tamen aliàs eſt neceſſaria, vt confirmetur exhæredatio. l. filium. §. ſed cum exhęredatio. ff. de leg. præſt. ſi confirmatur exhæredatio patris per ſuitatem nepotis, ergo neceſſario remanſit ſuitas apud nepotem, quia niſi remanſiſſet, non poſſet ſuitas patris confirmare exhæredationem eius contra ſeipſum, quia hoc eſſet abſurdum.

Tertio ꝙ ſuitas remaneat apud nepotem, & non tranſeat ipſo iure in filium, adducit Iaſ. tex. in l. filius patroni. ff. de bonis liber. Nam filius patroni hæres directus per ſeipſum contratabulat teſtamentum liberti paterni: ſecus ſi filius fiat hæres patris mediante perſona nepotis inſtituti: ergo ſuitas non tranſit de nepote in filium ipſo iure: quia ſi tranſiret, diceretur filius hæres per ſeipſum ex diſpoſitione legis, & contratabularet.

Et ſi dicatur, tu vis, ꝙ in d.§.interdum. ſuitas remanſerit apud nepotem: ſed hoc ſi ita ſit, quomodo potuit poſtea tranſire in perſonam filij: cum in ſuitate non fit ſucceſſio. d.l.1.§. ſciendum. de ſuis & legiti. & tamen in d.§.interdum. dicitur, ꝙ trāſit. Ad iſtud argumentum reſpondet Iaſ. ꝙ tunc non tranſit ſuitas de perſona in perſonam, quādo efficitur quis hæres ſuus ſibijpſi, & ad ſui commodum: ſecus quādo efficitur quis ſuus alij: vt in nepote, qui quærit patri: nam tunc neceſſariò fit tranſitus: & ita procedit tex. in d.§.interdum. & in d.l. filius patroni.

Circà iſta argumenta Iaſ. contra Aret. & Socin. conſiderandum eſt primo, ꝙ poſſent tolli vnico verbo, dicendo, & negando Areti. & Soci. velle, ꝙ non remanſerit ſuitas apud nepotem: imò contrarium videtur Soci. apertè velle, dum dicit, ꝙ tranſit ſuitas primo de auo in nepotem, & deinde de nepote in filium: ergo præſupponit, ꝙ prius fuerit apud nepotem. Sed apertius iſtud præſupponitur dum dicitur in ſuitate voluntaria eſſe locum ſucceſſorio edicto in fauorem nepotis: ergo apud nepotem datur ſuitas. Neq; obſtat, ꝙ Soci. dicit directò tranſire ſuitatem: quia iſtud dicit habito reſpectu, ꝙ non requiritur aliquod factum hominis veluti aditio hæreditatis, quæ regulariter eſt neceſſaria, vt per filium quæratur patri. Rurſus intelligi poteſt directò, ideſt citrà aliquam reſtitutionem faciendam per filium patri: ſed directò, ideſt ipſo iure. Sed per hoc non fit quominus potuerit manere ſuitas apud nepotem, & deinde ipſo iure tranſire, & ſic decipi potuit Iaſ. in efficacia iſtius verbi, directò.

Secundò conſidero poſito citrà præiudicium veritatis, ꝙ intentio Areti. & Soci. ea fuerit, quam Iaſ. refert, vt ne remaneat ſuitas apud nepotem, adhuc procederet dictum Aret. & Soci. quod ipſum probari videtur per tex. in l. placet. ff. de acquir. hære. vbi hæreditas quæritur per filium, & ſeruum patri, & domino, & tamen ne momento quidē remanet apud eos. Idem probari videtur in d.§.interdum. vbi licet dicatur patrem fieri hæredem ſuum, nihil tamen dicitur de nepote, ꝙ efficiatur ſuus.

303 Neq; † obſtat, ꝙ non videantur filius, & ſeruus poſſe acquirere patri, vel domino, quod ipſi non habeant, quia procederet argumentum ſi diceremus patrem, & dominum cauſam, vel titulum habere à filio, & ſeruo: ſed habere dicuntur cauſam à lege: quia lex ipſa eſt, quæ ius acquiſitionis confert licet per medium perſonæ filij, & ſerui. Itaq; filius, & ſeruus conſiderantur tanquam inſtrumētum, quo mediante fit acquiſitio, non ꝙ ipſi ius tribuant quod nō habent. Eodem modo dici poteſt, ꝙ ſuitas quæratur filio per nepotē, licet non remanſerit ſuitas apud nepotem, quia non acquiritur, neque habetur ſuitas ab ipſo nepote, & tanquam exiſtens apud eum, ſed acquiritur immediatè à lege. licet mediante perſona nepotis inſtituti.

304 Neq; † obſtat tex. in d.§. interdum in fin. vbi non poteſt filius hæres neceſſarius fieri per eum, qui ipſe hæres neceſſarius non exiſteret: quia reſpondeo, ꝙ tex. non requirit exiſtentiam ſui hæredis, vt ſit prius ſuus, aut neceſſarius hæres, qui alium hæredem neceſſarium facit: ſed requirit, ꝙ futurus eſſet talis, ſi alius non præcederet, & ratio huius eſt, quia vbi efficitur quis hæres per alium, efficitur eiſdem modis, & formis, quibus alius hæres fieret, ſi ſibi acquireret. itaq; ſi alius eſſet voluntarius, efficietur etiam voluntarius is, cui acquiritur: ſi neceſſarius inſtitutus futurus eſſet, etiam neceſſarium alium hæredem facit, & in hoc tex. in d.§.interdum in fi. eſt notabilis ad comprobationē dicti Bar. hic, dum dicit nudum nomen hæredis operari in filio, & ſeruo: quia pater, & dominus efficiuntur hæredes eiſdem modis, quibus fierent ipſi filius, & ſeruus, ſi facti ſui iuris adirent.

Non obſtat ſecundum argumētum Iaſ. ꝙ niſi remaneret ſuitas apud nepotem, non confirmaret exhæredationem patris, & ſi confirmatur exhęredatio, ergo fuit, & manſit ſuitas apud nepotē, quia reſpondeo, ꝙ inducitur iſte effectus cōfirmationis ex ipſo trāſitu ſuitatis ex perſona nepotis in perſonam filij: ſicut ex aditione filij confirmatur teſtamentum: & tamen effectus aditionis non remanet apud filium. Nam cum effectus confirmationis teſtamenti inducatur per legem ex ſuitate, lex operatur ſtatim, licet non remaneat ſuitas apud nepotem ex ſolo tranſitu in perſonam eius, non minus, atque ſi flumen diffluens aliquid agat.

305 Non obſtat tertium † argumentum Iaſ. de text. in d.l. filius patroni. ff. de bonis liber. quia non probatur in illo tex. ꝙ ſuitas remaneat apud nepotem. neque obſtat, quòd ſi filius directò, & ipſo iure fieret hæres ſuus patri eius patrono, poſſet contratabulare, quia ꝙ non poſſit contratabulare, non inducitur: quia non ſit hæres ipſo iure, ſed quia non habeat hæreditatem immediatè à patre, ſed à lege mediante perſona nepotis: habet m̄ directò, & ipſo iure, ideſt ſine alia aditione nepotis, & citrà aliud factum hominis. Nam poteſt quis directò quid conſequi, & tamen non immediatè. Ex quo text. colligitur regula, ꝙ cauſa immediata dicitur potentior mediata.

306 Contrà † Areti. etiam & Soci. ꝙ text. in d.l. qui in aliena. §. interdum nō probet concluſionem, quòd per filium quærantur patri iura directa, tenet & arguit Soci. iunior hic ſuper glo. in ver. ex trebelliano, col. 3. vbi inter alia dicit, ꝙ ibi ideo quæruntur iura directa patri, quia nepos erat ſuus auo: ſecus videtur, quando inſtituitur filius ab extraneo, cui ſuus nō eſt. vult dicere Soci. iunior, ꝙ iura directa veniunt in neceſſariam conſequentiam ſuitatis.

Quæ reſponſio mihi non placet, quia ſi filius eſſet capax iurium directorum, & illa remanerent apud filium, ſuitas non eſſet impedimento, quominus remanerent iura directa apud filium, ſuitate in patrem tranſeunte.

Secundò reſpondeo, ꝙ in acquiſitione iurium directorum non conſideramus qualis ſit filius apud teſtatorem, vtrum ſuus, aut extraneus: ſed illud conſideramus vtrum ſit in poteſtate patris, vt ei acquirat iura directa, vel non. nam à quocunque inſtituat quis, ſemper ex inſtitutione procedunt iura directa.

Tertiò reſpondeo, retorquendo argumentum Socin. iunioris: nam vbi nepos eſt ſuus auo, & in eius poteſtate, minus iuris habet pater in eius pſona: ergo minor vr̄ ratio quærendi iura directa patri.

Quartò aliter retorqueo argumentū contra Soci. iuniorem.

iuniorem.Nam ſi per nepotem acquiritur patri ſui-
tas,quæ perſonaliſſima eſt, non tranſiens de perſo-
na in perſonam,vt ſupra eſt dictum, quanto fortius
acquirentur iura directa, quæ non ſunt adeo perſo-
207 nalia.† patet in iuribus directis realibus, quæ tran
ſeunt cum ipſa re etiam in ſingularem ſucceſſorem.
l.ſed nec legatarius.ff.de condi.furti.Bar.in l.4.col.2.
ff.de ſerui.Bart.& Bal.in l.fi.C.de lega. Iaſ.in l. ex le-
208 gato nominis.C.eo.tit.†Similiter iura directa per-
ſonalia trãſeunt in ſucceſſorem vniuerſalem : vt per
Iaſ.in d.l.ex legato.in prin. & tamen ſuitas non tran
ſit in nepotẽ hęredem vniuerſalem : vt qñ venit ad
hęreditatem aut ex edicto ſucceſſorio,quod obtinet
reſpectu hæreditatis tantum, non etiam ſuitatis.
209 Tertio principaliter † vltra.d.l.acquiritur.§.1.& d.
l.qui in aliena.§.interdum.adducitur pro opi. Bar.&
pro iſta quinta concluſione Soci. tex. in l.1.§.ſi filio.
ĵ.ad treb. vbi quando pater grauatus reſtituit hære-
ditatem filio inſtituto, tranſeunt in filiũ vtiles actio-
nes : ergo directę nõ ſunt apud filium.Nam ſi eſſent,
vtiles non tranſirent d. l. ſi hæres inſtitutus. in princ.
eo.tit.vt hic per Iaſ.nu.79.ſed Soci.iunior hic ſuper.
d.glo.in ver.ex trebelliano.col.4.reſpondet ad.d.§.ſi
filio,ꝙ non ſequitur,tranſeunt vtiles,ergo filius non
habebat directas, quia ille tranſitus non fit, vt filius,
in quem tranſeunt,illas exerceat, & ſibi quærantur,
ſed vt recedant à perſona reſtituentis : poſt quem
receſſum ſtatim,atque obuiam directis fiunt, eliduntur,aut euaneſcunt.

Sed iſta reſponſio Soci. iunioris nimium reſtrin-
git illum tex. Secundo ille tex.debet intelligi de tran
ſitu cũ effectu. ita ꝙ filius exercere poſſit ipſas actio-
nes l pen.§.docere.ff.ne quis eum qui.l 3.§.1.ff.quod
quiſq; iuris. c.relatum. de cler. non reſid.cum ſimil.
Tertio ſi iſtę tranſitus eſſet neceſſarius ad effectum
elidendi, & ne remaneant vtiles apud reſtituentem,
male diceret tex.in d.l. ſi hæres inſtitutus. ꝙ ſufficiũt
hæredi actiones directę: quia imò non ſufficerẽt,niſi
prius tranſirent vtiles, quæ elidantur per directas, &
ſi neceſſarius fuiſſet talis tranſitus ad effectum eliden
di,veriſimiliter meminiſſet de hoc tex.Quartò diço,
ꝙ vbi reſtituitur fideicommiſſum habenti directas
actiones,euaneſcunt vtiles citrà alium tranſitum:qa
eliſio vtilium fit per legem : lex autem non opera-
tur per media in eo,quod immediatè poteſt agere.
l.dominus teſtamento.ff.de condi.indeb. Ideo talis
trãſitus ad effectum elidendi videret ridiculus quaſi
non poſſit lex elidere citrà occurſum, & cõgreſſum
ipſarum actionum directarum, & vtilium.

Secundo modo reſpondet Socin. iunior ad d. §.ſi
filio. ꝙ licet actiones particulares directè acquiran-
tur patri, tamen reſpectu vniuerſalitatis remanent
directè apud filiũ. Sed iſta reſponſio eſt peior prio-
re, & nimia reſtrictiò ad iura vniuerſaliter loquen-
210 tia,quicquid acquirit filius, id patri acquiri, † nam
qui totum dicit nihil excludit.l. Iulianus.ĵ. de lega.3.
l.à procuratore. C.mand.

Secundò iſta reſponſio videtur contra.d.§.ſi filio.
nam reſtitutio fideicommiſſi ibi pertinet ad vniuer-
ſalitatem,& ad ipſam hæreditatẽ,quia dicitur tranſ-
ferri actiones ex trebelliano : quod locum non ha-
bet niſi in vniuerſali fideicommiſſo. l. mulier. §. fin.
ĵ.ad trebel.& tamen transferuntur vtiles,ergo patet
ꝙ directè ipſius vniuerſalitatis erant apud patrem.

Tertio nulla videtur ratio, cur potius remaneant
directè iuris vniuerſalis, quã rerum particularium :
& ſolum videtur Soci. iunior diuerſificare caſus ci-
trà aliquam rationem diuerſitatis. Imò maior vide-
tur ratio,vt trãſeant iura directa vniuerſalia, quam
particularia.patet: quia actiones perſonales directè
tranſeunt cum hæreditate, & ſic cum vniuerſitate :
ſecus in ſucceſſione particulari : vt per Iaſ. in l.ex le-
gato nominis.C.de lega.facit text.in l.quædam.ff.de
acqui. rerum domi.

Quartò principaliter pro ꝗpin. Bar. & iſta quinta
concluſione adducitur tale fundamentum:nam va-
let argumentum de contractu ad quaſi contractum
etiam in materia correctoria.glo. & Docto.in auth.
ſacramenta puberum.C.ſi aduer.vendi.vbi illa auth.
licet correctoria loquens in contractu, extenditur
ad quaſi contractum: ſed filius contrahendo acqui-
rit patri actiones directas.glo. in §.alteri.inſtit.de in-
211 util.ſtipul. ergo † idem in quaſi contractu, qui in-
ducitur ex aditione hæreditatis.§.hæres.inſti.de obli.
quæ ex quaſi contract.

Sed iſtud fundamentum impugnat Socin. iunior
hic ſuper glo.in ver.ex trebelliano.col.4. in fine. nu.
17. dicendo ꝙ iſte quaſi contractus non celebratur
cùm creditoribus, & debitoribus hæreditarijs,ſed ſo
lum cum legatarijs, & fideicommiſſarijs, ergo dici
non poteſt, ꝙ quærantur iura directa patri ex quaſi
contractu. ꝙ autem non inducatur iſte quaſi con-
tractus cum creditoribus,& debitoribus,patet ſecun
dum Soci.iuniorẽ : quia creditores non agunt con-
tra hæredem actione ex teſtamento,quæ naſcitur ex
iſto quaſi contractu,ſed agunt actione primęua,quę
cõpetebat ꝯ defunctũ,puta ex empto,ex locato,&c.
212 Sed conſidera, † ꝙ iſta videtur nimia reſtrictio ad
iura dicentia induci quaſi contractum ex aditione ſi
reſtringatur ad lẽgatarios,& fideicommiſſarios tan-
tum contra.l.de pretio.ff.de publicia. Secundo ſi in-
ducitur quaſi contractus reſpectu legatariorũ,a for-
tiori reſpectu creditorum.nam ſi aditio obligat hæ-
redem legatarijs quibus defunctus non tenebatur, à
fortiori creditoribus,quibus erat obſtrictus.

Tertiò iſta opi.videtur contra tex.in l. apud Iulia-
num in fi.ff.quib.ex cau. in poſ.eatur. vbi dicitur ge-
neraliter de creditoribus hæreditarijs. Sed magis in
terminis eſt tex.in l.more.ſ̃.de acquir. hæred. quem
tex.ad hoc citat Roma.in conſ.31.col.2. Addo tex.
in l.qui cum hærede.in fi.ff.de actio.& obl.à contra-
rio ſenſu.vbi hæres dicitur debitor creditoris defun-
cti: & tradit Signorolus in conſ.164 in prin.

Quartò niſi inducatur obligatio, & quaſi contra-
ctus ex aditione in fauorem creditorum,quomodo
agent creditores contra hæredem: & ſi obligatur hę
res creditoribus adeundo,ergo neceſſario dicitur cũ
eis quaſi contrahere.

Non obſtat, ꝙ creditoribus competit primęua
actio,non actio ex teſtamento. nam ideo non com-
petit actio ex teſtamento,quia ipſi in teſtamento nõ
213 honorantur. † nam actio ex teſtamento ſolum
cõpetit pro diſpoſitis in teſtamento.l 1.& 2.C.com.
de lega. ſed non ſequitur, non competit actio ex te-
ſtamento creditoribus, ergo hæres eis non tenetur.
Et ſi dicas,tenetur,ſed non ex quaſi contractu. Dico,
ꝙ ſi tenetur,iſtud eſt, quia hæres adeundo ſe obliga-
uit : quia citrà obligationem nõ teneretur. Si ſe ob-
ligat adeundo, ergo quaſi contrahit.
214 Secundò retorqueo † fundamentum : nam ſi cre-
ditoribus competit primęua actio,quæ competebat
contra defunctum,ergo oportet dicere,ꝙ obligatio
defuncti tranſlata ſit in hæredem, & ꝙ hæres tenea-
tur, prout tenebatur defunctus. Sed iſta obligatio
conſiderari in hærede non poteſt niſi propter adi-
tionem : ergo aditio obligat perſonaliter erga cre-
ditores: conſequenter quaſi contractum cum eis in-
ducit.nam Doct.in l.1.ſ̃.eo.dicunt,ꝙ actio perſona-
lis ex teſtamento inducitur propter aditionem hęre-
dis, per quam ſe obligat: quia nõ eſt dare actionem
perſonalẽ ſine obligatione hominis,vel legis. Itaq;
ſi datur creditoribus actio perſonalis contra hære-
dem, ergo hæres obligatur perſonaliter : quæ obli-
gatio ſi aliundè cauſari poſſit quam ex quaſi contra-
ctu,

ctu,aperiatur obſecro. Ideo autem ex illo quaſi contractu non oritur noua actio in fauorem creditorũ, prout in fauorem legatariorum: quia creditoribus abundè prouiſum eſt primæuis actionibus. Præterea creditoribus, ideo tenetur hæres primæua actione, quia ſubrogatur vniuerſaliter in locum defuncti per iſtum quaſi contractum,& perinde videtur, ac ſi ipſe hæres iniuiſſet contractus defuncti. l. hæredem.ff. de reg.iuris. quæ ratio ceſſat in legatis, in quibus nõ fit ſubrogatio,cum defunctus non teneretur. Ideo tenetur hæres noua actione ex teſtamento. Poſt ſcripta ſtepen Cuma. hanc meam reſponſionem reipſa accomodantem, licet in verbis alijs. nam dicit verũ eſſe,ꝙ hæres adeundo non teneã creditoribus actione qua noua: ſed tamen actio prius nata contra defunctum, per conditionem transfunditur in hæredem. Ideoq; oritur quaſi contractus cum creditoribus quoad transfuſionem ſine quo quaſi contractu non fieret transfuſio: ita Cuma.in conf.176.ſtatuto. Ex alio tamen vltra Socin. iuniorem iſtud quartum fundamentum Modern. repeten. ideſt Bauerię non placet. quia licet inducatur quaſi contractus ex adi-
215 tione etiam cum creditoribus,tamen negatur† valere argumentum de contractu ad quaſi contractũ in materia correctoria. imo nec in materia ſtricta. Bar.in d.l.ap ud Iulianum. in fi.ff.quib.ex cau. maior. vbi loquitur in ſtatuto. Bal. Ang.& Doct.in l.mutũ. § 1.ff.de acq.hæredi. Abb.in c. quafronte. in primo no.de appell.& in conſi.71.col.2.in fi.a l b 1. Ang.in §.hæres quoq;.inſti.de oblig. quæ ex quaſi contract. naſ. Iaſ.in l.cum qui §.1.col.fin.ff de iureiur. & Iaſ.us in l.3.in prin.col.3.nu.14.ff.de acq.poſſ.vbi dicit hãc eſſe communem opi. Idem tenet Signorol.in d.cõſ. 164.col.2. Marſil. in ſua practi.§. & quia. nu.34. pleriq; tamen diuerſum contendunt. Non obſtant no. per gl.& Doct.in d. auth. ſacramenta puberum. vbi tex. loquens in contractu extẽditur ad donationem, quæ propriè contractus non eſt, cum non ſit vltro citroq; obligatoria.l.Labeo.§.cõtractum.ff.de verb. ſignif nam reſpondetur, ꝙ illud eſt,quia agitur materia fauorabilis ratione iuramenti propter ſalutem animæ: ſecundum Bart.& Doct.ibi, Ioan. Andr.& Doct.in c.ex tenore.qui filij ſint legiti.Soci.in l.Marcellus.§.1.col.2.poſt med.ver. tertium inferri poteſt, infrà ad trebellian. Ex præmiſſis abundè ſatis comprobata legitur hæc. 5. concluſio.

216 Sed contrà hanc quintam concluſionem † opponitur. Si iura directa tranſeunt in patrem,& dominũ, ergo pater, aut dominus grauatus erga extraneum poteſt trebellianicam detrahere ex perſona ipſius patris,vel domini,cum ſit hæres directus,& grauari poterit tanquam hæres directus. & tamen text.dicit, ꝙ detrahitur trebellianica ex perſona filij, vel ſerui: ergo videtur, ꝙ iura directa remanſerint apud filium, vel ſeruum,& ꝙ filius, vel ſeruus dicatur hæres directus. Ad iſtam oppo.reſpondet Bar.ꝙ ideo pater nõ detrahit trebellianicam ex perſona ſua, quia licet habeat iura directa,tamen filius retinet nudum nomẽ hæredis ſcripti: quæ retentio operatur,ꝙ pater non efficitur hæres niſi eo modo, & forma, quibus eſſet filius,ſi eſſet ſui iuris. Sed ſi filius eſſet ſui iuris,ipſe detraheret trebellianicam: ergo pater nõ detrahit niſi ex perſona filij.nam eo caſu,quo filius non detraheret,ſi ſui iuris eſſet, etiã pater non detrahit: prout qñ filius rogaretur reſtituere ſibiipſi. Eodem modo qñ pater grauatur erga extraneum, detrahit ex perſona filij: quia filius detraheret ſi ſui iuris eſſet.

Sed iſta expoſitio ad illa verba, ex perſona filij.i. eo modo,& forma quibus filius teneretur,fuit ſupra reprobata per Soci. Rurſus iſta declaratio,& reſponſio tendit ad hoc,ꝙ detractio trebellianicę ex perſona filij non habeat effectum iuris, ſed facti tantum: cum effectus iuris ſundetur in perſona patris,vel domini, & ad eorũ vtilitatem, licet fiat eo modo quo filius detraheret, ſi ſui iuris eſſet, & ſic ad filium, aut ſeruũ referunt ſola qualitas. Sed illud ſtare non poſſit, ꝙ in perſona filij nullus ſit effectus iuris. quia ſi filius ſit iuris ſui tempore reſtitutionis, ipſe trebellianicam detrahit,& ad ſui vtilitatem: quod non faceret,ſi pater detraheret ex perſona ſua tanquam hæres directus. Ideo Soci. dicit reſponderi poſſe prout ſupra dictum fuit vltimo loco ad l. ſi alienus.ff. ſu.1. vbi Socin. nouam reſponſionem, & declarationem dedit ad illa verba,ex perſona filij, per quam concluditur non inferri ad aliquam obligationem in perſona filij: conſequenter ꝙ iura aliqua directa non remanſerint apud filium, quia ſi remanſiſſent, ipſe detraheret trebellianicam.

Sed iſta noua conſideratio Socin. fuit reprobata. Ideo tenendo expoſitionem, ꝙ illa verba ex perſona filij, intelligantur, ideſt ex obligatione cauſata in perſona filij, ad argumentum reſponde prout ſupra reſponſum eſt in tertia concluſione Soci.& in quinta oppo.facta contra ipſam concluſionem. Conſidera etiam ſi aliter reſponderi poteſt ad argumentum, ꝙ licet pater, aut dominus dicatur hæres directus, tamen non eſt hæres immediatè: trebellianica autem ſolum detrahitur per hæredem immediatũ.
217 † Ideo fideicommiſſarius, qui hæres efficitur mediante reſtitutione, non detrahit trebellianicam.l.1. §.deniq;.ff. ad trebell. ob id ꝙ in patrem non tranſit quod hæredi immediato competit. Hinc videmus
218 † ꝙ ius adeundi non tranſit in patrem, vel dominum.d.l.cum proponas. C.de hæredi.inſtit. quia hæredi immediato tantum competit: qui ſi decedat hęreditate non adita, eam non tranſmittit ad hæredẽ. l.vni.§. in nouiſſimo. C. de cadu.tollen.conſequenter, quod dicitur omnia iura directa acquiri patri, vt eorum nomine poſſit pater experiri ex perſona propria,intelligitur in his,quæ ad hæredem non ſcriptum,& mediatum tranſire poſſunt. Sed iſta reſponſio patitur difficultatem. nam ꝙ fideicommiſſarius non detrahat trebellianicam,non fit,quia habeat iura hæreditaria mediatè, ſed quia non eſt hæres directus.l.mulier.§.fin.ff.ad trebell. Præterea attenta illa ratione ſequeretur ꝙ vbi hæres hæredis grauatur nomine appellatiuo, nõ poſſet trebellianicam detrahere, quia non ſit hæres directus.

219 Ideo conſideraui † rationem potiorem aſſignari poſſe,ꝙ trebellianica fuit inuenta ad ſuſtinendum teſtamenta, & vt hæredes inuitarentur ad adeundum. §.reſtituta.inſti.de fideicom.hæredi.Soc.in l. Marcellus.§ 1.col.3.ff.ad trebell. Ideo ceſſat trebellianica in perſonis, in quibus ceſſat timore deſertionis teſtamenti,ſi repudiant.gl.in §.his igitur. in verſ complere in auth.de hæred.& falcid.& in ſpecie in patre,vel domino, ꝙ in eis ceſſet trebellianica ratione prædicta tradit Alex.hic col.1. Itaq; non ſequitur in patrẽ, & dominum tranſeunt iura directa, & dicuntur hæredes directi, ergo detrahunt trebellianicam ex eorum perſona, & proprio iure: cũ in eis ceſſet timor deſertionis teſtamẽti, ex quo aditio, aut adeundi ius ad eos non pertinet,ſed ad filium,& ſeruum, vt iam dictum eſt. Infertur, ꝙ iura directa tranſeunt in patrem, & dominum ſecundum eorum naturam, & qualitatem,& quatenus neceſſitas deſiderat,& ratio iuris patitur: ſed ratio,& neceſſitas iuris non patitur, vt patri,& domino acquiratur ius detrahendi trebellianicam ex propria perſona, cum ceſſet in eis ratio detractionis: ob id ſi volunt detrahere, id ex perſona filij, & ſerui neceſſe eſt fieri, & hoc modo conſiderando dico, ꝙ ſicut ea, quæ ſunt facti, non tranſeunt in patrem,& dominum, ita ea, quæ ſunt iuris, in quibus ceſſat ratio acquiſitionis, non tranſeunt

reſpectu totalis abdicationis à perſona filij, & ſerui,
ſed tantum reſpectu commodi, quod percipitur ex
perſona filij,& ſerui.

Sed dicet aliquis ſecundum hanc conſiderationē,
ergo ius detrahendi trebellianicam reſidebit apud
filium,& ſeruum. Reſpondeo, ꝙ non reſidet tanquā
ius: cum illud filius, & ſeruus proſequi non poſſit:
ſed veluti acceſſorium quoddam illius facti aditio-
nis,vel reſidet illud ius apud patrem, vel dominum,
ſed tamen mediante perſona filij, vel ſerui quandiu
durat poteſtas patris, vel domini: qua ceſſante ante
caſum reſtitutionis, recipit vires in perſona filij, vel
ſerui. Sed contra hanc cōſiderationem Alex. arguit
Ripa hic num.2. ꝙ ea attenta videtur, ꝙ pater poſſit
detrahere trebellianicam ex perſona ſua ſine cuius
iuſſu hæreditas adiri non poteſt. l. ſi quis mihi bona.
§.iuſſum. ſ. de acquir.hæred. conſequenter in patre
militat ratio,quæ in hærede. Sed reſpondet Ripa, ꝙ
ceſſante iuſſu teſtamentum non deſtituitur: cum ſit
ſpes, vt efficiatur filius ſui iuris. Sed iſta reſponſio
Ripę non eſt generalis, nec militat in ſeruo, in quò
talis ſpes non æquè procedit. Ideo aliter reſpondeo,
ꝙ imo in patre, & domino non militat ratio detra-
ctionis trebellianicæ. quia licet non poſſint detrahe-
re ex propria perſona, detrahunt tamen ex perſona
filij,& ſerui: ob id nihil eſt, cur minus iubeant hære-
220 ditatem adiri. Ex præmiſſis infertur † quod iſta ac-
quiſitio iurium directorum, quæ fit patri, vel domi-
no, non eſt æque potens, ac illa quæ fit immediatè
ipſi hæredi ex quo filius, & ſeruus retinent nomen
hæredis ſcripti. Quod primo probatur in implemē-
to conditionis, quod non tranſit in patrem, & do-
minum.d. l.qui hæredi.ī.de condi.& demon. Secun-
dò circa detractionem trebellianicæ, quæ detrahitur
ex perſona filij,& ſerui: vt hac lege. Tertio circa ſub
ſtitutionem pupillarem conceptam per verba, quiſ-
quis mihi hæres erit, &c. de quo in l ſi paterfamilias.
ſ.de hæredi.inſti.& latius.ī.videbimus. Quartò quia
nō fit pater,aut dominus hæres ſimpliciter, ſed eiſdē
modis,& formis, quibus eſſet filius, aut ſeruus, ſi ſui
iuris eſſet. Ex quo effectus reſultat, de quo in l. qui ho
minem.§.quidam filiumfamilias.ff de ſolutio. Simi-
liter ex hoc reſultat ſecundus effectus de quo in hac
lege: quia ſicut filius non detraheret trebellianicam
contra ſeipſum, ita nec pater rogatus filio reſtitue-
re, de quibus etiam effectibus abundè, ſuprà vidimus
tam in primo effectu conſiderato per Bart. circa nu-
dum nomen hæredis, quam in tertia concluſione
Soci. vbi latius. Quintò probatur alius effectus nudi
221 nominis hæredis: quia filius † hæres quoad nudum
nomen facti dicitur capax iurium ſepulchrorum:
ſecundum Roma. hic per l. familiaria. cum l.ſeq.ff.
de religio. ſequitur Iaſ.hic col.17. in fin.nu.88. Con-
trarium tenet Alex.hic col.7.in fi.poſt nu.18.quia iu-
ra ſepulchrorum tranſeunt in eum, in quem tran-
ſeunt iura directa.l.quia perinde.ī.ad trebellian. Sed
iura directa acquiruntur patri: ergo, &c. Nec obſt.
tex.in d.l.familiaria. quia loquitur de nudo nomine
hæredis eius, qui obſtinuit ab hæreditate paterna: hic
vero loquimur, quando filius inſtitutus ab extraneo
acquirit patri. Sed Alex. ſolum diuerſificat caſus non
reddita ratione diuerſitatis. Ideo puto rationem di-
uerſitatis eſſe, quia licet filius abſtineat ab hæreditate
patris, alteri tamen nihil acquirit, licet alter accipiat
ꝑ abſtēſionē filij. Secus vbi filius acquirit alteri adeū-
do de iuſſu eius iura directa: qa acquiſitio fit quoad
omnia, & ſi Roma. voluit ponderare text. dum lo-
quitur de filio hærede ex minima parte, adhuc non
obſt. ſecundū Alex. qa filiꝰ acquirens patri ex nulla
parte fit hæres, & ſic non ſumus in caſu illius legis.
Sed Iaſ.hic tenet contra Alex.& ponderat text. in d.
l.familiaria.non in ver.abſtineant.neque in verbo,ex
minima parte. Sed in illis verbis, cæteriſq; ſucceſſo-
ribus qualeſcunq; fuerint, quæ verba geminata om-
nes hæredes comprehendunt etiam nudo nomine.
nam comprehendunt etiam legatarium. Bald.in c.
Imperialem.in prin.col.5 de prohi.alie.feu. per Fre-
der. Alex in l.quædam. §.nihil.ff.de edend. & tamen
legatarius impropriè dicitur hæres. l. id tempus. §.1.
ff. de vſucapio.

Sed magis placet dictum Alex. per rationem ſuā
222 † nec ob.tex.in d.l.familiaria.cum l.ſeq. in illis ver-
bis vniuerſalibus: quia fateor, ꝙ cōprehendunt om-
nes hæredes etiā impropriè cum effectu tamen, non
hæredes ſine effectu. & ſic non obſtat, ꝙ venit lega-
tarius: quia fateor quando legatum habet effectum.
propterea illa verba qualeſcunq; ſint, poſſunt ope-
rari.i.ſiuè ſint hæredes de iure ciuili, ſiue de iure præ-
torio: & ita in ſimili reſpondet Dec.in conſi.171.col.
3.nu.5. Ripa in l.quæſitum. §. ſi quis cum tutor.col.
2.ff.de priuil.credi.& dictum Alex. ſequitur Ripa hic
nu.48. Socin.iunior ſuper glo. in ver. ex trebelliano.
223 nu.34. & † ꝙ verba vniuerſalia reſtringantur ad
ea, quæ habent effectum, adduco Bar.& Doct. in l.2.
224 §.prætor ait. ff.qui ſatiſ.cog. vbi ſtante ſtatuto, † ꝙ
qualiſcunq; ſententia mandetur executioni, intelli-
gitur de valida. ſequitur Dec in conſ.8.col.fi.nu.9. in
conſ.38.col.6 circa fi. Iaſ.in d.§.prætor ait. in c.1 nu.
48.in vſibus feud.& in l.quandiu.colum.3. C.qui ad-
225 mitti. Similiter † ſtatutum, ꝙ ſufficiat qualiſcunq;
probatio, intelligitur de plena,& idonea. Bart.in l.&
ſi inſtrumenta.in ſecundo nota per glo.ibi.C.de fide
inſtrum. & iure hab.fiſca.lib.10. Bald. & Salic.in l.1.
colum.2. C. de fide inſtrum. Dec. in rubric. extra de
proba.col.16.verſi.iſta concluſio ampliatur. Iaſ.in l.
1.col.16.num.54. ff.de offic.eius.in d.§. prætor ait.in
in d.c.1.num.48.in vſibus feud.& in d.l.quandiu.col.
3. Eodem modo licet qualeſcunque hęredes admit-
tantur, intelligi tamen debet de hæredibus cum effe-
226 ctu. quod maximè † obtinet in diſpoſitione legis,
in qua verba vniuerſalia facilius reſtringūtur, quam
in diſpoſitione hominis Bald.in l.fi.col.1.C. ſine cen
ſu vel reliq. ſequitur Iaſ.in d.§. prætor ait col.2. poſt
med.in d.c.1.nu.49.in l.1.§.nunciatio.col.5. in fi.ff.de
oper.noui nuncia.& in conſ.124.circa fi.lib. 4.Curt.
iunior in conſ 1. col.2. poſt med.

227 Sextò probatur, † quia admittuntur filius, & ſer-
uus ſcripti hæredes ad ſubſtitutionem factam per il
la verba, quiſquis mihi hæres erit, ſi de tempore ſub-
ſtitutionis reperiantur ſui iuris.d. l. qui liberis. §.hæc
verba.& d.l.cum filio ſ.de vulga. Bart. hic colum.4.
Alex.col.7. num.18. Iaſ.col.18. num.90. allegat Iaſ.
tex.in l.cohæredi.§.1.ibi, vel alij acquiſitæ.ſ. de vulg.
vbi Bar. Idem tenet Ripa hic nu.51. vbi etiam alle-
gat tex.in argum.in l. ſi duorum. ſ.de acquir. hæred.
228 Sed contrà præmiſſa † opponitur: tu dicis, quòd
conditio dandi hæredi non impletur in perſona pa-
tris, vel domini. Similiter ꝙ ſubſtitutio pupillaris
per clauſulam, quiſquis mihi hæres erit, quia reſol-
uitur in conditionem ſi quis mihi hæres erit,&c. nō
verificatur in patre, vel domino, contra, nam ſi filius,
aut ſeruus exiſtens in poteſtate adeat ex ſubſtitutio-
ne, commodum pupillaris ſubſtitutionis, & iura di-
recta ipſius ſubſtitutionis acquiruntur patri, vel do-
mino.l.3.ſ.de vulga. à contrario ſenſu: ergo imple-
mentum conditionis conſideratur in patre, vel do-
mino, ſeu pater, vel dominus dicitur hæres directus
etiam quo ad implementum conditionis. Similiter
quando datur filio, aut ſeruo cauſa conditionis im-
plendæ, illud acquiritur patri, vel domino: ergo pa-
ter, aut dominus dicitur hęres etiam reſpectu imple-
menti conditionis. Ad iſtud reſpondet Bart. hic col.
4.In fin. verſi. dices tu. ꝙ pater non dicitur hæres eo
reſpectu, vt poſſit adire ex ſubſtitutione, aut quòd

poſſit ei dari cauſa conditionis implendę. Sed tan-
tum vt ei quæratur ex aditione filij, vel ex implemen
to facto in perſona filij.
Sexta concluſio Soci.eſt limitatio præcedentis cō
229 cluſionis, ꝙ hodie † in aduentitijs pater non dici-
tur hæres directus, nec ſucceſſor vniuerſalis, ſed
ſingularis: cum ſolum habeat vſumfructum: iuxta
dictum Bal.in l.ſi putas. C.de peti.hæredi.procedit ſi-
ne dubio,& eam tenet Alex.hic col.7.verſi. vnum ta
men nota.Iaſ.col.17.nu 84. Ex præmiſſis confutatur
omnino opin.glo.in ver.ſed vt pater, quæ conſtituit
differentiam inter filium, & ſeruum circa iſtud no-
men hæredis,vt filius dicatur hæres, aut retineat no-
men hæredis, ſeruus nequaquam. namq; æqualis in
hoc videtur conditio vtriuſque,vt neuter dicatur hæ
res ſimpliciter,quoad nomē iuris, ſed tantum hæres
facti,quia ſcriptus,vel nominatus. ſecundum Bar. &
Doct.communiter.conſequenter filius æque acqui-
rit patri iura directa hæredis, ac ſeruus. Iuxta hoc
230 quærit † Bar.an diſpoſitio.l.ſi paterfamilias.ſ̄.de hę
redi. inſtit.loquens in ſeruo inſtituto,quem teſtator
credebat Ingenuum,& ei ſubſtituit, ſi hæres nō eſſet,
vt admittatur concurſus inſtituti, & ſubſtituti, locū
habeat in filiofamilias, quem credebat teſtator eſſe
ſui iuris. Si dicimus, ꝙ filius ita acquirat patri, ſicut
ſeruus domino. vr̄ dicendum,locum eſſe,cum eadē
ſit ratio.Si vero non ita acquirit, diuerſa vr̄ ratio,&
ius diuerſum. Bar.hic col.5.tenet opin. Pet.relatā per
Cyn.in d.l.cum proponas.C.de hæred.inſtit.ꝙ ſit lo-
cus pro qua opi.adducit gl.quam Pet. non allegat in
l.ſi quis filium.in gl.1.ſ̄.de acqui.hęred. & iſtam opi.
ſequuntur Doct.paſſim.Socin.hic miratur,ꝙ Doct.
fecerint difficultatē de hoc,an filius,vel ſeruus rema
neat hęres nomine ad excluſionē ſubſtituti,arguēdo
231 à maiori ad minus negatiuę. nam † exiſtentia ve-
ri hæredis ſine effectu tamen, non ſufficit ad exclu-
ſionem ſubſtituti vulgaris,vt patet in filio ſuo,& ne-
ceſſario abſtinente, qui ſubſtitutum non excludit, li-
cet hæres remaneat,quo ad verum nomen.l.ex con-
tractu.ff.de re iudi.Bart.in l.1.ſ̄. de vulg. idem in eo,
qui adiuit,& reſtitutus eſt contra aditionem,qui etiā
ſubſtitutum vulgarem non excludit: & tamen rema
net hæres nomine.l.& ſi fine.§. ſed ꝙ Papinianus. ff.
de minor. quantòminus excludet nudum nomen
hæredis. Sed aduertendum contra Soc.primo dum
miratur,ꝙ Doct.fecerint difficultatem, an filius,vel
ſeruus remaneat hæres nomine,quo ad excluſionē
ſubſtituti: & ſic pariter loquitur de filio,& ſeruo.nā
in ſeruo Doct.non faciunt difficultatem: cum ſit de-
232 ciſum per caſum.d.l.ſi paterfamilias. † Sed difficul
tas ſolum fit in filio, in quo maius dubium videba-
tur propter opi. gl. ꝙ filius remaneat hęres nomine.
Secundò notandum,quia Soci.in ſua admiratio-
ne conſiderat duos caſus.primus,quādo hæres ſuus,
& neceſſarius abſtinet citrà reſtitutionem, ꝙ rema-
net hęres nomine de iure ciuili, licet de iure prętor-
rio habeat beneficium abſtinendi: & tamen non ex-
cludit ſubſtitutum vulg. iſte caſus primo non proba
tur per l.ex contractu.ff.de re iudi.alleg.per Soc.quæ
loquitur,quando hęres non abſtinuit,imò adiuit,ſed
poſtea aduerſus aditionem fuit reſtitutus. Similiter
Bar.in l.1.col.antepen.in fin.verſi. item dubitatur.dū
allegat d.l.ex contractu. loquitur, quando hæres fuit
reſtitutus contra aditionem.Secundò iſte primus ca
ſus non videtur verus, ꝙ vbi hæres neceſſarius abſti-
nuit ſine reſtitutione, remaneat verus hæres, & ne-
233 ceſſarius,quādo habet ſubſtitutum vulgarem: † qa
per ſubſtitutionē vulg.tollitur illa neceſſitas, & cen-
ſetur data licentia abſtinendi etiam de iure ciuili.l.
ſi filius hęres.vbi Bar.& Doct.ſ̄.de libe.& poſth.Bar.
in d.l.1.col.pen.verſic.dubitatur etiam. & in l. ſi filius
qui patri.ſ̄.de vulga. Secundus autem caſus Socin.
quando hæres abſtinet ope reſtitutionis in integrū,
planè procedit, & eſt communis ad hæredem ne-
ceſſarium, & voluntarium: quia vterque hæres re-
manet, licet ſine effectu. Tertiò eſt aduertendum,
234 † quia fundamentum Soci. videtur tendere ad in-
cluſionem ſubſtituti in totum, nam ſi exiſtentia hę-
redis ſine effectu tamen,& ſic nomen iuris, ſubſtitu-
tum non excludit in aliquo: ergo multòminus de-
bet excludere nudum nomen, ex quo fundamento
Soci.ſequi videtur deſtructio.d.l. ſi paterfamilias. ꝙ
ſubſtitutus deberet in totum admitti. Ideo Soci. vi-
detur decipi: nec videtur procedere eius fundamen-
tum, quia in filio abſtinente, aut in reſtituto aduer-
ſus aditionem, ceſſat omnino effectus hęredis, licet
duret nomen, ſed in filio, aut ſeruo adeunte, licet
ceſſet effectus,quo ad eius perſonam, nō tamen ceſ-
ſat in perſona patris, vel domini, cui acquirit, & ſa-
tis eſt, ꝙ inſtitutio habet effectum in perſona filij,
vel ſerui,prout à iure diſponitur: & ꝙ filius, aut ſer-
uus adierit: per quam aditionem effectualem vide-
batur excludi omnino ſubſtitutus vulgaris.l.poſt adi
tam. C.de impub.& ſic arguit Soci.ex diuerſis: quia
in ll.per eum alleg.nulli acquiritur hæreditas: nil mi-
rum ſi admittitur ſubſtitutus. hic autem acquiritur
patri,vel domino.Ita in effectu contra Socin.arguit
Soci.iunior hic ſuper glo.in ver.ex trebelliano.num.
50.Sed per defenſionem Soci.ſenioris contra oppu-
gnationes Soc.iunioris conſiderandum eſt,voluiſſe
Soci.ſeniorem arguere à fortiori hoc modo: ſi vera
exiſtentia hæredis, aut verum nomen hęredis nō im
pedit admiſſionem ſubſtituti vulgaris in totum, ve
luti quando hęres reſtituitur aduerſus aditionem;
multominus impediet nudum nomen hæredis ad-
miſſionem ſubſtituti in partem.l.videamus.§. pen.ff.
de in litem iuran.
235 Non † obſtat argumentum Soci.iunioris, ꝙ imò
nudum nomen hęredis in filio videtur quid maius,
aut maioris efficacię, quam verum nomen hęredis
in reſtituto aduerſus aditionē, propter effectus pro-
uenientes ex nudo nomine hęredis, de quibus ſu-
pra,quia procederet argumentum, quando proue-
niunt tales effectus ex voluntate teſtatoris ſaltem ta
cita,quia notam habeat conditionēm inſtituti: ſecus
quando teſtator errat in conditione inſtituti: quia
effectus nudi nominis hęredis non videntur conſi-
derabiles,ex quo non procedunt ex voluntate teſta-
toris: & ſic errante teſtatore dici non poteſt, ꝙ nu-
dum nomen heredis in filio ſit maioris efficacię,quā
exiſtentia veri hęredis in inſtituto.
236 Quartò † eſt aduertendum ad rationem,& decla-
rationem. d. l. ſi paterfamilias. ꝙ ibi eligitur media
via: & admittitur concurſus inſtituti, & ſubſtituti,
contra regulam.l.3.ſ̄.de acquir.hęred. propter con-
greſſum, aut conflictum rationum hincinde. Nam
pro inſtituto, aut eius domino, ꝙ in totum admitti
debeat excluſo ſubſtituto, facit veritas: quia ſecun-
dum veritatem inſtitutus erat ſubiectus alieno iuri,
& alium hæredem faciebat. Siquidem verba ſubſti-
tutionis vulgaris, ſi hæres non erit, in ſeruo ſenſum
hunc habent,ſi neq; ipſe hęres erit,neq; alium hære-
dem fecerit: ſed ſeruus dominum hæredem facit. Ex
diuerſo pro ſubſtituto faciebat opinio teſtatoris cre
dentis ſeruum inſtitutum liberum eſſe: & cum igno
raret ſeruum eſſe, non videbatur dominus habere
voluntatem teſtatoris etiam tacitam pro ſe, neque
dici poteſt, ꝙ præſumatur teſtator conformare vo-
luntatem ſuam ad diſpoſitionem iuris communis,
vt per ſeruum inſtitutum quæratur domino: quia
237 in ignorante † non cadit præſumptio voluntatis,
aut conſenſus.l.mater decedens.ff.de inoffi. teſtam.
l.1.§.ſcientia.ff.de tributor.l.2.in fi.ff.ſolu. matr.cum
ſimilib. Planè ſi ſciuiſſet teſtator ſeruum eſſe, quem
inſtituit

inſtituit tanquam liberum,fortè non inſtituiſſet,neq;
domino quæſitū quid eſſet : ideo in tanto congreſſu
rationum, & in tanta incertitudine voluntatis teſta-
toris via media eligitur.
238 Iſte conflictus† rationum in ſeruo inſtituto,ęquè
militat in perſona filij inſtituti, quem teſtator crede-
bat ſui iuris.nam verba ſubſtitutionis vulg. ſi hæres
non erit,in homine libero intelliguntur,id eſt ſi neq;
ipſe hæres erit, neq; mutata conditione alium hære-
dem fecerit, ideo pro patre facit veritas qua conſi-
derata filius eum hæredem facit. cum vere ſit filius
in poteſtate: & cognita veritate forte fuiſſet æque fi-
lius inſtitutus,quo caſu ſubſtitutus in totum exclu-
deretur. In contrarium cum ſubſtituto facit opinio
teſtatoris credentis filium inſtitutum eſſe ſui iuris, &
conſequenter ꝙ filius eſſet hæres,vel ꝙ mutata con-
ditione alium hæredem faceret. hic autem non facit
filius patrem hæredem mutata conditione,ſed citrà
mutationem aliquam. Cæterum ſi ſciuiſſet teſtator
filium eſſe in poteſtate, eum fortè non inſtituiſſet,
ſed ſubſtitutum prætuliſſet. neq; dici poteſt hoc ca-
ſu, ꝙ habeat pater tacitum iudicium teſtatoris pro
ſe, vt ipſi patri acquiratur ignorante teſtatore quali-
tatem perſonę inſtituti.ignorantis autem,aut erran-
tis nullum eſt iudicium,nulla voluntas,& nullus cō-
ſenſus,vt ante eſt dictum. Ideo conflictu rationum
hincinde æque incurrente in perſona filij,atque ſerui,
idem ius ſeruandum etiā in filio,vt admittatur con-
curſus inſtituti, & ſubſtituti.

Ex præmiſſa ratione, & declaratione.d.l. ſi pater-
familias.ꝙ ibi admittatur cōcurſus inſtituti, & ſub-
ſtituti propter conflictum rationum, & incertitudi-
nem voluntatis teſtatoris, inferri videtur, ꝙ argu-
mentum Soci.quod ſumit à fortiori, conuerti vide-
tur in argumentum à debiliori. quia in d.l. & ſi ſine.
§.ſed quod Papinianus.ff.de minor. & in d.l.ex con-
tractu. ff.de re iudi. ꝙ admittatur ſubſtitutus hærede
reſtituto aduerſus aditionem, illud eſt ex voluntate
teſtatoris certa, & clara, qui voluit ſubſtitutum ad-
mitti hærede primo deficiente, quomodocunq; de-
ficeret, ſiue repudiatione, ſiue impotentia, aut ope
reſtitutionis in integrum, cum eo caſu alium hære-
dem non faciat. Sed in caſu,de quo agitur, quando
teſtator errat, & ignorat conditionem inſtituti, vo-
luntas teſtatoris fit dubia. Itaq; videtur Soci. arguere
de caſu claro ad caſum dubium,atq; adeo ex diuer-
ſis: contra.l.ſi ff.de calumnia.cum ſimil. Sed tamen
ſuſtinendo Soci.dici poteſt,ꝙ intentio Soci.nō fuit,
arguere, ꝙ ita admittatur ſubſtitutus in caſu dubio,
atque in caſu claro: ſed quia in q.Bar.& Doct.nun-
quid diſpoſitio.d.l. ſi paterfamilias. loquentis in ſer-
uo,procedat in filio,dubium ſolum erat in hoc, quia
in filio videbatur maior ratio excludendi ſubſtitu-
tum in totum, ex quo filius magis videtur retinere
nomen hæredis,quam ſeruus, ſecundum glo. hic in
ver.ſed vt pater. Ideo dicit Socin.ꝙ non erat facien-
dum dubium ſub hac retentione nominis hæredis.
quia poſito ꝙ glo. verum diceret, & filius retineret
nomen hæredis, adhuc iſta retentio impedimento
non eſſet per d.§ ſed quod Papinianus. & d.l.ex con-
tractu.Sed iſta ſaluatio Soci.plenè nō ſatisfacit. quia
Soci.vult arguere a fortiori. Sed hoc modo præſup-
ponendo, ꝙ filius retineat nomen veri hæredis citrà
effectum,tamen argumētum non erit à fortiori, ſed
à pari. Rurſus tenendo ꝙ filius ſolum retineat nu-
dum nomen hæredis, malè miratur Socin.ꝙ Doct.
faciant difficultatem: quia eo caſu nullam faciunt
difficultatem: cum eadem ſit ratio in filio, quæ in
ſeruo. Sed difficultas fit quaſi pluſculum iuris ſit in
filio ad excluſionem ſubſtituti, quam in ſeruo. Sed
melius explicaſſet Socin.animum ſuum ſi dixiſſet, ꝙ
Bar. & Docto.præſupponunt ſubſtitutum excludi,ſi
vera ſit opi.glo.ꝙ filius retineat nomē hæredis,quod
præſuppoſitum vī falſum:cū talis retentio effectum
non habeat, & hoc modo procedit argumentum
à fortiori, ſed certè etiam hoc modo conſiderando
non videtur argumentum a fortiori, ſed à pari, vt
239 ſupra.Sed maius dubiū eſt † nunquid.d.l. ſi pater-
familias. procedat in filio hodie. nam hodie ꝓprie-
tas aduentitiorum quæritur filio, patri autem vſuſ-
fructus tantum.l.cum oportet. C.de bonis quæ libe.
Ideo filius tanquam hæres videtur ſubſtitutum in to
tum excludere. Sed Bald. & Imol.in l. ſi quis filium
ſ.de acquir.hæredit.tenent, quod in vſufructu ſit lo-
cus diuiſioni.d.l ſi paterfamilias. Idem tenet Imol.
in eadem. l. ſi paterfamilias. ſequitur Alex. hic col.
7.nume.17.

Contrarium, ꝙ imò ſubſtitutus in totum exclu-
datur,tenet Soci. hic in hac ſexta concluſione: quia
filius verè & propriè eſt hæres, & ſic videtur defice-
re conditio,ſi hæres non erit.melius declaraſſet Soc.
ꝙ iſto caſu filius non dicitur facere patrem hæredē:
quia verba illa,ſi alium hæredem fecerit, debēt intel
ligi de hærede verè,& propriè, ſed pater non dicitur
hæres in vſufructu,ſed ſucceſſor ſingularis: ergo di-
ci non poteſt,ꝙ fiat hæres pater præter voluntatem
teſtatoris.Confirmat Soci.iunior ſuper glo.in ver.ex
trebelliano.col.11.in fi. nu.52. ratione gemina: pri-
mo,quia illa verba, ſi hæres non erit, intelliguntur,
id eſt ſi dominus non erit.§.fi.inſti. de hæredū quali.
& differ.ſed filius eſt dominus: quia ſibi proprietas
quæritur: ergo conditio deficit. Altera ratio eſt,quia
ſubſtitutus vulgaris dicitur hæres directus, vſusfru-
ctus autem capitur de manu alterius,id eſt de ma
nu hæredis.l.3. in prin.cum. §.1. ff. de vſufruct. ergo
non debet ſubſtitutus concurrere cum patre. Sed
240 † circa argumentum Soci.ſenioris,ꝙ filius verè,&
propriè eſt hæres, cōſidera ꝙ non ſufficit quem eſſe
hæredem,niſi cū effectu ſit hæres,vt excludatur ſub-
ſtitutus.d.l.& ſi ſine.§. ſed quod Papinianus. ff.de mi
nor.d.l.ex contractu.ff de re iudic. Ideo quatenus fi-
lius non eſt hæres cum effectu, ſeu quatenus effectus
locum non habet,locus videtur ſubſtituto vulgari.l.
Stichum qui meus erit.ſuprà eod. facit reg.l. quæ de
tota. ff. de rei vendica.

Non obſt.prima ratio Soci.iunioris, ꝙ filius dici-
tur dominus: quia etiam pater dici poteſt domi-
241 nus ratione vſusfructus, † qui & ipſe dicitur pars
dominij.l.4.ff.de vſufruct. Secundò reſpondeo, ꝙ
filius non poteſt dici dominus propriè, quia vbi fit
mentio de dominio, intelligi debet de pleno domi-
nio.l.1.ff.ager vectig.ſed nuda proprietas non dici-
tur plenum dominium.gl.in d.l.4 Iſta tamen ſecun-
da reſponſio non videtur tuta per tex. in l.rectè dici-
mus.ff.de verb.ſignif. Non obſt.ſecunda ratio Socin.
242 iunioris ꝙ † vſufructuarius capit de manu hęredis:
ergo ſubſtitutio vulgaris non verificatur in vſufru-
ctu,quia negatur omnino, ꝙ ſubſtitutus, aut voca-
tus directo ad vſumfructum teneatur capere de ma-
nu hæredis.nam vocatus directò capit propria auto
ritate,& in terminis vſusfructus directo relicti. tradit
Pau.de Caſt.in conſi.297. puto dicendum lib.1. for-
tius etiam ceſſante vocatione directa, ſi teſtator di-
cat,vſumfructum do,lego, poteſt legatarius capere
propria autoritate tanquam dominus vſusfructus.
Secus ſi teſtator dicat, dari volo: quia tunc domi-
nium fructuum eſt apud hæredem: ideo de manu
eius capi oportet. Signorol.in conſ.35.col.4. in prin.
per glo.in l. ſi quis ita. ff. de vſufruct. Neque obſtat.
d.l.3. de vſufruct. quia loquitur in vſufructu legato
non directò relicto: legatum autem ſine dubio ca-
pitur de manu hęredis.l.non dubium.C.de lega.Imò
loquitur. d. l. 3. quando relinquitur vſusfructus per
viam fideicommiſſi, quia hæres iubetur dare, non

etiam quando ſimpliciter relinquitur, de cuius ta-
men tex.intellectu latius dixi in l.1.nu.141.ſupra eo.
Quinenam capit legatarius vſumfructum iure ſuo,
quãdo poſt mortem ipſius vſufructuatij hæres alius
inſtituitur.Soci.in conſi.131.col.3.in fi.verſi.nec ob-
ſtat,quod vltimo loco.lib.1.Rurſus, vt primum ac-
cepta eſt poſſeſſio legatario vſusfructus à manu hæ-
redis,percipitur vſusfructus autoritate propria lega-
tatij.glo.in l.ſi quis ita.ff.de vſufr.Signorol.in conſil.
35.col.4.num.4.& in conſi.135.col.1.nu.3. Alex. in
conſi.50.col.3.lib.7.hoc tamen non procedit,quan-
do non vſusfructus, ſed fructus relinquuntur ex cer-
tis bonis. Ibi enim hæres eos erogat. l. defuncta.§.
Semptonio.& d.l.ſi quis ita, cum ibi no.ff.de vſufr.
l.fundi trebatiani. infrà de vſufruct. lega. Roman.in
conſi.200.quia valorinus.in fin. Alex.in d. conſi.50.
col.3.in prin.lib.7.

243 Ex alio tamen † placet mihi opinio. Soci. contra
Bald. Imol.& Alex. ꝙ ſubſtitutus non concurrat in
vſufructu,quia aliàs ſequeretur,ꝙ poſſet quis directò
ſubſtitui vſq; ad tempus, quandiù durabit vſusfru-
ctus.contrà.l.hæreditas ex die.ff.de hæred.inſti.

Secundò,quia ſubſtitutus non poteſt, vt ſubſtitu-
tus admitti,niſi tanquam ſucceſſor vniuerſalis, cum
244 vniuerſaliter vocatus fuerit.† Planè ſi admittatur
reſpectu vſusfructus tantum,particularis fiet ſucceſ-
ſor, etiam ſi ad totum vſumfructum admitteretur:
ſicut dicitur in patre vſufructuario. Bald in l.ſi putas.
C.de peti.hære. Alex. hic col.7. circa med. & Iaſ.nu.
83. Socin.num.23. pro qua opin. videtur text. in l.ſi
mulier.§.ex aſſe.ff.de iure dotium. vbi fideicommiſ-
ſum vniuerſale non poteſt reſtitui ceſſionario: quia
dicitur ſingularis ſucceſſor: & in eum non traniciũt
iura paſſiuè: eum teſtator voluerit reſtitui ex trebel-
liano,& ſuccedenti vniuerſaliter. de quo text.tamen
latius dixi in l.1. nu.190. ſ. eod.

Tertio vocatio ſubſtituti vulgaris debet intelligi
de eo, qui ſimpliciter admitteretur in locum hære-
dis primo loco vocati,non ſecundum quid, aut ali-
quo reſpectu tantum.l. hoc legatum. vbi Bart. ȷ. de
lega.3.planè ſi dicimus ſubſtitutum admitti ad par-
tem vſusfructus, non ſolum non erit hæres in locũ
primi ſimpliciter, imò ne quidem ſecundum quid:
quia etiam in parte vſusfructus hæres non erit, ſed
particularis tantum ſucceſſor.

245 Tenendo hanc opin. non obſtant † reſponſiones
ante datę ad fundamentum Soci. ꝙ filius non vide-
tur hæres cum effectu reſpectu vſusfructus:quia pro
cederet reſponſio quãdo vſusfructus manſurus per-
petuo eſſet apud alium, ſed hic omnino reſtituen-
dus eſt proprietati. Secundò reſpondeo ꝙ ſatis vi-
detur filium hæredem eſſe, & cum effectu,actu,& ha
bitu:actu,reſpectu proprietatis, habitu reſpectu vſuſ-
fructus, quod ſine dubio videtur procedere, quan-
do omnino certum eſt habitum reduci poſſe ad a-
ctum.l.penult.ff.de teſtam.milit.l. Labeo.ff.de ſtatu
liber.cum ſimilib. Tertio reſpondeo ſatis eſſe, quod
filius ſit hæres principaliter, & ad eum pertineant
bona iure dominij, licet ſecundariò, aut in conſe-
246 quentiam vſusfructus quæratur alteri: † quia non
attenditur, quod venit in conſequentiam.l.1.ff. de
aucto.tuto. hinc videmus, quòd vendita hæreditate
247 † non agitur de euictione pro rebus ſingularibus
ipſius hæreditatis euictis: quia illę non veniunt prin-
cipaliter in venditionem, ſed in conſequentiam.l.1.
248 C.de euictio.ſimiliter decretum iudicis † reſpiciens
perſonam pupilli, vel adulti principaliter, trahitur
etiam ad bona exiſtentia extra territorium ipſius iu-
dicis: quia veniunt bona in conſequentiam.l.magis
puto.§ illud.ff.de rebus eorum. l. propter litem.§. li-
cet.ff.de excuſ.tuto.Bart.in l.pupillo.ff.de tuto.& cur.
dat.ab his.Roma. in conſi. 39. col.2.

Sed magis in terminis adduco tex. in l.qui Titij.ff.
de his quib.vt indig. vbi accuſans teſtamentum Ti-
tij de falſo, non repellitur ab hæreditate eius hære-
dis, licet eo modo conſequatur hæreditatem teſta-
toris Titij: quia principaliter non ſuccedit in hære-
ditate Titij, ſed hæredis.
249 Non obſtat † reg. l. quæ de tota. ff. de rei vendic.
quia non procedit quando non eſt par ratio partis,
& totius.l.Papinian.§.ſed nec impuberis.ff.de inoffi.
250 teſta. vbi quando teſtamentum patris † rumpitur
in totum,rumpitur & pupillare: ſecus ſi pro parte:
quia hẽt tunc acceſſoriũ,cui nitatur ſubſtitutio. not.
glo.in l.qui hominem.in prin.ff.de ſolu. & in clem.ſi
vna.in ver.defenſor.de reb.eccle.non alien.Salic.in l.
251 ait prætor.§.1.ff.de iureiuran.ſed hic non † videtur
par ratio admittendi ſubſtitutum, quando filius ad-
mittitur ad proprietatem; quia tunc verè eſt hæres,
& vniuerſalis: nec poteſt ſubſtitutus ratione vſusfru-
ctus vniuerſaliter ſuccedere, prout teſtator voluit,
ſecus quando filius non eſt hæres vniuerſalis quoad
effectum: quia tunc admittitur ſubſtitutus eo mo-
do, quo vocatus eſt.

Secundo reſpondeo,ꝙ non eſt par ratio partis,&
totius: quia vſusfructus non liberè patri quæritur:
cum alij ex eo filius debeat.d.l.fin.§. ipſum autem fi-
lium.C.de bon.quæ libe. ſecus eſt in ſubſtitutio vul-
gari,qui non conferret in alimenta filij.Itaq; concur
ſu ſubſtituti cum patre,damno futurus eſſet filio cõ
tra voluntatem teſtatoris.

Poſtremò conſidero, ꝙ iſta opin. Soci.videtur de
mente Bar.huc,volentis ideo admitti concurſum in-
ſtituti, & ſubſtituti, quia filius non ſit hæres directus
etiã quoad nomen ſimpliciter, ſed tantum quo ad
nudum nomen facti: ergo vult Bar.non obſcurè,ꝙ
ſi filius eſſet hæres quo ad nomen,non admitteretur
concurſus: quantò magis idem dicendum, qñ filius
eſt hæres non ſolum quo ad nomen,ſed etiã quo ad
effectũ reſpectu proprietatis cũ ſpe indubitata con-
ſolidationis vſusfructus cũ ipſa proprietate. Et vltra
Bar.iſta opi.Soc. fuit de mente Iac. de Rau. imò &
Bal.Imo.Alex.& omnium Doct.qui ſequuntur Bar.
per eius rationem,vt arguantur Bal. Imo. & Alex.
contrarietatis, ſi diligenter animaduertatur.
252 Secunda quæſtio † mouetur in hac ſexta conclu-
ſione,nunquid filius,aut ſeruus admittatur ad ſubſti-
tutionem pupillarem ſi de tempore ipſius ſubſtitu-
tionis reperiatur ſui iuris, qñ fit ſubſtitutio per illa
verba, quiſquis mihi hæres erit, &c. Bart.concludit
admitti: licet Iaco. de Rau. iſtud non admitteret in
ſeruo: quia ſecundũ Bar.nulla in hoc eſt differentia
inter filiũ, & ſeruum, neq; magis eſt hæres filius,quã
ſeruus: & ſi filius admittitur,ergo & ſeruus,pro quo
allegat.l.ſi ſolus.§.fi.ſ.de acqui.hær.vbi ſeruus inſtitu
tus admittitur, ſi tempore exiſtentis conditionis re-
peritur ſui iuris. Sed ille tex.nihil vr̃ facere, quia du-
bium iſtius.q.totũ in hoc eſt, quaſi videatur defecta
conditio,in qua vocatus eſt ſeruus,ſi hęres erit,cum
hæres non videatur. ſed in d.§. fin. non fuit vocatus
ſeruus ſub conditione,ſi hæres eſſet, ſed ſimpliciter:
quo caſu nõ videtur dubium,eum admitti,ſed quæ-
ſtio loquitur, quando vocatur ſeruus in conditio-
ne, ſi ſit hæres.

Soci.pro opi.Bar.adducit tex.in l.3.ſ.de vulga.ar-
guendo à fortiori: nam dominus ibi admittitur ad
ſubſtitutionem mediante aditione ſerui, arguendo
à contrario ſenſu: ergo à fortiori admittetur ſeruus.
Sed iſtud argumentum à fortiori videtur tolli: nam
dominus admittitur tanquam factus hæres per ſer-
uum: ſed ſeruus non videtur admitti tanquam non
hæres, licet factus ſui iuris. ideo ꝙ admittatur à for-
tiori, iſtud procedit habito reſpectu ad voluntatem
teſtatoris,non ad diſpoſitionem iuris.quia ſecũdum
ius

ius fortior ratio admittendi videtur in domino, quã in ſeruo: cum dominus ſit hæres directus, & cum effectu, licet non ſit hæres ſcriptus. Ideo ꝙ ſeruus admittatur, videtur potius ex benignitate iuris propter voluntatem teſtatoris, quam ex rigore: quia de rigore nudum nomen hæredis ſcripti non videbatur ſufficiens, & ſi ille text. probaret à fortiori, vt Socin. dicit, fruſtrà dubitaſſet Barto. & antiqui, an ſeruus admittatur.

Sed tamen ſuſtinendo Soc. dici poteſt, ꝙ imò procedat argumentum à fortiori. quia dominus licet factus hæres per ſeruum, non admitteretur per ſeruum, niſi ſeruus eſſet ſcriptus. Itaq; ſi admittitur ſeruus ad vtilitatem domini, à fortiori ad ſui commodum: quia ad ſui commodum habet iudicium teſtatoris expreſſum, pro domino autem tacitum tantum, per latè. ſ. tradita in materia grauaminis.

253 Pro iſta opi. † Bar. Iaſ. hic col. 18. nu. 90. allegat tex. in l. cohæredi. §. 1. in ver. vel alij ǭlitę. ſ. de vulg. vbi ſcripti hæredes, & reciprocè ſubſtituti admittuntur ad portionem repudiãtis pro modo portionis ſibi, idest ipſis hæredibus, aut alij quæſitæ: dum dicit, alij i ergo præſupponit, ꝙ vbi ſeruus fuit inſtitutus pro parte, quam domino quæſiuit, pro eadem parte admittatur ad ſubſtitutionem. Sed iſtud eſſe non poteſt, niſi factus ſit ſui iuris: quia alias non ſeruus admitteretur, ſed dominus, & ita voluit Iaſ. inducere.

Sed aduerte, quia ille tex non probat. primò, quia intellectus Iaſ. eſt diuinatiuus, ꝙ ſeruus ibi eſſet ſui iuris, nã manumiſſio conſiſtit in facto, quod non præſumitur. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. Secundò intelligentia Iaſ. eſt contra glo. ibi in verbo, quæſitæ. quæ reſpondendo ad contrariũ ibi formatum expreſsè dicit, ꝙ ſeruus remanſerat domini. Neq; obſtat, ꝙ ſeruus ipſe admitti non poteſt ex perſona propria: quia imò admittitur, licet alij quærat hęreditatẽ. Sed tamen ille text. vr̃ probare arguendo à fortiori hoc modo, ſi ſeruus admittitur ad ſubſtitutionem, poſtq̃ quæſiuit hæreditatem domino, ex eo ꝙ remanſit hęres ſcriptus, & per talem admiſſionem acquiritur hęreditas pupilli dño, à fortiori vr̃ admittendus ad vtilitatem propriam, ſi inueniatur ſui iuris, & hoc modo conſiderando tex. in d. l. 3. ſ. de vulg. alleg. hic per Soci. probaret etiam à fortiori, declarando ſecundũ
254 terminos d. l. cohæredi. § 1. Puto etiã † ꝙ opi. Bart. probetur per d. l. 3. & l. qui liberis. § hæc verba. ſ. de vulg. aliter inducendo: nam in eis ſolum dicitur excludi patrem, vel dominum, de filio autẽ, aut ſeruo, ꝙ excludantur, nihil dr̃: ergo pręſupponitur eos admitti, quia vnius excluſio, alterius eſt incluſio. l. cum pręto. in princ. ff. de iudi. c. nonne. de præſumptio. c. qualis. 25. diſtin. c. cum renunciatur. 32. q. 1. & ſi text. illi intendiſſent etiã excludere filium, & ſeruũ factos ſui iuris, veriſimiliter expreſſiſſent, ſicut expreſſerunt de patre, & domino. l. vni. § ſin autem ad deficientis. C. de cadu. tol. c. ad audientiam. de decim.

Vltrà præmiſſas duas quæſtiones Bar. quæ pertinẽt ad effectũ nudi nominis hæredis. Iaſ. hic col. 19.
255 format aliam. quæſt. quando † ex ſtatuto habenda eſt pax ab hæredibus occiſi, vt pena remittatur, vel diminuatur, vel vt habeatur gratia à ſuperiore, an ſufficiat haberi pacem à patre, aut domino quando filius, aut ſeruus inſtituitur hæres, & concludit, ꝙ debeat haberi pax à patre, vel domino, licet reputet articulum dubium. Sed Socin. iunior ſuper glo. in ver. ex trebellianica. col. 12. in fin. inclinat in opin. contrariam, quòd haberi debeat pax à filio, aut ſeruo, quia remiſſio iniuriæ non dicitur quid hæreditariũ: & fieri debet per eum, ad quem ſpectat onus vindictæ. onus autem vindictæ ad eum pertinet, qui magis offenditur ex nece teſtatoris: ſed offendi magis dicitur filius, aut ſeruus prædilectus.

Sed conſidera, ꝙ imò ius vindictæ ad eum videtur pertinere ad quem ſpectat emolumentum hæreditatis. regul. ſecundum naturam. ff. de regul. iuris. Porrò quã vindictam exercere poteſt filius, aut ſeruus ſine commodo hæreditatis. Itaque retorquetur fundamentum Soci. iunioris, quòd habenda ſit pax à patre, vel domino, ad quos vindictæ onus pertinet, & ita arguit Ripa hic nu. 53.

Similiter retorquetur contra Soc. iuniorem aliud eius argumentum, quòd ius faciendæ pacis non videtur quid hæreditarium. nam quanto minus eſt hæreditarium, eo magis videtur competere patri, & filio, qui hæredes ſcripti non ſunt. argum. d. l. qui liberis. §. hęc verba. Secundò conſidero, ꝙ ius faciendæ pacis hæreditarium non eſſe, conſideratur habito reſpectu ad ius ſanguinis: quaſi magis competat filijs, & deſcendentibus iure ſanguinis, quam iure hęreditario. Sed iſta ratio ceſſat in filijs, aut ſeruis extraneis, in quibus magis conſideratur ius vindictæ iure hæreditario: ideo illis competere debet apud quos ſunt hæreditaria iura.

Gloſſ. in verſi. retenturum. diuiditur in quinque partes. in prima extendit text. loquentem in fideicommiſſo vniuerſali, ad fideicommiſſum particulare. In ſecunda extenſionem reſtringit quatenus per extenſionem videbantur æquiparata fideicommiſſum vniuerſale, & particulare circà tranſmiſſionem: & ipſam reſtrictionem comprobat per duo ſimilia, quæ potius videntur diſſimilia. In tertia reſtrictionem ipſam modificat, aut limitat. In quarta fortiter opponit contra text. & dupliciter ſoluit. In quinta, & vltima format. quæſtio. & ſe remittit de ſolutione. Secunda ibi, ſed in vniuerſali. Tertia ibi, ſed hoc forte. Quarta ibi, ſed ſecundum hoc. Quinta ibi, ſed an hæres.

Circa primam partem dum glo. extendit text. ad fideicommiſſum particulare relictum ſub conditione, aut poſt mortem hęredis, vt etiã illud non tranſmittatur, iſta extenſio videtur ſuperflua cum text. loquatur etiam in legato particulari, & quòd legatum,
256 aut † fideicommiſſum particulare, & conditionale non tranſmittatur, eſt etiam text. in l. ſi cui. § hoc autem. infra eodem. in l. ſi pecunia legata. §. 1. in l. miles ad ſororem. §. fin. ĩ. titu. 1. in l. fideicommiſſa. §. ſic fideicommiſſum infrà de lega 3. in l. ſi cum hęres. infra quand. dies leg. ced. & in l. vnica. §. ſin autem ſub conditione. C. de caduc. tollen. gloſſ. in l. filio pater. infra eodem.

Ampliatur iſta concluſio, vt procedat etiam in filio, qui legatum conditionale non tranſmittit ad hęredes. d. l. ſi cui legetur. §. 1. infra eodem. vbi Bald. & Florian.

Ampliatur ſecundò, vt procedat, licet conditio legati ſit poteſtatiua. l. ſi ita legatum. §. illi ſi volet. ĩ. eodem. Deci. in l. ſi pater. colum. 4. poſt med. C. de inſtitu. & ſubſtitu. Addo text. in l. 5. §. 1. infrà quando
257 dies lega. ced. † talis tamen conditio ſi habet cauſam ſucceſſiuam, dicitur impleta ſtatim atque cęptum eſt impleri, puta legatur vxori ſi ſteterit cum filiabus teſtatoris donec nupſerint. Ioan. de Anan. in conſil. 8. & in conſil. 75. col. 1. poſt med. vbi ſi legatum eſt annuum, tranſmittitur pro illo anno, pro quo cępta eſt conditio impleri. Si vero ſit legatum momentaneum, tranſmittitur in totum. Et ſi dicatur, videtur quòd conditio poteſtatiua non faciat legatum conditionale, ex quo tacitè inerat: quia non cogitur legatarius legatum habere. reſpondetur, quod exprimitur conditio alio modo, quam eſſet: quia ſolũ ineſt, ne acquiratur inuito: ſed exprimitur, vt fiat conditionale legatũ. ita ſolũ inerat conditio acquiſitioni irreuocabili, non reuocabili, ſed per expreſſionem ineſt etiam acquiſitioni reuocabili. ita

Alexand. in l. huiuſmodi. in princip. colum. 2. circa med. infrà, eo.

258 Ampliatur tertiò vt procedat † etiam in legato aut fideicommiſſo conditionali relicto hęredi à legatario, aut fideicommiſſario. puta teſtator legauit fundum Titio, quem grauauit, vt ſi decederet ſine liberis, eundem fundum reſtitueret hæredi. ſi hæres præmoriatur Titio, non tranſmittit fideicommiſſum ad hæredes l. in cauſę. a. §. Ponponius. vbi gl. & Bal. ff. de mino. ſequitur Alex. in l. Gallus. §. etiam ſi parente. ff. de lib. & poſthu. & in l. qui liberis. §. hęc verba ſuprà, de vulga. quod dictum pro valde notabili ſequitur etiam Iaſ. in conſil. 52. col. 2. in fi. libr. 3. & in l. 1. col. 18. nu. 81. ſuprà eod. vbi. ℘ prima facie quilibet reſponderet contrariū. ſed non aperit Iaſ. quare prima facie quilibet reſponderet contrarium. dic ℘ ratio videbatur, quia relictum eſt fideicommiſſum hæredi ob id cōprahendi videbatur hæres hæredis. l. fi. C. de hære. inſti. rurſus hæres qua ratione tranſmittit hæreditatem aditam, ita videbatur ℘ tranſmitteret fideicōmiſſum. ſed ratio. decidendi ſumitur ex d. l. qui liberis. §. hęc verba. quia vbi teſtator facit mentionem de hærede, intelligitur de hrde ſcripto, & immediato vel ℘ non venit hæres hæredis in relicto conditionali, quod non tranſmittitur. Neq; obſtat ℘ tranſmittit hæreditatem aditam, quia in fideicommiſſo nō cōſideratur vt hæres, ſed vt fideicommiſſarius. l. ſi à me. infrà, ad leg. Falci. conſequenter in eadem perſona poſſunt cōcurrere duæ qualitates, quando ſunt compatibiles: de quo etiam in l. ſi pater. §. qui duos. ff. de adop. l. domitius. ſuprà de teſta.

259 Sed quid ſi legatur † fundus ad vitam legatarij, nunquid idem erit, vt hæres pręmoriens legatario non tranſmittat ad hæredem. Bar. in l. Titia cum teſtamento. §. fi. in 2. q. infrà titu. 1. tenet, ℘ tranſmittatur non virtute tranſmiſſionis, ſed quia magis videtur habitus reſpectus ad hæreditatem, id eſt vt reuertatur res ad hæreditatem quam ad perſonam hæredis. & ſic magis cenſetur vocatus vt hæres ratione tituli hæreditarij, quia ita reperitur in hærede hæredis ſicut in primo hærede Bal. autem in d. §. fi. dicit relictum pertinere ad hęredem hæredis non ex tranſmiſſione, ſed virtute temporalitatis, quia legatario relictum eſt ſolum vſq; ad tempus: ideo poſt tempus remanere apud legatarium non debet. ita aliud eſt ℘ legatum, aut fideicommiſſum ſit conditionale, aliud ℘ temporale. ſequitur Alex. in conſi. 93. col. 1. lib. 3. & latius in conſi. 173. lib. 5. Soc. iunior hic in fine primę partis. Bar. etiam opi. ſequi videtur Rubeus Alex. in conſil. 23 licet non bene firmet. illud etiam conſil. Alex. 73 lib. 5. ſequitur Dec. in conſi. 291. colu. 4. circa princ. verſi. his præmiſſis. Bar. etiam opi. ſequitur Soci. in l. cum auus col. 12. verſi. tertio confirmatur iſta opi. ff. de condi. & demon. vbi quando relinquitur in vita legatarij tantum, non cenſetur grauatus legatarius illud reſtituere poſt mortem vt dicatur cōditionale. ſed relictum reſoluitur per l. fi. C. de legat. & idem Soc. in conſi. 102. colu. pen. ante med. lib. 3.

260 † Contrarium ℘ imo tale legatum dicatur conditionale, nec tranſmittatur tenet Pau. de Ca. in cōſi. 121. viſa quadam petitione porrecta contrà hæredes col. fi lib. 1. & in conſi. 426. ad primum quæſitum reſpondet Spec. in 2. dubio. lib. 2. vbi dicit ℘ contrà Bar. eſt tex. in d. l. in cauſę. §. Pomponius. ff. de minor. & contrà rationem Bar. allegat. tex. in l. ſi à me ff. ad leg. Falci. vbi quando fideicommiſſum relinquitur hæredi à primo fideicommiſſario, dicitur hæres illud capere tamquam fideicommiſſarius, non tamquam hæres Sed reſpondeo ad tex. in d. § Pomponius. ℘ ibi legatum non erat temporale, ſed conditionale. nam legatum non fuit limitatum ad vitam legatarij, imo ſimpliciter fuit relictum. neq; indiſtinctè fuit grauatus legatarius reſtituere poſt mortem ſuam, ſed per conditionem ſi decederet ſine liberis. & vbi ſimpliciter diceretur poſt mortem, adhuc eſſet conditionale, neq; eſt limitatum ad tempus, ſed natura ſui poteſt eſſe perpetuum præmortuo hæręde. Ita reſpondet ipſi met Paul. in d. l. Titia §. fin. & in l. fina. C. de lega. Æquè non obſtat text. in d. l. ſi à me quia ſic ut capiat hæres tanquam fideicommiſſarius, non ſequitur quin fuerit habitus reſpectus ad eum tanquam ad hæredem quemadmodum ſi relinquatur alicui ſub nomine dignitatis, aut alicuius qualitatis: nam capit tanquam legatarius, aut fideicommiſſarius: & tamen non ſequitur, quin habitus fuerit reſpectus ad dignitatem, aut qualitatem, per quam tranſit relictum in ſucceſſorē. ideo melius videtur locutus idē Paul. in d. l. Titia. §. fi. & l. fi. C. de leg. vbi ſequitur Bar. in relicto temporali.

Propter etiam Pau. de Ca. cōtrà Bar. videtur Bald. in conſi 26. videretur dicendum ℘ dominus Simon. lib. 5. arguendo ab oppoſito: nam vult fieri tranſmiſſionem, quia dies incertus mortis appoſitus eſt vſufructui, non proprietati: quia legatario ſolum erat relictus vſuſfructus in vita ſua, & ℘ bona deuenirent ad Titium poſt mortem legatarij: cōtrà igitur vult, quādo legaretur proprietas ad vitam. niſi dicas, non debere ſumi argu a contrario ſenſu per quod arguatur Bal. ſibi contrarius argu. gl. in c. ſignificaſti. in g. fi. de foro comp. Iaſ. in l. 1. col. 8. in 4. not. ff. de offi. eius.

261 † Tenendo opi. Bar. in d. l. Titia cum teſtamento. §. fi. eam limitata non procedere, quando relinqueretur fideicommiſſum hæredi infraſcripto, aut ſupraſcripto: quia tunc non tranſmitteretur ad hæredem ipſius hæredis, licet legatario relictum ſit ad tempus: ita Alex. in d. cōſ. 173. lib. 5. Deci. in d conſi. 291. col. 4. Soci. iunior hic in fi. primę partis. addo Fulg. in conſi. 70. proponit quod dominus Luca. & quod ſcribit Deci. in conſi. 218. col. 4. poſt med.

Sed iſta limitatio videtur contrà mentem teſtatoris: qui ſolum legauit vſq; ad vitam ipſius legatarij, ita quod noluit legatum tranſmitti ad hæredem legatarij: & in hoc voluntas teſtatoris videtur clara. ideo ſi remaneat legatum apud hæredem ipſius legatarij, offendi omnino videtur mens clara teſtatoris. Nec obſtat quod teſtator mortuo legatario voluerit illud reſtitui hæredi ſcripto, ergò non hęredi hæredis, qui ſcriptus non eſt: quia teſtator fecit mentionem de hærede ſcripto, cogitans ℘ futurus eſſet in humanis tempore reſtitutionis idem diſpoſiturus ſi cogitaſſet eum ante moriturum. Secundo reſpondeo ℘ certior eſt voluntas teſtatoris, vt ne tranſeat legatum ad hæredem legatarij relinquendo in vita tantum, quam vt ne tranſmittatur ad hæredem fideicommiſſarij. quia verbum: infraſcriptus, non ita repugnat tranſmiſſioni, ac verbum, in vita: ideo voluntas certior, & magis ſpecifica debet præualere. Arctin. in conſi. 8. col. 3.

Præterea, & tertiò ex quo tale fideicommiſſum non eſt conditionale, nihil prohibet quominus tranſmittatur, licet relictus ſit hæredi infraſcripto: quia hęres eius, in quem tranſmittitur, non venit ex perſona propria iure vocationis, ſed ex perſona hæredis tranſmittentis, in cuius perſona fideicommiſſum vires accipit, ſeu obligatio fideicommiſſi actiuè initiū habuit in perſona primi hęredis, & ſic verum ſemper erit dicere, fuiſſe relictum fideicommiſſum hæredi ſcripto, & ei debitum, & in eius perſona fundatum. nam ſi hęredi ſcripto fuiſſet reſtitutū pręmortuo legatario. vtique ipſe tranſmiſiſſet: ergo idem ipſo hęrede præmortuo, ex quo non erat fideicommiſſum conditionale.

Poſtremo contrà iſtud dictum Alex. adduco, ℘ ſcribit Cuma. in conſi. 13. Titius. vbi dicit, ℘ in caſi-

bus,-

bus,in quibus ſit tranſmiſſio fideicommiſſi conditionalis ex coniecturis,illa non impeditur,licet fiat ſub futuro de ſuperſtitibus, aut ſuperuiuentibus: ſequitur Deci.in conſi.369.circà med. de quo infrà latius videbimus.Porro verbum, ſuperuiuentibus, ex propria ſignificatione,imo ne quidem impropria, verificari non videtur in hæredibus ipſorum ſuperſtitum.

262 † Fallit præmiſſa concluſio in legato conditionali cuius conditio iam erat purificata: nam tranſmittitur tanquam purum. puta, legatur Titio ſi rationes reddiderit,nam in tali conditione venit reſtitutio reliquorum. l.quamuis. ff. de condi. & demon. ſi facta cõputatione appareat nihil deberi, legatum dicitur purum,& tranſmittitur,licet deceſſerit legatarius ãte factam computationem. quia certum erat per rerũ naturã nihil deberi nomine reliquorum. Soci. in d. l. quamuis.col.2.circa med.verſi.ex quibus infero.Sed vltra Soc.ꝙ conditio certa per rerum naturam non impediat tranſmiſſionem, ex tex. in l. Neratius.ff.de manumiſſ.teſt.not.Anch.in conſi. 354. viſis diligenter.in fi.Bart.in l.cum line.infrà quãdo dies lega.ced.

Aliæ limitationes colligi poſſunt in materia fideicommiſſi vniuerſalis conditionalis: quia in caſibus, in quibus fideicommiſſum vniuerſale,& conditionale tranſmittitur,in illis tranſmittetur,& legatum particulare ſub cõditione relictũ per identitatẽ rationis.

263 † Limitatur etiam dicta concluſio, vt non procedat in legato conditionali quando conditio habetur pro impleta: vt quia nõ ſtat per legatarium,vt in l.5. § 1.infra quando dies leg ced.

264 Legatum autem † purum tranſmittitur ad hæredes, licet deceſſerit legatarius ante eius agnitionem, aut reſtitutionem,& ante aditam hæreditatem. quia legatum quo ad tranſmiſſionem cedit ſtatim à morte teſtatoris.l.vni.§.cum igitur C.de cadu. tollen. l.fi. C.quando dies leg ced.Capra in conſi.62.in 2. dubio. & in conſi.65.ante fin.Iaſ.in l.ſi infanti. col. pen. poſt med.C.de iure delib.hinc videmus,ꝙ legata nõ trãſmiſſibilia,cuiuſmodi ſunt libertas,& vſusfructus, nõ cedunt ante aditam hæreditatem.l. 2.& 3. ff.quando dies lega.ced.Pau.de Caſt.in d.l.vni.§ in nouiſſimo. C.de cadu. tollen. dixi. in l. 1.nu. 153.circa. fi.& nu. 156.ſuprà eodem.

265 Quod ampliatur † vt procedat etiam in inſtitutione in re certa, quæ habetur loco legati quo ad rem relictam, ob id traſmittitur ad hæredes, ſi purè fiat. Bar.in l.ex facto. la grande.nu.3.ff.hæredib.inſtituen. Pau.de. Caſt.in l.quoniam ſororem.C.de iure deliberan. Alexan. in conſi. 211. nu. 2. libro.7. Corne.in conſi. 116. col pen. lib. 2.Capra in conſi.6.in fi.& in conſi.118.col.2.ſed quatenus participat talis inſtitutio de natura hæreditatis, aut inſtitutionis, puta vt competat ius accreſcendi,non tranſmittitur ad hæredes: vt habetur in dictis locis.

266 † Fallit præmiſſa concluſio,vt non procedat quando moritur legatarius viuo teſtatore: quia tunc non tranſmittitur, ſed efficitur legatum quaſi caducum. l.ſi auguſtus.infrà de legata 2.l.nõ putauit.§.à primo gradu.infrà,de bon.poſſeſ.contrà tabul l.vni.§.pro ſecũdo.C de caduc.tollend.Pau.de Caſt.in l.ciuitatibus.§. primo. infrà eodem. Corn. in conſi. 118.col. 3.poſt med.num. 11.libro.3.

267 Quod procedit † licet in legato fiat mentio hæredis,per modum qui inerat: puta teſtator relinquit liberationem vxori, & prohibet ab ea peti neq; ab hærede eius, ſi moritur vxor viuo teſtatore, non tranſmittitur legatum ad hæredem. Pau. de Ca. in conſi. 402. viſis his quæ ſuperius narrãtur. in prin. lib. 2.ſed non placet iſtud dictum Pau. quia vbi fit mentio de hærede,apparet ꝙ teſtator de eo cogitauit, & voluit ad hæredem tranſmitti: per ea quæ infrà dicam in materia tranſmiſſionis vniuerſalis, & conditionalis ꝙ tranſmittitur quoties fit mentio de hæredibus. Vel melius,impoſſibile videtur tractari de tranſmiſſione, cum nullum haberet ius legatarius viuo teſtatore,quod tranſmitteret.ſed dicendum eſt admitti hæredem virtute vocationis: cum ipſe dicatur vocatus ex quo vetuit teſtator ab eo peti, neq; dicitur expreſſum nomen hæredis eo modo,quo inerat.quia non inerat in modum vocationis. niſi dicas ſubſtinendo cauſam tranſmiſſionis, ꝙ etiam pendente conditione legatarius, aut fideicommiſſarius ius non habet. l. ſi fuit ff.de vſufr.l.ſtatuliberum in prin.ff.de ſtatulib.l.3. C.de fideic. lib. & tamen tranſmittitur legatum, aut fideicommiſſum conditionale ex voluntate teſtatoris coniecturata, vt inferius videbimus.

Secundò ampliatur præmiſſa concluſio, aut dicta prima fallentia vt procedat licet in teſtamento ſit clauſula codicillaris,quia adhuc nõ tranſmittitur legatum ad hæredes. cũ legatum æque fiat caducum ſi relinquitur in codicillis moriente legatario ante teſtatorem,atq; ſi relinquatur in teſtamento.ita Corn. in conſi.118.col.3.in fin. lib 2.

268 † Fallit Secundò concluſio,quæ habet ꝙ legatum purum tranſmittitur ad hæredes, vt non procedat, quia legatur a primo legatario ſecundo legatario:nã tale legatum non cedit niſi mediatè ceſſione,aut traditione.l.imperator.in prin. infrà titu. 2. l.legatarius, moritur ante aditam hæreditatem, illud non tranſmittitur, ſed remanet apud primum legatarium l. ſi quis Titio.in princi.vbi Bar.infrà,titu.primo. Alexã. in huiuſmodi in prin.infrà eo.Iacob. Nigri poſt Rui. in l.1.col. 23.poſt me. verſi. non obſtat ratio Pau. de Caſt. ſuprà eodem.

269 Quod tamen † non putarem procedere quando hæres dolosè, aut per culpam diſtuliſſet adire per id quod Oldr.ſcribit in conſil.o. 108. Titius veniens ad mortem.col. 2. in fi.in tertia q. vbi ꝙ hæreditas non adita tranſmittitur, quando fuit dilata aditio à teſtatore,vel negligentia executorum.

270 Imo puto, † ꝙ iſta fallentia ſit falſa,neq; probatur iure.ideo ſecundus legatarius videtur habere regulã iuris pro ſe. neq; obſtat dictum Bart. & Alex. alleg. per Nigrum:quia retorqueretur: nam loquũtur,quãdo moritur legatarius ſecundus viuo teſtatore: ergo ſecus, ſi eo mortuo.Et ſi dicatur, imo, dictũ Nigri videtur probari ex traditis per Bar.& doct.in dicta l. 1.vbi dixi.nu. 181. ſuprà eodem. vbi traditur, ꝙ dominium rei legatæ non trãſit ipſo iure à primo lega-

271 tario ad ſecundum: nam reſpondeo, † ꝙ aliud eſt quærere, an tranſeat dominium à morte teſtatoris, aliud quod cedat à morte. etenim dominium legati in diem certum non tranſit a morte, & tamen cedit vt tranſmittatur l.Sempronius attalus. ff de vſufr. leg.l.5. in princip. & l. ſi dies infra quando dies lega. ced l.vnica §. cum igitur. C. de caduc. tollend. dixi in d.l.1.nume.185.

272 † Sed quid ſi teſtator legat vxori, quandiù vixerit in vita viduali,vel quãdiù abſtinuerit a ſecundis nuptijs,an erit purum,vel conditionale,vt ſic tranſmittatur vel non. dic ꝙ ab initio legatum eſt purum, ſed venit reſoluendum in conditionis euentum, ſi non viuat in viduitate. In qua reſolutione conſiderandũ eſt,ꝙ aut ſimpliciter dicitur, quamdiù ſteterit in viduitate, aut quandiù abſtinuerit a ſecundis nuptijs: & tunc ſolum reſoluitur legatum per euentum conditionis ſecundi matrimonij: per mortem autem non reſoluitur:imo confirmatur:quia poſt mortẽ eſt certum non amplius repetitum iri matrimonium. Aut legatur quandiù vel donec vixerit in viduitate:& tũc reſolutio legati fieri poteſt in euentum duplicis conditionis: primò ſi iteretur matrimonium: ſecundò ſi moriatur ſimpliciter.nam duo videtur teſtator voluiſſe:vel ꝙ reſolueretur legatũ,ſi deſineret viuere vi-

dualiter

dualiter: vel ſi ſimpliciter deſineret viuere. ita decla-
tat Pau. de Caſt. in conſi. 451. legatum iſtius domus.
libro. 1. & pro primo membro, quod vbi legatur
quamdiu abſtinuerit vxor a ſecundis nuptijs dicatur
legatum purum, & perpetuum non finiturum per
mortem, ſed ſolum per euentum ſecundi matrimo-
nij, allegat Pau. de Ca. tex. in l. ſufficit ff. de condic. in-
deb. & in l. ambiguitatem. C. de vſufruc.

273 † Secundò principaliter colligitur ex iſta glo. in
ver. retenturum. & ex ſecunda parte ipſius glo. diffe-
rentiam eſſe inter fideicommiſſum particulare, &
vniuerſale reſpectu transmiſſionis: quia legatū, aut
fideicommiſſum particulare purum trāſmittitur ad
hæredes, vniuerſale, autem non tranſmittitur ante
factam reſtitutionem: per tex. in l. apud Iulianum §.
vtrum & §. antiſtia. & in l. poſtulante. infra ad Tre-
274 bellia. † Sed aduertendum primo circa. §. antiſtia.
quia fideicommiſſum ibi erat conditionale: cum im-
pleſſet filia Albine fideicommiſſaria ætatē nubilem:
nil mirum ſi non tranſmittitur, quæſtio autem loqui
tur in fideicommiſſo vniuerſali puro: & ſic inepte al-
legatur d. §. antiſtia. Conſidera ſi forte glo. voluit in-
ducere illum tex. ꝙ ibi cogitur hæres adire in fideicō
miſſo conditionali, ne illud deficiat, ſi eueniente con-
ditione non reſtituatur: & ſic euentus conditionis li-
cet purificet fideicommiſſum, tamen non ſufficit ad
tranſmiſſionem, niſi reſtituatur, ſed etiam iſta indu-
ctio non valet: quia hęreditate non adita non valeret
fideicōmiſſum etiā in perſona ipſius fideicōmiſſarij.

Secundò aduertendum, dum glo. allegat. d. §. an-
tiſtia. nam videtur pręſupponere, ꝙ in d. §. antiſtia.
poſt reſtitutionem tranſmittatur illud fideicommiſ-
ſum conditionale: quaſi ad effectum tranſmiſſionis
tantum cogatur hæres, vt adeat: quod tamen eſt con-
tra illum tex. vbi talis aditio coacta, & reſtitutio facta
pendente conditione non operatur ante euentū con
ditionis niſi confirmationem teſtamenti eueniente
conditione, ne pereat fideicommiſſum, ſi poſt imple
tam conditionem nō ſit qui adeat, hærede forte prę-
mortuo. Non obſtat. ꝙ hęres non cogatur adire niſi
ob cauſam tranſmiſſionis: quia illud verum condi-
tione purificata, vt eo caſu reperiat hęreditas adita.

275 † Tertiò aduertendum eſt, dū allegat glo. d. §. vtrū
qui fortius videtur probare: qa tex. ſimpliciter dicit,
ſuccurrendum eſſe hæredi coacte adeunti, quando
decedit fideicommiſſarius ante reſtitutionem fidei-
commiſſi: nec diſtinguit inter fideicommiſſum purū
& conditionale, ergo videtur velle, ꝙ licet purum ſit
fideicommiſſum, illud tamen tranſmittatur ante re-
ſtitutionem; nam ſi tranſmitteretur, non opus eſſet
alio ſuccurſu tranſeuntibus iuribus ad hęredem fidei-
commiſſarij, neq; dicatur, ꝙ hæres fideicommiſſarij
276 poſſit fideicommiſſum repudiare: quia † ex quo fi-
deicōmiſſarius coegit hæredem, vt adiret ſicut ipſe
fideicommiſſarius non poſſet repudiare, ita nec eius
hæres. l. cum à matre. C. de rei vendica. reg. ex qua
perſona ff. de reg. iur. & in terminis hæredis fideicō-
miſſarij cogentis, ꝙ repudiare non poſſit, eſt tex. in d.
l. poſtulante. infra ad treb.

277 † Sed tex. in d §. vtrum, non probat: nam debet in-
telligi eo caſu, quo non ſit hæres fideicommiſſarij,
cui fiat reſtitutio, quando decedit fideicommiſſarius
ſine hærede: vt per Bart. Neq; dicatur, iſtum intelle-
ctum Bart. eſſe diuinatiuum, prout dicit Iaſ. hic col.
21. quia dico eſſe neceſſarium, licet Bart. non decla-
ret: nam reſpectu tranſmiſſionis gl. æquiparat fidei-
commiſſum vniuerſale hæreditati, & bonorum poſ-
278 ſeſſioni, † ſed in hæreditate, & bonorum poſſeſſio-
ne fit tranſmiſſio poſtquam eſt adita. l. ſi auia. C. de
iure delib. Capra in conſi. 61. in prin. ergo idem eſſe
debet in fideicommiſſo vniuerſali, vt tranſmittatur,
poſtquam eſt agnitum, ſed in d. §. vtrum, agnitum,
& acceptatum erat fideicommiſſum petendo hære-
dem cogi, vt adiret, quæ petitio fieri non potuit citrà
ius, & nomen agnitionis. l. pro hærede. in prin. ff. de
acqu. hæred. & profecto vellem ꝙ glo. aſſignaret ali-
quam rationem diuerſitatis, quare fideicommiſſum
vniuerſale non æquè tranſmittatur poſt agnitionē,
aut acceptationem, atq; hæreditas, aut bonorum poſ
ſeſſio.

279 † Secundò, ꝙ intellectus Bar. non ſit diuinatiuus,
oſtenditur: quia dicitur in d. §. vtrum, ꝙ hæredi ſuc-
curritur, quemadmodum in exemplo, quod ſtatim
ſequitur in §. antiſtia. vbi ponitur caſus, quando fidei
commiſſum reſtitui non poteſt poſt mortem fidei-
commiſſarij cogentis: quia fideicommiſſum erat cō-
ditionale: ergo clarè vult tex. a contrario ſenſu, ꝙ ſi
fideicommiſſum fuiſſet purum, aliud eſſet, & ꝙ poſ-
ſet reſtitui hæredi fideicommiſſarij: aliàs fruſtra poſi-
tum eſſet dubium in fideicommiſſo cōditionali, ſi in
puro idem eſſet.

280 † Quartò eſt aduertendum, dum glo. alleg. l. po-
ſtulante. infrà ad Trebel. ad probandum, ꝙ fideicom
miſſum vniuerſale purum non tranſmittitur ante re
ſtitutionem: & tamen Bart. & Doct. allegant illum
tex. contra gloſ. ad probandum ꝙ tranſmittitur. Iaſ.
hic dicit, ꝙ Bart. & Doct. non bene aduerterunt ad
illum tex. & ꝙ non probat pro com. opin. imò po-
tius probat opin. glo. quia ꝙ ibi reſtitutio fiat hære-
di fideicommiſſarij, non eſt virtute tranſmiſſionis,
ſed quia fideicommiſſarius coegit hæredem, vt adi-
ret. Ideo hæres ſicut poſſet reſtituere fideicommiſſa-
rio inuito, ita & eius hæredi, & conſequenter videtur
tex. præſupponere, ꝙ ceſſante coactione non fieret
reſtitutio hæredi fideicommiſſarij: quæ tamen fieret
facta tranſmiſſione.

Sed iſta intelligentia Iaſ. haberet colorem, quan-
do cogeretur hæres fideicommiſſarij capere reſtitu-
tionem per ipſum hæredem, qui coactæ adiuiſſet: ſed
cogitur hæres acceptare ad inſtantiam creditorum
hæreditariorum; nam quærit tex. an competant a-
ctiones ex trebelliano: hæres enim intereſſe non præ-
tendit, ex quo etiam ſi nō eſſet, cui reſtitueret, adhuc
non teneretur d. l. apud Iulianum. §. vtrum & §. an-
tiſtia. creditores autem dicere non poſſunt, quod hæ
res coactus fuerit adire: quia ex hoc ipſi non grauan-
tur. Itaq; quod competant actiones ex trebelliano,
illud eſt, quia fideicommiſſum ſemel agnitum per fi-
deicommiſſarium, repudiari non poteſt per eius hæ-
redem, licet reſtitutum non fuerit.

Secundò conſidero contrà Iaſo. quod ſi fideicom
miſſum non tranſmittitur ante reſtitutionem, im-
poſſibile videtur, ꝙ hæres fideicommiſſarij cogi poſ-
ſit, vt acceptet reſtitutionem: quod probatur per di-
ctam. l. apud Iulianum. §. antiſtia. vbi licet fideicom-
miſſarius coegerit hæredem adire, tamen ſi fideicō-
miſſum non traſmittitur, non fit reſtitutio hæredi fi-
deicommiſſarij: ſed perinde videtur, ac ſi hæreditas
adita non eſſet: & ſic conſideratio Iaſonis eſt contra
tex. in dicto. §. antiſtia. quia ſi reſtitueretur fideicom-
miſſum hæredi fideicommiſſarij ex eo ſolum, quod
fideicommiſſarius coegit hæredem adire, licet fidei-
commiſſum non tranſmittatur, ſequeretur deſtru-
ctio. d. §. antiſtia.

Tertiò conſidero contra Iaſ. ꝙ diuerſa videntur
tranſmitti fideicommiſſum: & cogi eum, in quem fit
tranſmiſſio, vt accepiet ius tranſmiſſum. ideò ſi tranſ
mittēs poterat repudiare, idem videtur in eo, ad quē
fit tranſmiſſio, proinde non valet conſequentia, hæ-
res fideicommiſſarij non poteſt repudiare, quando fi
deicommiſſarius coegit hæredē adire: ergo ſine coa-
ctione non fuiſſet tranſmiſſum fideicōmiſſum, quia
potuiſſet quidem tranſmitti, ſed non cogi is, ad quē
fit tranſmiſſio, vt acceptet, ideo in d. l. poſtulante, nō
fit, neq;

fit,neq; præſupponitur aliquod dubium circa tranſ-
miſſionem,imo illa præſupponitur, alioquin ea ceſ-
ſante non cogeretur hæres fideicommiſſarius actio-
nes hæreditarias ſuſtinere. d. §. antiſtia. ſed dubium
erat in d.l. an facta tranſmiſſione, hæres fideicommiſ-
ſarij,qui coegerat hæredem adire,poſſit inuitus con
ueniri per creditores, & legatarios, ſicut potuiſſet fi-
deicommiſſarius:& dubium faciebat,quia de hærede
fideicommiſſarij dictũ non erat in ſenatuſconſulto.
Ex quibus patet, ꝙ d.l. poſtulante,optime facit cũ
communi opin. Bart. & Doct. quæ etiam probatur
per.l. cogi §. idem metianus.co. tit.ad trebel.& eam
ſequitur Paul. de Caſt. in conſi. 408. quia hic occur-
281 runt.colum.2. ante med. lib.1. † Infertur etiam, ꝙ
fideicommiſſum vniuerſale purum cedit à morte te
ſtatoris ſicut particulare:conſequenter, ꝙ regula Ca-
toniana locum habet etiam in fideicõmiſſo vniuerſa
li:quia procedit reg. Catoni. in relictis cedentibus à
morte,& iſtud eſt,quod voluit Soci. dicere colum.8.
num. 21.
282 † Procedit iſta concluſio etiam in fideicommiſſo
modali,quod tranſmittitur ad hæredes l. à teſtatore
cum glo. infrà de condi. & demon. à contrario ſen-
ſu. Alex. in l.huiuſmodi.col. 2. infrà eo.
283 † Præmiſſa concluſio, ꝙ fideicommiſſum vniuer-
ſale purum non agnitum tranſmittitur etiam ante
aditam hæreditatem,non procedit,quando debetur
fideicommiſſum virtute clauſule codicillaris: vt quã
do teſtamentum deſtituitur,& conſeruatur per clau-
ſulam codicillarem in vim fideicommiſſi, ꝙ hæres
legitimus tenetur reſtituere hæredi ſcripto; nã iſtud
non tranſmittitur ante agnitionem, licet hæreditas
ſit adita,quia virtus teſtamenti transfunditur in codi-
cillos l.quærebatur.ſuprà de teſtam. mili. ſi vis teſta-
menti conuertitur in cauſam fideicommiſſi debiti ex
codicillis:ergo plus iuris competere non poteſt ex co
dicillis quam competeret ex teſtamento : & conuerſio
cenſetur facta cum qualitatibus ſuis:ſed ex teſtamen
to hæreditas competere non poteſt ante aditionem,
nec tranſmittitur hæreditas ex teſtamento niſi ſit adi
ta:ergo nec fideicommiſſum debitum virtute clau-
ſule codicillaris adiectè in teſtamẽto. Ita voluit Bar.
in l.1. in prima quæſt. ſuprà de iure codicil. & in cõ-
ſil.12. ſi quis inſtituitur,per d. l. quærebatur. ſequitur
Soci.hic colu. 15. eandem opin. videtur ſequi Corn.
in conſi.320. in fi. lib.4.
284 † Contrà hanc opin. Bar. tenet Cuma. in d.l.1. ſu-
pra de iure codi. dicens quia dictum Bar. eſt deriſo-
rium,quia d. l. quærebatur.dicit,ꝙ valeat teſtamen-
tum iure codicillorum, non autem ꝙ virtus teſtamẽ
ti transfundatur in codicillos. Subdit tamen Cuma.
dictum Bart. menti eſſe tenendum propter eius au-
thoritatem,& quia multi ſunt iudices, q vt primum
capiunt vnam opinionem,ab ea diuelli non poſſunt.
Sed conſidera, ꝙ in lectura Cuma. impreſſa non
habentur iſta verba. Tantum Cuma.reputat dictum
Bar. falſum,quia tex. in d. l.quærebatur, voluit, ꝙ il-
lud quod debebatur iure inſtitutionis, nunc debea-
tur per fideicommiſſum , non tamen tale fideicom-
miſſum per omnia æquiparatur inſtitutioni.
Secundò conſidera contrà Cuma. ꝙ tex. in l. quæ
rebatur.non dicit,deberi per fideicommiſſum tantũ,
ſed etiam ꝙ vis prioris teſtamenti conuertitur in cau
ſam fideicommiſſi : & ꝙ ipſa etiam inſtitutio verti-
285 tur in cauſam fideicommiſſi, ergo videtur † facta
conuerſio, aut tranſlatio cum omnibus ſuis qualita-
tibus.l.legatum,vltima. in prin.& ibi no.ff.de adimẽ.
lega. l. Caio. in prin. ff. de alimen. lega. l. fundum. ff.
de fundo inſtruct. & l. legatum ſub conditione. ff.de
condi. & demon.de quo infra nu. 311.
286 † Secundò contrà Bart. tenet Roman. in l. ſi quis
priore. infrà ad trebell. per tex. in l. a. §. fin. ſuprà de
iure codicil. vbi quando non aditur hæreditas ex te-
ſtamento, ſeu quando hæreditas inutiliter teſtamen-
to datur, nõ poteſt quaſi hæreditas confirmari in co
dicillis,ergo non debetur,vt hæreditas, ſed vt fideicõ
miſſum,ſi non debetur,vt hæreditas,ceſſat argumen
tum quod ſumitur ab hęreditate non adita,cum mu
tata ſit natura.
Sed ad illum text. reſpondet Soci. hic nu. 29. verũ
eſſe,ꝙ hęreditas ſumit naturam fideicommiſſi in his,
quæ non repugnant naturæ codicillorum : prout, ꝙ
ita demum debeatur fideicommiſſum, ſi agnitum
ſit,ſicut hæreditas ita demum debetur, ſi adeatur:per
l. ſi ita legatum.§. illi ſi volet.infrà eodem, vbi relin-
qui poteſt legatum ſub conditione, ſi voluerit: qua
pendente non tranſmittitur,& tamen fieri poſſunt le
gati in codicillis: ergo non repugnat naturæ codicil-
lorum,quod intelligatur conditio in fideicommiſſo.
Sed iſta reſponſio Soci. nimium reſtringit tex. al-
leg. per Roma. volẽtem . ꝙ petatur hæreditas ex cau
ſa fideicommiſſi,ſeu vt fideicommiſſum ſimpliciter,
non diſtinguendo,ſeu aliter non limitando tale fidei
cõmiſſum : ideo generaliter debet intelligi,vt habeat
naturam fideicommiſſi quoad omnia.l. de precio.ff.
de publicia.cum ſimil. Rurſus abſurdum foret, vnã
eandem rem diuerſo iure cenſeri. l. cum qui ædes.ff.
de vſucap.
287 † Tertiò contra Bart. tenet Alexan. hic, colu. 10.
in fi.quia vbi debetur fideicommiſſum ex codicillis,
militat eadem ratio,quæ militat, quando debetur ex
teſtamento, quia competit actio vtilis ex teſtamen-
to adita hæreditate, & ea non adita officium iudicis:
conſequenter conſtat ius, ꝙ tranſmitti poſſit ſicut in
fideicommiſſo puro relicto in teſtamento,aut in co-
dicillis.
Ad iſtam rationem Alex. reſpondet Socin. hic ve
rum eſſe,ꝙ adita hæreditate competit actio ex teſta-
mento directa: & quando debetur ex codicillis,com
petit actio ex teſtamento vtilis,ſi fideicommiſſum ac
ceptetur:& ſecus ante acceptationem:ſicut in hęredi
tate intelligitur conditio, ſi adeatur. Infertur ex hac
reſponſione Soci ꝙ multo minus tranſmittetur fi-
deicommiſſum non agnitum quando decedit fidei-
commiſſarius ante aditam hæreditatem : quia tunc
agnoſci effectualiter non poteſt.
Sed conſidera contra reſponſionem Soci. ꝙ ea at
tenta etiam legatum,aut fideicommiſſum purum de
bitum ex teſtamento non tranſmittetur:quia intelli-
gitur tacita conditio, ſi velis: cum inuito non acqui-
ratur.l. ſeruum filij.§. 1. infra eo. quod ipſum tamen
288 falſum eſt, quia † conditio tacita à lege ſubintelle-
cta,ſeu proueniens ex diſpoſitione legis non impedit
tranſmiſſionem.l.conditiones quæ extrinſecus.infra
de condi. & demon. Rurſus hæreditas non adita, ꝙ
non tranſmittatur, non fit ea ratione, ꝙ inſit tacita
conditio,ſi adeatur,ſed quia ante aditionem nullum
competit ius quod tranſmitti poſſit,quę ratio ceſſat
in fideicommiſſo puro.
289 † Quartò contra Bart. latius tenet Iaſ. hic col. 23.
Ripa colum. pen. poſt med. poſt Areti. Bart. etiam
opi. reputat dubiam Soci. in conſi. 218. colu. 5. poſt
poſt med. verſi. & in terminis probatur. lib. 2. Con-
tra Bar. etiam tenet Deci. in conſi. 478. colu. 2. poſt
med. & in conſi. 490. vbi teſtatur opin. contra Bart.
communem eſſe. Addo vltra Moder. Bal in conſi.
503. caſus talis eſt, quædam domina Catherina. in
fine. lib. 5.
Quintò contra opin. Bar. & Soci. conſidero, ꝙ
ea attenta duo fiant non tranſmiſſibilia,cum ex teſta
mento vnum tantum tranſmiſſibile non eſſet; nam
ex teſtamento ſola hæreditas tranſmiſſibilia, primũ
hæreditas delata hæredi legitimo. ſecundum ipſum
fideicommiſſum debitum ex codicillis, quod videtur
abſur-

abſurdum. ideo humanius declarando hanc mate-
riam dicendum videtur, ꝙ ſicut hæreditas non adita
ex teſtamento non tranſmittitur, ita quando cauſa
teſtati recidit ad cauſam inteſtati, hæreditas debita
hæredi legitimo non tranſmittitur ante aditionem,
ſecus videtur in fideicommiſſo debito ab hærede le-
gitimo virtute clauſulę codicillaris: vt illud tranſmit-
tatur non minus, ac ſi relictum eſſet ex teſtamento.
290 † Sextò conſidero contra Bar. & Soci. ꝙ vbi teſta
mentum ſit nullum, nec adiri ex eo hæreditas poteſt
perinde eſt, ac ſi teſtamentum omnino factum non
291 eſſet, ſed tantum codicilli. † quia nullum, & nihil
æquiparantur. l. 1. §. 2. vbi Deci. in quarto nota. ff. ꝙ
quiſq; iuris. l. ſi aut nullum. C. de legiti. hære. inſtitu.
de hære. quali. & diffe. in prin. planè ſi codicilli tantũ
facti eſſent ſine teſtamento aliquo, proculdubio trãſ-
mitteretur fideicommiſſum in codidicillis purè reli-
ctum. ergo idem condito teſtamento nulliter tamẽ.
292 Septimò conſidero † ꝙ iſta opi. Bar. & Soci. vide-
tur omnino contra mentem teſtatoris, qui prætulit
hæredem ſcriptum hæredi legitimo: conſequenter
prædilexit etiam hæredes hæredis ſcripti ipſi hæredi le
gitimo: cum dicatur vocatus hæres hæredis ex tacito
iudicio teſtatoris l. ſi fuerit. infrà, de legat. 3. & abun-
dè ſuprà dictum eſt circà illum articulum, an grauari
poſſit hæres hæredis. teſtator, autem apponendo clau
ſulam codicillarem, voluit quod hæres ſcriptus vbi
hæreditatem conſequi non poſſet ex teſtamento, ſal-
tem haberet per fidicommiſſum, quæ vocatio per fi-
deicommiſſum purum, tacitè etiam trahitur ad hære
des hæredis: & tamen ſecundum Bart. & Soci. potior
erit cauſa hæredis legitimi, decedente hærede ſcri-
pto ante agnitionem fideicommiſſi.
Octauò contra Bar. & Soci. dico, ꝙ duo conſide-
randa ſunt in hac. q. Primum cauſa conuerſionis te-
ſtamenti in fideicommiſſum Secundum res ipſa con
uerſa. Circà primum inſtitutio, aut teſtamentum cõ-
uertitur in fideicõmiſſum propter clauſulam codi-
cillarem. Circà ſecundum res conuerſa dicitur ipſa
293 inſtitutio. hoc ita præſuppoſito dico † ꝙ potius con
ſideranda eſt cauſa conuerſionis quam res ipſa con-
uerſa. l. verum. 2. ff. de furtis. c. intelligentia. vbi gloſ. in
ver. ex cauſis. de verborum ſignifica. cum ſimil. ergo
intelligi debet conuerſio ſecundum naturam clauſu-
lę codicillaris, quæ ipſa cauſa eſt conuerſionis, non
ſecundum naturam rei conuerſę, quæ eſt ipſa inſti-
tutio. Itaq; ſatis videtur, quod fideicommiſſum purę
relictum in codicillis tranſmittatur, licet non tranſ-
mittatur inſtitutio ante aditionem.
294 † Nonò contra Barto. & Socin. arguitur: ſi virtus
teſtamenti, & inſtitutionis conuertitur in cauſam fi-
deicommiſſi, vt dicitur in dicta l. quærebatur. ſuprà,
de teſtamen. milita. ergo attenditur natura rei, in quã
fit conuerſio, & ſic fideicommiſſi puri, quod trãſmiſ-
ſibile eſt, non natura rei conuerſę. l. diuortio. ff. de ne-
gotijs geſtis. vbi quando actio de dote conuertitur
in actionem negotio. geſtorum, non habet maritus
beneficium, vt ne teneatur, niſi quatenus facere po-
teſt, quando potuit à ſeipſo exigere. & ſic ſumitur na
tura actionis neg geſt. ad quam fit conuerſio. Ad idẽ
tex. in l cum in fundo. §. ſi fundus. ff. de iure dot. vbi
quando fundus dotalis conuertitur in pecuniam, iudi
catur vt de dote conſtante in pecunia, ad quam fit
conuerſio. Ad idem quod Deci. ſcribit in conſi. 90.
ante fi. vbi quando vna res mutatur in aliam, cenſe-
tur facta mutatio in his, quæ ſunt de materia rei, in
quam fit mutatio. allegat Bart. in rubr. ff. de popula.
actio. Bal. in l. fi. C. de litigio. Addo text. in §. cum ex
aliena. inſtit. de rerum diui. vbi quando vna res cõ-
uertitur in aliam ſpeciem, ita ꝙ reuerti non poteſt
ad priſtinum ſtatum, in totum amittit eius naturam,
& de ea iudicatur tanquam de noua re. ergo attendi
debet natura fideicommiſſi, ad quod fit conuerſio.
non natura inſtitutionis, quæ conuertitur. quo funda-
mento vtitur Iaſ. hic. col. 24. ſed ante eum Soci.
Neq; obſtat reſpõſio Soci. ad iſtud nouum arg.
nu. 29. in fi ꝙ iſta conuerſio inſtitutionis in fideicom-
miſſum non fit quoad omnia. ſed tantum quoad ius
directę inſtitutionis, quæ ex codicillis deberi non po
teſt: non autem fit conuerſio, vt fideicommiſſum trãſ
mittatur: quia non repugnat naturę codicillorum, vt
intelligatur conditio, ſi uoluerit, in fideicommiſſo:
per quam conditionem impediatur trãſmiſſio. Quo
caſu, quando conuerſio non fit quo ad omnia, non
aſſumitur natura rei, ad quam fit conuerſio, ſed na-
tura retinetur ipſius rei conuerſę ſecundum Soci. Et
ꝙ non fiat conuerſio quoad omnia, probat etiam
Soci. quia clauſula codicillaris, ſi non valeat iure te-
ſtamenti, exponitur, id eſt quatenus non valeat. l. ſti-
chum qui meus erit ſuprà eo. ſed valere poteſt iure
teſtamenti reſpectu tranſmiſſionis, ne fiat
Nam ad iſtam reſponſionem Soci. facilis eſt reſ-
ponſio. & primò, ꝙ eſt nimium reſtrictiua. d. l. quęre-
batur. & d. l. 2. §. fi. ſuprà de iure codi. in quibus gene-
raliter dicitur inſpici cauſam fideicõmiſſi, ſeu ꝙ in fi-
deicommiſſum fit reſtrictio: ergo quoad omnia. l. de
precio. ff. de publicia. nec potuit Soci. iure ſuo gene-
ralitatem reſtringere dictorum iurium.
Secundo reſpondeo, ꝙ iſta ſolutio Soci. eſt con-
trà tex. in d. l. querebatur. nam hæreditas ipſa, & con-
ſequenter iura hæreditatis transferuntur in hæredem
legitimum: ſcripto autem hæredi ius competit fidei-
cõmiſſi: ergo hæreditas retinet naturam ſuam apud
hæredem legitimum: in hęrede autem ſcripto natura
conſideratur fideicommiſſi.
Tertio ex alio dico iſtam ſolutionem Soci. eſſe cõ-
tra. d. l. querebatur. nam dicit Soci. iſtam conuerſionẽ
non fieri quoad omnia: & tamen ille tex. apertè lo-
quitur contrarium, ꝙ totum teſtamentum conuer-
titur in cauſam codicillorum, & ſic loquitur vniuer-
ſaliter de toto teſtamento: ergo inſpici debet natura
fideicõmiſſi quoad omnia, excepta cauſa iurium di-
rectorum, quæ tranſire non poſſunt in codicillos, vt
ex eis debeantur iura directa. ſed reſpectu tranſmiſ-
ſionis fieri poteſt conuerſio: quia conuenit tranſmiſ-
ſio codicillis. & ita illum tex. notant moder. Peruſi. in
authen. ex cauſa. C. de libe. præteri.
Neq; oſtat reſponſio Soci. ad vniuerſalitatem. d. l.
quærebatur. ꝙ fit cõuerſio totius teſtamenti: id eſt nõ
ſolum reſpectu hæreditatis, ſed etiam reſpectu lega-
torum, & fideicõmiſſorum. Nam iſta reſponſio, ſi ac-
curatius conſideremus, eſt contrà, illum textum. in
quo circa conuerſionem dubium nõ erat in legatis,
& fideicommiſſis relictis in teſtamento, vt debe-
rentur tanquam ex codicills: cum etiam in codicillis
relinqui poſſint nõ minus, atq; in teſtamento. Planè
dubitatio omnis erat circa inſtitutionem, vtrum cõ-
uerteretur in diuerſam ſpeciem fideicommiſſi. ob id
decidit iuriſconſultus, ꝙ non ſolum cętera præter in-
ſtitutionem vertuntur in cauſam fideicommiſſi, ſed
etiam inſtitutio ipſa: conſequenter omnis virtus to-
tius teſtamenti transfunditur in cauſam fideicõmiſſi.
Quartò reſpõdeo ad ſolutionẽ Soci. Nam Socin.
vult reſtringere iſtam conuerſionem ad iura directa
hæreditatis, legataq; & fideicommiſſa. excluſa tamen
natura ipſius fideicommiſſi reſpectu trãſmiſſionis.
Ex qua reſtrictione vnum conſequitur abſurdiſſimũ.
Nam extinguitur per talem conuerſionem qualitas
directę hæreditatis contra ipſum hæredem ſcriptum
& tamen vult Socinus, quod retineat inſtitutio na-
turam ſuam in eo, quod hæredi ſcripto damnoſum
eſt, vt ne fiat trãſmiſſio: quod ipſum omnino pugnat
voluntati teſtatoris illud quęrentis, vt omnino cõſu-
leret hæredi ſcriptò. Itaq; ſi mutat inſtitutio naturam
ſuam

ſuam in odium hæredis ſcripti, & contra votum teſtatoris, quiàio magis mutare eam debet in fauorem ipſius hæredis ſcripti ex voluntate ipſius teſtatoris. aliàs iſta conuerſio, quæ fit in fauorem hæredis ſcripti, & teſtatoris, vt ſeruetur volnutas eius modo, quo ſeruari poteſt, retorquebitur in odium vtriuſque: contra legem, quod fauore. C. de legibus, cum ſimilibus.

Quintò reſpondeo ad ſolutionem Soc. vult Soci. ꝙ iſta conuerſio non ſit quoad omnia: & quod retineat inſtitutio naturam ſuam reſpectu tranſmiſſionis: quod ipſum videtur impoſſibile. Siquidem fieri non poteſt, vt inſtitutio annullara naturam ſuam retineat, quia non entis nullæ ſunt qualitates. l. 2. ff. de vſufr. cum ſimil.

Non obſtat, ꝙ imo non fit conuerſio quo ad omnia: quia clauſula codicillaris, ſi non valeat iure teſtamenti, exponitur, id eſt quatenus non valeat: ſed poteſt valere iure teſtamenti ad impediendum trāſmiſſionem, quia retorqueri poteſt argu. Soci. contra eũ. nam vbi hæreditas non adita non tranſmittitur ex teſtamento, illud valere non poteſt. l. ſi nemo. ff. de teſta. tutella. ergo dicendum videtur, ꝙ fiat conuerſio, vt hæreditas tranſmittatur, & ſic vt valeat in vim fideicommiſſi omni meliori modo, quo fieri poteſt.

Secundò reſpondeo ad argu. Soci. nam clauſula codicillaris fuit inuenta ad validandum diſpoſitionē teſtamenti, non vt annullaret: vt inſtitutio, quæ valere non poteſt iure directo, valeat iure fideicommiſſi. Sed attenta reſponſione Soci. ſequeretur contrarius effectus: quia annullabitur etiam fideicommiſſũ moriente fideicommiſſario ante agnitionem: contra. l. legata inutiliter. ff. de legatis 1. l. quod fauore. C. de legibus. cum ſimilibus.

Tertiò reſpondeo ad argu. Soci. ꝙ illa expoſitio clauſulæ codicillaris, id eſt quatenus non valet, refertur ad teſtamentum, vt ſuſtineatur in vim teſtamenti, quatenus fieri poteſt, non autem refertur ad hæreditatem, aut eius naturam, quando teſtamentum omninò non valet, vt retineat tunc hæreditas naturā ſuam: quia per talem retentionem teſtamentum in nullo conſeruatur.

295 Quartò reſpondeo, † cum fiat conuerſio teſtamēti in fideicommiſſum debet fieri, vt fideicommiſſum valeat omni efficaciori modo, quo fieri poteſt. l. 1. § ſi te rogauero, & §. ſeq. ff. depoſiti. vbi quando in eodem facto contractus duo conſiderari poſſunt, in dubio attenditur contractus plenior. Ad idem tex. in l. non ſolum. §. fi. ff. de vſucap. tradit Roma. in conſil. 509. col. 2. ver. tertio probatur. Videmus etiam, ꝙ vbi promittitur fundus ſimpliciter, non exprimendo dari, aut tradi, in dubio venit datio, vt dominium transferatur: quia hoc modo contractus valeat efficacius. Bar. in l. cum mota. nu. 5. C. de tranſacti. per
296 l. ſi ita. §. 1. ff. de contrahen. emp. Ad idem † quod ſcribit Bal. in l. petens. col. 6. circa med. ver. his præmiſſis. C. de pactis. vbi dicit, ꝙ in dubio contractus iudicatur nominatus, non innominatus, quia contractus nominatus dicitur fortior, & efficacior: per l. naturalis. §. at cum do. ff. de præſcrip. ver. not. doct. in l. 1. C. de iure emphy. ſimili modo dicēdum eſt, vt fiat iſta transfuſio teſtamenti in fideicommiſſum ad eũ modum: per quem fideicommiſſum ipſum redditur fortius, & efficacius. fit autem ſine dubio efficacius per viam tranſmiſſionis.

297 † Decimò principaliter contrà Bart & Soci. conſidero, ꝙ teſtator opponendo clauſulam codicillarē dicitur grauare hæredem legitimum, vt reſtituat hæreditatem per fideicommiſſum. l. ex teſtamento, vbi glo. & Doct. C. de fideicommiſ. ergo cenſetur grauare ſecundum naturam ipſius fideicommiſſi: quia non reſpexit teſtator apponendo clauſulam codicillarem ad hęreditatem directam, ſed ad fideicōmiſſariam: ergo cenſetur diſpoſuiſſe ſecundum naturam
298 ipſius fideicommiſſi, quia † intelligi debet diſpoſitio ſecundum naturam actus etiam generalitatem reſtringendo. Innoc. in c. ex literis, de iure patron. Bald. in l. à procuratore. C. mandati, & in rubri. C. de contrahen. emptio. & in pulchro caſu tradit idem Bald. in conſi. 434. pactum inter locatorem, lib. 1. vbi licet fiat pactum, ꝙ liceat conductori remittere fructus locatori, vel fictum ſoluere adueniente inundatione fluminis, tamen iſtud pactum generale reſtringitur ſecundum naturam locationis, ſi damnũ
299 ſit magnum. † De qua regula, quod reſtringi debeant verba generalia, vt intelligantur ſecundum naturam actus, tradit Alexand. in conſi. 60. in fin. lib. 7. Soci. in conſi. 47. col. 3. libro primo. Deci. in capitulo, cum venerabilis. colum 4. de exceptionibus. Iaſ. in l. non omnis. colum. 2. ff. ſi certum petatur, & cenſetur diſponens voluiſſe, quod eſt de natura actus. Oldrad. in conſi. 143. factum tale eſt, rectores. colu. 2. imo improprianiur verba, vt intelligantur ſecundum naturam actus. l. in lege. & l. ſi vno. in prin. ff. locati. l. ſi tibi pecuniam. ff. ſi certum petatur. Roman. in conſi. 509 colum. 2. dixi conſi. 186. colu. 2. Itaq; vocando hæredem ſcriptum ad fideicōmiſſum per clauſulam codicillarem dicēdum eſt, quod voluerit vocare ſecundum naturam ipſius fideicommiſſi.

Vndecimò conſidero contra Bar. & Soci. teſtator apponēdo clauſulam codicillarem cogitauit caſum inualiditatis inſtitutionis, ideò recedit ab ipſa inſtitutione, & tranſit ad actum alterius ſpeciei: ob id dici non poteſt, ꝙ fideicommiſſum retineat naturam inſtitutionis circa tranſmiſſionem, à qua ipſa inſtitutione receſſum ſit. imo contrarium dicendum eſt, ꝙ cēſeatur teſtator diſponere ſecundum naturam fideicommiſſi, ad quod vocauit, quàm ſecundum naturam inſtitutionis, a qua receſſit.

300 Duodecimo arguitur † contra Bar. & Soci. In tali teſtamento conſideratur duplex diſpoſitio: vna teſtamenti, altera codicillorum, vnaquęq; diſpoſitio ſeparatam habet naturam, & ſeparatum effectum: quia ſeparatorum ſeparata eſt ratio. l. fi. ff. de calum. cum ſimil. Ideo dici non poteſt, ꝙ fideicommiſſum debitum ex diſpoſitione codicillari ſeparata participet de natura inſtitutionis: ſed ſeparatim iudicādum eſt de clauſula codicillari, non ſecus, ac ſi facti eſſent co
301 dicilli per ſe. † Pro hoc tex. in l. tutorem. infra de his qui. vt indig. vbi quando vna perſona ſuſtinet vices duorum, idem iudicamus, quod de duabus perſonis ſeparatim. Ad idē tex. in l. ſi pater. §. qui duos. ff. de adopt. l. item eorum. in princ. ff. quod cuiuſq; vni. nomi. l. non eſt nouum ff. de actio. emp. l. domitius. ff. de teſtamen. cum alijs id genus.

Decimotertiò cōtra opi. Bar. & Soci. arguit Are-
302 ti. in l. ex ea. ſupra de teſta. nam clauſula † codicillaris operatur, vt perinde eſt, ac ſi relictum eſſet fideicommiſſum a venientibus ab inteſtato. glo. & Doct. in d. l. ex teſtamento. C. de fideicommiſſ. ſed vbi grauantur venientes ab inteſtato, expreſſum fideicommiſſum tranſmittitur: ergo &c.

Ad iſtud argu. Areti. reſpondet Soci. hic, ꝙ clauſula codicillaris non ſolum habet virtutem conſideratam per Aret. ſed etiam aliam, vt virtus teſtamenti cenſeatur transfuſa in codicillis: ideo virtute tranſfuſionis retinet fideicommiſſum naturam inſtitutionis quo ad tranſmiſſionem. Sed iſta fuit reſponſio Bart. in d. l. 1. ſupra de iure codic. vbi dicit, ꝙ non ſunt omninò paria, rogare venientes ab inteſtato in codicillis, aut in teſtamento virtute clauſulæ codicillaris: quia vbi non fit teſtamentum, dici non poteſt, ꝙ eius virtus conuertatur in cauſam fideicommiſſi: ſecus vbi fit teſtamentum.

Sed reſpondeo ad hanc ſolutionem, aut ratione᷑ Bart. & Soci. ꝙ iſta ſecunda virtus clauſulæ codicillaris, vt fiat transfuſio teſtamenti in codicillos venit a prima virtute conſecutiuè; nam ex eo, ꝙ venientes ab inteſtato cenſentur grauati, virtus teſtamẽti trãſfunditur in codicillos, de teſtamento efficitur codicillus.

Secundò reſpondeo, poſito citra præiudicium veritatis ꝙ iſta transfuſio principaliter veniret non cõſecutiuè: non propterea ſequitur, ergo teſtamentum retinet naturam ſuam in his, quæ non repugnant codicillis, quia, vt dictum eſt, perdit inſtitutio naturam ſuam generaliter, & noua aſſumitur natura fideicõ-
303 miſſi, vt ſupra abundè probauimus. Senſus † autem d. l. quærebatur. in hanc transfuſione eſt, ꝙ ſit iſta transfuſio, aut conuerſio, quia amplius non tractatur de viribus teſtamenti, ſed clauſulæ codicillaris, aut fideicommiſſi tantum ad quod reducitur vniuerſa teſtamenti vis. Conſequenter conſideratur transfuſio circa receſſum a teſtamento, non circa retentionem alicuius virtutis ipſius teſtamenti.

304 Decimoquartò † contra Bart. & Socin. adducitur aliud argumentum Areti. in d. l. ex ea. ſupra de teſta. quod ſumitur ex not. in l. aliã. ff. de noua. vbi quando vnum ius transfunditur in aliud virtute nouationis, non attenditur amplius natura iuris transfuſi, ſed eius, ad quod fit transfuſio. Sed iſtud argum. Areti. retorquet in eum Soci. hic quia in d. l. aliam, virtus, quæ ineſt obligationi nouatę ex diſpoſitione legis retinetur in obligatione nouante: ſed tranſmiſſio hæreditatis pendet ex diſpoſitione legis.

Sed nimium generaliter loquitur Soci. in hac re-
305 torcutione: † quia ſolum retinetur natura primæ obligationis in his, quæ introducũtur in fauorem creditoris: prout in priuilegijs actionis de dote, & tutelæ, quando deducuntur in ſtipulationem animo nouandi d. l. aliam. Idem in priuilegio actionis funerariæ, quæ deducitur in ſtipulationem animo nouandi. l. 2. §. 1. ff. de priuil. cre. Ea autem, quæ pertinent ad odiũ rei, non cẽſentur repetita in obligatione nouante. l. emptor. & l. nouatione. infra de noua. Bar. in d. l. aliã. multò minus cenſebuntur repetita, quæ pertinent ad odiũ creditoris, cuius fauore fit nouatio. Sed ꝙ trãſmiſſio non fiat, hoc videtur odioſum tam ipſi teſtatori, quam hæredi, aut fideicommiſſario. Et ita intellexit Aret. dum allegauit d. l. aliam, cum ibi not. per Barto.

306 Ex qua declaratione, † & ex quibus dictis Aret. habetur concluſio, ꝙ materia impeditiua tranſmiſſionis dicitur odioſa, per contrarium diſpoſitio inductiua tranſmiſſionis dicitur fauorabilis, ꝙ ipſum etiam Soci. voluit in l. qui duos. in princ. colum. 11. poſt medium verſi. cum ergo iuſta ignorantia. ff. de rebus dub. argum. gl. in l. vnica. C. de his qui ante apertas tabul. Et hoc modo conſiderando, notata in dicta. l. aliam. probant contra Bart. & Soci. a fortiori. Nam ſi in nouatione, quæ fit ex mera voluntate, non cenſentur repoſita ea, quæ ſunt odioſa creditori, licet prior diſpoſitio valere poſſet, quantò minus in trãſfuſione teſtamenti in codicillos, quæ fit ex neceſſitate, cum teſtamentum non valeat, venient ea, quæ sũt damnoſa hæredi ſcripto.

307 Sed notandum, † ꝙ materia trãſmiſſionis dici poteſt fauorabilis, quando extant coniecturæ tranſmiſſionis, vt ſeruetur voluntas ipſius teſtatoris, atq; adeò fauorabilis dicitur trãſmiſſio nõ ꝑꝑ ſe, ſed ꝑꝑ aliud, propter ſe enim videtur odioſa, veluti repugnans iuri, per quod ſubſtitutio nulla tranſmittitur: vt dixi in conſi. 67. col. 3. in fi. & tradit Iaſ. in conſi. 201. col. 2. poſt med. lib. 2. vbi dicit, ꝙ tranſmiſſio dicitur ſtricti iuris, & ſtrictè in ea proceditur, veluti contra regulam iuris communis, & quod ſcribit Socin. in conſi. 116. colum. 7. lib. 1. vbi dicit, ꝙ tranſmiſſio non fit in ea qualitate, quæ erat apud tranſmittentem, neq; cũ eo priuilegio.

308 Poſtremò contra Bar. adducit † Soci. no. per glo. communiter approbatam in auten. ex cauſa. C. de lib. præteri. vbi quando teſtamẽtum annullatur præteritione filij, & conſeruatur per d. authẽ. competit pro legatis actio ex teſtamento: & ſic fit conſeruatio in vim teſtamenti, nec eſt inconueniens, ꝙ virtus teſtamenti conſeruetur in codicillis. Ergo idem dicendum in quæſtione propoſita, vt conſeruetur fideicõmiſſum in codicillis ita demum, ſi acceptetur.

309 Sed iſtud † argumentum Soci. poteſt retorqueri, q̃a gl. & Doc. ibi loquuntur in legatis, & fideicõmiſſis expreſſim relictis in teſtamento, quorum nomine teſtamentum non annullatur, imo expreſsè conſeruatur: per d. auten. ex cauſa. non igitur mirum, ſi competit actio ex teſtamento ad ea, in quibus teſtamentum non irritatur. Sed in caſu noſtro agitur de inſtitutione, in qua teſtamentum, omninò irritatur: nec agi pro ea poteſt ex teſtamento, ſed ex codicillis tantum: quo caſu non competit actio directa ex teſtamento, ſed vtilis tantũ. Itaq; arguit Soci. a conſeruato ad non conſeruatum.

310 Secundò reſpondeo, † ꝙ in terminis d. auten. ex cauſa, ꝙ agatur actione ex teſtamento ad legata, & fideicommiſſa, illud fit ad conſeruandum voluntatem teſtatoris expreſſam, vt illa facilius impleatur: nil mirum ſi virtus teſtamenti in hoc conſeruatur in codicillis Sed in caſu noſtro ſi virtus inſtitutionis conſeruet̃ in codicillis, vt ne hr̃ditas trãſmittatur, fieri vr̃ cõtra voluntatem teſtatoris potius: cum materia tranſmiſſionis videatur fauorabilis.

Ex præmiſſis apparet opin. contra Bar. & Soci. veriorem de iure eſſe, æquioremq;, & magis frequentem. Neq; obſtat tex. d. l. quærebatur, in quo ſolo fundatur opi. Bar. quia abundè ſupra reſpõſum eſt: imo retorquetur: vt apparet ex dictis in nouo argumento facto contra Bar. & Soci.

311 Non obſtat † etiam, ꝙ tranſlatio dicitur fieri cum omnibus ſuis qualitatibus: quia non ſumus in materia translationis, ſed conuerſionis vnius ſpeciei in alteram, inter quas eſt differentia: quia in translatione durat res translata, neq; alteratur, licet trãſeat de perſona ad perſonam: ideò manente ſubſtantia rei, durant, & qualitates, cum quibus transferatur. Secus in conuerſione; nam vbi vna ſpecies conuertitur in alteram ſpeciem, non durat amplius prior ſpecies, nam teſtamentum conuerſum in codicillos teſtamẽtum amplius dici non poteſt. ideo nec teſtamẽti qua-
312 litates poteſt retinere: quia † non entis nullæ ſunt qualitates. l. 4. ff. loca. l. ſi ſeruum. §. ſi modus. ff. de actio. empt. l. adeo. §. ꝙ ſi toto. ff. de acq. rerum domi. cum ſuis ſimil. & in terminis conuerſionis, ꝙ res conuerſa perdat eius qualitates, aſſumendo qualitates, & naturam rei, ad quam fit conuerſio, probatum eſt ſupra in nouo argu. facto contra opi. Bar. & Soci.

313 Præmiſſa concluſio † contra Bar. ꝙ etiam fideicõmiſſum debitum ex clauſula codicillari trãſmittatur ad hæredes, non videtur procedere, quando tale fideicommiſſum eſſet conditionale: puta quando prætcritur filia excluſa per ſtatutum donec maſculus ſupereſt: nam teſtamentum ſtans non fuit nullũ extante maſculo: conſequenter fideicõmiſſum ſtatim non debebatur, ſed debitum erat poſt mortem maſculi, ideo maſculus decedens ante filiam nõ videtur illud tranſmittere. Ita Com. in conſi. 7. & in conſi. 126. col. 4. poſt med. ver. eſt modo videndum lib. 2.

Sed aduerte: quia viuente maſculo clauſula codicillaris non operatur: cum teſtamentum valeat, ſed demum operatur mortuo maſculo ante filiam. Ideò ſatis videtur, ꝙ fideicommiſſum ſit purum, quando

clauſu-

clauſula codicillaris incipit operari, niſi dicas ſuſtinendo Corn. ſatis eſſe, ꝙ ex quo ab initio teſtamentum non fuit nullum, non dicitur filia præterita, itatum, & purè granata de reſtituendo virtute clauſulæ codicillaris, ſed demum ſi maſculo ſuperuixerit, atque ita ſub conditione.

314 Memorata etiã concluſio, † ꝙ fideicommiſſum vniuerſale purum non agnitum tranſmittitur ad hæredes, non procedit, quando moritur fideicõmiſſarius in vita teſtatoris: quia efficitur caducum, & remanet apud hæredem, niſi ſit datus ſubſtitutus, vel coniunctus. d. l. vnic. §. pro ſecundo. C. de cad. tollen. nec poteſt tractari de aliqua tranſmiſſione: cum in perſona ſubſtituti nunquam fuerit cauſata aliqua ſpes fideicommiſſi. Curt. iunior in conſi. 96. col. pen. nam quando moritur fideicommiſſarius viuo teſtatore, nullum ius habet, quod poſſit tranſmittere, & dixi ſuprà in materia tranſmiſſionis legati puri in prima ſillentia. nu. 256. & infrà in tranſmiſſione fideicommiſſi num. 359.

315 Vidimus, ꝙ † fideicommiſſum vniuerſale purum non agnitum tranſmittatur ad hæredes, quæ quæſtio locum obtinet, quando agnoſci potuit fideicõmiſſum: vt quia deceſſit fideicõmiſſarius poſt aditã hæreditatem. Sed quid ſi decedat fideicommiſſarius ante aditam hæreditatem, nunquid tranſmittatur ad hæredes: & ſic difficultas reducitur ad hoc, an cedat fideicõmiſſum vniuerſale à morte teſtatoris quoad tranſmiſſionem, aut ab adita hæreditate. Bar. hic in quæſtionibus. col. pe. nu. 13. tenet, ꝙ cedat à morte teſtatoris, quę opi. cõmuniter approbatur per Doct. & aliquid ante eſt dictum nu. 281. Pro qua opin. primo adducitur tex. in l. 3. § 1. verſi. idem dicendum. ff. de adim. lega. vbi æquiparãtur legatum particulare, & vniuerſale quoad ceſſionẽ. Sed ille text. nihil probat, quia nulla fit ibi æquiparatio in modo cedendi ſecundum Aret. hic: ſed tantũ circa effectum tranſlationis, quando nõ ceſſit dies legati particularis, aut vniuerſalis, vt ſit locus trãſlationi, & ſic Bar. & Doc. videntur arguere de negatiua ad affirmatiuam, ꝙ ſicut æquiparantur vniuerſale, & particulare quando dies non ceſſit, ita æquiparentur in modo cedendi, vt cedat eodem modo dies vtriuſq;. quod ſanè argumentum quam ſit à remotis, nemo non videt.

Secundo non ſolum ille tex. non probat opi. Bar. & communem, verum etiam retorquetur ſecundũ
316 Aret. cõſiderando hoc modo: mora † irregularis non cõmittitur niſi eo caſu, quo regularis, aut communis cõmitti poſſet. nam eo caſu, quo in mora cõmuni cõſtitui quis poteſt per interpellationem, ſi interpellatus negligat dare, aut facere, ibi cõſtituitur in mora re ipſa, & ſine interpellatione fauore minoris. l. in minorum. C. in quib. cau. in integ. reſtit. non eſt neceſ. Rurſus mora irregularis non contrahitur: niſi quando debitori poteſt imputari tarditas, ſeu negligentia. l. in minorum. in ver. tardè. C. in quib. cauſ. in
317 integ. reſti. non neceſ. hoc ita † præſuppoſito, dicitur in d. l. 3 § 1. verſic. idem dicendum, ꝙ cõmittitur iſta mora irregularis per hæredem ſtatim atq; ceſſit dies fideicommiſſi: ergo dies fideicõmiſſi non cedit ante aditam hæreditatem: quia ante aditam hæreditatẽ non poteſt hæres interpellari, & ſi peti nõ poteſt, aut interpellatio fieri ante aditam hæreditatem,
318 ergo non poteſt in mora hæres cõſtitui: † quia vbi nulla petitio, nulla mora. l. ſi pupillus. ff. de verb. obli. l. nulla. ff. de reg. iuris. ſimiliter ante aditam hæreditatem tarditas, aut negligentia hæredi imputari non poteſt. Itaq; dum text dicit, committi moram irregularem ſtatim atq; dies fideicommiſſi ceſſit, neceſſariò dicendum eſt, ꝙ cedat dies poſt aditam hæreditatem: quia ante aditionem mora conſiderari nõ poteſt neq; communis neq; irregularis. Eſſet enim abſurdum, quòd hæres dicatur in mora aliqua antequam ſit obligatus: & ſic ante aditionem, per quam obligatur.

Sed contrà iſtud argumentum Areti. videtur facere: quia ante aditam hæreditatem competit officium iudicis contra hæredem, vt adeat: vt ſuprà viſum eſt: ergo vr, ꝙ detur petitio ante hæreditatem aditam & conſequenter, ꝙ mora irregularis cõmitti
319 poſſit. Ad iſtud † reſpondet Soci. hic col. 18. in fi. ꝙ licet competat officium iudicis, tamen non poteſt quis in mora conſtitui per interpellationem, ſed litis conteſtatio eſt neceſſaria. l. cum poſtulaſſent. ff. de dam. infect. Bar. & Doct. in l. 1. ff. de iuriſdi. om. iudi. ſi interpellatio non ſufficit ad conſtituendum quem in mora regulari, multominus committetur mora irregularis, vbi ſolum competit officium iudicis.

Ad iſtud arg. retorcutionis Aret. reſpondet Soci.
320 hic ꝙ Aret. præſupponit vnũ falſum, † ꝙ hæres nõ poſſit conſtitui in mora; niſi poſt aditam hæreditatem. nam conſtitui poteſt in mora etiã ante aditionem, ſi negligat adire. l. ſi vſusfructus legatus. ff. de vſu fruc. quem tex ad hoc citant Bal. & Salic. in l. fi. C. de vſur. & fruc. lega. & ſi dicatur, licet moroſus ſit hæres in adeundo, nõ propterea dici poteſt, ꝙ cedat fideicõmiſſum ante aditam hæreditatem: reſpõdet Soci. ꝙ mora cõmiſſa in antecedenti. i. in adeundo trahit ad conſequens, & cõmiſſa cenſetur etiam in conſequenti. l. ſi cui legatum. in fi. ff. de condi. & demon.

Hic tamen aduertendum, dum Soc. reſpondet ad argumentum retorcutionis Aretin. quia ſolum præſupponit Socin. ꝙ tex. in d. l. 3. §. 1. non faciat contra communem, non tamen dicit, ꝙ faciat cum communi opi. licet Bar. eum alleget pro communi.

321 Secundo principaliter † pro iſta opi. Bar. & communi adducitur text. in l. quidam ita. ff. ad trebel. vbi in themate q. proponitur, ꝙ puer fideicõmiſſarius deceſſit ante aditam hæreditatẽ: & vbi decedit fideicõmiſſarius antecedenti diem fideicõmiſſi, ſine dubio locus eſt tranſlationi, in quo articulo nulla fuit diuerſitas inter Marcellum, & Iulianũ: quia caſus iſte habitus eſt prò indubitato. & tamen non dicitur locum eſſe tranſlationi indiſtinctè: imò diſtinguitur, vtrum ceſſerit, vel non ceſſerit dies fideicommiſſi ante mortem: ergo præſupponitur, ꝙ poſſit cedere fideicommiſſum ante aditam hæreditatem. nam ſi ante aditam hæreditatem non poſſet cedere dies fideicommiſſi, fruſtra facta eſſet illa diſtinctio: ſed dicendum erat ſimpliciter locum eſſe tranſlationi.

Ad illum tex. reſpondet Aret. ꝙ ibi Iuriſcõſultus modificat reſponſionẽ ſuam, in qua ſimpliciter dictum erat, eſſe locũ tranſmiſſioni, qñ decedit fideicõmiſſarius, poſtq̃ ceſſit dies fideicommiſſi, vt quandoq; non ſit locus tranſmiſſioni, ſi decedat fideicõmiſſarius ante reſtitutionẽ ſibi factam. nam cautè, & cum miſterio dr ante reſtitutionem, nec repetit ante aditã hæreditatem: quaſi velit innuere, ꝙ ante aditam hæreditatẽ non ſit locus ceſſioni, nec tranſmiſſioni. Sed ad iſtam conſiderationẽ Aret. reſpondet Soci. hic col. antepen. ꝙ eſt contra intentionem literæ, quæ vult, ꝙ vbi dies non ceſſit indiſtinctè fiat translatio. vbi autem ceſſit diſputat coniecturando, an fiat translatio mortuo fideicõmiſſario ante reſtitionẽ. Declaro apertius: Iuriſconſultus in diſputatione, aut modificatione non tangit caſum iam deciſum qñ decedit fideicommiſſarius ante cedentem diem fideicõmiſſi: quia illũ caſum habet pro indubitato. Ita cum ſolũ decidat caſum, qñ decedit fideicõmiſſarius poſtq̃ ceſſit dies fideicommiſſi, alium autẽ caſum in dubium non reuocet, clarè præſupponit, ꝙ poſſit fideicõmiſſum cedere ante hæreditatem aditam. Itaq; ꝙ Iuriſconſultus in deciſione, aut diſputatione ſecundi caſus, quando ceſſit dies fideicõmiſſi,

non fecerit mentionem de morte fideicommiſſarij ante aditam hæreditatem, ſed tantum ante factam reſtitutionem, illud factum nõ eſt, quia cedere fideicommiſſum non poſſit ante aditam hæreditatem, ſed quia licet ceſſerit dies, ſiue ante aditionem, ſiue poſt, non indiſtinctè eſt locus tranſmiſſioni, prout ſimpliciter ante dictum fuerat, imò ita demum, ſi fideicommiſſum reſtitutum ſit, ſubaudi, aut moram hæres fecerit reſtitutioni.

322 Sed aduertendum, † qa illum tex. in d. l. quidã. gl. & Dy. adducunt, & inducunt ad contrariam opi. ꝙ fideicõmiſſum vniuerſale cedat demum ab adita hæreditate notando tex. dum dicit de morte pueri antequam adeatur hæreditas; deinde ſubdit, ſi deceſſerit puer ante ceſſionem diei fideicommiſſi, quaſi velit inferre, ꝙ dicatur mortuus ante ceſſionem, quando hæreditas non eſt adita.

Sed Bar. hic co. fi. dicit, ꝙ illa lex non dicit, ꝙ non cedat ante aditam hæreditatem: nec aliter declarat. vult dicere Bar. ꝙ licet in themate dicatur, puerum deceſſiſſe ante aditam hæreditatem, & ꝙ puer deceſſerit ante cedentem diem fideicommiſſi, tamen non ſequitur, ꝙ ideo non ceſſerit, qa hæreditas adita non ſit. Imò ille tex. retorquetur pro communi. quia ſi tex. iſtud intendiſſet, nõ poneretur defectus ceſſionis ſub dubio, ſi dies non ceſſerit, ſed affirmatiuè diceretur, ex quo dies fideicommiſſi non ceſſit hæreditate non adita. ponendo autem hoc ſub dubio, infertur, ꝙ poſſit dies cedere hæreditate non adita, vt ſupra eſt dictum.

Secundo reſpondet Bar. poſito ꝙ tex. diceret, diẽ non cedere ante aditam hæreditatem, illud intelligeretur reſpectu petitionis: quia peti nõ poteſt ante aditam hæreditatem, ſed non reſpectu tranſmiſſionis. Sed iſta reſponſio nullo modo poſſet procedere ad illum text. quia ibi quæritur de ceſſione ſolum reſpectu tranſmiſſionis.

Tertiò reſpondet Bar. ꝙ vbi tex. diceret, diẽ fideicommiſſi non cedere ante aditam hæreditatem, illud intelligeretur quoad impediendum tranſlationẽ fideicõmiſſi factam à teſtatore: alias contra. nam licet cedat dies ante aditam hæreditatem quoad trãſmiſſionem, iſtud tamen nõ procedit, vt impediatur tranſlatio: cum illa non impediatur etiam poſtquã dies ceſſit mortuo fideicõmiſſario ante reſtitutionẽ.

Sed iſta tertia reſponſio Bart. non videtur bona: quia dum tex. dicit eſſe locum tranſlationi, quando moritur fideicõmiſſarius ante ceſſionem, loquitur de ceſſione, ex qua cauſatur tranſmiſſio, & ꝙ iſtud ſit verum, probatur: quia in diſputatione, quam facit Iulianus in ſecundo caſu, dicitur fieri poſſe, vt ſit locus tranſlationi, etiam poſtquam ceſſit dies fideicommiſſi ex coniecturis de quibus ibi. & ſic vult, ꝙ impediatur tranſmiſſio ex cõiecturis, licet alioquin tranſmiſſioni locus eſſet. Ideo ſi in tex. diceretur, locum eſſe tranſlationi, quia non ceſſerit dies hæreditate non adita, neceſſariò ſequeretur, ꝙ dies nõ ceſſiſſet quoad tranſmiſſionem. quia caſus vbi ceſſio fit ſed tranſlatio non impeditur, ponitur poſtea in diſputatione ſecundi caſus, & in correctione Marcelli. Itaq; dum ponitur caſus, in quo fit ceſſio, ſed ex ea tranſmiſſio non fit, neq; impeditur translatio, arguitur, ꝙ in primo caſu quando moritur puer ante ceſſionem, intelligitur de ceſſione reſpectu trãſmiſſionis. Ideo prima ſolutio Bar. verior eſt, ꝙ ille tex. non probat opi. glo. & Dy. ſed contrarium: & propterea laudatur ille tex. pro communi opi.

323 Tertiò principaliter † pro iſta cõmuni opi. allegat Bar. tex. in l. cog. §. idem metianus. ff. ad trebel. ſed ille tex. nihil probat, quia ibi adita fuit hæreditas ad inſtantiam vnius ex fideicõmiſſarijs: quæ aditio ſufficit etiã quoad alios fideicõmiſſarios, quia aditio illa pro parte vnius fideicõmiſſarij trahit ad ſe totum; vt hic per Areti. col. 12. & Iaſ. col. 23. nu. 119. Addo vltrà eos tex. in l. ſi ff. de ſerui. lega. vbi dicitur, ꝙ ſufficit aditio vnius cohæredum ad validandum totum teſtamentum. ideo Bar. illud conſiderans dixit, ꝙ ille tex. aliter poteſt intelligi.

Quarto pro iſta opi. Bar. adducit tale argumentũ, qđ ſumitur ex ordine titulorum, aut rubricarum hoc modo: nam in C. præmittitur titulus de leg. & fideicom. deinde titulus ad trebel. & ſic ponitur materia de vniuerſalib. & particularib. Poſtea in tit. C. de cad. tollen. §. cum igitur. & §. in nouiſſimo dr̃ indiſtinctè diem legatorum, & fideicõmiſſorum, quę purè relinquuntur, cedere à morte teſtatoris: hoc intelligi debet in fideicõmiſſis vniuerſalibus, & particularibus, de quibus in præcedẽtibus titulis tractatum erat. Sic etiam in ff. primo ponitur de legatis, deinde ad trebellianum; atq; ita de fideicõmiſſis vniuerſalib. poſtea ponitur titulus quã. dies lega. ced. intelligitur de die fideicõmiſſorum vniuerſalium, & particulariũ, de quib. præmiſerat. & iſtud arg. Bar. ſequitur Pau. de Caſt. in d. l. quidam ita. col. 2. circa med. ff. ad trebell.

Ad iſtud argu. Bart. reſpondet Areti. hic col. 12. ꝙ procederet, niſi ante titulos quan. dies leg. ced. reperirentur leges in quibus probetur differentiam eſſe inter vniuerſalia, & particularia circa ceſſionẽ: quas ll. Aretin. adducit, videlicet d. l. 3. §. 1. ff. de adim. lega. & d. l. quidam ita. Sed ſupra reſponſum eſt, ꝙ non probant intentionem Aretin. conſequenter impugnatio Areti. nihil agit.

Quinto pro iſta opi. Bart. & communi adducit Soci tex. in l. vnica. §. in nouiſsimo. C. de caduc. toll.
324 inducendo † hoc modo, lex papia pœniſsima inuidiæ, & fiſci ſtudioſior introduxit materiam caducorum non ſolum in hæreditate, ſed etiam in legatis, & fideicommiſsis tam particularibus, quam vniuerſalibus, nolens adiri poſſe hæreditatem in qua pro parte inſtitutus quis fuiſſet ante apertas tabulas teſtamẽti volens etiam ꝙ legata cederent, niſi poſt apertas tabulas. quam legem papiam in totum ſuſtulit text. in d. §. in nouiſsimo. volens adiri poſſe hæreditatem ante apertas tabulas, & ꝙ legata, & fideicommiſſa cedant ſtatim à morte teſtatoris non expectata apertura tabularum: ſecus tamen in hæreditate, quæ nõ cedit à morte, ſed requiritur in ea aditio: & ſi non adeatur, non tranſmittitur. Ideo cum tex. dicat hęreditatem non aditam non tranſmitti, legata autem, & fideicommiſſa tranſmittuntur a tempore mortis, oportet annumerare fideicommiſſum vniuerſale, & illud includere, aut in hæreditate, aut in diſpoſitione fideicommiſſorum. Sed in hæreditate includi non
325 poteſt: † qa fideicommiſſum non dicitur propriè hæreditas: nec fideicommiſſarius dicitur hæres propriè. l. ſi ſitius. ff. quod cum eo.

Secundo non poteſt fideicommiſſum vniuerſale includi ſub hæreditate: quia dicitur in d. §. in nouiſſimo, quod hæreditas non adita non tranſmittitur: ſed aditio non conuenit fideicommiſſo etiam vniuerſali: ergo dum tex. dicit, quod fideicommiſſa cedunt à tempore mortis, debet intelligi etiam de vniuerſalibus, ex quo ſub diſpoſitione hæreditatis includi non poſſunt.

Tertiò quod text. ille loquens de fideicommiſsis intelligatur etiam de vniuerſalibus, ſeu ꝙ appellatione fideicommiſſi veniat etiam vniuerſale, proba-
326 tur; nam de iure † antiquo per legem papiam hæreditas adiri non poterat ante aperturam tabularũ. Similiter legata, & fideicommiſſa non cedebãt ante aperturam tabularum. l. vni. §. cum igitur. C. de cad tollen. Superuenit lex Theodoſij. in l. vnica. C. de his qui ante aper. tab. quæ correxit legẽ papiam in legatis, & fideicommiſſis in fauorem liberorum volens,

quod

quòd per liberos tranſmittantur, ſicut etiam tranſmittunt hæreditatem non aditam. Sed ius acceſſit Iuſtiniani pinguius prouidentis circa legata, & fideicõmiſſa etiam in fauorem extraneorũ, vt tranſmittant legata, & fideicommiſſa, & ꝙ illa cedant ſtatim à morte teſtatoris, excepta hæreditate non adita, quæ non tranſmittitur niſi per liberos, comprobando in hoc legem Theodoſij.

Infertur ex dicta diſpoſitione Iuſtiniani, ꝙ ex quo cedunt legata, & fideicommiſſa à morte teſtatoris indiſtinctè, ceſſat priuilegium Theodoſij in fauorẽ liberorum, vt ipſi ſoli tranſmitterent legata, & fideicommiſſa ante aditam hæreditatem. nam ſi approbatur illud priuilegium, aut beneficium Theodoſij in liberis circa hæreditatem tantum, ergo datur intelligi nullum eſſe priuilegium in alijs etiam reſpectu fideicommiſſi vniuerſalis: ſed ꝙ æquo iure procedunt extranei, & liberi in ipſis legatis, & fideicõmiſſis etiã vniuerſalibus: conſequenter ꝙ omnes tranſmittunt: arg. l. cum prætor. ff. de iudi. Itaque inducit Soci. illum tex dupliciter: primo arguendo à ſenſu directò: dum dicitur cedere legata, & fideicommiſſa à morte teſtatoris. Secundò arguendo ab incluſione vnius, dum liberis referuntur priuilegium circa tranſmiſſionem hæreditatis tantum: ex quo clariſſimè infertur, ꝙ in alijs ceſſat priuilegium: ergo tranſmittunt legata, & fideicommiſſa iure communi. alias ſequeretur abſurdum, ſi diceremus non tranſmittere liberos legata, & fideicommiſſa.

Sextò pro opi. Bar. & communi adducitur tale ar-
327 gumentum ante aditam † hæreditatem competit fideicõmiſſario officium iudicis, per qđ hæres cogitur, vt adeat hæreditatem: vt per glo. & Bar. in l. ſi legatus. ꝟ. ad trebell. Tradit idem Bart. in l. Papinianus. & in l. non eſt cogendus. in fin. eod. titu. Sed officium iudicis tranſmittitur ad hæredes. l. non ſolum. ff. de reſtitu. in integr.

Ad iſtud fundamentum reſpondet Aret. hic col. 12. in fin. ꝙ d. l. non ſolum. loquitur in officio iudicis nobili, quod ſtat per ſe, nec cohæret alteri iuri. Sed officium, de quo in caſu noſtro, nõ eſt tale: quia cohæret legato principali. nam competit officium iudicis pro legato, vel fideicommiſſo, quod poteſt deberi, ſi hæres adeat, ſed mortuo fideicommiſſario antequam cedat fideicommiſſum, illud amplius deberi non poteſt, quia ſi non competit actio ex teſtamento pro fideicommiſſo mortuo fideicommiſſario antequã cedat dies eius, impoſſibile eſt, ꝙ duret officium iudicis, qđ ipſi fideicommiſſo cohærebat. l. 4. & ibi not. C. depoſi. & plenè not. in l. 1. C. de iud.

328 Sed reſpondet † Soci. ad argumentũ Aret. ꝙ procedit in officio iudicis mercennario, quod deſeruit actioni: nos autem ſumus in iudicis officio nobili, quod ꝑ ſe ſtat, vt declarat Bar. in l. 1. ff. de iuriſd. om. iudi. Ergò conſtat fundamentum communis opin. ꝙ qua ratione tranſmittitur officium iudicis, eadem & fideicommiſſum. Sed iſta reſponſio Soci. reſponſio dici non poteſt, ſed tantum negatio argumenti Areti. nam illud eſt, quod voluit Aret. iſtud officium iudicis competens pro fideicommiſſo non eſſe nobile, neque per ſe ſtare, ſed cohærere ipſi fideicommiſſo, & pro eo competere: ob id ꝙ ceſſante fideicommiſſi actione mortuo fideicommiſſario ante aditam hæreditatem, ceſſat & officium iudicis.

Ideo vltra Socin. aliter reſpondeo ad argumentũ Areti. ꝙ vr̃ Areti. æquiuocaſſe. nam aliud eſt, ꝙ competat officium iudicis pro aliqua re, aliud ꝙ deſeruiat actioni competenti pro ipſa re. Etenim ſemper neceſſe eſt, ꝙ cõpetat officiũ iudicis pro aliqua re, & eo nomine rei illi cohæreat. Sed enim non ꝓp hoc dr̃ mercennarium: nam ſolum dr̃ mercennarium qđ deſeruit actioni cõpetenti pro ipſa re, ita ꝙ actio ſit ipſum principale. In propoſita ſpecie licet cõpetat officiũ iudicis pro fideicommiſſo, tñ qñ imploratur iſtud officium iudicis, vt hæres cogatur adire, & reſtituere, nondum cõpetit actio pro fideicõmiſſo, quæ non competit ante aditam hæreditatẽ: ergo ceſſante actione dici non poteſt, ꝙ ſit officium iudicis mercennarium deſeruiens actioni, quæ non eſt.

Sed vltrà Aret. contra iſtud ſextum fundamentũ arguit Soci. hic col. pen. ꝙ non ſit bona cõſequentia, pro fideicõmiſſo vniuerſali competit officium iudicis, ergo fideicõmiſſum tranſmittitur. nam datur in-
329 ſtantia, † quia pro bonorum poſſeſſione competit officium iudicis l. 1. §. decretalis. ꝟ. de ſucceſ. ædic. & traditur in l. 1. C. qui admitti. Planè bonorum poſſeſſio non agnita nõ tranſmittitur. l. emancipata. C. eo. tit. Sed reſponde, non competere officium iudicis, vt agnoſcatur, ſed agnita decernatur: neq; decerni poteſt ante acceptationem: ergo verum eſt dicere, ius nullum competere ante agnitionem.

Vidimus circa tranſmiſſionem fideicõmiſſi particularis, & vniuerſalis purũ tam ante hæreditatem,
330 quam poſt. † Sed tractatus ſubeſt non paulo difficilior tranſmiſſionis fideicõmiſſi conditionalis, nũquid tranſmittatur: quæ materia quo nodoſior, eo vberioris quęſtus in vſu forenſi, ob id quo clarior, & ordinatior fiat. regulam trademus cum ampliationibus, & fallentijs. Regula eſt, ꝙ fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur ad hæredes: vt probatur in hac. l. cum filio. in fi. in l. hæredes mei. §. cum ita. infrà ad trebellia.

Ampliatur, vt procedat etiã in fideicõmiſſo aſcendentis, qđ nõ tranſmittitur ad deſcendentes: vt probatur in d. §. cum ita. & eſt glo. communiter approbata in l. vnica. C. de his qui ante aper. tabu. Soci. in l. Paulus. 2. in prin. ff. de rebus dubijs.

Ampliatur ſecundò, vt procedat etiam in fideicõmiſſo relicto ſub conditione poteſtatiua l. 5. §. 1. ff. quan. dies lega. ced. & dixi ſupra in tranſmiſſione legati conditionalis in ſecũda amplia. nu. 256. & 257.
331 Fallit præmiſſa concluſio, † niſi aliter appareat de voluntate teſtatoris, ꝙ voluerit fideicommiſſum cõditionale tranſmitti. Bald. in d. l. vnica. C. de his qui ante aper. tabu. & in l. vni. C. vt actio. ab hæredi. & cõtra hęred. ꝑ l. ſi cui fundus. ff. de cõdi. & demõ. Soc. poſt Imol. in l. in conditionibus primum locũ. §. 1. in tertio no. ff. de condi. & demon. latè in l. hæredes mei § cum ita col. 4. ꝟ. ad trebel.
332 Coniectura † autem ad declarandum voluntatem teſtatoris, ꝙ voluerit fideicommiſſum cõditionale tranſmitti, ſumi debet ex aliqua diſpoſitione in teſtamento expreſſa: nec ſufficeret ſola mens, quæ non colligeretur ex aliquo expreſſo. Bal. in d. l. vnica. C. vt actio. ab hæredi. Soc. in d. l. hæredes mei. § cum ita. col. 4. in fin. ff. ad trebell. Curt. iunior in conſ. 16. col. 3. nu. 6. vbi dicit Curt. ꝙ cõiectura ſumi debet ex aliquo expreſſo in teſtamento non extra teſtamentum. Addo Soci. in conſ. 4. col. 3. circa fi. lib. 3.
333 Sed difficultas † verſatur in iſtis coniecturis, quæ & quales ſufficiant. Ideo in ſpecie cõiecturas aliquas comprehendemus à Docto. approbatas, & prima erit coniecturarum, quandò teſtator vocat etiam hęredes fideicommiſſarij: Bald. in d. l. vnica. C. vt actio. ab hęredi. & in l. ſi pater. in 4. q. C. de inſtit. & ſubſtit. Soci. in d. l. hæredes mei. §. cum ita. col. 4. poſt med. Sed aduerte: quia vbi hęredes vocantur, fruſtrà quęritur de tranſmiſſione. ideo coniectura debet intelligi, qñ de hæredibus ſit mentio citrà vocationem.
334 Sed quid † ſi teſtator expreſsè non vocat hæredes fideicommiſſarij, ſed tantum mentionem de eis facit, aut de eius filijs, nunquid fiet ad eos tranſmiſſio? Bald. in d. l. vnica. C. de his qui ante aper. tab. tenet, quòd ſic, dum format. q. quando ſit ſubſtitu-

tio,ſi filius decederet ſine liberis.nam dicit ipſe,quòd aut aliquid eſt omnino omiſſũ: & habeĩ ꝓ omiſſo. aut ſequitur ad aliquid expreſſum: & reputatur pro cauto,aut expreſſo.In quibus verbis vult Bal. ꝙ filij, aut hęredes non dicantur omnino omiſſi, quando de eis fit mentio licet per modum conditionis. conſequenter ex quo de eis fit mentio, ad eos fiat tranſmiſſio.Sequitur Curt.ſenior,licet non ita declaret in conſi.76.col.pen. Idem tenet Iaſ. in conſ.283.col.1. in fi.lib.2.in conſ.29.col.fi.in cõſ.53.col.pen.in fi. lib. 3.& in cõſ.154 col.3.poſt med.lib.4.Dec.in cõſ.597. col.2.poſt med.in cõſ.515.col.1.cir.med.in cõſ 374. col.1.poſt med.Idem tenet Anchar.in conſi.74.contra Philippum.col.1.poſt med. verſic. ſed certè. vbi Anchar.arguit à fortiori. nam vbi de liberis nulla prorſus fit mentio, tacitè tamen ſubintelliguntur ad excluſionem ſubſtituti.l.cum auus.ff.de condi.& demonſt. quantò magis dicendum eſt ſenſiſſe teſtatorem, vt tranſmiſſio ad eos fieret; quando mentionem de eis fecit. Idem voluit Signorol. in conſi.35. col.3.poſt princ.verſic. nec obſtat prima opinio.vbi ad hoc citat tex.in l.ſi Stichum in fi. cum ibi no. ff.de verb.obli.in l.antiquitas. C.de vſufruct. & in l.in annalibus.C.de lega.

Sed aduerte:quia pręmiſſa concluſio videtur procedere duobus concurrentibus.Primò,ꝙ filij ponantur in cõditione.Secundò, ꝙ ſubſtituatur extraneus, ita ꝙ filij ponantur in conditione ad excluſionem extranei: nam tunc fit tranſmiſſio, ne videatur teſtator extraneum præponere ſuæ poſteritati: & quia qua ratione pater filiorum excludit ſubſtitutum,eadem ratione,& filij ipſius patris debent excludere,& præferri in vocatione: & ita intelligit Soci.in d.l.hęredes mei.§.cum ita.col.4.& in conſi.6.col.3.in fi.lib. 3.quem ſequitur Deci.in conſi.397 col.2. poſt med, in conſi.515. col.1.circa med. in conſi. 594. col. fin. Curt.iunior in conſ.16.col.3.nu.6.

Sed ꝙ ſufficiat liberos exprimi,aut in conditione poni,vt ad eos tranſmiſſio fiat, etiam ꝙ liberi grauati tantum ponantur in conditione, voluit Cuma.in conſi.13.Titius inſtituit Seium vbi dicit,ꝙ ex tali expreſſione apparet cogitatum de filijs. Sequitur Dec, in d.conſi.397.col.2. poſt med.in d.conſ.515. col.1. circa med.& in conſi.574.col.1. poſt med. Idem ꝙ ſufficiat liberos in conditione poni, tenet Anchar. in d. conſi.74.

335 Iſta † opi.ꝙ fideicommiſſum conditionale tranſmittitur ad hæredes, aut filios, quando de ipſis filijs fit mentio ponendo eos in conditione, ſine dubio videtur procedere in hæreditate aſcendentis, vt conſeruetur in deſcendentibus,quando alias veniret hæreditas ad trãſuerſales teſtatoris,aut alios extraneos: quia veriſimile eſt, ꝙ voluerit teſtator hæreditatem ſuam in deſcendentibus manere: nam iſto caſu plerunq; voluerunt tranſmitti fideicommiſſum cõditionale ad liberos,etiam ſi de eis mentio omnino facta non ſit, ſequendo gl.in l.in cui.ff.de actio. & obli.decentes, ꝙ glo. quæ contrarium voluit in d.l. vnic. C. de his qui ante aper.tab. eſt contra mentem teſtatoris,vt dicit Cuma.in d.l.vnica.cuius opin. in puncto iuris defendit Socin.in d.l. hæredes mei.§. cum ita.& in d.conſi 6.col.3.in fin.libr.3. Planè vbi de liberis fit mentio ponendo eos in cõditione,res vĩ magis clara: & tunc ꝓcedit arg. Ancha. à fortiori.in d.cõſ.74.

336 Secundo † clarè magis vera eſt opinio iſta, quando liberi ponuntur in conditione ſub qualitate maſculinitatis, ſi deceſſerit ſine liberis maſculis: quia tunc cenſetur habita ratio agnationis, & apparere videtur de voluntate teſtatoris, quòd voluit bona in agnatione conſeruari. Ita Curt. ſenior in conſil. 76.Dominus Ludouicus Rotarius.colum.10.Iaſ.inter conſi. Benni Albenſis in conſi.8. colum.1. quod eſt inter conſi.Iaſ.in conſi.132.lib.2.tradit idem Iaſ in conſi.154. colum.3. in fin. & ſequen. libr. 2. & in conſi 52 colum.fin.verſic.tertia multiplicatio. lib.3. Curt.iunior in conſi.69.colum.2.& in conſ.96.col. 1.Rubeus Alexandrinus in conſ.28.col.3. ante med. & in conſi.31.col.2.in prin. vbi Rubeus ſequitur illud conſ. Curtij ſenioris.76.

In qua re conſidero, quòd vbi liberi maſculi ponuntur in conditione videtur locus tranſmiſſione etiam vbi non ageretur de hæreditate aſcendentis; quia ratio agnationis eſt generalis æquè militans in hęreditate tranſuerſalis: ideo vbi ratio locum ha-
337 bet,ibi & diſpoſitio, quia † ratio generalis ampliat diſpoſitionem etiam ſpecialiter loquentem. l. hæc actio.ff.de calumni.l.regula.§.& licet.vbi Bar.& Bal. ff. de iure & fact. igno. l. cum pater. §. dulciſſimis.ſ. titu.1.l.nomen debitoris.§.fin.ſ.de lega.3.Barto.in l. pater filium.§.fundum.in fin. per illum text.eodem tit itaque ratio Doct. generalis attendi debet, quod vbi teſtator ponit liberos in conditione ſub qualitate maſculinitatis rationem cenſetur habuiſſe agnationis: neque reſtringi poteſt iſta ratio generalis ad hæreditatem aſcendentis tantum.

338 † Præmiſſa coniectura quòd vbi liberi maſculi ponuntur in conditione, ad eos fit tranſmiſſio, comprobatur ex eo, quòd ſcribit Curt.iunior in d.conſi. 69.colum.2.verſic.accedit etiam alia coniectura, & in conſ.89. colum.2. in fin. vbi dicit, quòd quando filiæ excluduntur propter filios, fideicõmiſſum conditionale tranſmittitur ad hæredes, quando aliàs ſequeretur quòd neptes admitterentur ſimul cum maſculis.Etenim ſi filiæ fuerunt excluſæ, à fortiori idem dicendum eſt de neptibus.idem dicit Curt.in d.conſ. 89 colum.2.in fin.licet filię ſuperſint: quia ex tali excluſione conſtat de mente teſtatoris, quod voluit bona in agnatione conſeruari.

339 † Ex præmiſſis plures iam habentur coniecturæ ad tranſmiſſionem fideicõmiſſi conditionalis. Prima quando fit mentio de hæredibus fideicommiſſarij. Secunda quando fit mentio de filijs ponendo eos in conditione,ſiue ſimpliciter, ſiue ſub qualitate maſculinitatis declarando,vt ſuprà. Tertia quando filiæ excluduntur propter maſculos.

340 † Sed hic quæro, quando fit mentio de filijs ſimpliciter,aut ſub qualitate maſculinitatis, an requiratur eos eſſe hæredes,vt fiat tranſmiſſio: videretur, ꝙ non, niſi fiat mentio ſub qualitate hæredum. Sed contrarium videtur verius, quia cum liberi nõ poſſint venire niſi ex perſona patris tranſmittentis, neceſſarium videtur, quod ſint eius hæredes: vt not.in l.ſi quis filium.ſ.de acq.hęred. & in l.qui ſe patris.C. vnde libe.Iaſ.poſt Pau.de Caſt.in l.ſi quis filium.col. 2.poſt med.in ſexta limitatione.C.de inoffi. teſtam.

341 † Quarta coniectura arguitur, quando filij poſiti in conditione veniunt appellatione vocatorum largo modo. puta teſtator inſtituit filios fratris, quos inuicem ſubſtituit; & ipſis morientibus ſine filijs ſubſtituit extraneum: ſi vnus filiorum fratris præmoritur grauato relictis liberis,ad eos fit tranſmiſſio.nam duo concurrunt: quod ipſi ſunt poſiti in conditione, & quod veniunt appellatione vocatorum largo modo. nam vocati ſunt filij fratris: in conditione autem poſiti ſunt nepotes fratris teſtatoris, qui nepotes largo modo veniunt appellatione filiorum: & poſiti ſunt nepotes in conditione ad excluſionem extranei ſubſtituti.ideo iſtis duobus concurrentibus præſumendum eſt voluiſſe teſtatorem tranſmitti fideicommiſſum ad nepotes, aut filios fideicommiſſarij.ita Socin.in d.l.hæredes mei. §. cum ita. colum. 4.in fin. infrà ad Trebell. ſequitur Iaſ. in conſi.154. col.4.in fin.lib.4. Curt.iunior in conſi.114. colum.2. poſt med.& in conſi.141.colum.6.poſt medium, fa-

cit

cit etiam ad hanc coniecturam, quia ſi extraneus eſt ſubſtitutus poſt mortem omniū, ergo oportet, aut filios eſſe vocatos, vel ꝙ ad eos fiat trāſmiſſio: aliàs nō expectaretur mors omnium. Sed certè ratio procederet, quando dictum eſſet, ꝙ expectaretur etiā mors poſitorum in conditione, niſi dicas, ꝙ ſatis videtur expreſſum, ex quo ponuntur in conditione ad excluſionem ſubſtituti.

Sed aduerte: quia iſta coniectura potius faceret, ꝙ nepotes fratris teſtatoris, & pronepotes ipſius teſtatoris ex fratre dicantur vocati expreſſim. magna autem differētia eſt, an veniat quis iure vocationis, aut tranſmiſſionis, quia ſi vocatur, oīno admittitur, licet primò vocatus fuerit ſuperſtes grauato, quando primò vocatus moritur: ſecus ſi veniat quis ex iure trāſmiſſionis tantum: quia ſuperſtite tranſmittente, ceſſat tranſmiſſio: nec eo mortuo locus eſt præterea fideicōmiſſo. Ripa tamen in d. §. cum ita col. 18. verſ. ſed dubitatio conſiſtit, dicit ꝙ iſta coniectura nō videtur concludens. Sed cū ſi mentio filiorū ſufficit ad trāſmiſſionē, vt ante ē dictū, quātomagis vbi poſiti ī cōditione veniūt appellatione vocatorū largo mō.

342 Quinta coniectura ſumitur † ex eo, ꝙ expreſſum eſt: puta teſtator expreſſit de vno filio hæredis, quem vocauit, quia vnicus eſſet filius, pone præmorit̄ filius hæredis, deinde moritur pater hæres relictis alijs liberis, qui expreſſè vocati non ſunt: ad eos tranſmittitur fideicōmiſſum cōditionale excluſo extraneo ſubſtituto, quia dum vocat teſtator filium grauati, quē vnicū habebat, apparet ꝙ poſteritatem eius dilexit, veriſimiliter alios vocaturus, ſi de eis cogitaſſet, & ꝙ vocatus præmoreretur patri grauato. ita Soci. in d. l. hæredes mei. §. cum ita col. 5.

Hic aduertendum, quia Soc. vult, ꝙ ſi iſte filius grauati ſuperſtes fieret patri, ſolus admitteretur excluſis fratribus poſtea natis. Secundò aduertendum ſecundum Soci. quia filio grauati præmortuo patri, alij filij poſtea nati non veniūt iure vocationis: cū vocati non fuerint: ſed iure tranſmiſſionis, ex eo ꝙ teſtator eos veriſimiliter vocaſſet, ſi cogitaſſet de tali caſu. Sed conſidera, ꝙ ſecundū hanc rationem admitti deberent ex vocatione tacita, & veluti tacitè ſubſtituti. Rurſus notandū, ꝙ filio grauati ſuperſtite, ſi quidem nominatim vocatus eſt, alij poſt nati non videntur admittendi, ſecus vbi vocatur filius indefinitè, quæ æquipollet vniuerſali in materia fauorabili: vt habetur in l. ſi pluribus. infrà tit. 1.

343 † Sexta coniectura ſumitur ab expreſſo, quando filij grauati vocantur ſub vna conditione, quæ non euenit: nam ad eos fit tranſmiſſio in euentum alterius cōditionis, quia ex eo, ꝙ aliquo caſu vocati ſūt, apparet eos prædilectos extraneo: & ꝙ pariter vocati fuiſſent in alio caſu, ſi de eo teſtator cogitaſſet, puta teſtator ſubſtituit fratrē, & eo nolēte ſubſtituit eius filios, ſi frater præcedit grauato, filij admittuntur iure
344 tranſmiſſionis. † quia caput voluntatis comprahēdit caſum impotentiæ. ita Soci. in d. §. cum ita col. 5. Sed certè iſto caſu videntur admitti filij iure vocationis non tranſmiſſionis.

345 † Septima coniectura quādo ius ſubſtitutionis ab initio ante aditam hæreditatem fuit vnitum cum iure accreſcendi: puta teſtator ſubſtituit inuicem filios ſi decederent ſine liberis, & omnibus decedentibus ſine liberis ſubſtituit extraneum; nam ſi vnus filiorum deceſſiſſet ante aditam hæreditatem, accreuiſſet eius portio alijs cohæredibus: ideo etiam adita hæreditate fit tranſmiſſio ad hæredes propter mixturam iuris accreſcendi: ita Soci. in d. §. cum ita col. 5. per text. in l. qui patri, & in l. qui ex duabus in princ. ſuprà de acquir. hæredi. tradit idem Socin. in d. conſilio. 6. columm. 4. libro. 3. ſequitur Iaſ. in conſi. 154. colu. penul. poſt med. lib. 4. Curti. iunior in d. conſi. 16. columm. 5. num. 6. addo Alexan. in conſi. 20. col. 3. ver. ſeptimo pro hac parte. lib. 1. vbi Alexand. quod ius ſubſtitutionis pupillaris coniunctum cum iure accreſcendi tranſmittitur ad hęredes, ſimile videmus in inſtitutione conditionali; nam pars inſtitutionis conditionalis vnita cum iure accreſcendi tranſmittitur ad hæredes d. l. qui ex duabus. in princip. cum glo. ſecundum intellectum Bart. ſupra, de acquiren. hæred. Iaſ. in l. 1. in prin. colum. 11. verſi. ſecundo moueor. ff. de acquir. poſ.

346 † Sed contrà hanc ſeptimam coniecturam tenet Crottus in l. 4. § Cato, colu. 5. verſi. ſecundo eſt aduertendum. ff. de verb. oblig. in 2. lectura. Ripa in d. l. hæredes mei. §. cum ita col. 18. in fi. vbi allegat Socinum met tenere contrarium in cōſi. 69. col. 8. lib. 3. eſt verum, ꝙ Soci. ibi nihil in ſpecie dicit de iure accreſcendi: tamen in caſu ſuo ſubſtitutio erat vnita cum iure accreſcendi: & tamen tenet non eſſe locum tranſmiſſioni. Addo ꝙ contra hanc ſeptimam coniecturam tenet Pau. de Caſt. in l. ſi quis hæres col. 2. poſt med. verſi. ſed ſi deceſſiſſet. ſupra, de acq. hæred. vbi pro hac opin. dicit eſſe caſum in d. l. qui patri, ſecundum communem intellectum. ſ. de acqu. hære.

347 † Si tenemus communem intellectum ad d. l. qui patri, ꝙ ibi ſubſtitutio pupillaris fuit extincta ꝑ mortem ſubſtituti ante pupillum, & ꝙ ſolum tranſmittatur ius accreſcendi, ſine dubio ille tex. non probat, ſi autem tenemus intellectum Bald. quem ibi ſequitur Pau. de Caſt. quod ſubſtitutio pupillaris non ſit extincta, ſed tranſmiſſa propter vnionem iuris accreſcēdi: adhuc non videtur probare, quia illa tranſmiſſio fit, vt pupillus habeat hæredem, ideo ceſſante iſta cauſa, vt quia pupillus haberet alios ſubſtitutos, non fit tranſmiſſio: vt ibi habetur, & per Iaſon. in l. qui plures. circa princip. ſuprà de vulgar. Sed iſta ratio ceſſat in caſu noſtro, in quo teſtator iam habuit hæredem: neq; timor eſt ab inteſtati cauſa.

Eadem ratione non videtur probare tex. in d. l. qui ex duabus, in prin. nam ibi fit tranſmiſſione aliàs decedat teſtator inteſtatus pro parte cōditionali: & magis ibi admittitur iure accreſcendi, quam inſtitutionis ſecundum glo.

348 Præterea dico, † ꝙ d. l. qui patri. ſolum procedit in pupillari ſubſtitutione, quia hæreditas pupilli dicitur pars hæreditatis paternæ. & hæres qui adiuit ex teſtamento patris, adeundo videtur ſe obligaſſe acceptando portionem, aut hæreditatem pupilli. l. quidam eulogio. C. de iure delib. & in hoc conſiſtit ratio. d. l. qui patri, ſecundū Pau. de Caſt. ibi, & in cōſi. 114. procedendo breuiter, in quinto dubio. lib. 1. vbi dicit, ꝙ ceſſat d. l. qui patri. in hærede ſubſtituto, qui non adiuit. Idem tradit Bal. in conſi. 9. factum tale eſt, fortiſguerra. column. 2. lib. 2. latius in conſi. 28. non credo. libr. 4. vbi ꝙ d. l. qui patri. non habet locum in ſubſtituto, qui fuit inſtitutus in re certa, & ſic qui hæreditatem adire non poteſt, per quam aditionem obligetur ad acceptandum pupillarem ſubſtitutionem, quæ ratio ceſſat in fideicommiſſo, ꝙ acceptare quis non cogitur.

349 Octaua coniectura † traſmittendi fideicommiſſū conditionale ad hęredes ſumitur, quando aliàs ſequeretur abſurdum, ꝙ minus dilectus eſſet melioris conditionis, quàm magis dilectus. Iaſ. in conſi. 52. col. fi. verſi. quarta coniectura. lib. 3.

Similiter quando teſtator voluit, ꝙ ſubſtitutio facta de perſona minus dilecta tranſmittatur ad hæredes, à fortiori cenſetur voluiſſe, ꝙ tranſmittatur ſubſtitutio facta de perſona magis dilecta: Curtius iun. in conſi. 16. colu. 3. poſt med. verſi. ſed quid fortius, vbi appellat hanc coniecturam fortiſſimam. arg. l. publius. §. fi. ff. de cond. & demon. Idem tenet Gozadi. in conſi. 29. col. 2. poſt med.

Sed iſta coniectura non procederet, quando ratio diuerſitatis afferri poſſet quamobrem voluerit teſtator tranſmitti ad perſonam minus dilectam: per ea quæ ſcripſi in conſi. 67. obſeruandum eſt etiam ſententiam dictam per Senatum illuſtrem Gratianopolitanum contra illud conſil. meum 67. quod ipſum ideo non tacui, quo iudicium facturus in materia trãſmiſſionis acuratius rem ſecum examinet religioni ſuæ proſpiciens. pro veritate enim certandum, non gloria.

350 Nona coniectura † quando cõditio reſpicit commodum, & fauorem fideicõmiſſarij: nam tunc tranſmittit fideicõmiſſũ ad hęredẽ: puta ſi hęres extraneus rogatur reſtituere filio teſtatoris, cum ad annos ſexdecim peruenerit, filius decedens ante id ætatis tranſmittit ad hæredes. l. Seius Saturninus. infrà ad trebel. quem tex. ad hoc citat Crotus in l. 1. col. 14. in prin. verſi. & ſic ex prædictis pater, & ibi Iacob. Nigri colum. 25. in princ. ſuprà eod. Sed aduerte: quia iſto caſu fideicommiſſum non dicitur conditionale ex quo apponitur tempus fauore fideicommiſſarij: vt dicitur in d. l. Seius. in fi. quia tutela magis fiduciario hæredi, &c.

351 † Decima coniectura quãdo parem affectionem teſtator habuit ad filios ſubſtituti, ac ad ipſum ſubſtitutum. Fulgo. in conſil. 15. proponitur, ꝙ montes. colum. 2. circa med. verſi. ſupereſt altera ſupra dubitatio.

352 † Circà præmiſſas coniecturas aduertendum eſt, ꝙ vbi fit tranſmiſſio ex coniecturis, illa non impeditur ex eo, ꝙ fiat ſubſtitutio de ſuperſtitibus; nam licet vocentur ſuperſtites, aut ſuperuiuentes, tamen fit tranſmiſſio ad liberos eorum ex coniecturis. Cuma. in conſi. 13. Titius inſtituit Seium. ſequitur Deci. in conſi. 369. circà med. Iaſ. in conſi. 154. in fi. lib. 4.

Sed contrarium, ꝙ tranſmiſſio nõ fiat, tenet Curt. iu. in conſi. 69. quia coniecturæ nihil operantur, quã ratio recti ſermonis nõ patiť, ſed rõ recti ſermonis nõ patiť, ꝙ veniant filij hæredũ, vbi ſuperſtites vocãtur. Idẽ tenet Iaſ. ſibi contrarius in conſi. 29. in fi. & in cõſ. 52. col. 3. in prin. lib. 3. allegat Bal. in cõſi. 435. punctus ſuper quo petitur conſilium exiberi in fi. lib. 4.

Sed Bald. in d. conſi. 435. loquitur cum dictione, præſertim, ꝙ tranſmiſſio non fit præſertim, quando teſtator ſubſtituit ſuperuiuentem. Sed non inficiatur eam fieri, vbi concurrent coniecturę. Similiter non videtur obſtare ratio Curtij iunioris, ꝙ ratio recti ſermonis non patitur tranſmiſſionem, quia ea attenta nunquam fieret tranſmiſſio; nam ſi teſtator vocat Titium ad fideicommiſſum, nomen Titij non conuenit eius filijs: & tamen tranſmiſſio nõ impeditur.

Secundò conſidero contrà rationem Curtij, nam ſi nomen vocati conueniret eius hæredibus, venirẽt hæredes ex propria perſona non iure tranſmiſſionis.

353 † Tertio conſidero contra Curti. ꝙ vbi conſtat de mente teſtatoris receditur à proprietate verborum. l. non aliter. infrà de leg. 3. cum ſimil.

354 † Dictum tamen Curtij iunioris poſſet procedere, quando fieret mentio de ſuperſtitibus cum dictione repetitiua: puta ſi in præcedentibus fit mentio de fratribus, deinde dicitur, ꝙ vno eorum decedente ſine liberis, bona deueniant ad alios ſuperuiuentes: quia
355 dictio, alios, † eſt repetitiua eiuſdem qualitatis. Alexand. in conſil. 204. lib. 2. ſequitur Deci. in conſil. 182. colum fin. circa med. Sed iſtud procederet in caſu dubio, quando non apparerent aliæ coniecturæ in contrarium, quia dictio, alios, non ſemper importat ſimilitudinem, imo quãdoq; diuerſificat ſecundũ ſubiectam materiam: in auten. vt defunct. funera. in prin. ibi, milites congregare, & alios ſeruos, & tamen ſerui non ſunt milites, vt ibi gloſ. notat. Ad idem text. in §. oportet. vbi glo. in verſic. alia de defen. ciui. in l. ſi quis poſthumos. §. ſi filium. vbi Iaſ. in primo nota. ſuprà de liber. & poſthum. tradit Deci. in c. ſedes in fine de reſcrip. & alibi ſæpe Doct. Præterea argumentum, aut ratio Alexand. & Dec. ſolum facit, ꝙ liberi non dicantur vocati, ſed tantum fratres ſuperuiuentes; ſed non impedit quominus veniant ex iure tranſmiſſionis ſtantibus coniecturis, & attenta ratione Alexand. & Decij ſequeretur, ꝙ vbi aliquis ſubſtituitur nomine proprio, nunquam trãſmitteret: quia ipſe tantum vocatus eſt.

356 Præmiſſæ autem coniecturæ ad inducendũ † trãſmiſſionem fideicommiſſi conditionalis ſolum videntur procedere in fauorem liberorum non etiam extraneorum. Corne. in conſil. 180. multitudo. colum. 2. in fin. lib. 4. ſequitur Iacob. Nigri in l. 1. colum. 25. in princip. ſuprà eod. ſed iſtud non placet, & videtur contrà generalem Docto. doctrinam. nã Docto. ſimpliciter dicunt, tranſmitti fideicommiſſum conditionale ex coniecturis, & ex voluntate teſtatoris: quæ voluntas ita ſeruari debet erga extraneum, ſicut erga filium: licet facilius inducatur coniectura in fauorem filij, quam extranei. Secundò iſtud dictum videtur contra rationem, nam ſi apparent coniecturæ, ex quibus inducatur tranſmiſſio, quare induci non debet tranſmiſſio etiam in fauorem extranei. Porrò iſtud dictum Corne. & Nigri videtur quodãmodo deſtructiuũ, aut irritatiuũ voluntatis teſtatoris, vt laborandũ non ſit ad eã præſumendã, aut interpretandam, quoties fauor vertitur extraneorũ.

357 Secundo non procedunt † memoratę coniecturę ad inducendũ, aut præſumendum tranſmiſſionem fideicommiſſi conditionalis quoties ſubſtitutus eſt de liberis in cuius præiudiciũ nõ eſt preſumendũ voluiſſe teſtatorem fideicõmiſſum conditionale tranſmitti. Soci. in d. l. hæredes mei. §. cum ita colum. 6. poſt num. 13. per illum text. ſequitur Curti. iunior in conſi. 135. colum. 3. circà med. Addo Soc. in d. conſi. 6. colum. 3. in fin. lib. 3. Sed iſtud non placet
358 † quando ageretur de tranſmittendo etiam ad liberos, quia victoria non fit à pari. l. non ſolum. ff. de ritu nupr. & qua ratione teſtator prætulit inſtitutum ſubſtituto, eadem videtur prætuliſſe ipſius inſtituti deſcendentes.

359 Tertio nõ procedunt † præmiſſę cõiecturę, quãdo ſubſtitutus moritur viuo teſtatore: nam tunc non fit tranſmiſſio ex coniecturis: quia deficit fideicommiſſum, & caducum efficitur, & remanet penes hæredem, niſi ſit datus ſubſtitutus, aut coniunctus. l. vnica. §. pro ſecundo. C. de cadu. tollen. nec poteſt tractari de tranſmiſſione: quia in perſona ſubſtituti nũquam fuit cauſata aliqua ſpes fideicommiſſi. Curti. iunior in conſi. 96. colum. penul. nam quando moritur ſubſtitutus viuo teſtatore, nullum ius habet, ꝙ poſſit tranſmittere. ideo glo. hic voluit, ꝙ etiam fideicommiſſum vniuerſale purum non tranſmittatur ante aditam hæreditatem: quaſi nullum ius habeat fideicommiſſarius. licet gl. reprobetur communiter: quia imo ius habet, ſcilicet cogendi hæredem, vt adeat per officium iudicis, quod tranſmittitur. l. non ſolum. ff. de reſtit. integ. de qua etiam limitatione dictum eſt ſuprà num. 314.

In quarta glo. ibi, ſed ſecundum hoc quare dicit, gloſ. per modum quæſtionis, aut interrogatorij format oppo. contrà rationem text. nam hoc præſuppoſito, quod ſuprà concluſum eſt, ꝙ fideicõmiſſum conditionale non tranſmittitur, ſiue ſit vniuerſale, ſiue particulare: ratio text. ꝙ ideo non tranſmittitur, ſed à patre retinetur: quia ex perſona patris fideicommiſſum vires recepit, non videtur bona, neq; generalis, neq; neceſſàriò concludens: quia præſupponit à contrario ſenſu, ꝙ ſi fideicommiſſum non recipiat vires ex perſona patris, ſed filij, vt quia relinquatur

extraneo

extraneo poſt mortem patris: tunc tranſmittatur, & non retineat per patrem præmortuo extraneo: quod tamen eſt falſum, quia vt antè eſt dictum, fideicommiſſum, aut legatum conditionale non tranſmittitur regulariter niſi ex coniecturis, & ſic iſta ratio tex. non concludit, neq; eſt neceſſaria: cum idem iuris ſit ea ceſſante. Glo. ſoluit, aut reſpondet duobus modis; primo, ꝙ ſubaudienda eſt dictio, maximè, & ſic fatēdo, ꝙ idem eſt in caſu contrario, quando ſumit fideicommiſſum vires ex perſona filij.

Iſta prima ſolutio glo. reprobatur per Batt. & Doct. communiter, quia eſt contra mētem literę, quæ voluit diuerſum eſſe in caſu contrario, quando fideicommiſſum capit vires ex perſona filij, quæ mens ſecundum Bar. colligitur ex illatione, quæ fit in verſi. & ideo. vbi infertur concluſio, ꝙ fideicommiſſum conditionale relictum filio à patre, non tranſmittitur. Secundò colligitur iſta mens ex ratione ſecunda poſita in fine legis, propter quam rationem ponitur ipſa illatio, & concluſio; nam ſi idem eſſet in fideicommiſſo conditionali relicto extraneo, quorſum attinebat inferre talem concluſionem, & eam fundare ſuper ipſa ſecunda ratione? Itaque poſitio, aut illatio talis concluſionis ratione prædicta roborata mētem tex. aperit, ꝙ aliud ſit in extraneo. Sed hic aduerte, dum Bar. debet hanc concluſionem, aut illationem poſitam propter ſecundam rationem poſitam in fine legis; nam hoc modo illatio fiet ex ſequentibus, cum ex præmiſſis fieri debeat. Solutio, ponderandum eſt dum Bar. dicit, ꝙ ponitur illatio propter ſecundam rationem poſitam in fine legis; nam iſtud verbum, ſecundam, præſupponit aliam, & primam rationem præcedere; nam in præcedentibus poſita fuit ratio contraria, ꝙ trebellianica detrahitur de fideicommiſſo extranei: quoniam tenetur pater ex perſona filij, ſecus in fideicommiſſo relicto filio: quia ceſſat illa ratio. Ex hoc, quia ceſſat illa ratio infertur ad concluſionem, in qua exprimitur ratio, quæ iam tacitè innuebatur, & hoc modo conſiderando fit illatio ex præmiſſis, quatenus ratio, quæ exprimitur iam tacitè innuebatur, & ꝙ iſte verſ. & ideo. veniat illatiuè ex præcedentibus, tenet Areti hic col. 15. verſi. præterea vltra ipſum dico.

Secundò modo ſoluit glo. ꝙ non ſit idē in extraneo, ꝙ in filio retento tamen eodem caſu text. ꝙ filius præmoriatur patri, extraneus autem fideicommiſſarius patri ſuperuiuat, quia iſto caſu pater non retinet, licet præmortuus ſit filius, aliud autem ſi etiam extraneus præmortuus ſit patri: quia & ipſe non trāſmitteret. Sed iſta ſolutio glo. laborat eodem morbo, quo prior, quia quo ad effectum iuris idem in extraneo, quod in filio contra mentem literę. gloſ. autem in hac ſolu. ſolum ponit differentiam in accidentia facti: in iure autem, aut in ratione iuris nulla eſt differentia data paritate facti, ꝙ vterq;, aut præmortuus ſit, aut ſuperuixerit. Ideo dicere, ꝙ aliud ſit in extraneo, quando ipſe ſuperuiuit patri, non eſt inducere diuerſitatem iuris inter filium, & extraneum, ſed tantum diuerſitatem facti, quæ nihil ad rem. Iaſ. hic nu. 133. dicit ſe reprobare hanc ſecundam ſolu. glo. quia ſecundum eam termini non eſſent pares. Sed certè iſta reprobatio non eſt vltra Bar. imo Bar. eam tradit etiam infrà mediocritatem cogitanti.

Confutatis ſolutionibus glo. Iacob. de Are. dedit alium, & tertium intellectum, ꝙ tex. in ver. retenturum, non referatur ad proprietatem bonorum fideicommiſſi, ſed ad fructus tantum: quia in proprietate idem iuris eſt in extraneo, ꝙ in filio, ſic in proprietate ratio tex. non eſt bona: ſed in fructibus eſt diuerſi-
360 tas, quia † vbi pater rogatur reſtituere filio quicquid ſed cum peruenerit ex hæreditate, aut legato relictis filio, tenetur filio reſtituere etiam fructus. l. in fideicommiſſi. §. cum Pollidius. ff. de vſuris. ſecus in extraneo, cui fructus non debentur. l. ꝙ his verbis. infra de lega. tertio. Et ſi dicatur, iſte tex. nullo modo intelligi pōt reſpectu fructuum; nam loquitur quando grauatur pater erga filium: & tamen dicit eum retenturum, de reſtitutione autem fructuum quando filius ſuperuiuit, nihil loquitur. Reſpondet Iacob. de Are. verum eſſe, ꝙ expreſsè non loquitur, ſed tacitè ſic, referēdo rationem tex. ad caſum ſubauditum hoc modo veluti a contrario ſenſu, quando filius præmoritur; pater omnia retinet: ſecus ſi filius ſuperuiuit: quia tunc nihil retinet nequidē fructus; imo eos reſtituit; & adhunc caſum ſubauditum refertur ratio tex. quoniam ex perſona patris fideicōmiſſum vires recipit, idest ex voto patris, cuius votum eſt, vt filio quęrat. Ideo pater filio totum reſtituit, etiam fructus perceptos: ſecus quando valet fideicommiſſum ex perſona filij, quia rogatur pater reſtituere extraneo; nam tunc fructus non reſtituit, & hoc modo intelligēdo, ceſſat omnis difficultas: quia nulla inducitur diuerſitas iuris inter filium, & extraneum circa tranſmiſſionem fideicommiſſi conditionalis, quod neuter trāſmittit: tantum conſideratur diuerſitas circa fructus.

Iſte intellectus ſecundum Batt. eſt verus in ſe, ſed quoad hanc legem eſt omninò extraneus: cum nulla fiat mentio in hac lege de fructibus: ob id extraneum omninò videtur intelligere principale ꝓ acceſſorio. Secundo non poteſt conuenire iſte intellectus huic legi: quæ intelligitur etiam in ſeruo. Sed votum domini non eſt, vt quęrat ſeruo: & abſurdum eſſet dicere, ꝙ vbi dominus grauatur reſtituere ſeruo poſt mortem ipſius domini, teneatur reſtituere etiam fructus; cum nō militet ratio naturalis affectionis, quæ militat in patre erga filium. Tertio extranea nimis videtur expoſitio, ex perſona patris, id eſt ex voto, & affectione patris, & ſecundum hanc expoſitionem videretur pendere fideicommiſſum à voluntate patris: & ſic militant argumenta ſupra facta contra expoſitionem glo. ex perſona patris, ideſt ex voluntate, & Batt. circa hunc intellectum Iaco. de Are. ſequi videntur Doct. communiter.

361 † Infertur ex hoc intellectu ampliatio ad tex. in dicta. l. in fideicommiſſi § cum Pollidius. vbi dicitur, ꝙ reſtituuntur fructus quādo relinquit̄ fideicommiſſum filio teſtatoris, per verba vniuerſalia, quicquid ad rogatū peruenerit de bonis ipſis teſtatoris, vt procedat etiam in filio hæredis grauati, quando grauatur quis reſtituere filio ipſius grauati per rationem prædictam: quia naturale votum parentis eſt, vt filio acquirat. l. ſcripto. ff. vnde liberi. l. nihil. §. faciliot. ff. de bonis liber. cum ſimil.

362 † Sed iſta ampliatio procedit, quando filius fuit inſtitutus, & grauatus pr̄ reſtituere filio quicquid ad eum peruenerit ex hæreditate, aut legato filio relictis: nam tunc veniunt fructus propter geminatam voluntatem teſtatoris, qui filium bis vocauit per reſtitutionem, & per fideicommiſſum: ſecus quando filius ſolum eſſet honoratus titulo fideicommiſſi, ſecundū Imol. hic, quem ſequitur Alex. col. 8. in fi.

363 † Sed Ripa hic num. 61. etiam in filio hæredis bis vocato iſtud non admittit, quando pater eſſet rogatus reſtituere poſt mortem ſuam: quia iſta dilatio in tempus mortis, cenſetur appoſita fauore patris grauati, quo interim lucretur fructus. Itaq; procedit ampliatio ſecundum Ripam, quando pater ſimpliciter grauatur reſtituere filio: quo caſu cenſetur dilatum fideicommiſſum in tempus exiſtentiæ ſui iuris: & ſic dilatio cenſetur appoſita fauore ipſius filij, & iſta limitatio Ripę poteſt cōprobari per tex. in l. ſcimus. §. cum autem. C. de inoffi. teſtam. & in l. liberto. §. filium in fi. ff. de ann. lega. ponderando, quod deciſio text. ibi fundatur, quia pater voluit conſulere infirmitati

mirari filij: & quod aliàs ſecus eſſet.

364 † Areti. autem hic col. 13. in fi. ſimpliciter tenet, ꝙ text. in dicto. §. cum Pollidius. non procedit in filio hęredis, licet filius fuerit inſtitutus, quia ſi ratio, cur veniant fructus ſecundum Iacob. de Are. & ſequaces fundatur in voto, & affectione naturali parentis ergà filium, idem deberet eſſe, etiā vbi filius nō inſtituitur, quia militat ratio charitatis paternæ: & tamen quādo filius non inſtituitur, non veniunt fructus ſecundū Cuma. Imo. & Alex.

Sed ſuſtinendo iſtam ampliationem, ꝙ imo d. §. cum Pollidius. procedat in filio hęredis inſtituto, cui pater grauatus eſt reſtituere, reſponderi poteſt ad rationem Areti. ꝙ licet ratio charitatis paternæ pariter militet in vtroq; caſu, & conſideretur iſta ratio per Iacob. de Are. & Bartol. tamen Docto. tenentes hanc amppliationē in filio hæredis inſtituto, non eam probant in iſta charitate, aut affectione, ſed in geminata voluntate teſtatoris erga filium bis vocatum. Nam charitas hæredis erga filium nihil facit, cum hæres non diſpoſuerit, ſed affectio, & charitas conſideratur teſtatoris diſponētis: nam quod fructus veniāt vel non, hoc dependet à voluntate teſtatoris,
365 non ſ hæredis: cuius voluntas eſt, vt minus grauetur, quam ſit poſſibile. l. quod in rerum. §. qui vſumfructum. infrà eo. l. Titia. §. qui inuita. infra tit. 1. l. nummis. infrà tit. 2. cum ſimil.

366 † Circà quartum intellectum Bar. intētio Bar. fuit, ꝙ tex. non conſtituat differentiam inter filiū, & extraneū circa tranſmiſſionem fideicōmiſſi conditionalis in terminis huius legis: imo nulla ſit differentia: ſed ꝙ voluerit tex. remouere dubitationem, an ſaltem filius potuerit tranſmittere: quaſi cenſeatur pater rogatus, vt nudus miniſter, aut merus executor, ad ꝙ remouendum dicit tex. non cenſeri patrem rogatū, vt merum executorē, ex quo vires accepit fideicomiſſū ex perſona patris. q. d. ſecus ſi pater acciperet ab extraneo prius honorato, & rogaretur reſtituere ipſi extraneo: nam tunc extraneus tranſmitteret, nec pater retineret: quia non acciperet fideicōmiſſum vires ex perſona patris, & ſic Bar. vult, ꝙ ſit differētia inter fideicōmiſſum relictum filio à patre, quādo pater accepit à filio, & fideicōmiſſum relictū extraneo, à quo pater accepiſſet: vt quia extraneus fuerit inſtitutus, & ab eo pater acceperit, & rurſus grauatus pater reſtituere poſt mortē ſuam ipſi extraneo, nā primo caſu pater dici non poteſt grauatus, vt nudus miniſter, aut merus executor: cū hæreditas fuerit ſibi quæſita: ideò fideicōmiſſum capit vires ex perſona ipſius patris: nil mirum ſi deficit filio præmortuo, ſed in ſecundo caſu fideicōmiſſum nō capit vires ex perſona patris: cū ſit pater, vt nudus miniſter, aut merus executor: ideo non dicitur fideicōmiſſum cōditionale: cū nulla ſubſtātia fideicommiſſi fundenır in perſona patris: imo iam pertineat res, aut hæreditas ad extraneū inſtitutum, & iura omnia hæreditaria in eū trāſlata ſint, ſed reſtitutio faciēda per patrem dicitur quædā executio tantum, conſequenter extraneus præmoriens tranſmittit ad hæredem ius illius executionis faciendæ, & ius hæreditatis, quod iam radicatum in perſona ipſius extranei.

Circà iſtum intellectum Bar. aduertendum eſt ad plura: & primo, ꝙ non poteſt cōuenire textui noſtro in terminis, in quibus loquit̄, videlicet quādo inſtituto filio pater eſſet grauatus reſtituere extraneo poſt mortem ipſius patris: quia tunc extraneus præmoriens pendente conditione non tranſmitteret. l. vnica. §. ſin autem aliquid ſub conditione. C. de caduc. tollen. Rurſus conuenire non poteſt intellectus Bart. terminis huius legis circa extraneum: quia retentis terminis huius legis, quod filius ſit inſtitutus, dici non poteſt, quod pater grauatus erga extraneum dicatur nudus miniſter, aut merus executor in fauorem extranei: quia hoc modo neceſſe eſſet præſupponere, quod in extraneum iam eſſent tranſlata iura, aliàs ſi iura non ſint apud extraneum, ſed transferri debeant per patrem, impoſſibile videtur, ꝙ pater ſit merus executor, ex quo apud eum ſunt iura, quæ transferri oporteat, ſed in terminis huius legis nulla iura ſunt apud extraneum: cum ipſe inſtitutus non ſit, nec pater ab extraneo quid acceperit.

Tertiò, quod non conueniat intellectus Bar. huic legi reſpectu extranei, fatetur ipſemet Bar. dum dicit, quod reſpectu extranei rogatus cenſetur, vt nudus miniſter, quādo rogatus eſt dare extraneo, quod ipſi extraneo eſſet relictum: ſed in hac lege non rogatur pater dare extraneo, quod ipſi extraneo eſſet relictū, ſed quod relictum erat filio, aut ſeruo.

Quartò, ꝙ iſte intellectus Bart. non conueniat terminis huius legis reſpectu extranei, not. Alexan. & Iaſ. hic. Sed vltra. Iaſ. iſtud notauit Areti. colum. 15. verſi. præterea, vltra ipſum dico. vbi Areti. debet, ꝙ ſecundum intellectum Bart. verſi. & ideo, qui venit illatiuè ad verſic. deniq;, non bene inferret, quia in ver. deniq;. ponitur differentia, vtrum inſtituto filio rogetur pater reſtituere ipſi filio, vel extraneo, nec ponitur aliquis caſus, quando extraneus eſſet inſtitutus, ideo in ſecundo membro intellectus Bart. quando prius eſſet relictum extraneo, non poſſet fieri illatio ex præcedentibus, ſed fieret illatio ex caſu non poſito in lege: ꝙ eſſet abſurdum; nam illatio tex. debet intelligi retento ſemper eodem caſu, quando filius fuit inſtitutus.

Ripa tamen hic nu. 62. vt iſte intellectus Bar. conueniret terminis huius legis, intelligit iſtum intellectum Bart. ſecundum terminos huius legis, quando pater grauatur reſtituere, vel filio inſtituto, vel extraneo, & ꝙ Bart. velit rationem text. poſitam ſolum ad remouendum dubitationem, quare pater nō cenſeatur grauatus, vt nudus miniſter, quia fideicōmiſſum ex perſona patris vires accepit: non autem poſita eſt ratio ad denotandum aliud eſſe, quando grauatur pater erga extraneum, vt non retineat, eo ꝙ capiat tunc vires ex perſona filij. imo magis tunc retinet: cum non poſſit grauari, vt nudus miniſter. Sed Ripa intelligit Bar. per inuerſum. Nam Bar. in ſuo intellectu clarè vult eſſe differentiam, quando rogatur pater reſtituere filio, & quando extraneo, dum loquitur aduerſatiuè circa perſonam extranei: & tamen ſecundum Ripam nulla eſſet differentia inter eos.

Secundò Ripa vult vnum in hac ſua conſideratione, ꝙ eſt contra omnes, ꝙ vbi rogatur pater erga extraneū, minus dici poſſit rogatus, vt nudus miniſter, quam vbi rogatur reſtituere filio inſtituto: & tamen contrarium videtur verius: quia filius acquirit omnia patri: ob id non poteſt cōſiderari pater, vt nudus miniſter, ſi quæſitum ius habet, vt ſuprà vidimus, quę ratio non militat erga extraneum.

Tertiò Bart. reprobat ſecundum intellectum glo. quia eo attento nulla eſſet differentia inter filium, & extraneum data paritate caſus: & tamen intelligendo intellectum Bartol. vt Ripa intelligit, incideret Bartol. in eandem damnationem, quia nulla eſſet differentia inter fideicommiſſum relictum filio, & extraneo.

Quartò iſte verſicu. & ideo, & ratio ſequens veniunt illatiuè ex verſicu. deniq;, vbi fit differentia inter filium, & extraneum, quod ipſum Bartol. conſiderauit, & ſic tex. voluit inferre ex illa differentia: & tamen ſecundum Ripam Bar. intellexiſſet illationem ſonare in identitatem.

Secundò aduertendum contra iſtum intellectum Barto. vltra, id ꝙ non conuenit huic legi reſpectu

extra-

extranei, laborat eo morbo, quo intellectus ſecundus glo.qui reprobatur à Bar. & doc. quia ſolum diuerſificat accidentiam caſus, aut facti, non diſpoſitionem iuris. Nam etiam intellectus Bar. diuerſificat factum, non ius. Quia loquitur Bar. quando extraneo prius eſſet relictum, & ab eo pater acciperet, deinde grauaretur pater erga extraneum: qui caſus non ponitur in hac lege. Sed retento eodem caſu, ꝙ inſtituto filio rogetur pater erga extraneum, nulla eſt iuris diuerſitas. & ita contra Bar. arguit Iaſ. hic col. 26. in fi, ſed ante eum ita arguit Soci. ſuper iſta glo. in ver. retenturum.

Sed iſtud arg. Iaſ. non procedit. quia Bar. non conſiderauit identitatem facti, quando filius inſtituitur, & rogatur pater reſtituere ipſi filio, vel extraneo: ſed conſiderauit Bar. quando pater ita accipit à filio, ſicut ab extraneo prius honorato, deinde rogatur reſtituere eidem filio, aut extraneo, vt tunc ſit differentia: quia erga filium non poteſt conſiderari vt nudus miniſter: ſecus erga extraneum Bene fateor, ꝙ Bar. in ſuo intellectu variat caſum reſpectu extranei: & eo nomine reprobatur Barto. intellectus.

Sed conſidero, dici poſſe deffendendo Bar. ꝙ imo Bar. nō variet caſum, ſed loquatur retēto eodē caſu, ꝙ filius ſit inſtitutus, & in eodem teſtamento relictū aliquid extraneo, à quo pater illud acceperit, & grauatus ſit pater eidem extraneo reſtituere. nam iſto caſu fideicommiſſum non capit vires ex perſona patris, ſed filij: ideo pater non retinet, non quia extraneus tranſmittat fideicommiſſum conditionale: quia nullum eſt fideicommiſſum conditionale, cum cenſeatur pater grauatus tanquam nudus miniſter.

Tertiò contra Bar. arguit Are. hic col. 15. ꝙ iſte intellectus Bar. videtur de indubitabili, ꝙ ideo pater retinet fideicommiſſum filio præmortuo, quia vires ex perſona patris accipit: & ſic quia grauatus non dicitur vt nudus miniſter. nam cui dubium. ꝙ pater non cenſetur grauatus, & nudus miniſter, cum id fieri nō poſſit, ex quo filius acquirit patri: itaq; non eſt veriſimile, quod tex. voluerit remouere dubitationem, an filius potuerit tranſmittere: quaſi ius fideicommiſſi, aut hæreditatis iam eſſet apud filium, & cenſeretur pater grauatus, & nudus miniſter, aut merus executor, cum id fieri non poſſet, ſed extra omnem eſſet dubitationem.

Quarto conſidero contra iſtum intellectum Bar. ꝙ etiam intelligendo prout ſuprà dictum eſt, ꝙ filio inſtituto relictum fuerit extraneo à quo pater acceperit, & rurſus grauatus ſit pater illud reſtituere extraneo: Bar. vult, ꝙ pater non retineat extraneo præmortuo: quia fideicommiſſum vires recipit ex perſona filij. nam oportet ita intelligere Bar. vt ratio tex. neceſſario concludat à cōtrario ſenſu. Sed tunc ratio ſtare non poteſt: quia non eſt verum, ꝙ fideicommiſſum vires capiat ex perſona filij. nam ſi extraneo prius relictum eſt, & ab eo pater accepit, & pater ſit nudus miniſter, ergo radicatio, aut acquiſitio iuris remanſit in extraneo: neq; naſci obligatio amplius poteſt ex perſona filij.

Quintò conſidero contrà Bart. ꝙ ſi intelligamus Bart. loqui, quando filius non fuit inſtitutus, ſed extraneus, à quo pater accipiat, & grauetur pater extraneo ipſi reſtituere, intelligentia Bart. quo ad extraneum nullo modo poteſt conuenire textui noſtro, in quo præſuponitur à contrario ſenſu patrem non retinere quādo fideicommiſſum capit vires ex perſona filij, & ſic tex. præſuponit aliud eſſe in caſu contrario. ſed ita intelligendo non poteſt cadere iſte intellectus: quia non poteſt valere fideicommiſſum ex perſona filij non inſtituti.

Sextò contrà Bar. Areti. hic col. 55. adducit tex. in l. epiſtolam. §. fin. infrà ad Treb. vbi mater fuit grauata reſtituere filio inſtituto, à quo acceperat: & tamen non cenſetur grauata vt nuda miniſtra, aut mera executrix; cum dicat tex. fideicommiſſum valere, ſed in 367 perſona † executoris non valet fideicommiſſum: quia executor non obligatur, nec obligari, aut grauari poteſt, cum non ſit honoratus. l. ab eo C. de fideicom. & quando executor grauatur, attribuitur grauamen hæredi. vt no. Barto. in l. alio. infrà de alimen. & cib. leg. Neq; obſtāt ſecūdum Aret. iura allegata per Bar. quia in eis non cenſetur quis grauatus vt merus executor, quia acceperit ab eo, cui rogatur reſtituere: quia hoc ſolum non videtur ſufficere: imo in eis concurrebant duo, ex quibus iſtud argueretur: primum, ꝙ in reſtitutione ſecundo loco facienda teſtator vſus non eſt verbo legati, aut fideicommiſſi. ſecundum, ꝙ efficacius eſt, quia teſtator voluit primo legatario præſtari vſuras legati pendente termino reſtitutionis. imo in vno ex illis iuribus voluit primum legatariū ali. itaq; cum pendente adhuc termino voluerit teſtator primum legatarium commodum percipere ex legato, non eſt mirum, ſi cenſetur conſtituiſſe, & grauaſſe ſecundum legatarium tanquam nudum miniſtrum, aut merum executorem

Ex quibus apparet ꝙ iſte quartus intellectus Bar. nullo modo poteſt ſuſtineri arguendo à ſufficienti partium enumeratione. quia, aut ponimus caſum in extraneo, ꝙ ipſe extraneus eſt inſtitutus, à quo pater accepit, & rurſus grauatus ſit pater reſtituere ipſi extraneo: & tunc non conuenit huic legi aliquo modo, vt abundè monſtratum eſt, & vbi conueniret, non poteſt procedere dictum Bar. ꝙ pater cenſeatur grauatus vt nudus miniſter, per d. l. epiſtolam § fi. aut ponimus caſum, ꝙ filius inſtitutus ſit, & extraneo quid relictum, & ab extraneo patri, & pater grauatus ſit, illud idem reſtituere: & æquè non poteſt procedere iſte intellectus per dicta ſuprà.

Septimò iſtum intellectum Bar. impugnat Paul. de Ca. hic alio fundamento: quia Bart. vult, ꝙ vbi pater poſſet cēſeri grauatus erga filium vti nudus miniſter filius præmoriens tranſmitteret ad hæredem. nam ſi dubium, cur pater nō retineret, in hoc erat, quia cenſeretur grauatus pater tanquam nudus miniſter, ergo clariſſimè præſuponit, ꝙ pater non retineret ſi, vt nudus miniſter grauatus diceretur. Sed iſtud eſt falſum ſecundum Pau. de Ca. quia fideicommiſſum dicitur conditionale, licet relinquatur poſt mortem ſerui. l. quibus diebus §. quidam Titio. infra de condi. & demon.

Sed iſtud argumentum Pau. non videtur procedere, quando relinquitur fideicommiſſum poſt mortem executoris, ſecundū Areti. hic: qui tamen aliter non declarat: imo recedere videtur a reſponſione ſua. ſed dico ꝙ reſponſio Areti. videtur omnino vera, & neceſſaria quia apud executorem non eſt ius aliquod rei relictę, ſed tantum nudum miniſterium exequendi ius autem legati, aut fidicommiſſi reſidet in perſona eius, cui reſtitui debet ēt pendente termino. ſi reſidet ius, ergo conditionale fideicommiſſum dici non pōt: quia pendente conditione ius nullum competit. l. cedere diem ff. de verb. ſig.

368 Itaq; intellectus † Bar. licet reprobetur, ex eo tamen commodi nonnihil percipitur: id eſt ꝙ legatum, aut fideicommiſſum relictum poſt mortem executoris non dicitur conditionale, quando videlicet, relinquiter ei, a quo executor prius accepiſſet, præſupoſita reſidentia iuris apud primum legatarium. ſecus ſi relinqueretur poſt mortem executoris alicui, cui non ante relictum eſſet nam tunc conditionale dicitur, ex quo apud eum nullum ius radicatum eſt.

Octauò contrà iſtum intellectum Bart. arguit Soci. hic col. 12. nu. 25. ꝙ eſt diuinatiuus: quia præſuppoſit extraneum inſtitutum, aut extraneo aliquid relictum-

ctum extraneo, vel ꝙ extraneus fuerit inſtitutus:ſed
dicit Bart.ꝙ ex rõne tex. infertur aliud eſſe,qñ extra-
neo quid relictum eſſet,ꝙ pater rogatus eſſet accipe-
re,& eidem extraneo reſtituere.
369 † Quintum intellectum ad hanc legem poſuit Pau.
de Ca.hic,ꝙ illa differentia inter filium, & extraneũ
non fiat reſpectu tranſmiſſionis: quia neuter tranſ-
mittitur,ſed fit differentia reſpectu retentionis,per quẽ
retineatur tale fideicommiſſum,quod non tranſmit-
titur:nam ſi filio relictum ſit fideicommiſſum condi-
tionale,& ipſe præmoritur:ſine dubio pater illud re-
tinet: vt commodum fideicommiſſi deficientis re-
maneat ei,ad quem ſpectabat onus. ſin autem relin-
quitur extraneo,qui præmoriatur patri, ſuperſtite fi-
lio ſui iuris: tunc filius retinet, non pater. quia fidei-
commiſſum ex perſona filij vires accepit, & ſicut o-
nus fideicommiſſi,ſi nõ deficeret, pertineret ad filiũ,
ita,& commodum fideicommiſſi deficientis ad eum
debet ſpectare. quam rationem voluit glo. fi.
Iſte intellectus Pau. de Ca. directò repugnat dictis
Bart.in prin.iſtius glo.col.5.poſt med. verſ. venio ad
quartam partem. vbi arguendo contra rationem
tex.pro expeditione gloſſ.dicit,idem iuris eſſe, quan-
do relinquitur fideicommiſſum extraneo, quod eſt,
vbi relinquitur filio,ſed quando relinquitur filio, pa-
ter retinet:ergo idem, quando relinquitur extraneo.
Sed Alex.hic col. 11. in fi. ver. iuxta prædicta dicit
hic Pau.impugnat iſtum intellectum Pau. ꝙ imo fi-
lius non retinet,ſed pater: quia licet filius ſit ſui iuris,
tamen pater non dicitur nudus miniſter, cum non
cenſeatur grauatus vt nudus miniſter, ſed tanquam
commodum capiens ex diſpoſitione legis,& ex taci-
ta mente teſtatoris. ideo cũ non ſit nudus miniſter,
ceſſat ratio Pau. de Ca.& conſequenter eius dictum.
Sed aduerte:quia Paulus de Ca.non aſſignat rationẽ
relatam per Alexan. ꝙ pater cenſeatur grauatus vt
nudus miniſter.& licet dicat, ꝙ ideo pater non reti-
net,quia onus ad eum non ſpectat:ex hoc non ſequi
370 tur,ꝙ dicatur nudus miniſter:† quia licet obligatio,
aut onus fideicommiſſi ſumat initium in perſona fi-
lij,tamen pater non dicitur nudus miniſter: cum ha-
beat cõmodum pendente termino reſtituendi,& an-
tequam efficiatur filius ſui iuris.ꝙ cõmodũ non acci-
pit miniſter nudus.Bar.in l.ſi quis Titio. infra tit. 1. &
Alexan.hic col.11.poſt med.verſi. ex quo inferri põt.
Sed fundatur rõ Paul. ꝙ ideo filius retinet, quia ad
eum factum ſui iuris ſpectat onus fidicõmiſſi, ꝙ etiã
ex perſona ipſius filij vires ab initio receperat.
Secundò contra iſtum intellectum Pau.de Ca.ar-
guit Alex. retorquendo fundamentum ipſius Pau:
contra eum.Nã mouetur Paul.quia filius dicitur gra
uatus,& ad eũ onus fideicõmmiſſi pertinet: ergo, &
cõmodũ:ſed contrarium videtur verius, ꝙ imo perti-
371 neat † onus fideicommiſſi ad patrem etiam quã-
do filius tempore aditionis erat in poteſtate. l. ſi alie-
nus infrà tit. 1.l.à patre.infrà de lega.3.ergo etiã com
modum ſpectare ad patrem debet. Sed ad iſtud arg.
Alex. reſpondenit ſecundum Bar. ſuprà col. 3. poſt
med.ꝙ onus ſpectat ad patrem inſpecto rigore.quia
nominatim grauatus eſt ſed conſiderato effectu,ſpe-
ctat ad filium, aut ſeruum.ideo quando filius eſt ſui
iuris, ipſe tenetur ad fideicommiſſum. d. l.ſi alienus
quæ retorquetur contra Alexan. niſi dicas, ꝙ onus
ſpectat ad filium, quando hæreditas ſibi acquiritur:
quia adiuit factus ſui iuris: ſecus ſi fiat ſui iuris poſt
quæſitam hæreditatem patri.
Tertiò contra iſtum intellectum Pau. ponderat
Alex. doctri. Bart.hic col. 5. verſ.ſecundo conſueuit
dubitari.vbi dicitur,ꝙ filius factus ſui iuris admittitur
ad ſubſtitutionem factam per clauſulam, quiſquis
mihi hæres erit, &c. quia illa clauſula intelligitur de
hærede ſcripto, ſed filius dicitur hæres ſcriptus,ergo
à ceſſante ratione qñ non vocatur hæres ſcriptus,ſed
ſimpliciter fit ſubſtitutio,non videtur filius admitten
dus.Et ſic quod Alexan.adducit per modum reſpon
ſionis ad tollendũ contrarium, ego induco per mo-
dum oppoſitionis. Nam doctrina Barto. ſecundum
Alexan. videbatur facere cum opin. Paul. de Ca. ſed
ego eam aduco contra Pau. conſiderando vt ſuprà.
Sed ad iſtud reſpondetur retorquendo fundamen
tum.nam quia vocatus erat hæres ad ſubſtitutionem
& pater factus erat hæres per filium, videbatur pater
admittendus non filius factus ſui iuris: quia licet eſſet
ſui iuris,tamen hæres non erat, non tamen admitti-
tur pater:quia intelligitur ſubſtitutio de hærede imme
diato, & filius admittitur quia hæres ſcriptus, & im-
mediatus.ſed in caſu noſtro in retentione fideicom-
miſſi per filium, non obſtat aliqua ratio impeditiua:
quaſi competat hæredi tantum, & ipſe alium hære-
dem fecerit.Ita ꝙ ſi admittitur filius, vbi vocatur hæ-
res, à fortiori admitti debet ad fideicommiſſum de-
ficiens,cuius retentio omiſſa fuit à teſtatore, per quẽ
fieret.& ita dictum Barto.in d. ver. ſecundo conſue-
uit dubitari.adducit pro Pau.de Ca. Aret.hic col.pe-
nul. Iaſ.col.2.licet Iaſ.tradat reſponſionem Alex. eo ta
cito,nec aliter diſſoluat pro more ſuo.
Quartò contra iſtum intellectum Pau. de Ca. ar-
guit Soci.hic ꝙ videtur cõtra tex. arguendo à fortio-
ri. nam tex. in tertia parte dicit, ꝙ vbi fideicommiſ-
ſum ſumit vires ex perſona filij,quia relinquitur extra
neo,pater detrahit trebellianicam ex perſona filij, &
loquitur text generaliter, ſiue filius ſit ſui iuris, ſiue in
poteſtate.ſi detrahit trebellianicam,à fortiori retine-
bit fideicommiſſum. probatur iſta conſequentia à
maiori hoc modo: nam in detractione quartę opor-
tet patrem omnino vti beneficio filij hæredis ſcripti:
quia ex perſona ipſius patris detrahere non poteſt:
vt in hac l. & in l. militer §. ſi.infrà ad trebellia. & ta-
372 men † in retentione fideicommiſſi non vtitur pater
beneficicio filij,quia illud retineri poterit perſona ip-
ſius grauati,licet non ſit hæres:vt probatur in fi. huius
legis,& probatur in l.vni. §. pro ſecundo. & §. ſin au-
tem ſub conditione. C. de cad. tol. vbi fideicommiſ
ſum deficiens remanet apud grauatum,ſiue grauetur
hæres,aut legatarius,aut fideicõmiſſarius.idem proba
tur in l. ſi quis Titio. infrà titu. 1. quod ita verum eſt,
ſi initio grauamen tenet.alias contra.l.codicillis infrà
tit. 1. l.pater §. tuſculanus infra titu.2.
Ad iſtud argumentũ Soci.reſpondet Iaſ.hic col.7.
nu.139 ꝙ tex in tertia parte loquitur in fideicommiſ
ſo puro, in quo trebellianica ſtatim debetur nil mi-
rum ſi pater eam detrahit:cum duret poteſtas patria.
& in fine loquitur tex. in fideicommiſſo cõditionali,
in quo inſpicitur tempus exiſtentis conditionis. Ideo
ſi eo tempore filius ſit ſui iuris, filio acquiritur fidei-
commiſſum.Sed iſta ſolutio Iaſ.videtur contra gene
ralitatem huius tex.in tertia parte nam etiam in fidei
commiſſo puro fieri poteſt, ꝙ filius ſit ſui iuris ante
reſtitutionem fideicommiſſi:quo caſu ſecũdum Iaſ.
aut eius rationem detractio quartę ad filium pertine
ret: tamen iſtud videtur contra generalitatem tex.
qui ſimpliciter dicit trebellianicam à patre detrahi.
Secundo ſolutio Iaſ. ſolum diuerſificat caſus citrà
rationem diuerſitatis.nam inter fideicommiſſum pu
rum, & conditionale non videtur differentia circa
detractionem trebellianicę à filio faciendã,modo fi-
lius ſit ſui iuris tempore ipſius detractionis.
373 Ideo ad argu.Soc.aliter reſpondetur,ꝙ † ipſum ar
gumentum eſt falſum: quia vbi filius eſt ſui iuris
tempore reſtitutionis fideicommiſſi, & detractionis
quartæ, non debetur fidicommiſſum à patre effectu
conſiderato,ſed à filio.l.ſi alienus.infrà tit. 1. nam vbi
filius reperitur ſui iuris tempore aditionis hæredita-
tis,filio acquiritur hæreditas.d. l.ſi alienus l. ſi ſolus §.

fi.l.ſi

ſi.l.ſi quis hæres.in 2.reſponſo ſuprà de acqui.hær. l.5.
in ſi. infrà qñ dies leg. ced. Itaq; ſi filio commodum
quæritur hæreditatis, & onus fideicommiſſi ad eum
pertinet. nec vnquam cauſata fuit obligatio fideicõ-
miſſi in perſona patris: ergo detractio quartę ad ſiu-
um neceſſario pertinet, ad quem onus ſpectat fidei-
commiſſi. & ita cõtra Soci. tenet Soc. iunior hic ſu-
per glo. in ver. relictis. numer. 19. ideo nimium ani-
moſę Soci. ſenior firmauit pro indubitato, ꝙ vbi fi-
lius reperitur ſui iuris tempore reſtitutionis fideicom
miſſi, ipſe quartã non detrahat, & ꝙ nullus dicit eum
detrahere. nam imo tex. hoc volunt, ſi vel infrà mo-
diocritatem conſiderentur.
Quintò contrà iſtum intellectum Pau. de Caſt.
mouetur Soci. per text. in dicta. l. vnica §. pro ſecun-
do. & §. ſinautem ſub conditione. C. de cadu.tollen.
vbi dicitur quod fideicommiſſum deficiens remanet
penes legatarios, vel alios qui fideicommiſſo grauа-
ri poſſunt, ſed pater eſt huiuſmodi. ergo & c. ſed retor
quetur fundamentum contra Socin. nam pater gra-
uari poteſt: quia commodum ſentit ex tacito indicio
teſtatoris, & ex diſpoſitione legis vt ſupra vidimus,
ſed vbi filius reperitur ſui iuris, pater non amplius te-
netur. dicta. l. ſi alienus. cum ſimilibus ſupra adductis:
ergo remanere debet fideicõmiſſum deficiens apud
filium, ad quem ſpectat fideicommiſſi onus.
Sed efficacius vrgeret argumentum hoc modo,
in fideicõmiſſo conditionali grauamen videtur reſ-
picere ad perſonam patris, cui hæreditatis commo-
dum quęſitum eſt, licet tempore conditionis fidei-
commiſſi reperiatur filius ſui iuris: ergo ſi deficiat
fideicommiſſum, remanere debet apud patrem gra-
uatum. & iſtud argumentum fortiter videtur ſtringe-
re contra intellectum Pau.
374 Sextò contra intellectum Pau. de. Caſt. † adducit
Soci. text. in dicta l. ſi ſolus. §. fin. ſupra, de acquiren.
hæredit. à ceſſante ratione. nam ibi ſeruus fuit inſtitu-
tus pro parte purè, & pro parte ſub conditione dato
cohærede in parte conditionali: & adiuit partem, ſub
qua inſtitutus fuit purè. ſi eueniat conditio alterius
partis, poſtquam factus ſit ſeruus ſui iuris, illa portio
non accreſcit domino, ſed acquiritur ſeruo median-
te ſua aditione noua: quæ noua aditio eſt neceſſaria,
licet eueniat conditio ſeruo exiſtente adhuc in pote-
ſtate, vt domino quæratur portio conditionalis. & ſic
ratio illius text. quare ſeruo acquiratur facto ſui iuris
fundatur, quia in parte conditionali aditione noua
eſt opus. & cum de nouo adeatur, & tempore aditio-
nis ſeruus ſit ſui iuris, non eſt mirum, ſi ſibi acquiritur
ergo ceſſante ratione clarè videtur velle ille textus,
quod vbi noua aditio non eſſet neceſſaria, totum do
mino acquiretur, ex quo de tempore aditionis, per
quam acquiſitio fit, ſeruus erat in poteſtate. Sed in
tex. noſtro quando fideicommiſſum conditionale
relictum extraneo deficit, non eſt neceſſaria noua ali-
qua aditio: ideo remanere debet fideicommiſſum
deficiens apud patrem virtute aditionis iam factæ, ex
qua patri acquiſitum eſt ius.
375 † Sed iſtud argu. Soci. non procedit, dupliciter cõ-
ſiderando. primo ſi teneamus intellectum Pau. de
Caſt. ad illam l. ſi ſolus in §. 1. ꝙ procedat ille text. e-
tiam quãdo ſeruus non habet cohæredem: quo caſu
per vnicam aditionem efficitur ſtatim hæres inſoli-
dum: ſed portio conditionalis non quęritur ſtatim
domino: ſed expectatur conditio: qua eueniente ac-
quiritur ſeruo facto ſui iuris: & ſic noua aditio non
eſt cauſa, cur ſeruo acquiratur, imo quęritur etiam
ſine aditione noua.
Secundò reſpondeo, ꝙ tenendo intellectum gl.
ꝙ non procedat ille tex. quando ſeruus cohæredem
non habet, ſed tantum vbi habet cohæredem: quo
caſu noua aditio eſt neceſſaria. tamẽ ratio illius tex.
non fundatur in noua aditione, ſed quia res non eſt
in eodẽ ſtatu tpe euenientis cõditionis: cũ ſeruus ſit
ſui iuris, per quem domino non quæritur. quæ ratio
videtur procedere, etiam vbi noua aditione non o-
pus eſſet nam ſatis eſt, quod portio conditionalis ac-
quiri non potuit ex aditione iam facta ante euentum
conditionis: & ꝙ ea eueniẽte res non eſt integra, vt re
tro conditio trahi poſſit l. bonorũ ff. rem rat. hebe.
376 † Ex præmiſſis infertur, quod ratio Soci. ad l. 3. in fi.
ſupra, de vulga. quod ideo ibi ſubſtitutio pupillaris
acquiritur ſeruo facto ſui iuris, non domino quia in
ſubſtitutione requiritur factum ſerui, id eſt aditio, nõ
videtur bona: quia licet noua aditio neceſſaria non
eſſet, tñ adhuc dominus nõ admitteretur: quia licet ſit
hæres, non tamen eſt hæres ſcriptus, & immediatus,
qui ſolus vocatur ad illam ſubſtitutionem, vt ſępè in
præcedentibus eſt dictum.
377 † Septimo Soci. contra iſtum intellectum Pau. de
Ca. arguit. nam licet aliquid acquiratur patri, vel do-
mino reuocabiliter, & efficiatur filius, vel ſeruus ſui iu
ris, antequam irreuocabiliter acquiratur, tamen ex il-
la ſuperuenientia ſui iuris non priuatur pater, vel do-
minus iure iam quęſito, licet reuocabiliter l. 5. in fi. in
fra quan. dies leg. ced. vbi quando ſeruus cui legatum
eſt, efficitur ſui iuris poſt diem legati cedentem, non
aufertur legatum domino, cui iam quęſitum eſt licet
reuocabiliter. Sed reſpondet Soci. iunior hic ſuper
glo. in ver. relictis. col. 6. quod legatum ſolum erat
reuocabile ex voluntate domini, ſi vellet repudiare
nil mirum ſi domino aufertur. ſed in caſu de quo agi
tur. reuocatio iuris quęſiti domino non dependet ab
eius voluntate, ſed a caſu: ideo ſatis videtur, quod dies
retentionis fideicommiſſi deficientis ceſſerit poſt-
quam filius eſt factus ſui iuris.
378 Octauo contra iſtum intellectum † Pau. de Ca.
Soci. aducit text. in l. ſi filiusfamilias. cum ibi no. per
Bar. ff. de ver. obl. vbi quando filius ſtipulatur ſub con
ditione, acquiritur patri inſpecto initio, licet tempo-
re conditionis filius ſit ſui iuris. ergo idem quando
tempore aditionis filius eſt in poteſtate, licet tempo-
re deficientis fideicommiſſi ſit ſui iuris reſpondet So
cin. iunior vbi ſupra, quod illa l. ſi filius loquitur in
contractibus, in quibus conditio retotrahitur: ſecus
in legatis, & fideicommiſſis l. ſi fur. ff. de vſufruc. l. 1. §.
ſerui ff. ad Silla. ſed conſidera, quod retrotrahitio ali-
qua non eſt neceſſaria: cum ab initio acquiſitum ius
fuerit, licet reſolubiliter in conditionis euentum.
Nonò contra iſtum intellectum Pau. arguit Soci.
iunior ſuper glo. relictis numer. 22. nam defectus con
ditionis operari quid non debet in fauorem filij.
379 quia † vbi conditio deficit perinde eſt, ac ſi nun-
quam relictum eſſet fideicommiſſum: & ita remanet
apud grauatum: vt videtur probari in dicta l. vnica §.
ſinautem ſub conditione C. de cadu. tollend. tu dic,
quod iſtud probatur in l. pecuniam. in ver. perinde eſt
enim. vbi Paul. de Ca. & doct. ff. ſi cer. pet. & in l. ne-
ceſſario. ff. de peri. & commo. rei vend. & relictum ſub
conditione non dicitur relictum conditione deficiẽ
te l. 1. in princip. ff. de regu. Cato. ideo caſus conditio
nis defectę dicitur omiſſus. l. commodiſſimè. ff. de lib.
& poſthu.
380 Ad iſtud argu. reſpondet ipſemet Soc. † negando
paria eſſe aliquid omnino relictum non eſſe, vel ſub
conditione, quæ deficiat. quia vbi deficit conditio, re-
manet aliquod fideicommiſſum apud grauatum cũ
381 onere ſuo l. vnica. §. ne autẽ C. de cad. tollend † Sed
iſta reſponſio non videtur tollere argumentum: quia
in fideicommiſſo conditionali ſunt duo: vnum eſt
ipſum fideicommiſſum: quod vbi conditio deficit,
perinde eſt, ac ſi nunquam relictum eſſet. Secundum
eſt onus fideicommiſſo iniunctum puta quando fi-
deicommiſſarius conditionalis grauatur erga alium:
& iſtud

& iſtud onus etiam deficit quoad ipſum fideicom-
miſſarium: & perinde eſt, ac ſi nunquam relictum
eſſet: ſed non deficit quoad ipſum primum grauatum,
apud quem remanet fideicommiſſum defectū,
quando apparet de voluntate teſtatoris, quod voluit
onus impleri etiam defecta conditione. & ſic defe-
ctus conditionis ſolum reſpicit fideicommiſſum, nō
etiam onus ipſius fideicommiſſi. & ſi dicatur ſublato
382 † & deficiente fideicommiſſo videtur deficere, &
onus fidicommiſſo iniunctum. regu. cum principalis
ff. de reg. iuris. reſpondeo, quod regula non procedit,
quando in acceſſorio non militat rō, quæ in principali
l. & ſi is. vbi glo. & doct. C. de pred. mino, ſed in
onere fideicommiſſi non militat ratio ſublationis,
quæ in fideicommiſſo quando conſtat de voluntate
teſtatoris quod voluit tertio præſtari etiam fideicom
miſſo deficiente.

Secundo modo reſpondet Soci. iunior ad arg. ꝙ
licet conditione deficiente perinde videatur, ac ſi nū-
quam relictum eſſet: tamen ex relicto conditionali
conſtat, quod teſtator voluit amouere fideicommiſ-
ſum de hæreditate. Et licet cenſerit, quod in defe-
ctum conditionis eſſet hæredis; tamen debet intelligi
quod ſit hæredis ſcripti, ſi tunc reperiatur capax &
ſui iuris. & ſi reperiatur in poteſtate, quod acquiratur
patri per mediam perſonam filij, ſicut ab initio ac-
quiritur hæreditas.

Sed iſta reſponſio minus placet: primo dum dici-
tur cōſtare de voluntate teſtatoris, quod voluit amo-
uere fideicommiſſum de hæreditate, fateor conditio
ne eueniēte: ſecus ea deficiente: quia tūc cōſtat, ꝙ no
luit amouere: cū perinde ſit, ac ſi nunquā relictū eſſet.

Secundò dum dicit Soci. iunior, quod conditione
deficiente acquiritur fideicommiſſum patri, ſi filius
ſit in poteſtate: & ſi ſui iuris, acquiritur filio: fallitur. qa
defectus conditionis non operatur acquiſitionem
de nouo: imo cōditione deficiente remanet res apud
grauatum ex prima cauſa, non ex iure aliquo nouo.
Nam de nouo acquiritur coniuncto, vel ſubſtituto,
ſed vbi non datur coniūctus, aut ſubſtitutus, grauato
non acquiritur, ſed apud eum remanent. dicta l. vnica.
§. pro ſecundo. itaq; cum pater ſit grauatus, filius
autem non dicatur ſubſtitutus, neq; coniunctus fidei-
commiſſario conditionali, apud patrem remanere
debet fideicommiſſum deficiens, non filio acquiri.
383 † Decimò contra iſtum intellectum Pau. arguitur:
conditio nihil ponit in eſſe l. ſi quis ſub conditione
dandorum decem. ſupra, de conditio. inſtitu. ergo ex
fideicommiſſo conditionali filio acquiri non poteſt,
ſi conditio deficiat: quia alias multū operaretur ipſa
conditio etiam deficiens.

Vndecimò conſidero contra iſtum intellectum
Pau. de Caſtro. quod hæreditas iam quæſita eſt patri
per filium: nec patri aliquid aufertur niſi in euentum
conditionis, caſu quo eueniat conditio fideicom-
miſſi. & ſic quod patri acquiſitum fuerat purè, qua-
tenus alij relictum eſt per fideicommiſſum, efficitur
conditionale: quia ademptum patri ſub conditione
fideicommiſſi, ſub contraria conditione cenſetur da-
tum l. aliquando. in fi. infrà de condi. & demon. Si pa-
tri datur ſub contraria conditione, ergo non filio ni-
ſi dicas, quod intentio teſtatoris fuit darē patri ſub
contraria conditione durāte patria poteſtate: qua ceſ
ſante, voluntas potius fuerit dare filio prædilecto, &
quem inſtituit: & quod in partem collatus ſit ſermo
præſuppoſito effectu patriæ poteſtatis.

Ego puto. quod iſte intellectus Pau. de Caſt. magis
procedat ex æquitate, & voluntate teſtatoris, quam
ſtricto iure.
384 † Sed iſtum intellectum Paul. modificat Socin.
iunior vbi ſuprà, vt pater quandiū viuit, retineat.
Nam ſi fideicommiſſum non deficeret, pater in vita
retineret, licet efficiatur filius ſui iuris. Ideo abſur-
dū videretur, ſi deficiatur, patrem minus iuris obtine-
re. Aliud abſurdum, nam ſi fideicommiſſum relin-
quitur ipſi filio poſt mortem patris, illud non debe-
tur in vita patris, licet filius emancipetur, ergo multò
minus debebitur filio emancipato fideicōmiſſum re-
lictum extraneo, & deficiens.

Sed ad primum abſurdum reſpondeo, quod imo
abſurdum non eſt patrem plus iuris obtinere, quan-
do valet fideicōmiſſum in odium extranei, quā vbi
deficit: qa vbi deficit, ſi dicimus cōpetere filio, nō vē
abſurdū, filio ſtatim deberi: cum à teſtatore fuerit præ
385 dilectus. † Et ſi fuiſſet teſtator interrogatus de iſto
caſu; veriſimiliter idem reſpondiſſet: ideo pro expreſ
ſo haberi debet. gloſ. in l. tale pactum. §. fina. ff. de pa-
ctis. cum cæteris id genus.

Ad ſecundum abſurdum reſpondeo, quod illud
ceſſat tenendo opinio. Imolę, & Alexan. de qua ſu-
pra in fi. gloſ. 1. ꝙ vbi relinquitur fideicommiſſum
poſt mortem patris, illud debetur in caſum emanci-
pationis. Secundò reſpondeo poſito ꝙ opi. Imo. &
Alex. non procederet, adhuc ceſſare videtur abſur-
dum: quia vbi relinquitur fideicommiſſum filio poſt
mortem patris, diſpoſitio, & voluntas teſtatoris vi-
detur clara, quod ſolum in eum caſum debeatur fi-
deicommiſſum cum in eum tantum caſum relictū
ſit filio. Sed vbi relinquitur fideicommiſſum extra-
neo, diuerſa eſt ratio, & diuerſa arguitur voluntas te-
ſtatoris. Ibi enim duo verſantur caſus: primus quia à
patre admitur ſub conditione fideicommiſſi. Se-
cundus caſus, quia patri cenſetur datum ſub contra-
ria conditione, quando deficit conditio fideicom-
miſſi. & in hoc ſecundo caſu lex præſumit, quod cen
ſeatur datum patri ſtantibus terminis prout erant de
tempore fideicommiſſi, id eſt durante patria pote-
ſtate: quibus variatis quia filius ſit ſui iuris, voluntas
teſtatoris cenſeatur fuiſſe, vt filio daretur.
386 † Alium, & ſextum intellectum ad vltimam par-
tem text. poſuit Ang. de periglis hic, quem Soci. non
integre refert, ꝙ verba poſt mortem intelliguntur.
ſcilicet filij, quod pater fuerit grauatus reſtituere filio
387 poſt mortē ipſius filij honorati, quo caſu licet † tē-
pus mortis honorati non inducat conditionem, cū
omnino ſit extituta. l. hæres meus infrà de condi. &
demon. . ſi cum hæres infrà quan. dies leg. et. ced. atta
men hoc fallit, quando fideicommſſum pendet à vo
luntate grauati: vt hic ponendo verbum, ex perſona
patris: id eſt ex voluntate patris. Ideo ſi filius præmo-
ritur patri, non tranſmittit, ſi pater nundum declara-
uit voluntatem ſuam quia fideicommiſſum condi-
tionale dicitur non propter tempus mortis filij, ſed
propter pendentiam à voluntate patris: & ſic ratio
tex. tum optimè quadrat, ꝙ filius nō tranſmittit quia
fideicommiſſum vires accepit ex voluntate patris: ſe-
cus in extraneo, cui relinquitur poſt mortem ipſius
extranei. nam tranſmittit cū nulla ſit conditio neq;
propter tempus mortis, neque propter pendentiam
à voluntate grauati.

Sed iſte intellectus reprobatur per Soci. hic: quia
venit conſecutiuè ex alio intellectu tradito in ſe-
cunda parte huius legis per quem illa verba, ex per-
ſona, exponuntur, id eſt, ex voluntate, quæ expoſitio
communiter reprobatur: vt abundè in præcedenti-
bus viſum eſt. ideò ſublato fundamēto, corruit intelle
ctus ab eo dependens. l. nam origo. ff. ꝙ vi, aut clam.
c. cum paulus 1. q. 1.

Secundò vltra Soc. etiam ꝙ verba, ex perſona pa
tris exponi poſſent. i. ex voluntate: tā verba illa, poſt
mortē ſuā, exponi nō poſſūt, i. poſt mortē filii. Pri-
388 mò † quia pro nomen, ſuam, debet referri ad proxi
mā perſonam l. ſi idem cū eodem. §. fi. ff. de iuriſ. om.
iudi. ſed proximè dictum eſt de patre. Secundò, quia
illud

iſtud pronomē,ſuam declaratur ex verbo, ſe, ſtante
ſequente: dum dicit, ꝙ ad ſe peruenit ex quo verbo
patet, ꝙ loquitur ſemper de eadem perſona patris.
Ideo idem Ange.videns.ꝙ iſta expoſitio ſtare non
poſſet,aliter exponit verba,poſt mortem ſuā, ſcilicet
teſtatoris:vt ſit ſenſus, quod licet teſtator rogauerit
patrem reſtituere filio poſt mortē ſuam ipſius teſta-
toris,& ſic fideicommiſſum videatur purum,tamē re
vera eſt conditionale dependens à voluntate patris.
Ideo ſi filius moritur ante purificatam conditionem
id eſt antequam pater declarauerit voluntatem ſuā
fideicōmiſſum non tranſmittit:ſecus eſt in extraneo
quia ſi teſtator grauat patrē reſtituere extraneo ſta-
tim poſt mortē ipſius teſtatoris,fideicōmiſſum dici-
tur purum, & tranſmittitur.
Sed iſta expoſitio laborat eodē morbo,quo prima
Nam cū proximè habita ſit mentio de patre, ad cū
referri debent illa verba, poſt mortem ſuam. Secun
do quia illa verba,ad ſe peruenerit,non poſſunt intel
ligi niſi de patre ergo etiam verbum,ſuam,cū ſermo
389 fiat de eadē perſona continuatiuè Nec obſtat † reſ-
ponſio Ange.ꝙ perſonę debent mutari, vt fieri com
modè poteſt.glo.in l.1.ſuprà de teſtamen.& no.in l.
Gaius ſuprà ſolu.matrimo.quia dico,ꝙ iſta mutatio
perſonarum commodè hic fieri nō poteſt, nec ratio
recti ſermonis talem iſtam mutationem hic patitur.
Tertio dico,ꝙ Ang.vult referre illa verba,poſt mor
tem ſuam,ad perſonam nō expreſſam,ſed ſubauditā
Nam Ange.ſubaudit ad verbum, rogatus ſit, ſcilicet
à teſtatore.& dum dicitur,poſt mortē ſuam,intelligit
390 id eſt ipſius teſtatoris.Sed relatio debet fieri † ad ex-
preſſum non ad ſubauditum.c.inquiſitioni.de appel-
la.iuncto.c.ſuper eo.de offi.delega.Ab.in conſi.97.
col.2.verſi.ſecundo,& fortius.lib.2.Fel.in c.cautam
quæ.colū 4 poſt med.verſic.limita ſecundo.de reſ-
crip.Quarto dico,ꝙ iſta expoſitio videtur inepta, &
de indubitato,ꝙ teſtator grauauerit patrē,vt reſtituat
poſt mortem ipſius teſtatoris.cui dubium, ꝙ etiam
ſine alia expreſſione iſtud intelligeretur:cū impoſſibl
391 le ſit aliter intelligere.† Nam fideicōmiſſum valere
non poteſt vt fideicommiſſum ante mortē teſtato-
ris,imo nec ante aditionem hæreditatis.l.ille a quo §.
ſi de teſtamento l.apud Iulianum. §. idem Iulianus.
infrà ad trebellia.l.eam quam C.de fideicom.
392 †.Septimā lecturā ad illū tex.in ver.ſi.tradidit Be-
ſu.hic quam ſequitur Soc.licet per aliā declarationē
& per alias rationes: qua Soc.ſ. approbat poſitionem
caſus Beſu.ſed non eius rationes. Ideo Soci.lecturā
Beſu.declarat per alias rationes. Itaq; ponit caſū Be-
ſu.& legit hunc text.ꝙ in eo nulla ponatur differentia
inter filium, & extraneum : imo in extraneo idē pro
claro, & indubitato habeatur, ſcilicet fideicōmiſ-
ſum relictū extraneo poſt mortē patris nō tranſmit-
ti,ſed per patrem retineri.Sed ꝙ tex.loquatur in filio,
& aſſignet illam rationē in filio:non quia ſecus ſit in
extraneo,ſed quia in filio eſſet maius dubiū, ꝙ tranſ-
mitteret.Dubium autē maius erat: nam quando re-
linquitur fideicommiſſum extraneo a patre,ſumit fi-
deicommiſſum vires ex perſona filij. Ideo extraneus
non tranſmittit,quando eſt conditionale: quia ante
conditionis euentum nullum ius habet, quod tranſ-
mittat.Planè ſi fieri poſſet ꝙ vbi relinquitur fideicō-
miſſum a patre filio poſt mortem ipſius patris,vt vi-
res illud capiat ex perſona etiā ipſius filij,& ſic ꝙ idē
eſſet in filio ꝙ in extraneo,ſine dubio filius tunc trāſ-
mitteret gemina ratione, prima quia ſaltē momēto
acquiritur hæreditas filio: & ſic ius filius obtineret, ꝙ
tranſmitteret,videlicet illam acquiſitionē momenta-
neam.ſecunda ratio eſt,quia tunc in perſona filij cō-
curreret obligatio actiua,& paſſiua.cū ipſe ſibi obliga
tus eſſet.paſſiua autē, qua filius obligatur, ſine dubio
trāſmittitur ad hæredes. quia hæres tenetur in omni
caſu, in quo defunctus obligatur, quæ tranſmiſſi-
paſſiuę obligationis ad læſionē pertinet ipſius hære-
dis.Itaq; cum tranſmittatur obligatio paſſiua, pari-
ter videbatur locum eſſe tranſmiſſioni obligationis
actiuę.ſed quia non ſumit fideicōmiſſum robur ex
perſona filij,ſed patris:ideo iuriſconſultus dicit trāſ-
miſſionem non fieri ex præmiſſis rationibus, quæ
non militant.
Et ſi dicatur ſecundū hanc poſitionē caſus ſumi-
tur argumentū rationis dubitandi contra diſpoſitio-
nem iuris.nam ius diſponit,ꝙ fideicōmiſſum relictū
filio inſtituto a patre vires ſumit ex perſona patris:&
tu ad rationem dubitandi arguis, ꝙ videbatur dicendū
illud vires ſumere ex perſona filij: reſpondet Beſu.ꝙ
non ſumitur tale argumentū ad determinationem
ſed ad declarandum difficultatem, quæ fieri poterat
& ad tollendum dubitationem.
Soci.hic approbat iſtam lecturā Beſu.ꝙ in tex. nul
la ponatur differentia inter filiū, & extraneū, ſed ca-
ſus extranei habeatur ſine dubio loquatur autem tex
in filio tantum:nō vt præſuponatur aliud eſſe in ex-
traneo ſed quia in filio eſſet maius dubiū.maius por-
ro dubiū dicit Soc.moueri in filio nō per rationes Be
ſu.ſed alia ratione.& ſic ſecundū Soci.ratio dubitan-
di in filio:quare poſſet tranſmittere,videbatur,quia ſi
poſſet ſuſtinere vices grauati,& honorati, ita ꝙ con-
currerent in eius perſona obligatio actiua,& paſſiua
licet deficeret fideicōmiſſum, & illud ei non debere-
tur tanquā honorato,tamen cum ſuſtineat perſonā
grauati,videbatur ꝙ trāſmitteret ad hæredes eius ius
retinendi fideicommiſſum deficiens:ex quo fideicō-
miſſū deficiens remanere debet apud grauatū,& eius
hęredes l.vnica.§ ſin autē ſub conditione.C.de cadu.
tol.& illud eſt dicit Soci. quod afferebat difficultatē.
quia ſi diceretur teneri patrem ex perſona filij, filius
dicitur perſona grauata, & conſequenter fideicom-
miſſum remanere debet penes eum. Sed contrariū
decidit text.quod fideicommiſſum remanet apud pa
trem:quia ex patris perſona vires capit.
Quod autem rationes Beſu.nō procedant nec du-
bium mouere poſſent,oſtendit Soci.nam prima ra-
393 tio Beſu.confunditur duplici ratione: prima † quia
acquiſitio momentanea non habetur in conſidera-
tione l.qui ſic.ff.de ſolu l.ſi circa ſi.C.de bon. quæ lib.
ſecunda ratio eſt à ſufficienti partium enumeratio-
ne.nam illa acquiſitio momentanea,aut patri acqui-
ri poteſt,aut non ſi poteſt acquiri,quia ſit ius ꝙ quæ-
ri poſſit,tūc ſi patri acquiritur,impoſſibile eſt ꝙ tranſ
mittatur ad hæredes,ſi acquiri patri non poteſt, quia
ſit ius inſeparabile à perſona:& æquè ad hæredes nō
tranſmittitur.arg.§.ſed cum factum.inſti.de inut.ſti-
pu.& argu.eius quod habetur in l. ex pluribus ſuprà
de admin.tut.& ſic ſecundum Soci. iſta prima ratio
momentaneę acquiſitionis procedere nō poteſt ſed
argumen.Socini non videtur procedere. quia ſtant
ſimul,ꝙ patri aliquid acquiri non poſſit,& illud trāſ-
394 mittatur. † quia facilius quid tranſmittitur ad hæ-
redes,quam alij quęratur:vt p Moder.in l. 1.col. 1.ſ.
ſol.matrimonio.Deci.in.l.maritus. C.de colla.
Similiter ſecundum Soci. non poteſt procedere
ſecunda ratio Beſu.ꝙ ſi fideicommiſſū valeat ex per-
ſona filij,ita ꝙ concurrat in perſona eius vtraq; ob-
ligatio actiua,& paſſiua, ſicut paſſiua trāſmittit ita,&
actiua.quia dicit Soci.quatenus filius ſuſtineret vices
creditoris,haberet pro creditore, & officio credito-
ris fungeretur.ſimiliter quatenus ſubſtineret vices de-
bitoris haberetur pro debitore, & debitoris fungere-
395 tur officio. † arg. l. 1. vbi Bal. ff.de offic.conſul. vbi
quando in aliqua cauſa concurrit iuriſdictio conten-
tioſa,& voluntaria, vtraq; retinet naturam ſuā. quia
actus contentioſę iuriſdictionis exercetur coram ſuo
iudice:& ſimiliter actus volūtarię iuriſdictionis exer-

396 ceri poteſt corã ſuo iudice. † Ad idem facit tex.in l.
ſeq.infrà eo.vbi quando iura plurium deueniunt ad
eandem perſonam, retinent omnia priſtinã naturã
& quatenus eligit quis ius ex perſona alterius,ſuſtinet
illius vicem, & pro illo habetur, neq; fungitur tunc
perſona alterius.eodem modo quando quis ſuſtinet
perſonã creditoris,habetur ꝓ creditore tñ,nec fun-
gitur officio debitoris:& ſic iudicatur vt merus credi
tor,& ſi creditor non trãſmittit, nec ipſe trãſmittet.
ſimiliter qñ ſuſtinet perſonã debitoris, habetur pro
debitore tantum. & licet tranſmittat obligationem
paſſiuam tanquam debitor, non tamen tranſmittit
actiuam tanquam creditor: cum ſolum conſidere-
tur vt debitor.& ſic vult dicere Soci.poſito ꝙ valeret
fideicommiſſum ex perſona filij,& ꝙ in filio concur
reiet obligatio actiua,& paſſiua,iſte tamen concur-
ſus conſideratur ſeparatim,& quælibet obligatio cõ-
ſideratur per ſe, & ſi quidem conſideramus obliga-
tionem actiuam,in ea habetur filius vt fideicommiſ
ſarius tantum.& qua ratione fideicommiſſarius non
tranſmittit,ita nec ipſe filius.Si vero cõſideramus eũ
vt grauatum, & debitorẽ, tunc obligatio illa paſſiua
tantum tranſmittitur.Ita vnum non trahit ad ſe alte-
rum: nec obligatio paſſiua,quæ tranſmittitur, trahit
ad ſe actiuã: conſequenter paſſiua ſola tranſmittitur.

Sed aduerte:quia Soci.reprobando rationes Beſu,
præſuppoſita poſitione caſus,& lectura ſua pro vera,
incidit in eãdem reprobationem,nã dicit Soci. ꝙ ra-
tiones dubitandi Beſut. non procedunt in iure. Sed
certè etiam ratio dubitandi Soci.nõ procedit in iure,
quia dicit ibi Soci.ꝙ dubium faciebat, quaſi fideicõ-
miſſum vires caperet ex perſona filij:& tamẽ iſta ra-
tio dubitandi eſt impoſſibilis:cum valeat fideicom-
miſſum ex perſona patris.& tamen dicit Soci. ꝙ to-
leramr talis ratio dubitandi,licet falſa,& erronea, ad
declarandum,& tollendum dubitationem: ergo etiã
tolerari debent rationes dubitãdi Beſu. & ſi nõ vere.

Sed iſta lectura Beſu. approbata per Socinum, re-
probatur per Iaſ. hic.col.27. in fi.poſt nu. 139.quia
nõ eſt veriſimile,ꝙ pro declaratione vnius dubij vo-
luerit iuriſconſultus præſupponere caſum euidenter
impoſſibilem de iure. Nam ratio dubitandi eſſe de-
bet ſaltem colorata:ſed iſta eſt euidenter falſa.Præte-
rea vltra Iaſo. conſidero, ꝙ iſta ratio dubitandi eſſe
non potuit,licet alioquin colorata eſſet: quia hoc iã
deciſum erat, ꝙ ex perſona patris fideicommiſſum
vires caperet.

Iſtum etiã intellectum Beſut. reprobat Ripa hic,
colum.16.poſt med.quia præſuponit iſte intellectus,
ꝙ ſi valeret fideicommiſſum ex perſona filij,non re-
maneret penes patrem, ſed tranmitteretur contra l.
cum hæres. infrà de conditionib. & demonſtratio.
Sed iſta impugnatio Ripę non procedit.quia in dicta
l.cum hæres dicitur legatum non tranſmitti: & hoc
non negat iſte intellectus ſecundum Soci.qui vult ra
tionem dubitandi non fuiſſe circa tranſmiſſionem,
ſed circa retẽtionem. & dicit,ꝙ videbatur retinendũ
per ipſum filium,aut eius hæredem tanquam graua-
tum. Præterea etiam tenẽdo declarationem Beſut.
fateor ꝙ non tranſmittitur:& ꝙ ita deciditur in dicta
l.cum hæres.Sed tamen licet iſta ſit vera deciſio, ra-
tiones dubitandi in contrariũ videbantur, de quibus
ſupra, neq; Beſut. & Soci. ignorabant tranſmiſſioni
verę locum non eſſe: ſed tantum allegauerunt ratio-
nes prædictas in vicem dubitationis.

397 † Octauum intellectum omnino diuerſum ab in-
tellectu Beſu. & Soci. & contrarium intellectui Pau.
de Caſt. ponit Bauer. hic num.51. Nam Beſu. & So-
cin. volunt, ꝙ eſſet maius dubium in filio quam in
extraneo:Baueria autem omnino contrarium,quod
licet poſſet eſſe dubium in extraneo non circa tranſ-
miſſionem,ſed circa retentionem, an retineretur fi-
deicommiſſum extranei per patrem,aut filium,cum
vires ſumat ex perſona filij, & ſic videbatur retinen-
dum per filium, licet retineatur per patrem. Tamen
in fideicommiſſo filij res eſt ſine dubio, ꝙ deficiens
retinetur per patrem. Cui intellectui videtur arridere
dictio omninò q.d. non ita indiſtinctè videtur in ex-
traneo. Similiter huic intellectui adblanditur ratio
tex. quoniam ex perſona patris, &c. quæ ratio non
militat in extraneo.

Sed iſte intellectus non placet: & primo res clara
videtur, ſi tenemus intellectum Pau.de Caſt. quia ſe-
cundum intellectum Baueriæ præſupponitur,ꝙ etiã
fideicommiſſum extranei retinetur per patrem, licet
in eo eſſet maius dubium, aliàs niſi ita præſuppone-
ret,eſſet idem intellectus cum intellectu Pauli.Secun
dò etiam prætermiſſo intellectu Pau. ſi idem ius eſſet
in vtroq; caſu, ratio aſſignata in text. non videtur
bona: ex quo ea ceſſante, adhuc militat diſpoſitio:
contra text. in l. adigere. §.quamuis. infrà de iure
patrona. Tertiò ſecundum iſtum intellectum Ba-
uer. lex,quæ fit ad determinandum,& ad tollendum
dubitationem,operaretur cõtrarium effectum: quia
reliqueret nos ſub dubio circa fideicõmiſſũ extranei.
Quartò iſte intellectus Baueriæ explodi debet omni-
bus modis, quia ſi maius dubium erat in extraneo,
quam in filio,& in filio res erat clara, ergo deciden-
dus erat caſus dubius, non clarus, quia lex fieri debet
de caſu dubio.l.quod Labeo.ff. de carbo. edict. Ideò
398 lex quando † varijs modis poteſt intelligi,ille intel-
lectus præualet in quo maior eſt ratio dubitandi. c.
cum in iure, vbi Abb. in primo notabi. de officio de
lega. Decius in l. quoties idem ſermo. circa finem.ff.
de regu. iuris,& in l.illam.C. de collationi,& profe-
cto mirandum eſt quomodo potuerit Bauer. cogita
re intellectum, ꝙ iuriſconſultus voluerit nobis pro-
uidere in caſu non neceſſariò decidendo caſum cla-
399 rum,& indubitatum, cum † diſpoſitio in dubio tra
hi debeat ad caſum neceſſarium: & ita habẽda ſit in-
terpretatio, ꝙ prouidere quis voluerit in caſu neceſ-
ſario. Bal. in conſi.35. pater filio.col.2. lib.2. per text.
in l.1. §. quid ergo. ff. de vent. inſpi. tradit idem Bal.
in conſi.113.col.1.poſt med.lib.5.

400 † Nonũ intellectum ponit Ripa hic nu.63.ponde
rando dictionẽ,omninò, vt in filio pater oĩno reti-
neat fideicõmiſſum, neq; ad illud admittantur hære-
des filij,licet expreſsè vocati fuerint,quia grauatus ſit
pater reſtituere poſt mortẽ ſuã filio,& hæredibus; nã
filio non tenetur, quia quo ad eũ deficit fideicõmiſ-
ſum, cũ patri præmortuus ſit: hæredib. etiã filij non
tenetur:non ex perſona ipſius patris,& tanquã pater:
quia mortuo filio amplius pater non eſt, ſimiliter ex
perſona filij teneri non poteſt hæredibus ipſius filij,
quia non poteſt quis obligari ſibiipſi,neq; hæredibus
ſuis,quæ ratio non obſtat in extraneo, ſi relinquitur
fideicommiſſum extraneo,& hæredibus ſuis.

Iſte intellectus Ripæ eſt omnium peſſimus, quia
contra voluntatẽ teſtatoris expreſſã,ꝙ ſi teſtator vo
cet hæredes filij,illi nõ admittantur: quaſi talis voca-
tio ſit turpis,aut aliàs de iure impoſſibilis. Nõ obſtat,
ꝙ mortuo filio fideicõmiſſũ nõ poſſit ſumere vires
ex perſona patris,cum pater amplius nõ ſit: quia ſa-
tis eſt,ꝙ eſſet pater de tempore mortis teſtatoris. l.in
delictis.§.ſi extraneus ff.de noxal. tradunt ſcriben. in
l.ex facto.ſuprà de vulgar.

Secundò reſpondeo, ꝙ iſta qualitas patris nõ con
ſideratur ad hoc, quia ſit neceſſariũ rogatũ eſſe patrẽ,
vt valeat fideicõmiſſũ:ſed conſideratur ꝑſona patris
tanquã cõmodũ capientis.ideo mortuo filio licet pa
ter non ſit,tñ quia expreſsè grauatus eſt erga hęredes
filij,tenebitur tanquã extraneus cõmodũ capiens, &
poſito, ꝙ nõ valeret fideicõmiſſum tanquã ex perſo
na patris,valeret tamẽ tanquam ex perſona extranei

commo-

commodum capientis. pater enim non alia ratione grauatur, niſi propter cõmodum, ꝙ accipit ex diſpoſitione legis, & iudicio teſtatoris tacito: & in hoc fit mentio de patre non de extraneo: quia etraneo non acquiritur per alium.

Tertiò iſte intellectus Ripæ eſt cõtra iſtum tex. in quo qñ dñs grauatur erga ſeruũ inſtitutũ, ſumit fideicõmiſſum vires ex perſona dñi, & iñ ſecundũ intellectũ Ripę fideicõmiſſum nõ valeret, nõ quidẽ cõſtante ſeruitute, quia res clara eſt, nõ ẽt poſt libertatẽ ſerui, quia valere non poſſet fideicõmiſſum ex perſona domini, cũ dominus amplius non ſit, ſed patronus, vt mirer veniſſe talem intellectum in caput Ripæ.

Decimũ intellectum poſuit Claud. Aquenſis hic, col. pen. in fi. nu. 32. ꝙ fideicõmiſſum relictum poſt mortem patris filio non dicatur cõditionale, ex quo iſta conditio mortis tacitè inerat. l. 3. ſ. eo. ꝙ autẽ tacitè inſit, probatũ eſt ſ. in gl. in ver. cũ ipſis. in quarto intellectu, vbi dictũ eſt, ꝙ intelligitur tacita cõditio, cũ erit filius ſui iuris; itaq; cum fideicõmiſſum ſit purũ, nõ eſt mirum, ſi filius nõ tranſmittit. quia non habet ad quem tranſmittat, cum moritur in poteſtate patris, ſecus ſi eſſet ſui iuris, & iſtud, eſt ꝙ voluit dicere tex. ꝙ fideicommiſſum capit vires ex perſona patris. q. d. ꝙ pater illud debet tanquam pater.

Sed iſte intellectus non põt procedere pacto aliquo: primo, quia eſſet de indubitati cõtra. l. ꝙ Labeo. infrà de carbo. ædict. imo eſſet facta lex ſuper eo, ꝙ aliter eſſe nõ poſſet. ideo Doct. concludunt finẽ huius legis intelligi etiã in filio ſui iuris, ꝙ nõ tranſmittit tale fideicõmiſſũ: qa aliàs nõ hẽret res dubitationẽ.

Secundò quoties in lege quæritur, aut diſputatur de aliquo, præſupponitur, ꝙ aliunde omnia ſint habilia. l. q teſtamento. in prin. ſ. de teſta. c. 1. de ætate, & qualita. lib. 6. itaq; quando quæritur, an filius tranſmittat fideicommiſſum, quando moritur ante patrem, præſupponitur neceſſario, ꝙ alias poſſet tranſmittere, ſi ante patrem non mortuus eſſet.

Tertiò non eſt verum, ꝙ exprimatur conditio eo modo quo tacitè inerat, quia tacitè inerat conditio exiſtentiæ ſui iuris generaliter, ſiue per mortẽ, ſiue ꝑ emancipationẽ, ſed qñ exprimitur conditio mortis, ſolũ ineſt conditio mortis, nec intelligitur caſus emãcipationis, cum expreſſum faciet ceſſare tacitũ, vt ſtatim videbimus in vltima oppoſitione Bart. ideo cũ aliter exprimatur conditio, quam ineſſet, illa operatur, & actum reddit conditionalem: vt not. in dicta. l. 3. ſuprà eodem, & ita reſpondet Socin. iun. hic ſuper glo. in verſi. relictis. nu. 22.

Quartò reſpondeo poſito citra pręiudicium iuris, ꝙ iſta conditio mortis eſſet expreſſa ad eundẽ modum, quo inerat, adhuc fideicõmiſſum eſſet cõditio-
401 nale. † quia conditio, quæ tacitè inducitur ex volũtate teſtatoris, reddit actũ cõditionalem, & impedit trãſmiſſionẽ perinde, ac expreſſa. l. qb. dieb. §. quidã Titio, vbi Soci. poſt Pau. de Caſt. in ſexto not. infrà de condi. & demon. l. quod pure. infrà quan. dies leg. ced. Iaſ. hic col. 14. in prin. poſt nu. 67.

402 † Abſolutis lecturis, & intellectibus quartæ, & vltimę partis huius legis, venio ad vltimam oppoſi. Bat. quæ melius poſita eſſet ſuper quarta lectu. glo. in verbo, cum ipſis, dum dictum eſt, ꝙ in fideicommiſſo relicto filio, aut ſeruo intelligitur tacita conditio cũ ſui iuris erunt, contra quam lectur. videtur facere vltima pars huius legis, in qua ponitur caſus, quando fideicommiſſum relinquitur filio poſt mortem patris, quod non tranſmittitur: ergo innuitur, quod niſi relinquatur expreſsè poſt mortem patris, non intelligatur tacita conditio mortis, & ſic exiſtentiæ ſui iuris. Bar. reſpondet ad arg. ꝙ licet intelligatur conditio exiſtentiæ ſui iuris, tamen illa verificari poteſt non ſolum apponitur conditio mortis. Iſta ſolutio Bar. ſatis videtur dubia, ſed vult inferre Bar. ſecundum Iaſ. hic colum. 28. ꝙ vbi relinquitur fideicommiſſum poſt mortem patris, non intelligitur caſus emancipationis: quia expreſſum facit ceſſare tacitum l. cum ex filio. ſuprà de vulga. itaq; quando teſtator expreſsè prouidet de caſu exiſtentiæ ſui iuris, ſtamus expreſſo, nec aliter ſubaudimus; nam in claris ceſſant coniecturæ. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. obligat. & per hanc ſolutionem Bart. confundi videtur dictum gloſ. 1. in fin vbi voluit caſum mortis extendi ad emancipationem, ſed abundè ſatis de hoc vidimus in glo. nu. 21.

Venio ad glo. penul. in verſi. patris, quæ diuiditur in tres partes, in prima exponit tex. timore contrarij. In ſecunda infert expoſitione ad declarationem ipſius tex. in tertia opponit contra expoſitionem, & ſoluit, ſecunda ibi, ſecus ergo. tertia ibi, item huic verbo. Iſta glo. eſt facta timore contrarij, de quo in glo. proximè præcedenti; nam tex. in ratione innuit ſecus eſſe in extraneo, vt extraneus tranſmittat, licet decedat ante patrem rogatum. Gloſ. timore huius contrarij dicit, ꝙ filius non tranſmittit: quia fideicommiſſum eſt mere voluntarium, exponendo verbum, ex perſona, ideſt ex voluntate: vt in 1. glo. latius viſum eſt, quæ glo. expoſitio videtur concordare cum intellectu Ang. de Perig. extraneus autem tranſmittit, quia fideicommiſſum eſt neceſſarium, cum debeatur ex perſona filij, & ſi dicatur, quomodo tranſmittit extraneus, ſi relinquitur fideicõmiſſum poſt mortem patris, reſpondet glo. verũ eſſe ꝙ tunc non trãſmittit, ſed ꝙ debet intelligi, quando extraneus ſuperuiuit patri filio præmortuo, ſed iſte intellectus gl. latè fuit reprobatus. ſuprà in glo. proxima. in 2. intellectu glo.

Hic etiam aduertendum circa expoſitionem glo. nam vbi expoſitio glo. aliquo modo defendi poſſet in prima parte legis in fideicommiſſo puro, tamen in hac vltima parte nullo modo ſtare poteſt reſpectu filij, nam loquitur de fideicommiſſo relicto poſt mortem patris, & ſic in caſum exiſtentię ſui iuris, quo caſu fideicommiſſum voluntarium dici non poteſt erga filium, imo planè neceſſarium.

403 Circà contrarium glo. † de l. ſi idem ſeruus. §. t. infrà tit. 1. glo. ſoluit, ꝙ ibi eſt ſpeciale fauore libertatis, vt non pendeat ex voluntate domini, dico ꝙ nulla videtur ſpecialitas etiam tenendo expoſitionem glo, ꝙ verbum, ex perſona, intelligatur, ideſt ex volũtate, quia illud procedit, quando aliter non imponitur neceſſitas patri, vel domino, vt filium emancipet, aut ſeruum manumittat, ſed vbi pater, vel dominus honoratur, & grauatur dare libertatem ſeruo, aut filium emancipare, & deinde fideicommiſſum præſtare ſiue purè, ſiue ſub conditione, dico ꝙ tenetur, ſed voluntarium eſt, quando nõ iungitur patri, vt filium emancipet; nam licet præſtaret fideicommiſſum tamen reacquiritur patri: Ideò pendet effectus fideicõmiſſi à voluntate patris, ſi velit emancipare.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias, cui fideicommiſſum à patre relictum eſt, an poſſit durante patria poteſtate cogere patrem vt adeat.*

2 *Filiusfam. hæres inſtitutus, cui à patre fideicommiſſum relictum eſt, an poſſit cogere patrem, vt iubeat adire.*

3 *Fideicommiſſum relictum à patre filio, qui cõtemplatione patris hæres inſtitutus eſt, an valeat ſtatim, an vero cenſeatur collatũ in tempus exiſtentiæ ſui iuris, & nu. ſeq & an tale fideicommiſſum ſit aduentitium. nu. 5. 10. & 17.*

6 *Pater cuius filius inſtitutus eſt hæres contemplatione patris, an percipiat hæreditatem ex iudicio expreſſo teſtatoris, an duntaxat ex tacito, & nu. 8.*

7 *Expreſſum id cenſeri, quod tacitè ineſt ex natura verborũ*

hoc importantium: item etiam id quod ſequitur ex eo, quod eſt expreſſum. num. 9.

11 *Diſpoſitionem teſtatoris ſuper reſtitutione fideicõmiſſi debere intelligi de reſtitutione, quæ durat cum effectu.*

12 *Voluntatem teſtatoris debere intelligi ſecundum diſpoſitionem iuris, & nu. 51.*

13 *Regula l. iam hoc iure. ff. de vulga. & pup. quo caſu non habeat locum, nu. 15.*

14 *Verbum poſitum iuxta plura determinabilia non determinare ea vniformiter, ſed prout natura vnicuiq; conuenit.*

16 *Conditio tacita proueniens ex voluntate teſtatoris impedit tranſmiſsionem fideicommiſſi.*

18 *Fideicommiſſũ debere in dubio iudicari purum potius quã conditionale, quando vt purum valere poteſt.*

16 *Opinionem in dubio eligendam, quæ vtriq; parti ſit minus oneroſa, & quæ benignior ſit.*

20 *Opinionem eam cẽſeri benigniorẽ, per quã ius conſeruatur.*

21 *Fideicommiſſum relictum a patre filio, qui hæres inſtitutus eſt contemplatione patris, vel etiam extraneo, ex cuius perſona vires accipiat, & nu. 28.*

22 *Pater grauatus fideicommiſſo erga filium an detrahat trebellianicam, & nu. 30.*

23 *Trebellianicam, vt quis poſſit detrahere, quæ requirantur.*

24 *Grauari oportere aliquem, vt hæredem ad hoc, vt trebellianica competat, quomodo ſit intelligendum.*

25 *Intellectus ad l. 3. & ad l. qui liberis. § hæc verba. ff. de vulga. & pupilla.*

26 *Seruum hæredem inſtitutum cogi non poſſe, vt velit nolit, adeat hæreditatem.*

27 *Serui, qui domini contemplatione hæres inſtitutus eſt, aditio ad quid deſideretur.*

29 *Filio ſimpliciter relictum non adiecta mentione patriæ poteſtatis, intelligitur relictum contemplatione ipſius filij.*

31 *Fideicommiſſarius grauatus reſtituere non detrahit trebellianicam.*

32 *Inſtitutus contemplatione alterius, & rogatus reſtituere, an detrahat trebellianicam, & nu. ſeq.*

34 *Trebellianicam iure digeſtorum prohiberi non potuiſſe, hodie poſſe.*

35 *Intellectus ad l. quidam cum filium. ff. de hæredi. inſti.*

36 *Intellectus ad l. paterfamilias primis tabulis. ff. de vulga. & pupilla.*

37 *Diſpoſitio l. cum filiof. ff. de leg. 1. procedat ne hodie in hæreditate aduentitia, & nu. 40.*

39 *Pater rogatus reſtituere hæreditatem filio hæredi inſtituto quare non detrahat trebellianicam.*

41 *Fideicommiſſum filio à patre relictum validum quo ad proprietatem, an filio repudiante ſtatim valeat, an collatum cenſeatur in tempus exiſtentiæ ſui iuris, & nu. 43. 44.*

42 *Vſuſfructus retentio an ſit prohibita patri, qui tenetur reſtituere ſtatim fideicommiſſum filio relictum, nu. 46. 48. 52.*

45 *Hæres coactè adiens hæreditatem tenetur ſolam reſtituere fideicommiſſario.*

47 *Legatum factum alicui tanquam filiofamilias, videri factum ſub commemoratione patriæ poteſtatis, ac proinde cenſeri profectitium, tanquam relictum contemplatione patris.*

49 *Expreſſum id videri, quod ex mente, item etiam ex facto colligitur.*

50 *Expreſſionis certo modo pro forma non requiſito, ſufficere quocunq; modo illud colligatur.*

53 *Conceſſionẽ geminatã habere vim clauſulæ motu proprio.*

54 *Geminatio nihil operatur contra intentionem diſponentis.*

55 *Reſtituendi verbum intelligendum eſſe cum fructibus, & quatenus id verum ſit.*

56 *Aditionem hæreditatis non induci ex actibus qui fieri poſſunt citrà ius, & nomen hæredis.*

57 *Vſuſfructus acquiratur ne hodie patri in fideicommiſſo relicto filio. quod olim habebat tacitam conditionem, cum eſſet filius ſui iuris.*

58 *Capax iuris vſuſfructus eſt etiam capax commoditatis illius iuris.*

Super l. cum filio. ff. de leg. 1.

IMPLETO Tractatu gloſarum, & oppoſitionum Bar. reſtat, vt veniamus ad quæſtiones Bar. Circa 1. q. Bart. videtur † velle, quod filius fideicommiſſarius durante patria poteſtate nõ poſſit cogere patrem, vt adeat, ſed tantum vbi factus ſit ſui iuris, ſed in contrarium videtur tex. in l. cogi. §. ſi pater. vbi Iac. de Are & Bart. infrà ad Trebel. po. idem Bar. in l. imperator. eod. titu. Ange. de periglis hic col. 26. Soci. iunior hic in 1. q. Bar. nec Bart. hic omnino negat: imò idem videtur concedere, dũ ſe remittit ad dicta per eum in d. §. ſi pater, quia relatum dicitur eſſe in referente. l. aſſe toto. ſupra de hæred. inſti. cum ſimil.

2 † Secundo colligitur ex dictis Bar. in hac 1. q. quod vbi filius inſtitutus ẽ, & pater nõ vult iubere, quod filius adeat, non præiudicat filio, quominus adeat factus ſui iuris: ergo à cõtrario ſenſu vult Bar. quod durante patria põtate non poteſt filius patrẽ cogere, vt iubeat adire. Sed iſta cõcluſio videtur pendere à præcedenti: nam ſi filius fideicõmiſſarius cogit patrẽ inſtitutũ, vt adeat, ne fideicõmiſſum pereat, eadẽ ratione quãdo filio inſtituto relinquitur fideicõmiſſum, videtur cogendus pater, vt iubeat, ne deficiat fideicõmiſſũ; neq; rõ aliqua diuerſitatis inter iſtos duos caſus cõſiderari põt: ergo idẽ ius. vulg. l. illud ad leg. Aquil. cũ ſi. & ita tenet Ang. de perig. hic col. 26. poſt med. verſi & idẽ dicendũ eſt etiam, ſequitur Soc. iu. ſuper hac 1. q. Bart.

Circà ſecundam. q. Bar. pro eius intelligentia conſiderandũ eſt, quod in hæreditate profectitia relicta con-

3 templatione patris Bart. tractat de duobus. † Primò an valeat fideicommiſſum relictum à patre filio inſtituto cõtemplatione patris, quæ quæſtio reducitur ad hoc, vtrũ cenſeatur fideicommiſſum collatũ in tẽpus exiſtentiæ ſui iuris. Secundo poſito, quod valeat tale fideicommiſſum hodie, an dicatur valere ex perſona patris, aut filij. Circa primum Bar. concludit, quod etiã hodie valeat fideicommiſſum, & cõſequenter, quod collatum cenſeatur in tempus exiſtentiæ ſui iuris: cum aliàs valere non poſſit: ex quo in profectitijs nihil hodie immutatum eſt: & proprietas acquiritur patri. Itaq; vt acquiri poſſit proprietas filio, neceſſe eſt dicere, quod ſubaudiatur tacita conditio exiſtentiæ ſui iuris, & hoc ſecundum Bart. procedit ſine dubio. Ex quibus Bar. dictis clarior concluſio colligi poteſt, quod etiam hodie fideicommiſſum ſtatim non valet, quãdo pater rogatur reſtituere hæreditatem profectit. 5 filio inſtituto, ſed expectanda ſit exiſtentia ſui iuris: quia aliàs fideicommiſſum fieret nullum: nam ſi pater reſtitueret filio in poteſtate, illud ſtatim reacquireretur patri.

4 Contrà Bar. tenent † Ang. Cuma. Areti. & magis communiter Moder. vt hic per Soci. nu. 26. opin. etiam contra Bart. ſequitur Soci. iunior hic quod imo fideicommiſſum ſtatim valeat, neque collatum cenſeatur in tempus exiſtentiæ ſui iuris: quia hoc non eſt neceſſarium: cum dicatur tale fideicommiſſum aduentitium, cuius proprietas hodie patri nõ quæritur.

5 † quod autem aduentitium dicatur tale fideicõmiſſum, probatur: quia illud habet filius à teſtatore, non à patre, nec patris contẽplatione, licet habeatur per mediam perſonam patris. ideo cum ſit fideicommiſſum aduentitium, proprietas eius poteſt ſtatim reſtitui non expectato tempore exiſtentiæ ſui iuris.

Iſtam opi. contra Bat. quod fideicommiſſum dicatur aduentitium comprobat Soci. hic per tex. in l. profectitia. §. ſi quis certã. ſuprà de iure dot. & per gl. multũ ſing. in l. qui in aliena. §. interdum. ſ. de acq. hære. vbi quod acquiritur nepoti ab auo, dicitur aduentitium,

licet

licet acquiratur per mediam perſonam patris.
Ad iſtud argum. Ang. ſequaciũ Soci. hic dat duas
ſolutiones. Prima ſolutio eſt, poſito ꝙ iſtud fideicõ-
miſſum eſſet aduentitium, & efficaciter ſtatim reſti-
tui poſſet, tñ adhuc differẽda eſſet reſtitutio poſt mor
tem patris:ne aliàs acquiſitio, quæ fit patri, videatur
inutilis, ſi immediatè cogatur reſtituere.l. epiſtolã §.
fi. ſ.ad Trebel. in qua ſolutione conſidera dũ Socin.
6 dicit, † ꝙ percipit pater ex tacito iudicio teſtatoris;
nã imo videtur percipere ex iudicio expreſſo, quãdo
inſtituitur filius contemplatione patris, quia natura
verborũ hoc importat, vt patri acquiratur:ideo per-
inde eſt, ac ſi pater expreſsè vocatus eſſet, & imme-
7 diatè; † nam expreſſum dicitur, ꝙ tacitè ineſt ex natu
ra verbi hoc importantis.l. prætor.§. hoc interdictũ,
cũ gl.in ver. expreſſum.ff. de ope.no.nun.tradit Bar.
in l. ſi fideiuſſor.§. meminiſſe.ſ.eo & in l. vxorem.§.
agri plagam.ſ. de leg. 3.vbi dicit, ꝙ legatum tacitum
non dicitur, ꝙ natura verborum importat, idem tra
dit Alex.in l.1.col.9.in prin.nu.17.ſ.eo.& in terminis
8 † ꝙ pater dicatur venire ex voluntate teſtatoris ex-
preſſa, qñ inſtituitur filius contemplatione ipſius pa
tris, voluit Alex.hic col.11.circa med.verſi. alia tñ ra
tione;neq; obſt. ad hoc arg Soc. iun.hic, ꝙ expreſsè
dicitur relictum filio, non patri:quia ideo, ꝙ expſſum
9 dicitur, † ꝙ ſequitur ex eo, ꝙ expreſſum reperitur. c.
nam concupiſcentiam. de conſtit.c.cũ ſuper de offi.
deleg. Federi. de Senis in conſ. 153. reuerende pater,
& in conſ.299.dominus Peruſi.col.2.circa med. itaq;
ſi inſtituitur filius contemplatione patris, ſatis dicitur
inſtitutus pater:cum veniat inſtitutio patris ab inſtitu
tione filij.

Iſta prima ſolutio Soci. videtur efficacius ſtringe-
re arguendo à fortiori hoc modo, in d. l.epiſtolam,
filius nurus teſtatricis, & idem nepos ex filio præmor
tuo non erat inſtitutus contemplatione matris, ſed
ipſius nepotis: & tamen mater, quæ acceperat à filio,
non cenſetur rogata reſtituere ipſi filio ſtatim, ſed de
mum poſt eius mortem: ne aliàs fideicommiſſum
ipſius matris inutile fiat, à fortiori idem videtur dicẽ
dum, quando filius inſtituitur contemplatione pa-
tris, vt non teneatur pater ſtatim reſtituere filio, etiã
data capacitate filij, quia fideicommiſſum ſit aduen-
titium, hanc ẽt ſolu. Soc. voluit Alex. hic col. 9.n.24.

Sed iſta ſolutio nihil mouet, nam procederet, ſi
agerẽ de reſtituẽdo totũ fideicõmiſsũ, & pleno iure
ſed ſolũ tractatur de reſtituẽdo ꝓprietatẽ fideicõmiſ-
ſi aduentitij retento vſufructu, & ſi dicatur, imo pro-
hibita cenſetur retentio vſusfructus mandando re-
ſtitui fideicommiſſum, reſpondetur neceſſariam vi-
deri prohibitionem expreſſam, ſecundum Alex. hic
colu. pen. in fi. verſi. nec obſtat ratio Pau. Aliæ etiã
ſolutiones dantur ad d. l. epiſtolam.§.fina. de quibus
ſupra vidimus circa quartam lecturam glo. in verſi.
cum ipſis.

10 † Secundam ſolutionem tradit Soci. negando, ꝙ
iſtud fideicommiſſum dicatur aduentitium; nam in-
ſtitutio cum dicatur profectitia, etiam fideicommiſ-
ſum factum eodem tempore, & ſimul cenſeri debet
profectitium: cum non ſit dare rationem diuerſitatis,
vult dicere Soci. qua ratione motus eſt teſtator ad in
ſtituendum filium contemplatione patris, ita veriſi-
mile eſt, ꝙ fideicommiſſum reliquerit contempla-
tione ipſius patris. Sed iſta ſolutio non videtur pro-
cedere: quia videtur impoſſibile, ꝙ fideicommiſſum
dicatur relictum contemplatione patris, ſi filio ac-
quiri debet. Neq; obſtat declaratio, aut diſtinctio Ba
ner. hic colum. 35. ꝙ profectitium dici, quid poteſt
duobus modis: primo, vt acquiratur patri: & hoc mo
do fatetur tale fideicommiſſum profectitium dici
non poſſe. Secundò dicitur profectitium, quia reli-
ctum contemplatione patris, licet patri non acquira
tur, nam videtur iſta diſtinctio verbalis, & retorque-
tur contra eum pro opi. Ang. quia ſi patri non quæ-
ritur, ergo filius eſt capax: conſequenter ſtatim vide-
tur facienda reſtitutio reſpectu proprietatis. Ex qui-
bus apparet, ꝙ duo fundamenta, quæ adducũtur pro
opi. Bar. vt dicatur collatum fideicõmiſſum in tem-
pus exiſtentię ſui iuris, primum videlicet. ꝙ fideicom-
miſſum dicatur profectitium, ſecundum de d. l. epi-
ſtolam.§. fi. non videntur vrgere.

Tertio pro opin. Bar. ꝙ dicatur fideicommiſſum
collatum in tempus exiſtentiæ ſui iuris in hæreditate
profectitia, & ꝙ idem ſit hodie in hæreditate profe-
ctitia, quod olim in aduentitia, arguit Imo. quem re-
fert Alex. hic column. 11. circa med. verſic. contra
Ange. &c. nam etiam ſi ageretur de fideicommiſſo
aduentitio, tamen patri quæritur vſusfructus, qui re-
ſtitui non poteſt durante patria poteſtate: quia ſi re-
ſtitueretur, itenim acquireretur patri, modo cum dif-
feratur reſtitutio vſusfructus in tempus exiſtentiæ ſui
iuris; etiam differri debet in id tempus reſtitutio pro
prietatis; nam teſtator voluit reſtitui fideicommiſsũ
pleno iure quo ad proprietatem, & vſumfructum: er-
go, vt fiat reſtitutio ſecundum mandatum teſtatoris
& vniformiter, expectari debet tempus, quo reſtitu-
tio plena poteſt fieri etiam ratione vſusfructus.

Ad illud argu. Imo. dicit poſſe reſponderi Alex.
ꝙ etiam vſusfructus ſtatim reſtitui debeat: quaſi cen
ſeatur prohibita acquiſitio vſusfructus relinquendo
fideicommiſſum filio purè: cum poſſit prohiberi, au
then. excipitur. C. de bon. quæ lib. Sed ad hanc re-
ſponſionem dicit colligi ſolutionem ex infra dicen-
dis: quia colu. pen. in fi. dicit neceſſariam eſſe prohibi
tionem expreſſam.

Secundam ſolutionem ad argu. Imo. tradit Soc.
iunior h.e, ꝙ etiam vſusfructus ſtatim reſtituitur fi-
lio, ſed patri reacquiritur. Sed iſta reſponſio non va-
11 let, quia † diſpoſitio teſtatoris debet intelligi de reſti-
tutione, quæ durat cum effectu. l. pro patre. §. verſũ.
ff. de in rem verſo. nec dicitur reſtitui, ꝙ reſtitutum
non durat. l. Iulianus.§.1.ff. de ver. obli. l. etiam, & l.
qui ſic.ff. de ſolu.

12 Tertiò igitur reſpondeo † ad argu. Imo. ꝙ volun-
tas teſtatoris debet intelligi ſecũdum diſpoſitionem
iuris. l. quæro.§. inter locatorem ff. de locati. l. Gallus.
§. quidam rectè. ſuprà de liber. & poſth. l. ſi duo. ſupra
de acquit. hæredi. Bar. & Doct. in l. hæredes mei.§. cũ
ita. infrà ad Trebellia quod declaro in conſi. 250. col.
3. in prin. verſi. ſecundo principaliter reſpõdeo, itaq;
cum proprietas ſtatim reſtitui poſſit, vſusfructus au-
tem non, intelligi debet mandatum teſtatoris, vt fiat
reſtitutio, prout de iure fieri poteſt.

13 † Quartò reſpondeo, ꝙ regula. l. iã hoc iure. ſupra
de vulg. non procedit, quando vterq; caſus pariter,
aut vniformiter determinari non poteſt. Bar. in l. Gal
lus. in prin. ſuprà de lib. & poſth. Deci. in l. in teſtamẽ
to. col. 5. verſi. tertiò regula procedit. C. de teſta. mil.
Curti. iunior in conſi. 72. colum. 2 poſt med. verſi.
ad regulam, ſed reſtitutio proprietatis, & vſusfructus
pariter fieri non poteſt, ex quo filius in poteſtate ca-
pax eſt proprietatis, ſed non vſusfructus, in quo per
ius nouũ nihil eſt immutatũ, niſi ꝙ prohiberi poteſt;
ſecundo vſusfructus vbi finitur, tranſit ipſo iure, nec
requiritur reſtitutio: ſecus in proprietate: ergo reſtitu
tio vniformis fieri non poteſt.

14 † Quintò reſpondeo, ꝙ potius attenditur natura
rei, quam vniformitas determinationis. ideò verbũ
poſitum iuxta plura determinabilia non determi-
nat ea vniformiter, ſed prout natura vnicuique con-
uenit. c. cum dilectus, vbi Cardin. & Panor. de con-
ſu. c. olim ex literis, vbi Cardina. exclamat, & repu-
tat multum ſingu. de reſcrip. tradit idem Cardi. in c.
ab excommunicato. eo. tit. refert, & ſequitur Iaſ. in

conſi.ta8 in fi. lib. primo; itaq; reſtitutio fideicom-
miſſi intelligitur mandata, vt fiat ſecūdum naturam
rei per fideicommiſſum relictę vt ſtatim fiat reſpe-
ctu proprietatis: vſusfructus autem tranſeat in tem-
pus ſui iuris.
15 Sexto reſpondeo,† ꝙ regu. d.l. iam hoc iure. non
procedit quando pariformiter determinando actus
poſſet anullari, nam vt actus valeat, inęqualis, & dif-
formis ſit determinatio. Soci. in l. 1. §. ſi quis ita col.
2. ff. de verb. oblig. Ripa in l. miles. §. decem. ante fi. ff.
de re iudi. ſed determinando reſtitutionem fideicō-
miſſi vniformiter, & illud conferendo in tempus ſui
iuris, poſſet fideicommiſſum deficere, ſi filius præmo
16 riatur. quia conditio † tacita prouenîens ex volunta-
te teſtatoris impedit tranſmiſſionē d.l. quibus diebus
§. quidam Titio. vbi Soci. poſt Pau. de. Ca. in ſexto
not. infrà de condi. & demonſt. & d. l. ꝙ pure. infrà
quando dies leg. ced.
Contrà opi. Bar. adducit etiā Soci. tale fundamen-
17 tum: † nam ex quo pater cenſetur grauatus reſtitue-
re filio in tempus exiſtentiæ ſui iuris, videtur fideicō
miſſum aduentitium, id eſt relictum contemplatione
filij, non patris. l. ſi filio. 2. ff. de dona. cauſa mort. iū-
cta l. mulier. infra ad Trebellia. per quas leges ſimul
iunctas ita dicunt Ang. & Moder. in l. cum aliquis.
C. de iure delib. vult dicere Soci. ꝙ in dubio cenſe-
tur quid relictum filio contemplatione ipſius filij
non patris, quod probatur ratione, & legibus, ratio-
ne, quia fideicommiſſum relictum filio à patre cen-
ſetur collatum in tempus exiſtentiæ ſui iuris, ſecun-
dum glo. Bar. & Doct. communiter in hac lege: er-
go neceſſario ſequitur, ꝙ cenſetur in dubio relictum
contemplatione ipſius filij, quia aliàs fruſtra dicere-
tur collatum illud in tempus exiſtentiæ ſui iuris, ſi fi-
lio non deberet acquiri, & eius contemplatione re-
lictum non diceretur, legibus etiam probatur iſta
concluſio, id eſt per d. l. ſi filio. iuncta d.l. mulier. Sed
aduerte, dum Socin. dicit, quod Angel. & Moder.
ita dicunt per d. leges ſimul iunctas. Imo Ang. ſolum
allegat d. l. ſi filio. ad hoc, quod in dubio cenſetur re-
lictum contemplatione filij; neq; citat Angel. d. l.
mulier. Non dico quin probet d.l. mulier; nam quan
do relinquitur filio poſt mortem patris, & ſic in tem
pus exiſtentiæ ſui iuris, niſi cenſeretur relictum ita
contemplatione filij, & conſiderato effectu exiſten-
tiæ ſui iuris, non fieret extenſio ad caſum eman-
cipationis, itaque argu. Soci. ſi tale fideicommiſſū
dicitur aduentitium, ergo non debet cenſeri collatū
hodie in tempus ſui iuris, ſed ſtatim reſtitui cum fi-
lius ſit capax.
Ad iſtud argu. ſuſtinendo Bar. reſpondet Soci. ꝙ
licet dicatur aduentitium, quia relictum contempla
tione filij, tamen habet locum opi. Bart. ꝙ cenſeatur
collatum in tempus ſui iuris non, ꝙ dicatur profecti-
tium, ſic reſpondet Socin. obſcurè vereus fortaſſe re
præhendi, ſi clarius locutus eſſet, ſed puto, quod iſta
reſponſio tendat ad idem, quod proxime dixerat al-
legando d. l. epiſtolam. §. fin. id eſt, ꝙ licet fideicom
miſſum dicatur in dubio aduentitium, tamen ne ac-
quiſitio patris, cuius contemplatione filius inſtitutus
eſt, dicatur inutilis, ſi ſtatim reſtituat, collatum cenſe
ri debet in tempus exiſtentiæ ſui iuris, ſed reſponſum
eſt ſuprà, ꝙ inutilis futura non eſt acquiſitio patris
propter retentionem vſusfructus.
Secundam ſolutionem dat Socin. ꝙ tunc dicitur
aduentitium, quando pater inſtituitur, & grauatur: ſe
cus quando inſtituitur filius contemplatione patris,
& grauatur pater quia ſicut inſtitutio eſt profectitia,
ita & fideicommiſſum ſit profectitium. Sed iſta ſolu
tio non procedit, quia diuerſa eſt ratio in fideicom-
miſſo ꝙ fit contēplatione filij. & Soci. in hac ſolutio-
ne vī arguere ex diuerſis habētibus diuerſam rōnem.

Contrà Bar. & ſequaces conſidero vnum funda-
mentum iudicio meo efficaciſſimum; nam Bar. vide
tur ſibi contrariari, dum vult intelligi collatum in
tempus ſui iuris fideicommiſſum profectitium; nam
quomodo dici poteſt profectitiū, ſi confertur in tē-
pus ſui iuris? an non ex hoc arguitur contemplatio-
ne filij relictum eſſe. ideo Soc. forte reſpiciens ad ta-
lem contrarietatem non auſus eſt negare aduenti-
tium dici tale relictum: ſed quod hoc non obſtante
collatum cenſeri debet in tempus ſui iuris.
Ex præmiſſis infertur, ꝙ opi. Ang. contra Bar. vide
tur verior imo, & æquior, quia per eam fideicōmiſſi
cauſa in tuto collocatur, & validum efficitur fideicô
18 miſſum. Secundo † fideicommiſſum in dubio iudi-
cari debet purum potiuſquam conditionale, quando
vt purum valere poteſt l. 2. infra de condi. & demon.
l. cum qui calendis. ff. de verbo. oblig. §. omnis. in-
19 ſtitu. eod. titu. † Tertiò quia in dubio eligi debet opi
nio, quæ vtriq; parti ſit minus onerosa. l. 1. in fin. vbi
Pau. de Caſt. & Moder. ff. ſi quis cautio, & in dubio
20 tenenda eſt opinio, quæ benignior ſit, benignior † au
tem dicitur per quam ius conſeruatur. arg. l. vni. poſt
princip. C. de vſuc. transfor. Pau. de Caſt. in conſ. 109.
dubia in quibus quæritur col. 1. in fi. lib. 1. & ꝙ ſcribit
Signorol in conſi 21. col. 8. in prin. ver. 13. probat, vbi
dicit, ꝙ diſpoſitio fauorabilis dicitur, per quam con-
ſeruantur bona ſubditorum: per l. fi. ff. de legi. l. 1. §.
nunciatio fit, & § iuris noſtri. ff. de oper. noui nuncia.
ideo non ab re cogitandum Soci. dixit.
Et ſi dicatur, iſta opi. Ang. inſula, & inepta videtur,
nam ſi tale fideicommiſſum dicitur aduentitium, er-
go proprietas dicitur filij: conſequenter non valet fi-
deicommiſſum in re propria. l. proprias. C. de lega. So
lu. argu. procederet, quando iſtud aduentitium iam
eſſet quæſitum filio: vt quia eſſet inſtitutus contem-
platione ſui, ſed licet ſit relictum fideicommiſſum in-
tuitu ipſius filij, tamen proprietas adhuc eſt apud pa
trem, cuius contemplatione inſtitutus eſt filius: ob id
valet fideicommiſſum.
21 Secunda concluſio † colligitur ex dictis Bart. ꝙ vbi
filius inſtituitur contemplatione patris, quo caſu hæ-
reditas eſt profectitia, fideicommiſſum ſemper capit
vires ex perſona patris tanquam hæredis, ſiue roge-
tur reſtituere filio, ſiue extraneo, & hoc tam olim,
quam hodie, nam perinde eſt, ac ſi pater eſſet inſtitu-
tus. l. ſi ſeru. cum gl. ff de vſufr. l. quidam cū filiū. §.
filius. ſupra de hæredi. inſtit. l. aditio. ſuprà de acqui.
hære. l. penul. ff. de ſtipu. ſer. l. paterfa. primis tabulis.
ſuprà de vulga. vbi ſi hæres hæredis venit ex diſpoſi-
tione teſtatoris expreſſa, verificatur in eo conditio, ſi
teſtatori ſit hæres.
Infertur ex hac concluſione, ꝙ vbi pater grauatur
erga extraneū, detrahit trebellianicā ex pſona ipſius
patris, non ex perſona filij, vtilitas non breuis vide-
tur, ſi filius ſit ſui iuris de tempore reſtitutionis, &
commodum vellet trebellianicæ.
22 Infertur ſecundò, † ꝙ vbi grauatur pater erga fi-
lium, detrahet trebellianicam: quia cenſetur graua-
tus ex perſona ſua, vt hæres, non tanquam pater cō-
modum capiens: vt hic per Ang. Pau. de Ca. Cuma.
& Iaſ. & iſto caſu ſecundum Iaſ. ceſſat ratio Bar. hic,
nu. 7. vbi licet filius faciat hæredem patrē, tamen non
poteſt pater vti iſto beneficio acquiſitionis contra fi-
lium, & detrahere trebellianicam: quia hæreditatem
profectitiam non conſequitur pater à filio, ſed a teſta
tore; licet per mediam perſonam filij, filius autem
habetur, vt nudus miniſter, non vt hæres: gl. in l. in fi-
deicommiſſaria. §. fi. infra ad Trebellia. per l. in fidei
commiſſi. §. cum Pollidius. ff. de vſuris.
Contrà iſtam ſecundam illationem tenet Socin.
hic, quia de iure digeſtorum ita acquirebantur aduen
titia patri, ſicut profectitia: & tamen illo iure non de-
trahit

trahit pater trebellianicam, quia licet efficiatur hæres directus, tamen non grauatur, vt hęres: ergo idem hodie in profectitijs, nam licet acquiratur pleno iure, tamen non magis acquiritur, quam olim. Et ſic non cenſetur grauatus, vt hæres.

Sed reſpondetur ad iſtud argumen, ꝙ imo videtur differentia inter profectitia, & aduentitia: nam licet ius hæredis in aduentitijs acquireretur patri, tamen talis acquiſitio non fiebat expreſsè, & ex propria perſona patris, ſed mediante perſona filij, in qua primò radicabatur illud ius hæredis, ſecus in profectitijs, in quibus patri acquiratur ex perſona ſua, licet miniſterio filij: & radicatur ius ab initio in perſona patris: cum dicatur filius, vt nudus miniſter. Rurſus quando teſtator grauat patrem in aduentitijs, non grauat eum, vt hæredem: cum hæredem eum non faciat, facit enim hæredem lex, cui accedit tacitum iudicium teſtatoris, quatenus ſe adiungit cum diſpoſitione legis, at in profectitijs teſtator ipſe hæredem expreſſim facit, non lex, licet in miniſterio filij: conſequenter cenſetur teſtator eum grauare, vt hæredem.

23 † Secundò contra iſtam ſecundam illationem arguit Soci. quia trebellianicam, vt poſſit quis detrahere, duo copulatiuè requiruntur: primum ꝙ ſit hæres, ſecundum ꝙ grauetur, vt hæres. l. mulier, in fi. infrà ad Trebel. ſed vltra Soci. iſtud probatur in hac lege: vbi licet pater ſit hęres etiam directus per filium, ipſe tamen ex eius perſona non detrahit trebellianicam: quia non grauatur, vt hæres, ſed vt pater commodū capiens.

Ad idem tex. in l. lex falcidia. §. nunquam, & in l. acceptis, vbi Alex. in 4. not. infrà ad leg. Falci. ſed hæreditas profectitia licet acquiratur patri ꝓpria ipſius patris contemplatione non filij non tamen facit, ꝙ cenſeatur pater grauatus, vt hæres.

Sed reſpondeo ad argumentum, ꝙ teſtator cenſetur grauare patrem prout eum honorauit. argum. l. quædam mulier. ff. de rei vendi. l. 2. C. de acqui. poſſ. ſed fuit honoratus pater tanquam hæres inſtituendo filium eius contemplatione: quo caſu perinde eſt, ac ſi pater ipſe eſſet inſtitutus quo ad omnes iuris effectus, vt ante dictum eſt, nam ſi pater immediatè inſtitutus eſſet, non eſt dubium, ꝙ cenſeretur grauatus, vt hæres: ergo idem ſi inſtituatur filius contemplatione ipſius patris, & ratio Socini ſolum militat in aduentitijs, in quibus licet patri quæratur commodum, non tamen cenſetur grauatus, vt hæres, ſed vt pater, ex quo patris contemplatione filius non inſtituitur.

24 Tertiò arguit Socinus † contra hanc ſecundam illationem: quia illud quod dicitur, oportere quem grauari, vt hæredem, vt competat trebellianica, intelligitur, id eſt quod ſit directò hæres, dicta. l. tertia, & dicta l. qui liberis. §. hæc verba, ſupra de vulgari, vbi ſubſtitutio facta per illa verba. Quiſquis mihi hæres erit, non compræhendit patrem, aut dominum, qui non eſt directò, aut immediatè hæres.

Et hoc probatur, ſecundum Socinum in dicta lege, mulier. in fi. ad Trebell. rectè intuenti: vbi vt ſit locus trebelliano, & ſic detractioni quartæ, qui vnus eſt inter effectus trebelliani, non ſufficit quem rogari de hęreditate, niſi rogetur, vt hęres: dum dicit, non ſufficere quem rogari de hæreditate, clarè præſupponit, ꝙ hæreditas ſit apud eum, & ꝙ ſit hæres: niſi ſit hæreditas apud eum directo iure, ita ꝙ rogari poſſit, vt hæres directus, qui tex. prima facie non parum videtur arridere intentioni Soci.

Sed reſpondeo verum eſſe, ꝙ oportet hæreditatē eſſe iure directo apud grauatum, vt grauari poſſit tāquam hæres directus: ſed dico ꝙ hæreditas profectitia eſt eiuſmodi: quia dicitur eſſe apud patrem iure directo verè, & propriè, & ex iudicio teſtatoris expreſſo: cum perinde ſit atq; ſi pater ipſe immediatè eſſet inſtitutus.

25 † Non obſt. tex. in d. l. 3. & in d. l. qui liberis. §. hæc verba. vbi tex. generaliter loquitur, ꝙ pater, aut dominus non admittitur ad ſubſtitutionem, ergo generaliter intelligitur, licet fiat inſtitutio contemplatione patris, vel domini: vt ibi per Iaſ. poſt Are. colu. 3. poſt med. nam reſpondeo, ꝙ in dictis iuribus verbū, hæres, refertur ad hæredem ſcriptum prout eſt factū, & fateor, quod pater, aut dominus nō dicitur hæres ſcriptus, ſed in detractione trebellianicę iſtud non requiritur, ſed ſolum, ꝙ ſit hæres directus iudicio teſtatoris expreſſo, & ꝙ vt talis grauetur.

Quartò contra dictam illationē arguit Soci, quia quod conſequitur dominus ex inſtitutione facta de ſeruo contemplatione ipſius domini, dicitur conſe-
26 qui a ſeruo, & mediante eius aditione, † quia niſi ſeruus velit, non cogitur adire; imo pati poteſt, vt pelle exuatur, potiuſquam adeat. gl. & Doct. in l. cum proponas. C. de hær. inſti. no. in d. l. cum aliquis. C. de iure delib. itaq; ſi conſequitur mediante perſona ſerui, & eius aditione, ergo non grauatur, vt hæres, ſed tanquam dominus, cui hæreditas acquiritur.

Reſpondeo ad argu. Socin. ꝙ conſequentia non valet, conſequitur dominus hæreditatem mediante perſona ſerui, aut eius aditione, ergo non grauatur, vt hæres, ſed vt dominus, cui hæreditas acquiritur, ꝗa attento arg. Soci. ſequeretur, ꝙ iura hæreditaria primò fuiſſent radicata in perſona ſerui: quia alias ab eo conſequi dominus non poſſet. l. traditio. ff. de acquir. rer. dom. ſed iſtud eſt falſum: quia iura immediatè habentur ex perſona teſtatoris, & ab ipſo teſtatore immediatè tranſeunt in ipſum dominū in hæreditate profectitia ſine vllo medio: cum perinde ſit, ac ſi
27 dominus inſtitutus eſſet. Nec † obſt. ꝙ aditio ſerui ſit neceſſaria: quia iſtud non curatur, ex quo non requiritur ad effectum, vt ꝑ ſeruū acquiratur domino: cum acquiratur à teſtatore immediatè: ſed in hoc deſideratur aditio, vt teſtamentū valeat. l. ſi nemo. §. de teſta. tut. nā requiritur aditio ēt ſi ipſe dñs immediatè hæres ſcribitur, & ſic non valet conſequentia Soc. hæreditas, acquiritur domino per aditionē ſerui, ergo vt dominus cēſetur grauatus, quia nō quæritur dño, vt dño per ſeruum, imo vt hæredi, ex quo eius contemplatione inſtitutus eſt ſeruus: ergo vt hæres cenſetur grauatus, & ſic retorquetur argu. Soci.

Quintò arguit Soci. contra iſtam ſcundam illationem. nam iſta lex generaliter, & ſimpliciter loquitur, ꝙ pater non detrahit trebellianicam, quando grauatur reſtituere filio inſtituto: ergo generaliter debet intelligi quomodocūq; inſtitutus ſit filius, ſiue propter ſe, ſiue contēplatione patris. vulg. l. de precio. ff. de publicia, cum ſimil. ideo intelligere iſtam legem, ꝙ loquatur in hæreditate aduentitia, nimia videtur reſtrictio, quæ iure non probatur.

28 Sed reſpondeo, † ꝙ talis reſtrictio eſt neceſſaria, & colligitur ex ipſa lege, dum dicit, ꝙ capit vires fideicommiſſum extranei ex perſona filij: ergo neceſſariò intelligitur, quando inſtituitur filius ſui, non patris contemplatione; nam vbi inſtituitur contemplatione patris, non poteſt valere fideicommiſſum ex perſona filij: cum nudus tunc dicatur miniſter.

29 Secundò reſpondeo † retorquendo fundamentū contra Soci. in dubio, quando ſimpliciter relinquitur filio, nec fit mentio patriæ poteſtatis, intelligitur relictum filio contemplatione ipſius filij. l. filio, vbi Bart. infrà de condi. & demonſtra. latius idem Bar. in l. ſi filio. 2. ff. de dona. cau. mort. not Doct. in l. cū aliquis. C. de iure deliberan. itaq; lex iſta cum ſimpliciter loquatur quādo filius inſtituitur intelligi debet, ſecundum ius, quod cenſeatur inſtitutus contemplatione ipſius filij.

† Sextò

30 † Sextò contra iſtam illationem, & concluſionem arguit Imo. tacitum non debet plus operari quam expreſſum .l. qui ad certum ff. locati. ſed vbi filius expreſsè grauatur reſtituere patri, cum erit ſui iuris, aut ſi tempore adinonis reperiatur ſui iuris detrahit filius trebellianicam, nec illam amplius detrahit pater, ſi poſtea grauatur reſtituere filio: ergo multòminus debet poſſe detrahere pater, quando inſtituitur filius contemplatione ipſius patris: quo caſu tacitè cenſetur rogatus patri reſtituere.

Ad iſtud arg. Imolę reſpondet Alex. hic col. penul. quod vbi inſtituitur filius contemplatione patris, voluit teſtator patri prouidere: nil mirum ſi pater vt hæres detrahit trebelianicam: ſecus vbi filius inſtituitur contemplatione ipſius filij: nam licet grauetur voluit teſtator vtriq; prouidere, & filio in trebellianica, & patri in fideicommiſſo. ſed clarius explico rationem diuerſitatis: nam quando filius inſtituitur contemplatione patris, dicitur filius nudus miniſter: nec poteſt tractari de retentione quartę: cum remaneat cōmodum apud eum: nec tunc neceſſaria eſt reſtitutio aliqua: imo patri acquiritur citra aliam reſtitutionē. ſecus quando inſtituitur intuitu ipſius filij. ex quibus apparet quod argu. Imolę fit ex diuerſis habentibus rationem diuerſam, & ſeparatam.

Secundo reſpondeo, ꝙ ideo pater non detrahit, quando filius reſtituit patri ex grauamine expreſſo, deinde rogatur pater reſtituere filio, quia pater tunc
31 non dicitur hæres directus, † ſed fideicommiſſarius, qui trebellianicam non detrahit. d. l. mulier §. fi. infra. ad Trebel. ſed quando filius inſtituitur contemplatione patris, dicitur pater hæres directus, & cenſetur grauatus tanquam hæres.

32 Tertiò reſpondeo, † ꝙ vbi reſtituitur quis contemplatione alterius, non detrahit trebellianicam. glo. ſing. in l. in fideicōmiſſaria. §. fi. in fi. infrà ad Trebel. per l. in fideicommiſſi. §. cū Pollidius. ff. de vſur. cum ſimil. vt per Alex. hic col 11. in fi. ver. nec ob. ſecundum Imo. Deci in conſi 495. in fi Addo Ang. & Pau. de Ca. in l. cum aliquis. C de iure delib. nam pertinere debet commodum, & incommodum omne ad eum cuius contemplatione quis inſtituitur: nil mirum ſi pater poſtea rogatus detrahit, cum detracta adhuc non ſit. Neq; obſtat reſponſio Imo. ꝙ ideo in d. §. cum Pollidius. non detrahitur trebellianica per inſtitutum contemplatione alterius: quia teſtator cōſiſus de perſona illius tertij filio aliter ꝓuidere non poterat niſi tertium inſtituendo. ſed hic poterat aliter prouidere inſtituendo immediatè patrem quod ipſum cum non fecerit, videtur detrahenda trebelianica per filium, licet inſtitutum contemplatione patris: nam reſpondet Alex. hic col. pen. circa med. verſi. optimè etiam fundatur. ꝙ etiā in d. §. cum Pollidius. poterat teſtator aliter prouidere inſtituendo filium, & conſtituendo tertium, cui fidebat, executorem.

33 † Sed contrà iſtam tertiam reſpōſionem tenet Soc. iunior hic in quęſtionibus Bar. col. 5. nn. 19. ꝙ imo inſtitutus contemplatione alterius detrahit trebellianicam. nec ob. d. §. cum Pollidius. per quem mouetur gloſ. in d. l. in fideicommiſſaria §. fin. vbi. fructus reſtituūtur: à fortiori videtur impediri retentio trebellianicę, quia ſecundum Soci. iuniorem non valet conſequentia, reſtituuntur fructus, ergo non detrahitur. trebellianica: per l. baliſta. infra ad Trebel. ſed iſta reſponſio non placet Imo. d. §. cum Pollidius. probare videtur à fortiori, vt proximè eſt dictum. Neque obſtat d. l. baliſta quia non loquitur in inſtituto contemplatione alterius. Nec obſtat ꝙ ibi reſtituūtur fructus
34 & tamen retinetur trebellianica: quia iſtud eſt † iure iſto fforum. quo trebellianica prohiberi non poterat l. ſi vt allegas. C. ad leg. falcid. ſed hodie ſecus eſt. Proinde plus equo animoſius locutus eſt Soc. iunior dicendo falſam eſſe glo. in d. l. in fideicommiſſaria §. fi. licet cōmuniter receptam, quippe veriſſima eſt iure, authoritate Docto & equitate comprobata.

Sepimò contra iſtam ſecundam concluſionem Soci. hic & contra ſecundam illationem ex ea factā, ꝙ imo pater nō dicatur hæres directus, neq; trebellianicam detrahat, quando inſtituitur filius contemplatione ipſius patris, arguit Soci. iunior hic inducendo
35 † & retorquendo tex. in d. l. quidam cum filium. ſupra de hære. inſti. vbi. inſtitutus contemplatione filij remanet hæres, adeo ꝙ filio ſuccuritur ſolum actione mandati. Sed certè malè retorquetur ille tex. nam ideo inſtitutus ibi remanet hæres, quia non dicebatur ꝙ fuiſſet inſtitutus contemplatione filij. & deciſio illius legis fundatur in hoc, ꝙ voluntas teſtatoris fuit omnino tacita: promiſſio autē inſtituti ſolum facta fuit filio, non teſtatori. ſecus autem vbi conſtaret de voluntate teſtatoris: quia haberetur inſtitutus pro nudo miniſtro.
36 † Octauò dum ſupra adductus eſt tex. pro hac concluſione, & illatione in d. l. paterfamilias primis tabulis. ſupra de vulgar. dicit Socinus iunior hic quod ille text. nihil probat. quia loquitur in hærede hæredis, qui in totum ſuccedit in locum primi hæredis.

Sed iſta reſponſio non valet. quia ratio illius textus non fundatur in hoc ſolum, nec fundari poteſt, quia in conditionibus non venit hæres hæredis. dicta l. qui liberis §. hęc verba. ſupra. de vulgari. Sed fundatur ratio in hoc, quia hæres pupilli eſt hæres ex iudicio ipſius teſtatoris expreſſo, qui ipſum pupillo ſubſtituit. ideo dicit Bart. in d. l. paterfamilias. quod non curatur, vtrum ſit hæres quis mediatè, vel immediatè ſed illud tantum curatur, an ſit hæres ex iudicio teſtatoris. Plane quando inſtituitur filius contemplationę patris, venit pater ex iudicio teſtatoris expreſſo ſecus in hæreditate aduentitia. ob id malè videtur comparari caſus hæreditatis aduentitię, & profectitię, cum militet diuerſa ratio.

Abundè, & ordinatè viſum eſt, an hodie procedat iſta lex in hæreditate profectitia, tam in prima quam
37 in ſecunda parte † ſupereſt vt videamus an procedat in hæreditate aduētitia. in quo articulo dicta Bar. vario modo intelliguntur per Ang & Alex. hic nam aliter intelligit Alex. aliter Ange. Alexand. intelligit Bartol. velle, ꝙ hodie non procedat iſta lex in hæreditate aduentitia reſpectu proprietatis tantum, ſed procedat tamen reſpectu vſusfructus. & ꝙ fideicommiſſum vſusfructus cenſeatur collatum in tempus exiſtentię ſui iuris: quia ante valere non poteſt. nā ſi reſtitueretur vſusfructus filio in poteſtate, ſtatim reacquireretur patri. cū nihil immutatū ſit hodie reſpectu vſusfructus niſi ꝙ prohiberi poteſt eius acquiſitio. d. authen. excipitur C. de bo. q̄ lib.

Sed Ange. intelligit Bar. velle, ꝙ nō valeat tale fideicōmiſſum etiā reſpectu vſusfructus. quia vbi finitur, ſtatim reuertitur ad proprietatem, & cum ea conſolidatur ipſo iure ſine alia reſtitutione: ſed tantū valet reſpectu fructuū medij tēporis. quos tenetur pater reſtituere, ſecundū Bar. & iſte intellectus Ang. magis placet: licet dicat Alex. ꝙ Ang minus fideliter recitet Bar. imo fidelius ipſo Alex. & Ang. intelligentiam ſequitur Soci. hic col. 15. ver. tertia concluſio. & licet Soci. aliter non declaret, dico ꝙ iſta intelligentia apertiſſimè colligitur ex dictis Bart. nam Bar. primo loco recitat opi. Roger. in tertia gl. qui iſtud quidē voluit quod Alex. dicit: id eſt non valere fideicommiſſum in hæreditate aduentitia niſi reſpectu vſusfructus in tempus tamen ſui iuris. ſed recedit Bar. ab opi. Roger. & dicit non valere fideicommiſſum etiā in vſufructu quia reuertitur ad proprietatē ipſo iure abſq; reſtitutione: valet tamē reſpectu fructuū perceptorū, quos tenetur reſtituere. & iſta fuit vera intētio Bar. &

ita

ita etiam intelligit Pau. de Ca. hic nu. 38. in fi. nu.
In hæreditate autem aduentitia reſpectu proprie-
tatis, omnes conueniunt, ꝙ iſta lex hodie non proce-
dat, nec valeat fideicommiſſum quia vbi inſtituitur
filius contemplatione ipſius filij, per aditionem pro-
prietas ſtatim quæritur ipſi filio l.cum oportet C. de
bonis quæ liberis. ideo non valet fideicommiſſum
in re propria ipſius fideicommiſſarij l.proprias. C. de
lega.
38 † Sed iſta concluſio, ꝙ non valet fideicommiſſum
in hæreditate aduẽtitia reſpectu proprietatis proce-
dit filio adeũte: ſecus ſi repudiat, & pater adit, iuxta l.
fi. C. de bon. quæ libe. nam tunc valet etiam in pro-
prietate: quia ceſſat ratio d.l. proprias. ſecundũ Alex.
hic col. fi. poſt Ang. & Imo. vbi amplius, ꝙ iſto caſu
ſumit fideicommiſſum vires ex perſona patris: ob id
detrahit trebellianicam aduerſus filiũ. neq; iſto caſu
dici poteſt rogatus tanquam pater commodum ca-
piens: cum ſit hæres directo ex propria inſtitutione.
Sed contrà iſtam declarationem, aut limitationẽ
videtur facere tex. in l.5. infra de lega.3. vbi quando
quis conſequitur hæreditatem a caſu non ex iudicio
teſtatoris non grauatur: ſed pater videtur ſuccedere a
caſu propter repudiationem filij. Ad iſtud argu. reſ-
pondet Soci. iunior hic in quęſtionibus Bar. col 6. nu.
24. ꝙ imo videtur pater ſuccedere ex iuditio teſtato-
ris, qui cenſetur ſe conformare cum diſpoſitione le-
gis, vt patri quęratur proprietas filio repudiante cla-
rius poteſt reſponderi, ꝙ qua ratione dicitur pater
honoratus in vſusfructu iuditio teſtatoris filio adeun
te, ita, & in proprietate filio repudiante. nam habet
proprietatem a teſtatore mediante facto filij. i. mediã
te eius repudiatione, & ſic non magis dicitur conſe-
qui proprietatem a caſu, quam vſufructum.
Sed aduertendum ſecundo circa iſtam declara-
tionem, dum dicitur, ꝙ filio repudiante valet fideicõ
miſſum etiã in proprietate, & ex perſona patris, adeo
vt ſit locus detractioni trebellianicę; nam iſtud de tre
bellianica videtur dubium. quia licet pater fiat hæres
directus ex aditione propria, tñ cũ filius fuerit inſtitu-
tus contẽplatione ipſius filij, cenſetur p̃r grauatus, vt
p̃r cõmodum capiẽs, non vt hæres ergo non videtur
locus trebellianicę. d.l. mulier §. fi. infra ad Treb. neq;
ſequit̃ valet fideico. ex perſona p̃ris, ergo detrahit p̃r
39 trebell. vt pater in hac lege. Conſidero etiam ꝙ † du-
plici ratione pater in caſu huius legis non deducit tre
bellianicã contra filiũ: prima, quia nõ grauatur vt hæ-
res, ſed vt pater. quam rationem expreſſim dat text.
Secunda ratio eſt, quia pater conſequitur hæreditatẽ
beneficio filij inſtituti, & adeuntis cum adire nõ tene-
retur ideo nõ poteſt vti tali beneficio contra ipſum
filium. modo licet ceſſet vna ratio, ꝙ non habeat hæ
reditatem beneficio filij, tamen cum altera conſtet,
procedere debet iuris diſpoſitio l. liberorum ff. de his
qui not. infra §. affinitatis. inſtitu. de nupt. imo vide-
tur ſubeſſe etiam illa ratio, ꝙ vti non poſſit illo bene-
ficio contra filium. nam filius licet repudiet, tamẽ cũ
fuerit inſtitutus ſui contemplatione, verũ eſt dicere,
ꝙ conſequatur pater hæreditatẽ cõtemplatione filij
inſtituti. quia ceſſante inſtitutione hæreditatẽ ipſam
habiturus non erat. rurſus amplius conſequitur pater
per repudiationẽ filij quã laturus eſſet ipſo filio ad-
eũte ſiquidẽ non acquiritur patri proprietas quoties
adit filius ob id conſequi videtur beneficium a filio
ex eius repudiatione.
40 Tertio aduertendum † quia cõtra iſtã declaratio-
nem, aut limitationem, ꝙ valeat fideicommiſſum in
hæreditate aduentitia reſpectu proprietatis filio repu
diante, arguit Are. hic: nam ſi ſolum valet in caſu re
pudiationis filij ergo non valet ab initio antequam
filius repudiet: conſequenter fideicommiſſum nullũ
ab initio non poteſt cõualeſcere ex repudiatione ſu-
peruenienti impediente regula Catoniana.
Ad iſtud argu. Aret. reſpondet Soc. hic col. 15. nu
28. ꝙ in tali legato, aut fideicommiſſo facto hæredi
ſcripto, quod valere non poteſt ipſo exiſtente hære-
de, intelligitur conditio tacita ſi repudiauerit. l. filio,
vbi glo. & Bart. infrà eo. ergo ceſſat regula Catonia-
na quæ ad legata conditionalia non pertinet, vt an-
te eſt dictum in 2. par. nu. 8. & nu. 111. & 179. idem
vltra Soci. videtur probari per hanc legem, in qua fi
deicommiſſum relictum filio inſtituto recipit tacitã
cõditionem, cum erit ſui iuris, vt actus valeat, de quo
abundè ſuprà eſt dictum in prima parte, nu. 7.
Quartò videndum eſt circà iſtam declarationem,
41 aut limitationem: tu dicis † ꝙ in aduentitijs valet fi-
deicommiſſum etiam quo ad proprietatem filio re-
pudiante: quæro an ſtatim valeat, aut collatum cen-
ſeatur in tempus exiſtentiæ ſui iuris? ſecundum opi.
Ang. quam ſuprà probauimus, videtur ꝙ ſtatim va-
leat: cũ filius ſit capax proprietatis in aduentitijs, neq;
obſt. ꝙ hæreditas eſſet inutilis patri, ſi ſtatim tenere-
tur reſtituere d. l. epiſtolam. § fi. infrà ad Trebelliã.
quia reſponſum eſt ſuprà, ꝙ non erit inutilis propter
42 retentionẽ vſusfructus, & ſi dicas † ꝙ cenſetur pro-
hibita retentio vſusfructus mandando reſtitui fidei-
commiſſum, tenendo opi. Paul de Caſt. hic colu. 5.
nu. 18. dico, ꝙ requiritur prohibitio expreſſa ſecũdũ
Alex. hic col fi. Præterea ſi teneamus opi. Pau. de Ca.
illam retorqueo: ergo curandum non eſt, ꝙ hæredi-
tas ſit inutilis in perſona patris: ex quo ita apparet de
voluntate teſtatoris, qui voluit ſtatim reſtitui prohi-
bendo retentionem vſusfructus.
Si verò teneamus † communem opi. contra An-
43 gel. ꝙ cenſeatur dilatum fideicommiſſum in tempus
ſui iuris, tunc fideicommiſſum debitum filio repudiã
ti cenſebitur collatum in tempus exiſtentiæ ſui iuris,
ſecundum Soci. iuniorem hic in quæſtionibus Bart.
colu. 6. nu. 25. Sed aduerte, quia etiam tenendo com
munẽ opi. contra Ang. non videtur illud procedere,
quia communis opinio loquitur in fideicõmiſſo pro
fectitio, in quo etiam hodie nihil videtur immutatũ,
ſed nos loquimur in aduentitio cuius filius ſtatim eſt
capax in proprietate: ergo non bene videtur arguere
Soci. iunior de profectitio ad aduentitium, inter quę
non breuis ſit differentia.
Pro iſta opi. ꝙ iſtud fideicommiſſum debitum fi-
lio repudiãti cenſeatur collatum in tempus exiſten-
tiæ ſui iuris, arguit Soci. iunior hic: nam quando pa-
ter adit filio repudiante hæreditatem aduentitiam,
habet eam pater iure proprio, & ex eius perſona ex
ſua aditione, ergo maius videtur habere ius, quàm in
hæreditate profectitia, quàm habet per aditionem fi
lij. Porrò ſi in profectitia cenſetur dilatum fideicom
miſſum, cum erit filius ſui iuris, multomagis in ad-
uentitia.
Sed retorquetur argu. quia hæreditas profectitia
magis dr̃ haberi iure ꝓprio, & ex ꝓpria perſona, quã
aduentitia; nam profectitiam dicitur pater capere à
teſtatore immediate, non à filio, licet mediante per-
ſona filij: ſed aduentitia dicitur haberi ab ipſo filio
ſui contemplatione inſtituto, & in cuius perſona pri-
mo radicatur acquiſitio.
Magis placet opin. Ange. quod ſtatim debeatur
fideicommiſſum filio repudianti ſine conditione, aut
dilatione aliqua, quam etiam tenet Soci. iun. in hac
ſecunda quæſtione Bart.
44 † Quintò contrà iſtam declarationem, aut limita
tionem opponitur, tu dicis, quod debetur fideicom-
miſſum aduentitium filio repudianti, & quidem ſta-
tim; contra, nam filius repudiando videtur impugna
re iudicium teſtatoris, & conſequenter priuandus vi-
detur omni cõmodo hęreditatis, ſicut dicitur in hæ-
45 rede repudiante, & coactè adeunte † ꝙ hęreditatem
reſtitui

reſtituit fideicommiſſario ad integrum nullo retento.l.ita tamen.§.qui ſuſpectam, & l.ſi patroni. §. qui fideicommiſſariam. infra ad Trebellia.

Socin.iunior in hac ſecunda quæſtione Bar.nu.26. reſpondet ad argumentum, quod filius repudiando non dicitur impugnare voluntatem teſtatoris. dicta l. filio pater.infra eod. Ad dictum.§. qui ſuſpectam. reſpondet quod hæres non dicitur adire quo ad ſe, cum adeat coactè; ideò aditio coacta prodeſſe ei non debet.

Sed iſta reſponſio non placet;nam ſi hæres omninò repudians,& nullo modo adiens non priuatur relicto,ergo multòminus adiens licet coactæ,vel ſi coactè adiens priuatur, ergo multomagis repudiãs,ideo aliter reſpondeo ad argum ꝙ tunc repudians dicitur impugnare voluntatem defuncti,quando teſtamentum deſtituitur nullo alio cohærede adeunte: ſecus vbi datur cohæres,qui adit, ita expreſsè habetur in d. §. qui ſuſpectam, ſed hic per repudiationem filij non deſtituitur teſtamentum; nec decedit teſtator inteſtatus: cum adeat pater ex teſtamento filio recuſante, aut repudiante.

quia talem legem in teſtamento non poſſunt dice-
re. Ex qua ratione, illud decerpitur, ſatis voluntatem
25 † ſine poteſtate non eſſe. A duobus enim effectus
omnis comparationis humanæ perficitur volunta-
te, & poteſtate. l. Barbarius. ff. de offic. prætor. l. 1. ff.
de conſtitut. Princip. & alia, de quibus infrà. nume.
289. verſi. ſententiam conuerſam econtrario inepta
poteſtas ſine voluntate eſt. l. ſi filiæ. Ibique glo. 1. C.
de donatio. ante nupt. l. multum intereſt. C. ſi quis al-
teri, vel ſibi. cap. cum ſuper Abbatia. Ibi poſſet, &
nollet. de offic. delega. & alia apud nos in tractat. de
antiq. temp. parte. 1. nu. 94.

Ratio hæc indigna Iuriſconſulto videtur, vt po-
26 tè, quæ † nihil aliud, niſi dictum habet. Quid ita
prohibitio hæc efficax ſimplex non eſt, quia talem
legem in teſtamento non poſſunt dicere. An non
& ratio hæc rationem expoſtulat, cur legem adij-
cere talem non poſſunt. Ampliorem enim dicto
eſſe rationem oportet, vt dictum per eam perſua-
deatur. l. fin. ibique glo. ſecunda Barto. & Iaſ. ff. de offi.
procura. Cęſar. l. pro hærede cum. l. ſequen. ff. de pe-
titio. hæredit. gl. 3. in l. Labeo. ff. de vſucapio. in l. 1. in
glo. ff. de exceptio. Barto. in l. qui interrogatus. ff. de
petitio. hæredit. Bald. in l. 1. num. 15. circa fin. C. de
ſeruis fugit. Corn. in cõſi. 22. colum. 4 ante med. lib.
2. & alia, de quibus apud nos in l. 1. num. 48. ſuprà
eodem. in poſteriore lectura. Qua propter ratio-
nes text. noſtri, quæ in præcepto nudo, & impoten-
tia conſtant, ideſt eo momenti nullius prohibitio-
nem eſſe, quòd nudum præceptum ſit, neque legem
talem dicere teſtatori licet ineptas Cuma. hic in prin.
ait. vocem hanc nudum. vt Docto. faciunt exponen-
do, nudum ſcilicet à cauſa, vel ab efficacia, quòd
idem ac dictum ratio vtraque continet, vnde nu-
dum aliter Cuman. interpretatur, vt ad obligatio-
nem, & non translationem in alium, nudum præ-
ceptum pertineat, hoc eſt, quod neque prohibitus
obligatur, ac alij alienet, neque in alium res tranſ-

fertur, ſed enim ineptiæ ſuæ argumentum. Cuman. ipſe patitur, an non idem, atque dictum, & Cuma. expoſitio habet. ſiquidem rationem, & hæc Cuma. expoſitio deſiderat. Cur ab obligatione, & translatione vacuum præceptum hoc genus dicatur. hoc eſt cur prohibitum non obliget ne alij vendat, aut alienet, & ſi vendat, cur ad bona in alium transferenda præceptum hoc non proſit, in cohæredem puta ſubſtitutum vè, aut hæredem legitimum.

27 Vnum tamen in Cuma. expoſitione † adnotandum, vim omnem prohibitionis alienandi, in perſona conſiſtere, ad quam alienatione facta, bona deferantur. Neque cauſam aliam prohibendi Cuma. exquirit, ita cauſa omnis prohibendi à perſona ipſa pendet. Conſequens inſpectioni huic fit, cauſam quam idoneam prohibendi non videri, niſi perſona inueniatur, propter quam facta prohibitio ſit, idque ex parte tertia perſuaderi text. noſtri videtur verſic. quod ſi liberis. In quo ad cauſam prohibendi demõſtrandam non niſi perſonæ ſubijciuntur, ad commodum quarum prohibitio ſpectat. Iure & illo in-

28 ſpectio hæc nitatur, quo cautum eſt, ab eo † denominationem faciendam, cõtemplatione cuius quid fit, non a facto ipſo. l. ſi ita ſuero ſtipulatus. §. 1. & l. ſequen. ff. de nouatio. l. ex placito. C. de rerum permuta. eodem & illud attinet, cuius contemplatione quid fiat, non ad quem verba referantur, ſpectandum. l. iſti quidem in fin. ff. quod metus cauſ. l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. ſuprà eod. l. cum pater. §. donationis. infrà titu. 1. l. fideicommiſſa. §. plerunque. & §. ſeq. infrà tit. 2. l. 1. §. nunc de effectu. & l. ſi quis reũ. §. 1. infrà de libera. lega. l. cum dotem. infra ad l. falcid. & loci huius non pauca. Itaq; cum ex perſonis prohibendi cauſa conſtet, nihil aliud in prohibitionis robore inquirendum præter perſonas erit, propter quas facta prohibitio ſit.

Sed enim & in alio prohibendi cauſa inueniri, quam in perſonis poteſt, veluti cum ob affectionem teſtatoris, aut authoritatem eius reſtituendam prohibitio ſit per ea, quæ ſcripta, aut ſunt nu. 15. & ſeq. Cuman. opin. non ſpernendo, & quæ inferius dicemus. num. 56. & ſeq. ſecundum hæc, affectio hic cogitari dupliciter poteſt, perſonarum videlicet, & rerum nomine. Perſonarum, quæ charę teſtatori ſint, atque ideo ad eas venire bona voluit. Rerum, quæ extra ſuam abire hæreditatem noluit, tam & ſi alienatione inſecuta, ad alios non tranſeant.

Cæterum quia de cauſa, & perſona diſcretim tex. loquatur, quæri poteſt, idem ne vnum atque alterum polleat. De qua re plura infrà num. 43. verſic. cæterum quia.

Hactenus de parte prima, & ſecunda facti ſpecies. Quæ rationibus dubitandi decidendique dilucide

29 enarrata, & frugaliter eſt. Ad partem tertiam † in verſi. quod ſi liberis deſcendendum, in qua exemplo declaratur, quod expreſſum ante ibi eſt, cũ inueniatur perſona. l. Partis igitur huius tertiæ exponendæ cauſa, quæſitum apud iuriſconſultum tex. huius authorem, dictum ante eſt, inanem hoc genus prohibitionem ſine cauſa eſſe, cum perſona non inuenitur, reſpectu cuius interpoſita videri prohibitio poſſit. Quo nam modo conſtare de perſona hac poſſit. Reſpondet Martianus, de perſona tunc liquere, cum liberis, poſteris, libertis, hæredibus, aut perſonis alijs quibuſdam conſulentes teſtatores voluntatem huiuſmodi ſignificarent, id eſt alienationem prohiberent, vt ex Dy. & Alberic. hic exponit.

Verſi. hic quòd ſi liberis. ſenſum duplicem admittit. Prior ex Caſtrenſi hic deſumitur. num. 5. & in fine commentarij, vt eo caſu liberis, poſteris, & deinceps alijs conſultum, aut proſpectum eſſe teſtator ſentiat, cum prohibito poſt mortem ſubſtituti eius ſunt, Hoc enim caſu ad ipſos ex prohibitione hæc bona peruenire, quæ alienata, contra prohibitionem eſſent, teſtatorem cogitaſſe veri diſſimile nõ eſt. Atq; ideo quod conditionale in mortem prohibiti fideicommiſſum erat, Præſens purum vè alienatione facta, inuenitur, vt peti illico poſſit, vbi primum facta alienatio eſt, vt Caſtren. hic docet. num. 7. cum ſenſu hoc Caſtren. Opizonius hic facit. num. 11. verſi. de ſecundo. vberius. num. 22. & ſeq. Crot. num. 32. idem præter Opizo. & Crotum, ex Caſtren. probatur in l. peto. §. fratre. num. 2. verſi. nec obſtat, quod notatur. j. titu. 1. vbi glo. vocat in l. cum pater. §. libertis. in gl. 2. infra titu. 1. in quo §. libertis. idem etiam Caſtren. ſcribit. nu. 4. verſi. ſecunda differentia. idem Caſtren. ſentit in conſi. 77. viſis & conſideratis omnibus diligenter. num. 2. circa fin. verſic. concludo ergo. libr. 1. ſenſum hunc per glo. memoratam. Alex. amplectitur. in l. 3. §. res quæ. nu. 5. in quarta limitatione. infrà ad trebellia. Socin. in conſi. 75. num. 1. in fin. ſeu col. 2. circa prin. lib. 1. Iaſ. in Authen. res quæ. num. 24. in quinto notab. C. com. de lega. ad ſententiã hãc Alex. confert in conſi. 23. lib. 1. nec quamdiu prohibitus vixit, qui deliquit, à filio bona occupari. Id quia locus ſtatim ſubſtitutioni. fit, quam admiſſum delictum eſt, perinde, vt ſi alienatio facta à prohibito eſſet. qua ſententia Opizon. hic vtitur. num. 47. & ſeq. Crot. num. 32. verſi. tertia ſit concluſio. Loazes num. 114. verſic. quarta. ſit concluſio. Ripa num. 17. qui Alex. etiam in eandem ſententiam incogitatę addit in l. ſi conſtante. §. ſi. ſuprà ſolut. matrim. quo loci verbum de hoc apud Alex. non fit. de ſenſu hoc Caſtren. ſuper verſi. quod ſi liberis. inferius etiam memoria habetur num. 185.

Illatio ex ſenſu hoc non vulgaris deſcendit, per quam reſtrictionem non modicam text. noſter in parte prima admittit, ne locum habeat, vbicunque ſubſtitutio in caſum mortis adſcripta prohibito legitur. Quo caſu nuda, aut ſimplex intelligi prohibitio nequit. Immo enim ſubſtituti gratia facta ſemper videtur, vt qua ratione alienatione non facta, ad ſubſtitutum poſt mortem prohibiti ambulare bona voluit, ita alienatione contra prohibitionem nudam attentata, ad bona ipſa diſtracta ſubſtitutus perueniret. Ad quem modum veſtitum à ratione, aut perſona tacita prohibitio ſimplex accipiet. Conſequenter ſenſui huic priori dicendum, potentius ſubſtitutionis ius ad prohibitionem ſimplicem confirmandam, aut veſtiendam, quam cohæredis, aut hæredis legitimi videri. Siquidem alienatione contra prohibitionem nudam facta, per cohæredem, aut hæredem legitimum reuocari alienatio non ſolet.

Si dixeris, inutilem ad modum hunc prohibitionem videri, quatenus, & ea omiſſa, ad bona ex ſubſtitutione peruenturi ij erant, gratia quorum facta prohibitio eſt. Reſpondetur, in rem prohibitionem ob commodum repræſentationis eſſe, de qua ante, & apud Caſtren. hic nu. 7.

Limitatio ab expoſitione, & illatione hac eius ſequitur, quod dictum ante eſt. numer. 29. & quattuor ſequentibus. Non aliter perſonam tacitam ſubaudiri, vt vigorem ab ea prohibitio ſimplex capiat, niſi ſi adſcripta priuatio ſit, ne ad eum pertineat, qui prohibito ſubſtitutus poſt mortem eius ſit. Eius enim gratia, priuatione etiam non interueniente, facta ſemper prohibitio videtur.

Duo hic videnda, Primum, cum potius ſubſtituti, quam cohæredis ius in ſenſu hoc reputatur, verum enim id non videtur, quotiens niſi poſt mortem hæredum omnium ſubſtitutus non admittitur cohæredis enim tum potius ius habendum, vt habetur in l. pen. C. de impuber.

Alterum

Alterum, reſtrictionem pertinimium textui noſtro à ſenſu hoc afferri, quo inutilis prohibitio æſtimatur, quæ niſi ad prohibiti commodum & conſilium non ſpectat. Ratio quippè hæc commodi, & conſilijs per ſubſtitutionem non tollitur. Atque ideo veſtitu quo ſubſtitutionis operiri prohibitio nuda non videtur.

Quid enim prohibet, vtilitatis prohibiti, & conſilij cauſa alienandi facultate interdici, vt ſubſtitutio poſt prohibiti facta mortem ſit. Rationis item non videtur, ſtatim ſubſtitutum admitti, vt facta alienatio eſt, quem niſi poſt mortem prohibiti teſtator nō vocauit, qua ratione Deci. in conſi. 636. num. 8. & ſequen. duobus. Mortem expectandam prohibiti ait, quamuis robur prohibitio à ſubſtitutione accipiat, ibiq; arg. tacitum diluit, quo inepta videri prohibitio poſſet, ſi niſi a morte prohibiti admittendum non fore ſubſtitutum dicimus. Quandoquidem, & citra prohibitionis opem, effectum hunc habitura ſubſtitutio erat.

Senſus alter verſic. huius, quòd ſi liberis, & ipſe minoris controuerſiæ, ratam prohibitionem, & ſeruandam, quæ ad commodum, liberorum, poſterorum, & deinceps aliorum interponitur, quibus conſultum eſſe teſtator cogitauit, hoc eſt, cum ideo bonorū alienatione teſtator interdicit, quod apud liberos, poſteros, aut deinceps alios manere bona velit, qui ex Caſtren. ſenſus hic decerpitur num. 5. in fin. qui ad eum caſum pertinere text. hunc ait, quo liberis vti liberis, non quaſi hæredibus conſultum eſſe teſtator voluit, hoc eſt cum inter liberos, aut poſteros vti tales, non quaſi hæredes conſeruanda bona cenſuit, idque per text. hunc, qui non ab re de liberis, & poſteris ſine additamento hæredibus lo-
30 quitur, ſecundo per † tex. in l. pater filium in princ. infra titu. ſecundo a ſenſu contrario argumentando, cum liberis ex iuſtis nuptijs procreatis, & cognatis cæteris bona aſſeruari prohibita canit, aliud igitur per ſenſum contrarium innuit, ſi liberis non vti liberis ex nuptijs iuſtis genitis; verum ſub titulo hæreditario proſpectum a teſtatore ſit. Quorſum enim de nuptijs iuſtis meminiſſe, ſi niſi hæredum qualitas perſpecta teſtatori non fuit. Tertiò per text. id expreſſiorem Caſtren. confirmat in dicta l. pater filium, §. penult. qui fideicommiſſum ex prohibitione induci alienandi negat, quoties ſucceſſionis prohibiti cauſa, alienatio interdicitur, vt ſucceſſioni prohibiti bona reſeruentur, ita gloſſ. ſenſum in dict. §. penult. Caſtren. non agnoſcit, vt quod de fideicommiſſo reijciendo ſcriptum ibi eſt, ad verba pertineat.

Cauſam aliam mentis eſſe, ex ea enim fideicommiſſum admittendum, qui gloſ. ſenſus Alberico ibi non diſplicet, ſed quo nam pacto ad fideicommiſſum verba illa non ſpectent, gloſſ. ibi non docet, & quidem probabilem gloſ. expoſitionem non video, fideicommiſſo verba illa non congruere, quæ diſpoſitiua, & præceptiua ſunt, vt ſucceſſioni ſuæ prædia conſeruent, quorum vetita alienatio eſt, quando
31 quidem † & enunciatiua verba ad fideicommiſſum proſunt veluti cum ita ſcriptum legitur, non dubito bona te liberis redditurum. l. vnum ex familia, §. fin. infrà titu. 1. generis eiuſdem verba illa ſunt, habes filios ſororum ſuarum, quibus relinquas. l. codicillis, §. matre eodem titu. in eandem ſententiam verba illa, ſcio omnia, quæ ſibi relinquo, ad filios meos peruentura. l. Pamphilo in princi. infrà titu. 2. text. huc attinet in l. fideicommiſſa. §. hæc verba eodem titu. verba illa ad fideicommiſſum trahi, curam prædiorum agas, vt poſſint ad filios tuos peruenire, ſi verba hæc enunciatiua, in quibus præceptum non vertitur, ad fideicommiſſum valent, quid in verbis illis præceptiuis, vt ſucceſſioni bona conſeruent. Pro qua ſententia tex. videtur in l. & eo modo ſupra eod. ex verbis ijs fideicommiſſum naſci, volo hæreditatem meam tuij eſſe. An non eiuſdem ſententiæ verba illa ſunt, vt ſucceſſioni eorum bona conſeruent, non ne ſucceſſionis bona eſſe teſtator vult. Quid ita igitur, verba illa ad fideicommiſſum inepta gloſſ. exiſtimat. Quo circa melior Caſtr. opinio videtur, fideicommiſſum ibi omnino nō contingere.

Si dixeris, opinioni huic Caſtrenſ. textus reclamare, quæ mox relati ante ſunt, quibus & verbis non præceptiuis fideicommiſſum deduci expreſſum
32 eſt, ſed & verba † omnia ad fideicommiſſum ſufficere, ex quibus ſenſus in eo elici teſtatoris poſſit. text. indicat in l. 2. in princip. C. commun. de legat. perſpicuam planè teſtatoris mentem, vt ad ſucceſſionem prohibitorum bona perueniant, verba illa haud dubiè faciunt, vt ſucceſſioni eorum conſeruent. Reſpondetur, verborum frigiditate id non fieri, quin ad fideicommiſſum pertineant. Verùm ob iuris impedimentum. Namque ſi ſucceſſioni hoc eſt, ſucceſſoribus, hæredibusvè prohibitorum integra ſeruari bona oportet, vtique ab alijs quam ab hæredibus ipſis reuocari alienata non poterunt. At enim licentia hæredi prohibiti non eſt, defuncti factum impugnandi, vt infrà ead. l. §. ſequenti ibiq; gl. in ver. exhæredatos. l. 1. in princip. ff. de excep. rei iudic. l. ex qua perſona, ff. de regul. iuris. l. ſi ab eo, C. de nego. geſt. l. penult. C. de reſtit. milit. l. cum à matre. C. de rei vendicat. l. venditrici, C. de rebus alien. non alienan. l. ſi vxor. C. de bonis auctori. iudi. poſſid. l. ſiue poſſeſſio, C. de euictio. l. ſucceſſores, C. de ſolutio. l. ſi ab eo, C. de liber. cau. l. fin. C. ſi in frau. patro. text. omnium ſummus in l. ſi tertius, §. fin. ibi quod autem is, cui ſucceſſi fecit, perinde extat, quaſi ipſe feciſſem, ff. de aqua plu. ar. & alia apud Doc. omnes, vbique ratio hæc ſilet, vbicunque liberis,
33 prohibiti, vt liberis, non quaſi † hæredibus bona conſeruari teſtator iuſſit. Argumentum tunc enim non nocet, contra factum defuncti veniendi hæredi non licere, ſi hæredes patri non exiſtunt, à quibus alienata reuocantur, idque feudi exemplo perſuadetur, quod hæreditarium non eſt, quia liberis vt liberis, non vti hæredibus debetur, id enim ſi alienatum ſit, à liberis vendicatur, qui patri, aut defuncto hæredes non ſunt, à quo facta alienatio eſt, vt apud nos in reſponſo pro genero, num. 21. locupletius in reſponſi condimento, num. 25. Quibus, & alia in repetitione ipſius reſponſi, corollarij, & condimenti ſubiecimus, num. 93. Rationem aliam feudi hæreditarij eſſe, quod niſi hæredibus non defertur, id enim ab hæredibus ipſis non euinci, in locis teſtatum prædictis habemus, ſed & idem in feudo hæreditario ſecundum quid, vt nec ab hærede ex inuentario auocetur, Doctor. pleriſque viſum, in dicta reſponſi monſtratum repetitione habemus, tametſi opinioni huic non adſtipulemur.

Perſpici ex his non ægre poteſt, vter ſenſus potior in dicta l. pater filium. §. penult. gloſſ. an Caſtren. Caſtrenſi enim fauere rationes non molles videntur, de quibus memoria habita mox eſt, licet non explicatim, ita apud Caſtren. res aperiatur. Rurſus differentia hæc, vtrum liberorum quaſi liberorū, an liberorum, vti hæredum gratia alienatio interdicatur, ex text. declarari ipſo videtur in dicta l. pater filium in princip. & in §. penult. in vtroque enim text. cauſa prohibendi, expreſſa eadem eſt liberorum, ſcilicet gratia, vt inter eos ſalua bona permaneant. At enim diuerſum prohibitionis, vtriuſque ius editum legitur, fideicommiſſum enim inicio. l. ſenſu contrario admittitur, ſi ob cauſam volunta-

riam facta alienatio ſit, cum niſi neceſſitatis ratio-
ne, ideſt propter defuncti debitum. text. non nita-
tur. Neceſſitate igitur amota, ius aliud ſeruandum
apertiſſimè, text. innuit. in §. vero penult. dicta leg.
pater filium, fideicommiſſum in prohibitione ipſa
non recipitur. Diuerſitatis huius ratio excogitari
non alia poteſt, niſi quod liberorum quaſi libero-
rum in text. vno, ſucceſſorum in altero cauſa facta
prohibitio eſt. Quam diuerſitatis rationem ani-
maduerſam apud Caſtren. fuiſſe, verba eius innuũt,
quamuis, vti diximus, non ita perſpicuè loquatur,
Cum ſenſu Caſtren. Bartol. & Goffred. ſentiunt in
d. §. penult. ibique ad text. d. l. pater in princip. Barto.
reſpondet de perſonis certis, ideſt filijs conſerua-
tionem loqui, ad incertus hoc eſt ſucceſſorum text.
ſpectare in d. § penult. ſed facilior Caſtren. reſpon-
ſio, quam Goffred. etiam ſentit, de liberis ibi quaſi
liberis textum meminiſſe.

34 Contrarius ſenſui † huic Caſtrenſis, Caſtrenſis ip-
ſe cernitur in auten. ſed in ea. C. ad l. falcid. vbi
cum rem legatam alienari teſtator vetat, eamque
apud ſucceſſores manere legatarij iubet, pro filijs
ſucceſſores citra titulum accipiendos hæreditarium
ait. Ne ſi de filijs hæredibus, aut de hæredibus alijs
vocabulum ipſum ſucceſſores intelligimus, inanis
& illuſoria prohibitio fiat, quandoquidem aliena-
tionem à defuncto factam euertere hæres non per-
mittitur. Qua Caſtrenſ. ſententia Socin. vtitur in
conſil. 250. colum. 4 in princip. verſicu. & quando
prohibitio alienationis. lib. 2. Curt. ſenior in conſil.
45. num. 10. Ripa in l. ex facto. §. cum ita in fin. in-
fra ad trebellianic. de quo etiam apud nos in conſil.
509. num. 9. & in dicta repetitione reſponſi, corol-
larij, & condimenti num. 77. verſic. atque in ſpetie
cum abſurdum d. quæ domi adhuc latent. At enim
inepta, & ridicula omnino in dicto § penult. alie-
nandi prohibitio fit, ſi ſucceſſioni verbum ad hære-
ditatem referimus, vt in hæreditate, aut ſucceſſori-
bus teſtatoris prohibentis bona cuſtodiantur, quo
nam pacto enim effectum conſeruatio habebit, ſi
alienationes reſcindere, aut infirmare hæredibus
non licet.

Conſequenter his dicendum, aut Gloſſ. ſenſum
in dict. §. penult. Caſtrenſi anteferendum, aut ſi
Caſtren. ſententiam amplectimur, alterum Caſtren.
opinionem vti falſam repudiandam in d. auten. ſed
in ea. C. ad l. falcid.

Meliorem Bartol. Goffred. & Caſtrenſ. ſenſum
ad dict. §. penult. arbitror, idque propter negati-
uam vniuerſalem, nihil proponi de fideicommiſ-
ſo, quæ falſa dictio, & vis eius eſſet, ſi à mente vti-
le fideicommiſſum admittimus. l. ſi is qui. ccc. §. verũ
infra de rebus dub. qua ratione contra gloſſ. in dict.
§. penult. Goffredus vtitur, & quidem à verbis, &
mente text. abhorrere gloſſ. expoſitio videtur, per
quam negatiuam vniuerſalem ſecundum affirma-
tiuam, atque ideo potentius indebilius mittamus.
35 potentiorem † quippè affirmatiua negatiuam eſſe
non dubitatur gloſſ. vulgata in l. hoc genus infra de
condi. & demonſt. glo. magna in cap. cum dilectis
de conſuetud. inde fit, vt vniuerſalis vicem propriè
negatiua ſuſtineat, quæ concepta negatiuè ſit, vo-
luti cum dicitur, dolus abeſt, & fraus enim tan-
quam ſpecies eius propriè continetur, vt & ipſa
ceſſet. Non idem, ſi affirmatè dolus exprimitur,
eſt dolus, conſequens, quippè non fit, ergo & fraus,
ſi ad effectum, aut diſpendium alterius perductus do-
lus non ſit. gl. & Doct. in l. iuriſgentium. §. ſed ſi frau-
dandi, atq; ibi Fulgoſ. in ſpecie obſeruat num. 2. ff. de
pactis. Dec. in conſ. 3 nu. 5.

Si dixeris, Bartol. Caſtrenſ. & Goffred. opinio-
ne recepta, neceſſario Caſtrenſ. opinionem refelli in
dicta auten. ſed in ea, C. ad l. falcid. quam Socino,
Curtioque ſen. placere, & Ripæ oſtendimus, atque
ideo mente ſecum Caſtrenſem non conſtare. Re-
ſpondetur, per text. in dict. §. penult. Caſtren. ſen-
tentiam non lædi in dict. auten. ſed in ea, diuerſitas
quippè rationis inter ſpeciem. d ct. §. penult. atque
Caſtrenſ. contingit, quoniam ad t. . . dta ſanguinis,
ſeu deſcendentes verbum ſucceſſoris reſtringi in di-
cta auten. Sed in ea. poteſt. In qua niſi de prohi-
biti mentio ſucceſſoribus non fit. Quod ſecus in
dicta §. penult. apparet, in quo ad fratres etiam in-
ter ſe ſucceſſio ipſa ſpectat, idque ex verbis ipſis
text. liquet. Quibus mutuum inter ſe de conſeruan-
do canendi onus filijs iniunctum ipſis eſt, ſic non
modo deſcendentibus filiorum, ſed & filijs ipſis hæ-
redibus conſulendum teſtator cenſuit, vnde cum
ſub nomine id factum ſucceſſionis ſit, non aliter
ad fideicommiſſum aſpirare eos voluit, quam ſi
prohibito, & contra prohibitionem alienanti ſuc-
ceſſores exiſterent, quod cum ita ſit, alienatione
ab vno facta alienatio ipſa alienatore ſuperſtite diſ-
36 ſolui ſtatum non poterat, cum † nomen adhuc, &
effectus ſucceſſionis non competat, quam mor-
tuus is ſit, ſucceſſio cuius tractatur. lege ſecunda, ff.
de hæredi. vel actio. vendi. l. in ſuis ſupra de lib. &
po. l. ſecunda. §. interdum ſupra de vulgar. l. qui ſu-
perſtitis ſupra de acquiren. hæredit. l. 11. cum gloſſ.
ff. pro hærede. l. fin. C. de pactis. l. nec nos. C. de ca-
ptiuis, itaque cum ad fratres etiam in dict. §. penult.
ſucceſſio referatur, contrarius ſententiæ Caſtrenſ. dicti
in d. aucte. ſed in ea non poterit, cum niſi ad deſcen-
dentes prohibiti, aut alterius in verbum ſucceſſores
reſtringi, aut hæredes non ſoleat.

Reſponſio ſecunda accommodari ad text. po-
teſt in d. l. pater filium. §. penult. eo ad liberos pro-
hibitorum, qui hæredes parentibus prohibitis non
eſſent, ſucceſſionis vocabulum non reſtringi. quòd
ſeparatim de filijs mentio facta, & ſucceſſione eſt,
37 vnde dici non † poteſt, ad liberos tantummodo in
ſucceſſionis voce cogitatum, ſiquidem enim & ad
liberos in conſeruatione bonorum expreſſuſque ſub-
rat; ſicut. l. initio factum ipſo eſt d. patre furioſo ff.
de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris. l. 1. §. hæc actio
verſicul. ſed & ſi mercedem, ff. ſi mentor. fal. mo.
dix. l. ſi vero. §. de viro ſupra ſolut. matrimonij l. ſi
ſeruum, §. non dixit prætor ſupra de acquiren. hæ-
redit. l. ſtichum qui meus erit ſupra eod. l. obliga-
tionum fere, §. placet, ff. de actio. & oblig. l. vnica,
§. ſin autem ad deficientis. C. de caduc. tollen. cap.
inter corporalia de translati. epi. cap. cum dilectus
verſicul. ſed contra de dolo, & contum. cap. ad au-
dientiam de decim. cap. maiores de bapti. cap cum
in partibus de verbor. ſignific. Rurſus ſicut diſiun-
38 ctim † expreſſio facta de filijs, & ſucceſſione eſt, ita
eam intelligi diſcretim oportet, ne ad deſcenden-
tes, aut filios ſucceſſio reſtringatur, ſimiliter vt ad
fœmininum maſculinum non trahitur, vbicunque
de vtroque mentio per ſe fit Bald. in l. in multis, ff.
de ſtatu homin. Fulgoſ. in conſil. 34. Domina Ca-
therina. num. 3. verſicu. eoque magis Curt. ſenior in
conſil. 51. num. 12. Dec. in l. 2. num. 99. ff. de regul.
iuris. Curt. iun. in conſi. 156. num. 3. poſt med. Soc.
iun. in conſ. 128 nu. 62. & ſeq. lib. 1.

Senſus alius. dicta l. pater filium. §. penult. ex Ca-
ſtren. hauritur in l. 2. in ſecunda oppo. C. pro empt.
quòd nudum à cauſa præceptum, de quo ibi vide-
tur, ſed enim ex text. noſtro ſenſus is confutatur,
in quo ſatis eſt, perſonarum reſpectu prohibitio-
nem fieri. Perſonas planè ſucceſſio habet, propter
quas facta prohibitio eſt.

Senſus ex his enucleatio verſicu. huius quod fili-
beris, duplex conſtat, in liberorum vna, & aliorum

poſt

poſt mortem prohibiti ſubſtitutione ponitur, vt cauſa eorum adſcripta prohibitio dicatur, quæ ſimplex aliàs, & nuda videtur, vtiq; ſi Caſtren. expoſitionem non ſpernimus, quæ notata ante eſt num. 29. verſi duo hic videnda.

Expoſitio ſecunda verſic. huius quod ſi liberis in nominatione perſonarum conſiſtit, apud quas bona alienari prohibita reſidere teſtator voluit ſenſum tertium verſ. huius Alex. adſtruit in conſil. 57. poſt princ. lib. 2. cum alienatione facta, ad liberos, aut alios bona peruenire teſtator canit, ex glo. hic in verſi. reſpectu. Quem ſenſum Iaſ. etiam agnoſcit in l. quotiens. 1. poſt princip. verſi. tertio quando. C. de fideicommiſſ. ex gl. vltra Alex. & Iaſ. expoſitio hæc tertia luculentius hic declaratur in ver. fideicommiſſarij in prin. cum Reg. expoſitio recenſetur.

Expoſitiones hæ ſecunda, & tertia eodem ſpectant, & niſi declarationem ſecundæ tertia non habet, quo nam pacto enim perſonę cuius nomine facta prohibitio dicetur, niſi ſi alienatione facta, ad eam bona ambulare teſtator velit, aliter quippè, aut hæredis, vel cohæredis, ſubſtituti, aut hæredis legitimi cauſa, adſcripta ſemper prohibitio videbitur, quotiens prohibendi cauſa non exprimitur, vnde conſtare de perſona poſſit, veluti cum familiæ tuendæ cauſa prohibitio ſit, agnatorum enim qui proximiores inuenientur, prohibitio interpoſita gratia creditur.

Vnum atq; alterum de expoſitionibus his ſecunda, & tertia conſequitur, prius ad limitationem text. noſtri in verſ. ꝙ ſi liberis pertinet, vt locum tum deniq; habeat, ſi liberis quaſi liberis, non etiam vti prohibitorum hæredibus conſultum eſſe teſtator ſenſit, quæ limitatio ex tex. ſignificantius declaratur in d. l. pater filium in prin. iuncto. §. pen. infrà titu. 2. de quare, & textuum horum ſenſu poſitum ſatis ante eſt nu. 29. in fin. & ſeqq.

Differentia ſecundo ab expoſitionibus his inter prohibitionem, quæ ad vtilitatem prohibiti, & eam conſequitur, quæ propter alios fit.

39 Siquidem † niſi prohibiti cauſa adſcripta prohibitio non ſit, vigoris quicquam ei non eſſe, perinde quaſi præceptum nudum, & commodum tantummodo prohibiti habeat, cui renunciare conceditur. Non idem ſeruandum, cum ad vtilitatem aliorum prohibitio fit. Quæ illatio ex text. non obſcurè noſtro emiſcat in prin. videlicet, & in verſ. hoc quod ſi liberis.

Ampliationem illatio hæc in priore differentiæ caſu admittit, vt locum tunc quoq; habeat, cũ apud prohibitum, aut prohibitos bona permanere expreſſim teſtator ſtatuit. Rationem enim eandem, & caſus hic habet, atq; vbi expreſſum id non eſt, cum niſi ad prohibiti fauorem in caſu, vtroq; prohibitio ipſa non pertineat, cui renunciandi ius eſſe teſtatum ſatis ſuperioribus habemus, num. 9 & ſeq. Ampliationẽ hanc nominatim Caſtr. hic obſeruat num. 5. verſ. ſed quando hæc ceſſant, de quo ſuperius etiam num. 9. circa. fin.

40 Limitationem ampliatio hæc † recipit, ne locum habeat, vbicunq; cauſa fauoris prohibiti iuſta inuenitur, ꝙ negligentius puta in rebus ſuis verſatur, neq; rectè eas gerit, vel ſi minor annis ſit, vt hic apud Bar. in ſecunda oppoſit. Caſtr. nu. 4. Alex. num. 4. in fi. Iaſ. num. 22. verſi. tu potes dicere. in 1. lectu. & in ſecun. lect. num. 32. verſi. in ea glo. in fin. Opizon. nu. 10. & alia, de quibus, ſupra nu. 12. & infrà nu. 71. 73. cumulatius. num. 100. verſi. quod ſi ad ſecundum.

Prohibiti item fauor ex conditione eius perpetua, & vniuſmodi intelligitur, veluti cum hoſpitali, aut eccleſiæ, ita quid datur, aut relinquitur, ne alienetur. Per ipſum enim prohibitum officio iudicis reuocatio fiat. Frederico Senenſi autore in conſil. 189. donatio.

Sequitur verſi. quartæ partis, ſed hoc neq; creditoribus, ex quo facti ſpecies, ita limitando, procedit, dictum mox in parte tertia eſt, prohibitionem ſeruandam, quæ ad alterius, quam prohibiti vtilitatem fit, liberorum puta, poſterorum & reliquorum deinceps, de quibus in tex. ſed enim generale plus iuſto dictum hoc videtur, vt voluntas hæc impleri teſtatoris debeat, quid enim, ſi cui quid debitum à teſtatore prohibente erat, fiſco puta, aut alij, neque bona alia hæreditaria ſuperſunt, extra prohibitionem poſita, vnde æri ipſi ſatis alieno fiat, an non rationi exagitat, voluntatem hanc teſtatoris perfici. Reſpondet Martianus, prohibitionem hoc genus creditoribus fraudi, & fiſco non eſſe, ideſt damno, ſeu creditoribus, & fiſco non nocere, quominus potiores liberis, poſteris, & alijs habeantur, in gratiam quorum adſcripta prohibitio eſt.

Sed quæſtio hic occurrit, vtrum abſolutè, & ſine diſtinctione, potius creditorum, & fiſci ius habeatur, hoc eſt ſponte, vel non alienatio facta ab hærede prohibitio ſit verbi gratia alienatum quicquam vltro ab hærede non eſt, verum per Iudicem creditorum impulſu, & in auctione publica bona venierunt iuxta. text. in l. à Diuo pio, §. in venditione, & continentibus ff. de re iudi. & toto tit. ff. & C. de bonis autori iudi. poſſi. priuilegiarium ne & hic magis creditorum ius erit, quæſtionem & dubitandi rationem mouebat, quod ſi alienatione per vnum ex prohibitis facta, liberis, poſteris & alijs conſulendum teſtator cenſuit, ratio longè fortior ad ius idem premit, cũ per creditores, aut fiſcum bona ipſa hæreditaria diſtrahuntur, qui à teſtatore inuitati omnino nõ ſunt, ne potior eorum conditio, quam clariorum habeatur.

Dubitationem ſecundò faciebat, quod potior tũc creditorum cauſa videtur, cum ſimpliciter legata dantur, aut ex fideicommiſſo quid relinquitur. Perinde quaſi creditorum, fiſcivè ius lædere in animo teſtator non habuerit, non idem, cum bonorum alienatio interdictio in gratiam aliquorum eſt, quo caſu manifeſta teſtatoris voluntas conſtat, ne ad alios bona veniant, quã apud quos manere bona voluit, quo circa excludendi creditores, & fiſcus videbantur, tertia item dubitandi ratio inferius adſtruitur, nu. 228.

Argumentis his non refragantibus, ius aliud ſeruandum cautum hic apud Martianum eſt, quæ ſententia à ratione eadem pendet, quod nihil interſit, ſimpliciter ne, an ex prohibitione alienandi per legatum, aut fideicommiſſum quid detur. Ratio
41 planè vtriuſque caſus ab impotentia † teſtatoris exiſtit, liberum cui non eſt, iuri creditorum prohibendo, ſimiliter, vt nec legando, aut fideicommittendo derogare. l. ſi vnus. §. ante omnia, ff. de pactis. l. 3. in princip. ff. de tranſactio. l. 1. in princip. ff. ſi pars hæredit. per. l. vti frui. ff. ſi vſusfruct. pet. ſed nec in alium debitum transferre creditore inuito licet. l. ſi mandato meo, §. primo ibi aut ſi nolit creditor mutare. ff. mandat. Bald. in l. 2. circa princ. C. de pactis, idem Bald. & Salicet. in l. ſi pater, C. de collatio. & alia de quibus inferius, num. 229. Quam rationem ipſa text. noſtri verba hæc innuunt, fortunam communem fideicommiſſarij, quoque ſequuntur. q. d. communis fortuna, & conditio hæc omnium videtur, quibus quid teſtamento datum, aut relictum eſt, vt creditoribus teſtatoris poſt habeantur, idque ratione fortiore, & in legitima apparet, quã ſine cauſa filijs adimere pater non permittitur. §. aliud quoque capitulum in authen. vt cum de appellat, cogno. toto titu. ff. & C. de inoffic. teſtam.

Atqui niſi ęre alieno deducto filij eam non accipiũt.
l. Papinianus.§. quarta,ff.de inoffic.teſtam. ita ratio-
nem eandem in verſi. communem iuris conſultus
obſeruat.

Et videndum in ver. fideicommiſſarij, cum fidei-
42 commiſſum † ex prohibitionem hac alienandi ſe-
qui. tex.ait, quanã ratione id contingat, vel quod fi-
deicommiſſum hoc intelligatur.tex. non docet, hoc
eſt verum alienatione ſecuta ſolummodo, ita vt ea
non facta, poſt prohibiti mortem ſoleat,an ſimplex
abſolutumq; habeatur, ita vt alienatione etiam non
interueniente, teſtitui ſubſtituto bona morte pro-
hibiti oporteat.

Quęſtio hęc difficultatis maximæ eſt,in qua Doc.
non alij ab alijs modo,verùm & ab ipſis ſe diſſident,
vt apud Alex. Areti. & Socin. in l. qui Romæ.§. co-
hæredes, ff. de verb. oblig. Breuiſſimè hic & curſim
veluti Iaſ. in 6. not. in priore lectu. & in ſeptimo ſub
poſteriore lectu. Opizonius.num.29. in vltimo not.
de quibus ante etiam memoria habita.num.13. circ.
med. verſ. idq; ratione coacta.

Text. hunc,ſeu prohibitionis alienandi tractatum
opponendo,& quærendo,notabilibus omnino prę-
teritis, Bar. exequitur. Alex. notabili contentus vni-
co fuit. Septem non indigna Iaſ. hic obſeruat in
priore lectur. Octauum his in poſterioribus com-
mentarijs ſubiungit, in notabilibus etiam recentio-
res occupantur, ex quibus nonnulla,& ipſe attingen-
da duxi.

43 Primum omnium ex tex. adnotari † id ſolet, vi-
goris quicquam in præcepto teſtatoris nudo non eſ-
ſe,ideſt quod cauſæ, aut perſonæ veſtitum non ha-
bet, ob quam cauſam interpoſitum, aut perſonam
ſit.Quod idem ex tex. iuuatur in d. l. pater filium, §.
Iulius Agrippa. aliàs Iulianus, & in l. Lucius in prin.
infrà tit.2.de quo apud Alex.hic Iaſ.& alios in 1.not.

Rationes notabilis huius ſex enarratæ ſuperius
ſunt num.9.& continentibus,cæterum quia de cau-
ſæ, & perſonæ veſtimento. text. loquitur, dubitari
non immerito poteſt, idem ne vnum, atq; alterum
polleat, an vti diuerſa æſtimentur, de qua re aliquid
ſcriptum ante eſt num. 27. & ſeq. Pro diuerſis cau-
ſam, & perſonam haberi, text. hic innuit, qui per ſe
vtranq; refert, idq; expreſſius ſentit, cum limitatio-
nis vice de perſona loquitur, ibi niſi perſona inue-
niatur,hoc eſt irritum à cauſæ defectu prohibitionem
non effici, ſi perſona inuenitur, cuius facta reſpectu
ſit, vti diuerſa etiam cauſam, & perſonam haberi,
pro exploratiſſimo Iaſ. hic habet in ſecundo notab.
qui cauſæ exempla ſeparatim à perſona ſubijcit,
idem Caſtr.hic nominatim probat. num. 2. qui glo.
propterea carpit, cui viſum aliud ſit in verſi. cau-
ſam, & in ver. reſpectu,quæ per modum,cauſæ per-
ſonas refert, enim Caſtren. Opizo. facit num. 8. ſed
vnde diuerſitas hæc eueniat, Caſtren. non docet, ex
his tamen diuerſitas percipi apud Caſtre. poteſt, quæ
mox & num. ſeq. ſubiecta ab eo ſunt. Cum fieri
poſſe ait, vt ad cauſam prohibendi perſona non ac-
commodetur, veluti cum familiæ cauſa prohibitio
quidem alienandi fit, cęterum alienatione contra
quam prohibitum eſt facta, ad extraneum bona am
bulare teſtator cauet, ita in familia cauſa prohiben-
di conſtat, vt in ea bona reſideant. At enim prohi-
bitione neglecta,cauſæ ipſi prohibendi perſona non
44 adaptatur,ad quam bona veniunt per † tex. in l.pa-
ter filium.§. filium infrà tit.2.vbi idcirco ædificij pro-
hibita alienatio eſt. ne de nomine teſtatoris exiret,
At enim alienatione facta, ad omnes eiuſdem no-
minis ambulare bona noluit,verum ad libertos ver-
nas ſolummodo.

Ea ratione ſi filia hærede defuncta, cui facta pro-
hibitio eſt, verna non plusquam vnus ſuperat, ad eũ
ſolum ædificiũ cunctum ſpectat. Neq; legatarij alij
eiuſdem nominis innitantur, quamuis generaliter
nominis, aut familiæ gratia facta prohibitio ſit, in-
deq; fieri non difficulter poteſt, vt vernis omnibus
extinctis, impunè alienatio fiat, vt potè perſona vl-
la non interueniente, quæ venire ad bona poſſit.

Argumento huic Caſtren. eripi gloſſ. poteſt hanc
eam interpraetando, vt pro eodem cauſa, & perſo-
na æſtimentur, quotiens perſonæ cauſa prohibitio
ſit, vel enim à perſonis ipſis prohibendi cauſa pendet,
veluti cum nominis, aut familiæ gratia alienatio in-
terdicitur. Hoc amplius, vera generaliter gl. expo-
ſitio videtur,vt idem perſona, ac cauſa polleat, qua-
tenus perſonæ cauſa prohibitio ferè fit, & niſi pro-
pter perſonas ipſas exquiri cauſa, non videatur, quo
planum per cauſam fiat, à qua perſona alienatio re-
tractetur, per ea, quæ ante dicta habemus, num. 27.
Neq; arg. Caſtren. mutat, vt perſonæ vnius cauſa
prohibitio fiat, & alienatione in ſecuta, eadem ipſa
45 non innitatur, quoniam † vſu id non euenit,vt alius
ad bona alienata vocetur,quam gratia cuius facta
prohibitio eſt. Quo circa rationem haberi eius non
oportet, quod fieri niſi rarenter non ſolet, l. iura, &
legibus duabus, ſeq. ff. de legib. l. ea quæ raro. ff. de
regul. iuris. c. coram verſi. ſed fuit. de offic. delegat.
& alia apud gloſſ. in cap. literas de deſponſa. impu-
ber. Neq; ob id à regula diſcedendum, quod raro
euenit, l. 1. in fin. ff. de minor. vbi non ideo minus
auxilio curatoris minoris res geritur, quòd rectè id
ætatis rem ſuam, quandoque gerit.

Ad quã ſententiam tex.confert in l. naturalem.§.
Pauonum,ff. de acquir. rerum dom.in §. Pauonum
inſti. de rerum diuiſ.

46 Reſponſio ex his ad tex. patet † in d.l. pater filium
§. filium infra titu. 2. quo Caſtr. nititur. Quoniam
inter perſonas vocati ibi ſunt, propter quas facta
prohibitio eſt. De nomine videlicet,aut familia te-
ſtatoris, neq; mouet, vocatos omnes ex eo nomine
non eſſe.

Quid enim prohibet, niſi aliquos ex familia ad fi-
deicommiſſum non innitari, cum familiæ cauſa pro
hibitio adſcribitur. l. cum ita in fin. infrà titu. 1 præ-
mens, aut coloratum magis Caſtren. argumentum
foret, ſi in familia, & nomine teſtatoris vocati non
eſſent, in quo tex. obiter attendendum,ex familia pa
troni libertos haberi. qui eò vocati ſunt,nè de teſta-
toris nomine ædificium exiret.

Si dixeris, diuerſitatem inter cauſam, & perſonã
videri, vbicunq; in re ipſa ſola cauſa inuenitur,quod
maiorum puta fuit, aut à Principe donata, vel ro-
bore munitiſſima. Quibus caſibus rei ipſius nomi-
ne cauſam hic Iaſ. expendit in ſecundo nota. Reſpõ-
detur, ſine perſonis, apud quas res maneat, affectio-
ni huic ſatis teſtatoris non fieri, ideſt niſi in hæredi-
47 tate, aut familia eius maneat, ita † connexæ perſo-
næ cum cauſa ipſa ſunt. Atq; ideo connexionis hu-
ius ratione pro vno cauſam, & rationem habere. gl.
potuit, l. in cauſæ, ff. de procurat. l. cum actum,ff. de
nego. geſt. l. quæritur,ff. de adminiſtr.tutor. l ſi duo-
bus infra tit. 1. Dyn. In conſ. 26. col. 2. poſt med. Rur-
ſus ſicut ad eundem finem cauſa,& perſona ſpectãt,
ne effectu vacua teſtatoris voluntas fiat, ita pro vno
dijudicandæ. l. illud,§. fin. ff. ad l. aquil. l 1. §. inde quæ-
ritur,ff. de operis noui nunciat. cap. quærelam de Si-
monia. cap. 1. de litis conte. lib. 6. c. conſuetudo. 1.
di. Bald. in l. cum dotem circa fin. C. de iure dot. &
in l. quicunq; num. 5. C. de ſeruis fugit. Eodem & il-
lud attinet, pro vno duo iudicari, quotiens contem-
platione vnius alterum fit. l. qui libertatis. §. ſeruus.
ff. de euictio. l. cum ſeruus infrà de condictio. & de-
monſtr. l. ſtatu liber. §. non ſolum, ff. de ſtatulib. Si-
gnorol. in conſ. 1. num. 5. in conſ. 3. num. 13. in conſ.
7. col.

7.colu. fi. in conſi.19.nu.6.Bal.in l.fi.nu.7.in fi. C. de execu.rei iudi. in conſi. 440. ſecundum ea, quæ proponũtur nu. 6. lib. 5. cumuero propter cauſam adimplendam,cum rei ipſius cauſa, aut affectione prohibitio fit,perſona ſubijcitur,ad quam bona veniant ergo pro vno atq; eodem cauſam haberi, & perſonam conuenit.

Sed iterum obijciet hic aliquis,pro vno,& eodem cauſam,& perſonam non duci, vbicunq; niſi propter vtilitatem prohibiti præceptum non adſcribitur iuxta ea, quæ tradita ante ſunt nu. 12.& 40.reſpondetur,cum cauſa,& hic prohibendi, perſonam coniungi, ob id enim prohibitio fit, ne imbecillitate ſua hacturam rerum prohibitus faciat.

Diuerſitatem tamen inter cauſam, & perſonam reſpectu eius non inficier,quod præcipuũ magis teſtatori fuit,namq; vbi affectionis cauſa , quę ad rẽ ſpectat,prohibitio fit,φ gentilitia puta fuit , vel a Principe collata,vel in hoſtes firmiſſima, ad rẽ ipſam principaliter,cui affectus teſtator eſt,cauſa attinet. perſona vero hactenus nominatur,vt cauſæ, & affectioni ſatis illi fiat.ex diuerſo cum perſonarum cauſa in primis,prohibitio,interponitur,ad quas bona ambulare teſtator voluit,quo perſonis conſultum ipſis eſſet, in perſonis ipſis principaliter cauſa,& vis ipſa prohibitionis conſtat ita perſona ipſa per ſe tunc principaliter attenditur. ad quem modum rem hanc meditãdo,verum erit,quod Caſtrẽ.alijq; putant, diuerſitatẽ inter cauſam, & perſonam verſari.

Conſequenter declarationi,& inſpectioni huic dicendum,cum diuerſitatem inter cauſam, & perſonã admittimus,ad bona cauſam principaliter ſpectare. atq; ideo bonorum reſpectu prohibionem fieri.ex diuerſo,quotiens perſonarum gratia prohibitio interponitur,propter perſonas ipſas interdictionem alienationis ita principaliter rem attendendo lõge aliud cauſa atq; perſona erit.

Quæſtio altera in loco hoc exiſtit. vnitate, aut diuerſitate inter cauſam,& perſonam ſecundum prædicta admiſſa,cum niſi perſonę expreſſio in prohibi-
48 tione non fit, quo nam modo commorari † perſonam oporteat.hoc eſt ſatis ne ſit, perſonã nominare.ad quam alienatione facta, bona veniant. an vice cauſæ proferri homo debeat. eò prohibitionem fieri, φ ad talem bona peruenire teſtatori ipſi placet. glo. hic in ver.reſpectu.in cauſæ modum exprimendam perſonam innuit,cum ita exemplũ ſubdit.vt quia voluit certam perſonam habere,ſi contra fieret.& hanc glo.mentem eſſe Cuma.hic ſcribit col. 2. in fi.

Sed enim more cauſæ proferendam perſonã non eſſe, ratione duplici Cuma. ipſe arguit. prior. φ ſi in morem cauſæ nominandam perſonam aſſerimus, conſequens fit, prohibendi cauſam in perſona ipſa poni. at enim econtrario,perſonæ vocandæ cauſa à prohibitione ipſa exiſtit idcirco enim ad bona alienata perſona inuitatur,φ facta prohibitio eſt, & contra eam alienatio inſecuta. qua prohibitione amota non poteſt,& perſonæ vocatio non tolli. itaq; ſi perſona ipſa in cauſa prohibendi non eſt, quo nam pacto vice eam cauſæ appellabimus. argumento huic Cuma.non ægre glo.ſubtrahitur, tempus ipſum quo prohibitio,& cauſam,propter quam fit , attendẽdo, a perſona tunc enim cauſa prohibẽdi oritur.Cuma. vero tempus obſeruat,quo iam facta prohibitio eſt. quod ipſum ſpectari tempus non conuenit ſiquidẽ ante actum de cauſa eius inquirimus quam ob rem ad rem faciendam quis impellatur poſt actum plane conſumatum effectus eius ſpectatur.qui in comodo perſonæ vocatæ cõſiſtit. vt ad eã bona ambulẽt.

Secundo non modo ante prohibitionem factam ſed, & poſtea, in perſona ipſa vocata intelligi cauſa poteſt.ſiquidem cauſæ, & tunc inquiſitio ad tempus ipſum ante actum,ſeu quo ad ortum prohibitio duceretur,neceſſariò refertur.ideſt cur,aut contẽplatione cuius facta prohibitio ſit.

Tertiò hallucinatur Cuma. cũ felici,aut vocationis perſonæ cauſam in prohibitione ponit. namq; præterquam φ econtrario rem eſſe oſtendimus, in perſona prohibendi cauſam eſſe,hoc eſt propter perſonam prohibitionem adſcriptam , vice modi, quẽ ad effectum vocatio perducatur , prohibitionem interuenire proculdubiò eſt.vtpote per quam,aut qua mediante, ad perſonam ipſam bona perueniunt. & manent , apud quam eſſe, & manere teſtator voluit. longe porro inter cauſam facti,& modum, per quẽ ad effectum eius peruenitur,intereſſe nemo negauerit.ſimiliter vt inter viam,& finem diſtat, ad quẽ per viam ipſam venitur.finem enim ipſum ſpectari,non viam, aut medium oportet, per quod ad finem ipſũ euadimus hinc ſeruitus non pluſquam vna habetur, quæ per fundos plures imponitur l. vna eſt via ff. de ſeruitu.ruſti.prædiorum. non recte igitur mediũ, aut modum ad finem perueniendi pro finis ipſius cauſa Cuma. accepit

Quartò vti diuerſa factum , & cauſam eius Doc.
49 obiciuant.neq; enim † idem vnum eſſe,atq; alterũ poteſt,cum à cauſa ipſa vti origine factum deſcẽdat. l.hæres per ſeruum ſupra de acq.hæredi. Balgarin. in rubri.ſuprà ſolu.matri.nu.23.verſi.ſecũdo quia. quæ etiam diuerſitas inde dignoſcitur,φ cauſam facti attẽdi,potiuſquam factum ipſum oportet.l.cum hi. §.in cauſam.ff.de tranſactio.l.legata inutiliter.ibiq; glo.in ver. interuenit. infrà de adi. lega. & alia apud nos in reſpon.pro genero nu. 192. & nu 415. & in reſponſi corollario nu.16.quibus glo. adſuitur in c. cõſtitutus in glo. r.de reſcrip. quorſum porrò facti cauſam veſtigare, & ſcrutari, ſi idem vnum atq; alterum dicimus. at enim ſi Cuma. rationem admittimus, vt prohibitione ipſa alienãdi cauſa inſit,& pro facto,& cauſa eius prohibitio ipſa erit vtriuſq;, & facti prohibendi, & cauſæ eius vicem prohibitio ſuſtinebit. ex eo itidem Cuma.ratio infirmatur,quod in re dici,& effectu eius ſolet,diuerſitatem inter ea verſari l. cum hic ſtatus §.ſiue autem.ff.de dona.inter virum,& vx. Oldra. in cõſi. 150.nu.5.in fi.& ſeq.Bal.in l.2.col. 21. verſi.de primo quæſito ff.de iureiuran. in poſteriore lectu.& in c.ad hæc vltimo in fi.de appella.

Ratione altera gloſam Cuma.carpit.quoniam ne-
50 ceſſaria † perſonæ expreſſio in prohibitione confirmanda non eſt , verum tacita ſatis habetur ſic quomodo ſcripum ante eſt nu. 7. idq; ex glo. hic oſtenditur in ver.cauſam.quæ cauſam exponit,vt in familia bona remaneant.in familia planè tacitè agnatorũ perſonæ continentur. cauſamq; tacitam ſatis ad prohibitonem roborandam eſſe,vberius infra exponitur nu. 59. qua ratione igitur cauſæ neceſſaria expreſſio non eſt,ita nec perſonæ,de cauſa ad perſonam argumentando,cum eadem vtrubiq; ratio conſtet,ſiquidem ad prohibitionem confirmandam vtraq; tendit.l.illud ff.ad l.aquil.& hoc genus.atq; in ſpecie à rebus ad perſonas recte argumentum duci , ex tex. ſignificatur in l.qui fuere.ibiq; Alberi.ff.de ſtatu homi. l.plures liberos ſupra de vulga.l.meles ita in prin. ibiq; Bar.ſuprà de mili.teſta.l.ſi quis inquilinos § ſi ita legatum infrà titu.1. l.ſi duo ff. de verb.obli.

Ratio hæc altera gloſæ non obſtat, quoniam ſenſu hoc etiam admiſſo,vt cauſæ vice exprimi perſona debeat,perſona ob id tacitam gl. non excludit, quin firmitatem,& ab ea prohibitio capiat, verum expreſſim,vel ſubauditè perſona contineatur, cauſæ id effici more oportet. Idq; ex gl. ipſa declaratur in d. verſ. cauſam , cum idcirco prohibitio fit, quia in familia perpetuari bona voluit. Tacitè enim familiæ vocabulo perſona includitur,atqui per cauſam id fit. Fruſtra

ſtra

ſtrà tamen laborem hanc in glo. tutanda, & rationi-
bus Cuma. contra eam oppoſitis diſſoluendis occu
pamur. Quoniam neceſſario ex glo. id non conſe-
quitur, quod eam ſentire Cuma. facit, vt cauſæ vicè
exprimi perſona debeat, id enim niſi per incluſionē
vnius ex glo. Cuma. non colligit, vt modus alius re-
motus exprimendi videatur. l. cum prætor in prin. ff.
51 de iudi. ſed enim locus regulæ huic † non eſt, quo-
tiens exempli loco quid includitur, cum ad declaran
dum, non ad reſtringendum exempla pertineant. l. re
gula. §. fi. ff. de iuris, & facti ignor. l. ſcire. §. penul. ibi
quas exempli gratia ſubieci, adaptantur omnibus. ſu-
pra de excuſa. tutor. l. fi. §. cui dulcia infrà de tritic.
vino, oleoq; lega. l. damni infecti ſtipulatio compe-
tit. ff. de damn. infect. l. 1. §. quod dicitur. ff. de vi, &
vi arma. §. hactenus inſti. de gradi. §. 1. inſti. de actio.
c. 1. ne cleri. vel mona. c. ſi Papa de priuil. lib. 6. glo.
magna in l. quod dictum. ff. de pactis, & infinita pe-
nè hoc genus, & nominatim circa d. l. cum prætor,
ita glo. docet in l. 3. in glo. 1. verſic. quare ergo hoc
ff. de pulicia.

52 Secundò ad ius commune † mutandum, aut cor-
rigendum regula non valet, de qua in in d. l. cum præ
tor, id quia per ſenſum tacitum, & ſubauditum exclu
ſio hæc alterius ſequitur, expreſſim quippè alterius
excluſio non inducitur. Per ſenſum planè tacitum,
aut ſubauditum legum admitti correctio non ſolet
glo. in c. cupientes §. quod ſi per viginti in verſ. pe-
tere, & in verſi. priuatos, de electio. lib. 6. & alia apud
nos in conſi. 70. nu. 8. in reſpon. pro genero nu. 357.
& in reſponſi Bellarijs nu. 31. itaq; audienda Cuma.
conſequentia non erit, exemplum perſonę in cauſæ
morem glo. profert, ergo modos alios perſonæ enar
randæ reijcit, per quam reiectionem ius ipſum com-
mune vulneratur.

53 Tertiò ad eum caſum ius † non pertinet, de quo
in d. l. cum prætor rationem eandem caſus alter ha-
bet, quem excluſum dicimus. l. mulier in princ. infrà
ad trebel. l. 3. C. de inſti. & ſubſtitu. vbi caſum eman
cipationis caſus mortis non tollit, vbicunq; idem ab
emancipatione, atq; morte effectus ſequitur, atq; in
ſpecie glo. no. in d. l. cum prætor in prin. in verſi. vi-
detur in fi. aliter porro interpretantibus ſpeciem cū-
ctam extenſionis ſubuertimus, ſemper enim argu-
mentum illud audietur, excluſos caſus omnes omiſ-
ſos per incluſos intelligi, enimuero quid ad rem at-
tinet, cauſæ more expreſſio perſonæ facta, an aliter
ſit dū perſona modo inueniatur d. l. muliet. &. d. l. 3.

54 Quartò ad ius demum † extraordinarium regula
ſpectat, de qua in d. l. cum prætor vt per incluſionē
vnius alterū ſubmoueatur, quod iure extraordina-
rio competit Bal. in l. 1. C. de adul. idq; ex glo. etiam
& Doc. demonſtratur in, l. 2. in glo. magna verſi. item
quid ſi emphiteota promiſit C. de iure emphi. per
hominis promiſionem ſublatam eam nō videri quę
à lege eſt, eam demum ſilere, quæ iure inuenta extra-
ordinario ſit ad quem modo circa regulam d. l. cum
prætor. Ruin. argumentatur in conſi. 157. nu. 18. lib.
1. at qui in iure hic communi verſatum, quo cautū
eſt, per cauſæ, aut perſonæ expreſſionem robur pro-
hibitioni addi. eapropter ob modi vnius expreſſio-
nem à glo. factam modi alij improbati cauſam, aut
perſonam exprimendi, non videntur.

55 Quintò ratio per cauſam, † Perſonam exprimen-
di non alia fuit, niſi ꝙ frequentior, aut accommodat
magis modus is videtur, ob id ad excluſionem argu-
mentari aliorum non licet glo. in d. l. 3. in glo. 1. ver.
vel dixit hoc. ff. de publicia. in clem. 1. in verſi. præſi-
dentes, ibiq; Imola nu. 21. poſt But. de reſcrip. Alex.
in conſi. 65. circa fi. lib. 6. Iaſ. in l. licet inter priuatos
nu. 6. in fi. ver. 3. moueor C. de pactis, & in cōſ. 166. in
fi. lib. 4. Corſet. ſing. 24. tu habeb. & alia omittenda.

Quæſtio tertia in notabili hoc primo incidit, cau-
ſæ. perſonæuè adiectione præceptum teſtatoris ro-
borari, textu expreſſum noſtro eſt. Rurſus idem ne,
an diuerſa cauſa, & perſona polleant, ſatis ante di-
56 ſputatum. ſed † dubitatio in cauſa incurrit, quæ ido-
nea in ſpecie hac æſtimetur, cauſæ plures à Doct. af-
feruntur, mihi ſanè non pluſquam vna videtur, ſi ad
rem ipſam attendimus, alienatione cuius interdictū
à teſtatore eſt. Quæ in affectione teſtatoris perinde,
ac in genere conſiſtit, quod in ſpecies totidem diſ-
funditur, quot afficiendi contingere modi poſſunt.
Inde enim affectu erga bona atq; ideo ad alienatio-
nem inhibendam duci quiſpiam poteſt, ꝙ proauita
aut maiorum ſunt. Affectionis cuius nomine læſio-
nem in minore, & ad cōtractum reſcindendum ad-
mittere lex ſolet. l. ſi in emptione. ff. de minor. l. liber
tus qui l. lex quæ tutores verſi. nec vero dominum. C.
de admi. tuto. vtilitatem etiam ad legatum roboran
87 paliter † pro cauſa legitima prohibendi conditio datur. Ideſt cum per conditionem prohibitio alienandi exprimitur, verbi gratia quotiens hæres quis ita ſcribitur, ſi ſeruum, aut rem quam aliam hæreditariam non alienauerit. Quo caſu ſiquidem cohæredem prohibitus habet, cohæredis ipſius gratia prohibitio facta, aut conditio adiecta videtur, ſi dixeris, impoſſibile conditionis hoc genus implementum videri, cum tractum futurum habeat, & ſperni, aut deſeri conditio perpetuo poſſit, reſpondetur, per cautionẽ mutianam conditionem hanc negatiuã de non alienando impleri, ita implementi vice cautio eſt, eaq; præſtita, hæreditas aditur, quam adire ante non conceditur, ſiquidem iuris quicquam conditione pendente non competit, ſic quomodo ſcriptum etiam ſuperius habemus num. 97. ſin autem cohæredem is non habet, qui in conditione inſtitutus negatiua eſt, cum perſona non interueniat cautio cui præſtari, atq; adeo impleri conditio poſſit, ſicut impoſſibilem implementum conditionis eſt, ita momenti nullius fit, ex tex. id probatur in l. 4. §. 1. ſuprà de conditio. inſtitutio. cauſam hanc prohibitionis per conditionem confirmandæ, Cuma. hic obſeruat nu. 5. in poſteriore lectu. Alex. num. 2. verſic. ſecundo limita. Iaſ. num. 2. in fi. verſi. limita iſtum tex. in 1. lectu. & in ſecunda lectu. nu. 7. Opizonius nu. 15. in ſecunda limitatione, & num. 41. circa med. idq; receptum Crot. hic ait nu. 25. poſt med. verſi. tertio opponit Bart. Loazes nu. 50. ad uſq; nu. 55. Soci. in l. qui Romæ. §. cohæredes nu. 12. ff. de verb. obli.

Quod in cauſa hac dici per cõditionem ſolet, Iaſ. hic confirmat nu. 3. in 1. lectu. & nu. 8. in lectu. altera, ſed ante eum Soci. in d. §. cohæredes nu. 12. quia etiam in promiſſione, & ſtipulatione, quæ cauſa carere non poſſunt, cauſæ iuſtæ vicem conditio obtinet. Idq; ampliationibus tribus, & limitatione vna atq; altera Iaſ. exornat in l. cum ad præſens in ſecũdo nota. ff. ſi cer. petat. & in l. à titio in eodem nota. ff. de verbo. obliga. in quibus legib. ampliationem tertiam improbat, quod idem ipſe præſtat in l. iuriſgentium. §. ſed cum nulla num. 26. ff. de pactis, ſecundam ampliationem idem ipſe Iaſ. hic memorat, vt locum habeat, etiam ſi contrahentium nihil quicquã de conditione interſit, vt in cõditione illa ſi Rex Patriorum viuit, & id genus eadem ampliatione Deci. vtitur in conſi. 115. num. 2. vt ab ea Corn. non ſtet in conſi. 121. colum. penul. poſt med. lib. 4. qui momenti aliquid in eo deſiderat, quod explicandum per conditionem eſt, vt pro cauſa iuſta conditio habeatur, ſed enim textibus, & teſtimonijs Doct. de quibus apud Iaſ. & Decium, Cornei opinio refragatur.

88 Ampliatio † alia, præter Iaſo. his adſuitur, vt non modo cauſam iuſtam ad promiſſionem confirmandam conditio habeat, ſed & finalis ea æſtimetur, hoc eſt quæ finalem diſponentis mentem aperit. l. 2. §. fi. ff. de dona. Iaſ. in l. 1. §. item acquirimus nu. 4. ver. quarto, adde. ff. de acquir. poſ. in l. tria. §. idem reſpondit. 2. nu. 4. ff. de verb. obli. in l. 1. nu. 12. in quinto nota. C. de iure emphi. & in conſi. 42. col. 2. poſt med. lib. 3.

Ampliatio, & alia ex Alex. decerpitur in conſ. 40. nu. 10. in ſecundo dubio lib. 4. vt non modo promiſſio, aut ſtipulatio cauſam idoneam à conditione habeat, ſed & conuentio omnis, per quam dictionem omnis vniuerſalem, tantundem, & in pacto admittendum nudo videtur, ſed enim rationem aliam pacti nudi eſſe, Iaſoni videtur in d. l. iuriſgentium. §. ſed cum nulla in d. l. cum ad præſens, & in d. l. à titio.

In cauſa hac, quam conditio facit, nodum in ſcirpo quærere Opizonius hic videtur nu. 38. cum perpetuum id ex Bar. non putat in d. l. 4. § fi. ſuprà de condi. inſti. Qui controuerſiæ quicquam non mouet ſed & ex his quæſtionem Opizon. ipſe facit, quæ ſcripta ante ab eo ſunt nu. 15. vbi cauſam hunc ſimpliciter agnoſcit. Sed nodus alius durior præter Opizonium, & in cauſa hac incurrit, cũ tex. pro ea aſſertur in d. l. 4. §. 1. ſ. de cond. inſti. imprudenter. n. in ſententiã hanc tex. illum adducei Iaſ. hic ſcribit nu. 7. verſ. limita ſingulariter in poſteriore lectu. qui. n. textu illo nituntur, niſi in conditione alienandi cauſã non obſeruant, atq; ideo conditione amota, & alienãdi prohibitione diſpoſitiuę, & ſimpliciter facta, momenti eam nullius fieri, at enim, & conditione omiſſa, vtilẽ prohibitionẽ eſſe eo Iaſ. ait, ꝙ de re facta animata ſit per tex. in d. l. generaliter. §. ſi petitũ. ff. de fideic. liber. & alia de qb. ante nu. 70. & ſequentib. eadẽ reſpõſione Crot. hic vtitur nu. 6. in fi. ver. non obſtat tex. ita in re animata tex. prędicti rationẽ atq; prohibitionis robur, non etiam in cõditione Iaſ. cum Croto ponunt, vt neuter alterius mentionem faciat, & quamquam furtl Iaſ. Loazes hic defendit nu. 52. Attamen defenſio eius inimica potius Iaſo. videtur, ait. n. Croti ſcripta ante ędita, quam in lucem poſteriores, Iaſ. commentarij exirent; vnde ſi Iaſ. inuentum hoc dicimus, an non credibile eſt, & apud priores Iaſ. commentarios ipſum hoc adnotatũ, niſi dixeris, argum. alterũ Croti à Iaſ. prætermittum, ꝙ factum veriſimiliter non fuerat, ſi viſum id aut lectum à Iaſ. eſſet.

Senſum hũc Iaſ. & Croti Loazes hic derridet, & crimini potiuſquam laudi dandum ait nu. 52. ante fi. verſi. quicquid ſit. Ratione ea impellitur, ꝙ ſi rei animatæ cauſa firmam prohibitionem aſſerimus, vigorem ſimpliciter, & citra diſtinctionem vllam, cohæres an non interueniat, cui caueatur, prohibitio haberet Cum niſi rem ipſam ſpectari animatam non oporteat, ad quam diſtinctio illa cohæredis non cõpetit, inde ex tex. illo receptam Bar. & aliorũ improbari ſententiam ſubijcit, vites à re prohibita, cui animus ſit, prohibitionem ſimplicem accipere, ex tex. n. in d. l. 4. §. 1. opinionem hanc diſſolui liquet.

Tria hic videnda. Primũ, ad receptã ne ſententiã iuuandam tex. cõferat in d. l. 4. §. 1. vt firmam prohibitionẽ alienandi ſimplicẽ cõditio efficiat, alterum, oſtenſionis ne quicquã opin. hęc à Croti, & Loazes argumentis accipiat. Tertium, vtrũ probate alij Doc. opin. de qua apud Bar. hic in 4. oppoſi. tex. noceat in d. l. 4. §. 1. Circa primũ, inutilẽ Doc. ſententiæ tex. nõ arbitror in d. l. 4. §. 1. Neq; mouet ius idẽ, & in prohibitione ſimplici purauẽ dicendũ, ſeu quæ poſita in cõditione nõ ſit, qđ præcipui quicquã in rei prohibitione animalis non eſt, quominus ea nõ impleta, ad irritũ recidat, vt tex. illo ſignificatur, qua rõne igit̃ cõditionẽ ẽt ſuper re animali impleri, neceſſe in tex. illo eſt ita, & in conditione alia quauis dicendũ, quæ rei adiecta non animas ſit, ſatis igitur videtur, iure com

muni, & conditionis ipſius natura, non priuilegio
quo rei animalis, textum illum niti, ita repercuſ-
ſionem teli ſui Iaſon. Crot. & Loazes patiuntur,
namq; ſi implenda conditio eſt rei animali adiecta,
quantomagis hoc idem ſeruandum, & in re alia nõ
animali erit, ſi impleri cõditionẽ, vel mere volunta-
riam oportet, non poterit prohibitio non cõſiſtere,
quæ poſita in conditione ſit.

Si dixeris, argu. hoc à ratione fortiore quieſcere,
quatenus ad rei animalis cõmodum in d.l.4.§.1. con
ditio pertinet, ne ſerui hæreditarij alienatio fiat, reſpõ
detur, & ad ſerui incõmodũ, odiumuè referri condi-
tionẽ poſſe, ne dominũ leniorem nanciſcatur. d.l.ge
neraliter.§.ſi peritũ, vnde cum generaliter tex. loqua-
tur in d.l.4.§.1. vtilis, vel non ſeruo conditio ſit, acci
pi gñraliter dẽt. l.de pcio.ff.de publicia, atq; in ſpecie
& nominatim, conditionẽ implendam, quæ ad rem
animalem reſpicit, ex tit. oſtenditur. ff. de ſtatulib. in
quo de libertate ex conditione ſeruo data diſſeritur,
implendum eam fore, de quo etiam in l.cum ſeruus
infrà de cõd. & dem. & leges aliæ frequentes vbiq;.

In ſecundo, tuta ne ſententia hæc a Croti, & Loa-
zes telis videatur, ſciendũ eſt, tex. aduerſus opi. hãc à
Croto hic torqueri nu.6. in l.3.§.ſi quis ita legauerit.
ꝟ.de adim.leg. vbi fundũ titio teſtator legauit, quem
ſi titius ipſe alienaret, ſeio fundũ ipſum eundem dari
ab hærede iuſſit; titio fundũ vendicãti doli exceptio-
nẽ obſtare tex. ait, atq; ideo nõ aliter ab hærede fun
dũ præſtandũ, niſi ſi cautio mutuana præſtita ei ſit, alie
natũ fundũ non iri, ne alienatione facta à ſeio hæres
cõueniatur, ita robur ibi eo in prohibitione poni, vt
neceſſaria cautio ſit, ꝙ tertij intereſt, hoc eſt ſeio præ
ſtari fundum oportet, ſi paritum cõditioni nõ erit, at
qui in cõditione ibi titio datum legatũ eſt, ſi aliena-
tio ab eo facta fundi nõ erit, qm̃ ex cõditione adem-
ptus fundus eſt, ſi alienatus eſſet, ob id ſub cõditione
datus cõtraria intelligitur, ſi alienatus nõ eſſet. l.ſi poſt
mortẽ.§.1.ꝟ.eo. l.ſi legatũ purè, & l.legata inutiliter.ꝟ.
de adim.leg. l.aliquando in fi.ꝟ.de cond. & dem. l. ꝙ
purè in prin.ꝟ.qñ.dies leg.ced. l.ſi quis libertate.§.ſi.
ff.de ſtatulib. Cuma. hic col.4. poſt med. verſi. oppo-
no. de l.3. Crot. nu.25. ver.3. opponit Bar. conſequẽs
inductioni huic d.§.ſi quis ita legauerit, fit, vt ad pro-
hibitionẽ nudã confirmandã conditio non proſit, ſi
niſi prohibiti nõ interſit. In eãdem ſententiam tex.
propriorem, & qui pro recepta Doc. opi. affertur, re-
torquere Crot. poterat in d.l.4.§.1.ꝟ.de cõdi.inſt. vbi
cũ nullius intereſt, cautio nõ præſtatur, atq; ideo per
cõditionem prohibitio nuda non veſtitur.

Ad tex. hũc Loazes hic reſpõdet nu.51. Croti præ
ſuppoſitũ inficiando, contrariam in d.§. ſi quis ita le-
gauerit, cõditionẽ interuenire, vt ſub coditione titio
datum legatũ videatur, ſi alienatio ab eo facta fundi
legati nõ erit; id quia ad titiũ ipſum legatariũ verba
adẽptionis relata, & cõditionis non ſunt, verũ ad hæ
redem, qui alienatione à titio facta, fundum eundẽ
dare ſeio iubetur, itaq; ſi ad legatarium verba cõdi-
tionis directæ nõ ſpectant, at hæredem ipſum con-
tingunt. Quo nam pacto cõditionẽ cõtrariam in ti-
tio ipſo legatario obſeruabimus. Reſpõſio hæc Loa
zes, & ſi languida non videatur. Croti tñ inductioni
nõ officit, ꝙ & ſi maxime ad hæredẽ cõditionis ver-
ba ſpectãt, fideiq; eius fundi reſtitutio cõmittitur, alie
natione eius à legatario facta, effectus tñ ademptio-
nis reſpicere ad legatarium videtur, qui alienare pro-
hibetur, & à quo alienatione facta, legatum aufertur,
atq; ideo cautioni præſtandæ adſtringitur, alienatum
89 fundũ nõ iri, effectum planè † ſpectandũ, nõ ad quẽ
verba eius referantur, procul dubio eſt l. iſti quidem
in fi.ff. ꝙ metus cau. l.ſed ſi plures.§.in arrogato.ff. de
vulgari. l.ſeruo legato.§.ſi teſtator.ꝟ.eo. l.miles ad ſo-
rorem in prin. l.cum pater.§. donationis.ꝟ. titu. 1.&

alia, de quibus apud nos in rubr.ꝟ.eo. nu.90. in priori
lectu, reſponderi tñ argu. huic põt, ꝙ ad teſtatorẽ atte
net, nonniſi hæredem oneratum, idq; & tex. obſeruat
in d.§.ſi quis ita legauerit, ſatis igitur videtur, onus, &
effectum fideicõmiſſi præſtãdi hęredi ipſi à teſtatore
impoſitum, neq; ꝙ in teſtatore eſt, à legatario alienã
te quicquam præſtãdum. Sed enim ex text. Loazes
reſpõſio cõteritur in d.l.4.§.1. vbi niſi ad prohibitum
ipſum verba nõ ſpectãt, at qui vigorẽ cõditio ad pro
hibitionẽ veſtiendam nõ habet, vbi tertij nõ intereſt.

Reſponderi ſecõdò ad tex. põt in d.l.3.§. ſi quis ita
90 legauerit. Cõditionem † cõtrariam, quam Crot. ob-
ſeruat, ad limites cõditionis directæ, & expreſsè re-
ſtringendam, ſimiliter, vt in argumento dici à ſenſu
cõtrario ſolet, ad ſenſus id limites directi perſtringen
dũ, vt Deci. no. in l.1. nu.38. ff. de offi. eius, & alia apud
nos in cõſi. 103. nu.11. in cõſi. 203. nu.9. in cõſi. 236.
nu.11. in fi. & in cõſ. 289. nu.1. in fi. verſ. ad iſtud reſpõ
deo, quibus Areti. adſtruitur in l. qui in poteſtate col.
pen. circa prin.ꝟ. de teſta. cõditione igitur directa, &
expreſſo fideicõmiſſo hæredis adiecta, ſi alienatio fun
di facta à legatario erit, cõſequens per cõditionem
cõtrariam fit, locum fideicommiſſo hæredis nõ eſſe,
alienatione per legatariũ nõ facta cæterũ, vt cõditio
nem legatum habeat, ſi facta alienatio nõ erit, ad di-
rectũ, & expreſſum cõditionis adſcriptæ ſenſum nõ
cõpetit, qñ qdẽ hæredi ipſi collatũ legatũ nõ eſt, q̃ re-
ſponſio eadẽ, ac Loazes, re ipſa ſedulo perſpecta, vr̃.

Aliter ẽt, & ſignificãtius reſpõſio hæc declaratur,
propter cõditionẽ illam directã, & expreſſam, ſi alie
natus fundus erit, & per quã fideicõmiſſum, iniungit
cautionis præſtãdæ neceſſitatem legatario imponi,
cõſequẽs igitur fit, vt fideicõmiſſi onere in tertij gra-
tiam remoto, onus quoq; ipſum cauendi tollatur,
ſcilicet cũ nullius prętęrquã prohibiti de alienatione
nõ faciẽda interſit, cęterũ ad vitium, ſeu fruſtrationẽ
prohibitionis etiam trahi cõditionẽ hãc cõtrarium
nõ oportet, vt cauendi neceſſitate remiſſa, vigorem
ẽt prohibitio nõ habeat, diuerſa.n. hęc ſunt, cauẽdi ne
ceſſitatẽ nõ interuenire, & viribus prohibitionẽ infir-
mis eſſe, quid.n. impedit, robur in prohibitione eſſe,
vt cauẽdi neceſſitas legatariũ nõ teneat perſona, cui
caueatur, nõ cõſtante, ex diuerſis igitur nõ rectè cõſe
quentia ducitur. l.ſi. ff. de calum. l. papinia. exuli. ff. de
minor. & alia, de qbus in reſpõ. pro genero nu.458.

Sed.n. quia durior reſpõſio hæc viſa fortaſſis erit,
vt firma prohibitio ſine cõditione habeatur, quæ nõ
impleatur, cũ niſi cauẽdo implemẽtum nõ fiat, & an
te oĩa impleri cõditionem oportet. l.nõ omnis poſt
prin. ibi, & cũ pecunia daretur ff. ſi cer. pet. l. ſub cõdi-
tione, & l.qui promiſit. ff. de cõdi. indebi. & alia, de qb-
bus. ꝟ. nu.91. & 101. idcirco reſpõſione alia planiore,
& neceſſaria Croti argum. diluitur. quæ ex tex. decer-
pitur in d.l.4.§.1.ꝟ.de cõdi. inſti. vbi cohærede nõ in-
teruenientẽ, cuius interſit, cautionẽ præſtari, firmitatẽ
prohibitio illa nõ habet in cõditione adſcripta. Hoc
ideo, quia impoſſibile tunc cõditionis implemẽtum
negatum apparet, eã ob rẽ de voluntate vltima abij-
cienda. l.1. l.4.§.1. l.cõditiones.1. & 2. & l.ſi quis ita l.
mulier in fi. prin.ꝟ.de cõdi. inſti. l.ſi mihi, & tibi.§.1.ꝟ.
eo.§ impoſſibilis inſti. de hęredi. inſti. l.ab adminiſtra
tione. C. de lega. in quæ iura tũ vulgatiſſima cõmiſſũ
à Croto apparet, cũ probatiſſimæ Doc. aduerſarium
tex. obtulit in d.l.3.§.ſi quis ita legauerit, ad quẽ mo-
dũ, & inimicũ afferere tex. poterat in d.l.4.§.1. ex di-
uerſis.n. penitus ẽ prõptũ ei᷒ argũ liquet, i. à poſſibili
ad impoſſibile, à conditione, quæ impleri poteſt, ad
eam, in qua implementum non contingit. Doc. por
ro, qui à conditione prohibitionem veſtiri nudam
aiunt, de poſſibili neceſſario ſentiunt. l. gallus.§.1. ibi
qui ex verbis concipi poteſt. ſupra de lib. & po. l.ſi
quis ita ſuprà de condi. inſti. l.epiſtolam.§.fi. & l. hære
dibus.

dibus §. fi. infra ad trebel. l. 1. in prin. infrà de ſuis, & legi. l. ſtipulatio iſta §. hi qui. 2. ff. de verb. obli. l. lucius. §. imperatores ff. ad municip.

Ampliatio ab expoſitione hac iuris mox commemorati conditionem impoſſibilem de voluntate vltima eijci, vt vel contra rei animalis fauorem obtineat d. l. 4. §. 1. ſuprà de cōdi. inſt. vbi otium vitiumq; prohibitionis alienandi fertur, vt perniciale id ſeruo inueniatur, quē alienari teſtator vetuit, potiusq̃ ob cōditionem impoſſibilē ad irritu inſtitutio deducatur.

Conſequentia ſecunda ex traditione memorata deſumitur, in concurſione firmi, & infirmi, ſeu validi, & inualidi, cum vtrumlibet conſiſtere, aut concidere oportet. potiorem eius cauſam haberi, quod maius eſt. in d. enim l. 4. §. 1. aut inſtitutionem, aut prohibitionem intercidere, cohærede non adiecto, cui caueatur, oportet, quo caſu graue minus prohibitionem, q̃ inſtitutionē à conditione impoſſibili perimi. id quia inſtitutione extincta, irritum totū teſtm̃ fieret.

Cōſequenter, & tertio prædictus dicendum, de ſenſu d. l. 4. §. 1. Iaſoni, Croto, & Loazi non conſtitiſſe, cum in rei animalis fauore prohibitionis alienandi firmitatem ponunt. atq; ideo nihil eſſe, ꝙ magni ibi ad prohibitionem ſuſtinendam conditionem faciamus. Immo enim nihili rei animalis gratiam faciendam, verum à conditione impoſſibili tex. prædicti rationem pendere, cum additus cohæres nullus eſt, ſanè quam perſpicuè ante monſtrauimus. cohærede planè adiuncto, non a rei animalis ratione, quæ vetita alienari eſt, verum a conditionis ipſius implendę natura prohibitionis ipſius vigorem exiſtere.

Conſequenter, & quarta limitatio tex. noſtri de præcepto, aut prohibitione nuda ex prædictis educitur, ne in prohibitione obtineat, quæ per conditionē fit. nudam enim a cauſa nō videri, cum vicem cauſæ conditio ſuſtineat, vtiq; ſi impleri poſſit. atq; præter iam dicta, ratione alia expreſſiore limitatio, & ſententia hęc iuuatur. ꝙ maximopere differt, vtrum de acquiſitione prohibenda, an conſumata diſſoluenda quæſtio incurrat. facilius quippè non paulo acquiſitio impeditur, quā perfecta deleatur l. patre furioſo ff. de his, qui ſunt ſui vel alie. iuris. l. 1. §. quāuis autem ff. de poſtulan. l. tutor. 1 ff. de ſponſal. l. ſi ſponſus. §. ſi maritus ff. de dona. inter virum, & vxor. l. non ſolum §. fi. cum l. continenti ſupra de excu. tuto. & leges alię frequentes vbiq; eapropter in arbitrio teſtatoris eſt, acquiſitionē rei hæreditariæ citra cauſam aliam per ſolam conditionis inſertionem impedire. l. in re mandata C. mādat. ratio multo alia acquiſitionis iam conſumatæ eſt. quæ difficilius tollitur. atq; ideo nonniſi ex cauſa qua iuſta, aut perſonæ cuius conſiſtere noīe nequit. cū de iure quæſito perdendo agatur.

Ratione etiam vtiliore diuerſitas hæc inter prohibitionem, quæ per conditionem, & eam quæ ſimpliciter, aut purè adſcribitur, demonſtratur. quod ex conditione merè voluntaria, & caſuali in qua effectus quicquam non cadit, rectè atq; vtiliter inſtitutio hæredis perficitur, ſi nauis puta ex Aſia venerit, aut Rex Parthorum viuit toto tit. ſupra de condi. inſt. & C. de cond. inſer. de quo infra etiam nu. 92. quanto magis conditionem admitti rectum equumuè fuerit, quæ expers fructus inueniri cuius non ſolet. de quo genere hæc eſt, ſub qua prohibitio fit, lego tibi fundum, ſi eum non alienaueris hæredem te ex parte facio, ſi ſeruus a te alienatus hæreditarius non erit. vacuam enim ab vtilitate qua prohibitionem vix eiuſmodi inueniias eum fauorabilis apud legem rei conſeruatio habeatur l. fi. ff. de ll. l. 1. §. nunciatio fit & §. iuris noſtri ff. de oper. noui nuncia. quos tex. in ſententiam hanc Signorol. nominat in conſi. 21. nu. 2. & alia apud nos in reſpon. pro genero nu. 50. & nu. 345. tametſi vbi de acquiſitione per inhibitionem alienādi agitur, odioſam eam Doc. aſſerant.

Apparet ex his in ſenſū eos coēm offendere, rubori quibus nō fuit aduerſus ſententiā hanc obſtrepere.

Cōſequens quinto prædictus, & ſuper d. l. 4 §. 1. fit, tempus duplex attendendum. anterius, ꝙ cōditioni implendæ præuertitur, & poſterius, ꝙ eam ſequitur. in anteriori ab omni res dubitatione vacua vigoris
91 † quicquam in legato, aut inſtitutione non eſſe ſub conditione prohibitiua alienationis facta ante non eſſe quā impleta conditio ſit l. non omnis poſt prin. ibi quamdiu in pendenti eſſet. ff. ſi cer. pet. l. grege §. ſi ſub conditione ibi ante euentum conditionis non rectè agi, cum nihil interim debeatur ff. de pignor. l. Bouem §. ſub conditione ff. de edil. edic. l. 1. in fi. infra quādo dies vſusfruc. lega. cedat l. qui hæredi § fi. infra de condi. & demon. l. cedere diem ff. de verb. ſigni. & exempli huius plurima. de quo ante etiā nu. 90. verſi. ſed enim quia durior. & infra nu. 102. neq; iuris huius vinculum diſſolutum perſonæ cuius fauore legitur, vt in titu. ſupra de condi. inſti. ff. de ſtatulib. C. de condi. inſer. & extra de condi. appoſi.

De poſteriori etiam tempore, quod conditionem impletam ſequitur dubitatio etiam non videtur, a conditione impleta prohibitionem alienandi, veſtiri ſiquidem initio ipſo implenda conditio non foret, attamen vbi vltro ea adimpleta inuenitur, recedere ab implemēto nō licet reg. ꝙ ſemel placuit lib. 6

Neq; dixeris, in tempore priori ante conditionem adimpletam controuerſiam verſari, perinde quaſi ipſam impleri conditionem non oportet. ꝙ cauſā prohibitio non habeat. reſponſio enim ex ſuperioribus
92 liquet. volūtatem † meram in cōditione ſpectandā, etiam ſi cōmodo omni vacuar, vti in illa, ſi nauis ex Aſia venerit, ſi Rex Parthorū viuit. de quo dictū ante eſt nu. 60. verſi. ratione etiam vtiliore.

Si ad hāc temporum diſtinctionē, & expoſitionē memoratā a Iaſ. animaduerſum Crotoq;, & Loaze fuerat, altercatio tanta de ſpecie hac excitata nō fuerat. ſed, & error alter non ferendus de ſcriptis Iaſ. & Croti conſequitur, cum in re animali tex. rationem
93 conſtituunt in d. l. 4. §. 1. ſed quo nam pacto † prohibitione in conditione poſita iuuari res animalis poterer. cū ad diſponēdū conditio non proſit l. ex facto agitatū. ſ. de hæred. inſti. l. qua aūt, & l. ſi quis ſub cōditione dandorū decē ſupra ſi quis omiſſa cau. teſta.

Sed quæſtio hic perquam neceſſaria occurit ſuper ſenſu d. l. 4. §. 1. ſupra de condi. inſti. & d. l. 3. §. ſi quis ita legauerit infra de adimen. lega. quid ita cautionis mutianæ præſtandæ neceſſitas in eis imponitur. an non iure ipſo conſultum ſatis ei eſt, cautio cui præſtari debet, cum dominij translationē prohibitio impediat a teſtatore facta, ſic quomodo adnotatum initio habemus nu. 3. verſi. idq; in ſpecie & nu. ſeq. reſpondetur, trāslationi dominij prohibitionem nō obſtare in cōditione poſitā, prohibitio quippè æſtimari non poteſt, quæ niſi expreſſa in conditione non eſt, per ea, quæ dicta mox habemus, cum tex. protulimus in d. l. ex facto agitatum ſupra de hæredi. inſti. & alios ibi relatos.

Secundò reſpondetur, ad tempus poſt alienationē conſumatā in dictis ll. prohibitionem verſari. namq; in d. l. 3. §. ſi quis ita legauerit. eo caſu ſeruo. fundus legatur, quo alienatio eius facta a titio erit ob id dominij impediri translatio non ſolet l. ſticus ſeruus ff. de manu teſta. Bar. & alij hic in ſexta oppoſi. ſimili modo in d. l. 4. §. 1. inſtitutio ſub conditione in futurum facta ſi ſeruum hæreditarium non alienauerit, ademptionem ſub conditione contraria in ante actū tempus habet, hoc eſt & ſi alienatio ſerui facta hæreditarij erit, inſtitutionē ipſā aboleo per ea, quæ de cōditione ante ſcripta contraria ſunt nu. 88. ante fi. verſi. quoniam ex conditione.

Sublatum ex his nec molliter Croti argumentum
prius liquet contra receptam Doc.ſententiam expo
ſitum, vt pro cauſa prohibendi idonea conditio æſti-
metur, & quod atq; prius fixum in tex. habet in d. l. 3.
§. ſi quis ita legauerit. cuius eiuſdem ſententiæ eſſe, &
tex. oſtendimus in d. l. 4. §. 1.

De ſecundo Croti argumento videndum, quo
expreſſum eſt, pro nihilo conditionem habendam,
quotiens nisi prohibiti de prohibitione non intereſt.
cum perſona non interueniat, propter quam facta
dici prohibitio poſſit. veluti cum titio fundus legatur
ſi alienatio eius facta ab eo non erit. quo caſu cautio
nis mutianæ remittenda neceſſitas videtur d. l. titio
centum in prin. iuncta. l. mutianæ in prin. infra de
condi. & demon. cautio enim mutiana ad condi-
tiones negatiuas ſpectat d. l. mutianæ. ſed eiuſmodi
videtur, quę in prohibitione verſatur ſub conditio-
ne verſatur ſi non alienaueris atq; neceſſitatem cau-
tionis huius remitti, quæ niſi ad prohibiti commodū
non ſpectat, textu probatur in d. l. titio centum in 1.
reſpōſo. ſi cautio præſtanda mutiana non eſt, ergo
conditionis implendæ neceſſitas leuatur. ſiquidem
niſi per cautionem mutianam impleti cōditio ipſa
negatiua non poteſt.

Sed enim ex ſuperioribus ſublatum argumentum
94 hoc Croti apparet. quod ad eum † caſum attinet,
quo impleri conditio nequit, perſona interueniente,
adimpleri cui poſſit. quo caſu inutilis prohibitio, &
vtilis inſtitutio ſeu efficax legatum ideo manet, ꝙ
impoſſibilis inde amoueri conditio ſolet. vnde non
ea, quam Crotus putat, prohibitis ratione perit, ideſt
ꝙ pro cauſa idonea conditio non habeatur. verum
quia impoſſibilis.

Manifeſtum ex his fit, probatam Doc. ſententiam
vt à conditione prohibitio alienandi veſtiatur, pro
cauſaq; iuſta prohibendi conditionem eſſe, Croti
argumentis non oppugnari, neq; ad rem tex. facere
in d. l. 3. §. ſi quis ita legauerit. vbi inanis prohibitio
præſupponitur, quotiens tertij cuius de conditione
implenda non intereſt. pro qua ſententia tex. vocare
& alios poterat in d. l. 4. §. 1. in d. l. mulier in prin. ſu-
pra de condi. inſti. & in d. l. titio centum in priore reſ-
pon. quoniam ad conditionem impoſſibilē tex. illos
pertinere oſtendimus quam pro non ſcripto in vo-
luntate vltima lex habet. cauſa alia conditionis poſſi-
bilis, etiam ſi tertij de ea non interſit, verbi gratia alię
nationem veto, ſi nauis ex Aſia venerit, ſi Parthorū
Rex ſuperat.

De tertio nunc videndum. Doctorum hic ſenten-
95 tiæ, vt à re animali † prohibita robur inhibitio alie-
nandi capiat. d. l. generaliter §. ſi petitum. tex. repu-
gnat in d. l. 4. §. 1. ſupra de condi. inſti. contrarium ſen
tentiæ huic tex. illum videri Loazes hic aſſerit nu. 53.
cum niſi cohærede interueniente, vires prohibitio
non habeat. at enim firma, & ſine cohærede haud du
bię maneret, ſi rei ipſius animalis gratia factam pro-
hibitionem defendimus. quorſum enim cohæredis
interuentū tunc exquirere. cuius de cautione omni-
no præſtanda nō referat. Sed .n. hallucinatū Loazē in-
animaduerſione hæc ex ſuperioribus liquet ſiquidē
ad tempus prius conditionis implendę cogitatum a
Loaze nō eſt. implendam eam fore, impleri poteſt.
quod vbi fieri nequit, eandem ipſam de teſtamenti
ſcriptura amouendā tex. plane in d. §. ſi petitum in
prohibitione pura, & ſimplici loquitur, quæ effectum
parere ſuū poteſt, neq; impoſſibilitatis in ea quicquā
cadit. ita ex diuerſis penitus Loazem argumētari cō-
ſtat. ex actu, aut prohibitione conditionali ad puram
ab impoſſibili ad poſſibile.

Secundo ad impoſſibili ad poſſibile Loazis argu-
mentum duci aliter etiam declaratur. rei enim ani-
malis rationem habendam tum quoq; aiſ, cum adie-
ctus cohæres non ſit, ſi rei ipſi fauorem præſtandum
animali aſſerimus. ſed enim falſum id eſſe textu oſtē
di ait in d. l. 4. §. 1. in argumēto hoc vim in ꝓhibitio-
ne alienādi eſſe neceſſario ante ſentiri, quam adita hæ
reditas ſit. idq; a partibus ſatis enumeratis colligen-
do namq;, aut conditionem hanc negatiuam ſi ſer-
uum hæreditarium non alienauerit, de inſtitutione
quaſi impoſſibilem declarandam cohærede vllo nō
adiecto, aut non remouendam exiſtimat. ſiquidem
ſubtrahendam, & pro non adſcripta, ita vti receptū
iure eſt, habendam conditionem non negat, in expe
dito res eſt, fruſtra de prohibitione ex conditione
facta verba fieri, quæ nulla inuenitur. ſin autem ma-
nere conditionem, non etiam reiciendam contra-
quam ius ferat, Loazes arbitratur, cū impleri cohære
96 de non interueniente, nequeat, quo nā † pacto adiri
hæreditas poterit, quam ante agnoſcere non licet,
quam cōditio extiterit expletaue ſit l. is qui hæres ſu
pra de acquir. hæredi l. qui hæres §. fi. infra de condi.
& demon. l. 2. §. ſub conditione l. deinde, & l. ſi ſub
conditione infra de bon. poſ. ſecun. tab. l. 3. §. ſi ſub ea
infra de bon. poſ. contra tab. itaq; ſicut adiri hæredi
tas ob conditionem impoſſibilem nequit, ita robore
97 omni defecta prohibitio erit, vigore † enim, hære-
ditate non adita, omnia deficiunt, quęcunq; comprę
henſa teſtamento ſunt l. ſi nemo. 1. ſupra de teſta. tu.
l. ſi is qui tres §. idem euenire ſupra de execu. tutor. l.
1. ſupra de iniu. teſta. l. omnia in prin. infra titu. 1. qua
ratione conditionem tacitam omnia habet, quæ-
cunq; poſita in teſtamento ſunt, ſi adita hæreditas
erit l. 3. ſupra eodem. Bal. in auten. ex cauſa nu. 36. C.
de liber. præteri. itaq; vtrocūq; Loazes ſe vertat, incō
ſulte plus ſatis in probatiſſimam Doc. ſententiam
tex. intorquet in d. l. 4. § 1.

98 Apparet ex his, ad tempus † hæreditatis non adi
tæ, text. pertinere in d. l. 4. §. 1. in quo id quæritur,
impleri an non primū omnium conditio illa nega-
tiua debeat, ſi alienatus ſeruus hæreditarius non erit.
in qua conditione cauſa fruſtra exquiritur, cauſam
iſtam nec ne prohibitio habeat in conditione po-
ſita; vt aliud Croto hic viſam, & Loazo ſit cum vlti
voluntas mera attendi in conditione non ſoleat vti
dictum ante eſt nu 94. ꝙ ſi poſt hæreditatem aditam
quęſtionem quis moueat, robore nec ne prohibitio
conſtet, inepta tum vero apparet. namq; ſi cauſam
aliam initio ipſo conditio non poſtulat, cui pareri
neceſſe eſt, quid ita implemento eius per cautionem
perfecto, irritam prohibitionem dicemus, caſu nullo
accedente, propter quem robur impediri eius debeat
idq; ex tex. ratione fortiore confirmatur in l. quod
ab initio ff. de reg. iuris etenim ſi quod initio actum
vitioſe eſt, tempore ſolo non conualeſcit. quanto
minus quod geſtum vtiliter eſt, tempore ipſo infir-
99 mābitur, cum † facilius quid cōfirmetur, quam pere-
at l. cum hic ſtatus §. pęnitentiam. ibi ꝙ ſi in obſcuro
ſit. procliuior eſſe iudex debet ad comprobandam
conuentionem ff. de dona. inter virum, & vx. l. 2. in fi.
ſupra de his, quæ in teſta. delen. l. 3. ſupra de mili. teſta.
l. quotiēs 2. infra de rebus dub. l. quotiēs 1. ff. de verb.
obli. l. 1. ibi ſi enim teſtator. C. com. de lega. & alia de-
inceps.

Apparet ex his, inconſulte plus ſatis circa tex. d. l.
4. §. 1. Loazem ſe habuiſſe, qui animatæ rei fauorem
eo etiam caſu obſeruat, quo datus cohæres non eſt,
cum impoſſibile eo caſu conditionis implementum
ſit. qua non impleta, firmitatem habere prohibitio
nequit. vnde cum de voluntate vltima abijci condi-
tio hæc impoſſibilis ſoleat, perinde res habenda, vt ſi,
expreſſa omnino non ſit. conſequenter his dicendū
textui in d. §. ſi petitum, & probatiſſime Doc. ſenten-
tiæ textum nō aduerſari in d. l. 4. §. 1. in qua re ab im-
poſſibili ad poſſibile argumentari Loazem conſtat.

Patet etiam ex prædictis incogitatæ, aut generaliter plus nimio à Iaſ. & Croto hic adfirmatum, conditione etiam remota, vtilem alienandi prohibitionem in d. §. ob rem futuram animatam fuiſſe, imò enim quo caſu inutilis cohęrede non dato inuenitur inanis etiam conditione remota, fieret, ſi à prohibito agnita hæreditas nõ ſit; vnde niſi reiectionis ratione inter prohibitionem non differt, quæ in conditione poſita, & eam, quæ facta ſimpliciter eſt, in qua reiectio non cadit. Hęreditate planè non adita, pari vtereque iure caſus cenſetur.

Sed quo planior, pleniorvè d. l. 4. 1. ſenſus fiat, quæſtionem proponendam dixi, ius ne libertatis ſeruo hæreditario cõpetat, ſi alienatio eius facta poſt cautionem præſtitam mutianam ſit. Libertatis ſilere cauſam puto, id quia niſi in conditione poſita prohibitio non eſt, ſi non alienauerit, conditionem planè ad diſponendum, & ius libertatis tribuendum non prodeſſe notatum ante eſt num. 93.

Secundo, cohæredis alterius gratia conditio hæc inſerta, idq; ex eo liquet, ꝙ ei conditio implenda per cautionem eſt, ob id ad cohæredem ipſum pertinere, non libertatem conſequi ſeruus debebit.

Quæſtio altera incidit, cautionē ne atq; adeo conditionem illam remittere cohæredi liceat. Loazes hic nu. 53. in fi. ius remittendi eſſe ſimpliciter ſcribit, quæ mihi opinio non diſplicet. Quoniam niſi vni conditio adiecta atq; ideo cauendi impoſita neceſſitas non eſt, ob id trahi ad cohæredem non debet. l. ſi ita quis. §. pen. ſupra de teſta. tut. & in ſpecie prohibitionis. §. nos igitur in auctent. de teſti. fideicom. ita ꝙ ad cohæredem alterum pertinet, ſeruum ipſum hæreditarium alienare ex portione ſua non prohibetur, ergo, & cauendi atq; ideo conditionis implendæ neceſſitatem remittere.

Secundo cohæredis ipſius gratia facta prohibitio videtur, vtpotè ad quem peruenire alienatione facta debeat, quam ob cauſam cautio ei præſtatur. Proinde fauori ſuo cedere non prohibetur. l. quotiens. 1. C. de fideicom.

Remiſſio porrò opus expreſſa videtur, ſiquidem remiſſa ob id non creditur, ꝙ petita non eſt, namq; cum ad conditionem explendam ſpectet, expleri eã ante oportet, quam peti quid poſſit. d. l. mutianæ, atq; ibi Soci. in tertio nota. Ruin. in conſi. 88. in fi. lib. 2. & in conſi. 170.

Inde fit, vt cautione hac non præſtita, non liberetur is, à quo præſtanda erat, quin ea reſtituat, quæ ea reſtitui præſtita, debebant, culpam quippè cautionis non petitę fruſtrà obijcit, ex qua lucrum ſentit Ruin. in conſi. 84. nu. 12. lib. 2. per tex. in l. cum in fundo. §. 1. ff. de iure dot. & no. in l. nupta. §. 1. ſupra ſolut. matri. non ineptè huc attinent, quæ ſcripta habemus in reſpon. pro genero nu. 267. Pro facto contra ceſſantem haberi, ꝙ faciendum ab eo erat, ne melior ceſſatoris; quam obſeruantis conditio fiat, pro data igitur cautio habenda, quam præſtari oportuit, ibiq; textuum, & Doct. teſtimonia non parca ædita.

Quæſtio tertia, ſupereſt, Dominij ne tranſlationē cautio mutiana impediat, videbatur prima cogitatione dicendum, non impediri, quoniam inter viuos cautio datur, quo caſu nihil prohibitio promiſſiovè vlla officit, quominus dominium transferatur. l. ſi ita ſtipu. 2. §. ea lege. ff. de verb. oblig. l. 3. C. de condi. ob cau. & alia, de quibus ſuprà nu. 5. verſi. idq; in ſpecie atq; id ſentire in controuerſia hac Iaſ. hic videtur nu. 22. in priore lectu. & in poſteriore num. 34. cum ait, cauſam in prohibitione non exigi, effectus cuius per cautionem mutianam perficitur, ꝙ inter viuos præſtetur, inter viuos porrò cauſam non exquiri, ita effectum prohibitionis, inter viuos ad prohibitionem transferri, quæ ex voluntate vltima fit, vbicunq; vim ſuã per cautionē mutianam prohibitio cõſequitur.

Sed enim contra probandum ratione duplici arbitror, prior, ꝙ per legem cautionis huius præſtandæ neceſſitas imponitur, atq; ideo neceſſaria habetur. l. ſi fideiuſſor. §. qui neceſſaria, ibiq; glo. & Doct. ff. qui ſat. cog. & alia apud nos in Corollario reſpon. pro genero nu. 41. verſi. ꝙ autem, & nu. ſeq. ita effectum prohibitionis legis prohibitio hæc imbuit, quæ per cautionem cõſumatur à lege inſtitutum, legis planè prohibitionem dominio transferendo reſiſtere procul dubio eſt, idq; demonſtratum, & in ſuperioribus habemus nu. 4.

Altera ratio, ꝙ ad exęcutionem prohibitionis in teſtamento adſcriptæ cautio mutiana interponitur, ea propter naturam voluntatis adſumere voluntatis vltimæ debet, ſiquidem mandanti actus, tribui non exequenti ſolet. l. item eorum. §. ſi decuriones. ff. ꝙ cuiuſq; vniuer. nomi. l. vnum ex familia. § ſi de falcidia. Atq; ibi Bar. & §. ſed & ſi fundum infrà tit. 1. gl. in l. apertiſſimi in fi. C. de iudi. & alia, de quibus infra nu. 126.

Tertiò Socini teſtimonio opinio iuuari hæc videtur in d. l. mutianæ nu. 17. vbi cautione non obſeruata, pro non adita hæreditatem habet, quæ ex cõditione data negatiua eſt, atq; ideo legata omnia primi, æquè cautione hac à legatario non adimpleta, pro non dato legatum habendum.

Neq; arg. mutat, inter viuos cautionem præſtari, cõſutatum enim ex rationibus memoratis liquet, ꝙ per legem, & ad voluntatis vltimæ executionem præſtatur, & ꝙ ad Iaſ. arg. attinet, inferius etiam refellitur nu. 125. & ſeq. & nu. 173. vbi ſui ꝯtrius ipſius detegit.

100 Quæ ſcripta in cõditione † ſunt, pro cauſa eã idonea haberi, ad modũ etiam pertinent, vt ad cauſam prohibendi inſtam, & ipſe proſit, veluti cum pecuniã ita teſtator legat, vt fundus inde ematur, nec alienetur. l. titio centum in prin. infrà de condi. & demon. Ratio eadem, cum ſub lege bona non alienandi, hæres quis ſcribitur, quo caſu inſtitutioni ipſi alienandi prohibitio per modum adijcitur, vt apud Cuma. hic nu. 4. ſed enim in modo repudiari opinio hæc Cuma. ſolet, ſic quomodo inferius docetur nu. 109.

Quæret hic aliquis, quando per conditionem, & modum facta prohibitio dicatur, & quid inter vtrum

101 differat, atq; alterum, vt numero expediam. † Verborum in re hac haberi ratio nõ ſolet, effectus deniq; ſpectandus, ſiquidem ante impleri quid oportet, quàm effectum ſcriptura habeat, atq; ideo in futurum ſcriptura ſupenditur, vſq; dũm conditioni paritum, aut impleta ea ſit, cõditio tum videtur. l. ſub conditione, l. qui promiſit ff. de cõdi. inde. l. hæc venditio. in prin. ff. de cõtra. emp. l. grege. §. qui ſub cõditione. ff. de pignor. l. legata, & l. qui hæredi. §. fi. ibiq; Bart. infra de condi. & demõ. Bal. & alij in l. cum mota nu. 3. ibiq; Deci. nu. 6. verſi. vnde vera reſolutio, Iaſ. nu. 21. circa fi. C. de tranſactio. Alex. in conſi. 119. col. 1. poſt med.

102 lib. 1. Modus ſine † intelligitur, quotiens poſt actũ perfectum implẽdum quid eſt, eumq; ob rem actus ipſe non ſuſpenditur, l. quibus diebus. § fi. l. cũ tale. §. 1. infra de cõdi. & demõ. tex. huc attinet in l. cum ab eo. Ibiq; Bat. ff. de cõtra. emptio. Bal. & alij in d. l. cũ mota, idem Bal. in cõſ. 478. quidam Franciſcus lib. 1. idq; locum obtinet, quamuis cõditionis mentio expreſſim fiat, verbi gratia cũ quid ea lege, & cõditione datur, vt quid fiat, aut detur, namq; ſi poſt effectum actus conſumatum implendum id eſt, modus non conditio erit. l. ea cõditione, atq; ibi Sali. C. de reſcin. vendit. Bart. in conſi. 4. Anto. de But. in conſi. 48. in prin. Alex. in conſi. 102. nu. 1, in fi. & continentibus lib. 1. Areti. in conſi. 149. in prin. Deci. in d. l. cum mota nu. 6. verſi. pro communi tamẽ opinione, & apud nos in conſi. 59. circa prin.

Inter

Inter conditionem planè, & modum nonnullæ
ſunt differentiæ. Prima, quod obligatio petitiovè in
103 conditione non incurrit, ſi quidem † conditioni
implẽdæ quiſquam non obligatur, neq; vt impleat
actionem quam patitur, cum ab arbitrio ſuo pen-
deat, conditioni an non pareat, l. ſi quis ſub condi-
tione ſupra ſi quis omiſſa cau. teſtam l. in ratione. 2.
§. tam & ſi in fin. infra ad l. falcid. Socin. in l. Paulus.
1. infra de rebus dubijs. Cauſa alia modi eſt, cui im-
plendæ legatarius adſtringitur, qui legatum agnouit,
& vt impleat, conuenitur, l. 2. C. de his quæ ſub mo-
do, gloſſ. in l. ſi quis cum debitore verſic. vel melius.
ff. de iureiuran. Fulgoſ. in conſil 202. Gulielmus col.
3. circa med. Socin. in d. l. paulus, num. 2. Hoc ita, niſi
ſi ad vtilitatem eius modus ſpectet, à quo implen-
dus eſt. d. l. titio centum in princip. infrà de condict.
& demonſtr. l. 2. § ſin. ff. de donatio. & alia apud nos
in d. conſi. 59. num. 2. de quo infrà etiam nu. 109.
104 Secunda differentia in ſuſpenſione † actus verſa-
tur, quam conditio facit Bart. in d. l. qui hæredi. § fin.
per illum text. infrà de condit. & demonſtr. l. cedera
diem, ff. de verbor. ſignific. Anton. de Butr. & Cardi.
Floren. in c. verum de condi. appoſi. Cuma. in conſ.
99. col. 2. ante med. idq; ex text. non paucis confir-
matur, quibus expreſſum eſt, pendente conditioni
iuris quicquam non competere. l. pecuniam, ff. ſi cer.
pet. d. l. hæc venditio in princ. ff. de contrah. emptio.
l. Bouem, §. ſi ſub conditione, ff. de ædil. ædic. l. 1. §. 1.
infra de colla. dotis. l. ſub conditione infrà de aſſig.
liber. l. hoc iure, ibiq; Bar. & l. quoties in diẽ, ff. de ver.
obl. l. quotiès ff. de noua. Dy. in conſ. 44. col. 1. Old.
in conſ. 175. thema tale eſt, titius, nu. 1. Bal. in conſ. 9.
factum tale eſt, anno domini. nu. 1. cir. med. ver. mo-
do ita eſt in propoſito lib. 1. Signo. in conſi. 64. nu. 18.
105 circa med. & exemplo huius infinita, hoc † amplius
non modo iuris quicquam conditione pendente ex
actu conditionali non competit, verùm ſi quid ſo-
lutum ob eum eſt, repetere id licet. l. ſub conditio-
ne, ff. de cond. indeb. ſi iuris quicquam non compe-
tit, dum conditio pendet, non ab ea ſuſpendi actus
non poteſt, ſi quidem ſuſpenſione amota, præſens
106 eſſet, non idem † in modo proba. ur, per quem ſu-
ſpendi actus non ſolet. d. l. cum ab eo, ff. de contrah.
emptio. l. libertas. § hæc ſcriptura, ff de manu. teſtam.
l. 1. & 2. atq; ibi gloſſ. C. de his quæ ſub modo. Iaſ. in l.
impoſſibilis, num. 3. ff. de verb. oblig. Ruin. in conſil.
127, num. 2, verſi. modus igitur, & in conſi. 139. num.
3. lib. 1.

Tertia differentia, quod ex modo datur, rei vicẽ
ſuſtinet, & pro eo res eſt, atque ſi rem ipſam quis
habeat, quam modum implenti præſtat, hinc fit, vt
hæreditarium ius in eo dicatur, quod propter mo-
dum legato impoſitum à legatario hæres accipit,
atque ideo vti res hæreditaria, aut hæreditario iure
per ſubrogationem quæſita in falcidiam hæredi im-
107 putatur, quod ſecus in eo † eſt, quod conditionis
implendæ cã à legatario hæredi, dat rei enim vice id
non habetur, neque ſubrogationis ius in eo cadit,
ea de cauſa in falcidiam hæredi non computatur, d.
l. in ratione. 2. §. tam & ſi infra ad l. falci. Bart. in l. in
quartam, num. 2 in fin. in 11. oppoſi. eod. tit. eadem
ratione onere leuato, quod per modum iniectum le-
gato eſt, legatum quoque reuocatur, id quia legati
loco onus ipſum eſt, atque ideo perinde res vide-
tur, vt ſi legatum ſublatum ipſum ſit. l. alumnæ. §.
ſeio infra de adim. legat. quod non ſimiliter in con-
ditione ſeruatur, qua irritata, extinctum legatum nõ
videtur. l. ſi quis ſeruum, ibiq; gl. infra de cond. & de-
monſtr. Bart. in d. l. in quartam oppoſit. 11.

Sed ratio hic diuerſitatis indaganda, quid ita vi-
cem rei modus magis quam conditio obtineat,
quamquam apud Bar. id explicatum, nec alios, quos
legi, comperi, ex his tamen percipi rationem puto,
quæ ſcripta ante ſunt nume. 9. & nume. 101. hoc eſt
primum omnium conditionem implendam, nec
effectum ante actus contingere, quam paritum con-
ditioni ſit, namque ſi actus effectui præuerti. condi-
tionis implementum oportet, quomodo in vicem
eius ſuccedet, quod natum nondum eſt, quod enim
in rei, aut actus cuius vicem ſuccedit, non actum,
aut rem ſubſequi ipſam non poteſt, quod aliter in
modo fit, qui effectum iam introductum, & conſu-
matum conſequitur, atq; ideo in vicem ingredi eius
poteſt.

Quarta differentia, inanem contractum conditio
108 † impoſſibilis efficit. l. impoſſibilis, ff. de verb. oblig.
quod non æquæ in modo impoſſibili probatur, à
quo irrita fieri obligatio non ſolet gloſ. Bald. & Ca-
ſtren. in l. cum donationis in gloſſ. magna in fin. C.
de tranſactio, quam ſing. in d. l. impoſſibilis. Angel.
ait, de ea etiam Corn. meminit in conſi. 321. col. 3.
lib. 1. Diuerſitatis huius ratio ex differentia ſecunda
percipitur, quod actus ſuſpenſionem, conditio facit
neq; iuris quicquam ex ea dum pendet, naſcitur,
itaque ſicut impoſſibilis conditio eſt, ita euenire nũ-
quam poteſt, conſequenter inutilem actum fieri
neceſſe eſt, cum impleri nequeat, ratio longè alia
modi eſt, qui actum, ſeu effectum eius non impedit,
Quo circa cum robur ante actus habeat, quam im-
pleri modum oporteat, non poteſt ad irritum actus
deduci, qui vtilis iam ſit, quo nam pacto enim ir-
ritum fiet, quod ratum iam, & firmum ſit, vnde fa-
cilius actus effectus per conditionem impoſſibilem
prohibetur, quam modo non obſtant perfectus tol-
latur, l. patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni
iuris, rationem hanc diuerſitatis inter conditionis,
& modi impoſſibilitatem, Iaſ. adnotauit in d. l. im-
poſſibilis, num. 3.

Diſcriminibus his inter conditionem, & modum
109 ita expoſitis, de eo † videndum, ratio ne eadem
modi, atque conditionis in prohibitione roboranda
videatur. Cuman. hic num. 4 eandem vtriuſq; ra-
tionem putat per text. in d. l. titio centum in princip.
infra de condit. & demonſt. ſed enim ex his Cuma.
opinio refellitur, quæ ſcripta ante in differentia pri-
ma ſunt inter conditionem, & modum, nume. 103.
implendum eum non fore, quotiens vtilis niſi ei nõ
eſt, a quo impleri debet per text. in d. l. titio centum
in princ. At enim niſi ad eum caſum quæſtio non
pertinet, quo legatarij ſolius, vtilitas ſubeſt, ſi qui-
dem controuerſiam res non habet, quotiens alte-
rius intereſt.

Secundo Cuman. opinioni Gloſſ. 1. hic refraga-
tur verſic. & pone caſum, quæ in modo text. huius,
caſum ponit, ideſt cum per modum alienatio pro-
hibetur, ea quippè lege fundum legatum ſcribit, vt
non alienetur, quæ verba ad modum neceſſario re-
feruntur, etiam ſi mentio facta de conditione ſit, id-
eſt ea conditione fundo legato, vt non alienetur, vel
ne alienetur, quandoquidem in tempus prohibitio
confertur, quo iam quæſitum ius eſt, ſi quidem alie-
nari ante nequit, immo & alienando ius acquiritur
cum citra agnationem legati fieri alienatio nequeat,
110 ſimiliter, vt per † diſtractionem rerum hæreditaria-
rum neceſſario aditio ſequitur, cum citra ius, & no-
men fieri hæredis nequeat. l. pro hærede, §. 1. & l. ſi
quis mihi bona. §. ſed quid ſi mandauit ſupra de
acquir. hæredit. Barto. in l. gerit, num. 24. verſ. quæ-
dam ſunt. eod. titu. Acquiſitione igitur legati ante
præſuppoſita, quam impleri onus poſſit, modus ibi
non conditio neceſſario verſatur, ſi quidem ante om-
nia adimpleri conditionem oportet, ſic quomodo
monſtratum, ante eſt nume. 91. 101. ius aliud modi
eſſe num. 101. & nu. 106. liquet. gloſſ. hanc primam
contra

contra Cuman. Alex. hic obſeruat; nu.5.in fin. verſi.
præterea glo.1.hic. Iaſ.num.23. verſi. aliam ſolutio-
nem in 1. lectu.Opizonius num.35.verſic. præterea
gloſſ.1.hic, atq; præter Alex.per modum in tex.hoc
prohibitionem alienandi factam, ex gloſſ.etiam hic
oſtenditur in verſic.non poſſint, quæ ita expreſſum
à teſtatore ait, ne legatarius alienaret, ſed apud ſe
ſemper haberet, ita in eum caſum alienandi prohi-
bitio confertur, quo partum iam legatario ius eſt.
quam gloſſ. Opizonius hic perſpicit, nume. 30. inde
fieri ait, vt præter modum, cautam etiam ſubijci in
prohibitione oporteat.
111 Neq; ad rem, ſeu Cuman. opinionem † text. at-
tinet in d.l.titio centum in princ. quo ſalſus Cuman.
eſt, quoniam Cumano ipſi aduerſatur, nedum ſuf-
fragatur, ſi quidem inanem prohibitionem ibi per
modum factam, quæ niſi ad prohibiti commodum
non reſpicit, atque ideo irritam text. ait. At enim
viribus infirmis non eſſet, ſi cauſæ vicem modus ſu-
ſtinet, ſic quomodo viſum Cumano eſt.
Quod ſi ad ſecundum text. prædicti reſponſum
Cumano cogitauit, in quo firma prohibitio aſſeri-
tur, Cumano etiam nihilo minus refragatur, hoc
ideo, quia ratione perſonæ, aut prohibiti, robur ibi
in prohibitione ponitur, quod induſtrioſus non eſ-
ſet, atq; ideo proſpectum ei teſtator vellet. Perſonæ
igitur cauſa remota, inanem prohibitionem ex mo-
do factam æquè, vt in reſponſo priori perſpicuè.
text. habet, ſecundum quæ, neq; in priore, neque in
reſponſo poſteriori vigoris quicquam ad prohibi-
tionem nudam calefaciendam per ſe, aut ſolus mo-
dus habet.
Cæterum quia ſenſus.d.l. titio centum in 2.reſpo.
112 † hic occurrit, de quo apud Barto.& alios hic in 5.
oppoſit. Imolam circa princ.Caſtren.num. 4. in fin.
Alex. eodem num. 4. Iaſ. col. 5. num. 21. in priore
lectu. & col.7. num. 32. in poſteriore lectur. Opizo-
nium.num. 10. Crotum nu.28. & ſequen. Loazem
num. 93. poſt med. & ſeq. operæ pretium facturum
me duxi, ſi difficultatem hanc in præſentia explica-
rem, vtpotè in qua accerrimè inter Doc. contendi-
tur. text. is pro aduerſario in ſecundo reſpon. textui
noſtro opponitur, ibi enim ad vtilitatem filij fratris
ſeu nepotis ex fratre alumni prohibitio ſpectat, vt
potè rerum ſuarum non ſatagentis. Atqui vtilis ibi
prohibitio aſſeritur, atq; ideo non aliter pecuniam
legatam præſtare hæres cõpellitur, niſi ſi cautio mu-
tiana præſtita de fundo, emendo, & non alienãdo ſit.
Ad text.illum glo.hic reſpondet in verſ. non poſ-
ſunt in fi ſolutionem ex eo apparere, quod ſoluen-
di genus Bar.hic mordet, ſi quidem ſolutionis quic-
quam in tex.ipſo non videt, ſed enim credibile non
eſt, imprudentem adeo gl.fuiſſe, vt ſolutionem com
memoraret, quæ nulla conſtet, vnde Imola.Alex.&
alij, in verbis tex.ſolutionem poni à glo.aiunt.
Defectus quibus induſtriæ indicatur, robur præter
Imolam, Alex.& alios, ſolutio hæc accipit, ꝙ diuer-
113 ſitatis quicquam inter † reſponſum prius,& poſte-
rius dictæ.l. niſi ſuper induſtria non legitur quæ ex
aduerſariua, ſed citra copulã, diuerſitas liquet. l.hoc
amplius.§.de his ibiq; Barto.ff.de damn.infec.& alia
apud nos in l.1.in prin.num.505 ff.de acq.poſſ. ob id
niſi ad rõnem eius adaptari deciſio non põt.l.2. ibiq;
Sr c.in 2.not.5. de lib.& poſt.& alia apud nos in l. 1.
nu.119.& nu.131.5.eo.in poſterioribus cõmentarijs.
Secundò niſi ex verbis illis minus induſtrioſo.tex.
114 rõnem metiamur † frigida, & inertia penitus fiet,
& nullo prſus miſterio inſerta, ꝙ iuri nõ cõuenit.l.3.
cir.pri. ibi nec fruſtra, ff.de iure.l.legem.ff.de contra.
emp.& alia, de quib. in reſpo.noſtro pro genero nu.
46.312.vberius nu.340.& continentium vulgo.
Tertio vigore à verbis illis minus induſtrioſo de-
tracto contradictio euidens in tex. eo. nulloq; inter-
uallo inter prius,& poſterius reſp. incurrit. At enim
115 † hoc genus recipi interpretamentum non ſolet,
vnde contrarietas ſequitur.l.nã ad ea.ſ.de condic. &
dem. Bar.& alij in l.fi.§.idem quærit nu.4.ff. de cond.
indeb. atq; in lege interpretanda contradictionem
cauendam, ex tex.oſtenditur in §.quib.in 1.conſt.C.
Alex.in l.cum filio nu.13.poſt med.verſ. & tenendo
iſtam opi.ſupra eo.Iaſ.in l.1.nu.8.in fi.ff.ne quis eum
qui.& in l.cum falſa in fi.C. de iuris & facti ignoran.
Idq; rõne viriliori ex his confirmatur, quæ in d.reſp.
pro genero ſcripta apud nos ſunt nu. 310. offenſio-
nem verborum contradictionis excludendæ cauſa
permitti, quid hic dicendum, vbi vulneris quicquam
verba nõ accipiunt, ſi in verbis illis minus induſtrio-
ſo.tex. rationem locamus, ratione & alia validiore
ſententia hæc iuuatur, ꝙ ſubauditionem in lege in-
terpretanda admittere, graue minus lex ducit, quam
vi diſcordiæ quicquam ea occurrat Bar.& Bald.in l.
ſcripturæ in fi.C.de fide inſtr. Abb.in c.gratum num.
2. de offi.deleg.Iaſ.in conſ.137.num.10.lib.4 & in d.
reſp.pro genero nu.357. verſ. imò enim contrario,
ſed enim ſubauditione in ſenſu hoc non vtimur, vt
ab induſtriæ defectu. text. ratio conſiſtat, verum à
verbis ipſis expreſſis ratio decerpitur.
Manifeſtum ex his fit, crimini Bartolo dandum,
qui glo. ipſam inſimulare non dubitauit, hoc eſt ſo-
lutionem nullam ex text. illo d.l. titio centum non
percipi, contra quam ipſa tex. verba apertiſſima ſe-
rant. Secundo grauior Bar.offenſio creſcit, cui vi-
ſum ſit, momenti nullius verba illa tex.minus indu-
ſtrioſo eſſe, quominus alienandi ius legataria indili-
genti competat, id enim Bar.hic ſenſit ſi id genus le-
gatum interueniat, dominium cuius recta à mor-
te teſtatoris ad legatarium ambulet cui lex non alie-
nandi ab hæredes imponi per cautionem nequit.
At enim reſtrictionem nimiam ad modum hunc
text. ille patitur.
Secundo fortiorem alienationis prohibitionem,
116 vbicunq; † ad rem teſtatoris quam alienam inter-
ponitur declaratum ſuperius habemus nu. 19. cum
tex.citauimus in l.ſi quis inquilinos.§.1.ſupra.eo.Cu-
man.hic col.pen.in prin.Iaſ.num.29.in 1.lectu. & in
altera lectu.nu.63.Opizo.nu.48 Loazem num.122.
in fin.idem Alex.hic ſenſit nu.5. verſ. & tunc ſecun-
dum eum de quo infra etiam nu.109.num.127.verſ.
quo circa ratio alia. Itaq; ſi effectum prohibitio in
fundo emendo, atq; adeo aliam per cautionem mu-
tianam habet, quãto facilius hoc idem in fundo ad-
mittendum teſtatoris erit, quamuis dominium eius
ad legatariam iure ipſo ambulet, à teſtatore enim
ipſo, atq; adeo ante dominij acquiſitionem cautio-
nis præſtandæ impoſita neceſſitas videtur.
Neq; diuerſitatis ratio morſicat à Bar.ſubiecta, eo
117 in fundo teſtatoris prohibitionem non † conſi-
ſtere, quod dominium eius recta à morte teſtatoris
in legatarium tranſit. l. ſi ſeruus legatus, ff. de noxal.
l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus ſupra eod. cum alijs a-
pud nos adſcriptis in l.1.nu. 156. ſupra eod. & quia
vulgo in ſententiam hanc tex. citatur in l.a titio, ff.de
furtis, inductio eius in d.l.1.apud nos expoſita nume.
152. tranſitu hoc dominij, ita admiſſo, phas hæredi
non eſſe, de re ipſius legatarij cautionem mutianam
ab eo exigere, in cuius vnius ope prohibitionis vis
cuncta verſatur, per Imolam enim ratio hæc Barto.
refellitur, quod & ſi maximè rei legatæ dominium
iure ipſo ad legatarium habeat, poſſeſſio tamen ſine
hæredis traditione non tranſit, de manibus cuius ac-
cipi legatum oportet, l. 1. & ſeq. ff. quorum legat. l.
non eſt dubium. C.de legat.& apud nos in l. 1. num.
142. ſupra eo. idq; perpetuum & in ſpecie alia qua-
tus habetur, in qua iure ipſo dominium transfertur,
ne

ne ad poſſeſſionem id pertineat, quæ appræhenſionẽ expoſtulat l. cum miles ff. ex quib. can. maior. l. cũ hæredes in prin. ff. de acq. poſ. & alia apud nos in l. 1. in prin. nu. 18. ver. hoc amplius. eo. tit. de acq. poſ. ſed .n.
118 ꝙ ad † Imolæ arg. attinet, ab Alex. hic, & alijs improbatur, quĩ vt apud hæredem poſſeſſio reſideat, ab ipſoq; accipi eam oporteat, attamen cũ in domino legatarij res ſit, legem in re aliena tradenda dicere hęres non permittitur. in arbitrio quippè hæredis nõ eſt per legem à ſe dictam dominij legatario iure ipſo iã quæſiti trãſlationem in alium prohibendo impedire per ea, quæ ſcripta ſuperius ſunt nu. 17.

Atq; in ſpecie, Rei alienæ legẽ non imponi, ex tex. declaratur in l. in concedendo ff. de aqua plu. arc. quẽ tex. in ſententiam hanc Bal. profert in conſi. 197. omnia pacta lib. 5. vnde quod dicitur, legem ſeruandam, quæ in re dicta tradenda ſit, ad traditionẽ pertinet ex qua ius acquiritur, hoc eſt eum ius in re tradenti competit. de quo genere traditio rei legatæ nõ eſt, in qua iuris quicquam hæres nõ habet, vtpote domino eius in legatariũ iure ipſo trãſlato, atq; ideo iuris aliquid ex traditione hæredis præter poſſeſſionem rei nõ adipiſcitur. ita quod ad Imolæ argumentũ attinet, Bar. ex eo ſententia non læditur.

Sed .n. rationibus alijs Bar. opinio refellitur. prior ꝙ & ſi maxime in legatariũ iure ipſo dominiũ trãſet ius tamẽ denegandũ hæredi non videtur, quominus ad cautionem præſtandã legatariũ ipſum adigat. id quia ex ſcriptura, & præcepto ipſius teſtatoris neceſſitas hæc impoſita cauendi videtur. ea enim ſententia ſeu mente fuiſſe teſtator creditur, vt effectũ prohibitio ſua haberet l. 3. ſuprà de teſt. mili. l. ſeruo alieno. §. ſi ab impubere l. ſi quis à filio ſuprà eo. l. fi. ff. de manu. teſta. in dubio enim vbi ad cauſam certã animus reſtrictius diſponẽtis nõ inuenitur, id ſentire creditur, vt quo melius poteſt actus eius cõſiſtat Oldra. in cõſ. 257. factũ tale eſt, dominus Nicolaus nu. 10. & ſeq. Bal. in conſi. 284 dominus Raijnucius circa fi. lib. 3. Caſtren. in conſi. 84. viſa dicta facti narratione, & his quæ copioſe col. 3. circa med. verſi. aduertendũ tamẽ eſt. & in cõſi. 93. viſo dicto teſtamẽto col. 3. verſi. ſed in caſu noſtro lib. 1. Roma. ſing. 15. & in conſi. 343. in primo dubio, id igitur ſenſiſſe teſtator credendus vt ex cautione mutiana robur prohibitio acceperet.

Secundo qui vnum ſtatuit, diſpoſuiſſe, & alia videtur, ſine quibus vigoris quicquam obtinere ꝙ conſtitutũ eſt, nõ poſſet l. 2. ff. de iuriſdi. om. iudi. l. ad legatũ l. ad rem mobilẽ ff. de procura. l. lucius in fi. ſuprà de teſta. mili. l. nec is § 1. l. pro hærede §. Papinianus, & l. illud ſuprà de acq. hæredi. l. 1. §. ſi hæres infrà de acq. hæredi. itaq; cum niſi cautionis mutianæ ope ad effectũ perduci prohibitio nequeat, perinde res habẽda ac ſi expreſſum à teſtatore ſit, vt cautio ipſa præſtetur expſsũ quippè id vr̃, ꝙ in antecedẽs, aut cõſequens neceſſariũ venit. l. prætor ait in prin. iũcta gl. in ver. expſſũ ibiq; Ang. & alij ff. de ope. no. nũcia. c. cũ olim. ibiq; Anto. & Abb. de caſibus. Bar. in l. in quartã in 9. opoſi. infrà ad l. falci. Ruin. in conſi. 23. nu. 10. lib. 5. ſi teſtatoris mandato cautionem mutianã à legatario hæres exigit, quoniã nam pacto argumento illo vti Bar. cũ aſſeclis eius poſſunt, Rei alienæ legem non imponi. ſuæ enim teſtatoris ab eo lex præſcripta.

Tertio efficacius Bar. reſponſio, & ſolutio proſternitur. nãq; cauſam idoneã prohibendi in defectu induſtriæ non agnoſcit, cum glo. ſolutionẽ aſpernatur. eapropter nõniſi in dominio, quod penes hęredem manet, tex. prædictã rationẽ conſtituit. ita tex. noſtrũ §. huius diui. in quo nihili prohibitio eſt ſineeã, aut perſonæ expreſſione facta, reſtrictione maxima pene ſubuertit, ne locum habeat, vbicunq; rei legatæ dominium iure ipſo legatario non quæritur. ſiquidem liberum hæredi erit, quam legem velit, rei ſuæ pro arbitrio imponere, vt nudum præceptũ penitus teſtatoris ſit. at enim reſtrictionem hanc tantumq; pati verba tex. generalia nequeũt. l. 3. in fi. ff. de offi. præſid. l. quiq; §. parentes ff. de in ius vocan. & alia apud Iaſ. in l. quamuis in 1. nota. eo. tit. quin etiam verba oſtẽdi generalia dicuntur, quotiens generalitati eorũ derogatur, vt apud nos in rubri. ff. de oper. nonuncia nu. 18. & in conſi. 194. nu. 4.

Quarto textui noſtro Bar. ſolutio non obſcure aduerſatur. cum rationem affert, quam ob rem momẽti vllius pręceptum hoc nudum habetur. ideſt quia talem legem dicere teſtatores non poſſunt. ita in teſtatoribus ipſis impotentiã obſeruat. ad enim ſi veram Bar. ſolutionẽ agnoſcimus, quæ in dominio vel non hæredis ponitur. an non fortior ne quidẽ paulo dominij ratio in teſtatore inuenitur. qui rem legare aut tradere obſtrictus prorſus non erat quod aliter in hærede eius eſt. contra quẽ actio triplex ob legata introducta præſtanda eſt l. 1. C. com. de lega. ita talſa tex. noſtri ratio arguetur, quæ ad poteſtatis defectum tota refertur. quia talem legem in teſtamento nõ poſſunt dicere. Immo enim dicere poſſunt, ſi vtpotè domini, ſi Bar. rationem non abijcimus.

Quinto rationem tacitam, ipſamq; ex longinquo petitam ſuper d. l. titio. Bar. affert, in qua ratio expreſſa alia legitur. quæ defectu induſtrię legatarij nititur.
119 fruſtra † igitur ad rationem tacitam, & à verbis ſententiaq; tex. alienam Bar. adit. vbi expreſſa non deeſt. l. quotiẽs §. ſi duo. ff. de hæred. inſti. l. ille, aut ille §. cũ in verbis, & l. nõ aliter infra tit. 2. l. in his ibiq; Caſtrẽ. & Soci. infra de condi. & demon. l. locum ibi nunquã dubitaui ff. de vſufruc. l. quæris ibi ſed ea res nec dubitationem habet, nec unquam habuit ff. de natal. reſti. l. quicquid adſtringendæ verſic. rurſus. & l. continuus §. cum ita ff. de verb. obli. & alia apud nos in reſponſo pro genero nu. 281. atq; niſi intereſſe huius ratione in tex. expreſſa, ꝙ hæredis interſit, cautionem pręſtari, textum ipſum non niſi in d. l. titio Opizon. Crot. & Loazes numeris ante memoratis hic ſcribũt Opizon. videlicet nu. 10. Crot. nu. 29 & ſeq. Loazes nu. 94. in fi quocirca ſuper intereſſe ipſo demonſtrãdo, quoniam pacto hæredis intereſſe de cautione ipſa accipienda poſſit, Crot. ipſe cum Loaze laborant. quam ſententiam Alexã. hic non aſpernatur, quamuis nec Bar. ſolutionem damnet.

Sed rationi huic de intereſſe obſtare Bar. arg. videt, quoniam niſi ob alumni, aut induſtriæ defectum intereſſe hoc non attenditur. quod cum ita ſit, etiam ab alumno ipſo legatario reuocari alienatio poſſet. contra quam tex. ipſe innuat, qui nonniſi cautionis mutianæ adminiculo, & quantum ad æſtimationem per hæredem ipſum fieri retractionem ſentit. ex his Bar. hoc arg. iuuatur, quæ ſcripta ſupra ſunt num. 59. quibus caſibus fauore prohibiti firma prohibitio habetur, per ipſum eundem alienationem reſcindi. Reſpõdetur, falſum Bar. in argumento hoc eſſe. namq; cum in dominio teſtatoris fundus non eſſet poſt mortem eius alumno comparandus, vigorem prohibitio habere quantum ad fundum per alumnum vendicandum, aut repetendum non potuit d. l. ſi quis inquilinos §. 1. ſupra eo. & alia, de quibus ſupra num. 19. & num. 116. & infra num. 127. verſi. quocirca ratio alia, & num. 179.

Eapropter nonniſi precij nomine, & ex cautione mutiana robur eſſe in prohibitione non poteſt id quod, & Alex. hic ſentit num. 5. in fi. Crot. num. 30. precium plane repeti per alumnum nequid, cum ad eum peruenerit. quocirca nonniſi precij repetitionem heres ipſe haberet, vnde quocirca fundus reponi alius poſſit. fundum tamen venditum ab hærede vendicari ante oſtendimus nu. 99. in tertia quæſtione

Appa-

Apparet ex his, verbis & menti, d. l. titio. Bart. ſolutionem reſtagari, quamuis repudiandam eam non fore Alex. hic aſſerat num. 5. Iaſ. num. 34. verſi. teneas ergo in ſecunda lectur. Atq; textui ipſi in priore reſponſo aduerſaria Bar. ſolutio videtur. Etenim ſi ratione à Bartol. expreſſa firmitatem prohibitio obtinet, cur irritam eam in reſponſo priore text. ait, in quo ipſa eadem Bartol. ratio inuenitur, ſi quidem
121 & † quantitatis legatum, vt in ſecundo reſpon. ſimiliter vertitur. Dominium cuius ad legatarium iure ipſo non ambulare proculdubio eſt gloſſ. in l. 2. in verſic. actiones in fin. C. commun. de legat. Bart. in l. omnia in princ. ff. ſi cert. petat. in d. l. 1. col. penult. circa fin. ibique apud nos nume. 187. in 15 fallentia ſupra eod. pro qua ſententia Baldum in ſingularibus ſuis in ver. legatum in verſic. 15. Loazes hic affert. num. 94. circa med. De quibus ſingularibus nūc primum legiſſe apud Loazem fateor. quo argumēto contra Barto. in d. l. titio centum in princ. Caſtre. vtitur, inde pro loco Barto. ſolutionem habet, truſſamque dicit argumento hoc eodem contra Bartol. Crot. hic vtitur nu. 29. verſi. præterea eſt contra principium.

122 Solutionem alteram † ſuper. d. l. titio centum glo. hic, vti diximus, ſentit in ver. non poſſunt in fi. cum ait, ex text. ipſo in d. l. titio ſolutionem percipi, in quo text. ſolutio obſeruari alia nequit, niſi quam ipſa text. verba indicant, quæ ad miſerum, & tardum alumni legatarij ingenium pertinent, ſolutionem hanc Caſtren. hic amplectitur, nume. 4. & in d. l. titio centum in princ. nu. 2. ibiq; Cuman. ab ea item Alex. hic non abhorret, num. 5 Opizonius, nume. 10. vulgoq; ſolutionem hanc à Doct. recipi Loazes hic teſtatur, nu. 94. in fin. verſ. ideo glo. ibi.

Sed enim ad Iaſ. hic num. 23. in 1. lectu. & num. 33. in poſteriore lectu Crottum nu. 29. in fin. & ſeq. Ripam nume. 41. in fin. Loazes non animaduertit, qui ſolutioni huic ſuper minori induſtria expreſſim contradicunt, argumentoque Bart. Iaſ. vtitur, quod & ab alumno ipſo reſciſio alienationis fieret, ſi ob ingenij eius tarditatem vigorem in prohibitione admittimus, ſed enim diſſolutum ante Bart. hoc argumentum habemus.

Ratione alia ſolutionem hanc Crot. hic exagitat. num. 30. quod ſi ex prohibiti perſona firmam prohibitionem alleramus, cautio neceſſaria mutiana nō eſſet, immo enim citra cautionis adminiculum iure ipſo alienatio contra prohibitionem facta non valeret. l. is cui bonis ff. de verb. oblig. iuncta. l. penul. ſupra de cura. furio. in d. l. is cui obligationem is non patitur, cui interdictum à iudice bonis eſt. Cauſam eandem eius eſſe, cui bonis à teſtatore interdictum curatorem dando eſt, etiam ſi prodigus verè non ſit, verum ad rem ſuam gerendam imparem teſtator habuit, text. docet in d. l. penult. Ita ſola ſatis teſtatoris prohibitio tacita in d. l. penult. videtur, ne vigoris quicquam alienatio obtineat, ab eo facta, quem minus idoneum teſtator exiſtimauit, quod cum ita ſit, quorſum cautionis mutianæ de non alienando, neceſſitatem imponere, conſequenter rationi huic dicendum, à minore induſtria in d. l. titio robur prohibitioni non addi.

Res dicta mira hic cadit, quos enim text. quamvè rationem pro gloſſ. Imola profert, eoſdem ipſos cum ratione etiam, contra gloſſ. & aliorum ſolutionē Crot. reflectit, quamuis Imolæ ipſius non meminerit, a quo & ratio ſubiecta, & citati text. ſunt, Imola, enim ad prohibitionis confirmationem tex. ipſos dat, vt ſicut ex interdictione iudicis prodigo facta alienationis vis impeditur. d. l. is cui bonis, ita ex prohibitione non induſtrioſo facta, quem vti prodigum teſtator habuit, & quem vti talem lex admittit. dicta l. penult. a facto, ſeu prohibitione iudicis
123 ad prohibitionem teſtatoris † argumentando. lege non eſt mirum. ff. de pigno. actio. l. ſeruus hac lege, ff. de manumiſſion. & alia apud Alexan. hic num. 5. argumentum hoc cum textibus ſuis Crot. regerit, quoniam ſi parem teſtatoris, ac iudicis poteſtatem facimus, in iudicis prohibitione cautio qua aut factum aliud ad alienationem infirmandam non exquiritur, quid ita igitur opus ea ad prohibitionem roborandam teſtatoris erit.

Argumento huic Crot. negocio haud ita magno eripi Imolæ ratio poteſt, firmitatem quippè prohibitionis in genere Imola obſeruat, vt efficax prohibitio ob leuiorem prohibiti induſtriam habeatur, in ſpecie planè, aut circa modum roboris huius efficaciam ipſam prohibitionis in comparatione hac poteſtatis iudicis ad teſtatorem Imola non ponit, idque ob diuerſitatis rationem, quæ ab impoſſibili exiſtit. Irritam enim alienationem fundi emendi efficere teſtator non poteſt, in dominio cuius fundus emendus non ſit, quod ſecus in iudice eſt, apud quem rem eſſe non oportet, ſi dixeris, & in bonis, quæ in dominio teſtatoris non eſſent, vigorem ab eo alienationis impediri, ſi curator datus ab eo ſit. dicta l. penult. ſupra de curat. furio. Reſpondetur, ex poteſtate ſola teſtatoris id non contingere, verum confirmationis prætoriæ ope, vt in d. l. pen. liquet.

Secundo quod ad text. dicta l. titio centum attinet, ex diuerſis Crotius argumentatur, cum text. citat in dicta l. penult. qui in patre loquitur. text. planè in dicta. l. titio in patruo, inter quos longè, lateque diſtare nemo negauerit, cum maior patris in filios, quam patrui ad nepotes poteſtas appareat. l. 4. ſupra de confir. tut. vbi non aliter tutor confirmatur ab extraneo datus, quam ſi hæres ab eo ſcriptus pupillus ſit. Quod non perinde in tutore euenit à patre conſtituto, qui nec indigens confirmationis eſt, ita probabilis conſequentia non videtur, vigorem in dicta l. penult. patris prouiſio ſuper filio habet, quem perinde, ac prodigum pater reputauit, ergo tantundem, & in prohibitione admittendum patrui erit.

Manifeſtum ex his fit, quod ad Croti tælum ſpectat, haud ægre ei Imolam, ſolutionemvè eius ſuper dicta l. titio ſubtrahi. Cæterum argumento alio Imolæ impugnari ratio videtur, cum à facto iudicis ad factum teſtatoris argumentatur. Ex diuerſis enim in ſpecie hac argum. ducitur.

Immò enim, & aduerſus Imolam ipſum reflec-
124 ctitur, ſi quidem † niſi prodigo, aut mentis morbo affecto bonorum geſtu iudex non interdicit, vt habetur in d. l. is cui bonis, ob induſtriæ planè leuitatem, rerum ſuarum adminiſtratione quiſpiam non caret. Aliter porrò interpretantibus, bonæ mortalium parti curatores decernendi iuxta illud ſapientis, erunt, ſtultorum infinitus eſt numerus. Quocirca rationem hanc gloſſ. quæ ad induſtriæ breuitatem ſpectat, pro nihilo Barto. habuit, perinde quaſi cauſa ab ea idonea prohibendi non exiſtat, atque ideo impedimento non ſit, quominus à prohibitione diſcedere ipſa liceat.

Conſequens inſpectioni, aut menti huic Bart. fit, non aliter à perſona prohibita cauſam idoneam prohibendi deſumi, niſi ſi id genus perſona ſit, cui rerum ſuarum adminiſtratio interdici per legem ſolet, minor puta, prodigus, demens, furioſus.

Sed videndum hic, etiam ſi ratio hæc vna minoris induſtriæ ſatis ad prohibitionem, vel ſuper re, vel ſuper æſtimatione eius ex cautione mutiana, confirmandam non ſit, Barto. tamen ſolutionem

nem ſenſumuè ſuper d. l. titio, iure non defendi, per
ea, quæ ante ſcripta aduerſus eum ſunt. Secundum
hæc. Neutra probabilis ſolutio videtur, neq; gloſ. &
partium eius, neq; Bar. tametſi vtrunq; agnoſcēdam
Alex. exiſtimet, atq; ex eis vnam Iaſ. etiam non re-
pudiet, quæ ad legatum pertinet, dominium cuius in
re ipſo legatario non acquiritur.

Solutionem tertiam ad d. l. titio. Iaſ. hic. ſubijcit
num. 22. in priore lectu. & num. 34. & 49. in quinta
limitatione in poſteriore, quam Bar. conſentaneam
menti ait, & quam explicatius ipſe referam. Inter pro
hibitionem differre, quę ex voluntate vltima, & eā,
quę contrahendo adijcitur, quę per vltimam volun-
tatem fit, ratā ita haberi, ſi veſtitu aliquo cauſę tecta,
aut perſonæ ſit, vt hoc tex. & alijs hoc genus. Ratio-
125 nem aliam prohibitionis † eſſe, quæ per contra-
ctum ſit. eam enim, vel nudam agnoſci. l. 3. C. de cō-
di. ob cau. ibiq; Bal. nu. 8. in 10. oppoſi. diuerſi ra-
tionem affert. idem Bar. ſcribit in d. l. peto. §. fratre
nu. 2. verſi. & aduerte, ꝙ illud membrum. Sed enim
ad prohibitionem tex. pertinet in d. l. titio centum,
quæ inter viuos fit. ſiquidem executio eius per cau-
tionem mutianam perficitur, quæ inter viuos inter-
ponitur, quo nam pacto autem ex Bar. ſententia, ſo-
lutio hęc prodeat, expoſitum à Iaſ. nō eſt. Hinc ego
mentem Bar. percipio, ꝙ vbi legem traditioni lega-
ti inter viuos imponere hęres non permittitur, cum
dominium rei legatę puta ad legatarium iam abijt,
vigore omni prohibitio deficit, id quia ab actu tunc
per cautionem roborari inter viuos nequit.

Solutioni huic Iaſ. ius illud aduerſatur, mandan-
126 ti, non exequenti † actum tribuendum. l. cum man
dato. ff. de minor. l. ſi hæres. ff. de actio. empt. l. vnum
ex familia. §. 1. infrà tit. 1. l. ab executione. C. quorū
appella. non recip. c. literis de reſcript. c. nouit de ap
pella. & alia apud nos in rubri. ſuprà eo. num. 19. &
ſeq in poſterioribus commentarijs, & in l. 1. in prin.
num. 468. verſi rurſus mandanti. ff. de acquir. poſſ.
Proinde mandatum, aut prohibitionem ipſam teſta
toris ad robur eius inducendum ſpectari, non execu-
tionem eius oportet.

Secundò conditio, & perplexitas In ſolutione hac
Iaſ. inuenitur, cum per executionem ex cautione mu
tiana prohibitionis effectum eius obſeruat. Namq;
ſi vires prohibitio non habet, veluti nuda, quo nam
modo conualeſcere per executionem poterit, nul-
lam quippè executionem actus habet, qui viribus de-
ficit. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. Atq; ex tex.
Iaſ. ſolutio ſubuertitur in d. l. titio centum in 1. re-
ſpon. vbi ad executionem per cautionem mutianā
prohibitio non perducitur, quæ irrita ſit, vnde Iaſo-
nis erat, rationem diuerſitatis indagare, cur executio
ni prohibitionis per cautionem mutianam locus in
d. l. titio. in 1. reſpon. non ſimiliter vt In ſecundo eſt,
qua diuerſitatis ratione non expoſita, quod obſcurū
eſt, obſcurius Iaſ. relinquit.

Tertiò Iaſoni contrarius Opizonius hic videtur
num. 10 ante med. Qui vtile præceptum in d. l. titio
in 2. reſpon. vel ſine cautione ait. Si dixeris, robore
hoc præcepti admiſſo, quid ita cautionem exigere.
127 Reſpondet † Opizon. propter præcepti infirmita-
tem cautionem non exquiri, verum ne fauori ſuo re
nunciare prohibito liceat, quæ perplexitatem reſpō-
ſio habet, vt firmū præceptum ſit, & ab eo diſcedere
cautione non præſtita liceat, contra quā Doc. hic vul
go ferant, qui renunciandi ius non alias admittunt,
niſi ſi nudum pręceptum, & vacuū ab effectu ſit, quo
circa ratio alia cautionis mutianæ exigendæ cōſtat,
ꝙ aliter effectum habere prohibitio nequit. Cum in
dominio teſtatoris fundus nō eſſet ex pecunia lega-
ta cōparandus, atq; ideo dominij eius impediri trāſ-
latio non poterat, eam ob cauſam niſi per cautionē
mutianam effectus contingere prohibitionis nō po-
terat, per quam, aut in æſtimatione, aut in re ipſa cō
ſuli ei poſſet, ad quem res pertinet per ea, quæ ſcri-
pta ſuprà ſunt nu. 19. 116. 120. & infrà nu. 179.

Perſpici ex his poteſt, neq; Bar. ſenſum rationēuè
ſuper d. l. titio. cui ab Alex. ſubſcriptū, & Iaſ. diximus,
neq; gl Imolæ, & aliorū à Bar. diſſentientiū iure con
ſiſtere. Tertiam item Iaſ. rationem à iure abhorre-
re monſtrauimus, rationem quartam Opizon. Crot.
& Loazes adſtruūt, quæ ad intereſſe hæredis ſpectat.
Quæ ratio ex tex. ipſius verbis decerpitur, ibi inter-
eſſe hæredis credendū eſt, vnde aūt intereſſe hoc pen
deat, Crot. exponit, ne ſi cautione omiſſa, à nepote
ex fratre teſtatoris alumno fundus diſtrahatur, legā-
tariū ipſum ſuſtentare, aut alere hæres cogatur, qua
128 † enim ratione fratrem indigentem alere frater ob
ligatur glo. & Bar. in l. qui filium ſupra vbi pup. edu.
deb. ita, & fratris filium idem text. ampliationem
non leuem l. ſi quis à liberis §. item reſcriptum ſupra
de lib. agno. deſendere Ripa hic ait nu. 43. vt ſicut hæ
res filij patrem, ſeu auum alit, ita & fratris hæres fra-
trem, filioſq; eius exhibeat, ſed & ampliatio altera,
præter Ripam d. §. item reſcriptum hic occurret, vt
non modo ad hæredem fratris actiuę onus hoc ali-
mentorum tranſeat, vt ipſe fratrem alat, ſed & ad fra
tris filios paſſiuę, vt ipſis etiam alimenta debeantur,
ita duplex hic ampliatio contingit ex parte vna alen-
tis, ex parte eorum altera, quos ſuſtentari oportet.

Conſequens ſenſui huic fit, legatario hoc eſt filio
fratris alumno non hæredi ſundi emendi negocium
datū, quippè ſi emendus ab hærede fuerat, eius vtiq;
non intereſſet, cautionem de fundo emendo præſta-
ri, cum periculi tum quicquam à pecunia periculi tū
quicquam à pecunia per alumnum conſumenda nō
ſit, vt Ripa hic obſeruat nu. 43. ſed enim probabilis
conſequentia non eſt, quoniam & ſi maximè ob pe
cuniæ periculum hæredis non interſit, de fundo ta-
men non alienando ſua refert, niſi ſi apud hæredem
ipſum reſidere fundus debeat, ita vt de manu hære-
dis alimenta percipiantur, quod non videtur, cum ad
alumnū ipſum fundi proprietas ſpectat, ſic quomo-
do inferius declaratur nu. 145.

Intellectum hunc Ripa non ſpernet, ſiquidem vo-
ra conſequentia eſſet, vt ab alumno legatario emen-
dus fundus eſſet, ita vti Doct. vulgo ſentiunt, at enim
à vero tex. ſenſu conſequentiam hanc abhorrere Ri
pa oſtendit, quod eo caſu in reſpon. priori tex. loqui
tur, quo titio ipſi legatario fundi comparandi iniun-
129 cta neceſſitas erat, vnde cum † per aduerſatiuam,
ſed in reſpon. ſecundo tex. loquatur, ſed ſi filio fra-
tris alumno minus induſtrioſo proſpectum eſſe vo-
luit. l. ſecundum qualitatem reſponſi prioris intelligi,
& reſponſum alterum oportet, vt ab ipſo eodem ti-
tio emi fundum oporteat, idq; ex aduerſatiuæ natu-
ra, per quam repetitio induci qualitatum ſolet, quæ-
cunq; expreſsè in ſcriptura ſunt, cui aduerſatiua ipſa
ſequens adiungitur glo. in §. item lapilli in verſi. in-
uentoris inſti. de rerum diui. quam in ſententiā hanc
Bal. nominat in l. omnes populi colum. 8. ff. de iuſti.
& iure, & quamuis in dictione, item glo illa loquatur,
rationem tamen eandem continuationis à glo. ex-
preſſam aduerſatiua etiam habet, per quam æquè
orationis continuatio, atq; per dictionem item fit,
ſiquidem caſum eundem, & aduerſatiua proſequitur
atq; in aduerſatiua ex glo. id etiam probatur in l. in-
terdum in glo. fi. ff. de minor. In l. cum autem in
ver. manumiſſorum. infrà titu. 1. tradit Iaſ. poſt Ale-
lexan. in l. filius à patre colum. 3. poſt med. verſi. ſe-
cundo quæro. ſupra de lib. & poſth. & alia omitten-
da, itaq; ſicut caſum eundem in poſteriori reſpon.
text. proſequitur in d. l. titio centum, ita repetitam
fundi emendi qualitatem non poſſumus nō admit-
tere,

ſere, vt per titium ipſum conſumanda emptio eſſet.

Vnde ſenſum quintum nouum quidem, ſed veriſſimum tamen, ni fallatur, ſuper d. l. titio. Rip. ſubiungit, vt per titium & fundi emptio fieret, & filio fratris alumno victum ſufficeret, ita perſonarum trium de legato hoc intereſſet, titij qui fundo emendo adſtringitur. Alumni, vt ſuſtentetur, & hæredis, ſi dixeris hæredis non referri, cum ab eo neq; fundus emi, neq; paſci alumnus debeat, non niſi pecuniam legatam ob eo præſtandam, qua numerata, liberatio contingit inſti. quibus modis tolli. oblig. in prin. reſpondet Ripa, & hæredis ob ampliationem. d. §. item reſcriptum intereſſe.

Senſus hic Ripæ ſubauditionem triplicem neceſſario expoſtulat prior, vt plus in fundo, quam in alimentis alumno præſtādis ſit. Credibile quippè alioquin non eſt, agitum ab eo legatum iri, vnde niſi diſpendium non ſentiat. l. cum de indebito. ff. de
130 probat. neque legatum conſeq † titius dicitur, vtilitas cuius ad alium recidit. l. qui concubinam. §. cum ita in fin. infra titu 2. Aretin con. 1 1. conſiderans, col. 3. in prin. ver. ſed tamen hoc non obſtante, ſic vtilitatis quicquam titio afferre legatum hoc aureorum centum non aliter poteſt, niſi ſi alimentorum modum fundi emendi fructus excedant, atque ideo ſubauditione hac carere Ripæ ſenſus non poteſt, vt alimentorum modum fundi vectigal exuperet, ſed enim ex angurio, aut vaticinio ſubauditio hæc conſiſtit, eamq; ob rem ſenſum hunc abijci anguralem oportet. l. ſi putator. ff. ad legem aquil. & alia apud nos in l. 1 in princ. num. 167. ff. de acquire. poſſeſſ.

Secundò ſubauditionem, & alteram Ripæ ſenſus expoſtulet, vt non modo hæredis, ſed & titij de legato, & alumni tam de legato, quam de cautione à titio præſtanda in d. l. titio centum interſit. Quoniam ſi niſi titij non interſit, fruſtra cautionem præſtari, prius text. reſponſum indicat, ſed enim niſi hæredis non intereſſe reſponſum poſterius, docet, quo circa ſi & alumni de cautione interfuerat, qua
131 † ratione de hæredis intereſſe text. meminit, ita & alumni interfuiſſe expreſſum veriſimiliter fuerat. l. ſi vero. §. de viro ſupra ſolut. matrim. l. ſi ſeruum. §. nō dixit prætor ſupra de acquir. hæredit. l. vnic. §. ſin autem ad deficientis. C. de caduc. tol. & alia, de quibus in reſp. noſtro pro genero, nu. 339.

Tertio niſi nepoti ex fratre alumno proſpectum teſtatorem, noluiſſe, ex text. ipſo liquet, at enim ſi titio legatum, & in reſponſo datum ſecundo dicimus, titio etiam proſpectum quantum ad legatum participandum, ſi pinguius fuerat, non admittere non poſſumus, ita ſubauditio tertia accedit, vt titij etiam quantum ad legati commodum, licet non de canendo referret.

Quartò niſi de fundo aureorum centum tex. non loquitur, vnde vita ſuſtentanda alumni erat. At enim alimentis inertis, aut minus induſtrioſi ſatis agellus is non erat. Atq; ideo commodi quicquam ex eo recidere ad titium non poterat, ea propter ina
132 ne † hoc genus legatum habetur, quod inutile prius legatario inuenitur. l. ſi mihi ſempronius. l. ab omnibus. §. ſi à titio, ibiq; Bar. ſupra eod. l. cum pater, § filio. atq; ibi etiam Bart. infra tit. 2. idem Bart. in l. 1 9 1 1. ſupra titu. 2. in l. ſi quis ſeruum in fin. infra de cond. & demonſt. in l. 1. num. 2. in fin. C. de pactis, quod cum ita ſit, de legato futili, & momenti nullius quoad titium, textum ſenſiſſe in d. l. titio credibile non eſt. l. ſcire leges. ff. de legibus. l. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quiſq; iuris, qui ſertus text. in decretis legitur in c. hæc autem verba de pœni. di. 1. eodē tex. facit in l. penult. §. docere. ff. ne quis eum qui. l. nō cogendum in fin. ff. de procurat. l. filiusfamilias. §. 1, ff. quod cum eod. l. 3. ſupra de milit. teſtam. l. cum pater. §. donationis infrà titu. 1. l. hæc ſtipulatio. § Diuus infra vt legat. nomi. caue. & alia paſſim inuenienda.

Argumenta hæc omnia Ripæ ſenſum defendendo, ex auditoribus vnus oppugnabat, quod titij, dum viueret, commoda fundi eſſent, & niſi eo ſublato, ad alumnum non pertinere. Reſpondebam, ſubauditionem in argumento hoc & quartam accedere, vt titij fundi emolumenta in vita eius eſſent. Reſponſio, & altera ſubiecta, quòd ſi communis titij, & alumni futura vtilitas erat, dictione qua implicatiua vſus veriſimiliter text. fuerat, verbi gratia, ſed ſi filio fratris alumno minus induſtrioſo proſpectum etiam eſſe voluit. l. Itaque cum dictio vlla inſerta implicatiua non ſit. vere diſſimile eſt, commune inter titium, & alumnum fundi compendium fuiſſe, vt fructus eius titius, quamdiu viueret, haberet, eo eo vero extincto, ad alumnum fundus totus ambularet.

Reſponſio tertia adſtruitur, quod ad ſenſum hunc diuerſitas in commodo participando contingeret, titio enim non niſi viusfructus ius competeret. Proprietate ad alumnum translata, per ea, quæ ſcripta infra ſunt num. 145. Ea propter ſenſum admitti hunc non conuenit, vnde diuerſitas hæc deſcendit. l. iam hoc iure ſupra de vulga. l. quā nis. C. de impuber.

Quartò etiam reſpondetur, purum, præſensvè legatum intelligendum alumno datum, in quo cōditionis, aut diei expreſſio facta vllius non eſt. l. talis ſcriptura in princ. cum gloſſ. in verſ. pure ſupra eod. l. omnia infra titu. 1. l. libertus, libertatibusque in fi. infra de alim. legat. l. 1. in princ. infra de condic. & demonſtr. l. cum ſine præfinitione infra quan. dies lega. ced. l. interdum in princ. à ſpeciali argumentando. l. eum qui calendis, & l. ſi ita ſtipulatus. §. griſogonus. ff. de verbor. oblig. l. in omnibus obligationibus, ff de reg. iuris. §. omnis inſtit. de verbor oblig. Quin etiam graue minus lex ducit, inanem actum fieri, quam eius confirmandi cauſa conditionem ſubaudire, l. cum filio ſupra eo. l. nemo rem ſuam. ff. de verbor. obliga. l. proprias. C. de legat. §. an ſeruo inſtit. de legat. quibus in locis conditio in ſtipulatione, legatovè rei ſuæ conditio non ſubauditur, ſi ſua eſſe deſierit, vt ex ea actus confirmetur. Eque conditionem legatum non recipit ſeruo datum, ſi ſui factus iuris erit, vt vires id capiat.

Quintò textui ipſi contrarius ſenſus hic Ripæ videtur, ſi niſi titio ipſo ſublato, fundi commoda peruentura ad alumnum non dicimus.

Si quidem alumno ipſi de alimentis proſpectum teſtatorem voluiſſe. text. ait, ita promiſſionem ipſam teſtatoris ad alumnum ipſum principaliter. text. refert.

At enim per ſenſum hunc titio ipſi magis conſultum, ipſumque chariorem fuiſſe teſtatori facimus, vt potè qui prior vocatus ad emolumentum ſit. l. quotiens. ff. de vſufruc. l. qui ſoluendo ſecun. cum gloſſ. ibique Angel. & Imola, ſupra de hæredit. inſti. Bald. in l. 1. C. de ædic. diui adria. tol. & in auſten. hoc amplius nu. 2 a. C. de fideicom. Ang. in l. hęredes mei. §. fi. infra ad trebel.

Sextò intereſſe hæredis, de quo text. meminit, non niſi ab ampliatione. dicta lege ſi quis à liberis. §. idem reſcriptum in ſenſu hoc Ripa ponit. At enim falſam ampliationem hanc eſſe, inferius monſtrabimus. Ergo textui ipſi non obſtare ſenſus hic non poteſt.

Septimo à veriſimili prorſus ſenſus hic abhorret, vt potè per quem fieri poteſt, vt ſuſtentationis

quicquam per vniuerſum vitæ ſuæ tempus nepos
alumnus non percipiat, quid enim ſi à titio vita ſu-
peretur. Quid ſi minor eo natu titius eſſet, quem
ſuperſtitem natu maiori futurum credibile eſt, ita
illuſoria promiſio fieri non ægrè poſſet, quæ alumni
cauſa facta in primis eſt.

Intelligi ex his poteſt, meliorem Doctor. ſenſum
videri, quem frequentiorem etiam Ripa ipſe non
inficiatur, vt alumno ipſi, non titio, & centum lega-
ta, & ab alumno ipſo, non à titio comparandum
fuiſſe prædium dicamus. Neque argumento Ripæ
ſenſus is læditur, repetitionem qualitatis per aduer-
ſatiuam in ſenſu hoc non fieri. Retorcutionem
enim argumenti ſui Ripa patitur, ſiquidem ſubſtan-
tiæ legati, non etiam qualitatis repetitio in Ripę ſen-
ſu contingeret, hoc eſt vt ipſi eidem titio in ſecundo
ſimiliter. d. l. titio. reſpon. vt in priore, centum le-
133 gata dicantur. contra ac aduerſatiuæ † ipſius ſine
copula, natura ferat, quæ in iure, & facto præceden-
tibus aduerſatur, atq; ideo, & factum diuerſum, &
ius ponit non ſubſtantiam. l. hoc amplius. §. de his,
ibiq; Barto. ff. de damn. infec. gloſſ. in l. a. ff. ne quis
eum qui. in l. ſed & ſi lege in princ ff. de petitio. hæ-
redi. in l. patris, & filij ſupra de vulga. in l. qui vſum-
fructum in ver. ſed. ff. de verbor. oblig. & loci huius
plurima, itaq; vt à facto diuerſitas interueniat, aptior
non dubiè ſenſus videtur, per quem alumno, non ti-
tio in reſp. legatum poſteriori aſſerimus, & quam-
quam facti etiam diuerſitas non abeſt, ſi vtriq; & ti-
tio, & alumno datum legatum dicimus, quod niſi
titio relictum in reſponſo priori non eſſet. Maior
tamen facti diuerſitas, ſi niſi alumno ipſi centum da-
ta in reſponſo poſteriore dicimus, id quod probabi-
lius, & veriſimilius eſſe non paucis ante monſtraui-
mus.

Secundò aliter etiam tælo ſuo Ripa percutitur,
qualitatis enim repetitionem in ſubſtantia, quam
dixi, ponit, vt titio ipſi legatum datum, & in reſpon.
ſecundo ſit, ſed enim in eo qualitas, & modus eui-
dens apparet, vt à legatario ipſo fundi emptio ex
pecunia legata fiat, id quod in priori expreſſum re-
ſpon. eſt, qualitatis planè huius repetitio in ſecundo
obſcura reſpo. non eſt, in quo per alumnum ipſum
comparari prædium oportet.

Manifeſtum ex his fit, quartum hunc Ripæ ſen-
ſum, & verbis, & ſententiæ. text. in d. l. titio omni-
no aduerſatij, veriq; prorſus diſſimilem eſſe, vnde
cum ſenſu Croti niſi ratione illa Ripa non damnet,
quod ab alumno ipſo fundum emendum Cro. præ-
ſupponat, idq; ad text. ipſum conſentaneum magis
oſtendimus, probabilior Croti ſenſus, vel Ripa ipſo
autore, videtur. Nudum præceptum, de quo in d. l.
titio non videri, neque Alumni ipſius vtilitatem ſo-
lummodo in cautione præſtanda, ſed & heredis ver-
ſari, eiusq; referre pecuniam legatam, ſeu fundum ex
ea comparatum non perire, ne de ſuo poſtmodum
alumnum exhibeat. Cæterum quia niſi obligatio-
ne legis Croti ſenſus circa intereſſe hæredis, non ver
titur, quod pecunia conſumpta, aut fundo diſtracto,
alimentis legatario præſtandis hæres teneretur, a
134 dubitatione † vacuus ſenſus is non videtur, vnde
ampliatio text. conſequutur in d. l. ſi quis à liberis §.
item reſcriptum ſupra de lib. agno. vt quod in patre
ad ſummam ægeſtatem perducto ab herede filij di-
ctum alendo eſt, ad nepotem etiā ex fratre, & fra-
tris teſtatoris hæredem trahatur, cum ab aſcendenti-
bus, deſcendentibusvè ad tranſuerſales permitti ex-
tenſio non ſoleat, ratio in quibus diuerſa inuenitur.
l. 3. §. liberis infra de lega. præſtan. Doc in l. fin. C. de
codicil. Rom. in conſ. 125. mater in fin. Dec. in conſi.
64 col. 1. in conſ. 71. col. 1. in conſ. 131. col. 2. cir. prin.
in conſ. 175. col. 6. in prin.

135 Quid igitur textui † faciendum in d. l. titio centum
quid rationis afferri ad eum poterit, quatenus ratio
nes infirmatas omnes habemus, quæcunq; a gl. red-
di, & Doct. ſolent, rationem eius percipi ex text. ip-
ſius verbis puto aliter ea excutiendo, atq; factitatum
à Doc. ſit, vnum, atque alterum text. is obſeruat, quod
alumnus, & quod induſtriæ nullius nepos ex fratre
legatarius eſſet. Quare ſicut de duobus text. memi-
nit, ita ſuper vtroq; ratio eius conſtituenda. Proin-
de vnum ſatis ſine altero non eſſet, quod enim alu-
mnus ſit, apud teſtatorem eum educatum, atq; ideo
in alimenta fundum comparandum ſignificatur, vt
perinde res habeatur, atq; ſi expreſſum a teſtatore
ſit, quia alimenta in domo mea nepos ſemper acce-
pit, eandem ipſum poſt mortem meam ex legato à
136 me dato ali volo, à conſuetudine † ipſius teſtato-
ris animum eius declarando. l. vel vniuerſorum, ff.
de pignor. actio. l. qui ſemiſſes ff. de vſuris. l. hæredes
palam. § ſi quid poſt in fin. ibi ex conſuetudine pa-
trisfamilias, ſupra de teſtam. l. ſi ſeruus plurium § ſi.
ſupra eodem. l. nomen. §. filio, & l. nummis infra
titu. 2. l. ita. §. à marcho infra de annuis lega. l. dam-
nos, & l. ſempronius. §. fin. infra de vſufruct, lega. l.
cum de lanionis. §. alinam infra de fundo inſtru. l.
mela. §. ſed & ſi alimenta, ibiq; Barto. & l. penult. in-
fra de alim. lega. l. inter veſtem infra de auro, & ar-
gen. leg. & qualis in vita conſuetudo fuit, talis eius
in morte voluntas præſumitur gloſſ in d. l. nomen.
§. filio in verſ. conſuetudinem. Signorol. in conſil.
181. num. 6. poſt med. verſic. item & vt ex facto, &
ad eundem modum per hæredes rem agendam te-
ſtatorem ſenſiſſe, quo ipſe agere in vſu habebat, Ca-
ſtren. ſcribit in conſi. 437. ſuper dictis quæſitis, col.
1. lib. 2. per text. in l. cum ſeruus ante fin. infra de con-
di. & demonſt.
137 Secundò ex perſona † ipſius, alumni nullius artis,
ob alimenta datum legatum exiſtimandum. l. ple-
num. §. equitij. ff. de vſu, & habi. l. ex militari ſupra
de militari teſtam. d. l. penult. infra de alim. lega. l.
quibus diebus. §. dominus, ibiq; Socin. in ſecundo
nota. infra de cond. & demon. c. ſolæ de maiori. &
obedien.

Tertiò ex induſtrię defectu in alimenta legata cē-
tum præſumuntur, quod ex operis ſtatari virtus ne-
quit, quarum facultate interueniente, rationem ali-
mentorum habere lex non ſolet, quæ ad alimenta
138 † ei præſtanda non adſtringit, qui arte ſua vitam
tueri honeſtè poteſt iuxta illud apoſtoli, qui non la-
borat, non manducat. l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi filius
ſupra de lib. agno. Bar. in l. 1. C. de mendican. vali.
lib. 11. Corn. in conſi. 249 col. 3. verſ. & conſideratur
etiam lib. 3. Deci. in conſ. 576. col. 1.

Conſequens his fit, vt altero amoto, vel quia alu-
mnus nepos non eſſet, vel arte qua prædıtus, locum
tex. non haber in d. l. titio centum, alumnum enim
non fuiſſe nepotem fac, ſed nullius induſtriæ, cauſa
hæc nullius induſtriæ ad prohibitionem ſatis veſtiē-
dam non videtur, ſi quidem bona ſua diſponendi
ius, non eo minus competit, quòd arte qua prædi-
tus quis non ſit, vnde cum niſi ad vtilitatem legata-
rij prohibitio non pertineat, renunciandi deneganda
poteſtas non videtur. Econtrario alumnum, ſed ar-
tis cuius peritia præditum fuiſſe finge, fauor hic ali-
mentorum ſilet, Quatenus ad alimenta ſibi ex ope-
ris ſuppeditāda par legatarius inuenitur, vtroq; igitē
intercedente, quod alumnus, & induſtria vacuus legata-
rius eſt, perſpicua ad alimentorū cām teſtatoris vo-
luntas emicat, alimentorū planè iure in homine te-
nui, egenovè admiſſo, cauſam idoneam alienationis
prohibendæ ab alimentorū iure eſſe, ne debuit, quis
139 dubitet, vt potè in † quibus publica ſecundariò cer-
tè, vtilitas vertitur. Namque ſi in dote vtilitas hæc
pu-

publica attenditur. l. 1. ibiq; Doct. ſupra ſolut. mat. Longè magis tantundem admittendum in alimentis erit, quatenus alimentorum cauſa, dos præſtatur. l. dotis fructus, ff. de iure dotium. l. pro oneribus. C. eodem titu. l. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſæuiſſimo ſupra ſolut. matri. qua ratione apud eum eſſe dotem oportet, de quo alimenta vxor accipit. l. is qui ſtichum. §. ibi dos. ff. de iure dot. l. fin. ff. de except. doli. Hinc etiam fit, vt qui alimenta debet, doti etiam conſtituendæ obligetur, l. cognouimus. C. de hæreti. Batt. in l. fin. num. 7. infra de his quib. vt indig. Bald. iunior in l. 1. num. 140. ſupra ſol. mat. & in tract. dotis parte. 6. priuil. 16. col. 2. itaque ſi ad commoda publica dos pertinet, quæ propter alimẽta datur. Longè magis in alimentis ipſis vtilitas hęc
140 admittenda publica erit, iuxta illud, propter † vnũ quodq; tale, & illud magis. l. quanto magis. ff. de iureiuran. authen. multo magis. C. de ſacroſan. eccleſ. & apud Philoſophum ſecundo Metaphi. Bald. in authen. res quæ num. 12 C. commun. de legat. Quid autem dixi, parem alimentorum, atq; dotis cauſam videri, immo enim maiori quam dos fauore digna alimenta habentur, id quod in ſorore vterina videre inope eſt, cui æducendæ frater diues cogitur. l. qui filium, atque ibi Bald. in fin. ſupra vbi pup. edu. de l. 1. §. ſed nonnullos ſupra de tutel. & ratio. di. Atqui ſorori vterinæ inopi dotem adſignare neceſſe frater non habet. l. cum plures §. penul. ſupra de admini. tutor. Conſequenter his dicendum, iuſtiſſimam alienationis prohibendæ cauſam in d. l. titio centum ab alimentis ipſis exiſtere, quam ipſam cauſam Caſtren. ibi obſeruat, licet ad pactum hoc tex. illum in alumno, & induſtriæ defectu non intueatur.

Obiecerit hic aliquis, ratione hac alimentorum admiſſa, niſi alumni de legato non intereſſe, atqui hæredis ipſius intereſſe, atq; ideo cautionem ei pręſtandam text. ait. Reſpondetur, duplex ibi intereſſe contingere, vnum ſuper legato, alterum de cautione. Circa legatum, niſi alumni non refert, ad quem legati totius commodum pertinet, in cautione alumni non intereſt, vt potè cuius præſtandæ neceſſitati ſubtrahi potius vellet, in conſequentiam tamen, & cautionis ad eum commodum recidet, cum incolume ita alimentorum ius maneat, hæredis igitur de cautione pręſtanda intereſſe, tex. inquit, ſed quo nam modo interſit, non aperit, intereſſe hoc ad obligationem legitimam Crot. & Ripa conferunt, perinde quaſi nepoti ex fratre ſuſtentando fratris hæres teneatur, id quod iure non contineri, neque quod in filij hærede ſcriptum in d. l. ſi quis à liberis. §. item reſcriptum ad hæredem fratris, & nepotem ex fratre trahendum, monſtratum ante eſt. num. 117. 123. Quo circa intereſſe hoc ad pietatem, quæ in alimentis hæret, in d. l. titio centum. Caſtren. ponit.

Sed enim propter pietatem hanc, quæ ad alumni vtilitatem ſolummodo ſpectat, cautionis præſtandæ oneri ſubijciendus non videtur. l. nulla. ff. de legibus. l. quod fauore. C. eod. titu. rurſus cum hæredis niſi à pietate intereſſe Caſtre. non pateт, incommodo quo hæredem affici non ſentit, ſi curæ ab eo habita cautio non ſit, at enim periculo hęredis cautionis omiſſionem eſſe text. innuit, qui neceſſariam ex parte eius etiam cautionem ſentit, cum ipſius intereſſe hæredis ait, vt præſtetur, quod ea videlicet non præſtita, malo eius futura res ſit. Aliter quippè non intereſſet, ſi ab eius res arbitrio pendeat, cum veriſimile non ſit, ad intereſſe hoc voluntarium à
141 lege † cogitatum, quæ ad cauſam ſemper neceſſariam ſpectat. l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria, ff. qui ſat. cog. l. 1. §. quid ergo ſupra de ventre inſpi. l. gallus. §. 1. ſupra de lib. & poſth. l. cum ita. §. fin. & l. peto. § fratre infra titu. 2. l. quod labeo in ſta de Carbo. a dic. l. cum in corpus. ff. de acquir. rerum domin. l. in his. §. ſed ſi forte. ff. de ſolutio. Signorol. in conſil. 21. num. 4. & in conſ. 103. num. 6. & alia apud nos in rubri. ſupra eod. num. 112. in conſ. 106. nu. 8. in conſi. 135. num. 12. in conſi. 149. etiam num. 12. in conſil. 270. num. 4. & in reſpon. pro genero nu. 190.

Quocircà aliter, atq; Caſtrenſi. Crotoq; viſum, & alijs ſit, de cautione hac intereſſe hæredis puto. Caſtren. enim in voluntate hæredis, vti diximus, intereſſe hoc ſtatuit, contra quam receptum iure eſſe oſtendimus. Crot. planè, & Ripa ad obligationem legis intereſſe hoc referunt, textum ampliando in d. l. ſi quis à liberis. §. item reſcriptum, quin etiam maior in ſenſu hoc, quam in d. §. item reſcriptum ampliatio inuenitur, illic enim niſi de hærede filij ſuper alimentis patris, memoria non habetur. Hæredis hic vtriuſq; cauſa vertitur, ideſt & fratris, à quo alimenta debentur, & fratris etiam, cui debita alimenta dicimus, ita hæres hic vterq; actiuè, & paſſiuè verſatur, vnde quod hæredis intereſſe expreſſum in d. l. titio centum eſt, ad cauſam quidem neceſſariam referendum, ſed non vt Croto viſum, & Ripæ eſt, arbitror, neceſſitatem enim cautionis per hæredem teſtatoris ab alumno petendæ, ex teſtamento, ſeu teſtatoris præcepto deſcendere puto, eo ipſo enim quod in alimenta relicta centum ſunt, atq; ob ea cõparari fundum oportet, niſi cautionis adminiculo indemnitati conſuli hæredis non poteſt, ſi quidem cautione poſt habita, alimentorum oneri obnoxius hæres ipſe erit, teſtator enim ex fundo emendo percipi alimenta voluit, idq; ob induſtriæ legatarij inopiam, proinde de emptione ab eo cogitatum creditur, quæ effectum haberet, & duraret, vt legatarij conſultum inertiæ eſſet. l. 1. § hæc autem verba, ff. quod quiſq; iuris. l. penult. §. docere, ff. ne quis eum qui. & hoc genus alia, ſed enim non aliter alimentis fundus ſeruire, & ad ea miniſtranda ob legatarij ſegnitiem conſtare fundus poterat, niſi ſi de eo cautum non alienando ſit. Quo circa ſimiliter res habenda, vt ſi de cautione exigenda neceſſitas expreſſim impoſita hæredi ſit, quo caſu, ſi curæ eam non habuerit, periculo id eius eſſe proculdubio videtur. Perinde quaſi voluntati ab eo paritum teſtatoris nõ
142 ſit, culpam † enim hæres, vel leuiſſimam legatario præſtat. l. cum res. §. pen. & l. quid ergo. §. ſi hæres ſupra, eod.

Si dixeris, grauiorem legatarij culpam videri, quæ in faciendo hoc eſt in fundo alienando contingit, quam hæredis omittentis, à quo petita cautio eſt. l. ſi ſeruum in prin. ff. de verb. oblig. gl. in l. ſi mora ſupra ſolut. matri. glo. expreſſior in l. lex cornelia ſupra ad Sillania. Bar. in l. licet. §. fin. ff. de pecul. rurſus non rectè hæredi culpam à legatario obijci, quod neglectui cautionem habuerit, quãdoquidem per ipſum factum alienando eſt, quominus alimenta habeat. l. ſi mulier in prin. ibi quia hunc ſibi metum ipſa infert. ff. quod metus cau. & alia apud nos in reſp. pro genero, nu. 44. & in l. 1. in princ. num. 332. in fi. verſi. reſponderi, & ſecundo poteſt, & nu. 439. ff. de acq. poſſ. reſpondetur, culpam omnem alumno artis, & induſtriæ experti à teſtatore remiſſam, onusq; cunctum in hæredem ipſum tranſlatum, ita vt de alimentis conſultum alumno ipſi nepoti eſſet.

Sed iterum roget aliquis, ſi cauſa idonea alienationis prohibendæ ab alimentis in homine tenui, & artificij nullius eſt. Quid ita ab alumno ipſo fundus alienatus, non repetitur, per ea, quæ ſcripta ante habemus. num. 59. Reſpondetur, ratione id impotentiæ fieri. Namque cum in dominio teſtatoris fundus non eſſet, dominij eius impediri tranſ-

latio non potuit. Quod cum apud poſſeſſiorem ſit,
auelli ab eo res nequit. æque precij repetitio non da-
tur, ſi ſolutum id inuenitur. l. bonafides non patitur
ff. de reg. iuris.

Senſus ex his verbis, & menti tex. amicus perſpici-
tur in d. l. Titio centum in 2. reſpon. quem ex duo-
bus pendere ſenſum oſtendimus, quæ in tex. ipſe re-
lata non fruſtra ſunt, alumni ſcilicet, & induſtriæ
nullius cauſa. Sed dubitari hic poteſt, neceſſaria, nec
ne cauſæ vtriuſque expreſſio dicatur, & alumni, &
induſtriæ defectus. firmam prohibitionem cauſa, vel
nulla expreſſa, arbitror. Hoc ideo, quod in perſona
ipſa prohibita cauſa ipſa vtraque inhæret. ſimiliter
vt in d. l. 2. C. pro emptore. ſolertiæ ſeruorum remit-
ti expreſſionem diximus, quod intus hæreat. eodem
& illud facit, quod ſcriptum ſuperius eſt. nu. 59. cau-
ſæ expreſſionem in prohibitione rei non deſiderari,
quæ intus inſitam cauſam habet. An non inſita in-
duſtriæ nullius, & educationis præteritæ, & cum te-
ſtamentum fieret, in nepote alumno cauſa eſt.

Cæterum quia opacus in ſpecie hac locus occur-
rit, In quo ad perſonam prohibitio ſpectat, vel quæ
alienare, vel alienari prohibetur. Quo ſolis plus ad-
mittat, caſus aliquos ex ſuperioribus diſtinguendos
recolligendosvè cenſui. Primus erit, cum niſi pro-
hibiti incuria, aut ſolertiæ inopia citrà profuſionis,
ætatis, vel animi vitium, non contingit. Quo caſu
nullius his prohibitionem eſſe ex his perſpicitur, quę
ſcripta ante ſunt. nu. 124. vt qua ratione rei ſuæ ge-
rendæ facultatem ob induſtriæ vnius defectum per
legem quiſpiam non amittit.

Caſus ſecundus. vbicunque cum induſtriæ bre-
uitate alumni cauſa coniungitur. Ideſt quòd alimen
ta apud teſtatorem prohibitus ſuſceperit. Ad quem
caſum tex. pertinere oſtendimus in d. l. Titio. in ſe-
cundo reſpon. Idque haud parce confirmatum, nec
mollita habemus. nu. 135.

Sed quæſtio pluſquam neceſſaria in caſu hoc in-
cidit. Locum ne, & tunc quoque habeat, cum pater
diues alumno eſt.

Dicendum videretur, locum ei non eſſe perinde
143 quaſi alimentorum tum fauor ſileat. † Qui ad eũ
demum caſum competit, quo debita pauperi ſunt
Bar. in l. alio. nu. 5. infra de alim. lega. Ang. & Imola
in l. Diuus. infra ad l. falcid. Aret. in conſi. 97. in cauſa
& puncto. col. 1. verſ. ad ſecundum reſpondetur. Bal.
iun. in l. 1. num. 40. in fin. & ſeq. ſupra ſolut. matrim.
Deci. in conſi. 72. num. 3. Sed enim nihili argumen-
tum hoc faciendum in quęſtione hac arbitror. Quo-
niam terni tunc, non prohibiti dumtaxat hoc eſt pa
tris, aut hæredem eius intereſſe de alimentis videtur.
Atque ideo patris magis, eiuſdemque teſtatoris fra-
tris, quam prohibiti cauſa relicta alimenta videntur.
Prohibiti enim quid refert, à patrui ne hærede, an à
patre, aut patrui hæredibus alimenta percipiat.

Hoc amplius, patris alumni diuitijs interuenien-
tibus, vtilem & citrà alumni cauſam, prohibitionẽ
non ab re crediderim, cum perſona inueniatũ, reſpe-
ctu cuius dici facta poſſit.

Si dixeris, patris tunc, aut hæredum eius, non hæ-
redis teſtatoris rogatu cautionem præſtandam. Re-
ſpondetur, hæredis teſtatoris intereſſe. ne à patre hę-
redibusvè eius alimentorum nomine conueniatur.
Cum ad vtilitatem eorum legati effectus recidat.
Quandoquidem non ad quem verba referantur, ve-
rum ad quem effectus ſpectet, attendi oportet. l. iſti
quidem in fin. ff. quod metus cauſ. l. ſeruo legato. §.
ſi teſtator. ſupra eod. Iaſ. in l. ſi cui. 1. §. ſi Titio. in 2.
nota ſupra eo. & alia, de quibus ſupra nu. 89.

Inde ſenſus alius decerpi. d. l. Titio centum. in ſe-
cundo reſpon. non temere ſorte poterit, hæredis in-
tereſſe propter alumni patrem, hæredesvè eius cau-
tionem præſtari. Quæſtio altera, nec ſpernenda hic
occurrit, quid ſi cui non alumno, indigenti tamen
& nullius induſtriæ alimẽta relinquantur. vtrum vim
eandẽ egeſtas habitura, atque alumni qualitas erit
Rationis einſdem egeſtatem, atque alumni eſſe cau-
ſam puto. ſiquidem ad cauſam piam alimenta per-
tinent, quæ debita pauperi ſunt, vt in locis memo-
ratis habetur. Itaque in ſenſum mihi communem
offenderit, qui vtilem hoc genus prohibitionem nõ
probauerit. Hinc cautionem, & hoc caſu mutianã
præſtandam, eaque neglecta, ad hæredis onus ali-
mentorum cauſam pertinere, vtpotè iuri quorum
renunciare legatario non liceat. Ad quam ſenten-
tiam text. confert in l. cum hi. ff. de tranſactio. & quæ
in dote conſtituta ſunt, ne deterius ius eius facere
mulieri liceat, toto titul. ff. de pactis dotal. & tit. ff. &
C. de fundo dotali. ff. & C. ad Velleia. à dote ad ali-
menta argumẽtãdo per ea, quę pluribus tradita ante
ſunt. nu. 139. & ſeq.

Quæſtio tertia in caſu hoc ſecundo incurrit, ne-
144 ceſſaria cauſæ expreſſio, † nec ne ſit, per quam ro-
bur addi prohibitioni ſolet, induſtriæ parua minoris,
alumni, aut alimentorum. Remitti cauſæ huius ex-
ponendæ neceſſitatem arbitror, vtpotè quæ in re
intus ipſa inhæret. ex his, quę adnotata ſuperius ſunt
nu. 58. & ſeq. 70. 71. 73. 78.

Quæſtio quarta incidit. In fauore alimentorum
rationem conſiſtere tex. diximus in d. l. Titio cẽtum
in ſecundo reſpon. An ad exemplum alimentorum
determinari legatum id debeat, vt in morte finem
alumni accipiat, neque ad hæredes ambulet. d. l. cum
hi. §. ſi modus ff. de tranſact. Bar. in d. l. cum hi. §. ſi in
annos. in l. ſtichum. §. ſtipulatio. ff. de verbo. oblig.
Bal. in l. fin. quæſt. 6. C. de hæredi. inſtit. Alex. in l. Gal-
lus. § etiam ſi parente. num. 4 ante fin. ſupra de libe.
& poſthum. & in conſi. 18. nu. 17. lib. 5. Ne multis, ad
proprietatem, non alimẽta tantummodo, legatum
id pertinere, atque ideo ad hæredes ambulare ar-
145 bitror. Id quia pecunia † legata, vnde fundus com-
paretur, alimentorum, aut vſusfructus verbo non
facto, ad proprietatem legatum non ad alimenta
accedit licet alimentorũ datũ cauſa ſit. l. pen. in fin. ff.
vti poſſid. vbi aliud res ſeu rei precium, atque poſ-
ſeſſio. eodem modo longe aliud legatum rei, atque
alimentorum. text. huc attinet in l. quæſtio eſt. §. 1.
Atque ibi glo. in verſ. proprietas. ff. de verbo. ſignific.
vbi agri, fundivè commemoratio ad proprietatem
refertur. De quo text. Ruin. meminit in conſil. 25.
nu. 8. lib. 2. Ad quam ſententiam Capra etiam con-
ducit in conſil. 155. num. 6. qui text. vocat. in l. quæ
de tota. ff. de rei vendic. Bald. in l. cum virum. C. de
fideicommiſſ. ſed enim neque tex. neque Bald. ad lo-
cum hunc accommodantur.

Neque mouet, propter alimenta legatum reli-
ctum in d. l. Titio centum. in ſecundo reſpon. Quo-
niam ad legatum ipſum reſtringendum cauſa ipſa
legandi ſpectari, vel expreſſa non ſolet veluti cum
in alimenta expreſſim, fundus legatur, cum ad lega-
tarij commodum cauſa hæc pertineat, atque ideo
ad incommodum verti eius non debet. l. Titia. 1. §.
fin. ibique Bart. num. 2. infra titu. 1. l. 4. ibique Barto.
num. 2. infra de aliem. lega. l. ſpecies. infra de auro, &
argen. lega. l. donationes. §. ſpecies. atque ibi Bart. ff.
de donatio. Bald. in l. habitatio. §. ſed ſi ſic. ff. de vſu
& habita. & in conſi. 59. quædam mulier. lib. 5. Signo-
rol. in conſi. 199. in fin. Fulgoſ. in conſi. 13. col. penul.
poſt med. & in caſu ſcitu Roman. in conſi. 229. pro
declaratione, in vltimo dubio.

Quæſtio quinta ſupereſt, expreſſum in quæſtione
tertia eſt, ad hæredes legatum transferri, de quo in
d. l. Titio centum. Nunquid cum onere illo prohi-
bitionis tranſeat, ne alienandi facultatem hęres ha-
beat.

beat. videbatur prima cogitatione cum cauſa pro-
146 hibitionis † ad hæredem legatum ambulare, ne ei
liceat, quod fieri a defuncto non poterat. Atq; ideo
melior hæredis conditio quam defuncti inueniatur
l.ſi ego.§.partus. ff.de publicia.l. hæredem. l. in om-
nibus officijs §.nō debeo.& l.q in ius.ff.de regul. iur.
Dyn in conſi.49. in fin. Anchar. in conſi.152. Plura
ſunt dubia in ſexto dubio.idq; admini,& in ſucceſ-
ſore ſingulari ſolet, ne pluris quicquam ei conceda-
tur, quam eius permiſſum autori eſſet.l. fin.§.1.ff.ad
Velleia.l.ſi ſuperatus.atq; ibi Bar.ff.de pignor.& alia
apud nos in reſpon.pro Genero. nu.313. & nu.329.
ſed enim hæredem prohibiti prohibitione ea non
adſtringendum magis erit dicere, cum perſonæ fa-
cta prohibitio videatur, quæ perſonam non excedit.
l.pater filium §.quindecim infra tit.2. & alia, de qui-
bus ſupra nu.62. & ſeq.idque locum, & in prohibi-
tione habere tacita puto, quandoquidem,& ad per-
ſonam ipſa ſpectat. Cum perſonalis cauſa ipſa pro-
hibendi ob induſtriæ defectum ſit.

Tertius caſus eſt, vbicunque non perſonam ip-
ſam, quæ alienare vetatur, prohibitionis cauſa con-
tingit, verum quæ alienari prohibetur, ſolummodo.
veluti cùm de re animali prohibitio fit. Quo caſu
perſonæ ipſius fauore adſcripta prohibitio creditur,
atq; ideo veſtiuum ab ea capit, quod ſi perſonæ ip-
147 ſius odio † facta ꝓhibitio appareat, æque ab odio
firmitatem accipit.d.l. generaliter. §. ſi petitum ff de
fideicom. liber. l. codicillis.§. mater infra titu. 1. &
alia, de quibus ſupra num.84.& infra nu.190.ſecun-
dum hoc, qui odium aſſerit, probare neceſſe habet,
cum hominis gratia, nō odio in re dubia facta pro-
hibitio exiſtimetur.l.merito.ff. pro ſocio.& alia, de
quibus ante nu.79.in fin.verſi.neque contrarium, &
num.85. ad caſum hunc attinent, quæ ſcripta ſupra
habemus num.70.

Quartus caſus, cum ad rem animi, ſeu animæ ex-
148 pertem prohibitio ſpectat. Quo † caſu diſtinctio
adhibita, vt ſiquidem iuſta prohibendi cauſa in re
inſita ipſa ſit, ab ea vel non expreſſa prohibitionem
roborari. Quo enim exprimere, quod res intus ipſa
habet.l.3.ſupra eod.l.3. C. de fideiuſſ.exempla caſus
huius quinu data, & expolita ſupra ſunt. num.58.
& continentibus. vbi in turri, & ædificijs ornatiori-
bus declaratum id habemus.

Apparet ex caſibus his tertio & quarto, nihil dif-
ferre, perſona an res alienari prohibeatur, dum ipſa
ꝓhibendi cauſa in re introrsū ipſa hęreat. Diſcrimen
hactenus vertitur, quod in perſona cauſa ſemper
alienationis prohibendæ ineſt. hoc eſt rei ipſius ani-
malis fauor. Quod in rebus aliter non animalibus
contingere, explicatum ſatis ſuperioribus eſt, in qui-
bus niſi ſuper turri qua egregia, aut ædificio quo or-
natiore admiſſum id minimè eſt. Idcircò porrò de
turri egregia expreſſum, ne turriculas quaſuis iure
eodem cenſeamus. Tam & ſi, nec id genus turres
exquiramus, quales à Socin. iun. poſtulari ſuperius
monſtrauimus. nu. 68.

Sed quæſtio vna hic ſubeſt, quæ inter caſus om-
149 nes prædictos communis eſt. vtrum quibus † caſi-
bus firmam prohibitionem defendimus, etiam ſi
nihil ad prohibiti commodum non reſpicit, ad alie-
nationem trahatur, quæ per cauſam inteſtati, aut in-
ſtitutionem hæredis fit. Quid enim ſi familia teſta-
toris à quo facta prohibitio eſt, hæres legitimus pro-
hibiti non ſit. vel quid ſi hæredem extraneum pro-
hibitus fecit. Cum familiæ cauſa, adſcripta prohibi-
tio fuerit, quæſtionis huius diſſolutio ex ſuperiori-
bus patet.nu.13.verſic. neque contrarium his eſt, ad
alienationem neceſſariam, quæ per legem ſuper ſuc
ceſſione legitima fit, prohibitionem alienandi non
produci, de quo etiam apud Roma. in conſi.457.nu.
2.in fin.verſi. cæterum quòd eadem domina, & qua
ratione hæredis legitimi ſucceſſio non vetatur, ita
nec eiuſdem ipſius inſtitutionem denegari. De quo
inferius etiam. nu. 192.

Hoc ita, niſi ſi id genus prohibitio inueniatur, quæ
ad fideicommiſſum abſolutum, & ſimplex in ca-
ſum mortis etiam, nedum alienationis valeat. eo
quippe caſu hæredi legitimo fideicōmiſſarium antè
ferri, qui ex teſtamento ſucceſſit, neque in fideicom-
miſſarij perniciem hęredis eius inſtituendi ius pro-
hibito non eſſe, non dubitatur, ſed quando ad fidei-
commiſſum hoc abſolutum prohibitio ſpectet, in-
ferius forte enarrabitur.

De cauſis quattuor affectionis actum quibus pro-
hibitio roboretur. Deinde de conditione,& modo.
De tempore nunc videndum, firma ne prohibitio,
quæ ad tempus ſit certum, vel incertum, quod ad
150 tempus certum † attinet, in expedito res ex eo vi-
detur, quod proditum apud Alex. eſt in l.ſi non ſor-
tem.§ ſi centum nu.4.ff.de conditio. indeb. à ratio-
ne fortiore argumentando. Qui ad tempus certum
rectè prohiberi diuiſionem ſcribit. Ratio longè for-
tior in prohibitione alienationis inuenitur. Quæ fa-
cilius permitti, quam diuiſionis ſolet, vtpotè per quā
diſſenſionis, & contentionis occaſio præbetur. d.§.
ſi centum.l.in re communi.ff. de ſeruit. vrba. præd.l.
qui neque in fin. ibique glo. ſupra de rebus eorum.l.
cum pater.§.dulciſſimis.infra titu.1.l ſi. C. commu.
diuid.l.ſancimus.§.ne autem. C.de donatio. quæ di-
ſcordiæ cauſa in prohibitione alienationis non ver-
ſatur. Atque in ſpecie ad tempus certum alienatio-
nem prohiberi, vt cauſam aliam non habeat. Ruin.
ſcribit in conſi. 212. nu.5. lib.1.

Rationem eandem temporis incerti eſſe, cum ad
vitam ꝓhibiti puta alienandi iure interdicitur, Ruin.
ait in conſ.111.in fin.lib.3. per text.in l.1. Ibique glo.
ff. pro ſocio. vbi ſicut ad tempus certum ſocietas
contrahitur, ita & in tempus vitæ, quamuis poſt vi-
tam id non permittatur.l.nullo.eod.titu. ex Florian.
etiam id confirmat. in l. in hoc iudicio. §. ſi conue-
niat. ff.commu. diuid.

Sed enim vacuum dictum vtrunque à contro-
uerſia non videtur. Ratio quippe eadem in prohibi-
tione temporali, atque perpetua videtur, quòd cau-
ſam, aut perſonam, propter quam fit, prohibitio nō
habet.l.quæ de tota.ff.de rei vendicatio.vnde niſi ca-
ſus diuerſos in re hac Ruin.non facit, ratione diuer-
ſitatis vlla non expreſſa. Quod admitti non ſolet.
151 Cum diuerſi † omiſſivè caſus non aliter æſtimen-
tur, quam ſi diuerſa eis ratio conſtet.l. his ſolis circa
fi.C.de reuoc.dona.Bald.in l.illud.nu.4. C.de ſacro-
ſanct.eccleſ. in l. ſi quis non dicam rapere poſt prin.
verſic.dicunt etiam Vltramontani. C. de Epiſco. &
cleric.in l.curatoris.nu.4.C.de nego.geſt.in l. per di-
uerſas.nu.3.C.manda. in conſi.324. omiſſis opinio-
nibus.in fi.lib.5.Alex.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.
num.11.ſupra de libe.& poſt. Curt.Sen. in conſi.51.
num.28.poſt med. & quidem cur non æque in pro-
hibitione temporali, atque perpetua fauori ſuo ce-
dendi facultatem prohibitus non habebit. Hoc am-
plius, ratio facilior admittenda in prohibitione tem
porali quam perpetua videtur. Namque cum po-
tentior hæc quam temporalis ſit, ſi renunciandi ius
in maiori datur, in minori dandum multo magis
erit. l. qui indignus. ff. de Senator. l. iuriſgentium.§.
adeo.ff.de pactis.l. cui pacto. ff. de ſeruis expor. l. in
ſuis ſupra de libe.& poſthu.l. relegatorum. §. poteſt.
ff de interdic.& relega.l. nec in ea. Ibique Bart.ff.de
adul l.1.C.de patri.qui fil.diſtra.reg. cui licet.lib.6.

Neque arg. mouet, quod ex diuiſione colligitur,
ad tempus eam, non in perpetuum prohiberi. Ratio
quippè alia diuiſionis, atque alienationis prohiben-

dæ conſtat.ſi quidem periculum tantum diſcordiæ
in communione temporali,atq; perpetua non ver-
titur. Atq; vbi diſſenſionis quicquam in temporali
contingat,manſurum id non eſt,quod aliter in pro-
hibitione alienationis. Quæ rationem eandem re-
nunciandi in temporali, atq; perpetua habet. vacua
quippè à cauſa,& perſona vtrubiq; inuenitur.ea pro
pter cum niſi ad prohibiti cõmodum non ſpectet,
eadem ſemper fauoris ſui remittendi ratio verſatur.

Secundo aliter etiam diuerſitatis ratio inter diui-
ſionem, & alienationem prohibendam oſtenditur,
quòd nuda in diuiſione prohibitio non intelligitur.
cum perſona non adſit,propter quam fiat. Namq;
aut vnus demum ex ſocijs rei communis, diuidere
phibetur, & ſocij id alterius factum cauſa creditur,
ne ad diuiſionem nolens prouocetur. Aut ſocijs
omnibus diuidendi iure interdicitur, & eorum in-
terdictio facta nomine exiſtimatur, quibus aduer-
ſantibus diuiſio poſtulatur,quod contra in prohibi-
tione alienandi eſſe vni ex hæredibus, aut legatario
facta, ſuperius monſtrauimus.num.20.23.ad com-
mentationem hanc Bal.quadrat in l.3.num.8. in 10.
oppoſi. C. de condi.ob cau.

Tertiò retorcutionem argumenti ſui à diuiſione
ad alienationem, Ruin patitur. Qua enim ratione
prohibitioni alienationis is renunciat, gratia cuius
facta eſt, cum perſona alia non contingit, propter
152 quam facta ſit, ita & † prohibitioni diuiſionis ab
his renunciatur, propter quos facta eſt Oldra.in cõſ.
241.& alia,de quibus ſupra nu.9.poſt med.ſi dixeris,
prohibiti conſenſum ſatis, aut renunciationem nõ
eſſe. Reſpondetur,hoc ideo fieri, ꝙ ipſius vnius non
intereſt.at aliorum etiam, quibus cum rei commu-
nio intercedit. Quare vbi ipſius intereſſe vnius poſ-
ſet,non aliud in diuiſione probandum,atque in alie-
natione alia foret, neque mutat, etiam in legitima
ad tempus prohibitionem ferri. Quoniam ex cauſa
id fit, in prohibitione omnino nuda ſpecies con-
trouerſa verſatur.

Conſequens his fit, probabilem Ruini differentiã
inter prohibitionem temporalem,& perpetuã non
videri,quæ cauſa,aut pſona deficiat. Cum ratio ea-
dem renunciandi ſemper interueniat. vtiq; niſi ſi ex
perſona ipſa prohibita,minore puta,aut ob cauſam
aliã, ad tempus certũ facta videri prohibitio poſſit.

Et obſeruandum in prædictis, quæ vice cauſę pro
hibendi tradita à nobis ſunt,vt pro cauſa prohiben-
di iuſta habeantur, limitationum loco ab alijs enar-
rari. Hoc eſt ad eos caſus text. noſtri regulam non
pertinere, de quibus in cauſis quattuor affectionis, in
conditione, & alijs hoc genus. ſed enim limitatio
153 intelligi propriè nequit.Id quippe † in limitatione,
aut exceptione inſitum,vt ad caſus regulæ pertineat.
ita vt exceptione non facta, ſub regula ipſa caſus ip-
ſe exceptus comprehendatur. Quod ſi comprehen-
ſus etiam ſine exceptione non fuerat, inepta pror-
ſus exceptio appareat veluti ſi expreſſum ſit,omnem
hominem, Titij equo excepto currere,vel auditores
omnes piſtoribus exceptis,lectioni interfuiſſe.l.quę-
ſitum.§. denique infrà de fundo inſtru. l. nam quod
liquidæ §.fin.ꝭ.de penu lega.l.Lucius.§.pluribus.ꝭ.ad
trebell.glo.in rubr.de regu.iuris poſt princ.lib.6. Ad
regulam planè limitationes hæ non competunt.

Quoniam de prohibitione nuda regula meminit,
In prohibitione tacitę veſtita limitationes verſan-
tur, niſi dixeris, ſatis eſſe cauſæ, aut perſonæ cuius
expreſſionem factam in prohibitione non eſſe. Li-
mitationes alias ad notabile hoc primum Doct.hic,
& recentiores in primis cumulant,in quibus immo-
randum non duxi, eas ſatis expoſuiſſe arbitratus,
nodi quibus duriores eſſent.

Alterum adnotatu non indignum in text. obſer-
154 uandum hoc duxi,ſuperflui † vitio non dari, iterũ
exempli loco commemorare,quod expreſſum iam
in genere fuerat. Id enim ex verſic. quod ſi libe-
ris perſpicitur.In quo exemplũ eius ſubijcitur, quod
ante iam de perſona dictum ſimpliciter erat, gratia
cuius prohibitio interponitur. Quæ ſententia efferri
verbis, & alijs ſolet ſuperfluentem orationem non
videri,in ſpecie conſtituere, quod ſtatutum, aut ex-
preſſum iam in genere fuerat. l. item apud Labeo-
nem.§.ait prætor. ff. de iniur. per quem text. & illud
traditur, otioſum non æſtimari, ad cautelam quid
repeti, vt apud gloſſ.in l. fin. in glo.1. in fin.ff. quod
quiſque iuris. De quo etiam apud Gozadi. in conſi.
73.nu.30.eiuſdem loci, & illud eſt, ſiue vitio expli-
cite declarari, quod dictum implicitè eſt glo & Do-
mini.in c.1.verſ.& filio de ſumma Trini.lib.6 & in c.
licet canon in glo.2.de electio. eodem libr.Deci.in l.
1.nu.13.ff.ſi cer.pet.in poſteriore lectu.eodem Deci.
ſpectat in l.edita.nu.68. C.de eden. Rectè diſtinctum
magis repeti,quod poſitum iam ſit. Ad quam ſen-
tentiam tex.conducit in l.fin.Ibique Dec.nu.9.in ſe-
ptimo notab. C.de pactis.

155 In ſexta oppoſi.Bar.cum † tex. obijcit in l. ſtichus
ſeruus.ff.de manu.teſta. tex is ita textui aduerſarius
noſtro videtur,quòd cauſam ibi, aut perſonam alie-
nandi prohibitio habet,ideſt ſeruum, propter quem
facta prohibitio eſt, & quem alienatione facta, libe-
rum eſſe teſtator voluit. At enim ad alienationem,
aut vim eius impediendam prohibitionem illã non
prodeſſe, neque ea facta, libertatem ſeruo continge-
re,expreſſum ibi eſt. In oppoſitione hac explicanda
reſponſione gemina Bart.vtitur.prior in diſtinctio-
ne temporis vertitur,vt interſit,vtrum futuro ſubiun
ctiui, an indicatiui teſtator vtatur. ſiquidem ſubiun-
ctiui,locum tex. habeat in d.l. ſtichus ſeruus, ne alie-
natio, aut effectus eius impediatur, etiamſi expreſ-
ſim vetita alienatio ſit. verbi gratia rem alienari te-
ſtator prohibet, & ſi prohibitus alienauerit, vel alie-
natio facta ab eo erit,in alium eam confert. Ratio-
nem ſententiæ huius Bar.affert. Quoniam in caſum
alienationis,iam perfectæ, & rei in alium à prohibi-
to tranſlatæ,atque ideo cum ius alij acquiſitum iam
eſt, ſeu ad rem alienam,vel alterius iam factam per-
ſona vocatur, propter quam facta prohibitio eſt.
156 Sed enim ius hoc † adimi cernequit, quæſitum cui
per alienationem eſt.cum à prohibito cauſam, non
a teſtatore ducat.l.2.in prin. ff.de his qui ſunt ſui, vel
alie.iuris.§. ſed & maior inſti.eod.titul.l. fin.ff. de pa-
ctis.l.cum eo & l.fiſtulam.in princ. ff.de ſerui. vrba.
præd.l. per quem locum.ff.de ſerui. ruſti. prædio l.ſi
partem.§.fi.ff.quem. ſerui. amit.l. in commodato.§.
ſicut.ff.commoda. l. id quod noſtrum ff. de reg.iur.
& leges aliæ frequentes vbique. Rationem hanc iu-
ris acquiſiti non lædendi, non obſcurè Bar.in verbis
illis ſentit. Quod fieri non poteſt, vt alienatione vi-
delicet, & translatione rei prohibitæ in alium facta,
ad eam vocari alius poſſit, & quod per illum tex.&
rationem hanc Alex. ſcribit in l. ſi quis id quod. nu.
3.ff.de iuriſdi. omn. iudi.

Si autem futuro indicatiui,vel præſenti,aut præ-
terito imperfecto ſubiũctiui teſtator vtitur,qui alie-
nari vetuit,vt puta & ſi alienabis,vel alienes, aut alie-
nares,ad talem peruenire rem volo, tum vero infir-
mam irritamque alienationem fieri, cum poſt alie-
nationem factam,& ius alij acquiſitum perſona nõ
vocetur, ad quam res ipſa prohibita perueniat ve-
rum initio ipſo vocatio fit, hoc eſt, vbi primum
ad alienationem prohibitus accedit. Ad quę caſum
tex.noſtrum ſpectare Bar. ait conſequenter ad eum
caſum reſtringi text.noſtrum oportet, quo futuro
indicatiui,vel pręſenti, aut pręterito imperfecto ſub-
iunctiui vſus teſtator ſit. Diſtinctionem hanc inferius

etiam

etiam Bat.probat nu.14. in fin. quamuis inter viuos loquatur.

Si dixeris, reſtrictionem nimium hanc tex. noſtri
157 videri, reſponſio † ex Bar. ipſo percipitur, nouum non eſſe.l.vnam ſecundum aliam intelligi, nè contradictio interueniat.l.non eſt nouum,& l.ſed & poſteriores.ff.de legib.l.item videndum in princ.& l. illud.ff de petitio. hæredit.l.1.C.de inoffic.dot.§. quibus in 1. conſti.C.& alia apud nos in reſpo. pro genero,nu.305.& duob. ſeq.

Secundo ne reſtrictionis huius autor Bart. ipſe videatur,ex glo. eam magna hic in verſ.non poſſunt, confirmat, dum dicit, teſtatorem in ſpecie text. huius ita dixiſſe, ne alienaret.glo. etiam nominare primum poterat, quæ prohibitionem in verba factam hæc ait,vt non alienet, itaq; cum temporibus his gl. vtitur, excludere aliud videtur, ratio in quo intelligi diuerſa poteſt. Cuiuſmodi ſpeciem controuerſam eſſe, teſtatum mox habemus.l. cum prætor. ff. de iudi.

Solutionem alteram ad d.l. ſtichus ſeruus. Barto. ſubiungit præſuppoſitum inficiendo, vt prohibitio ibi interuenerit, per quam dominij translatio impediatur,prohibitione porro dēpta, textui huic aduerſari. tex. is non poteſt, quod ſi alienandi ibi prohibitionem in verbis illis admittimus, ſi eum hæres alienauerit,tacitam eam eſſe, expreſſim quippè alienare prohibitus hæres non eſt, at tacitè, ſi libetum fieri ſeruum nolit. Tacitam planè prohibitionem
158 ad † effectum alienationis impediendum nō valere, quominus dominij translatio fiat,ex text.Bart. & ibi not. confirmat in l.cum pater.§ liberis infrà tit. 1. in quo tex. de prohibitione verbum tacita non fit. gloſſ.demum de ea meminit in verſi.ne id alienarēt, quæ diſcrimen duplex inter prohibitiones has tradit expreſſam, & tacitam, prius quod contra volūtatem teſtatoris facere, eamvè oppugnare non ſimiliter is videtur, qui contra prohibitionem tacitam, vt qui contra expreſſam alienat, in qua differentia ratio text. conſtat in d. §.libertis diſcrimen alterum, quod dominij translationi prohibitio tacita non obſtat, quæ ſecunda differentia ex gloſſ. etiam vltima declaratur in d.l. ſtichus ſeruus. Iaſ. hic num. 25.& num.44.verſic.ſed tu potes tenere in 1.lectu. & in ſecunda lectu.nu.41.Cror.nu.32.Ripa nu. 46. cir. med. Loazes num.112.Iaſ.in l.ſeruo legato.§.1. nu. 3 & ſequen. ſupra eod. Ruin. in conſ.214 num. 13. lib.1. atqi vtranq; hanc differentiam Caſtr.agnoſcit in conſil. 80. quia per ſupraſcriptum eximium in princ.lib.1.de quo infra etiam nu.162.165.172.178. 257.in fin.

Solutioni huic ſecundæ, quæ ex differentia inter
159 prohibitionem expreſſam & tacitam † pendet,cōſequens fieri Barto. ſubijcit, ad rem in prohibitione expreſſa non attinere,quibus concepta verbis ſit, futuris ne ſubiunctiui,an indicatiui, dominij enim trāslationem,ſeu alienationis effectum omnino,indifferenterq; ex prohibitione expreſſa impediri.

Plura in ſolutionibus his Bart. adnotanda.Primū, ſecum Bart. non obſcure pugnare, qui in ſolutione priore diuerſitatem in prohibitione expreſſa admittendam verborum ait, futuris ne ſubiunctiui an indicatiui prohibitio ipſa cōcepta expreſſa ſit per tex. in d.l.ſtichus, per quem, text. noſtrum, & leg.omnes determinari,& reſtringi ſcribit,quibus de re cantum hac inuenitur, idq; affirmate Bart. in verbis illis aſſerit. ſolu. & dico. At enim in ſolutione altera diuerſitatem hanc verborum nominatim in prohibitione expreſſa repudiat.

Si dixeris,contradictionem in Barto. non videri, imò enim in ſolutione poſteriore, priore abiecta, eum acquieſcere, contradictionem porro tum denique verſari, ſi & ſolutionem priorem agnoſceret, reſpondetur,credibile non eſſe,ſolutionem priorem à Bar. damnatam, quam verbis tam affirmatis perſcripſit ſolutio, & dico.arg.l.non ad ea infra de condic.& demon.

Secundo reſpondetur, cum reſponſionē alteram Barto. ſubijcit, priorem à ſe non reijci,verum id demum in reſponſione ſecunda adijci, ne quod ad text.d.l. ſtichus attinet, aduerſarius textui noſtro videatur, vt potè qui ad prohibitionem tacitam pertineat, ſic in prohibitione contradictio expreſſa remanet.

Tertiò reſpondetur, ſententia eſto in reſponſione ſecunda Bartolo fuerit,vt à priore diſcederet, neque verborum diuerſitatem in prohibitione curandam expreſſa fore,contradictioni eripi nihilo magis poſſe,qui delectum hunc verborum in prohibitione expreſſa nominatim inferius confirmat num.14.

160 Quarto id Bartol. in prohibitione † expreſſa ſentire, ne effectui alienationis prohibitio obſtet, quæ verbo futuro facta ſubiunctiui ſit, Cuman. hic prodit num. 4.verſi. in glo.3. Imola col.2.verſ.extra glo. Alex.num.3.Opizon.num.15. verſicu. tertio limitatur,& num. 41.in fin.& ſequen. Angel. in conſ. 168. teſtator num.5.Caſtren. in conſ. 301. prædicta dubia in princip.lib.2. & hanc Bartolo mentem fuiſſe,pro expedito Aretin habet in conſ.18. circa prin. & col.3 in princ. verſ. ſed ſi verba illa. Dec. in conſi. 182.col.2 verſic. quarto & vltimo,& col.penul.verſ. tertio principaliter Ruin. in conſ.114. nume. 12.& ſequ. in conſi.116.num.14. in conſ.127. col.penult. verſi. tertio dicebatur,in conſ.130.num.9. & ſeq. in conſ.ſeq.nu.7.in fi verſ.tertio dixi, & num. ſeq. & in conſ.136. num.14. lib. 1.

Attendendum hic, ſiquidem à contradictione Bartolum in oppoſitio. ſexta liberamus, ita vt à reſponſione eum diſcedere priore dicamus,ob ea cōtradictionem non argui, quæ ſcripta apud eum di-
161 ximus num. 14. ſiquidem in prohibitione † ibi loquitur, quæ facta inter viuos eſt, & quæ dominij translationem non impedit.l. nemo.ff. de pactis, l. ſi ita quis. §.ea lege,ff.de verbor. oblig l.3.C. de condi. ob cauſ. & alia, de quibus ſupra num.5.verſic. idque in ſpecie, & num.99. poſt med.verſicul. quæſtio tertia in ſexta planè oppoſit. de prohibitione teſtatoris loquitur,quam ad dominij translationem impediēdum valere non dubitatur, vt hoc text. & alia, de quibus ſuperius num.3.verſic. idque in ſpecie, & nu. ſequen. Atq; ita Bartol. ſententiam Corn. exponit in conſi 276.col. 2. circa med. verſicul. & eſt aduertendum,quod Bart. lib.1.itaq; ſi dominij translationem prohibitio non impedit inter viuos facta, de qua d.num.14.Bart. hic loquitur,nihil eſt, quod Bar. repugnantiam ex his accipiamus, quæ de prohibitione ab eo ſcripta inter viuos ſunt, cum de prohibitione alia in oppoſi. ſexta loquatur, quæ ex volūtate facta nouiſſima eſt, cum longè inter eas diſtare appareat.

Sed enim ad contradictionem Bart.excludendam Cornei inſpectio non iuuat, quoniam ſi dominij translationi ex poteſtatis defectu prohibitio non reſiſtit inter viuos facta, quorſum diſtinctione in ea vti, futuro ne ſubiunctiui, an indicatiui facta prohibitio ſit, ita inepta prorſus diſtinctio in prohibitione hac inuenitur,atq; ideo per abſurda res fuerit,mente ea Bartolum fuiſſe, vt eo caſu diſtinctionem admitteret, quo ad dominij translationem impediendam prohibitio non valet inter viuos facta, verbis ea facta quibuſcunq; ſit.

Quo circa mentem verbaq; Bart. perſpecta ſatis Corn. non habuit, ſiquidem eo caſu nominatim Bart. loquitur.d.num.14. Quo dominij translationi

pro-

prohibitio oſtat inter viuos facta. cum retentio videlicet iuris realis facta, aut interpoſitum conſtitutum eſt vnde cum diſtinctionem memotatam tunc agnoſcat, ratio eadem diſtinguēdi, & in prohibitione verſatur, quæ ſub voluntate facta nouiſſima eſt, conſequenter his dicendum, nec ex Cornei commētatione contrarietatis crimini Bat. eximi. Contradictionis huius flagitio Bartolum aliter Alex. hic ſubtrahit nu. 3. in veris id Bart. lecturis non inueniri, ꝙ in ſecunda hac poſitum ſolutione eſt. vt ad prohibitionem expreſſam diſtinctio hęc verborum non cōpetat detractione hac verborum ſuper prohibitione expreſſa de ſolutione ſecunda facta, diſſimilitudinis quicquam apud Bar. omnino non legitur. cum Alex Ruin. conſentit in d. conſi. 114. nu. 13. lib. 2. ſed enim impugnatam infra aſſertionem hanc Alex. & Ruin. habemus verſ. opinionem diuerſam.

Aliter contradictionem in Bar. & in ſecunda eius ſolutione Ripa hic perſpicit nu. 46. in fi. verſi. item aduerte. ꝙ dominij translationem ex prohibitione tacita non impediri primum ait, ita ſimpliciter, & citra diſtinctionem vllam aſſerere id videtur. Mox autem contra ſcribit, quotiens ex futuro facta indicatiui legitur, ſi alienabis. ſed enim in codice meo apud Bar. in ſecunda eius ſolutione id non legitur, quod Bartolum ſcribentem Ripa facit à ſenſu ſorte contrario ex Bar. id elici Ripæ viſum. cum nihili futurum ſubiunctiui in prohibitione expreſſa facit, quominus dominij tranſitus impediatur, cauſam aliam igitur prohibitionis tacitę ſentit, vt referat, futuro ne ſubiunctiui adſcripta, an indicatiui ſit. ſed nec ſecum ad modum hunc pugnare Bar. videtur cuius ea in ſolutione ſecunda mens videtur, vt niſi in prohibitione tacita diſcrimen attendi verborum non debeat, ex futuro ne ſubiunctiui perſcripta, an indicatiui ſint. quocirca dici non poteſt, vt dominij translationem ex prohibitione tacita non impediri ſimpliciter, nullaq; verborum diſtictione, aut modorum ſenſerit. de qua tamen Bar. mente, quod in prohibitione tacita ſenſerit, plura infrà.

Secundò principaliter in ſolutionibus prædictis Bar. videndum, contrarius vel non ipſi ſibi Bar. ipſe ſit ſolutionem vtranq; tamen in prohibitione expreſſa non cōſiſtere, vt diuerſitas in ea modi ſubiunctiui & indicatiui ſpectari debeat, & non debeat. cum vna ſimul cohærere cōtraria nequeant l. vbi repugnantia ff. de reg. iuris. quocirca nonniſi alteram ex his agnoſci ſolutionem oportet. atq; ideo vtra potior habeatur, perſpiciendum in perplexitate hac Bar. ſiquidem opinionem eius vltimam intuemur, de qua num. 14. & ad quam relatione in ſolutione priore vtitur, differentia prædicta de modis ſubiunctiuo, & indicatiuo admittenda, & in prohibitione expreſſa videtur. & quam à Doc. agnoſci pleriq; oſtendimus num. 160. eamq; crebriorem Ruin. teſtatur. in d. conſi. 114. nu. 12. & ſeq. in d. conſi. 116. nu. 14. & in d. conſi. 131. nu. 8. lib. 2.

Opinionem diuerſam Bat. hic amplectitur in ſecūda ſolutione. & quamuis Alex. & Ruin. dicant, verā in loco hoc Bar. lectionem non eſſe, ad vaticinium id ſpectat. cum mendi huius rationem non afferant. neq; credibile eſt, à typograhis, aut alio id quouis ſubnotatum. ſententiæ eiuſdē Caſtren. hic eſt nu. 7. verſi. itē opponitur. quē opinioni diuerſæ aſſentiri in cōſ. 301. in prin. lib. 2. ante oſtendimus nu. 160. ſententiæ eiuſdem Iaſ. hic eſt nu. 25. verſi. limita. d. l. ſtichus, & nu. ſeq in 1. lectu. & in poſteriore lectu. nu. 40. verſi. tenendo doctrinam Bar. Opizon. nu. 43. cira fi. verſi. vnde mihi videtur idem Crot. hic ſentit nu. 32. verſi. tertia ſit concluſio. Loaes nu. 113. verſi. tertia ſit concluſio. Ripa nu. 48. verſi. & ex iſtis habes. Corn. in d. conſi. 276. lib. 1. Ruin. ſecum non conſtans in cōſi. 39. lib. 5. à qua ſententia gl. ſtat in d. l. ſtichus ſeruus in glo. vlt. de qua Bartolum hic non meminiſſe mirū per quam glo. & rationē, qua opinio hęc nititur, opinionem hanc ipſam Areu. teſtatur in d. conſi. 18. nu. 1. quamuis col. 3. animo pendeat, & à Bar. diſcedere vereatur. de glo. etiam memorata Opizon. hic meminit eiuſq; teſtimonio fretus opinionem hanc amplectitur d. nu. 43. circa fi. Iaſ. num. 26. in fi. in 1. lectu.

Veriorem opi. hanc arbitror, vbicunq; pręſens, aut pura prohibitio eſt, quæ antecedit. namq; cum dominij trāſlationi reſiſtat. ratio tex. ſilet. d. l. ſtichus ſeruus quæ dominij translatione ſeu dominij transferendi facultate cuncta nititur eam ob rem legis ratione quieſcēte, & eius tacere effectum conuenit l. adigere §. quamuis infra de iure patro. quo argumentandi genere Doc. memorati vtuntur. qui in ſententia hac ſunt. frequentior etiam ex teſtimonijs ante datis apparet, quo magis admirer, opinionem aliam vulgatiorem aſſerere Ruinum non puduiſſe. id quidem in primis, ꝙ Doc. hic profert, ex quibus partem maiorem Ruino contradicere, in obſcuro non eſt.

162 Tertiò in ſolutione † ſecūda Bar. videndum, abſolute ne, aut omnino ad dominij translationem non impediendam tacita inutilis prohibitio ſit verbis quibus vis conſcripta. an diſtinctionem recipi verborum oporteat, de qua in reſpōſione priore. quod ad Bar. opinionem attinet, ea cogitatione prima fuiſſe ſententia videtur, vt nullo verborum delectu, dominio transferēdo prohibitio hæc tacita non obſtet quæ inde elici mens poteſt, ꝙ ſolutione priore relata in qua verborum, aut temporum adhibita diſtinctio eſt, ad ſolutionem alteram accedit. in qua niſi robore minori prohibitionis tacitæ non ad nititur. vnde ſi in prohibitione tacita diſtinctionem ipſam temporum attendendam crediderat, expreſſionem de ea facturum eum fuiſſe diſſimile veri non eſt.

Si dixeris, diſtinctionem hanc in prohibitione tacita ſeruādā, ex conſequentia Bar. elici in qua niſi in prohibitione expreſſa temporum diſtinctionem nō repudiat, reſponderi poteſt, in prohibitione expreſſa temporum diſtinctionem non attendi, quominus dominij ſemper translatio impediatur. vnde ad prohibitionem inferri tacitam non poteſt, vt dominij, & ipſa translationem caſu aliquo impediat, quā ad effectum hanc translationis dominij impediendæ, ineptam prius dixit. ex diuerſis quippe arg. hoc duceretur, in prohibitione expreſſa temporum ſeruari diſtinctio non ſolet, quominus dominij ſemper translatio impediatur. ergo in prohibitione tacita diſtinctio recipienda ad eam non prohibendam erit. cum proditum vice regulæ ſit, ad dominij translationem, quæ tacita prohibitio eſt, non prodeſſe.

163 Secundò pro opinione hac, ne à prohibitione † tacita dominij translatio interpelletur, glo. & Doct. vocātur in d. l cum pater §. libertis in ver. ne alienatent. quæ in bonis ſimpliciter fideicommiſſis loquitur, temporum diſtinctione non habita, quibus concepta ſubſtitutio ſit, ratam alienationem haberi donec conditio impleta ſubſtitutionis ſit de quo latius infrà num. 166 & num. 168. ſimpliciter etiam glo. loquitur in d. l. ſtichus ſeruus in glo. vltima temporum etiam, & modorum diſcrimen in prohibitone tacita nihili hic Iaſ. facit num. 40. verſi. dico ꝙ iſtud ſtare nō poteſt in ſecunda lectu. eiuſdem opinionis eſſe, & Ripa hic videtur num. 46. in fi. verſi. item aduerte cum ſecum certare Bar. ait, qui inutilem prohibitionem tacitam ad alienationem impediendam ſimpliciter primum ſcribit, mox contra ait, cum ex futuro indicatiui prohibitio ipſa adſcripta tacita eſt. tam, & ſi non recte contradictionis Bartolum à Ripa incuſari demonſtratum ante ſit num. 161. verſi. aliter contradictionem.

Contrarius opinioni huic text. videtur in d. l. ſtichus ſeruus, deciſio cuius niſi futuri ſubiunctiui ratione non nititur, atqui ad prohibitionem accommodari expreſſam non poſſe, teſtatum ante habemus, vt poté per quam dominij tranſlatio nulla temporum, modorumvè diſtinctione impeditur, conſequenter his dicendum, ad eum caſum tex. d. l. ſtichus ſeruus ſolummodo attinere, quo futuro ſubiunctiui facta prohibitio ſit. Atq; ideo in prohibitione tacita temporum, modorumvè ſpernendam diuerſitatem non eſſe, idq; ſentire, & Bar. in ſolutio-
164 ne ſecunda videtur, † cum niſi in prohibitione expreſſa temporum, modorumvè diſcrimen non reijcit, eam igitur in prohibitione admittere tacita videtur. l. cum prætor. ff. de iudi. l. & ſi ſine. §. ſed quod Papinianus, ibiq; Bar. in 2. nota. ff. de minor. l. in fideicommiſſi. § cum pollidius. ff. de vſuris. l. ex eo. ff. de teſtib. l. quæſitum. §. deniq; infra de fundo inſtr. & alia, de quibus in reſp. noſtro pro genero, nu. 65.

Neq; argumenta mutant, quibus cum opinione diuerſa Bar. facere poſitum eſt, & primum quidem non obſtat, nonniſi vi molliore prohibitionis tacitę in ſolutione ſecunda. Barto. niti, quoniam vim hanc debiliorem in ſpecie d. l. ſtichus obſeruat, qua futuro ſubiunctiui concepta prohibitio eſt, cauſa alia futuri indicatiui videtur, in quo vim eandem prohibitio tacita, atq; expreſſa obtinet, cum rationem eandem prohibitio tunc, vtraq; habeat, eam ob rem iuri nũc vulgatiſſimo hæredũ, de quo in l. cum quid. ff. ſi cer. pet. pari tacitum ac expreſſum firmitate conſtare.

Non ob. ex diuerſis. arg. colligi, ſi quod de prohibitione expreſſa à Bart. in ſolutione poſitũ ſecunda eſt, ad tacitam trahimus, vt caſu aliquo effectũ alienationis impediat, imò. n. ex ſimilibus arg. ducitur, id eſt vt ad tacitam prohibitionis expreſſæ vigor pertineat, vbicunq; rationis eiuſdem tacita etiam prohibitio inuenitur, quod cõiungere diximus, cum per tempus futurum indicatiui, vel præſens, aut præteritum imperfectum ſubiunctiui prohibitio fit.

165 Secundo diſtinctionem hanc † modorum, & tẽporum in prohibitione agnoſcẽdã tacita eſſe, Doc. omnibus placet, quicunq; nominati ante ſunt num. 161. verſ. opinionem diuerſam, hoc eſt Caſtr. hic nu. 7. verſ. item opponitur. Iaſ. nu. 25. verſ. limita. d. l. ſtichus. in 1. lect. vt aliud in lect. ſentire poſteriore videatur nu. 40. verſ. dico quod iſtud ſtare non poteſt, diſtinctionem hanc in prohibitione tacita Opizon. etiam hic non repudiat nu. 43. in fi. Crot. nu. 31. verſ. ſecunda ſit concluſio, Loazes nu. 112. verſ. ſecunda ſit concluſio, idem Ripa hic ſentit nu. 46. in fin. & nu. 48. idem Arc. ſentit in d. conſ. 18. cum ad eum caſum tex. reſtringit in d. l. ſtichus, quo à præcedenti conditione diſpoſitio incipit, ſi alienaueris, non idem, ſi à prohibitione per glo. vlt. in d. l. ſtichus, ita diſtinctionem temporum, & modorum in prohibitione tacita non obſcure Aretin. admittit, idq; expreſſius Rui. probat in d. conſ. 39. nu. 3. in primo caſu lib. 5.

Tertiò cum opinione hac conſentire Docto. oẽs videntur, quibus viſum eſt, diſtinctionem prædictã, & ad prohibitionem expreſſam pertinere, & de quibus memoria habita ante eſt nu. 160. Ratio enim fortior, & in prohibitione præmere tacita videtur, ne pluris aliquid quam expreſſa habeat. l. qui ad certũ. ff. loca. ſed enim confutatu difficile arg. hoc non videtur, illud retorquendo, pari enim ac prohibitio expreſſa robore, & tacita erit, ſi alienationis vim niſi eo caſu non impedit, quo expreſſa, hoc eſt cum ex futuro ſubiunctiui tacitè alienatio prohibetur, quo caſu pluris aliquid prohibitioni tributum expreſſæ non erit, vnde non aliter viribus infirmioribus prohibitionem prædictas tacitam dicemus, niſi ſi alienationis effectui impedimento eã non eſſe ſimpliciter aſſerimus, indicatiui, ſubiũctiuivè diuerſitate reiecta.

Itaq; argumentum hoc mutandũ tertiũ videtur, hoc eſt cum diſtinctione hac indicatiui, & ſubiunctiui in prohibitione tacita, Doc. facere, quib. ius a[illegible] in prohibitione viſum expreſſa oſtendimus, vt alienationis per eã vis omnino impediatur, vt ius aliud agnoſci in tacita oporteat, non aliter per eam effectum alienationis impediri, quam ſi verbo facta indicatiui ſit, ſed nec probabile arg. hoc ita reformatum videtur. Quoniam ſi vim alienationis impediendæ prohibitioni tacitæ detrahimus, vtiq; vires eius longe infirmiores, quam prohibitionis expreſſæ facimus, etenim ſi opinionem priorem agnoſcimus, vt niſi ex tempore indicatiuo prohibitio expreſſa non impediat, mollior vtiq; tacita erit, ſi numquam impediat, quod ſi perpetuam in tempore, & modo quouis prohibitionis expreſſæ potentiam aſſerimus, non poterit econtrario virtus minor prohibitionis tacitæ non declarari, ſi virtus per eam numquam alienationis impeditur.

Conſequenter his dicendum, flocci argumentum hoc tertium faciendum vtrocunq; verſum id ſpectet hoc eſt prior an poſterior in prohibitione expreſſa opinio obtineat.

Summa igitur loci, & quæſtionis huius erit. diſtinctionem memoratam à prohibitione excludendam tacita non fore, cauſam, rationemve aliam prohibitionis expreſſæ videri.

166 Sed enim inimicus † ſententiæ huic in prohibitione tacita tex. videtur in l. ſeruo legato. §. 1. ſupra eod. in l. fin. §. pen. ibiq; glo. in ver. celebrata, C. com. de leg. gl. & Doct. in d. l. cum patre. §. liberis in verſi. ne alienarent, vbi cum ex conditione datum fideicommiſſum eſt, quo caſu prohibitio tacita ex l. ineſt, ne in fideicommiſſarij perniciem alienatio fiat d. l. fi. §. ſed quia, & §. fi. dum conditio pendet, vires alienatio habet, ſic alienationis effectum prohibitio tacita nõ impedit tradit Alex. in conſ. 23. nu. 19. verſ. non obſtant allegata in contrarium lib. 1. in conſ. 65. in prin. lib. 5 Soc. in conſ. 123. nu. 4. lib. 3. Dec. in conſ. 323. in prin. Iaſ. in l. cum proponas. 1. nu. 6. C. de pactis. Pariſ. in conſ. 72. nu. 70. lib. 3. tex. huc attinet in l. nõ ideo minus. ff. de rei vend. in l. ſi fur. ff. de vſufruc. in l. 1. §. ſerui appellatione ſupra ad ſillania, quib. expreſſum eſt, legati conditione pendente, penes hæredem dominium eius eſſe, pro qua ſententia text. & alios in d. l. non ideo minus, gloſſ. colligit. Hoc amplius iure pleno hæredis hoc genus rem eſſe, dum conditio pendet, ex tex. declaratur in l. generaliter. §. 1. ff. qui & à quibus manu. lib. non fiunt, de quo tex. Bal meminit in l. voluntas, nu. 10. C. de fideic. text. eodem facit in l. ſtatuliberum in prin. ff. de ſtatulib. conditione libertatis pendente, quaſi ſeruum ſtatuliberum reputari, atq; ideo vti talem noxæ eum rectè tradi, ita nõ inutiliter alienatio eius per noxæ traditionem fit, ſerui iudem more, dum libertatis conditio pendet, pœnas à ſtatulibero dari, textu oſtenditur in l. ſtatuliberi à cæteris. eod. tit. de ſtatulib. alienus ab his tex. non eſt in l. 3. C. de fideicom. liber. cum libertas ex conditione data ancillæ eſt, filios ex ea ante conditionis euentum ſuſceptos hæredis fieri, ſi in dominio hæredis ante conditionẽm exiſtentem legata, fideicommiſſavè res manet, non poterit dominium ipſum alienando non transferri. l. clauibus. ff. de contrahen. emptio. l. ex empto in prin. ff. de actio. emptio. l. qua ratione. §. hæ quoq; res. ff. de acq. rer. dom. §. per traditionem inſtitu. de rerum diuiſ. tex. huc ſpectat in l. traditio. ff. de acq. rer. dom. & in l. nemo plus. ff. de reg. iuris, ab oppoſitis argumentando l. 1. in fin. ff de conſt. prin. l. 2. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iuris, & loci huius ſexcenta.

Intelligi ex his poteſt, impedimento alienationi pro-

prohibitionem prorſus tacitam non eſſe, verbis qui-
bus vis facta, aut modis ſit.
Secundò opin. hanc Iaſ. hic probat num. 40. ver.
dico quod iſtud ſtare non poteſt, qui tamen niſi glo.
non affert in d.l. cum pater, §. libertis. Bart. hic in ſe-
cunda oppo. in qua verbum de hoc non facit, ſed
ad Bart. credo, hic cogitauit in ſexta oppoſit. de quo
Loazes hic meminit, num. 112. verſ. ſecunda ſit cō-
cluſio, qui malè arg. ipſum refelli iudicio poſſe ſuo
ait, reſponſionem tamen ſubijcit, quæ perplexa, &
incerta ſatis videtur.
167 Ego vero diſtinctionem † dirimendam contro-
uerſiam puto, vt de modo conditionis inſerendę in-
terſit, quo nam pacto adſcripta conditio ſit, namq;
ſi conditio exprimitur, quæ extitura niſi poſt aliena-
tionem factam non ſit, veluti cum fideicommiſſa
bona diſtrahuntur, quæ niſi à morte grauati, & alie-
natoris ad ſubſtitutum non pertinent, conſequen-
ter in morte ipſa grauati conditio fideicommiſſi
exiſtit, locum argumento eſſe, ne alienationis effe-
ctui tacita omnino prohibitio obſtet, idq; ratione
memorata, quòd in dominio alienantis res eſt, vſq;
dum conditio pendet, atq; ideo translationem im-
pediri eius non conuenit, rurſus fieri poteſt, vt con-
ditione ipſa fideicommiſſum legatumvè deficiat, ſi
grauato ipſi, ſubſtituti mors præſtet, eam ob rem
abſurda res fuerit, ad irritum alienationem eiuſmo-
di deduci, ad quem caſum textuum vis attinet, qui
mox ante citati in argumento ſunt.
Sin autem euentus conditionis futurus poſt aliena
tionem non eſt, verum ab alienatione ipſa pendet,
atq; in actu ipſo alienationis conditio impletur, tū
vero diſtinctio agnoſcenda, per futurum ne indica-
tiui prohibitio tacita conſcripta, an ſubiunctiui ſit,
diuerſitatis huius inter indicatiuum. & ſubiunctiuum
ratio manifeſta ex prædictis fit, quod vbi ex futuro
ſubiunctiui prohibitio oritur, in caſum ea cōfertur,
quo à prohibito rei ipſius domino facta alienatio
eſt, atq; ideo per quem rei ipſius transferri domi-
nium potuit, vnde poſtquam alterius per alienatio-
nem facta res eſt, dominij amplius impediri transla-
tio non potuit. Ratio alia, cum ex futuro indicatiui
prohibitio tacita deſcendit, ibi enim dominio rei
ſtatim caret, q̄ ad alienandū prohibitus accedit, atq;
ideo ante in alium à teſtatore res transfertur, quam
alterius facta res ſit, ſic ad effectum ſuum producē-
dum inutilis tunc prohibitio non eſt.
Sed ſcrupulus reliquus in commentatione hac
168 hæret, vnde tota labefactari res videtur, namq; † &
ſi maximè cum in dominio hæredis, conditione fi-
deicommiſſi pendente, res eſt, alienatio eius, & do-
minij translatio non impeditur, attat. en vbi exple-
ta conditio eſt, alienationis vis tota intercidit, pro
eoq; res habetur, vt ſi facta alienatio non ſit. d.l. fin. §.
penult. C. commu. de leg. & legib. alijs è regione ſu-
pra prolatis, cur non tantundem, & in ſpecie con-
trouerſa, aut d.l. ſtichus ſeruus probandum, vt quā-
uis dominij translatio mero iure non impediatur,
effectus tamen eius euaneſcat, poſtquam voluntas
haud obſcura teſtatoris conſtat, ne effectu vacua di-
ſpoſitio eius ſit.
Reſpondetur, cum ab alienationis actu in condi-
tione poſitæ, prohibitio tacita pendet, immediatè,
& ſimpliciter, re, aut conditione qua alia extrinſecus
nō expectata, prohibitio ipſa tacita oritur, hoc enim
ipſo rem alienari teſtator non vult, quod alienatio-
ne facta, in alium rem ipſam transfert, vnde cum
ſtatim in actu ipſo alienationis prohibitio ipſa taci-
ta inſit, & ab alienatione ipſa conditio vocationis
alterius pendeat, non aliter effectum habere voca-
tio hæc poteſt, niſi ſi auferri res ab eo poſſit, in quem
facta alienatio ſit, ita vt vēdicari per vocatum queat,
at enim quomodo auferri à poſſeſſore res, vendica-
riq; per vocatū poterit, ſi dominiū eius translatū in
eū ſit, prohibitione tacita in eum caſum allata, quo
dominium rei quæſitum iam alij eſſet, atq; ideo ſu-
per re aliena, facta prohibitio apparet, quod cum ita
ſit, reſolutio alienationis, aut dominij per legem in-
duci ob contradictionem non poteſt.
169 Si quidem ex vno alienationis actu † effectus duo
ſequi contrarij nequeunt, vt dominium ex ea trans-
feratur, dominijque eiuſdem ipſius reſolutio illico
fiat. l. titio cum morietur. ff. de vſufruc. l. eleganter. §.
penul. in fin. & l. cum is. § 1. ibique gloſ. & Doct. ff. de
cond. indeb. l. qui hominem. § fin. & l. qui ſic ff. de ſo-
lutio. l. fin. §. fin. C. de bonis quæ lib. Oldrad. in conſi.
150. in eccleſia num. 5. Bart. in l. ſi vnus. §. pactus nu.
11. ff. de pactis. in l. ſi ſocer. §. fin. ſupra ſolut. matri.
Bart. & Bald. in l. 1. C. quod metus cau. Bald. in l. pa-
cta quæ contra col. 1. in fin. verſ. in cōtrarium, quod
nulla oriatur obligatio, C. de pactis. Ratio multo
alia eſt, cum ab actu ipſo alienationis ꝓhibitio eius
tacita immediate non deſcendit, verum à conditio
ne alia poſtea euentura, à morte grauati puta, aut
caſu quo alio, vt in d.l. fin. §. pen. C. com. de lega. &
legibus alijs ex diuerſo relatis, ibi enim conditionis
euentus ſpectandus, in quo vocatio alterius conſiſtit
& per quem pro eo res habetur, vt ſi in dominio alie
natoris res non fuerit, ſi quidem conditionale id
erat, ſi fideicommiſſi expleta conditio non eſſet, vn-
de non tam per l. dominium reſolui, quam euane-
ſcere conditione eius defecta videtur, neq; in caſu
hoc effectum duplicem repugnantem actus idem
parit, imò enim non pluſquam effectus vnus reſo-
lutionis dominij, conditione fideicommiſſi exiſtē-
te, ſequitur.
170 Secundò ad arg. reſpondetur, quotiens † ſub cō-
ditione fideicommiſſum, aut legatum cui datur, ſub
conditione contraria hæredi id relictum videri. l. ali-
quando infrà de condi. & demonſt. & alia ſupra ad-
ſcripta num. 88. ante fin. ver. quoniam ex conditio-
ne, itaq; fideicommiſſi conditione exiſtente, condi-
tio contraria deficit, ex qua hæredi data res cenſe-
tur, conſequenter in dominio eius non fuiſſe res cre
ditur, l. pecuniam ibi perinde eſt enim, atq; ibi Caſt.
& alij. ff. ſi cert. pet. & alia apud nos in reſpon. pro
genero, num. 392. & nu. 395. quæ locum ratio non
habet, cum ex actu ipſo alienationis prohibitio ta-
cita, & vocatio alterius conſiſtit, hoc enim caſu per
alienationem, in qua conditio vocationis impleri
alterius debet, ius tacita prohibiti non perit, aut de-
ficit, cum niſi poſt alienationē perfectā, & ante defe
ctū ꝓhibiti ius, vocatio alterius facta non inueniat̄,
atq; ideo cum rectè in alium translatum dominiū
ſit, neq; cauſa qua iuſta poſtea accedat, ob quam re
ſolutio induci alienationis debeat, ad irritum ipſam
deduci alienationem non decet, quæ facta rectè ſit.
l. qui furere. ff. de ſtatu homi. l. pater furioſo, ff. de his
qui ſunt ſui, vel alien. iuris, l. ſi qua in princ. ff. de ritu
nuptiar. l. 2. l. qui in poteſtate. §. fin. ſupra de teſta. l. ſi
quis alicui, ibiq; Bar. ſupra de acq. hæred l. ſancimus
C. de adm. tut. c. diſcretionem de eo qui cogno. con-
ſang. vx. ſuæ. c. hi qui, & c. neq; furioſus 32 q 7.
Tertio explicatius reſpondetur, idcirca in legibus
e regione prolatis conditione fideicommiſſi, aut le-
gati cedente, alienationis, & dominij translati ius re-
171 ſolui, quod alienatoris † ius ſilet, & reſoluitur, ea
propter non poteſt, & ius eius non intercidere, qui
cauſam ab alienatore ipſo ducit. l. ſi is. §. 1. ff. quem
ſeruit. amit. l. qui tabernas ff. de contrahen. emptio.
l. ſi ex duobus. §. fin. ibique Barto. ff. de in diem adie-
ctio. l. ſi quis domum. ff. loca. l. lex vectigali, ff. de pig.
l. ſi res. ff quibus modis pignor. vel hypo. ſol. l. ſi domus
§. fin. ſupra eod. l. peto. §. prædium infra titu. 2. l. ſti-
cho

cho infra de vſufr.lega.l.ſi finita,§. ſi de vectigalibus.
ff. de damn.infec.l. ſtatius. §. Cornelio ff. de iure fi-
ſci. l. vxor patrui.C.de legat.l.1.C. ſi pignus pignori
datum ſit.cap.1.§. rurſus,ibique Bald. quibus modis
feu. amit.cap.1.§.quid ergo ſi pretio. §. econtrario,
& §. fin. de inue. de re alien. fac.cap.fin. nè præla.vi-
ces ſuas, & alia non exigua. Ad ſpeciem contro-
uerſam, & ad. d. l. ſtichus ſeruus, ratio hæc domi-
nij, aut iuris reſoluendi non attinet. Quandoqui-
dem ex cauſa qua poſtea accedente, iuris cuius re-
ſolutio in alienatore non contingit. Cauſa omnis
initio ipſo ſub erat, atq; ipſa inepta, vt pote ad eum
caſum vocatione alterius collata, quo ius alij quæſi-
tum perfectè erat.

Conſequens commentationi huic fit, ius idem,
& in legibus econtrario citatis probandum, ſi ratio-
nem eandem, & ipſæ haberent, hoc eſt conditione
eiuſdem rationis in eis intercedente, vt poſt ius alij
acquiſitum prohibitio tacita alienandi verſetur.

Conſequens ſecundo prædictis fit, te non ſatis
diſcuſſa, & leniter plus ſatis ex prohibitione tacita,
de qua in dicta. l. cum pater. §. libertis, apud Gloſſ.
ad prohibitionem tacitam, de qua in d.l. ſtichus ſer-
uus. Bartol. & alios argumentari. Quàm longè
enim inter prohibitiones has tacitas differre, teſta-
tum ante habemus, ſi quidem dominij, & aliena-
tionis reſolutio non ſimiliter in vna, atque alia
contingit.

Concluſioni ante obfirmatæ, nè effectui aliena-
172 tionis prohibitio tacita † noceat ex futuro ſubiun-
ctim facta, refragari, tex. videtur in l.3. §. ſi quis ita
legauerit infra de adim. lega. vbi infirma hoc genus
prohibitio non habetur, immo enim cautioni mu-
tianæ præſtandæ prohibitus adſtringitur. Argu-
mentum hoc Alex. hic dupliciter diluit,nu. 3. verſi.
ſed in contrarium videtur text. prior ſolutio, vim
illam prohibitionis ad alienationem impediendam
non pertinere, quominus dominij translatio ex
alienatione ſequatur. Ad pretium prohibitionis
robur ſpectare, vt pretium ei debeatur, gratia cu-
ius facta prohibitio eſt, pretium planè, & in 9.con-
trouerſa deberi, Barto. hic alijque ſcribunt ſolutio
hæc prior ex Cuman. hic decerpitur,num.4. verſi. in
glo 3. ſolutio altera, inutilem per ſe prohibitionem
tacitam in d. § ſi quis ita legauerit, fieri vigorem
eius in cautione mutiana conſiſtere. Reſponſionib.
his Alex. Iaſ. hic aſſentitur,num. 24.verſic. nec obſt.
tex. in priore lectu.& in altera lectu.num. 35. verſic,
contra tamen iſtam declarationem.

Solutio poſterior textui refragatur in l. titio cen-
tum in 1.reſpon.infra de cond. & demonſtr. vbiq;
infirma prohibitio eſt, per cautionem mutianam
non conualeſcit, neque ob prohibitionem nullam
cautio ipſa præſtatur.

Rurſus ſubobſcurius in ſolutione,vtraq; Alex. &
Iaſ.loquuntur, & quidem in priore dubitatio inhe-
ret, ſimpliciter ne æſtimatio debita, an vero tum
deniq; ſit, ſi cautio præſtita mutiana fuerit, in ſolu-
tionis altera controuerſia etiam cadit, vis ne aliena-
tione per cautionem mutianam impediatur, an
vero non niſi in pretio reſtituendo conſuli per eã
dicatur. Circa priorem ſolutionem, pretium red-
dendum omnino arbitror, vt hic apud Barto. & de
quo mox paulo dicemus, pretium enim deberi
ſimpliciter Barto. ſcribit cautionis mutianæ verbo
non facto, cautionis etiam Cuman. non meminit,
niſi dixeris. hoc ipſo de cautione Cuman. meminiſ-
ſe,quod text. profert in d.§.ſi quis ita legauerit,l. aſſe
toto ſupra de hæred.inſti.ſed enim,& citra cautionis
adminiculum,pretium deberi ex his arbitror, quæ
mox paulo de eo poſt Bar.dicemus.

Labor durior in dubitatione ſecunda ſubeſt, ii

173 vim ne † alienationis impediendæ cautio mutiana
proſit, an vero niſi ad æſtimationẽ reddendam non
iuuet, res hæc in obſcuro apud Alex.& Iaſ. latet, vt
quid cenſendum de ea ſit, non ſatis eis conſtitiſſe ſu-
ſpicer, eo ipſo tamen quod ſolutionibus his duabus
diſcretim vtuntur, id eos innuere non temere dixe-
rim, alienationis effectũ p cautionẽ mutianã ĩpediri.

Aliter porrò interpretantibus, pluris aliquid in
ſolutione vna, atq; altera non inuenietur, id eſt ſi
niſi ad æſtimationẽ mutiana cautio in ſolutione ſe-
cunda non prodeſt. Sed enim vtracunq; ſententia
Alexandro, & Iaſoni fuerit, effectum alienationis
per cautionem mutianam impediri, cum ad volun-
tatis vltimæ, atque legis executionem pertineat, de-
monſtratum in ſuperioribus habemus num.99. ver.
quæſtio tertia, ibiq; aliud Iaſoni videri oſtendimus,
ita ſecum non conſtare haud dubiè cum liquet.

Declaratio ex his, aut limitatio text. decerpitẽ in d.
l.ſtichus ſeruus, ne locum habeat, quotiens perſona
inuenitur, cuius de libertate intereſt, & cui cautio
præſtari mutiana poſſit, ibi enim ea præſtita, momẽ-
ti nullius alienationem fieri, atq; ideo libertatem ſer-
no contingere, idq; & text. is innuit, qui niſi de hære-
de vno non loquitur, à quo ſi alienatio facta ſerui
erit, libertatem teſtator dedit. Quo circa ius aliud
admittendum videtur, ſi cohæredem is habet, qui
ſeruum alienare prohibitus tacitè eſt, per quem cau-
174 tio peti † mutiana poſſit. Cohæredis quippè in-
tereſt, voluntatem teſtatoris expleri, per ea, quæ ſcri-
pta in ſuperioribus ſunt nu.8. verſ. ſed prædictorum
omnium, vbi publicè expedire oſtendimus, volun-
tatem vltimam ad exitum perduci, idq; explicatum
nu. 13. habemus.

Etſi multa ſatis ſcripta ſuper tex. in d.l.ſtichus ſer-
uus videantur, animi tamen de eo adhuc pendeo,
ius enim textui illi aduerſari notiſſimum videtur.
175 abuſiuè,† & impropriè mẽtis ſeruandæ cauſa, ver-
ba accipienda. l.proculus, ff. de vſufruct.l.ſi in vendi-
tione.ff.com. præd. l. & puto.§. 1.ibiq; glo.ff. famil.
her. l. ſcire oportet. §. aliud ſupra de excu. tutor. l.
tractabatur ſupra de milit. teſtam.l.non aliter, & l.
librorum.§. quod tamen caſſius infra titu 2. l. ita ſti-
pulatus in fin. ff. de verbor. oblig. l. quoniam indi-
gnum.C.de teſtam.l.3.ibiq; Iaſ. C. de lib. præteri. c.
conſtitutus, ibiq; glo.in ver. penſionis, & in ver. iux-
ta ratam, de religio. dom. c.intelligentia, & c. in his
de verbor.ſignifi.c.is autem 22.q.2. idq; locum & in
ſpecie ſtricta habere, textu oſtenditur in d.l. & puto
§. 1. qui in ſententia loquitur, quam iuris ſtricti eſſe
non dubitatur. l. paulus. 2. ff. de re iudi.l.1.C. ſi plu-
res vna ſen. idem ex tex. declaratur in d.l. non aliter
& in d.§. quod tamen Caſſius, qui in legato loquũ-
tur, quod ſtrictum, & ipſum regulariter interpretta-
tur, l. apud Iulianum.§.ſcio ſupra eo.l. nummis infra
titu.2.& alia innumera atq; in ſtatuti verbis vt men-
ti eius obtemperetur, oſtendendis, non parum apud
nos in reſpon. pro genero num. 110. ſtatutum pla-
nè ſtrictim accipiendum, quis neſcit. l. 3. §. hæc ver-
ba, ibiq; Bart. ff. de nego geſt.l.1.§ ſi is qui nauem.ff.
de exercitor. & alia apud nos in d. reſpon. pro ge-
nero, nu. 48. ſi in materia odioſa, & ſtricta impro-
priè verba ob mẽtem ſuſtinendam accipimus, quid
in libertate dicendum, nè pereat, propter quam
multa contra ius inſtituta ſtrictum ſunt, l.generaliter.
§. ſi quis ſeruo in fin.ff.de fideicomm. liber. atq; in
176 ſpecie † temporis, vnum pro alio accipi, potiuſ-
quam inanis ſcriptura fiat, ex Bald. Imola, & Caſtr.
declaratur in l. ſi ita ſcripſiſſet infra titu. 2. vbi quod
præſens tempus eſt, ad futurum porrigitur, ne frigi-
da verba marceant. Pro qua ſententia teſtimonia,
& alia Doct. prolata à nobis ſunt in l.2, num. 39. in
6. limitatione ſupra eod. ex diuerſo quod futurum

eſt, ad præſens trahitur, nè contra voluntatem teſta-
toris quid fiat.l.nomen.§.1.infra titu.2.ſi quod præ-
ſens tempus eſt, ad futurum mentis ſeruandæ cau-
ſa, viceq; contraria trahitur, quantò magis quod
futurum ſubiunctiui eſt, ad futurum propagandum
indicatiui erit, cum maior inter futura ſimilitudo,
quam præſenti cum futuro ſit, iuxta illud, faciliorem
177 † ad ea tranſitum permitti, ſimbolum in quibus
ſit.l.ſi vnus.§.pactus, nè peteret, ff.de pactis.l.in rem
act.o.§.item quæcunq; ff. de rei vendic. l.2. §. mutui
datio.ff.ſi cert.pet.l.pediculis in prin.infra de auro, &
arg.legat.l.ſed cum patrono infra de bon. poſ. l. an
inutilis.§.fin.ff. de acceptila. l. cum in adoptionis, §.
ideoq; C. de adoptio. §. 1. inſtit. quibus modis tol-
li. oblig. & loci huius non pauca. Argumentum
hoc contra tex.in d.l.ſtichus ſeruus præmens magis,
atq; illud videtur, quo Iaſ.hic vtitur num.36.verſi.tu
attende in primis, in poſteriore lectu.

Argumenti huius vi impelli Bart. hic non imme-
ritò potuit, vt limitationem ad tex. ſubiecerit in d. l.
178 ſtichus, hoc eſt & ſi maximè † ad alienationis vim
impediendam futurum ſubiunctiui in prohibitione
tacita non valeat. Attamen ne ventoſa, caducavè
teſtatoris voluntas fiat, æſtimationem rei alienatæ
ei præſtandam, gratia cuius prohibitio ipſa facta ta-
cita eſt per text. in l.3.cum gloſ. C. de condi. ob cau.
vbi quamuis ad effectum alienationis interpellan-
dum prohibitio non valeat, quæ facta inter viuos
ſit. Conditionem tamen hoc eſt actionem perſo-
nalem paciſcenti, vel hæredi eius parit, per quam
æſtimationem rei alienatæ actor conſequitur, idem
ex text. demonſtratur in l. nemo, ff. de pactis in l. ſi
ita quis.§.ea lege. ff. de verbor.oblig. in l.fi. C. de re-
bus alie. non alienan. idem Bart hic docet num. 14.
Cuman.circa fin.ver.vltimum dubium eſt in 1. lect.
& in ſecun.lectu.col.ſin.verſi.oppo. ad tertium idem
Bar.in l 1.nu.16.verſic. aut loquimur circa iura rea-
lia infra de condi.& demonſt. Iaſ.in l.quæ de legato.
nu.10.ſupra eo.de quo ſuperius etiam nu.5.verſ.idq;
in ſpecie.num.99.verſ.quæſtio tertia, & num.161.ex
179 eo id etiam † confirmare Barto. poterat, quòd de
prohibitione alienandi dici ſuper re hæredum ſolet,
quamuis effectui alienationis nō reſiſtat, quominus
dominium per alienationem tranſeat, ex fideicom-
miſſo tamen quantum ad æſtimationem ſuſtineri, l.
ſi quis inquilinos §.1. ſupra eo. & alia in ſuperiorib.
adſcripta nu.19.116.109. 120.& n.127.ver.quocirca
ratio alia. Secundū hæc, otioſa teſtatoris prohibi-
tio, nec tacita apparet, quæ fideicommiſſum in pre-
tio inducit, vnde rem ipſam conſequi alienatam vi-
detur, qui pretium eius habet.l.quia qui pretio.ff. de
vſufruc.l.ſi quis pecuniam. §.fin.ſupra ſi quis omiſ-
ſa cau. teſta. ſicut ex diuerſo rem habere non intel-
ligitur, pretium cui eius abeſt. l. ſi ſeruus legatus. §.
ſtichum ſupra eod.glo. in §.ſi res aliena in verſ.non
poſſe inſti.de leg.tex.huc facit in l.ciuitatib.§.fi.ſ̄.eo.

Reſponſio hæc colorem, quantum ad alienatio-
nem rei non animalis habet, pretium cuius ad eum
peruenit, gratia cuius prohibitio facta tacitè eſt, ir-
ria enim pretij nomine dici prohibitio nequit. Cæ-
terum ad tex. in d.l.ſtichus ſeruus, reſponſio hęc nō
competit. In quo effectus omnis libertatis ceſſat, in
qua pretium nō cadit, quid ita igitur libertatis ipſius
ſuſcipiendæ cauſa futurum ibi ſubiunctiui ad futu-
rum indicatiui non applicatur, argumentum hoc ſo-
licitum me non parum, neq; paulíſper habuit, tandē
eam tex. prædicti rationem eſſe in animum induxi,
quod abſolutè aut diſponendo data libertas nō eſt,
verum ex conditione, ſi alienatio facta ſerui eſſet,
itaq; fruſtra in diſpoſitione ſuſtentanda labor capi-
tur, quæ non eſt.l.2.ff.de vſufruc.l.eius qui verſ. quæ
vero.ff.ſi cer.pet.& alia apud nos in l.1.in prin.num.
295. verſi.Rurſus iuſta.ff.de acq.poſſ. ita niſi condi-
tionis interpretatio, ſi eum hæres alienauerit, in d.l.
180 ſtichus ſeruus non contingit, in conditione † pla-
nè argumentum non procedit, impropriè verba eius
accipienda, vt firmitatem actus habeat, imo enim
propriè, & ſtrictim, vt verba ſunt conditio intelligi-
tur Bart.in l.1.§.bonorum infrà ad trebel.& in conſ.
meo.208.nu.2.pro qua ſententia, vt nihil quicquam
Bart.proferat, ius illud vulgatiſſimum videtur, in for
ma ſua ſpecifica conditionem implendam.l.qui he-
redi, & l.męuius in prin. infra de condi. & demonſt.
Bart. & alij in l.gallus. §. & quid ſi tantum nu.3.poſt
med.ſupra de lib.& poſt.ea ratione interpretationē
conditio non recipit, vt impleta dicatur, imò enim
ſi defecta ſit, pro non facta diſpoſitio habetur, vt ſu-
pra adnotatum eſt nume. 170. conſequenter his di-
cendum, quæ ex modo, aut tempore vno inſerta cō
ditio eſt, ad modū tēpusvè trahendā aliud nō fore.

Scrupulus adhuc vnus ſupereſt, namq; libertatem
ſeruus in d.l.ſtichus eò non cōſequitur, quod in tempus
collata conditio eſt, quò effectus impediri alienatio-
nis nequit, ita impoſſibilis ad libertatem accipiendā
181 conditio videtur, at enim † conditionem impoſ-
ſibilem in voluntate vltima eijciendam, declaratū
ſupra eſt nu.90.verſ.ſed enim quia durior. nu. 94. &
ſeq.cir.fi.quam ob rem igitur pro præſenti, & puro
conditione illa abiecta, libertatis legatum non habe-
tur, ſed reſpondetur impoſſibilem conditionem nō
eſſe, quæ in alienatione ponitur, cum in arbitrio hæ-
redis ſit, alienet vel non effectus demum alienatio-
nis impediendæ impoſſibilis, quotiens in id tempo-
ris, legatum conditiovè eius confertur, quo prohi-
bendi, & alienationis impediendæ ius non eſt.

Secundo reſpondetur, locū argumento eſſe, cum
honorato cōditio impoſſibilis adſcribitur, vt reijcia-
tur, non idem ſi hæredi grauato, hoc enim caſu à cō
ditione impoſſibili fideicōmiſſum perimi, legatūvè
ſolet.gl.magna in l.ſeruo manumiſſo.ff.de cond.in-
deb.& in §.fin.in ver.impoſſibilia.inſt.de leg.Oldr. in
conſ.242.tota præſens.nu.8.verſ. ſecundo cir. prin-
cipalem rationem, at enim ad perſonam hæredis
grauati conditio ſpectat in d.l.ſtichus.

Manifeſtum ex his fit, deteriorē in d.l.ſtichus ſerui
cām, quàm liberi hominis eſſe, gratia cuius facta prohibitio
ſit, liber.n.homo æſtimationē rei conſequitur, quàm alie
nari teſtator vetuit, quod ſeruo nō datur, idq; rōne vna
atq; altera, prior, quod precij capiendi ius non habet, l. quod
attinet.ff.de reg.iur.altera, quod æſtimationē libertas nō
recipit.l.libertas.co.tit.cōtra prædicta.i.ea, quæ in ſex
ta tradita oppoſ ſunt tex. Bar.opponit in l.codicillis.
§.inſtit.ſ̄.tit.1.& in l.pater.§.quindecim.ſ̄.tit.2.oppo
ſitionem hanc concinnari, ita oportet. Cōcluſio.n.
in oppoſ.ipſa duplex ſtabilita. Prior, ex prohibitione
expreſſa perſonę cuius reſpectu facta alienationis ef-
fectū oīno impediri futuro indicatiui, vel ſubiūctiui
facta prohibitio ſit, altera ad prohibitionē tacitā ſpe-
ctat, in qua adhibēdā diſtinctionē oſtēdimus, ſed.n.
concluſioni priori obſtare tex. memorati videntur,
in d.enim.§.inſtituto prohibitio expreſſa non mo-
do in venditione, ſed.& hypotheca interuenit, ne
ædes teſtatoris vendere, aut fęnerari creditoribus li-
ceret, hoc eſt ſub fęnore credētib. hypothecæ ſuppo
nere, idq; filiorū, & nepotū gratia apud quos reſide-
re liberas ſemper voluit. At.n. vtilis prohibitio hæc
non inuenitur, quominus ędes ipſas locare, aut pen-
ſiones ex locatione debitas creditorib. delegare prohi-
biti liceat, delegatiò planè effectū haud dubiè hypo-
thecæ obtinet, quid.n.refert, hypothecæ domus ſu-
bijciatur, an penſiones eius creditori aſſignētur, eaſq; cre-
ditor accipiat, in d. etiā, §. quindecim nuda prohibitio
non erat, verum propter Tuſculanorum rempubli-
cam facta, ad quam bona alienata peruenire teſtator
iuſſit,

inſſit, atqui impunitum alienationem ex teſtamen-
to in extraneum factam expreſſum ibi eſt. Apparet
ex his, non modo concluſioni priori, de qua in ſexta
hac oppoſi. ſed textui ipſi noſtro in quo vtilis prohi-
bitio aſſeritur, perſonæ cuius gratia facta, textus præ-
dictos aduerſari, vt oppoſitio ex eis cōponi ſeptima
potuerit.

Reſpondet Bar. prædictis contrarios tex. memo-
ratos nō eſſe, ſi rectè ſpectentur, ſenſus Bar. eſt, ex ver
bis ipſis textuū prædictorum ſolutionē decerpi, ſimi-
liter, vt ſuper tex. d.l. titio centum, ſcriptum hic apud
gl. eſt, in textu ipſo ſolutionē apparere, ꝙ ad tex. atti-
net in d.§. inſtituto. Difficilis ex verbis eius ſolutio, &
quidem duplex, non eſt. Prior, locationem ibi, non
alienationē interuenire, pēſionū verò delegatio incō
ſequētiā locationis deſcendit; vnde locationē ipſam
attēdi principalē oportet, in qua alienatio nō verſat,
182 cū † neq; dominium, neq; poſſeſſio ad conductorē
ambulet, qui & naturaliter, & ciuiliter domino, aut
locatori poſſidet. Nonniſi detentatio apud condu-
ctorem eſt. l. officium. ff. de rei vendica. l. 3. §. fi. cum l.
ſeq. ff. ad exhiben. l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec.
l. 3. § fi. l ſi id ꝙ §. 1. l. interdum. § fi. l. ſi quis ante. l. ꝙ
meo, & l. ſi aliquam ff. de acq. poſſ. l. 1. §. deijcitur, &
§ ꝙ ſeruus. ff. de vi. & vi arm gl. & Doct. in l. ſi colo-
nus. ff. de acq. poſ. & plurima exempli huius, ſolutio
altera ex ipſis tex. verbis deſcendit, ꝙ niſi rei fructus,
aut commoda delegatio, de qua ibi, non contingit,
penſiones enim ex ædibus locatis à conductore debi
tas creditrici ſuæ Flauiæ Dioniſiæ filius prohibitus de
legauit. Non etiam ædes ipſas hypothecæ ſuppoſuit.
183 Ad fructus † planè, aut ipſa rei commoda alienan-
di prohibitio non trahitur, l. commodis. ff. de re iu-
di. l. ſtipendia. C. de execu. rei iudi. Bar. & alij in d. § in
ſtituto, in l. ſi finita. §. ſi de vectigalib. nu. 5. ff. de dam.
infect. Iaſ. hic nu. 59. in 12. limitatione in 2. lectu. &
apud nos in conſi. 197. col. 1.

Tex. item ſolutio in d. §. quindecim ex verbis eius
accipitur. Duplex enim alienatio atq; legitima vtraq;
ibi intercedit. Prior, quæ ad verba, & mentem teſta-
toris congruit, hoc eſt inter colliberos ipſos facta, cū
niſi in extraneos alienationem prohibitam non eſſe
verba illa indicent, ſibiq; eos habere poſſidere volo.
Altera item præcepto teſtatoris contraria alienatio
non eſt, licet in hæredem extraneum facta, idq; ra-
tione illa, ꝙ libertis atq; ideo in perſonas eorum, nō
in bona, aut res facta, quocirca extra perſonas eam
egredi libertorū non oportet, quibus facta eſt per ea,
quæ dicta in ſuperioribus habemus nu. 63. & ſeq.

Sed enim retorcutionē pati ſolutio hæc videtur,
ꝙ à collibertis ipſis emptoribus inſtitutio hęredis fa-
cta extranei eſt. Ipſis planè collibertis adſcripta prohi
bitio inuenitur, atq; ideò contra prohibitionem de-
functi factum à collibertis ipſis videtur, qui prohibi-
ti ad alienationem in extraneum, inſtituendo, acceſ-
ſerunt, ſic ab ipſis eiſdem, qui prohibiti ſunt, facta alie
natio videtur. Reſpondetur, prohibitionem hanc li-
bertis ipſis in ſua cuiuſq; portione factam. Atqui in
portionibus eorum controuerſia non vertitur. Non-
niſi ad portiones emptas diſceptatio pertinet; vt ex
g. ibi in ſenſu ſecundo patet in verſi. conditio.

Conſequens reſponſioni huic fit, locum textui nō
eſſe in d §. quindecim, ſi ſimpliciter, aut in fundo, por
tionum verbo non facto, adſcripta prohibitio ſit, vt
hic apud Iaſ. col. 13. nu. 69. verſi. aduertè etiam in ſe-
cunda lectu. latius apud Ripā nu. 66. idq; & tex. ipſius
verba indicant ibi, & partem ſuam.

Locum ſecundo tex. non habet in d. §. quindecim
vbicumq; ex diſpoſitione ipſa teſtatoris ad hæredē
vnum portio cohæredis ambulat Iaſ. in l. voluntas
nu. 11. C. de fideicom.

Ratio eadem portionis eſt, quæ per ius accreſcen-
di obuenit, & ad eam enim prohibitionem ſpectare,
Bal. Ang. Imol. & alij ſcribunt in l. ſi in teſtamento,
illum tex. ſupra de vulga. Crot. hic nu. 42. verſi. ter-
tia ſit concluſio. Ripa nu 66. in fi. Loazes num. 134.
verſi. quarta ſit concluſio. Idem vltra eos, ex Alexan.
ꝓbat in l. ſi mihi, & tibi in prin. nu. 2. ibiq; Soci. nu. 1.
& ſeq. ſupra eo. Rationem enim eandem, atq; proxi
mus caſus hic habet, ꝙ ex voluntate teſtatoris atq;
ſubſtitutione quadam tacita accreſcendi ius contin-
git l. ſi titio, & meuio. §. Iulianus infrà titu. 1. Iaſ. in l. 1.
in quinto nota. C. de teſta. mili.

Limitationem tamē id recipit, quotiens ſine one-
re accreſcendi ius procedit, vt apud Crot. in d. §. Diui
nu. 42. in fi. Loazem nu. 134. poſt med.

In ſeptima oppoſi. textum perinde, ac textui no-
184 ſtro contrarium Bar. offert † in d. l. codicillis. §. ma
tre, vbi prohibita vxor teſtatoris eſt hæres ex parte
ſcripta fratribus ſuis poſt mortem ſuam quid relin-
quere. Neq; ſi relinqueret, vocati aliqui inueniuntur,
atqui vtilem prohibitionem eſſe, tex. ait, ſi dixeris, fi-
lios ſororis, ſeu nepotes vxoris ex ſorore in verbis
illis inuitatos, habes filios ſororis, quibus relinquas.
Reſpondetur, diſpoſitiua, aut præceptiua verba illa
non videri verum ad conſilium ſpectare, perinde
quaſi conſilio maritus teſtator vxori eſſet, vt ſororis
filijs potius bona relinqueret, ſolutione duplici Bart.
vtitur. Prior, argumenti præſuppoſitum inficiando,
perſonam ibi non interuenire, propter quam facta
prohibitio ſit. Imò enim filij ſororis ad bona ipſa in-
uitati, ſic perſonæ certæ non deſunt, gratia quarum
facta prohibitio eſt, ſic ad diſpoſitionem, aut voca-
tionem prodeſſe verba illa Bar. ſentit, habes filios ſo
roris, quibus relinquas.
185 In ſolutione hac Bar. duo † vidēda. Prius, nudam
prohibitionem à perſona non videri, quotiens ſub-
ſtitutio ꝓhibito facta poſt mortē eius eſt ibi .n. ſicut
ſubſtitutos nepotes vxoris ex verbis illis putat, habes
filios. l. ita cauſa eorum facta prohibitionem ſentit,
ex qua inſpectione Caſtren. ſenſus hic confirmari ad
tex. noſtrum videtur in verſ. ꝙ ſi liberis, de quo apud
eum hic num. 5. & in fi. ſui commentarij, & de quo
non pauca ſupra num. 29. Dici tamen poteſt, ad expo
ſitionem Caſtrē. textum non attinere. in d. §. matre,
vtpotè in quo per mortem vxoris prohibitæ condi-
tio ipſa fideicommiſſi extitit, ita eo caſu nepotes ad-
mittantur, quo expreſſim vocati à teſtatore ſunt, Ca
ſtrenſi planè tex. is ita faueret, ſi alienatio ab vxore
facta inter viuos fuerat, eoq; caſu nepotes admitten
dos, expreſſum in textu eſſet.

Sed etſi maximè ad ſenſum Caſtren. adiuuādum
tex. ille non conferat. A Bar. tamen ſolutione admi-
niculum capit. ſiquidem nepotum vxoris gratia pro-
hibitionem factam ſimpliciter Bar. ait, diſtinctione
non facta, in caſu alienationis cōditio fideicommiſſi
186 extitura, an in morte vxoris prohibitæ ſit. Niſi † di-
cas, prout tex. ipſe loquitur, in fideicommiſſo vide-
licet poſt vxoris obitum dato, ita Bart. ſolutionem
accipiendam, ita vti Bart. ipſius traditio habet in l.
non ſolum. § ſi liberationis verba nu 7. infrà de libe-
ra. lega. & in l. cum quidam circa med. verſi. ſolutio
intelligo. infra de his, quibus vt indig. Roma. in cōſi.
211. nu. 5. quo loci, & illud attinet, ad naturam relati
referens perſtringendum. l. ſi prior maritus ſupra ſo-
lu. matr. & exempli huius plurima.

Dixerit hic aliquis, hoc ipſo ergo, quod poſt mor
tem ſuam inſtituendo, aut relinquendo alienare quiſ
187 piam prohibetur, inter † viuos alienare permitte-
tur, quatenus fideicommiſſum obſeruatur in d. §. ma
tre, quod datum niſi poſt mortem non eſt conditio
cuius in morte euenit, perinde quaſi ius ſtatui aliud
oporteat, ſi in vita facta alienatio ſit. Pro qua ſenten-
tia videntur, quæ ſcripta apud nos ſunt in rubrica.

ſupra eo.nu.30.& ſeq. Sed enim,& ad alienationẽ inter viuos trahendam prohibitionem puto,de qua in d.§.matre. idq; non ratione illa, quòd ad actũ viuentiũ prohibitio trahatur,quæ ad voluntatem vltimã ſpectat,verum ob ipſam prohibendi rationem,quę expreſſa à teſtatore eſt, quòd filius eius occiſus à fratre vxoris eſt,qui & deteriora fecit,ratio quippe hæc generalis eſt,æquè ad alienationẽ inter viuos atq; morientes mouens, ob id per rationem ipſam generalẽ prohibitionẽ extendi ipſam oportet,quæ niſi in alienatione facta ex voluntate vltima non eſt Bar. in l. pater filium.§. fundum infrà tit. 2. & alia, de quibus ſupra nu.65.76.

188 Secundo facilius † per vltimam volũtatem, quàm inter viuos permitti alienatio ſolet gl. in l. quidam ita §.fi.in verſi.fauore, ibi vel ibi inter viuos.ff. ad trebel. Bar.& Alex.in l.à filia in prin.eo. tit.Iaſ. in conſ. 173. col.2.in fi.lib.2.in conſ.230 lib. 4. itaq; ſi alienatio per vo ũtatẽ vltimã fauorabilior,& facilior prohibetur, longè magis prohibita dici inter viuos debebit, perpetuũ tũ hoc argumẽtandi genus ea his nõ arbitror, quę in d.prodita rubr. ſunt ſupra eo.nu.30. & ſeq.

Conſequens inſpectioni huic fit,& ad alienationẽ inter viuos fideicõmiſſum pertinere, de quo in d. §. matre, atq; ideo contemplatione nepotum vxoris poſt obitum eius ſubſtitutorum prohibitionẽ ipſam factam videri,cæterũ quia ex ratione ipſa prohibendi generali extenſio hæc procedit,ad ſenſum Caſtrẽ. iuuandum tex. illum non prodeſſe.

Solutioni huic priori, quòd nepotũ vxoris gratia pro

189 hibitio facta in d.§. matre dicatur, obſtare † argũ videtur,de quo memoria habita ante eſt, quippe quòd ad conſilium, non præceptũ, aut diſpoſitionẽ verba illa pertinẽt,habes filios ſororum, quibus relinquas, quæ cum dubitationem Bartolo veriſimiliter facerent,& augustalem gl.ſubaudiẽtorẽ in verſ.relinquas videret,vt præcipio verbo vſus teſtator ſit,ad ſolutionem alteram adit.Sed enim argumentum hoc apud Caſtren.ibi diluitur,locum ei eſſe, vbicunq; prohibitio qua non antecertit,conſilij tum enim, non præcepti ea videri, cæterũ vbi prohibitioni ſubijciuntur, eius confirmandæ cauſa adſcripta videri,vt perſonæ demonſtrentur,ad quæ bona ipſa alienari prohibita peruenirent, ego vero, & ſine prohibitione ad fideicommiſſum valere ve ba hæc crederem per ea, quæ ſcripta ſuperius ſũt nu.31. & ſeq.ex verbis quibus vis, vel enunciatiuis fideicommiſſum induci,dum ex his

Neq; tex.monet in l.cum pater.§. mando eo. titu. quem contra,gl.offert in d.§ matre,quoniam perſonæ cuius expreſſio facta ibi non eſt,propter quã adſcriptum intelligi fideicommiſſum poſſit,atq; ex tex. ſenſus hic confirmatur,qui à nobis prolati numeris memoratis ſunt 31.& ſeq.

190 De ſolutione altera † Bar.videndum,quæ fratrum vxoris prohibitæ odio nititur,ab eo prohibitionem veſtiri,quæ nuda alioquin videbatur, de quo odij veſtimento tex.etiam meminit in l.generaliter.§.ſi petitũ ff de fideic.liber.& alia.ſ.collecta nu.84.& n.147.

Sed.n. & ſolutioni huic obſtare argumentum videtur, quo impulſum Bar. ad ſolutionẽ hanc adiiſſe ante oſtendimus,idest,quòd perſona non intercedit, ad quam bona ipſa perueniant, alienatione interdictũ quorũ eſt, ſi niſi ad conſiliũ verba illa non pertinere aſſerimus,habes filios ſororũ,quibus relinquas,ad argumentũ hoc reſpondet Bar. perſonã hic nõ deeſſe, quæ ad bona prohibita veniat, nimirũ defuncti hæredẽ,ad quẽ volũtas relata in dubio vſ.l.cũ ita legatũ.ff. de condi.& demon vbi cũ niſi aliqui à nuptijs legataria nõ excluduntur, alij admiſſi oẽs videntur,eadem ratione cũ niſi vxoris fratres ab hæreditate eius non ſubmouentur,vocati alij exiſtimantur, obſcuritas in Bar. verbis,& ſolutione eius ſecunda vertitur, cũ ad hæredem defuncti bona peruenire ait, quorũ alienatio prohibita odio fratrum vxoris eſt,namq; cum de hærede defuncti loquitur,neceſſario de hærede ipſius teſtatoris,non vxoris prohibitæ loquitur,& quia hęredes vxoris legitimi ſub per teſtatorẽ ſubmoti expreſſim ſunt. Ad quam maſculinũ illud defuncti nõ quadrat, ſed .n. ad hæredem teſtatoris hoc eſt matrem eius, vxoris cohæredem bona non pertineret, verum ad vxoris nepotes ex ſorore, verba ipſa text. indicant, nepotes planè neq; teſtatori ipſi, neq; matertere eorum, teſtatoris vxori hæredes exiſtunt, verum ex fideicommiſſo inuitantur per teſtatorẽ adſcripto,idq; nominatim Iaſ. hic expendit nu.28. ver. ſucceſſiue inquantũ Bar. in 1.lect.qui Bar. propterea increpat, à quo teſtatoris hæredes nepotes aſſerũtur.

191 Sed enim increpatione † dignus Iaſ.ipſæ fuerat,la pſus quippe manifeſto eſt, cũ teſtatoris hæredis ſubſtitutos nepotes inficiatur, imò .n. teſtatori ipſi ea fideicommiſſo ſuccedũtur,l.quòd ſi filius.§.ſi. quòd cum eo.l. cohæredi.§. cũ filiæ .ff. de vulga.l. precibus in fi. atq; ibi Salic. nu.5. verſi. item nota quòd per fideicommiſſariam.C.de impub.itaq; cum fideicommiſſum Iaſ. in verbis illis,habes filios ſororis.l.Iaſ.agnoſcat,quẽ admodũ teſtatori ex eo non ſuccedi ſcripſerit, videre ſatis nequeo.

Sed vltra Iaſ.aliud,& ſecundo in ſolutione hac altera Bar.attendendum,ad eam enim,vti diximus,eo ſe contulit,quòd fiducię priori putum, eaq; ratione haberet, quòd deſignata perſona non eſſet, quæ in caſum prohibitionis ruptæ ad bona perueniret, at enim, & in ſolutione ſecũda ratio hęc obſtat, quòd etſi maximè fratrũ vxoris odio facta prohibitio appareat, ad bona nepotes vxoris ipſius inuitati non videntur cũ niſi ad conſiliũ verba illa non reſpiciant,habes filios ſororis,quibus relinquas, itaq;, aut ſatis verba hæc ad vocationem eſſe,aut non dicimus,ſiquidem ad vocationẽ proſunt,cur non ęquè in priore ſolutione atq; altera admiſſam id à Bar.eſt, ſinautem ad fideicõmiſſum verba valere ea non dicimus, quid ita vim hanc habitura minus in ſolutione ſecunda erunt.

Reſponderi ad argu. hoc poteſt, vbi odij ratio ad prohibitionem nudam veſtiendam non habetur,ſimiliter,vt in ſolutione priore,nõ niſi perſonæ interuentu,propter quam fit, prohibitionem ipſam roborari,vnde certam vocationem eſſe perſonæ oportet, certam porrò ex ſolis conſilij verbis non videri. Ratio alia ſolutionis ſecundæ eſt,in qua ad prohibitionẽ nudam operiendam odium valet, hoc enim caſu cum vtilis prohibitio ſit,perſonam ſubaudire oportet, ad quam bona ipſa prohibita veniant, perſona porro ex cogitari non alia poterit, niſi teſtatoris defuncti hæres, ea propter non poterit fideicõmiſſum ex verbis illis non induci, habes filios ſororum, quibus relinquas,ex quo fideicommiſſo hæredes eos vij les exiſtere teſtatori diximus. Conſequens ſolutioni huic ſecũdę Bar.fit,vt expreſſione etiam nepotũ vxoris in prohibitione nõ facta, effectũ ea nihilominus habeat,hoc ideo,quia tacitè ob odium fratrũ vxoris perſona ſubauditur, quę inuitata ad bona cenſeatur, defũcti .ſ. hæres,hoc eſt mater eius cohęres adſcripta.

Conſequens ſecundo ſolutioni huic poſteriori, à ſenſuq; eius contrario fit, vt odij cauſa remota, vnde prohibitionem veſtiri nudam diximus,vires ea ab filiorum ſororis expreſſione non capiat, vtpote qui ex verbis tunc vocati conſilij non ſint, id enim in ſolutione hac ſecunda,& à ſenſu eius contrario nõ obſcure Bar. innuit aliter porrò nihil aliud ſolutio hęc poſterior atq; prior haberet.

Sed enim cum Barto, mihi in conſequentia hac per ea non conuenit, quæ ſcripta ante ſunt, hoc eſt perſonas hic filiorũ ſororis interuenire, propter quos interpoſita dici prohibitio poſſit,& ad vocationem,

nem ea, prohibitione interueniente, haud dubiè ex
Caſtrē. ibi prodeſſe. Sed & ius idem prohibitione e-
tiam quieſcente, ſtatuendum, teſtatum ante eſt.
Si dixeris, conſequentiam hanc ſecundam Bar. ex
tex. ipſo duci in d. §. matre, qui odij cauſam fruſtra
aliàs cōmemoraret, ſi ad prohibitionem neceſſaria
confirmandam non foret, contra. l. ſi quādo in prin.
192 ſupra eo. Reſpondetur, neceſſarium † odij cauſam
ad ſucceſſionem inteſtati, de qua ibi, excludendam
eſſe. Ad quam odio amoto, prohibitio ſimplex alie-
nandi quāuis efficax, & firma non traheretur. l. cum
pater §. cū inter d. l. peto. §. fratre, & vtrubiq; Bar. ĩ. ut.
2. Bar. in l. ſi ita quis §. ea lege nu. 7. ff. de verb. obl. de
quo ante etiā nu. 149. ſic ad alienationem neceſſariā
quæ per. l. ſucceſſionem inteſtati fit, prohibendā odij
opus cauſa videtur, propter ꝙ in perſonas ipſas odio
ſas alienatio prohibetur, cęterū vbi non in perſonas
certas infeſtas, at ſimpliciter alienatio vetatur, odij
etiam expreſſione omiſſa, quin ad prohibitionem
ipſam confirmandam verba illa proſint, habes filios
ſororum, quibus relinquas, non dubitatur.
In tranſituq; hic videndū, ad ſententiā d. §. cū inter
tex. quadrare in d. §. matre à ſenſu contrario colli-
gendo, vt ſiquidem ſimpliciter prohibitio alienandi
facta, non in fratres ſolūmodo vxoris, atq; in perſo-
nas certas odioq; earum fuerat, ſucceſſioni locum le
gitimæ videri, ꝗ ob cām aliā tex. nō abijcit; niſi ꝙ in
fratres ipſos expreſſim prohibita alienatio erat.
Obſeruandum ſecundo in tex. memorato, in vo-
luntatē cū teſtatoris cōmittere, & contra eā venire
intelligi, qui curæ nō habet, vt ad effectū ea perduca-
tur, ſeu ne cōtra eā quid fiat, vbicūq; in perſonas cer
tas alienatio prohibetur, idq; in d. §. matre nomina-
tim Caſtren. perſpicit nu. 2. idē ex gl. & Doc. proba-
tur in l. ſi ita quis §. ea lege in y. et. intereſt. ff. de verb.
obl. Bar. in d. l. peto. § fratrē nu. 2, verſ. aut prohibitio
eſt facta limitatiuo reſpectu perſonæ. ĩ. tit. 1. Ang. in
conſ. 7. nu. 5. Roma. in conſ. 457. nu. 2. in fi. Caſtrē. in
conſi. 60. viſis ſtatutis col. 1. lib. 2. Curt. ſen. in cōſi. 45.
nu. 21. verſi. tertius caſus Soci. in conſi. 26. nu. 1. lib. 3.
Ruin. in conſi. 143. nu. 14. in fi. lib. 3. Pariſ. in conſi. 22.
nu. 56. lib. 3. Alba in conſ. 7. nu. 12. quia oppoſitioni-
bus his ſeptem enarratis, ad gl. in ver. nam ſi hæredis
exponendam Bar. deſcendit, gl. ipſam recenſendam
193 † & ſignificantius explicandā cenſui, & primo à di-
uiſione eius initiū capiendū, in qua monendi ſumus,
ſicut expoſitione triplici ſecundū Doc. tex. interpræ-
tatur, ita partes eius tres à Doc. fieri, ego vero ſenſus
pellucidioris cauſa, in partes ſeptē diſtinguendā eam
puto, in prima expoſitionē vnam affert, in ſecunda
expoſitionē ipſam reſtringit, vel quaſi non generalē
improbat, in tertia expoſitionē ſecūdam ſubijcit, in
quarta expoſitionē ipſam ſecundā, opinione quadā
aliquorū admiſſa, carpit, in quinta argū diluit, quo
expoſitio ipſa ſecunda confutabatur, in ſexta expoſi
tionem tertiā ſubiungit, in ſeptima expoſitione quar
ta vtitur. Secunda ibi, ſed hoc fieri. Tertia ibi, vel ecō
tra. Quarta ibi, ſed nec hoc placet. Quinta ibi certæ
imò. Sexta ibi tu dic Septima, & vlti. ibi, vel ſubaudi.
Quoniā, vti dictū eſt, expoſitione multiplici text.
hunc gl. explanat, cauſa tā varię interpręrandi inda-
gāda Opizon. hic nu. 46 poſt med. quęſtio. ſeu oppo-
ſitionis tacitę nomine expoſitiones has poſitas à gl.
ait, perinde quaſi dubitari quæriuè poſſet, quo nā pa
cto verba ipſa accipienda tex. forent. Sed .n. Opizo-
nij erat, cām ita dubitandi quęrēdiuè exprimere, hoc
eſt vnde dubitatio naſci, aut quęſtio ipſa poſſet, quor
ſum enim dubitare, aut quęſtionē proponere, niſi ſi-
ſta dubitandi, aut quęrendi cā interueniat vulg. l. ꝙ la
beo. ĩ. de carbo. ędic. l. cōtinuus. §. cū ita ff. de ver. obl.
Dubitandi planè, atq; variè exponendi ratio in ge-
nitiuis illis hæredis, & teſtatoris exiſtit, ad vtrū ſubſtā
tiuū referuntur, ſeu ab vtro ſubſtantiuo reguntur, cre
ditores an bona, verba enim tex. hæc ſunt, nā ſi hære
dis ꝑpter creditores teſtatoris bona venierint, prior
enim genitiuus hæredis ad ſubſtantiuū referri vtrūq;
poteſt creditores, & bona, creditores, vt propter cre-
ditores hæredis bona venierint alienati prohibita, eq;
ad vocem referri bona pōt, vt bona hęredis propter
creditores teſtatoris venierint, qua ratione porro va
rię regi genitiuus hęredis pōt, ita & in genitiuo teſta-
toris oportet, quippè ſi ad ſubſtantiuū creditores hæ-
redis genitiuus applicatur, non pōt genitiuus teſtato
ris ad bona nō referri, cū teſtatoris bona propter hæ
redis creditores veneunt, ecōtrario ſi teſtatoris geni-
tiuū ad creditores vocabulum accommodamus, hę
redis genitiuus ad bona neceſſario refert, vt propter
teſtatoris creditores bona hęredis veneant.
In controuerſia hac expoſitionē primam, quę ple
riſq; placuit, gl. ponit, vt genitiuus hæredis ad ſubſtā-
tiuum creditores adaptetur, hoc eſt ſi propter credi-
tores hęredis bona teſtatoris diſtrahantur, expoſitio
nē hanc primā gl. non agnoſcit, hoc ideo, quia gene-
raliter tex. loquitur, propter creditores bona diſtrahi.
At .n. generaliter tex. intelligi in prima hac expoſitio
ne non poteſt, vt ob creditores hęredis bona, ſemper
193 teſtatoris venundentur, imò locum venditio † hæc
non habet, quotiens ſeparationem bonorū credito-
res defuncti poſtulant, ita vt in bonis teſtatoris credi-
toribus hęredis ante ſtent. l. 1. in prin. ff. de ſeparatio,
ꝙ ſeparationis ius creditoribus hęredis tribui nō ęq;
ſolet d. l. 1. §. 2. vbi ratio diuerſitatis huius inter defun-
cti, & hæredis creditores expreſſa inuenitur, vt hic apud
Opizonium nu. 46. poſt med.
Conſequens argumento huic gl. fit, locū expoſitio
ni huic primę eſſe ſeparatione bonorū omiſſa, aut ea
non petita, vt ob creditores hęredis bona teſtatoris
veniāt, quorū interdicta alienatio eſt. Sed .n. contra-
195 rius illationi, † aut conſequentiæ huic tex. apparet in
l. peto. § prędium. ĩ. tit. 1. vbi diſtinctio adhibetur, de
quo tex. gl. ſequens meminit, eandēq; ipſum tex. ad-
uerſus conſequentiam, aut illationē hanc gl. Cuma.
hic obiicit circa fi. 2. lect. effectū .n. perpetuū diſtractio
hęc bonorū teſtatoris ob creditores hęredis ſecūdū
expoſitionē hanc primam ſeparatione non impetra
ta, obtineret, quā niſi in vita prohibiti nō manere, in
d. § prædium liquet, de quo plura infra nu. 208.
Secundò vltra gloſſam, ſenſum admitti hunc non
oportet, vtpotè per quē tranſitio, aut tranſportatio
verborum fit, creditores .n. vox dictione pp tranſilit,
& extra eam ad genitiuum hæredis euehitur, idem in
propter dictione fit, vt hęredis genitiuū tranſcendat,
cui ipſi anteponi debet. In qua verborū, aut vocem
tranſitione, aut tranſactione, ſermonis incōcinnitas
apparet, contra quā lingue nitor Iuriſconſultorū fe-
rat, quid .n. cōpoſitū minus, atq; ita verba ordinares
nam ſi hęredis propter creditores, an non facilior, &
mollior oratio, nā ſi propter creditores hęredis, ſi de
hęredis creditoribus Iuriſconſultus ſenſerat, quocir-
ca ad vocē, ſeu genitiuum teſtatoris creditores appli
cari vocabulū oportet, hęredis vero genitiuū à ſub-
ſtantiuo regi bona cōuenit, quo caſu dari, aut abſoni
quicquā ſcriptura non habet, vt ſi hæredis bona ob
teſtatoris creditores venierint. Atq; in ſpecie de tran-
ſportatione hac Cuma hic meminit ante fi. 2. lectu.
Ex propter ad expoſitionē alterā gl. deſcēdit, in qua
locationis aperitas incultuſuè ſilet, vt de creditorib.
teſtatoris, & bonis hęredis tex loquatur, cū pp credi
tores bona hęredis veneūt, neq; mutat, iure hoc dige
ſtorū pp alienum teſtatoris, aut defuncti ęs, hæredis
bona non venundari, neq; pręter vires hęreditatis
iure illo hęredem aſtringi. Iure demum nouo ſuprà
facultates hæreditatis hæredem teneri, ſi factum ab
eo inuentarium non ſit. §. ſi vero in auth. de hære-

di. & falci. quo argumento impulſos alios ab expo-
ſitione hac diſcedere glo. memorat, quoniam argu-
mentum hoc glo. non admittit, verum expreſſim
196 id inficiatur, econtrario† q; ponit, inſolidum ſtorũ.
iure creditoribus defuncti hæredem obligari per tex.
in l. fi. §. 1. C. de iure delib. vbi iure. C. immutatũ id
eſt inuentario ab hærede confecto, atqui neceſſaria
inuentarij inſtitutio, quantũ ad creditores nõ fuerat,
ſi niſi bonorũ hæreditariorũ tenus, obſtrictus hæres
non erat. Pro qua ſententia tex. expreſſior datur in l.
quæ dotis. ſ. ſolu. ma. de quo Bar. hic meminit nu. 8.
Caſtr. nu. 11. poſt prin. cõſequenter his dicendũ, ꝙ ad
arg. hoc attinet, ſecundã ab eo expoſitionẽ nõ lædi.
Sed enim argumento alio expoſitio percuti ſecũ-
da hæc poteſt, ꝙ menti, & verbis aduerſari tex. vide-
tur, vt de creditoribus teſtatoris, & hæredis bonis lo-
quatur, ſiquidem niſi de bonis prohibitis alienari tex.
non loquitur, atq; ideo quæ teſtatoris, non hæredis
eſſent, ne prohibitio ſuper eis vtiliter ex cauſa, aut per
ſonæ cuius certæ contemplatione facta, fiſci iuri, aut
creditorũ noceat, ita in bonis teſtatoris, quæ prohibi-
ta alienari ſunt, non hæredis tex. ſentit, at enim ad bo
na hæredis expoſitio hæc ſecunda pertinet.
Secundo expoſitionem hanc ſecundam ratione
alia Bar. hic oppugnat, quoniam ſi in hæredis bonis
tex. intelligimus, vt propter alienum teſtatoris æs di-
ſtractio eorum, fiat, cum de bonis tex. loquatur, quæ
prohibita alienari ſunt, atq; in eis tex. totius ſumma
conſiſtat, non poſſumus ſuper teſtatoris bonis pro-
hibitionem adſcriptam non admittere, ne de bonis
ineptè tex. loquatur, prohibitio in quibus alienandi
197 non cadit. Ad bona † porro hæredis prohibitionẽ
de qua in tex. noſtro non adaptari, inde oſtenditur,
ꝙ prohibitione eiuſmodi admiſſa, in bonis hæredis
facta, non modo creditoribus teſtatoris, & fiſco ex
delicto, aut aliter etiam creditori prohibitio non no
ceret, ſed nec emptori etiam, vel in quem alienatio
facta titulo quo alio ſit, quatenus effectum alienatio-
nis, ſeu dominij tranſlationem impedire prohibitio
non ſolet, quæ in bonis facta hæredis eſt. l. ſi quis in-
quilinos. §. 1. & l. ſi hæredis ſeruus ſupra eo. l. hæres
proprium. ff. qui, & à quibus, nonniſi in æſtimatione
ex fideicommiſſo vires prohibitio habet, vt hic apud
Cuma. col. pen. circa prin. verſi. ſed circa hoc aduer-
te in 1. lectu. & in ſecunda in fi. Iaſ. nu. 29. in 1. lectu.
& in poſteriore lectu. nu. 63. Opizon. num 48. Loaz.
nu. 122. in fi. de quo ſuperius etiam nu. 19. 116. 120.
127. verſi. quocirca ratio alia, & nu. 179. effectum ta
men prohibitioni huic perſonæ cuius reſpectu factæ
contra emptorem aliumuè eſſe, in quem facta alie-
natio ſit, apertiſſimè tex. indicat, cum ſeruandam eſſe
198 prohibitionem ait. Rurſus † cum niſi fiſci, & credi-
torum cauſam à prohibitionis robore non excipiat,
contra alios vim eius confirmat. l. 1. §. ꝙ autem. ff. de
aleator. l. in fideicommiſſi. §. cũ pollicitus. ff. de vſur.
l. quæſitum. §. idem reſpondit infrà de fundo inſtr. l.
1. ĵ. de reg. Catonia. l. pluribus. §. & ſi placeat. ff. de ver
bo. obli. l. 3. §. Diuus. ff. de ſepul. viola. & hoc genus
innumera, effectu igitur prohibitionis contra empto
rem recepto, non poteſt in bonis ea teſtatoris non
intelligi, contra ac expoſitio hæc ſecunda habet.
Intelligi ex his poteſt, ad hæredis bona, quæ in do-
minio eius erant, cum teſtamentum ordinaretur, aut
prohibitio fieret, nec verba, nec mentem tex. accom
modari: vnde ad expoſitionem tertiam glo. adit, quæ
recipi à Doct. ſolet. In qua neq; abſoni, neq; duri, aut
tranſlati quicquam ſermonis contingit, hoc eſt, vt ad
genuinum teſtatoris vox vtraq; creditores, & bona
quantum ad effectum referatur, vt propter alienum
teſtatoris æs bonorum eius denegari diſtractio non
ſoleat, quamuis alienatio prohibita eorum ſit. Si di-
xeris, expoſitioni huic textum refragari, qui de hære-
dis bonis diſtrahendis, non teſtatoris loquitur. Reſpõ
199 detur, hæredẽ nim † deniq; dici, cũ adita hæreditas
eſt. l. 3. §. ſi quis ita, ibiq; Bal. Imola, & Caſtrẽ. ſ. de hæ
redi. in ſti. l. ſi in diẽ in prin. ĵ. de condi. & dem. l. 3. §. ſi
quis hæred. ff. de ſtatulib. l. 1. §. ꝙ ait prætor. 2. ff. quo
rũ lega. & alia non pauca, hæreditate planè adita, do-
minio hæredis, quæ teſtatoris erant, bona accedũt, &
cũ bonis hæredis vniuntur. l. ſed ſi plures. §. filio. ſ. de
de vulga. §. 1. in fi. inſti. quibus ex cau. manu. non li. §.
1. inſti. de hæredum quali. & differ. gl. & Doct. in l. 1. §.
veteres. ff. de acq. poſ. cęterũ etſi maximè hæredis bo
na poſt aditionem dicuntur, teſtatoris tñ in vita eius
erant; vnde niſi de bonis hęredis tex. non intelligitur,
quę in dominio eius effecta per aditionẽ ſunt, non &
ad bona refertur, quæ hæredis ipſius, & ante aditionẽ
erãt, in quibus Bar. argũ mouet videlicet, nec ẽ em
ptorẽ ipſũ effectũ in ꝓhibitione eſſe. Quominus do-
miniũ tranſeat. Intelligi ex his poteſt, tẽpus duplex
in ſpecie hac controuerſa ſpectandũ, ante aditionẽ,
& poſt, ſiquidem tempus attendimus, ꝙ aditionem
anteuertit, locũ textui noſtro non eſſe, vt vim prohi-
bitio in bonis hęredis habeat, quæ in dominio hære
dis ante aditionem erãt, idq; ratione vna atq; altera.
Prior, ꝙ in eis facta prohibitio nõ eſt, altera, ꝙ vbi ſu
per eis facta prohibitio eſſet, vim ſuam tñ nõ obtine
ret, neq; dominij tranſlationẽ impediret, ſin autẽ tẽ-
pus attẽdimus, ꝙ aditionẽ ſequitur, tũ vero propriè,
& rectè in tex. noſtro expreſſũ; bona hæredis ob alie
num teſtatoris æs diſtrahi, hoc eſt quæ hæredis facta
per aditionem ſunt.
Si dixeris, de bonis hæredis generaliter, tẽporũ di-
ſtinctione nõ facta, ante, vel poſt aditionẽ, tex. noſtrũ
loqui. Reſpõdetur, generalitatẽ hãc ad tẽpus hoc po
ſterius, ſcil. poſt aditionẽ reſtringendã, quũ de bonis
tex. meminit, ſup quib. prohibitio interpoſita alienã
di eſt, & effectũ in quibus præter creditores teſtato-
ris, prohibitio habet in bonis planè hæredis, nec ꝓ-
hibitio adſcripta, nec effectum habere in eis põt, quo
minus dñium alienãdo abeat, quẽ eff. dñij tñ, æris alie
ni cauſa excepta, tex. noſter admittit, & docet.
Secundo reſpõdetur, verba hæc hæredis bona ex-
ceptionis, aut limitationis vice ſuper eo poſita, ꝙ di-
ctum mox eſt, robur prohibitioni eſſe, neq; nudam
eã videri, quæ liberorũ, aut perſonæ cuius alterius ta-
cita cauſa ſit, limitationi. n. ſubiecta, ne ad perniciem cre
ditorum, aut fiſci robur hoc trahatur, quã limitatio-
nem exemplo Iuriſconſultus declarat, cum hæredis
bona ob teſtatoris creditores veneunt, ea propter ad
naturam, & terminos regulæ, ipſam reſtringi limita-
tionẽ oportet, vt ad caſum regulæ pertineat, ſic quo-
modo monſtratum ante eſt nu. 153. itaq; cum de bo-
nis teſtatoris regula loquatur, in quibus facta prohibi
tio eſt, infirmã eã non eſſe, vbicunq; perſona appa-
ret, reſpectu cuius facta ſit, ita ad caſũ ipſũ regulę ap-
plicari exceptionẽ oportet, ne locum regula habeat,
quotiẽs creditorũ teſtatoris ipſius, rogatu bona eius
venundãtur, ita hęredis bona pp aditionẽ, neceſſario
tex. accipi nõ de his, quę hęredis ipſius ante aditionẽ
eſſent. & quib. ꝓhibitio adſcripta vlla nõ eſt, neq; ro-
bur adſcribi eius potuit, vt dñij tranſlationi obſtet.
200 Tertio reſpondetur, reſpectu † bonorũ teſtatoris,
quorũ interdicta alienatio eſt, verba hęc exẽpli q; lo-
co ſubiecta; nã ſi hrdis. 1. ob id ad bona ipſa reſtringi
teſtatoris oportet, quorũ expreſſa reſpectu ſint. l. ſi gñ.
domũ §. quid tñ. ff. loca. l. profectitia. §. pen. ff. de iure
dot. l. debitor. § fi. ĵ. ad trebel. & alia apud nos in ru-
bri. ſ. eo. nu. 153. in poſterioribus cõmentarijs, & in
reſpon. pro genero nu. 189. 356. & nu. 465. ꝙ cũ ita
ſit, de bonis hęredis intelligi tex. oportet, quorum do
minus factus per aditionem eſt, & quorum reſpectu
verſi: ſubiectus memoratus apparet, nam ſi hęredis.
ſ. Rurſus de bonis hęredis tanquã hęredis nõ tanquã

tuti,

ditij, aut non hæredis, atq; ideo reſpectu qualitatis hu-
ius hæredis tex. loquitur conſequenter de bonis intel
ligi textum oportet, quæ tanquam hæres, & poſt, adi
tionem habet non quæ tanquam alius ante haberet.

Expoſitionem quartam verſi. huius nam ſi hæredis
ſubaudiendo glo. adicijt. per quam verbum, aut geni-
tiuus hæredis ad vocem bona non refertur, vt de bo-
nis hæredis tex. loquatur. verum ad ablatiuum nomi-
ne genitiuus is hæredis applicetur. ſi hæredis nomine
propter creditores teſtatoris bona venierint. hæredis
quippe nomine bona venundātur, etiam cum hære-
de inuito per iudicem creditorum rogatu diſtractio
fit iuxta titu. ff. & C. de bonis autori. iudi. poſſi. id quia
201 quod à iudice † contra hæredem fit, tale habetur,
quale ſi ab ipſo factum hærede ſit. patriq; acepto fer
ri iudicis voluntas ſolet l. eleganter in prin. ff. de pi-
gno. actio d. l. profectitia §. 2. ff. iure dot. l. 1. C. ſi in cau.
iudi. l. ſi ob cauſam C. de euictio. c. quod ad conſul-
tationem de re iudi. Bar. in l. 1. in prin. nu. 23. ibiq;
apud nos num. 182. 198. & nu. 356. ff. de acq. poſ.

De expoſitione hac verbum à Doc. non fieri, mi-
202 randum. vnde hac † ipſo ab eis eam agnoſci dicen-
dum, quod improbata nō legitur glo 1. in l. inter omnes
ff. qui ſat. cog. Imola in c. 2. col. 2. verſi. aduerte tamē.
de conſtitutio. Corn. in conſi. 36. poſt prin. lib. 2. & in
conſi. 207. col. pen. circa med. lib. 3. Crot. ſen. in cōſi.
58. nu. 5. verſi. & eſt aduertendum, quod nemo. Deci. in c.
cum acceſſiſſent nu. 5. verſi. ſed tex. de conſti. Crot. in
rubri. ff. de verb. obli. num. 21. Capic. deciſ. 92. col. 3.
in fi.

Mihi plane expoſitio perſuaderi hæc nequit. prin-
203 cipio quod ſubauditionem † habet, quæ in ſcriptura
admitti interpretanda non ſolet l. ſed, & ſi pupillus.
§. proſcribere ff. de inſtitor. l. 1. §. 1. ſupra de his, quæ
in teſta. delen. & alia apud nos collecta in rubri. ſuprà
co. nu. 151. in monumentis poſterioribus.

Secundò genitiuus duplex, nomenq; duplex. etiam
ſubſtantiuum hic intercedit, & ſuo cuiq; ſubſtantiuo
ſeruire genitiuus poteſt. genitiuum hæredis ad vocē
bona teſtatoris ad accuſatiuum creditores accomo-
dando. quo nam pacto igitur ſubſtantiui nomine
admittenda ſubauditio erit,

Ad quod genitiuus prior hæredis hæreat vt dica-
204 mus hæredis nomine bona venire. fruſtrā † quippe
ad tacitum adimus, vbi expreſſio non deeſt l. ſi ita
ſcriptum ſuprà de lib. & po. l. Clemens in prin. ſuprà
de hæredi. inſti. l. iam hoc iure verſi. hoc itaq; caſu l.
cum ex filio §. 1. l. ex facto §. item quæro. ibiq; glo. in
verſi. ſeruari ſuprà de vulga. l. non nunquam infrà de
cond. & demon. l. expreſſa ff de regul. iuris.

Tertio in expoſitione hac, vt genitiuum vnum gl.
perficiat, vocem bona imperfectam obſcuramq;
reddit incertum quippe fit, ad quæ referi bona de-
205 beat hæredis, an teſtatoris, incertitudinē † generali
ſermone inducente l. in tradendis ff. com. pred. l. vbi
autem non apparet in prin. ff. de verb. obli. l. prætor
edixit §. quod autem prætor ait ff. de iniur. & alia
apud nos in rubri. ſuprà co. nu. 85. in fi.

Conſequenter prædictis dicendum, ab expoſitio-
206 ne diſcendendum tertia non fore. ex qua † appa-
ret ad cauſam neceſſariam, quæ ob alienum teſtato-
ris æs contingit, alienandi prohibitinoem nō pertine
re. ad quam ſententiam tex. etiam confert in l. quidā
decedens. §. vſq; adeo. autem ſuprà de admi. tutor.
vbi quæ periculo ſubiecta bona ſunt, contra prohibi
tionem teſtatoris recte à tutoribus alienantur, per-
inde quaſi neceſſaria alienatio eiuſmodi videatur in
eandem ſententiam tex. eſt in l. pater filium in prin.
infra titu. 2. in l. cum fidei in ſecunda reſpon. ff. de fi-
deicom. liber. l. diuus ff. de peti. hæredi. l. alienationes
ff. famil. herciſ. l. mulier. 1. §. ſed etenim verſi. ſed ſi
cum diſtrahære infra ad trebel. tradit Roma. in cōſi.
107. nu. 2. Areti. in conſi 28. nū. 4 Caſtren. hoc facit in
conſi. 1. videtur dicendum, quod dictus Chriſtophorus
col. 2. lib. 1. ad creditores ambulare, quæ ad hæredes
extraneos non tranſeunt. ex glo. in l. pro hærede §. ſi
quid tamen in fi. glo. magnæ. ſuprà de acquir. hæredi.

Eadem ratione ad alienationem, quæ per ſucceſ-
ſionem legitimam fit, prohibitio hæc non trahitur,
neceſſario quippe, & hæc alienatio intelligitur, quā
niſi teſtamento conditio impedire quiſpiam nequit
l. cum pater § cum inter infra titu. 1. l. codicillis §. ma
tre. à ſenſu contrario. eodem titu. l. voluntas C. de fi-
deicom. tex. huc attinet in l. quædam ff. de acq. rerū
domi. in l. ex hoc edicto §. alienare ff. de alie. iudi. mu.
cau. fac. & alia, de quibus ſupra nu. 192. idem Cardi.
probat in conſi. 17. nu. 3. circa med.

Hoc ita, ſi bona alia extra prohibita alienari, non
ſuperant, vnde æri ſatis alieno fieri teſtatoris poſſit
d. l. pater filium in prin. ibi ſi non erat aliud in hære-
ditate. Alex. in conſi. 56. nu. 3. lib. 1. in cōſ. 23. nu. 5. &
ſeq. lib. 2. Soci. in cōſi. 50. nu. 4. verſi. nec huic conclu
ſioni obſtat lib. 3. Iaſ. hic nu. 21. in ſecunda lectu.

Locum ſecundum conſequentia non habet, in-
207 uentario † ab hærede prohibito nō facto. hoc enim
caſu cum præter vires hæreditarias teneatur, fideicō-
miſſum præſtare in caſum alienationis debebit. neq;
alienandi cauſari neceſſitatem tum licet namq; cum
de ſuo legata fideicommiſſaué præſtare integra de-
beat, fruſtra bonorum defectum obijciet, vt autor
Bar. eſt in d. l. pater filium in prin. Soci. in d. conſi. 50.
num. 4. circa fi. idem Capra ſentit in conſi. 3. nu. 15.

Sed explicatius præter Bar. opinio adiuuari hæc
poteſt. quod niſi eo caſu alienatio permiſſa ex cauſa ne-
ceſſaria non eſt, quo bona alia præter prohibita, non
ſuperſunt. ſed enim bona ſemper iuris præſumptio-
ne, & de iure ſuperſunt, cum omiſſum inuentarium
eſt. quia bona hæreditaria ab hærede ſubtracta ius
præſumit, & præſūptione illa clauū figit l. fi. §. ſi quis
autem temerario C. de iure delib. §. ſancimus in au-
then. de hæredi. & falci. Bar. in l. in ratione 1. §. quod
vulgo nu. 2. infra ad l. falci. Deci. in conſi. 418. nu. 15.
idem, ſi conſcriptum quidem inuentarium, ſed rite
minus ſit Bal. in l. filium quem nu. 37. C. famil. her.
hoc ita ſi bona alia hæredi ſunt, ex quibus dimitti
creditores poſſint. aliter quippe creditorib. ipſis frau-
di inuentarij eſſe omiſſionem non oportet quomi-
nus ad eos bona prohibita veniant ne ad aliorum
iniuriam hæredis omiſſo doloſué recidat

De cauſa hactenus neceſſaria, quæ ad teſtatorem
ipſum ſpectat, vel cum ob fideicommiſſa, aut legata
ab eo data alienatio fit. quo caſu ex voluntate eius
fieri alienatio videtur. conſequens eſt, vt de neceſſi-
208 tate hæredis † videmus, cum ob cauſam eius neceſ-
ſariam alienatio fit. quęſtionem hanc opponendo
Bar. hic attingit nu. 8. circa med. ex. tex. q; quæſtionē
hanc dirimit. in d. l. pero. §. prædium infra titu. 1. vbi
in vita demum prohibiti vigorem alienatio obtinet.
eo plane ſublato, ad irritum per eum deducitur gra-
tia cuius interpoſita prohibitio eſt.

Sed ratio hic indagnanda, quam ob rem in vita
prohibiti firma alienatio ob hæredis ipſius neceſſita-
209 tes habetur. rationis † quippe non videtur, ab hære-
dis factum eorum ius minui quibus alienatione ab
hærede prohibito facta, conſultum, & proſpectum
eſſe teſtator voluit, & chariores quos in eum caſum
habuit l. Aurelius §. teſtamento infra de libera. lega.
l. publius § 1. infra de condi. & demō. l. qui fundum
§. qui filios in fi. infra ad l. falci. Bar. in l. gallus §. etiam
ſi parente num. 5. ſuprà de lib. & po. in l. ſi mater §. 1.
ſuprà de vulga. & hoc genus reſpondetur, à ratione
alienum non videri, creditoribus hæredis in vita eius
conſulere. quid enim intereſt à creditoribus ipſis, an
ab hærede ipſo prohibito quandiu ipſe viuit, fructus

percipiantur. perinde enim res in ſpecie hac ſit, atq; ſi niſi fructuũ, aut cõmodorum tẽt ipſius prohibuæ facta alienatio non ſit. ad quam alienandi prohibitionem nõ attinere demonſtratum ante eſt nu. 183. rationem hanc, quamuis non ita explicet, Opizonius hic ſentit nu. 50.

Perſpici ex his poteſt, ad eum caſum arg. pertinere, quo mera prohibiti libidine, neceſſitate vlla non intercedente, alienatio ſit. neq; mirum de re hac fa-
210 ciendum, omnino † quippe iure hoc vtimur, gratio ſum ei magis ius eſſe, qui neceſſitate cogente, quam qui ſine ea quid agit l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. q ſat. cog. l. q ſi minor §. reſtitutio ff. de minor. l. ſed, & ſi per prætorem in fi. ff. ex quibus cau. maior. l. cum poſtulaſſem in fi. ff. de dam. infec. l. 1. C. de calumnia. Bar. in l. ſi ſeruus communis §. quod vero ff. de furtis, & loci § huius c ompluria.

211 Quod dictum eſt, alienationem † ob cauſam neceſſariam hæredis factam, firmam, dum viuit, habendam, ampliationem admittit, vt nec contra ſtatui à teſtatore queat. hoc eſt vt nec in vita vires prohibiti habe it. hoc ideo, quia niſi ad commodum prohibiti, & creditorum perniciem genus hoc prohibitio non ſpectat. atq; ideo nudum id præceptum inuenitur, vt in d § prædium in fi. Cuma. obſeruat. quo cum Ruin. ſentit in conſ. 93. nu. 3 circa med. lib. 1. ſed enim nuditate admiſſa, nec voluntaria prohibenda alienatio erit quare ratione alia iuuari ampliatio poteſt, q ab humanitate aliena ſcriptura hæc videtur, ne dum vitam hæres agit, apud creditores eius eſſe bona queant, vnde æri ſatis alieno fieri hæredis poſſit quatenus non pluſquam commoda, fructuſuè ex re ipſa perci piunt, alienatione cuius interdictum à teſtatore eſt. atq; ideo præceptum ſequendum teſtatoris non vi-
212 detur, q contrarium humanitati eſt. ſimiliter † vt inhumanitatis huius ratione infirmum pactum habetur, ne cedere bonis liceat Rota deciſ. 177. nota q ſecundum aliquos deciſ. 211. nota q quis mediante in antiq. Ang. in auten. Immo C. de actio. & obli. Cal deri. in conſi. 7. de iureiuran. Guido papæ q. 211. à qua opinione abhorrere Freder. non videtur, ſi accurate perſpicitur, in conſi. 60. q pactum legis huc fuſiæ cani næ correctio attinet, quæ cauſam ob alienam facta niſi in humanitatis non eſt inſtitu. de lege faſia cani tol len ibi cum ſatis fuerat inhumanum.

Manifeſtum ex his ſit, non paululum referre, per creditores hæredis, an teſtatoris, rei alienatio fiat quã alienari teſtator vetuit. priore caſu nonniſi in vita prohibiti alienatio cõſiſtit quæ perpetuam in poſteriore vim obtinet. conſequens his ſit, vt liquide m expoſitionem primam agnoſcimus, quam à glo. repu diari, ſeparatione petita, & à Doc. ſimpliciter, oſtendi mus. ſecundum tex. in d. §. prædiũ. intelligi tex. oportet, vt niſi prohibito ſuperſtite, vigorem alienatio non habeat, quæ propter creditores facta hæredis ſit. idq;, & Bar. hic obſeruat, poſt glo. ſeq. in ver. fideicõmiſſarij in ſecunda ſolutione tex. in d. §. prædium.
213 Ad ſententiam † tex. noſtri in ver. creditores, vt ob creditores teſtatoris alienatio fiat tex. Bar. dat in l. cũ fidei. & quod ibi glo. ff. de fideicom. liber. ibiq; glo. in ver. pendeat. tex. & alios loci eiuſdem colligit atq; in glo. vlti. diſcrimen apud eam adnotatur, quod inter creditores teſtatoris, & hæredis vertitur. textum, & aliorum cum tex. noſtro facientium frequentia collecta ante à nobis eſt nu. 206.

Sed quæſtiones hic tres non ineptæ occurrunt pri-
214 ma, ad neceſſitatem ne † tex. trahatur in d. §. prædium, quam ipſi ſibi culpaq; ſua per ludos puta, aut ſcorta hæres intulit videbatur dicendum prima ratione, neceſſitatis hoc genus rationem non haberi per ea, quæ ſcripta apud nos ſunt in reſponſio pro genero nu. 44. 87. & ſeq. & in Corollario dicti reſponſi num. 5. 28. 39. ibiq; maxime verſi. neq; dixeris. & nu. 102 glo. his adiungitur in c. quæ in eccleſiarum in glo. 2. de conſti. auxilio ei ius non eſſe, qui culpa ſua in egeſtatem deuenit per text. in l. bona fides ff. depoſi. idē ex hoſti. iuuatur in ſumma de immunita. eccleſ. § à quibus muneribus col. 1. domino ex profuſione ſua indigenti à ſubditis non ſubueniri, verum id genus vitio obuiam eundum. per tex. in c. pen. de conſue. meminit Natta in conſi. 380. num. 7. & quæ in dicto ſcripta reſponſo habemus nu. 127.
215 Secundo cum de cauſa mentio † neceſſaria ſit, initio ipſo interuenire neceſſitatem oportet. qualis eſt, quæ in dote filiæ conſtituenda, in alimentis ex lege præſtandis, in redemptione captiuitatis facienda, & alijs eiuſmodi cauſis incurrit. non idem, ſi voluntarium initium fuit quamuis deductum ad neceſſitatẽ ſit, vti cumulate ſcriptũ apud nos legitur in d. reſpon. pro genero nu. 32. & ſequentium vulgo. & omnino nu. 386. verſic. ratione. & alia vberius in reſponſi ipſius corolario per totum, & in condimento nu. 54. Abb. his accedit in c. quinrauallis nu. 16. ante fi. verſi. item, & ſecundo. de iureiuran. neceſſarium in dictum idcirco dici q, & initio, & poſtea neceſſitatem habet l. inter ſtipulātem §. ſtichum ff. de verb. obl. c. intelleximus de iudi. arbitramentũ ſanè volũtarũ ab initiũ eius voluntarium haberi. ad quam ſententiam tex. præmēs ſcitiſſimusq; ſubijcitur in l. obligamur §. neceſſitate ff. de actio. & obli.

Argumentis his non mouentibus, ſententiam me liorem æquioremuè diuerſam arbitror. dum culpæ huiuſmodi ſcientes emptores, aut creditores non ſint cum pecunias crederent generaliter quippe de alienatione tex. loquitur in d. § prædium quæ voluntaria non ſit. ob id intelligi generaliter debebit vul. l. de precio ff. de publicia. neq; argumenta præmunt e regione oppoſita. quoniam ad eum caſum ſpectant, quo vim perpetuam etiam poſt alienatoris obitum alienatio obtinet ob cauſas neceſſarias facta, alquæ ideo tertij incommodum vertitur, verbi gratia feudum per decreta patriæ, aut ducalia in perniciem etiam agnatorum ob cauſas alienare neceſſarias licet. caſibus item quibuſdam bona fideicommiſſo ſuppo ſita ob neceſſitates ſuas alienare hæredi grauato permittitur ſi ad neceſſitates ius hoc pertineat, quæ alienatoris libidine culpauè cõtingunt, agnatu ſucceſſoris in feudo, ſubſtitutiuè in fideicommiſſo ius omnino extinguitur, perpetuoq; apud emptores bona erunt. eapropter ne culpa vnius alij noceat, neceſſitates accipi eas oportet, neceſſarium quibus initium eſt. detrimenti, aut læſionis huius perpetuæ cauſa in ſpecie controuerſa ſilet, de qua in d. §. prædium. quoniam firma tempore omni alienatio non manet. verum hærede ius eius ablato, deſinit. neq; in vita eius fideicommiſſariorum intereſſe teſtatum ante habemus. ſic ex diuerſis penitus argumentum duci manifeſto liquet. ideſt à caſu perniciali ad innocuum nulliuſq detrimenti.

Secundo, & expreſſius ex diuerſis, & rationem diuerſam habentibus argumentum colligi, expreſſius etiam demonſtratur q iuris quicquam niſi ſpe tempore etiam alienationis, & poſt ipſam alienationem agnato in feudo, ſubſtitutouè in bonis fideicommiſſi ante alienatoris mortem non competit. ea ratione nec ſi ob cauſam mere voluntariã conſumata alienatio ſit, quãdiu alienator viuit, ad irritum reuoca tur. vnde cum niſi alienatore defuncto ius agnato ſubſtitutouè non competat, fruſtra in cauſis alienandi, neceſſariæ an non ſint, in alienatoris vita agitur. eo plane ſublato, inquiſitio hæc cauſarum alienandi adhibetur, ne iure ſuo agnatus fideicommiſſariusuè perpetuo careat. & ne in arbitrio alienatoris ſit, feudi fideicommiſſiuè iactura agnatum, ſubſtitutumuè in tem-

tempus omne afficere, æs alienum pro animi libidine contrahendo, quæ ad ſpeciem d. §. prædium ratio nō competit, in quo ſtatim, vt facta alienatio eſt, ex alienatione ipſa, & alienatore ipſo incolumi, fideicommiſſum naſcitur, atq; ideo nec in alienatoris ipſius vita firma rataq; alienatio habetur ob cauſam non neceſſariam facta, neceſſitate vero interueniente, in tempus mortis prohibiti, & alienatoris nulla fideicommiſſarij læſione, fideicommiſſi ipſius executio producitur.

Roget hic aliquis, ſi quamdiù alienator viuit in d. §. prædium fideicommiſſarij non intereſt, quid ita effectum in vita prohibiti alienatio nō habet ob cauſam vtramuis neceſſariam, aut voluntariam facta, ſimiliter, vt in feudo ſideicommiſſoue diſtinctio hęc haberi cauſatum non ſolet, reſpōdetur, eo in feudo, & fideicommiſſo diſcrimen hoc cauſarum non fieri ꝙ iuris quicquam pręter ſpem, dum vitam alienator degit, agnato, ſubſtitutoue non eſt cauſa eorum alienandi non refert, ratio multo alia quæſtionis controuerſæ, ſeu d. §. prædium eſt, in quo ab actu ipſo alienationis naſci fideicommiſſum diximus. Quocirca ꝙ ad verba prohibitionis, & mentem teſtatoris attinet, in confeſſo res videtur, nequidem ob neceſſariam hæredis cauſam, & quoad ſuperſtes erit, alienandi ius eſſe, cæterum æquitati rationiq; conſentaneum legi viſum, vſq; ad finem vitæ hæredis, aut prohibiti vigorem alienationi eſſe, quæ mentis verborumq; ratio in feudo fideicō miſſoue abeſt, in quo à morte demū alienatoris agnati ius exiſtere, & ſubſtituti diximus.

216 Quæſtio altera in d. §. prædium vertitur. † De prædio enim loquitur, quod nomine relictum familiæ eſt, quem ſenſum verba hæc habeant. Ad fideicommiſſum ne abſolutum, & ſimplex alienatio eius facta vel non ſit, pertineant, ita vt poſt mortem hæredis prædium id reſtitui familiæ debeant, an ad alienationis caſum referantur, ne alienare id liceat, atq; vbi alienetur, ad familiam perueniat. Doct. in ſummario d. text. ad prohibitionem alienandi ſenſum eius applicant, vt alienatio eius vetita extra familiam ſit, hoc amplius Odofre. ſubijcit, iuſſum teſtatoris interueniſſe, vt in familia ſemper prædium illud remaneret, ſed enim de prohibitione alienandi verbum ibi non ſit, nomine demum familiæ relictum id legitur, ꝙ ad fideicommiſſum poſt mortem hæredis accomodari aptius poteſt, ſolutio. Neceſſarius ſēſus is eſt, vt in prohibitione alienandi tex. is intelligatur. Quo-
217 niam † ſi abſolutum ibi fideicommiſſum ab hæredis interitu accipimus, inepta alienationis diſtinctio arguitur, neceſſaria an non, ea ſit, ſiquidem vires ſemper, dum conditio fideicommiſſi pendet, alienatio obtinet, neceſſaria, vel non ſit d. l. fi. §. pen. C. com. de lega. & alia, de quibus ſuprà nu. 163. plura nu. 166. & nu. 168 eapropter in prędio alienari prohibito neceſſario tex. accipitur in d. §. prædium. Ex qua prohibitione in caſum alienationis fideicommiſſum naſcitur, inde quæſtionis erat, ad alienationem ne omnem fideicommiſſum hoc pertineret, neceſſariam iuxta, ac voluntariam, & media quædam via aſſumpta, vt ad neceſſariam interim non trahatur, dum vitam prohibitus agit.

218 Quæſtio tertia in §. prædicto extremo † verſatur, in quo locum textui eſſe tum deniq; legitur, cum hæredem extraneum hæres reliquit, cui prohibitio facta prædij non alienandi eſt, quid ita hæredis extranei mentio facta ibi ſit, glo. ibi in verbis his exponendis rem obſcurat, Imola ibi ſolutionem, aut expoſitionem vltimam glo. amplectitur, eo de hærede extero text. loqui, ꝙ ſi ex familia teſtatoris ſit, perinde res habeatur, atq; ſi hæres prior viueret, qui alienauit, vt qua ratione alienationem prior non reuocaret, ita nec poſterior, ꝙ in familia eſſe res videatur, quatenus, & hæres ipſe poſterior ex gente teſtatoris eſt, vnde prædium habere hæres ipſe ſecundus videtur, ꝙ ob debitum eius diſſoluendum alius habet, quem vltimum glo. ſenſum memoratu magis dignum, ac ſingularem Imola ait, quo cum Bologni. ſentit in conſi. 43. nu. 6. ſed enim ad ſententiam d. §. prędium expoſitio hæc non quadrat, ſiquidem ad hæredem priorem poſterioremuè reuocandi ius non competit, verum ad eos, cauſa quorum facta prohibitio eſt.

Vltimam etiam gl. ſolutionem, ſed in verba alia, & quidem Caſtren. ibi probat, & explicat, vt quemadmodum prædium extra familiam alienari prohibitum hæres ſibi ex familia retineret neq; alij id reſtituerent, ita ab emptore auelli id nequeat, cauſam aliā hæredis extranei eſſe, is enim ſicut illis de familia neceſſe prædium reſtituere haberet, ſi alienatum id non ſit, ita id auferri emptori poſſet.

Sed enim ſub obſcurius mihi glo. loqui, & Doct. videntur, quocirca rationem diuerſitatis planiorem inter hærede extraneum, & ex familia conſtare cenſeo, ꝙ vbi ex familia hæres non eſt, at extraneus, apud eum manere fundus non poſſet, etiam ſi alienatus non eſſet verum reſtitui familię oportet, ſic diuerſa hæredis huius ſecundi, & extranei, atq; prioris ex familia apparet, quoniam apud priorem manſurus fundus non venditus in vita eius erat, atq; ideo intereſſe eorum non videtur, qui de familia ſunt, ſi hærede ipſo ſuperſtite, apud creditorem fundus reſidet, ratio hæc, quæ in hærede primo inuenitur, ad ſecundum etiam pertinet, qui & ipſe de gente teſtatoris ſit, vt apud creditorem, donec hæres ipſe ſecundus viuit, fundus remaneat, quoniā alienatione eius non facta, apud hæredem ipſum ex familia futurus haud dubie erat. Ita non magis de hærede ſecundo quam priore, eorum de familia intereſt, ratione igi-
219 tur † eadem in poſteriore hærede atq; priore interueniente, ius quoq; ſtatui idem oportuit. l. illud. ff. ad l. aquil. & alia apud nos in rubri. ſuprà eo. nu. 325. in poſterioribus commentarijs, & in l. 1. in prin. nu. 174. & nu. 266. ff. de acq. poſ.

Conſequens rationi huic ſit, vt quādiu hæres quiſpiam, vel vlterior ex familia exiſtit, rata ſemper alienatio fiat, veluti ſi ex teſtamento, aut inteſtato hæres ſemper ex familia ſuccederet, id quia, & in hærede vlteriore ratio ſemper memorata præmit, aliorum de familia de alienatione facta non referre, quatenus & ea non facta, fundum habituri nihilomagis erant. atq; ideo æquitans ſemper ratio viget, vt eatenus creditor rem habeat, quatenus hæres retenturus, alienatione non conſumata, fuerat. idq; in d. §. prædium, & Caſtren. ſentit.

Intelligi ex his poteſt, non ab re de hærede alienatoris extero, ideſt qui familiæ alienæ ſit, text. meminiſſe in d. §. prædium, in quo ratio eadem creditori fauendi, atq; in hærede primo, qui alienauit, non inuenitur, vt dum hæres ipſe exterus ſupereſt, apud creditorem res hęreat, quandoquidem, nec apud hæredem ipſum extraneum manſura res fuerat. Summa igitur controuerſiæ totius hinc pendet, eadem ne in hæredibus poſterioribus alienatoris, immediatis, vel mediatis, atq; in hęrede ipſo primo, qui alienauit, ratio appareat, hoc eſt, vt rem ipſam alienatam in vita eorum retentur alienatione non facta eſſent, ſiquidem vbi locus retentioni eſt, de alienatione familiæ non intereſt, & eadem ſemper ęquitatis ratio cōſtat.

Roget hic aliquis, quam ob rem ab hærede ipſo ex familia ex prohibitione à teſtatore facta reuocatio alienationis non fit, ne apud creditorem extraneum prędium relinquatur, reſpondetur, contra alienationem à defuncto factam hęredem non venire. l. ex qua perſona ff. de regul. iuris, & alia ſuperius collecta nu. 32. verſi. namq;.

Sed

Sed iterum quis dixerit, quid † ſi hæres ex familia ab alienatore ſcriptus proximior non eſt, an nõ proximiori ab eo reſtitui fundum oportet d. l. peto. §. fratre, & l. cum ita §. fi. eo. titu. l. C. de verb. ſigni. Quod cum ita ſit, firma ratio prædicta non videtur, euſq; fundum creditor habeat, donec apud hæredem is alienatoris manſurus ex familia fuerat. Imò eo fundus auocari ab alio de familia poterat, qui proximior de gente eſſet. reſpondetur, permagni differre, vtrum familiæ quid relinquatur, aut familia inuitetur, an extra familiam alienatio prohibeatur, vel in familia relinquere hæres iubetur, cum ad bona familia vocatur, aut familiæ bona relinquuntur, locum argumentum obtinet, meliorem proximiorum cauſam eſſe, hoc ideo, ꝙ idem ſentire teſtator creditur, quod expreſſum iure eſt l. quæro §. inter locatorem. ff. loca. l. gallus. §. 1. ibiq; Caſtren. Areti. & alij. ſupra de lib. & poſthu. l. vel ſingulis ſupra de vulga. l. ſi duo ſupra de acquir. hæredi. l. conficiuntur in prin. ſuprà titu. 1. & alia loci huius, de quo ſuperius etiam nu. 75. qua ratione igitur qui proximiores ſunt, potiores in ſucceſſione ferunt, ita & proximioribus reliquiſſe teſtator æſtimatur, cauſa multo alia eſt, cum extra familiam alienatio prohibetur. Hoc enim caſu abſolute ſimpliciteruè familiæ non relinquitur, verum ſub conditione, ſi alienatio facta extra familiam ſit, quare ſi homini familiæ extimo, vel remotiſſimo alienatio fit, fideicommiſſi, quod ex alienatione oritur, conditio non impletur, immo deficit, cum intra familiam alienatio conſumetur, itaq; ſi locus fideicommiſſo non eſt, fruſtra de reuocatione à proximiore facienda diſceptatur, locum porrò argumentum haberet, ſi extra familiam facta alienatio appareat, ibi enim fideicommiſſi conditione expleta, atq; ideo familiæ vocatione intercedente, ad bona venire proximiorem oportet.

Secundò ne generalibus immoremur, ſpeciale vbi auxilium non abeſt, impune in hominem quem ius de familia, vel gradus remotiſſimi, alienationem perfici, ex tex. declaratur in §. cum pater infrà eadem. l. qui §. noſtrum proximè ſubſequitur in d. l. peto. §. fratre, in l. vnum ex familia in prin. iuncto. §. ſed & ſi fundum verſi. ꝙ ſi talia verba eodem titu. l. pater. §. quindecim infrà titu. 2. l. pater filium infrà ad legem falci. l. voluntas. C. de fideicom. Cuma. in conſ. 114. ſtatutum in fi. Soci. in l. qui Romæ. §. cohæredes nu. 13. ff. de verb. obli. ratio eadem eſt, cum familiæ, aut in familia bona relinquere hęres iubetur, cui enim ex familia velit, vel remotiſſimo rectè ea dederit, verum quippè eſt, in familia bona relicta, aut familiæ eſſe, vt ex legib memoratis patet, de quo etiam apud Ruinum in conſi. 114. nu. 9. lib. 2.

Hoc ita enim prohibitio ita fit, vt in familia, aut familiæ ab hærede bona relinquantur, non idem ſi citra prohibitionem bona familiæ, aut in familia relinquere hæres iubetur. Diuerſitatis ratio ea eſt, ꝙ prohibitione interueniente, ſimplex fideicommiſſum non eſt verum in caſum alienationis collatum, alienatio planè contra mandatum teſtatoris non cadit, hærede ex familia licet remotiore facto cauſa alia fideicommiſſi ſimplicis eſt, in quo prohibitionis violatæ ratio non habetur, verum nulla alienationis diſtinctione, facta an non alienatio ſit, familiæ relinqui fundum oportet, proximiori tum enim reſtitutio facienda, idq; in ſpecie mox expreſſimq; declaratur.

221 Quod dicitur, homini † vlterioris gradus ex familia, rectè bona relinqui, cum extra familiam alienatio prohibetur, vel familiæ ea relinquere hæres iubetur, locum ita obtinet, ſi fideicommiſſum ſimplex abſolutumuè ex prohibitione non oritur, fideicommiſſo planè abſoluto interueniente, ita vt nec in morte diſponendi ius prohibitus habeat, neq; ſucceſſioni locus legitimæ ſit, verum ad familiam peruenire omnino debeant, tum vero homini ex familia dari remotiori non poterunt d. l. cum ita §. fi. infrà titu. 1. d. l. fi. C. de verb. ſigni. Soci. in d. §. cohæredes nu. 13. verſi. confirmatur, quia ſi induceretur fideicomiſſum, & in conſi. 227. lib. 2. Deci. in conſi. 218. num. 14. verſi. vlterius tamen. Ruin. in conſi. 101. nu. 14. lib. 2. Curti. iun. in conſi. 161. nu. 13. verſi. confirmatur præmiſſa. Natta in conſ. 110. nu. 11. verſi. ſecundo reſpondeo, in conſi. ſeq. nu. 1. in fi. verſi. ſecundo reſpondeo.

Monendi etiam hic ſumus, quod de hærede extero ſcriptum in d. §. prędium eſt, ad extraneum pertinere, qui neq; ex gente, aut familia teſtatoris, neq; ad hęreditatem eius perventurus legitimam ſit per tex. in l. cum pater. §. cum inter infra titu. 1.

222 Quia glo. in ver. fideicommiſſarij † niſi ſuper tex. in d. §. prædium, à Bart. non explicatur, cum indigna non ſit, in qua exponenda labor capiatur. Idcirco interpręcationem attingendam eius cẽſui, & quo planior fiat, partes ſex faciendas eius duxi, in prima fideicommiſſarij verbum exponit, in ſecunda verbum etiam communem declarat, in tertia contra expoſitiones dictorum verborum opponit, in quarta ſolutione gemina oppoſitionem diluit, in quinta ſolutionem ſecundam ab obiectione tacita per modum rationis defendit, in ſexta, & vltima textus cũ textu noſtro facientes colligit. Secunda ibi, & die cõmunem. Tertia ibi, ſed videtur ꝙ mortuo. Quarta ibi, ſolutio. Quinta ibi, & eſt ratio. Sexta ibi, & facit ad §. iſtum.

Circa primam gloſ. partem dubitari non immerito poterat, quo nam modo accipi verbum hoc fideicommiſſarij debeat, quandoquidem de fideicommiſſo verbum in tex. non ſit, vnde fideicommiſſarij naſci ius poſſit. Reſpondet, glo. fideicommiſſarios eos intelligi ſecundum Rogerium, quibus alienatione facta, relictę res ſunt, ſeu qui ad bona alienata inuitantur, quorum prohibita alienatio eſt, conſequenter fideicommiſſarios dicemus liberos, poſteros, & deinceps alios, quibus conſulendum teſtator duxit, hoc eſt ad quos alienatione contraquam prohibitũ eſt, facta, bona peruenire teſtator cauit. Secundũ hoc, ex prohibitione ipſa alienandi, atq; alienatione contra prohibitionem facta fideicommiſſi ius, indeq; fideicommiſſarij etiam nomen deriuatur, per quam Roge. expoſitionem ſenſus verſi. ꝙ ſi liberis declaratur, quando liberorum, poſterorum, & deinceps aliorum cauſa facta prohibitio cenſeatur, de quo ſupra nu. 38. poſt med. verſi. ſenſum tertium.

Sed enim expoſitione huic obſtare Rogerij vide-
223 tur, ꝙ ab hærede † fideicommiſſum præſtatur, fidei cuius committitur, vt quid cui pręſtet. l. 1. in princ. l. reſtituta. l. facta in prin. & l. ſi eius. §. ſi quis infra ad trebellia. tex. huc facit in d. §. 1. inſti. de lega. ibi ab hærede præſtanda. iuncta. l. 1. ſupra eo. l. 1. & 2. C. com. de lega. & hoc verũ diſcrimen inter fideicõmiſſum, & ſubſtitutionem directam ponitur, ꝙ de manu hæredis capi fideicommiſſum oportet. Alter iure ſuo fideicommiſſarius caret. l. non dubium. C. de lega. Quam ad fideicommiſſarium pertinere, Oldra. ſcribit in conſi. 107. nu. 10. q. 6. Soci. in conſi. 33. nu. 17. in fi. q. 5. lib. 1. Deci. in conſi. 424. nu. 14. verſi. non obſtant allegata, & nu. 17. Iaſ. in conſi. 146. in prin. lib. 4 quod contra in ſubſtituto directo eſt, qui iure ſuo bona appræhendit, vt apud nos in rubri. ſupra eo. nu. 156. idem Ripa probat in l. centurio nu. 52. verſi. quintum cõmodum, ſupra de vulga. fidei planè hæredis commiſſum hic non legitur, vt bona cui alienata præſtet. Rurſus ſi ex alienatione ipſa fideicõmiſſi conditio expletur, atq; ideo in caſum id datum alienationis creditur, quo nam pacto ab hęrede, aut prohi-

prohibito ipſo fieri præſtatio poterit, apud quem res ipſa non extat vtpotè ei tradita, in quem facta alionatio ſit, argumẽtu huius nomine expoſitionem Rogerij addendo Ioan. adiutat ab hęrede prohibito, vt ab hęrede prohibito relictę res intelligantur, quarum interdicta alienatio eſt.

Neq; argu. illud mutat, verbum factum de fideicommiſſo non eſſe. Hoc ipſo enim relictum id conſtat, q alienatione facta perſonæ vocantur, quas ad bona venire teſtator voluit, cum ex directa admitti ſubſtitutione nequeant. Quę poſt aditam hęreditatẽ maioribus atq; extraneis non fit. l. 2. in prin. ſupra de vulga. §. fi. inſti. de pupil.

224 Secundò reſpondetur. hoc † ipſo expreſſum fideicommiſſum videri, q natura is actus, aut prohibitionis alienandi fert. Bar. in l. ſi fideiuſſor. § meminiſſe nu. 2. in fi. ſupra eo. & in l. vxorem §. agri plagum nu. 2. infra titu. 2. Iaſ. in l. 1. nu. 72. verſi. confirmo per doctrinam ſupra eo. & alia apud nos aggeſta in reſpon. pro genero nu. 308. verſi. ſi dixeris, caſu diuerſo Bal. loqui Bal. his adſtruitur in l. iu vendendo ff. de contra. emp. & in conſi. 330. in hoc concordati col. 1. poſt med. lib. 3. pro expreſſo haberi, quod naturaliter ineſt perinde quaſi natura id ipſa loquatur per tex. in l. cũ quid ff. ſi cer. pet. quo loci Iaſ. etiam ſcribit nu. 15. ſuper uacuam eorum commemorationem videri, quę per naturam ipſam inhærent. parem enim in eis. tacitam vim, atq; expreſſi eſſe id plane in vocatione inſitam quæ in caſum alienationis fit, vt ad effectum perdui niſi ex fideicommiſſo nequeat.

Conſequens reſponſionibus his fit, neceſſariam Ioan. gloſatoris ſubauditionẽ ad expoſitionẽ Roge. non fuiſſe, vt ab hærede prohibito relictę res intelliguntur, quaſi alienatio facta contra prohibitionem eſſet eo ipſo enim q fideicommiſſum ex prohibitione alienandi ponitur; hæredi id honerato, & prohibito iniunctum facimus. cum id fideicommiſſi ipſius natura ferat l. ſi ſeruus §. qui margaritam ſupra eodẽ d. l. peto §. Mater infra titu. 1. l. paulo §. fi. infra titu. 2. l. acceptus in fi. infra ad l. falci.

Non obſtat, impoſſibilem fideicommiſſi præſtationem videri, quæ poſt rem in alium tranſlatam à
225 prohibitó fiat. quoniam † actio triplex ob fideicommiſſum ſeruandum redditur, perſonalis ex teſtamento hypothecaria, & rei vendicatio de perſonali tex. meminit in l. ita tamen infra ad trebel. quem Areti. profert in l. 1. col. 2. circa med. verſi. confirmatur iſta concluſio ſupra eo. de actione hac perſonali ex teſtamento propter fide commiſſum, tex. etiam loquitur in l. 1. C. com. de lega. glo. in l. & ſi ſine ſcriptura in ver. conuentos C. ad trebel. Bar. in l. ſi legatus infra eo. titu. ad trebel. Oldra. in conſi. 248. in fi. Alex. in conſi. 139. num. 9. lib 6 Corn. in conſi. 18. col. 2. lib. 3. & in conſi. 132. nu. 9. lib. 4. Actio hæc perſonalis nonniſi in hæredem cõpetit. poſſeſſor autem tertius eã nõ patitur Alex. in conſi. 98 nu. 5. lib. 2. Corn. in conſi. 304. col. pen. verſi. quia actio perſonalis lib. 3. de hypothecaria, & rei vendicatione tex. meminit in d. l. 1. C. cõ. de lega. in actione perſonali ex teſtamento inpoſſibili ſatis argu. ſilet q impoſſibilis rei ex fideicõmiſſo relictæ præſtatio ſit, quam hæres grauatus non poſſidet.
226 at alienauit. quoniam † neceſſaria poſſeſſio in obligatione perſonali ne tum quidem eſt, cum ad rem reſtituendam competit. quatenus, & re ipſa peremptæ, obligatio ipſa non deficit. l. ſi concubina. §. non ſolum ſupra rerum amo. Soci. in l. 4. §. cato nu. 10. circa fi. ff. de verb. obli. eam ob cauſam res ipſa vel extincta petenda, quamnis ad ęſtimationem executio fiat l. 3. in fi. & l. ſi ſeruus §. Bone ff. de condi. furti. l. inter ſtipulantem §. pen. ff. de. verb. obli. l. inter omnes poſt prin. ibi hoc idem in conditione ff. de furtis §. is qui circa fi. inſti. quibus modis re contrahi. obli. Soci. iun. in d. §. cato num. 81. itaq; non ideo minus rei ex fideicommiſſo reſtituendæ hæres prohibitus tenebitur, q eam non habet. quoniam, aut redimet, aut ęſtimationem eius in executione præſtabit.

Circa hypothecariam vero, & rei vẽdicationem controuerſia nõ eſt, & contra poſſeſſorem tertium eas dari cum reales ſint. & res perſequantur d. l. 1. C. com. de lega. toto titu. ff & C. de rei vendica. Alex. in d. conſi. 98. nu. 5. in fi. lib. 2. qui, & Publicanæ meminit.
217 Sed obiecturus hic † aliquis erit, ad ſeruu inutilem perſonalem ex teſtamento actionem videri, quatenus realis ſatis fideicommiſſario videtur in qua exitus facilior eſt, cum poſſeſſorem omnem arripiat reſpondetur, non modo vtilem actionem hanc perſonalem ſed, & neceſſariam videri. neceſſe quippe eſt, vt actio ipſa hypothecaria obligatione perſonali ſubnitatur, cum ſine principali hypotheca non conſtet l. grege. §. ſi ſub conditione l. ſi legati l. fideiuſſor, & l. is. qui ff. de pignor. l. item liberatur in prin. ff. quibus modis pignus vel hypo. ſol. l. ſi ſponſus §. ſi debitor viri ff. de dona. inter virũ, & vx. l. fideiuſſor obligari in prin. cum ibi no. & §. fideiuſſor l. ſi mihi, aut titio ff. de fideiuſ. Alex. in l. 1. nu. 24. ſ eo. & in conſi. 142. nu. 2. lib. 5.

Æquè neceſſaria obligatio perſonalis, & propter ipſam rei vendicationem videtur, ſiquidem ſine cauſa, aut titulo quo acquiri dominium nõ ſolet l. nunquam nuda ff. de acq. rerum domni. titulus plane ſine aditione oriri ex teſtamento nequit l. ſi nemo 1. ſupra de teſta. tu & alia ante adſcripta nu. 97. per aditionem plane hæreditatis perinde atq; ex quaſi contractus non poteſt adeuntis perſona oneribus hæreditarijs non adſtringi. l. apud Iulianum § fi. ff. ex quibus cau. in poſ. eatur l. ex maleficijs §. hæres ff. de actio. & obli.

Satis hæc ad partem primam glo. exponendam videtur. ad ſecundam veniendum. in qua vocis communem. declaratio vertitur. quo planior autem fiat, oppoſitione vtendum. non recta dictione hac communem in fideicommiſſarijs, de quibus in tex iuriſconſultum vſum, perſonis alijs non expreſſis, inter quas communio hæc contingeret. ſocios enim plures communio expoſtulat. ſiquidem in vno cadere communio non poteſt atqui pro vno fideicommiſſarij habetur, de quibus in tex. & in verſi. q ſi liberis. cũ ſingulatim perſonę ipſę cõſiderentur. atq; vbi coniunctim, aut collectiue accipiantur, vt vnà omnes ſimul inuitentur, de communione inter ipſos tex. non meminit. cum pro vno omnes iuriſq; eiuſdẽ habeat vnde ad perſonas alias, de quibus non conſtat, communionem hanc re fieri fortunæ oportet. ita obſcuritas in tex. occurrit. obſcuritatis huius pellendæ cauſa, perſonas alias ſubaudiendas glo. ſcribit, legatariorum videlicet qui ex conditione alia, quã in caſum alienationis, aut contrauentionis à teſtatore vocãtur in præſens puta, aut in diem, vel caſu quo alio. vt qua ratione fiſco hi creditoribus ve poſt poni alijs ſolent, ita probandum, & in fideicommiſſarijs ſit, de quibus in tex. hoc ne melior conditio eorum quam fiſci, aut creditorum teſtatoris ſit ita communis omniũ fortuna inuenitur vt ęris alieni detractionem patiantur, nihil laturi, ſi pluris quicquam in hæreditate quam in ære alieno non ſit l. in ratione. 1. §. q vulgo. & l. æris infra ad l. falci. l. in ponenda C. eo. titu. l. 1. §. deniq; infrà ad trebel. ampliare id glo. poterat, vt nõ modo fideicommiſſis, & legatis, ſed, & liberorum legitima æs potius alienum æſtimetur l. papinianus §. quarta ff. de inoffi. teſta.
228 Sed quæſtio hic incurit, quid † cauſæ implere iuriſconſultum potuit, vt communionem hanc fortunæ inter fideicommiſſarios omnes exprimeret diuerſitatem enim inter eos intelligi alioquin. potuiſſe, non obſure innuit, ſi mentio facta de communione ipſa

non

non ſit. niſi ſi de eo dubitationis nullius expreſſionem ipſam factam. dicere non pudeat contra. l. quod labeo infra de carbo. edic. reſponſio ad q. hanc ex his percipitur, quæ ſcripta in ſuperioribus ſunt nu. 40. verſi. ſequitur verſiculus quartæ partis vbi ratio ita exprimendi duplex ſubiecta. ſed, & aliâ phalerata magis occurrit quòd in fideicommiſſo, aut legato alio ſimplici, quod ab alienatione nõ oritur, alienationis prohibitio, aut nulla, aut niſi ſubaudita ſeu tacita non verſatur. eam ob cauſam per fideicommiſſi ſimplicis, atq; eius habenda conditio non videbatur, quod à prohibitione expreſſa naſcitur, quam prohibitione potentiorem tacita eſſe, ſupra oſtendimus nu. 158. verſi. plura, & ſeq. decidendi planè rationem ab impotentia exiſtere diximus quòd in arbitrio teſtatoris non eſt, creditorum ius prohibendo minuere.

In parte tertia textum textui noſtro glo. opponit in d. l. peto §. prædium infrà titu. 1. vbi potior creditorum, quam fideicommiſſariorum cauſa nõ habetur. Immo enim hærede prohibito ſublato, qui inſolutum bona creditoribus dedit, aut propter creditores eandem ipſa bona vendidit, à creditoribus, & emptoribus ipſis per fideicommiſſarios bona euincuntur, gratia quorum facta prohibitio eſt.

Pars quarta argumentum hoc bifariam in parte quarta glo. diluit principio in caſu diuerſo tex. loqui in d. §. prædium hoc eſt cũ ob creditores hæredis alienatio fit. text. verò noſtrum ad teſtatoris creditores pertinere.

229 Si dixeris, ad rem caſuum diuerſitatem † non attinere, dum eadem ratio tamen omnibus conſtet. l. illud ff. ad l. aquil. §. pari ratione. ibiq; glo. exempli huius tex. alios colligens inſti. quibus modis ius pa. pote. ſol. neq; inter ea conſtitui diſcrimen oportet, quæ rationis eiuſdem ſunt l. fi. ibiq; Bal. nu. 6. poſt med. C. de lib. præteri. §. noſtra vero in prin. inſti. de exhæreda. lib. & alia, de quibus ſupra nu. 151. in rubr. ſupra eo. num. 154. verſi. ſed enim in poſterioribus commõtariis in l. 2. num. 128. ſupra eo. & loci huius alia. reſpondetur, in obſcuro diuerſitatis huius inter alienũ teſtatoris, & hæredis æs non eſſe. quòniam deteriorẽ creditorum ſuorum cauſam facere quiſquam non permittitur l. debitorum, & l. ſeq. C. de pactis l. debitorem C. de pignor. l. 1. & 2. C. debi. vendi. pign. impe, nõ poſſe de quibus, ll. glo. etiam hic in fi. meminit. tex. huc præter glo. facit in l. ſi mandato meo. §. 1. ibi, aut ſi nolit creditor mutare ff. manda. & alia ſupra adſcripta nu. 41. & oĩno ius alterius inuiti minuere phas cuiquam non eſt l. non debet alteri ff. de reg. iuris. & alia apud nos collecta in reſpon. pro genero nu. 91. ea propter licentiã teſtatori eſſe non conuenit, in creditorũ ſuorum perniciem bonorũ alienatione interdicere.

Ratio cõtraria in creditoribus hæredis apparet, ne ob æs alienum eius prohibitio teſtatoris contemnatur iuſq; deterius eorum fiat, quibus alienatione facta, conſultum eſſe teſtator voluit. ſiquidem hæredis ipſius creditores dimittere teſtator non adſtringitur. Immo enim e contrario creditoribus teſtatoris dimittendis hæres ipſe vel de ſuo obligatur l. quæ dotis ſupra ſolu. matri. & alia, de quibus ante nu. 196.

Dixerit hic aliquis, ratione hac diuerſitatis inter creditores teſtatoris, & hæredis admiſſa, nec in vita hæredis ratam alienationem habendam, quæ ob cauſam hæredis facta neceſſariam ſit, vt æri eius ſatis alieno fiat quòd rationis non videtur, ob hæredis factum bona ipſa teſtatoris diſtrai, quæ affecta prohibitione ſunt, ad quem modum deterius eorum ius fit, quos ad bona ipſa alienata teſtator inuitauit. reſpondetur in partem diuerſam argumentum regeri. rationiq; & equitati conuenire, vt in cauſa neceſſaria creditoribus ipſis hæredis, vſq; ad vitæ ſuæ tempus ſuccurratur. quandoquidem alienatione etiam non facta, manſura apud eum bona fuerant. de qua equitate memoria etiam habita ante eſt nu. 209.

Secundò reſpondetur, argumentum ipſum reflectendo, non modo fideicõmiſſariorum ius non lædi, qui in caſum vocati alienationis ſunt, ſed & melius fieri. namq; aut niſi in caſum vocati alienationis non ſunt, aut ſimpliciter prohibito etiam vita decedente. ſiquidem ad caſum alienationis reſtrictum fideicommiſſum eſt in rem vtq; fideicommiſſariorũ eſt, alienationẽ fieri; vtpote qua prætermiſſa, locum habiturum. fideicommiſſum non fuerat. ſin autem abſolutum ſimplex ve fideicommiſſum, & poſt prohibiti mortem facimus quamuis non melior, nec deterior tamen fideicommiſſariorum conditio alienãdo fit. qui ad bona peruenturi, prohibito ipſo incolumi, non erãt. magni tamen reſponſionẽm hanc non fecerim, qua admiſſa, in alienatione tantundem dicendum, & voluntaria erit vnde nonnulli ad equitatis in alienatione neceſſaria rationem hærendum.

Summa igitur oppoſitionis controuerſiæ erit, in qua pro contrario textui noſtro tex. glo. obijcit in d. §. prædium, ad caſum eum diuerſum, rationiſq; diuerſæ pertinere, cum ob hæredis neceſſitatem alienatio fit. quo caſu media quædam propter equitatem via capta, vt quoad hæres ſuperat, fructus creditores percipiãt. ſed enim traditioni, & explicationi huic glo. prior eius obſtare expoſitio videtur in ver. nam ſi hæredis in qua de creditoribus hæredis textus vertitur. neq; ad hæredis ipſius vitam expoſitio hæc reſtringitur, Immo enim perpetua alienatio hæc haud dubie in ſpecie tex. noſtri habetur. ſi dixeris, expoſitionem hanc à glo. eiectam reſpondetur, nonniſi eo caſu reputari, quo ſeparatio, bonorum à creditoribus petita defuncti eſt. ſecundum hoc, contradictio euidens in glo. hac cernitur argumentum hoc glo. perſpiciens ipſam ſe aperit, et quòd in priore expoſitione de creditoribus ſcriptum hæredis eſt, permiſſam ob eos alienationem eſſe, ad diſtinctionem tex. accipiatur in d. § prædium. & ſecũdum tex. illum intelligatur, vt niſi quatenus hæres viuit, effectum alienatio non habeat. & hæc vero ſolutio ſecunda eſt, quam in parte hac quarta à glo. afferri, in eadem ipſa diiudicanda diximus & obſeruandum ſolutionem hanc ſecundum nonniſi eo caſu procedere, quo ad expoſitionem primam glo. id verum ſi ſit hæredis. hoc eſt, in creditoribus hæredis tex. noſtrum intelligimus ex diuerſo, ad eum caſum ſolutio prior reſtringenda. qui in creditoribus teſtatoris tex. hanc interpretamur. alter quippe ſolutio inepta vtraq; inuenitur.

Quinta glo. pars enarranda ibi, & eſt, ratio cuius apertius declarandæ cauſa, ſolutio poſterior ad tex. accommodata in d. § prædium, controuerſiam pati videtur. cum ad tertium hærede ipſo extincto, deduci alienationem aſſeritur. Immo enim rata ea, & poſt hęredis vitã habẽda, ne iure diuerſo alienatio eadem cenſeatur, id eſt vtilis dum vitam hæres agit, ea porro finita, inutilis. l. cum qui ædes ff. de vſucapio. reſpondet

230 glo. Bona hic † alienata circa æs ipſum alienum nõ ſpectari, vt pote quod bona ipſa non ſequitur l. quidam §. nihil ff. de ædendo. l. fideicommiſſum. §. tractatum ff. de iudi. l. fi. in fi. ff. de contra. emptio. l. 2. in fi. ff. de hæredi. vel actio vendi. l. ſi mulier §. ex aſſe ff. de iure dot. l. 1. §. ſi hæres infrà ad trebel. l. 2. C. ſi cer. pet. l. fi. C. de hæredi. actio. l. æris alieni C. de dona. itaq; cum bona ipſa alienata, alienum hæredis æs non ſequatur, neq; illa reſpiciat, nihil eſt, quòd diuerſo ea iure æſtimari dicamus vt quãdiu hæres viuit, æs ipſa alienum aſſiciat, ius aliud eo adempto, probandum immo enim nulla temporis parte bona ipſa alienum æs afficit. perſonam demum hæredis eius, alienum ſpectat, eamq; conſequitur. in qua diuerſitatis quicquam non contingit. ſiquidem, & ipſum, dum inter

homi-

hominis eſt,& eo ablato,hæredem eius,à quo repræ
ſentatur,æs ſemper iure eq; eodem alienum afficit, &
contingit.
Circa ſextam,& poſtremam glo.huius partem, in
qua textibus alijs aſſi ubus tex.noſtrum iuuat. mone
231 di ſumus ſine † ordine tex.conſentientes à glo. pro-
ferri.tria quippe dicta inprimis tex. noſter habet. ad
præceptum nudum primum ſpectat, nullius id mo-
menti eſſe. in prohibitione alterum veſtra vertitur,
in quo cauſa,aut perſona non deſideratur. inutile id
non fieri.tertium ex dicti limitatione ſecundi conſi-
ſtit,ne fiſci, aut creditorum ius prohibitio ipſa lædat
quamuis infirma non ſit. prout dicta hæc tria tex.no
ſter habet,ita ad ea nullo tamen ordine, textus gloſa
conſentientes affert.ex quibus dictum primum vnus
ſecundum quidam, tertium alij dictum ſpectant. &
quidem ad dictum primum de præcepto nudo tex.
pertinet in l pater filium §.5.infra titu. 2. quem loco
ſecundo glo.nominat.ter. vero in § nos igitur in au-
thent.de reſti.fideicom.& tex.hac eadem l §.ſeq.& in
d.l.pater filium §.3.& 4.& in l.ſi.C. de rebus alie.non
alienan. cum dicto ſecundo tex. noſtri conſentiunt,
firmam ratam ve prohibitionem habendam, quæ
aliquorum cauſa aut contemplatione fit.ad dictum
tex. reliqui tertium applicantur.
Gloſarum atq; oppoſitionum Bar. tractatu pera-
cto, ad quæſtiones eius agendas deſcendendum. in
q.1.an contra prohibitionis vim,quæ perſonæ reſpe
ctu facta certæ ſit, remedio eſſe quid poſſit. videndũ
ante omnia, quam ob rem de prohibitione Bar. lo-
quatur,quæ perſonæ reſpectu facta certæ ſit reſpon-
detur, eo id factum, quod nuda aliàs atq; adeo inanis
prohibitio conſtat, cum perſona non inuenitur ex-
preſſim,aut tacite propter quam prohibitio adſcri-
pta ipſa ſit,cũ niſi propter perſonã ipſam cãm prohi
bendi nõ exquiri teſtatũ ante ſit nu. 27.& nu.44. in fi.
Secundo in q. hac Bar. obſeruandum,remedium
vnum atq; alterum ad prohibitionis vim retunden-
232 dam ab eo attingi.quod † vtrunq; tamen ab eo re-
futatur.prius colluſionem ſpectat. vt hæres, aut lega-
tarius prohibitus rem à ſe vendicari, aut euinci ſeq;
ſuccumbere, aut vinci patiatur. quo caſu inutilis ei
prohibitio fiet, gratia cuius interpoſita ſit. namq; cũ
niſi ex facto, aut defectu iuris teſtatoris prohibentis
euictio non ſequatur, iure eius per ſententiam reſo-
luto,non poterit,& fideicommiſſarijus non excide-
re,propter quem facta prohibitio ſit.l.3.§. item quæ-
ri poteſt ſupra de rebus eorum vbi rata fundi pupilla
ris alienatio aliàs prohibita ob autoritatem rei iudi-
catæ tãquã neceſſario facta,hẽtur tãetſi ſolẽnitas alia
adhibita in ea non ſit. ſic vidづem alienationem alias
per legem interdictam ſententia iudicis efficit. ratio
eadem immo,& fortior in alienatione mouet, quæ
prohibita à teſtatore eſt,infirmiorem quippe homi-
nis quam legis prohibitionem eſſe, demonſtratum
ſuperius habemus num.13.itaq; ſi ab hærede, aut le-
gatario prohibito per tertium quempiam res euinci
tur, effectu vacua alienatio eiuſmodi non erit, quæ
per ſententiam fit.de cautella hac Bar.idem meminit
in d. l. peto § prædium.
Sed enim cautelam,aut medicinam hanc prohibi-
tionis teſtatoris circumſcribendæ, ratione duplici
233 B. r.improbat.à facto † prior pendet, ſi colluſionis
detegi vitium poſſit. quo caſu pernicialis ei ſenten-
tia non erit,nomine cuius facta prohibitio ſit l. ſi ſer-
uus plurium §.1. ſupra eo.vbi legatarijs oneroſa ſen-
tentia nõ eſt contra hæredem dicta, qui, aut cauſam
non egit, aut defendit. vel egit quidem at luſoriè id-
eſt colluſoriè,qua voce colluſoriè in fine § ſequentis
iuriſconſultus vtitur.
Ratio altera actus huius depellendæ à iure exiſtit.
quoniam vafricia etiam,aut colluſione amota, req;
alienari prohibita per ſententiam calliditate nulla in-
tercedente, euicta, incommodam hoc genus ſenten
234 tiam † eſſe his non oportet, propter quos facta pro
hibitio eſt,ſi citati ad litem non fuerint l. in concedẽ
do ff.de aqua pluuia ar.vbi cum cui ius aquæ cõcedi-
tur,non modo eorum conſenſus exigitur, in quorũ
loco,aut fundo aqua oritur,atq; ideo quorum prin-
cipaliter intereſt. & ad quos ius ipſum aquæ princi-
paliter ſpectat.ſed & quorum in conſequentiam,aut
ſecundario refert. ideſt quorum vt aqua non ſit, ad
eos tamẽ vſus eius ex ſeruitute puta ſpectat.atq; ideo
eorum ius lædi ex conceſſione ipſa poſſet ſed, & me-
lius in l. ſeq. in fi. id oſtenditur.rationem eandem, &
ſpecies controuerſa habet,vt cum litem de re aliena
ri prohibita prohibitus ipſe patitur,eorum etiam ex-
quiri citatio debeat, quorum niſi in conſequentiã,
aut ſecundario non intereſt.ideſt ad quos res ipſa nõ
pertinet,ſed pertinere atq; ideo ius eorũ minui caſu
quo poſſit.cuiuſmodi hi ſunt,propter quos facta pro
hibitio eſt,& ad quos alienatione facta,peruenire bo
na debent. pro qua ſententia tex. etiam in arg. affert
in l.ſæpe ff.de re iudi.cum multa capita iuriſq; diuer-
ſi tex. is habeat, ex quo capite ad ſententiam ſuam
conferre Bar.ſenſerit,expreſſum ab eo non eſt. quo-
circa vel in priori dicto,& ipſo generali,quo res inter
alios acta alijs non officit, vel in exemplis alijs tex.
illum ſententiæ ſuæ prodeſſe Bar.credidit, quibus ad
incommodum alienum ſententia non trahitur,quæ
dicta inter alios eſt. veluti cum à reo citato cauſam
tertius non ducit,qui citatus non eſt. vel cum priore
loco ad eum ius defenſionis non pertinet.de quo ge-
nere is habetur,propter quem facta prohibitio eſt ab
hærede quippe prohibito atq; in iudicium vocato
ius non ducit,neq; ad tertium ipſum loco priore de-
fenſio cauſæ pertinet ad quẽ modum tex. ipſum per-
pendendo, non in argumentum verum directo ad
Bar.ſententiam cõfirmandam valebit,& quamuis di
235 ctione † forſan in ſpecie hac Bar. vtatur, integram
tamen, aut controuerſam ob id relinquere quæſtio-
nem non videtur, quominus ad opinionem hanc
adhæreat,eamq; ad mittat l.mutus in prin. ff. de pro-
cura.l.ſi duo cum glo.ff.de arbitr. l. cum quo in prin.
ibiq; Doc.infra ad l.falci. Bal.& alij in l.in ſubſtitutio-
ne ſupra de vlga.Alex.in cõſi.19 nu.9.circa med.ver
ſi.& licet ipſe loquatur lib 5.
Concluſio ex Bar. hic decerpitur. citationem ne-
ceſſariam, & eorum eſſe quorum nonnihil in conſe-
quentiam,aut neceſſario intereſt. aliter innoxiam eis
ſententiam eſſe.idẽ Iaſ.hic admitti nu. 66. in fi. verſi,
potes ſaluare qui differre ſcribit, de robore vicioq;
ſententiæ valeat necne, an de eo inquiratur,incom-
moda alij non citato fiat,cuius in conſequentiam tã
tum modo,aut ſecundario intereſt.quod firmitatem
aut infirmitatem ſententiæ attinet viribus eam cita-
tionem omiſſa,conſtare.diſpendio plane alium non
affici.opinioni huic ne damnoſa alij ſententia fiat, cu
ius principaliter non intereſt, vbicunq; priuatum cõ-
modum vertitur, Bar. idem ſubſcribit in l. cum filius
col.2.poſt med.verſi.quandoq; ad vnum peruenitur
principaliter.ibiq; Alex.nu. Soci.nu. 12. Iaſ.nu. 14.
ff.de verb.obli. Alex.in l.de vnoquoq; in fi. prin. ibiq;
Marſil.nu. 76.in nona limitatione ff. de re iudi. idem
Alex.in conſi.86.lib.2.verſi.fortifico quia dato lib. 2.
in conſi.60.col.3.fi.circa med.& in conſi.84. num.3.
lib.3.Soci.in conſi.282.num.3.in fi.verſi. ſecundo de
ducitur lib.2.Fely.in c.fi.nu.5.de maiori.& obe.Deci.
in l.iure ciuili nu. 4.ff.de reg.iuris.in conſi. 316.num.
5.in conſi.367.circa fi.& in conſi.445.nu. 32. Iaſ.in l.
nequicquam §. vbi decretum num. 36. verſi. limita.
notabiliter ff. de offi. proconſ. in l. reſcriptum nu. 7.
verſi. tamen huic fundamento ff. de pactis in l. Decẽ
nu.46.verſi.tene opinionem Bar.ff.de verb. obli. vbi
recep-

receptum id ait. & in conſi. 111. nu. 5. verſi. & quamuis ſufficiat lib. 1. Ruin. in conſi. 80. nu. 16. in conſi. ſeq. nu. 8 & in conſi. 93. nu. 7. lib. 3. Soci. iun. in conſi. 181. nu 97. lib. 2. Capit. decil. 107. nu. 4. & nu. 8. in fi. verſi. tamen omnes iſtæ doctr. Natta in cõſi. 300. nu. 1. & ſeq.

Sententiam diuerſam ne citatio opus eius ſit cuius principaliter non intereſt, verum pernicialis ei ſententia fiat inter alios dicta, veriorẽ Alex. hic ſcribit nu. 9. Iaſ. nu. 32. in 1. lectu. Opizon. nu. 55. Crot. nu. 38. Ripa nu. 60. Loazes n. 126. & ſeq. ab omnibuſq; ſententiam hanc agnoſci Iaſ. Crot. Ripa, & Loazes aſſerunt eãdem opi. Alex. amplectitur in conſ. 156. lib. 2. in conſi. 119. nu. 35. lib. 6. Soci. in l. Gallus. §. & quid ſi tantũ nu. 30. poſt prin. ver. & pro ſolutione ſupra de lib. & poſth. & in conſ. 251. nu. 12. in fi. verſi. prima cõcluſio eſt. lib. 2. qui inter actum neceſſarium hic eſt iudicialem differe, & extraiudicialẽ, id voluntariumq; putat. In actu iudiciali noxiam ei ſententiam eſſe inter alios latã, cuius iuſſi in cõſequentiam, aut ſecundario non intereſt. cauſam aliã actus voluntarij eſſe qua diſtinctione Rui. vtitur in conſi. 19. circa fi. lib. 2. & in conſi 106 nu. 8. lib. 3. atq; in ſententia contra hæredem lata, ad incõmodum eam ſubſtituti recidere, idem receptum Ruin. ait in conſi. 202. in fi. lib. 2. eiuſdem ſententiæ, & Fely. eſt in c. pen. nu. 16 ſeu col. fi. de re iudi. Deci. in conſi. 342. ante fi. ad ſententiam hanc
236 † Iſer. conducit in c. 1 §. ſi vaſallus de Feudo. col. 3. verſi. alij dicunt, & forte melius. ſi de feudo fuerit cõten. inter domi. & agna. ſententiam contra agnatum dictam agnatis alijs poſterioribus nocere, dũ victi negligentia modo, aut fraus nõ interuenerit. quem pro ſententia alia imprudens Alex. hic vocat, & fidem eius ſecuti Crot. nu. 40. Loazes nu. 130. Ripa nu. 60. niſi dicas. nec cum Iſer. Alex. cæteroſq; ſentire cum fraus interuenit.

Intelligi ex his poteſt, ſecũdũ Doc non conſtitiſſe neq; ſine flagitio ipſos eoſdem contraria ipſis ſibi locutos. à quibus vicij eiuſdem Bart. incuſatur in l. in
237 diẽ ff. de aqua plu. arc. ad ſententiam † hanc affirmatiuam, & illud confert, damno eum non affici, cui niſi in conſequentiam actus non officit glo. in c. quamuis in fi. de pactis lib. 6. Ruin. in conſi. 87. num. 21. lib. 3.

In contentione hac ea pleriſq; ſententia placet citationem quidem eius exquiri, cuius principaliter nõ refert, at nõ qualis opus contra principalem eſt. quẽ citari nominatim oportet, cum certus eſt. Eos plane, quorum niſi in conſequentiam non intereſt. generaliter ex proclamate, aut ædicto ſatis citari eſſem ex Bar. in l. ſi eo. C. de remiſ. pign. & extraug. ad reprimẽdum in ver. per æd ctum in fi. Soc. in d. conſi. 282. nu. 3. in fi. verſi. ſecũdo deducitur lib. 2. Fely. in d. c. fi. nu. 5. de maiori. & obe. Crot. hic num. 39. Loazes nume. 128.

238 Sed obſeruandum citationem hanc † generalem ꝓpter eos exquiri, q̃ certi aduerſarij non ſunt. certos enim nominatim citandos non dubitatur l. 1. §. pen. ſupra de ventre in ſpi. §. ſancimus cum glo. in ver. agẽtes. in auten. de hæredi. & falci. quare ſi certi hi ſunt quorum nõ niſi in conſequentiam intereſt, aut nominatim eos citandos, aut omnino non citandos magis erit dicere. quandoquidem tantundem admitti, & in ijs ſolet, quorum principaliter refert, vt generalis ſatis & ad eos citatio proſit, ſi incerti, ſunt. rurſus qui in genere ſaltem citationem exquirunt, ratione impelli aliã nequeunt, niſi ꝙ iniqua res videtur onerosã alijs ſententiam eſſe, qui vocati ad iuditium non ſunt. ſed enim, & citationi generali ratio hæc obſtat vbicunq; incerti aduerſarij non ſunt. iam qui tex. afferri pro opinioni hac negatiua ſolẽt, de q̃bus apud Iaſ. hic nu. 33. ver. tertio bene fecit in 1. lect. & in ſecũda lectu. nu. 65. verſi. extra glo. & nu. ſeq. verbum de citatione vlla nequidem in genere faciunt.

239 Quocircà melior ſententia videtur, ei cuius † principaliter non intereſt, oneroſã ſententiã eſſe, quæ ex textu perſuaderi in d. l. ſi ſeruus plurium §. 1. ab oppoſitis argumentãdo. i. alluſione remota. ſi dixeris, iniquum videri, fraudi alijs ſententiam eſſe inter alios. dictam, reſpondetur, iniuriæ quicquã in re hac non verti. quatenus appellandi ius à ſententia hoc genus à die ſcientiæ. eſt. quæ ex denunciatione ſententiæ arguitur. neque ante appellandi tempus currit, quam denunciatio verborum, ſeu tenoris facta ſententiæ ſit l. 1. C. de temp. appel. c. concertationi, cum gl. nota. de appella. lib. 6. ita Alex. hic docet nu. 9. in fi. Crot. nu. 39. verſi. Secundo fallit. Ripa nu. 62. Loazes nu. 128. verſi. ſecundo illã regulam. Opizon. nu. 55. cum ad Alex. quęſtionem refert. ita dicla eius, referendo, agnoſcit. idẽ Alex. probat in d. conſi. 156. ante fi. verſi. & imputet ſibi dictus Saldinus lib. 2.

Conſequẽs declarationi huic fit, damnum omne ſi quod ex ſententia id genus tertius prætendit, culpę acceptum ſuæ ferendum, qui remedium curæ appellandi non habuit quam culpã in d. conſi. 156. ante fi. in ſpecie Alex obſeruat.

240 Sed quæſtio hic occurit. quid ſi nota † ſententiæ verba per victorẽ facta tertio non ſint, cuius in conſequentiam tantum intererat, ſciẽtiam tamen aliunde docere victor parat, ſatis ne ſcientiæ huius probatio citra denunciationem erit. ex glo. & Doc. quęſtio hæc diruitur in d. c. concertationi in ver. ſciuerit. de appella. lib. 6. non modo ſententię ſed, & qualitatum eius ſcientiam exquiri at enim impoſſibilis propemodum qualitatum ſcientia citra verbum ſententiæ denunciationẽ videtur qua ratione impulſum Alex. credo, denunciationis, aut notificationis huius meminiſſe. Tenoris item ſententiæ totius lectionem, aut cognitionem Ancar. exequiri in conſi. 371. pro declaratione nu. 5. in fi in vltimo dubio.

Citra denunciationem plane doceri ſcientia poterit, ſi ſcripturã ſententiæ ad manus tertij perueniſſe ita declaretur, vt lecta ab eo, & cognita perſuadeatur. quid item, ſi teſtibus oſtenditur, de omnibus memoriam à tertio habitam, quæcunq; ſub ipſa comprehenſa ſententia ſunt.

241 Concluſio memorata † ad perniciem tertij, cuius ſecundario tantum intereſt, ex die, quo ſciuit, ſententiam recidere, ad eum caſum non pertinet, quo dolus, aut fraus argui eius poteſt, cuius principaliter intereſt, vel qui ſententiam euicit; quo caſu ratio culpæ tertij ſilet, in culpa eum fuiſſe, ſi, vt ſciuit, non prouocauit. ab eo quippe obijci culpa non ſolet, qui doli ipſe tenetur. cum grauior quam culpa, dolus ſit l. ſi putator, & l. item ſi obſtetrix in fi. ff. ad l. aquil. no. in l. viro atq; vxore ſupra ſolu. ma. Caſtren. in l. quero. ff. de actio. empti. Alex. in conſi. 14. in fi. lib. 5.

Sed dubitationis eſt, quid niſi in eo dolus, aut fraus non interuenit, cuius principaliter interfuit, ab eo ſanè abfuit, à quo euicta lis eſt, ei ne dolum non officere alterius oporteat, videretur dicendum, non officere l. fi. ſupra ad ſillania. l. ſi hæredis ſeruus §. 1. ſupra eodem argumento hoc non monente, ſententiã diuerſam meliorem arbitror. rationis quippe non videtur, culpã tertio qui non appellauit, obeſſe, cum in dolo alius inuenitur. neq; mutat, dolum vnius alij non obſtare. locum enim id tunc obtinet, cũ lucrum
242 alij dolus non affert. qua enim ratione † damno alij dolus alterius non eſt, ne ob dolum vnius diſpendium alius ſubeat vt in. l. l. ex diuerſo prolatis, ita nec vtilem alij eſſe conuenit, qui dolo alterius amoto, ad ſententiæ peruenturus cõmodum non fuerat, vt eadem ſit contrariorum diſciplina l. 1. in fi. ff. de conſti. prin. atq; in ſpecie dolum vnius lucro alij non eſſe, ex tex. oſtenditur in l. fi. in fi. primi reſponſi. ff. de eo per

quem

quem factum erit in l. ſi cum exceptione §. pedius. ibiq; Gio. loci eiuſdem tex. colligit ff. quod metus cau. l. alterius circumuentio ff. de reg. iur. atq; in ſpecie, ad perniciem tertij ſententiam non porrigi, quæ ex fraude lata eius ſit cuius principaliter intereſſet, Iſer. ſcribit in d. c. 1. §. ſi vaſallus de feudo col. 3. ſi de feudo fuerit conten. inter domi. & agna. fieri tamen vix poterit, vt nullo eu incentis dolo, fraudem reus admittat. vnde colluſionem in caſu hoc fraudis tex. obſeruat in d. l. ſi ſeruus plurium §. 1.

Quid ſi culpa eius, cuius principaliter intereſt, iudicium euincitur. cauſam candẽ culpæ, ac fraudis. in d. §. ſi vaſſallus de feudo Iſer. ait ſed enim longè inter culpam, & dolum diſtare, non dubitatur compenſationem quippè culpa patitur, vel melior in culpa pari poſſidentis conditio l. ſi ſeruum §. ſequitur in fi ff. de verb. obli. reg. in pari lib. 6. inter dolum plane, & culpam compenſationem non cadere incertum non eſt, cum longe improbior dolus, quam culpa ſit.

243 Limitationem dictum hoc de culpa † accipit, ne locum habeat, cum à tertio ipſo res poſſidetur. contra eum enim implenda executio non eſt, tametſi non prouocauerit quatenus ſententia dicta contra eum non legitur Roma. in conſi. 342. nu. 6. vbi tunc etiam obtinere id ait, cum ad cauſam citatus poſſeſſor eſt, executionem quippè nihilomagis patietur, ſi ad eum condemnatus non pertinet per tex. in c. cum ſuper de re iudi.

Remedium alterum rei prohibitæ alienãdæ ex tex. in d. §. quindecim peti, Bar. ſubijcit, vt in hominem non prohibitum alienatio fiat per eum enim impunè poſtea in alios alienatio permitteretur. remedium hoc ratione etiam duplici Bar. refutat prior, ꝙ caſu alio tex. is loquitur diuerſitatẽ hanc alterius caſus per rationem declarari à Bar. oportuit. cũ ſatis non ſit, nulla diuerſitatis ratione expreſſa caſuum
244 diuerſitatem † obijcere. ijdem quippè caſus habẽtur, ratio quibus eadem eſt l. nominis, & rei §. verbũ ex legib. ff. de ver. ſign. l. fi. his ſolis circa fi. ibi ſatis etiam tacite cautum putamus C. de reuo. dona. Fulgo. in conſi. item ſi qua quæſtio col. fi. poſt med. vbi eoſdem, non ſimiles per rationem eundem fieri caſus ſcribit Bal. huc facit in l. de quibus num. 35. poſt prin. ff. de ll. cum rationem eandem plura habent, quamuis niſi de vno mentio non fiat, exempli, non reſtringẽdi cauſa factum id videret. ad quam ſententiam tex. confert in l. 1. § ꝙ vulgo ff. de vi, & vi arma & quæ ſcripta apud nos ſunt in conſi. 183. nu. 3. in tracta. de antiq. temp. parte 1. nu. 10 vberius parte. 4. num. 46. & num. 107. in ſeptima limitatione. generi ſimilem rationẽ videri, vt qua ratione ſpecies ſuas omnes agemus concipit, ita caſus omnes nullo extenſionis adminiculo, ratio complectatur, qui com prehendi ſub ea poſſunt. eodem faciunt, quæ poſita ante ſunt nu. 151. & nu. 229.

Vnde rationẽ diuerſitatis inter caſum d. §. quindecim, & caſum remedij huius ſecundi, Iaſ. hic præſumit num. 36. verſi. circa ſecundum remedium in 1. lectu. & num. 69. verſi. circa ſecundum remedium in ſecũda lectu. ꝙ hominis certi cauſa in ſpecie tex. huius factà prohibitio eſt, ob id perſona non interuenit, quæ iure licito ex alienatione prima rẽ capiat quod contra in d. §. quindecim. legitur vbi generis certi hominum reſpectu facta prohibitio inuenitur. quo caſu in vnum ex genere illo recte alienatio prima fit, qui in alios ius poſtea alienandi habeat.

Sed enim nugatoria declaratio hæc Iaſ. cernitur, per quam diuerſitatem à Bar. in genere commemoratam impoſſibilitatis conſtare ratione putat vt eo ad tex. noſtrum accommodari remedium hoc ſecundum nequeat, ꝙ perſonæ certæ cauſa, facta prohibitio ſit, & primum quidem negatio oſtenditur,
245 ꝙ potentiam, & habilia neceſſario † præſupponũt, qui de remedio hoc agunt. l. qui teſtamento in prin ſupra de teſta. l. gallus §. 1. ſupra de lib. & po. l. ſi quis ita ſupra de condi. inſti. l. 1. §. lex. falcidia ibiq; Bar. Ang. & Alex. infra ad l. falci. & alia apud nos in rubri. ſupra eo. num. 33. in poſterioribus commentarijs in l. 1. in prin. nu. 517. ff. de acq. poſ. & quidem perabſurda res fuerit, de alienatione in hominem agere, cui alienare permittitur, ſi is conſiderari homo non poſſit.

Secundò in tex. ipſum noſtrũ Iaſ. declaratio offendit. in quo genus certum cadere hominum non putat, cui recte fieri alienatio nequeat. an non de liberis poſteris, libertis, hæredibus ve meminit. in quibus genus certum perſonarum ſimiliter vt in d. § quindecim. vertitur Iam niſi de libertis tex. non loquitur in d. § quindecim. de quibus mẽtio, & in tex. facta hoc noſtro eſt quo magis admiror, in ipſa tex. noſtri verba tam perſpicua obſtrepitum à Iaſ. eſſe.

Eapropter ad eam caſuum, rationiſq; diuerſitatẽ in remedio hoc ſecundo confutando Bar. cogitaſſe dicendum, quæ ex text. ipſis perſpicitur. ꝙ realis in tex. noſtro, perſonalis in d. §. quindecim prohibitio inuenitur. ad rem enim in tex. noſtro prohibitionẽ ſpectare verba illa indicant, qui teſtamento vetant quid alienari. non enim expreſſum hic eſt, qui perſonas aliquas alienare vetant. in dicto vero. §. quindecim. ad perſonas libertorum relata verba ſunt. ibi ne quis eorum partem ſuam vendere. I. reali igitur in text. noſtro prohibitione intercedente, fruſtra de homine quæritur, in quem permitti alienatio poſſit quoniam, & ſi maximè inueniatur, ab eo tamen in prohibitos fieri alienatio nequit cum bona ipſa prohibitio ſequatur, apud quemuis inueniãtur de qua re plura ſupra num. 63. & ſeq. de ſenſu etiam d. §. quindecim ſcriptum ante eſt nu. 183. in fi.

Conſequenter his dicendum, Bar. ſenſum in remedio hoc ſecundo fuiſſe, id demum ſuper ſpecie controuerſa, & remedio ipſo inquirendum, perſonalis ne, an realis prohibitio interueniat.

246 Vnum prætereundum † circa id non duxi, quod tactum id apud Iaſ. eſt num 69. verſi. reperio ꝙ quidam in ſecunda lectu. cum ad eum. qui vendidit, res ipſa reuertitur, alienandi facultatem manere, de qua in d. §. quindecim namq; contrarium opinioni huic videtur, quod Bal. ſcribit in l. 2. nu 7 C. de ædil. actio. cum eccleſiæ quæ vendidit, per actionem redhibitoriã reſtitutio rei fit, cauſam ſuam priſtinam renouatam videri, ne alienandi ius competat. neq; ob id quod alienata ſemel, & legitimè eſt, denuo eam iuris ſolemnibus poſthabitis alienari. qua ſententia in promptuario ſuo firman. vtitur in ver. alienatio num. 84. pro qua ſententia, vt cum cauſa ſua recuperatio facta rei dicatur, tex. præter Bal. aſſero in l. ſi poſſeſſor §. ſed, & ſi res ff. de peti. hæredi. qui in redhibitoria loquitur. eodem tex. facit in l. ſi ſocius pro filia verſi. cæterum ff. pro ſocio. vbi ad cauſam priſtinam dos reuertitur, quæ à patre recepta genero defuncto eſt, atq; ideo filiæ nuptias repetenti dotem ipſam inſtaurandam. eiuſdem ſententiæ tex. videtur in l. ſi marito in §. fi. ff. de fundo dotali. vbi cum ſua cauſa, & facultate eligendi facta recuperatio æſtimatur. eodem tex. facit in l. lucius a. in prin. infra titu. 1. vbi quod ex cauſa exactum eadem eſt, ad priſtinum ius reuertitur. ratio eandem in ſpecie mouere controuerſa videbatur, vt cum ſua prohibitionis cauſa, ne alienari queat, facta recuperatio æſtimetur.

Sed reſpondetur, permagni de modo recuperandi referre. namq; ſi per legem facto hominis, vt in redhibitoria recuperatio fit, locum ex diuerſo pro

lata habent, vt ad cauſam priſtinam res ipſa recuperata recidat.

Ius idem probandum, vbicunq; cauſa ipſa in re ipſa inſita per legem eſt, cuiuſmodi dos habetur, in qua recuperanda onus ipſum iterum eam in ſecundo matrimonio conſtituendi infixum per legem eſt.

Ratio eadem, cum rei ante recuperatio fit, quam alij ius quæratur, vt in d. l. ſi marito in fi. ff. de fundo dot. vbi cum fundum Cornelianũ, vel Sempronianum vxori maritus deberet, quod debitum à marito erat, doti vxor dedit. ita electio mariti erat, vter dotis fundus eſſet, ſi ex his fundum vnum maritus diſtrahit, quem ante poſt modum redimit, quã finitum matrimonium ſit, eligendi arbitrium maritus conſequitur. id quia ante redemptio fit, quam in dominio vxoris effectus fundus alter ſit.

Non aliud ius ſtatuendum, cum ex cauſa eadem, quæ initio ſuberat, exactio, aut recuperatio fit, verbi gratia filio pater legat, quicuid ei dedit, aut donauit. ſi in Calendario, aut libro rationum nomine filij quid retulit. pecuniam puta à titio, filio deberi, ſeu quod patri ipſi titius debet, filij id eſſe, aut filio ipſi ſoluendum quamuis pecuniam illam ante teſtamentum pater exigat, atq; ideo reuocata facto ipſo donatio videatur, attamen ſi in Calendario filij pecuniã ipſam pater reponit, ad eã legatũ pertinebit. quĩ reuocata, exigendo donatio nõ videtur, quę ex eadẽ legati facti, & donationis cã inde arguitur, ꝙ in Calendario ipſo repoſita filij ipſius noĩe eſt, ꝗ res facit, vt filij ipſius, & donatiõis legatiq; cõfirmãdi, non reuocãdi nomine in Calendario ipſo relata, aut repoſita ſumma ipſa exacta repoſita ve æſtimetur. ratio multo alia in ſpecie controuerſa circa tex. inuenitur in d. § quindecim. cum de colliberto emptore à venditore ipſo redemptio rei fit, ad cauſam enim priſtinã prohibitionis reditio, non fit, vt prohibitio inſtauretur, hoc ideo, quia per legem recuperatio non fit, verum ex nouo cõtractu atq, ex noua emptione, neq; quaſi hæres prohibitus, atq; ex prima teſtamenti cauſa, verum quaſi extraneus quiuis emptionis, aut redemptionis titulo rẽ ipſam venditor recuperat, idq; locum obtinere iam quoq; dicendũ, ſi ex pacto de retrouendendo recuperatio fit, ſiquidem ex pacto ipſo, non ex eadem teſtamenti cauſa rem venditor conſequitur, aut recipit, per legem item cauſa hæc prohibitionis ad rem ipſam non hęret, verum niſi in prohibitorum perſonis iniecta à teſtatore non eſt, atq; ideo perſonas ipſas non egreditur, & quamuis ad venditorem prohibitum reuertatur, ad rẽ id non attinet, quandoquidem nõ quaſi ad prohibitũ neq; ex cauſa eadẽ prohibitionis, verũ iure nouo, atq; ex emptione noua perinde, vt ad extraneũ res ipſa redit.

Contrarius ſententię huic Ripa hic videtur nu 67. Idq; non propter recuperationis naturam, ꝙ naturã priſtinam prohibitionis redẽpta, aut recuperata res ſeruet, cum iure nouo ad redimentem perueniat. l. ſi à me infrà ad l. fal. verum ratione alia, ne apertus aditus ad malitiam fiat. l. cum hi §. ſi cum lis ff. de tranſactio. l. 1. in fi. ff. de calumnia l. in fundo ff. de rei vendica. l. magis puto. §. ſi pupillus ſupra, de rebus eorũ, & alia, de quibus in reſpon. pro genero nu. 80. verſi. enimuero rationi congruit.

Sed reſpondetur, non perinde facilè, ac Ripa ſcribit, prohibitionis circumueniendæ iter eſſe. Principio enim cum amicum inuentum iri ex familia ait venditio cui in ſpeciem, aut ex ſimulatione fiat. Per quem prohibito poſtea res alienetur, improbitatem in amico præſumimus cõtra. l. merito. ff. pro ſocio §. qui dolo ff de proba.

Secundò ex Corn. Ripæ argumentum diluitur in conſi. 166. col. 6. circa med. verſi. nec obſtat, ꝙ aliàs de facili lib. 2. non temerè fraudem præſumendam, neq; ob id, ꝙ committi fraus poſſit, contractus vnius prohibitionem ad alium pertinere. Bal. huc facit in conſi. 444. quoniam ſubſtantia lib. 4. ſtatutum, quo emptionis cuiuſuis pẽdi vectigal oportet, ad emptionem non porrigi, precij cuius declaratio arbitrio cõmiſſa alterius eſt, ob eam enim vectigal præſtandũ ante non eſſe, quam precij facta declaratio ſit, neq; ob id fraudem præſumendam, verum tamen iuramentum purgatorium dãdum, in fraudem quicquã gabellæ factum, aut ſimulatum non eſſe.

Tertio ratione, & alia, & quidem validiore Ripæ argumentum euertitur, ꝙ ex interpoſitione fraus argui perſonæ non ſolet, niſi ſi fraudis ipſius committendæ cauſa facta interpoſitio oſtẽditur, hoc eſt perſonę alterius nomine perſonam aliam interpoſitam Bal. in conſi. 75. ſpurio in prin. lib. 2 in conſi. 43. præſuppoſito, ꝙ Gaietanus num. 2. lib. 4. Fulgo. in conſi. 198. in quæſtione propoſita col. 2. poſt med. num. 2. ibiq; rationem Fulgo. ſubijcit, ꝙ fraudis præſtari probationem oportet, idem Caſtren. ſcribit in conſi. 193. ſuper iſto puncto occurrunt tria poſt prin. verſ. & ſi dicatur lib. 2. idem Bal. ſentit in conſi. 140. caſus eſt talis domina Dalia. nu. 1. in fi. lib. 2. vbi pro alio interpoſitum hominem non putat, qui miniſter interponentis non ſit. Conſequenter his dicendum hominis interponendi cauſa non facilè adeo fraudẽ argui, vt perſuaſum ſibi Ripa habet, perinde quaſi ab arbitrio interponentis res pẽdeat, ad fraudem enim paratos am cos omnes facit. quod ſi verum ſit, nulla fraudis ex perſona interpoſita docendæ neceſſitas Ripa ipſo auctore erit.

Quarto ex Bar. hic in primo remedio Ripæ argumentum euertitur, ſiquidem colluſionis fidẽ faciendam Bar. ſcribit, quod ſecus erit, ſi fraudis nomine interpoſitam, aut ſuppoſitam, vt Ripa opinatur, perſonam contendimus.

Intelligi ex his poteſt, ad remedium hoc ſecundũ inutilem tex. eſſe in d. § quindecim, etiã ſi fides fictionis, ſimulationisvè fieri alienationis primæ nequeat fictione planè, aut ſimulatione patefacta, fruſtrà de
247 remedio hoc verba fiunt. Quatenus † vigoris quicquã venditio non habet, cui niſi fucus, vmbravę cõtractus nõ ẽ l. nuda ff. de cõtr. emp. l. emptor ff. de acq. plu. at. tex. huc præter Bar. facit in l contractus imaginarij. ibiq; gl. tex. cõſimiles colligẽs. ff. de actio. & obl.

Videdũ hic iã, ꝙ genus ſimulatio hæc intelligatur, duplex quippe ſimulatio diſcernitur, vna, quæ nihil agentiũ dr̃, quotiens nihil quicquã re ipſa, aut intrinſecus, ſed extrinſecus tantũmodo, & ꝙ in ſumma aiunt, certè agitur, ad quã ſimulationis ſpeciẽ tex. pertinent mox ante prolati, altera aliud agentium ſimulatio habetur, ideſt cũ aliquid quidẽ agitur, verumtamen extime, aut exterius vnum, intime, aut interius aliud velut cũ pignoris contractus verè cõſumatur, venditionis cui nomen datur, ad poſteriorem hanc ſimulationis ſpeciẽ titu. pertinet. C. plus valere, ꝙ agitur. tex. in c. ad noſtram de emp. & vendi. & in c. illo vos de pignor. diſtinctionẽ hanc ſimulationis Bal. docet in l. cũ precibus. C. de probatio. Caſtren. in conſi. 59. viſo puncto ſuprascripto col. 2. lib. 2. diſtinctione hac ita enarrata, ſiquidẽ emptionẽ priorẽ per ſe ſpectamus, ad primum nihil agentiũ ſpeciem ſimulatio hæc pertinet, ſiquidẽ vere quicquã per eam prorſus non agitur, ſin autẽ cauſam ipſam perſpicimus, propter quã venditio prior ſub imagine agitur, ad ſecundã ſimulationis cauſã res ſpectat, aliquid quippè verè agitur, hoc eſt, vt per venditionẽ ipſam priore ad poſteriorem perueniatur, in qua re ſententiam veriorem exiſtimo, vt ad ſecundum ſimulationis genus quæſtio hæc competat, quippè, vt ſecundo emptori res alienari, nõ priori dicatur, ita ad emptorem priorem nomine, aut verbo, ad poſteriorem re contra-

ctus

ctus prioris effectus pertineat, & quãquam cum amptore priore, re ipſa pſpectu, nihil quicquã omninò agatur, attamẽ quia cauſa prioris contractus à poſteriore pendet, & propter poſteriorẽ prior interponitur, cãm ipſam cõtractus prioris attendi potiùſquã cõtractũ ipsũ oportet l. cũ pater. §. dulciſſimis. ꝟ. tit. r. l. verum. 2. ff. de furtis, & alia, de quibus ſupra nu. 65.
248 Ex remedio hoc ſecũdò, † ſeu ex tex. in d. §. quinde
cim, illud decerpi à pleriſq; ſolet, rẽ, quæ alienari nõ poteſt, alienabilem perpetuo fieri, ſi alienabilis facta ſemel eſt, de qua re apud Iaſ. hic nu. 36. ver. circa ſecũdũ remediũ in 1. lect. & n. 69. eo. ver. in poſteriore lec.

Sed videndum, ex tex. in d. §. quindecim, excipi id non poſſe, ſiquidem ob id, ꝙ à colliberto vno colliberto alij facta venditio eſt, alienabilis intelligi res nõ poteſt, vt ab emptore ipſo in exterum alienatio fiat. At enim aliunde tex. illius ratio deſumitur, ꝙ perſonalis prohibitio conſtat, quæ prohibiti perſonam nõ excedit, quemadmodũ teſtatum in ſuperioribus habemus nu. 52. & ſeq. atq; in ſpecie ratione memorata, notari hoc ex tex. noſtro non poſſe, Iaſ. obſeruat in d. l. voluntas nu. 11. C. de fideicom. idem Ripa hic ſentit nu. 66. ita non ideo, ꝙ alienabilis facta res ſit, verũ, quia ad perſonas limitata prohibitio inuenitur, alienandi facultas competit.

Ex tex. tamen notabile hoc iuuatur in l. tutor verſi, ibiq; Bar. ſupra de admini. tutor. de quo memoria hic apud Iaſ. habetur nu. 36. in fi. verſi. quantũ tamen in 1. lectu. Ripam nu. 65. Loazem nu. 132. in fi. verſi. prima concluſio ſit, pro ſententia hac deciſiones aliquas Iaſ. hic adducit d. nu. 36. & duobus continentibus, de quibus Loazes ẽt meminit d. nu. 132. in fi. & ſeq. Iaſ. his adſuitur in d. l. voluntas nu. 12. verſi. itẽ per illum §. quindecim, dicta cuius ex Decio etiã roborantur in c. vt noſtrum in prin. de appell.

Exemplo, & alio rei eccleſiaſticæ notabile hoc Ripa hic confirmat nu. 65. emphiteoticam perpetuo rem eccleſiæ manere, quæ rite ſemel conceſſa in emphiteoſim ſit, idẽ Gomez, probat in regula de triennali pag. 749. in fi. Rui. huc facit in conſ. 161. nu. 33. lib. 1. q̃ ad hæredẽ extraneũ rectè ſemel eccleſiæ emphiteoſis ambaluit, ꝑpetuo, cã ad extraneos trãsferri

Ad ſententiam hanc Signorol. accedit in cõſ. 210. nu. 6. quæ iure feudi affecta ſemel res eſt, feudalẽ ꝑpetuo manere, atq; vti talẽ in feudũ ſemper rectè dari, idem Signoro. tacito, Gozadi. ſcribit in cõſ. 9. nu. 71.
249 Hæreditas etiam, quæ † tranſmiſſa ſemel eſt, trãſ
miſſibilis ſemper conſtat Bart. in l. qui duos nu. 11. Ibiq; Soci. col. 5. in fi. ſeu nu. 15. ante fi. verſi. ſeptimã, & vltimam lecturam infra de rebus dub. expreſſius Ruin. in d. conſi. 161. nu. 33. lib. 1. in quam ſententiã exempla teſtimoniaq; alia Doct. non rata colligerẽ, ſi è re forent, dictum tamen reticendum Frederici non cenſui in conſi. 5. q. 1. profeſſionem in monaſterio vno factam ratam ſemper habendum, vel ſi ad monaſterium aliud inſtituti alterius profeſſus abeat.

Quæſtio ſecũda apud Bar. agitatur, vtrum fundus hic, quem propter hominem, aut cauſam aliquam alienari teſtator vetuit, dotes, aut donationis propter nuptias alienare nomine liceat. In qua alienandi ius eſſe argum. textuum putat, qui ab eo relati hic ſunt.
250 In qua † re attendendum, generaliter de prohibito
omni, vel extraneo quæſtionem hanc à Bar. intelligi. Quippè ſi niſi in deſcendente prohibito non acciperet, de fundo non dixiſſet, de quo in tex. noſtro, ſeu ad prohibitionem, de qua in tex. noſtro, habita relatio non fuerat, verum de ea veriſimiliter meminiſſet, quæ ab aſcendente facta deſcendenti ſit.

Secundò generaliter. q. hanc à Bar. accipi, inde ẽt ſuadetur, ꝙ in arg. tex. profert, qui de aſcendentib. & deſcendentibus loquũtur, at. n. directo, nõ in arg. tex. vocarentũ, ſi vt ipſi loquunt̃ queſt. ſuã Bar. intelligeret,

Tertiò generaliter q. hanc apud Bar. intelligi, Iaſ. argumenta innuunt, quibus Bar. ipſius opinionem in lectu. vtraq; oppugnat, nu. videlicet 42. verſi. contrariam opi. & ſequen. in 1. lectu. & in altera lectu. nu. 71. verſi. contrariam opin. & ſequentibus. Namq; ſi in aſcendentibus, & deſcendentibus Bart. loquentẽ Iaſ. faceret, motiſſima argumenta ſua, nedum valida inuenirentur, quibus inter prohibitiones differre expreſſam, & tacitam putat. Defectus quippè poteſtatis in aſcendentibus vertitur, qui virginibus dotandis ab eis deſcendentibus obligantur. Poteſtatis planè defectus æquè in prohibitione expreſſa atq; tacita contingit, quemadmodum inferius oſtendetur, inde de de q. hac non ſatis Iaſ. conſtare intelligitur, cum in liberis eam teſtatoris intelligit, quemadmodum inferius declaratum inferis eſt, in genere etiam ſuper quæſtione hac Bart. loqui, non obſcure Ripa putat nu. 70. verſi ſed ad iſta omnia, & verſi. ſed aduerte, idẽ ſentit verſi. item fac. 2. cum ad dotem ex cauſa pia argumentum ducit, non minus enim in dote extraneę, quam deſcendentis arg. hoc præmit.

Quocirca ſenſu hoc Bar. in quæſtione eius ſecunda admiſſo, vt generaliter in extraneis etiam prohibitis eam intelligat, de veritate eius agendum, & quidẽ ad dotem filiæ extranei prohibitionẽ hanc non per-
251 tinere, iure † illo peruulgato celebriq; primum ar
guitur, de quo in l. 1. ſupra ſolu. matri. doris cauſam ſemper, & vbiq; pręcipuam eſſe, verba hæc ſicut vniuerſalia ſunt, ita generaliter exponẽda, vt caſum omnem complectantur iuxta illud, qui totum dicit, nihil excipit l. 1. §. cum vrbem in ver. quicquid. ff. de offi. præfec. vrbis. l. Iulianus in prin. infrà titu. 2. l. fi. infrà de penu. lega. l. ſcribit in prin. infra de auro, & arg. lega. l. a procuratore. C. manda. l. fi. C. ſine cenſu, vel reliq. l. cum virum. C. de fideicom §. 1. in ver. fere inſti. de dona. Dictione enim fere detracta, nihil quicquam de verbis illis vniuerſalibus per omnia, excludendũ fuiſſe, non obſcure tex. innuit. c. ſolitæ de maiori. & obe. c. 2. de obſerua. ieiunij. c. ſi romanorum 19. di. & illud Apoſtoli ad hebreos. c. 2. in eo enim ꝙ omnia ei ſubiecit, nihil dimiſit non ſubiectum ei, & exẽpli huius innumera.
252 Secundò ex Salic. opinio † hæc iuuari non molli
ter videtur in l. fi. in prin. in quarto nota. verſi. ex quo nota bonum argumentum. C. de iure dot. ſcripturam generalem ad cauſam dotis non porrigi, atq; ideo ad inſtrumentum dotis ſtatutum non pertinere, quo fides inſtrumento non aliter habetur, niſi ſi in regiſtris poſitum, aut memorialibus ſit, quo dicto Bal. iunior vtitur in tractat. dotis parte 6. priuil. 47. in fi. & priuil. ſequen. & in l. 1. num. 339. in fi. & duobus ſequen. Ibiq; Iaſ. num. 9. in tertio nota. ſupra ſolut. matrimo. Soci. in ſubſcriptione conſi. Ruini 26. num. etiam 26. lib. 3. Franciſ. Pepius inter reſponſa Soci. in conſi. 76. num. 8. lib. 4. deciſ. Neapolit. 111. nu. 9. verſi. quarto ad idem. Deci. in conſi. 301. col. 3. ante med. verſi. non obſtat ergo dictum Salic. Iaſ. hic num. 41. verſi. confirmatur, & quinto in 1. lect. Crot. num. 47. Ruin. in conſi. 137. nu. 5. in conſi. 194. & in conſi. ſequen. lib. 1. in conſi. 61. num. 3. lib. 3. in conſi. 140. num. 9. lib. 4. Natta in conſi. 7. in fi. in cõſil. 52. num. 14. & continetibus duobus Receptumq; Sali. dictũ Neguſan. teſtatur in tract. de pignor. in 8. par. prin. in 1. mẽbro col. 15. & ſeq. in nona fallentia.

Ad ſentẽtiã hãc, & Bal. cõferri cõſ. 359. quẽadmodũ imperator nu. 2. in fi. & ſeq. lib. 3. l. bene à Zenone. C. de quadriẽ. præſcri. ad cãm dotis nõ ſpectare neq; doti eã pernicialem fieri, cuius ſentẽtię, & Soci. eſt in cõſ. 46 nu. 25. ver. 6. reſpõdeo, & in cõſ. 121. n. 26. ver. poſtremo clare reſpõdeo lib. 4. Iaſ. in d. l. 1. nu. 9. in fi. ſeu in fi. tertij not. ꝟ. ſolu. mat. Nat. in d. cõſ 52. nu. 16.

Caſtren. itidem præter alios, in ſententiam hanc

aggerimus in conſil. 286. videtur, quod dicta ſen-
tentia column. 1. in fin. verſic. ſecunda ratio lib. 2.
prohibitioni generali dotis cauſam non accedere, vt
253 potè vtilitas in qua † publica verſatur, quam à di-
ſpoſitione omni contraria eximi, proculdubiò eſt l.
ſi quis in graui. §. vtrum, atque ibi Bart. ſupra ad ſil-
lania. l. Nauarchorum. C. de naucul. lib. 11. tex. huc
facit in l. libertis. §. poſthumis, ibiq; glo. in verſi. vi-
deri, infra de alimen. & cibar. lega. prohibitionem
generalem ad alimenta non trahi, de quo tex. Nat-
ta meminit in d. conſi. 52. nume. 16. poſt princip.
ſubiungendum à Natta erat, argumentandi ius ab
alimentis ad dotem eſſe, cum alimenta ipſa conſti-
tui dos ſoleat. l. dotis fructus ff. de iure dot. l. pro
oneribus, C. eodem. titu. l. ſi cum dotem. §. ſinau-
tem in ſæuiſſimo ſupra ſoluto. matrimo. & alia, de
quibus ſupra num. 139. atq; in ſpecie hac contro-
uerſa ita Caſtrenſ. colligit in conſi. 80. quia per ſu-
praſcriptum eximium num. 1. circa med. lib. 1. Curt.
ſen. in conſi. 27. num. 14. Ruin. in d. conſi. 194. nu. 5.
lib. 1. prohibitionem item generalem ſtatuti ad do-
tem non porrigi, Anto. etiam de Butr. probat in
conſil 35. viſa forma contractus, de quo Loazes
hic meminit num. 136. in fi. in eandem ſententiam,
& Alberic. Roſa apud Iaſ. hic & alios vocatur nu.
39. in fi. verſi. pro iſta communi opinione in 1. le-
ctu. & in poſteriore lectu. num. 79. verſic. intendo
illum articulum bene, & diligenter excutere. idem
præter Iaſ. & Loazem, ex Anchar. probatur in con-
ſi. 105. in themate præmiſſo colum 1. generalis Bal.
Sali. Alberic. Caſtren. & Anto. de Butr. ſententia le
gitur, & ad dotes omnes mulieris cuiuſuis locum
habet.

Tertiò ſpecialis Doct. eſto ſententia eſſet, ad de-
ſcendentium dotes mulierum relata, generalis ta-
254 men † ratio eorum inuenitur, ideſt propter fauo-
rem publicum, qui in dotibus verſatur. d. l. 1. ſupra
ſolut. matrimo. quem fauorem Bal. ibi iun. obſer-
num 340. in fi. & ſequen. & d. priuil. 48 Alexan. hic
num. 10. verſi. Bal. tamen. Crot. num. 47. in fi. verſ.
ſecundo facit, & num 63. in fi. Loazes nu. 137. ver-
ſic. Tertio facit. Curti ſenior. in conſi. 27. num. 14.
circa med. Natta in d. conſi 52. colum. penul. in fi.
verſi. videtur etiam moueri, cauſam itidem piam in
dote Doct. intuentur. l. cum is. § ſi mulier. ff. de con-
di. indeb. Bar. in l. ſi ego ff. de iure dot. in l. 2. §. fi. in
princip. ff. de dona. Bal. in l. ſicut in fi. C. de actio. &
& oblig. & in l. mandatum num. 6. C. manda. quod
recipi ita ſolet, cum pauperis dos agitur Anchar. in
conſi. 25. num. 4. Alexan. in d. l. 1. nu. 13. verſi. con-
cludite, ibiq; Bal. iun. num. 40. & nu. 50. & ſeq. &
num. 117. Ripa nu. 46. verſi. tertio cauſa dotis. ſu-
pra ſolut. matrimo. & idem Alex. in l. ſi conſtante in
prin. nu. 18. eo. titu. Calca. in conſi. 13. num. 7. De-
ci. in l. eius qui verſi. placebat num. 5. in tertia fal-
lentia. ff. ſi cert. per. in conſi. 72. num. 2. in fi. & ſeq.
vberius in conſi. 120. Sed enim cum ad eum caſum
ſpecies controuerſa pertineat, quo aliundè haberi
dos nequit, non poteſt pietatis ratio in dote mulie-
ris non intelligi, etiam quæ à teſtatore non deſcēdit.
255 Rationem igitur † ipſam generalem expendi, non
ſcripturam ſpecialem oportet. Atq; ideo generali-
ter, quatenus ratio ipſa generalis hortatur, ſententiā
hanc interpretari Doct. conuenier, vt ob dotes mu-
lieris cuiuſuis bona alienare prohibita liceat. Iure
quippè certiſſimo vtimur, per rationem generalem,
quod ſpeciale dictum eſt, ampliari, & ad rationis ip-
ſius generalis vim produci. l. & generaliter in prin. ff.
de calumnia l. ſi venditor ff. de religio. l. pater filium.
§. fundum, ibiq; Bar. in fi. infra titu. 2. l. 2. § ſi mater.
2. verſi. quid ſi curatores infra ad tertul. glo. in c. quo
niam frequenter, §. porrò in ver. electi, vt lite non
conte. in c. cupientes. §. deniq; in ver. inſtruatur. de
electio. lib. 6. in c em. 1. in ver. eligatur eo. titu. Ol-
dra. in conſi. 73. quæritur ſi prælatus nu. 4. Bal. in l.
4. nu. 11. C. de fideicom. Areti. in conſil. 19. num. 9.
Iaſ. in l. licet nu. 6. verſi. breuiter teneo. C. de pactis
Bal. huc facit in l. commiſſoriæ circa fi. C. de pactis
inter empt. & vendi. rationem ſpiritus more eſſe, vt
vitam tribuat, literam vero occidere, de qua re ſu-
perius etiam nu. 151. 229. 244. 65. 76. eodem, & ea
ſpectant, quæ ſcripta habemus nu. 151. 229. 244.

Neq; ad opinionem hanc oſtendēdam reſtrictio
256 illa valet, tum deniq; † ſcriptura generali dotem
eximi, ſi priuilegio in ſpecie illa, iure prædicto com-
muni inuenitur. l. in fraudem. §. fin. ibiq; Bal. ſupra
de milita. teſtamen. Atq; in dote ita Deci. ſcribit in
l. 1. num. 9. & ſequen. ff. de regul. iuris. in l. 2. in fin.
C. vnde liberi. in c. ſeches colum. 4. ante med. verſi.
& in tantum hoc procedit de reſcript. in conſi. 5.
num. 2. & ſequen. in conſi. 301. num. 10. in conſi.
536. num. 9. Crot. in d. l. ſi conſtante in prin. num.
22. ſupra ſolut. matrimo. Ripa hic nume. 70. poſt
med. verſi. & vltra fundamenta communia, vilita-
rin. in d. l. 1. num. 63. ſuprà ſolu. matrimo. Idem ibi-
dem ſentire, & Crot. videtur num. 33. verſic. fallit
hoc. vbi ſcripturę generali ita accedere dotem putat,
ne priuilegio derogetur, quod iuris incluſum cor-
pore ſit, cum Decio etiam Natta ſenti in conſi. 410.
num 20. textui enim aduerſaria reſtrictio hæc vide-
tur in d. l. 1. qui priuilegiariam ſemper, & vbiq; do-
tem ait, ita caſus contingere vllus non poterit, quo
à iure communi priuilegio ornata dos non ſit, ver-
baq; vniuerſalia geminata attendenda, quorum vis
quanta ſit, non parcè apud nos in l. 1. num. 66. &
ſeq. cumulatius in conſi. 294. num. 2. ante fi. verſi. ſi
verba vniuerſalia.

Secundo contrarius reſtrictioni huic Decij Bal. vi
detur in d. conſi. 359. lib. 3. qui in præſcriptione lo-
quitur, in qua priuilegiaria mulier ſuper dote non
inuenitur, vtiq; cum agendi ei facultas non abeſt. l.
in rebus § omnibus. C. de iure dot. atqui præſcriptio-
ne quadriennij ius dotis non perimi Bal. aſſerit, cuius
ſententiæ Soc. Iaſ. & Nattam eſſe oſtendimus. Tam
etſi in ſententia conſtare Natta non potuerit in con
ſil. 410. nu. 10. & ſequen. A reſtrictione hac etiam
Doct. diſcrepant, quibus Salic. agnitam opinionem
monſtrauimus, ad eos quippe caſus teſtimonia eo-
rum pertinent, quibus priuilegium, quod iure com
muni proditum doti non legitur, æquè præcipui
quicquam, quod ad ius commune attinet, in caſi-
bus dos non habet, ad quos Albert. Anto. de But. &
Caſtren. ſententia competit.

Sed enim argumentis his non impedientibus, ge-
neraliter. q. hanc ſecundam intelligendam Bar. non
257 eſſe, verum ad dotes † mulierum deſcendentium
reſtringendam ex Caſtren. oſtenditur in conſil. 80.
quia per ſupraſcriptum eximiū in fine primi dubij
lib. 1. Cuma. hic nu. 7. in 1. lectu. & in poſteriore le-
ctu. col. fi. verſi oppo. ad trebellia. Alex. nu. 10. in fi. pri
mæ limitationis. Opizon. nu. 57. in fi. Iaſ. nu. 40. verſi.
Secundo benefacit, & verſi. ſeq. in 1. lect. & in altera
lect. nu. 73. verſi. tertio, ꝙ tria iura. Crot. nu. 43. verſi.
demū Bar. in iſta materia, & nu. 60. ver. 3. imitatur. Ri
pa nu. 70. in fi. verſi. ſed ad illud reſpondetur. Loazes
nu. 136. rem tamen Loazes confundit, cum exem-
pla poſtea ſubijcit, quæ ad extraneas ēt mulieres cō-
petūt, de quo gn̄re Alber. & Ant. de Bu. dicta cōſtāt.

Secundò in defendentib. q. hanc ſecundā Bar. acci-
piendā argumento inuicto perſuadetur, ꝙ niſi in de-
ſcendētibus recipi tex. nō ſolet in d. auth. res quæ.
C. com. de lega. idq; ex ipſis tex. eiuſdem verbis, ibi
ſi liberis legitima portio non ſufficit. Ibiq; glo. 1. &
Docto. Cuman. Opiyon. & Crot. hic numeris ante
relatis.

relatis, Areti. in conſi. 37. in tertio dubio. Curti. ſen. in
conſi. 45. ſæpè in fi. Soci. in conſi. 75. num. 6. in fi.
verſic. ſed aduertendum lib. 1. Rum. in conſi. 137.
num. 17. lib. 2. Quibus in locis, nec ad tranſuerſales
teſtatoris dictam auctẽ. Res quæ. pertinere, expreſ-
ſum legitur, ſi à prohibitione tacita, de qua in d. au-
cten. Res quæ, ob tranſuerſalium dotes recedere mu
lierum non licet. Quanto minus à prohibitione ex-
preſſa diſcedendi ius non erit. l. qui ad certum. ff. lo-
ca. fortiorem quippè tacita prohibitionem expreſ-
ſam eſſe, relatum ante haud ſemel eſt nu. in primis
158. idem Caſtren. ſcribit in d. conſ. 80. in prin. lib.
1. Ruin. in conſi. 214. nu. 13. lib. 1.

Eapropter labor omnis in aduerſarijs refutandis
capiendus, quibus ſcripturę omni dotis cauſam per-
inde, ac piam atq; vtilitatis publicæ, eximi declara-
258 tur. Sed reſpondetur, ad legis † ſtatuti ve diſpoſi-
tionem ea pertinere. In quibus latior, quam in ſcri-
ptura hominis admitti interpretatio ſolet Bal. in l.
quiſquis num 3. C. ad l. Iuliam mat. Imola in l gal-
lus. §. & quid ſi tantum num. 36. ſupra de lib. & po-
ſthum. Anto. de Butr. in c. olim tibi in fi. de verbo.
ſignifi Deci. in l. 1. column. 1. C. de tranſactio. in
conſi 258. num 9 verſi. ſecundo reſponderi poteſt.
Iaſ. in l. diem functo colum. 9. ſeu num. 30. verſi ter
tio pro iſta parte. ff. de offi aſſeſſoris. Conſequentia
igitur nõ procedit, reſtrictionẽ verba legis ſtatutiuè
generalia admittunt, ne dotem accipiant, ergo tan-
tundem probandum, & in hominis prohibitione eſ-
ſe. Atq; ſpeciem propius, difficilius hominis, quam
legis ſcripturam reſtringi, ex Bar. docetur in l. gene-
rali. § vxori infrà de vſufr. lega. de quo Ruin memi-
nit in conſi. 96. num. 5. & in conſi. 111 colum. 1. lib. 1.
Sed enim verbum de hoc in codice meo Bart. non
facit. ex Alex melius id deſumitur in l. ſi patroni in
prin. nu. 15. infra ad trebel.

Secundo reſpondetur. Diſcrimen hoc inter deſcẽ
dentes, & extraneos ad legem, ſtatutumuè non qua-
drare, vna enim, æquaq; apud l. ſtatutumuè condi-
259 tio, ex æquo omnibus proſpicit. Inde pro † filijs, &
nepotibus ſubditos omnes princeps habet. l. ſi quis
filium. Ibiq; Fulgo. & Caſtren. C. de inoffi. teſta. tex.
expreſſior in auctẽ. Neq; virum ex dote in fi. Iſern.
in c. 1 in verſi. & committentium num. 81. in fi quæ
ſint regal. Idq; & Dei optimi maximi exemplo, apud
quem acceptio perſonarum non eſt c. Nouit de in-
di. c. Sacrorum 63. di. c. Hinc Petrus. 1. q. 7. Deute-
rono. c. 1. Actuum c. 49. Ratio eadem iudicis eſt,
apud quem delectum eſſe perſonarum non decet. c.
Cum æterni. ibiq; gloſ. in ver. ſtateram. de re iudi.
lib. 6. ſignificantius in c. In iudicijs de reg. iuris eod.
lib. Ang. l. 1. in prin. ff. de poſtulan. vnde ſubditorum
omnium commodis iure pari princeps conſulit. §.
quamobrem in auctẽ. de reſtitutio. & ea quæ parit.
vni § pen. C. de cadu. tollen.

260 Tertio reſpondetur. Legis † ſtatutiuè eſſe, vt caſui
omni medeatur. Dei quippè oculum lex imitatur,
qui omnia videt, omnia intuetur Bal. in conſi. 141.
præmiſſis verbis nu. 4. lib. 1. per tex. in l. ſi pecuniam
§. ſi quis ſeruum. ff. de condi. ob cau. ob id cum do-
tis ratio in lege habetur, ad nullam non pertinere do
tem debebit. cum generaliter ad caſus omnes lex. tra
hatur, neq; ad caſus ſingulos, aut particulares reſtrin-
gitur. l. iura non in ſingulas ff. de legibus. Inde dici-
mus, vniuerſalis vice in lege ſine dubio indefinitam
eſſe in 1. conſti. C. in fi. Bar. in l. ſi plurib. nu. 5. ff. titu. 1.
Soci. in l. conditionibus in 3. not. ff. de cõdi. & demõ.
Roget hic aliquis, ſi † inſitum in lege eſt, vt caſibus
omnibus conſulat. Quid ita in d. auctẽ. Res quæ, iu-
ris illius commodum ad dotes reſtrictum deſcendẽ-
tium eſt, reſpondetur, generalẽ in eo legis prouiſio-
nem intelligi, ꝙ immediate ab ea, nullo facto homi-
nis interueniente, conſtitutum eſt, verbi gratia cum
in forenſem per ſtatutũ alienatio prohibetur, ſi do-
tis cauſa prohibitioni huic eximitur, ad dotem om-
nem, & mulieris cuiuſuis exceptio trahitur, id quia ni
ſi ſtatuti ipſius mens non ſpectatur, quę ęqua, eadẽuè
ad mulieres omnes habetur, cũ nulla legi, ſtatutouè,
quam alia proprior, aut charior inueniatur, non idẽ,
cum à teſtatore prohibitio inducitur, & ſuper ea in-
terpretationem, reſtrictionẽuè lex adijcit, ne ad alie-
nationem pertineat, quæ dotis nomine fit, ibi enim
teſtatoris ipſi mentem lex intuetur, & prout veriſimi
litudo hortatur, aut iubet, interpretationem, & reſtri
ctionem ipſam moderatur.

262 Non obſtat, vtilitatem † publicam, & cauſam piã
in dote verſari, atq; ideo ratione hac generali diſpo-
ſitionem ampliandam, vt ad dotem omnem traha-
tur, in qua ratio ipſa generalis inuenitur. Quoniam
publica hæc principaliter vtilitas non eſt, at ſecunda-
riò, quæ facilius excluditur iuramento puta interpo-
ſito. c. Cum contingat, ibiq; Imola nu. 19. poſt med.
Bar. in l. ſi quis pro eo nu. 7. in tertio caſu ff. de fideiuſ.
Soci. in conſi. 77. nu. 17. lib. 1. Deci. in c. 2. col. 13. poſt
med. verſi. non obſtat, ꝙ Bar. dicit de probatio. Iaſ. in
d. l 1. nu. 39. verſi. tertio adde. ſupra ſolu. mat. Proin-
de contra, ac veriſimilis teſtatoris mens ferat, à pro-
hibitione eius ob dotes diſcedi extranearum non cõ
uenit, qua veriſimilitudine ratio tex. nititur in d. au-
cten. Res quæ, huc, & illud attinet, ꝙ ſcriptum in ſu-
perioribus habemus nu. 13. in fi propter vtilitatem
hãc publicã ſecũdario, actionẽ cui popularẽ nõ eſſe.

263 Secundò reſpondetur. vtilitas † publica principali-
ter eſto in dote cadat, ipſi eidem tamẽ reipublicæ to-
tius, non teſtatoris vnius priuati incommodo me-
dendum Anchar. in conſ. 198 in territorio nu. 5. So-
ci. in d. l. gallus. § & & quid ſi tantum nu. 17. in fi. ver.
ſi. tertio adde. atq; ibi Iaſ. nu. 27. verſi. ſecundo limi-
ta. Deci. in conſi. 352. in prin. Ruin. in cõſi. 36. nu. 14.
lib. 1. in conſi. 60. nu. 8. verſi. quinimo rationabiliter
lib 5. Capic. deciſ. 5. in fi. deciſ 166. nu. 5. in fi. & ſeq.
inde reſtrictionem in ſcriptura adhibendam vtilita-
tis publicæ cauſa factam, vbicunq; alienum ius lædi-
tur, Soci. ſcribit in conſi 275. nu. 12. verſi. nam licet
alias lib. 2. per tex. in l. 2. in fi. ff. ad municip. coniuncta.
his ijs ſupra de admini. tutor.

264 Tertiò reſpõdetur, ex ratione † generali ꝙ ſpecia-
le eſt, dictum non propagari, quotiens generalitati
ipſi contraria mens diſponentis eſt, ad caſum tunc
enim ſpecialem, in quo loquitur, reſtringi diſpoſitio
ſolet. l. de eo, §. ſi quis ex vni. iuncta gl fi. ff. ad exhiben.
§. fratris cum gl. inſti. de nup. Soci nu. in conſi. 30. nu.
37. lib. 1 & in conſi. 163 nu. 38. lib. 2. de quo memoria
habita apud nos eſt in Corolla. reſpon. pro genero
nu. 7. atq; præter eum, ex Bald. & alijs reſponſio hæc
iuuatur in l. illam. C. de colla excluſionem fœmina-
rum per ſtatutum introductam ad caſus ſpeciales,
quibus expreſſa legitur, reſtringẽdam, tametſi genera
lis excluſionis ratio ipſius ſit, quæ in agnitione ipſa
tuenda conſiſtit, at enim veriſimilis teſtatoris mens
ad dotes mulierum extranearum non trahitur. Itaq;
ratione fortiore in d. auctẽ. res quæ, quã ad mulieres
reſtringendam deſcendentes oſtendimus, quamuis
prohibitio in ea nonniſi tacita interueniat.

Quartò reſpondetur, hallucinationem in argumẽ
265 to † verſari, in quo niſi dotis ipſius nomine rationẽ
non metimur, generalem eam eſſe, & ad dotem om
nem pertinere, enimuero, & perſonã ſpectari in pri-
mis oportet, per quã, & in bonis cuius conſtitui dos
ſolet. doti ne præſtandæ teneatur. Quocirca abſurda
res fuerit, ius tantundem in bonis prohibitis doti
eius tribui, cui dotandæ teſtator non adſtringitur,
atq; illius, quam vel dotare neceſſe habet, vel dotem
cui, ſi inter viuos eſſet, veriſimiliter teſtator non de-

negaret, fruſtra igitur in his ratio generalis ꝓfertur,
ratio in quibus eadem non eſt, Alex. in conſi.79. nu.
9.verſi. poteſt reſponderi lib.6 Soci. in conſi. 9. circa
fi. verſi. ex quibus patet ſolutio lib 3. & apud nos in
d. Corollario nu.,73.verſi.tertio reſpondetur.

Reſponſio quinta ex Corollario prædicto decer-
pitur num.eodem 73. verſi. quinto reſpondetur per
rationem generalem,quod ſpeciale dictum eſt , non
extendi, quotiens abſurdi inde conſequi quicquam
266 poteſt.quid abſurdius † porro , quam roboris mi-
nus in expreſſa quam in tacita prohibitione admitte
re,per tacitam extranearum dotes mulierum impe-
diri,ad eas plane impediendas prohibitionē expreſ-
ſam non valere.d.l.qui ad certum.ff. loca.l.de quibus
in fi.ff.de ll.Bar.in l.1,nu. 6. ibiq; Iaſ.nu.22. C.de iuris
& facti ignor.Cardi.in conſi. 106.in fi. eodem, & il-
lud, facit, diſpoſitioni generali non accedere, quod
prohibitum in ſpecie eſt l.quamquam ff.de ritu. nup.
& alia apud nos in reſpon. pro republica Sauiliani
nu.16.

Reſponſionibus his, & piæ argumentum cauſæ
diluitur,hoc eſt,cauſam piam in dote verſari priuile
267 giaria quippe † magis, quam publica cauſa non
eſt,ſed nec iuri communi præter caſus expreſſos,cau-
ſa eximi pia ſolet c. 1. §.ſi clientulus de aliena, feudi.
Sal.in l.1.nu.14.ver.quinto quia,& q 11. in fi atq; ibi
Iaſ. nu. 10. in prima lectu. & in ſecunda lectu. nu.8.
poſt,med.C.de ſacroſan.eccleſ.& idem Iaſ.in l. ſi cer
tis annis num.10.verſi.extende.in l.fi nu.5.verſi. ſexto
extende C.de pactis.& in conſi. 155.col.fi.lib.4. Alex.
in conſi.182.circa prin.lib.5.

268 Non obſtat,generaliter † q. hanc ſecundam à
Bar. hoc ipſo intelligi,ꝙ iuxta tex.noſtrum quæſtio
nem ipſam proponit.quoniam nihil prohibet, ſuper
tex.hoc verum tamen eo caſu queſtionem moueri,
quo ab aſcendente prohibitio deſcendenti fit.

Secũdo reſpondetur,etiam ſi generalia quæſtionis
259 verba videãtur,ex textib. † tamē in eo prolatis hoc
eſt ad limites,& rationem eorum queſtionem ipſam
reſtringendam l.ſi prior maritus ſupra ſolu. ma.l. aſſe
torio ſupra de hæredi inſti.Bar. in l. non ſolum §.ſi li-
berationis num.7 circa med.infra de libera.lega.Cur
ti.ſen.in conſi. 49. num. 72.circa med.Deci.in conſi.
188 colu.2 poſt prin.Iaſ. in l. ſi conſtante nu.110. ſu-
pra ſolu ma.& alia de quibus ante num.186.

Non ob.in argumentum tex. queſtionis huius ſe-
cunda Bar.proferri,quos citari directo oportuit,ſi ad
prohibitionem aſcendentis quæſtionem reſtringi-
mus.Quoniam eo in arg.vocãtur, ꝙ in prohibitione
editi tacita ſunt,quam non perinde vt expreſſam ef-
ficacem oſtendimus,eam ob rem magni text. illi in
prohibitione faciendi expreſſa non videbãtur. vt ab
ea dotis cauſa ſimiliter diſcedere, atq; à tacita liceat,
proinde in arg.text.ij. dati à Bar. ſunt.ꝙ rationem eã
dem,& prohibitio habere expreſſa videtur.

Poſtremo ſententiam aliam fuiſſe Bartolo conce-
damus.queſtionē hanc generaliter eſto Bar. aſſequa-
tur,vt ad extraneorum dote pertineat.nihili id facien
dum,quatenus iuri,& rationibus opinionem conſen
tire hanc non poſſe,,teſtatum ante ſatis , nec obſcure
ſit.hicq; Ripę contradictio euidens attendenda, qui
generaliter ſemel iterum atque tertium mox ſtri-
ctim Bar.q. vertit, cum aliter argumento elabi Iaſo.
non poſſet.

Conſequenter his dicendum ad limites textuum à
Bar. datorum , hoc eſt in prohibitione aſcendentis
Bart. quæſtionem exponendam. qua ſententia tam
270 conſtanter ſortiterq; inſtructa,de veritate † eius vi-
dendum,hoc eſt, ad prohibitionem ne alienandi ex-
preſſam text.pertineat in d.auten.res quæ cum aliis
apud Bar. hic in q. eius ſecunda prolatis. neminem
eſſe,cui non Bar. ſentẽtia placeat, Iaſ.hic cæteriq; ſcri
bunt.vt eam cædere Iaſ. ipſe Crotuſq; non dubitent
textibus à Bar.prolatis opinio hęc iuuatur,ratione eo
rum perſpecta.vt hic apud Iaſ.nu. 41. verſi.quatto fa-
cit, & num. 44 verſi.& per hoc clare patet in 1. lectu.
& in ſecunda lectu. num. 75. verſicu. & ſi ſubtilis di-
ceres quamuis inductiones,& rationes ipſas. Iaſ. non
agnoſcat.apud Ripam etiam hic rationes textuum à
Bar. prolatorum ſpectantur num. 70. rationes ipſas
ad ſpeciem controuerſam valere,ex his demonſtra-
tur,quæ ſcripta ante ſunt num.65.76.& num.255.ex
ratione generali,quod in ſpecie loquitur,dictum ex-
tendi. itaq; ſicut inter prohibitionem vtranq, com-
munis textuum à Bar. edictorũ rationes cernuntur,
ita, & ad prohibitionem accommodandi vtranque
erunt.

271 Secundò obligationis vinculo † ſententia hæc niti-
tur,ꝙ doti virginum deſcēdentium cauſa conſtituē-
dæ obnoxius teſtator ſit, quod obligationis vincu-
lum Caſtren. obſeruat in d. conſi. 80.quia per ſupra-
ſcriptum eximiũ in 1. dubio lib.1. quocum Iaſ. con-
ſentit in conſi.157.col.1.lib.2. ibiq; ad rationem Ca-
ſtren.expreſſim,referendo hæret expreſſius Curti.ſen.
in conſi. 27. num. 13. in conſi. ſeq.quod Hieronymi
forti eſt,num.5.Idem Curti.ipſe ſen.probat in conſi.
63.col fi.num.20.cum ad conſi. 27. relatione vtitur.
obligationem etiam dotandi Ripa hic obſeruat nu.
70.in fi.& circa prin.num.Curtio ſen.in conſi.memo
ratis ſimpliciter aſſentitur.cum Caſtren. etiam in d.
conſil. 80.Deci. conſentit in conſil. 376. num. 2. in
conſi 519. num. 3. de quo inferius etiam num. 290.
Bar. igitur, & recepta Doc. ſententia ita corrobarta,
in his refellendis capiendas,quæ contra hæc apud Iaſ.
obiecta ſub lectu. vtraq; leguntur, & primum quidē
arg.illud non lędit, quod omnium fortiſſimũ putat,
& quod à ratione fortiore ducitur.ſi ad dotem prohi-
bitio expreſſa trahitur ex contractu facta glo.& Doc.
in l.nulla C.de iure dot.longe magis tantundem ad-
272 mittendum in prohibitione † eſſe ſub voluntate
vltima adſcripta,quam fortiorē ea eſſe, quæ ſub con
tractu fit,teſtatum ſatis in ſuperioribus habemus nu.
3. verſi. idq; in ſpecie, & num.duobus ſeq.nu.99.poſt
med. verſi. quæſtio tertia.nu.155.158.& ſequentibus
& num. 178. ſed ante Iaſ.argumento hoc vſus Soci.
eſt in conſi.75. num. 9.lib.1.argumentum hoc Iaſ.à
Ripa hic diluitur num. 70.in fi.rationem aliam pro-
hibitionis eſſe,quæ ex contractu, atq; voluntate vlti-
ma fit.ſed expreſſius Ripæ mentem profero.contra-
ctus inter extraneos non ēt aſcēdentes,& deſcēdētes
cōſumatur.cũ filio enim, aut deſcendēte ab eo pater
aſcendensve iure ciuili certe non contrahit. vnde
ad contrahentis deſcendentes affici contrahens alter
non videtur.eam ob cauſam ratio affectionis veriſi-
milis,propter quam facultas alienandi inducta exiſti
matur,ſilere in extraneis videtur.ſecundo aliter diuer
ſitatis huius rationem ex obligationis vinculo Ripa
ſubiungit ꝙ doti conſtituendæ non perinde extrane-
us obſtrictus, vt pater, aſcendens ve alius inuenitur.

Sed præter Ripam, à molliori, nedum à fortiori
Iaſonem argumentati non egre oſtendimus, quod
enim ſcribit, fortiorem alienandi prohibitionē eſſe,
quæ à teſtatore, quam quæ à contrahente fit , ad ini-
cium ſeu prohibendi modum attinet vt facilius alie-
nationis effectus, qui in dominio trãsferendo verti-
tur, per voluntatem vltimam , quam ex contractu
impediatur. ſed enim de potentia hac translationis
dominij impediendæ hic non agitur, neq; ad caſum
hunc,quo dominij translatio ex contractu non im-
peditur, quæſtio controuerſa ſpectat. verum ad eum
caſum pertinet quo dominij translationi obſtare
prohibitio contrahentium ſolet ideſt, cum ius quod
in re prohibita retentum vel conſtitutum interpoſi-
tum in contractu eſt, vt hic apud Bar, & alios nu.14.

quod

ꝙ autem ad caſum hunc, quo dominij tranſlatio ex
contractu non impeditur, ſpecies cõtrouerſa ſpectet,
non obſcure inde liquet, ꝙ vbi dominij tranſlatio ſe
quitur, nec ſi ex cauſa alia non perinde, vt dotis, pri-
uilegiaria alienatio fit, ad irritum deducitur. Imò ro-
bur alienationi, eſt quamuis ꝙ intereſt alienator præ
ſtet, vt ſuprà dicto nu. 5. verſi. idq; in ſpecie, & nume-
ris alijs ante collectis, ita ꝙ ad dotem ipſam attinet,
in expedito res, in mulieris, & mariti gratiã videtur,
auelli ab eis emptoribusvè alijs bona non poſſe.

Atq; in ſpecie, ad caſum hunc glo. pertinere in d.
l. nulla, quo dominij tranſlatio ex prohibitione im-
peditur, Bal. ibi in fi. obſeruat. Iaſ. hic nu. 45. verſi. ſed
ſic eſt ꝙ res in 1. lect. & in altera lectu. nu. 77. verſic.
tunc ſic, & idem Iaſ. in d. auctẽ. res quæ nu. 25. verſi.
ſep ego habeo, & num. 32. in quarta limitatione in d.
conſi. 157. col. pen. in quarto dubio lib. 2. Soci. iun. in
conſi. 119. nu. 9. lib. 2. Hoc ita præmonſtrato, vt ad
eum caſum quæſtio applicetur, quo dominij tranſla
tioni prohibitio reſiſtit ex contractu facta, ab infir-
miori, non à firmiori Iaſonis argumentum deriuari
oſtenditur, ꝙ fortior tunc prohibitio conſtat, quæ
273 inſerta ex cõtractu legitur vtpotè quæ duorũ † cõ-
ſenſu ſubnititur, cum niſi teſtatoris vnius animo pro
hibitio non conſtet ſub voluntate vltima facta. l. ſi ita
ſcriptum §. ſi ſub conditione infrà titu. 1. l. ſi ſeruus te
ſtamento ff. de ſtipula. ſer. l. 1. ibiq; gl. & Doct. in glo.
magna verſi. & poteſt aſſignari ratio. C. de pactis. gl.
in l. 1. in prin. in ver. qui primi, ibi & eſt ratio. ff. de ac-
quir. poſſ. glo. & Doct. in l. ſi vxorem in glo. fi. C. de
condi. inſer. & in § ex conditionali in ver. contigerit
inſt i. de verb. obli. ad quam ſententiam, & illud con-
ducit, vinculum fortius duplex eſſe. l. baliſta infrà ad
trebel. l. cum in adoptiuis in princ. atq; ibi Bal. C. de
adoptio. §. ſi vero inſti. eo. titu. & alia apud nos com
parata in reſpon. pro genero nu. 315. verſi. & ſi præ-
ſumptio iuris ſimplex, & nu. 335. qua poteſtatis ma-
ioris ratione factum eſt, vt quod ex contractu condi-
tionale ius pendet, ad hæredes ambulet. d. §. ex con-
ditionali. ibiq; glo. in ver. contigerit, ꝙ contra in vo
luntate vltima eſſe nemo nõ intelligit. l. vni. §. ſin au-
tem ſub conditione. C. de caduc. tollen. & alia innu-
mera.

Si dixeris, ſatis eſſe ex prohibitione ſub voluntate
106 *Oppoſitio ſexta Bar. ad ſecundam partem.l.in quartam declaratur.*

Trebellianæ liberis primi gradus an imputetur, quod ob conditionem implendam datur.ibid. vbi ex communi concluditur imputari,& ad arg. Bal. & Imola reſpondetur.

Taxatiua regulariter ſubaudiri non ſolet.ibid. verſ. tertio ſignificantias.

107 *Correctio iuris perſenſat tacitos, & ſubauditas admitti; aut induci non debet, quinimo correctionis, aut contrarietatis euitandæ cauſa ſubauditio permittitur.*

Contraria diſpoſitio ſtrictiſſimè intelligenda, vt quam minimum poſſit commune ius corrigat,idcirco ad caſum expreſſum reſtringi diſpoſitionem correctoriam oportet. verſ ſi dixeris.

Correctio ne inducatur tolerabilius eſt parum,aut nihil diſpoſitionem operari ibid.verſ ſecundo reſpondetur.

Statutum inutile potius fieri quam, vt correctio iuris inducatur, ſecundum Alexandrum quem tamen author non ſequitur.ibid. verſ ſecundo reſpondetur.

108 *Falcidia ex teſtamento, vel extra teſtamentum capitur, & quo caſu par ſit conditio ſalcidiæ,& trebellianæ.*

Falcidiæ, quibus caſibus imputantur quæ inter viuos capiuntur,eadem trebellianæ cadunt.

Trebellianę non cedunt;quę extra teſtamentum capiuntur ex quo infertur feudum;aut emphytheoſim trebellianę nõ imputari,cum ex teſtamento non habeantur, ſed ex inueſtituris maiorum,ob id iura hęreditaria nõ habentur.ibi. verſ in ſecundo caſu, vbi declaratur procedere in feuda proprio,et recto;& infertur ad alia in verſ.illatio altera.

Legitimę plura imputantur,quam trebellianę.ibid. verſic. ex regula memorata.

Trebelliana ad ſalcidiã negatiuè arguere licet, non imputatur in trebellianam longè minus in falcidiam.ibid.verſ. ex regula memorata.

109 *Feudum hęreditarium dupliciter diſtinguitur primũ ſimpliciter, & abſolutè, alterum ſecundum quid,declaratur.*

110 *Trebellianæ non imputatur, quod ex l.hac edictali. C. de ſecund nup. filius conſequitur, quia id à lege extra teſtamentũ non à teſtatore, aut ex teſtamẽto filius conſequit̃.*

Trebellianæ,& ſalcidiæ imputatur,quod ex relicta filio naturali præter modum legis,filio legitimo,& naturali applicatur. ibid. verſ ſed quæſtio hic.

111 *Imputatio quomodo facienda vbi quarta permixta incurſis hærede puta fideicommiſſo vniuerſali legatiſque ſingularibus onuſto, quo caſu quarta de omnibus excipitur, & an ſit neceſſarium,vt dodrantem legata excedant,vbi de vtilitate huius quæſtionis diſeritur.*

112 *Trebelliana ob inuentarij omiſſionem non perit, diuerſum in ſalcidia deciſum.*

Contributio nihil aliud.quam permixtio,aut collatio. ibid. verſ in quare explicanda.

113 *Contributionis faciendæ modus inter fideicommiſſarium vniuerſalem,& legatarios hæreditate reſtituta.*

114 *Trebellianæ an cedat, quod à fideicommiſſario datum ob conditionem implendam eſt ſi nolens hæres adeat.*

Qualitas.qui iure aliquo ex perſona alterius vtitur, cum omnibus ſuis qualitatibus eo vti debet.

115 *Intellectus.l.2.& 3 ff.ad trebel.*

116 *Trebellianæ cur hęreditarium corpus à cohærede relictum non imputetur quatenus prælegati iure accipitur aliud ſit in pecunia hæreditaria,& corpore non hæreditario.*

117 *Correctionis,aut cõtrarietatis euitãda cauſa,generalia,& vniuerſalia verba ſecundum præcedentia reſtringenda.*

Opiniones Doctorum,quæ diuerſa inuicem videntur ad cõcordiam diſtinguendo ſi fieri poteſt reduci debent.ibid.

118 *Aliqua dictio an ad pauca referenda ſit, & de vtilitate huius ſignificationis.*

119 *Quarta in re qualibet debetur.Ideo ex re qualibet pro indiuiſo quarta deducitur.Quòd limitatur ſex modis infra in verſ.limitationem concluſio,hæc ſecunda.*

120 *Intellectus.l ſi ſuodus mihi.ff.ad l. ſalcid.*

Taxatiua dictio ad correctionem inducendam non prodeſt. verſ.eapropter ita legis exitus.

121 *Conditionalis contractus in eo perfectus habetur ne ei derogare liceat.*

Iuri quærendo præſenti ſpe fundato derogare non licet.ibid.

Princeps ius feudi non cedit in agnatorũ perniciem,quãuis ad eos nondum peruenerit,ſed quærendum ſit.

Factum.Pro facto habetur quod fieri omnino oportet. ibid. verſ. ſecundo obſtare Baldo videtur.

Trebellianę detrahendæ poteſtas authoritate pprin nec in fideicõmiſſo cõditionali datur.ibid.verſ tertio ius quarta.

Trebellianã licet ex re vna deducere in fideicõmiſſo ẽt cõditionali nõ liceat,limitat̃ tñ ad eã detractionẽ ꝑtineat,q̃ alienãdo fit,qa re aliqua ex bonis fideicõmiſſum alienata illa in quarta lædit ibid.verſ ſententia memorata.vbi ratia affertur,& ad fideicommiſium.

322 *Conditionale reſtringit̃, & ampliatur na.ſeq in verſ. cõclusio igitur ſublimitatur ſi doloſè fiat alienatio.verſ ſublimitationem ubi de modo probandi dolum.*

Tex.in auth. res q̃.C.com.de leg.an ad fideicõmiſſũ parum trahat̃,vt bona fideicõmiſſi puri alienare ẽt vltra quartã ob dotem, & donationem propter nuptias liceat.ibid.

Dolus hæredis grauatis alienãtis bona fideicõmiſſi quõ probetur cum tali caſu alienata non cedant in quartam.ibi. verſ.ſed in eo labor.

Paupertas.De paupertate ſuſpectus habetur, qui in loco periculoſa bona poſſidet.ibid. verſ.& quæ alia exempla.

Minoris res æſtimat̃ ob infeſtes vicinos.ibi.et q̃ alia exẽpla.

Miſerabilibus cauſis fauendum non eſt in præiudicium tertij.ibid.verſ ratio ſublimitationis.

123 *Hæres grauatus rẽ non ꝑtioſam nullo malo cõſilio vẽdens in qua dolus re ipſa ex parte emptoris interuenit ob læſionẽ vltra dimidiã gaudet beneficio, vt ita alienata imputentur in quartam.*

124 *Quartę commoda hęres priuatur cuius dolo intricatũ confuſumq; patrimoniũ adeo redditur vt quantũ id ſit,quãta nè quarta eius,& an amplius,minuſuè alienatũ,q̃ quarta ſit dignoſci non poſſit ob doli prǽſumptionem.*

Intricatio confuſioq; patrimonij doli præſumptionem contra hæredem inducit,vt quarta commodo ob id priuetur.

Doli præſumptionẽ intricatio,& confuſio arguit, ideo doli ſuſpitione non vacat, qui verbis intricatis,obſcuriſuè vtitur.ibid. (falſo.

Teſtimoniũ obſcurũ de falſo ſuſpectũ eſt.ibi.verſ ſed,& de

Obſcurè loquentis delictum grauius, quàm tacentis. ibid. verſ. inde dicitur.

125 *Hæres grauatus ſi malo conſilio rem fideicõmiſſo ſuppoſitã diſtrahat cũ nulla diſtrahendi cauſa legitima interueniret ſi re ipſa læſionem fideicommiſſarius non ſenſit, quia neq; optima, neq; deterrima alienetur iuſto ꝑtio, an alienatio teneat, & in quarta res ita alienata imputetur.*

Dolus conſilij, & ex propoſito reſciſionẽ contractus operatur abſq; enormi læſione aliud in dolo re ipſa deciſum. ibi.

Delictum inducere vbi non eſt, in arbitrio, aut poteſtate alicuius non eſt. ibid. verſi. ſed. enim.

126 *Dolus re ipſa non aliter intelligitur quam ſi læſia enormis ſupra dimidiam interueniat, quia ex facti enormitate animi conſilium præſumitur.*

Dolus re ipſa varie, vt materia ſubiecta patitur accipi poteſt ibid. verſ. reſpondetur quod dicitur.

Læſio in ſexta parte ſufficit vbi rem ſuam quis non diſtrahit, ſed arbitrio alieno arbitro puta, aut arbitratori committit. ibid. verſ. reſpondetur quod dicitur.

127 *Hæres grauatus rem fideicommiſſo ſuppoſitam alienans quæ valorem trebelliana longè excedat illam in quartã imputare non poteſt cum alienatio non valeat.*

Fraus in hærede grauato ex eo colligitur, quod ab eo maior bonorum pars diſtrahitur. ibid. verſ. ſublimitatio hæc noua.

128 *Trebelliana alienata non cedunt, quæ alienari teſtator prohibuit, vbi de eo quæritur an in alijs non prohibitus capiatur habita ratione ad alienata.*

Legitima in legitima, quaſi creditor filius dicitur, legatariorum, & fideicommiſſariorum reſpectu. ibid.

Legitima ratione naturali debita. ibid.

Falcidia locus non eſt in re, quam alienari teſtator prohibuit. ibid. verſ. ſed contrarius.

129 *Auth. ſed in ea. C. ad l. falcid. vtrum ad prohibitionem omnem alienandi pertineat, tàm quæ hæredi, quàm quæ legatarijs, aut fideicommiſſario vniuerſali fit.*

Auth. ſed in ea. C. ad l. falcid ratio, quæ fit. ibid. verſ. tertio ratio d. Authen.

Prohibitio alienãdi expreſſa tacitè prohibitioni adiecta hoc operatur, vt nec in caſu alias permiſſo liceat alienare. ibi. ve ſ. expreſſa enim prohibitia.

130 *Trebelliana an in bonis alij legatis detrahi fideicommiſſi conditione pendente alienando poſſit ſi bona alia non deſint, ex quibus detrahi quarta poſſit, vbi diuerſas refert opiniones, & negatiua opi. admiſſa illam declarat procedere ſi ſoluendo hæreditas ſit ita, vt in bonis non legatis ſalua quarta maneat, & quid ſi res pretioſiores ex tota hæreditate legentur.*

131 *Hæres grauatus fideicommiſſo quotiẽs minoris, quàm ſint bona fideicommiſſo ſubiecta vendit, an verum pretium ſibi imputet non quanti facta venditio fit.*

Prudentius verſari in alienis rebus conuenit, quas alij reſtituere oportet. ibid. verſ. ſi dixeris.

132 *Dolum & culpam latam fideicommiſſario ab hærede grauato præſtari.*

Culpa lata in hærede conſideratur, qui res diſtrahendas non diſtrahit.

Culpa lata in rebus alienis punitur, q̃ in proprijs toleratur.

Culpam leuem hæres grauatus præſtat, quotiens rei tutius interitur verſatus veluti cum incendio domus perit.

133 *Hæres grauatus an alienata per vltimam voluntatem legando puta in quartam imputet.*

Alienatio, quæ inter viuos permiſſa eſt ad voluntatẽ, quoque vltimam facilius trahitur. ibid. verſi. tertio ſublimitationi huic.

134 *Tempus circa validitatem actus ſpectandum, quo ille geritur, non quo effectum ſortitur. Ideo tempus obſeruandũ quo datum reſcriptum legitur, non quo præſentatur, aut ad effectum perducitur vbicunque de viribus ipſius reſcripti contenditur.*

135 *Trebellianam hæres ſub conditione grauatus ex rebus alienatis deducit caſibus exceptis, de quibus in ſublimitationibus.*

136 *Trebelliana res cadit conditione fideicommiſſi pendente diſtracta, parte etiam alterutra diſſentiente.*

Ad l. in quartam. ff. ad l. falcid.

COmmentarij poſteriores. l. in quartã. ff. ad l. falcid. Quibus initium datum in Monteregali eſt die 23. Martij 1565. Papiæ antea ſemel, atq; iterũ. l. hæc enarrata. tex. in §. diui interpretari autor conſtituerat, At enim crebris auditorum impulſibus. l. hanc in quartam præuerti oportuit.

Quæſtio hic apud Ripam primũ omniũ diſceptatur, ad fideicõmiſſa † ne ſingularia falcidia pertineat,
1 vt non minus de eis; atq; ex legatis detractio eius fiat. & quidem locum eſſe, vulgatus Doc. ſentire ait, idq; adæquationis ratione, de qua in l. 1. ſupra de leg. 1. in l. 1. & 2. C. com. de lega.

Ab op. hac Cuma. & Soc. diſcedunt in rubri. infra ad trebel. ratione illa mouentur, ꝙ infirma vt ipſi oſtendunt, adhuc fideicommiſſa erant, cum lex prodita falcidia eſt. St imbecillia erant. & nihil hæres præſtare cogebatur, atq; ideo ſolidum retinere fideicõmiſſum poterat. vtiq; inepta legis falcidiæ quæſtio in fideicommiſſis ſingularibus apparet.

Ad arg. hoc Ripa hic reſpondet, tametſi initio ipſo ad fideicommiſſa particularia falcidia nõ quadraret, firmitatem fideicõmiſſis non habentibus. Adæquatione tamen poſtea inſecuta fideicõmiſſisq; cum legatorũ robore partibus factis, ad fideicommiſſa ipſa legẽ quoq; falcidiã competere, q̃ inuenta niſi ob legata non erat. Neq; nouum id videri, vt ad ius nouũ adæquationis, falcidiæ lex antiqua trahatur. l. non eſt nouũ, & l. ſeq. ff. de legib. vbi ad legẽ poſteriorẽ, & ad ea antiqua lex trahitur, quę ſimilia his ſunt, de quibus antiqua lex meminit. Itaq; cum ſimilia legatis ꝑ adęquationem facta fideicõmiſſa ſint, non poterit ad fideicommiſſa ipſa falcidiæ lex nõ trahi. Appoſitè magis tex. Ripa vocaſſet in l. ſed, & poſteriores eo. tit. leges ẽt poſteriores ad priores trahi, vt per eas, ſcilicet determinentur, & ſuppleantur glo. ibi autore. viribus igitur legatorũ fideicõmiſſis per l. nouã adæquationis, tributis, conſentaneum vr̃, ſecundum legem falcidiam priorem in legatis æditam, legẽ ipſam poſteriorẽ exæquationis determinari, & ſuppleri, vt falcidiam etiam fideicommiſſa, ita exæquata patiantur.

Secundò vltra Ripam, planius Cuma. & Soci. arg. diluitur. Eò enim ſpectat, vt propter fideicõmiſſa, lata falcidiæ lex non ſit. cum effectum iuris non haberent. verùm in hæredũ arbitrio conſiſterent. At enim ratione hac à probatiſſima Doc. opinione recedere Cuma. & Socinum nõ docuit. Quoniã non id Doc. aiunt, fideicommiſſorũ ẽt cauſa falcidiam initio cõparatam. verum ad fideicommiſſa poſtea etiam cõpetere, quæ pura facta cum legatis ſunt.

Tertio cum regulæ vice adæquatio fit, ad omnia pertinet, & quod de vno dicitur, locum, & in altero habet Clem. vni. de offi. vicar. & ex qualitatibus ſuis omnibus facta adęquatio intelligitur gemina. in cõſ. 56. nu. 1. Idq; ex traditione Bar. & aliorum circa adęquatione, probatur in l. 1. nu. 1. ſupra de lega. 1. Idque ampliatum ibi apud nos inuenitur. nu. 110. vt locum id habeat, q̃uis dictio taxatiua in altero inſerta ex adæquatis ſit. De quo ẽt apud nos in rubri. eo. tit. de lega. 1. n. 153. circa fi. vbi in cõtrouerſiã ampliatio vocat̃.

Si dixeris, ad ea adæquationem reſtringendam, in quibus commodum vertitur, & quæ adæquato proſunt, non etiam nocent. Atque ideo quantum ad vires legatis fideicommiſſa comparata, vt firmitatem habeant, efficaciterq; legatorum exemplo hebeant, & petantur. non etiam vt falcidiam ſubeant, quæ damnoſa fideicommiſſis ſit. Reſpondetur, ad incõmoda, Immo, & ad pœnã etiam adæquationẽ porrigi. Extenſio quippè, vel in pœnalibus ad ea fit, Quæ adæquata inuicem in regulæ modum ſunt.

In quo-

In quorum vno ſi adiecta pœna inuenitur, ad alterum, quoque trahitur. gloſſ.in l. quod vero contra. ff.de legibus,gloſſ.& Doct. in l.ſi quis ſeruo in glo. fi. C.de furtis, cum alijs apud nos accumulatis in d.l.1. num.109.ſupra de legat. 1. ſi locum extenſio, & in pœna ob exæquationem habet. Quantò magis ius idem in ſpecie probandum controuerſa erit, in qua lucri demum extenuatio per falcidiam, non etiam damnum,pœnavè contingit.

Quarto nihil eſt, quòd generalibus occupemur, textus in ſpecie,Cuman.& Soci.opinionem ſubuertit in l.illud in prin.ff.de donat. cau. mortis iuncta, l. cum pater. §. corſi infra tit. r.in l 1.§. ſi quis ex mortis cauſa. ff. quorum legat. in l. ſi mortis cauſa, & l. penult. C. eod.tit.ad l. falci.in d l.illud in prin.æquationem donationis cauſa mortis cum legatis text. narrat. Conſequens deinde fieri adæquationi ait, vt quodcunq; iuris in legatis eſt, id in mortis cauſa donationibus accipiatur, textibus planè alijs mox
2 relatis † ad falcidiam nominatim adæquationem hanc trahi, vt detractionem eius donatio cauſa mortis patiatur, expreſſum eſt,itaq; ſi ex donatione cauſa mortis propter adęquationem falcidia deducitur. Longè magis detrahenda ex fideicommiſſis erit, quandoquidem ſimilitudo tanta inter donationem cauſa mortis, & legata non eſt, quanta inter fideicommiſſa, & legata inuenitur, vt ex Bald. probatur in conſi.298. quæritur vtrum vſurarius colu. 2. poſt med. verſicu. & ad prædicta faciunt. lib.2. vbi diſcrimina duo enarrat, duas,& alias differentias gl.commemorat in l. poſt legatum. §. qui mortis ſupra de his quibus,vt indig. Differentia,& alia accedit, quod donatore etiam ſuperſtite,firmitatem donatio cauſa mortis habet. l. inter mortis, & l. ſi mortis cauſa, ff. de dona. cau. mor. Quod aliter in legato eſſe nõ ambigitur, cum aditionem hæreditatis poſcat. l. ſi nemo. ff. de regul. iuris, & hæreditatis delibatio dicitur. l. legatum eſt ſupra de legat. 1. viuentis planè nulla eſt hæreditas.l.2. ff.de hæredi. vel actio. vendi. l.in ſuis ſupra de lib. & poſthu. l. 1. §. interdum ſupra de vulga.l.qui ſuperſtiut ſupra de acq. hæredit. Differentia ſexta, quod abſenti donatio cauſa mortis non ſit. l. miles ad ſororem in princ.ibiq; Imola ſupra de legat.2.l.inter mortis,ff.de dona.cau. mortis, cum alijs apud nos relatis in rubr.ſupra de lega.1.nu. 77. vnde Cumani, & Socini erat, ad argumentum hoc adæquationis ſpectare,idq;,ſi poterant refellere.

Quintò nominatim, & in ſpecie fideicommiſſorum ſingularium, locum in eis falcidiæ eſſe, ex text. oſtenditur in l.ſi ſeruus legatus.§. ſed ſi cum mihi ſupra de legat. 1.in l.qui ſolidum in prin.ſupra de lega. 2.in l.verbis in l.ſi tacitum in l.quod de bonis. §. fructus. in l.maritum.§. 1. à ſenſu contrario argumentãdo in l.neſennius.§.ſeruo,expreſſius in l. is cui hoc eodem tit.in qua.l.is cui rationem adæquationis. gl. 1.obſeruat. Propter adæquationem ipſam factum eſſe,vt æquè ex fideicommiſſis, ac legatis detractio falcidiæ fiat, idem ex tex. declaratur in l.2.l. in donationibus,& l.ſeq. & l.ſucceſſores,C.eo.tit.

Tex. etiam pro ſententia hac contra Cuman. & & Soc. Picus hic obijcit,nu.2.in l. filiusfamil. in prin. ibi dixi. l. falcidiam inductam eſſe à diuo pio etiam in teſtatorum ſucceſſionibus propter fideicommiſſa ſupra eo. Inde crimini Cumano, & Socino vertit,de re liquida,& de qua in ſpecie lex extat,controuerſiam ab eis factam, inde tex. in eos torquet in l. domitius ſupra de teſta.

Sed enim quod ad text. illum attinet, temeritatis crimine Picus ipſe tenetur,ſiquidem à re alienus tex. ille eſt,qui de vniuerſali, non ſingulari fideicommiſſo loquitur,ideſt in peculio Caſtrenſi, ex quo ſolo filiusfamil. hæreditas conſiſtit.l. ſi certarum ſupra de mil.teſt.& ita tex.illum Soc.interpretatur in rub.infra ad trebel.circ. fin.idq; text. probatur in l. 1. §.hoc autem ibiq; Iaſ.in quarto nota,infra ad trebel. idem ex gl.declaratur in d.filiusfam.in gl.3. Quæ falcidiã pro trebelliana exponit,ſi quidem ad fideicommiſſa vniuerſalia falcidia non competit in ſpecie ſumpta,& in ſpecie in dubio accipi verba oportet.l. hoc legatum,ibiq; Bar.ſup. de leg.3.Bar.in l.1.in fi.princ. ff.de æden. Alex.in rubr.ſup.ſol.mat.nu.21.in fin & quidem neceſſariam expoſitionem hanc eſſe, quotiens falcidiæ mentio in fideicommiſſo vniuerſali fit,Caſtr.docet in l.1.nu.12.ſup.eo.

Sed dubitari poteſt, propriè ne falcidiæ nomine trebelliana contineatur, & propriè contineri Berengar.hic ſcribit num.197.per tex. in l.titia ſup.eo.in l.ſi vt allegas C.eo.idem Coraſ. ſentit in l. filium quem nu.30.C.famil.hær. vbi falcidiæ appellationi trebellianam cedere, ſimpliciter ſcribit per d.l.titia, & alia ab eo relata.

Contrarium Berengario, & Coraſio videtur, ꝙ in d.l.filium quem Matheſila.ſcribit nu.14.ad ſimilitudinem falcidiæ in legatis ſingularibus, propter fideicommiſſa vniuerſalia trebellianã introductam. Ita extenſa falcidia ad trebellianam eſt, idem Socin. probat in d.rub.infra ad trebel.nu.7. ſi per extenſionem ad trebellianam falcidia producitur, ergo non propriè. Inepta quippè, & ridicula in eo extẽſio videtur, ꝙ propriè includitur,vt ex Bar.colligitur in l. omnes populi nu.60 ff.de iuſti.& iure Caſtr.in conſ. 441.pro declaratione.col.pen.in fi.lib.1. Bald.iun. in trac.de dote par 6.priuil.21.col.1.in fin.ver. nec obſtat illud,quod diſpoſitio,idem ex Fely. percipitur in c.rodulphus nu.4.de reſcrip Dec.in c.1.nu.6.ver.nõ obſtat quod dicitur,de offi.deleg.Iaſ.in l.1.§. hoc autem nu.7.in fi. infra ad trebel.atq; in ſpecie, falcidiæ vocabulum impropriè ad trebellianam competere ex gl.declaratur in auct.vnde & ſi parens in glo.3.C. de inoff.teſta.cum qua gl.Doc.ibi conſentiunt,idem Alex.probat in l.cum filio in tertio nota,ibiq; Baueria,& Soc.iun.in quinto,vterq; not.ſup.de leg.2.

Hoc amplius,nequidem extendendo,falcidię nomen ad trebellianam trahi,Pelyto viſum in d.l. filiũ quem nu.47.& ſeq. ibiq; ad tex.reſpondet,qui contra afferuntur pro quarta in genere, quæ a falce vocatur, falcidiã accipi, ꝙ in vſu trebelliana non eſſet, quæ ita magiſtraliter vſurpata à gl.& Doct.eſt, & de qua expoſitione falcidiæ à falce,apud gl.in l.1. in pri. in gl.1.in fin.ibiq; Alex.n.10 & ſeq.ſupra eo. ibiq; gl. alias duas cõſimiles refert inſt.eo in prin.& in gl.1.& in §.hinc nobis in ver. falcidia in auct.de hær.& falc.

Opinione admiſſa,vt in genere falcidia,ſeu lex falcidia inueniatur,de quo cumulatius inferius dicetur, diſtinctione dirimi res poteſt,vt ſi quidem in genere falcidiã ab etimologia, & à falce accipimus, ad trebellianam perinde,vt ſpeciem eius propriè competat,ſpecies quippè ſuas oẽs non impropriè genus cõplectitur.l.cum lege,ibiq; Aret. cir.prin. ſupra de teſta.l.gallus.§.1.ibi qui ex verbis concipi poteſt, ſupra de lib & poſt.l.ſi quis ſtipulatus ſit ſtichum, ibi quærentibus inſpiciendus eſt ſermo ſtipulationis, ff. de ver.obl.l.intereſt,ibi quantum lectio probat.ff. de ſolutio.l.ſemper in generalibus,ff de reg.iu l.fi.C.de hęred.vel actio.vend.l.fin.cir. fi. ibi excepto teſtõ.C.de codicil.l.vol tas.C.de fideic.Bar.in rubr.ſup.ſol.ma. nu.12.ibiq; Crot.nu.64 Niconi.nu.162.Bal.in l.2. C. de iure anul.aureorum.Soc.in l.2.& in 3.not.ff.de except.Iaſ.in conſ.24.col.5.ver.non obſtat,ꝙ illud verbum fratrib lib.1.Cec.in conſ.294.col.1. Hormanno. in l.1.iu prin.nu.22.ff de oper.nou.nunc.Fabri.in l.naturaliter.§.nihil cõe.nu.30.ff.de acq.poſſ.Criſpus in rubr.ſup.de leg.1.nu.9.& nu36.Aluar.nu.29.

Sinaũt in ſpecie falcidiã ſpectamus, quæ propter

legata introducta ſingularia eſt, ſub ea propriè trebelliana non continebitur, ita in genere, & in ſpecie accipi verbum, idē poterit. l. 1. ff. de adoptio. l. inter agnatos infrà vnde legitimi, iuriſconſ. §. īter agnatos infra de gradib. In re planè dubia, ſi quidem fauorē hēt, in genere ſauoris ampliādi cā, accipi verbū hoc conuenit, cui ſignificatus is eſt generis, & ſpeciei, quod ſi odium vertitur, vt quo leuius poſſit, id fiat, in ſpecie hoc genus accipiendum verbum erit. cap. rodulphus, ibiq; Abb. de reſcript. Bart. in l. talis ſcriptura in princ. ſupra de legat. 1. Abb. in cap. ad audientiam in princ. de decim. Geminian. in conſ. 33. num. 8. & ſequen. Alex. in conſ. 248. num. 9. & ſeq. lib. 6. Socin. in conſil. 116. num. 17. lib. 1. Deci. in l. quotiens idem ſermo in fin. ff. de regul. iuris, & in conſi. 541. num. 8. & ſequent. Bulgarin. in d. rubri. ſupra ſol. mat. nu. 40. ibiq; Cro. nu. 64. Niconit. nu. 170. Ruin. in conſi. 24. nu. 2. lib. 3. & in conſi. 9. nu. 7. lib. 4. Criſpus in rubri. ſupra de legat. 1. num. 35.

Apparet ex his, permagni referre, vtrum ſignificatum non plusquam vnum, & ipſum generalem, aut latum verbum, quod habeat, an duplicem hoc eſt generis, & ſpeciei. Priore caſu generaliter, & latè intelligi verbum ipſum oportet, quatenus ſignificatio eius protenditur fauoris, aut odij diſtinctione non facta. d. l. cum lege, ibiq; Aretin. ſupra de teſtam. & apud nos in conſil. 118. num. 14. vberius in conſi. 308. num. 3. Poſterior caſu diſtinctio memorata adhibenda, fauorem, an odium ſcriptura habeat. text. etiam pro ſententia hac contra Cuma. & Socin. inducitur in l. 1. in prin. infra titu. 2. de quo plenius in commentarijs anterioribus, quibus per argumenta ſex Ripæ confutatum reſponſionem habemus, in quo tex. hic me occupandum non duxi. Quatenus textuum affatim aliorum ſuppetit, vnde robur opinio tam frequens accipiat. Textus & alij producti commentarijs prioribus cum teſtimonijs Doctor. ſunt, quibus declaratur, ad fideicōmiſſa ſingularia trebellianam nō pertinere, atq; ideo ſub falcidia ea conſiſtere, niſi ſi pluris quid in fideicommiſſis ſingularibus, quam in vniuerſalibus, legatisq; particularibus, & vniuerſalibus admittimus, vt à detractione oī immunia fideicōmiſſa ipſa ſingularia eſtimentur, ꝙquam legatis negatum oībus eſt.

Apparet ex prædictis, in textus non paucos, rationes coactas, probatiſſimasq; & notiſſimas iuris regulas Cumanum cum Socin. offendiſſe, ſed & immuratus Cuman. de iure reſpondendo, legitur in conſi. 133. filius in prin. vbi cum vulgatiſſima Doc. ſententia facit, ad fideicommiſſa ſingularia legem falcidiā pertinere pro qua ſentētia tex. & alios ꝓfert.

Secundo principaliter aduerſus ſententiam hanc textibus, rationibus coactis, & regulis iuris adeo inſtructam. tex. Ripa opponit in §. hoc ſolum inſtit. de ſing. rebus per fideicom. relict. vbi fideicommiſſo ſingulari amplius grauari quiſquam non poteſt, quam accepit, ſeu quam honoratus ſit, ergo ad commodi modum vtile grauamen erit, & conſequenter cum ex toto honoretur, ratum quoq; totius onus citra falcidiæ detractionem habebitur, ꝙ ſi locum falcidiæ in fideicommiſſo ſingulari facimus, verum vtiq; non erit, pro commodi menſura grauandi, aut fideicommittendi licentiam eſſe, immo enim niſi dodrante tenus hæres non grauabitur, Reſiduum quadrantem falcidia demetente.

Ad text. illum Ripa reſpondet, in legatario, & fideicommiſſario eum loqui, quibus falcidiæ, Trebellianævè ius detrahendæ non eſt. l. lex falcidia. §. fin. ſupra eod. l. 1. §. ſi is qui quadringenta in fin. l. mulier. §. fin. ſupra eo. gloſſ. in l. cum filio verſic. ſed vt pater in princ. ſupra de legat. 1. & in l. 1. §. & hæc diſpoſuimus, in verſi. aliquid lucri. C. commun. de legat. qua ratione, nec hæredi ex re certa ius quartæ detrahendæ eſt, cum legatarij vicem ſuſtinear Soci. iun. in conſi. 132. nume. 6. lib. 1. & vberius apud nos in conſi. 186. vbi diuerſam Curtij iun. confutatam opinionem habemus, hæredi planè ex aſſe, aut quota inſtituto, & grauato ius falcidiæ ex fideicommiſſis ſingularibus detrahendæ. text. non negat in d. §. hoc ſolum, qui niſi in legatario, aut fideicommiſſario Ripæ ſententia non loquitur, ita ſecundum reſtrictionem hanc contrarius opinioni huic text. ille non erit, hoc eſt ad fideicommiſſa etiam ſingularia falcidiam pertinere.

Reſponſio hæc Ripæ multifariam confutatur, principio textui contradicit in d. §. hoc ſolum, cum negatiua vniuerſali vtitur, nè plus quiſquam rogetur reſtituere, quam ipſe ex teſtamento ceperit. Quæ verba idem, atq; illa pollent, plus reſtituere rogari nullum poſſe. l. fœminas. ff. de procurat. l. 3. §. 1. ff. de arbitr. l. regula §. 2. ff. de iuris, & facti ignor. l. fulcinius. §. planè. ff. quibus ex cau. in poſ. eatur. l. fin. §. 1 ff. ad legem iuliam de annona. Quatenus ſi maximè de legatario, aut fideicommiſſario. tex. ille loqueretur, verba illa tamē vniuerſalia negatiua, quēquam non rogari, vt plus reſtituat. l. ad omnes latè patent, atq; ideo hæredem etiam apprehendunt, quem ſi excipi dicimur, falſa ex toto verba illa vniuerſalia negatiua fiunt. l. ſi ſeruus. §. ſi plurium, ff. ſi quis cautio. l. ſi is qui. cc. §. cum ita verſic. vel vt ꝓprius accedamus infra de rebus dub. & quod Rom. ſcribit in conſi. 32. circa fin. Ad legitimæ excluſionem verba negatiua vniuerſalia trahi, cum aſcendēte paterno interueniēte, in nihilo mater ſuccedit.

Secundò, & ſi maxime in legatario, & fideicommiſſario textum ſeriptum illum dicamus, attamen cum vniuerſalis prohibitio eius ſit, neminem plus onerari, quam acceperit, ad caſum ſpecialem ꝓhibitionem reſtringi vniuerſalem non conuenit, ſimiliter vt in ratione generali dicimus, ad caſum eā non coarctari, in quo adſcripta eſt. l. regula. §. & licet ibiq; Bart. & Bald. ff. de iuris, & facti ignor. l. nomen debitoris, & l. pater filium. §. fundum, ibiq; Bar. in fi. infra titu. 2. l. 2. § ſi mater verſi. quid ſi curatores infra ad tertul. & apud nos in conſi. 135. num. 32. vberius in conſ. 227. num. 3. in corollario pro genero num. 17. & num. 70. & quidem ſi ea text. ſententia fuerat, vt niſi fideicommiſſarium, legatariumve non teneret, quorſum verbis illis vniuerſalibus negatiuis vti.

Tertio caſus diuerſos Ripæ reſponſio facit, vt ius aliud hæredis. quam fideicommiſſarij, aut legatarij ſit, ratione diuerſitatis vlla non expreſſa, quæ nihil fieri reſponſio ſolet, quatenus rationem ipſam, non caſuum ſpectari diuerſitatem oportet, in quibus ius admitti idem ſolet, quotiens rationem eandem omnes habent. l. non poſſunt, ff. de legibus, l. illud. ff. ad l. aquil. l. non ſolum. §. qui primipilum, ibi rectè adaptatus omnibus ſimilibus capitulis, ſupra de excu. tutor. l. 3 §. 1, ibi nec ratio diuerſitatis reddi poteſt ſupra de iniuſto teſtam. l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de legat. 2. l. ſi is qui duos infra de libera. lega. l. adigere. §. quāuis infra de iure patro. l. ſtichus ſeruus meus. ff. de manum. teſtam. l. à titio ff. de verbor. oblig. l. ſi poſtulauerit. § ſed & ſi negauerint, ibi ratio enim adhuc eadem eſt. ff. de adulter. l. 1. C. de diuer. reſcript. l. fin. C. de conſti. pecu. l. fin. C. de lib. præter. l. fin. C. eo. tit. ad l. falcid. l. 1. C. ſi vnus ex pluribus appel. §. pari ratione, ibiq; gloſſ. tex. conſimiles referens. inſti. quibus modis ius patriæ pote. ſol. §. noſtra vero in prin inſti. de exhæredat. lib. cap. tranſlato de conſtit. cap. cum dilecta de confirmat. vtili, vel inutili. cap. conſtitutionem de reg. iur. lib. 6. & alia quam plurima, itaq; cum ratio diuerſa hęredis ſupra modum com-

modi

modi onerandi, atq; fideicommiſſàrij, legatarijvè non ſit, ius idem ſtatui, & in hærede conuenit, mentioque de fideicommiſſario, & legatario facta exempli gratia creditur. Bal. in l. de quibus, num. 35. poſt princ. ff. de legibus, pro quo dicto text. videtur in l. 1. §. quod vulgo. ff. de vi & vi arma. Rationem planè eandem hæredis, ac fideicommiſſarij, & legatarij eſſe, ne vltra quam accepit, oneretur, non dubitatur, quoniam præter facultates hæreditarias, florum. C. & inſtitutionum iure fidēicommiſſis, & legatis præſtandis obſtrictus hæres non erat. l. 1. §. ſi is qui quadringenta, ibiq; Alex. in ſecun. nota. infra ad trebel. l. ſi vniuerſæ. C. de leg. cum alijs apud nos adſcriptis in reſponſo pro genero nu. 469. quod enim inſolidum fideicommiſſa, legatavè præſtentur, iure inſtitutum per Iuſtinianum eſt inuentario non facto. §. ſi vero non ſecerit in aucten. de hæred. & falcid. Quin etiam ius idem, & in creditoribus ſeruandum, nonnullis viſum. vt gloſſ. refert in l. filiusfamilias. §. diui in verſ. nam ſi hæredis, ibiq; Cumanus ante fin. in ſecunda lectu. ſupra de legat. 1, idem ſentire, & Bart. videtur in l. 1. num. 8. poſt med. ibiq; Iaſ. num. 76. ſupra de legat. 1. dictionem hodiè expendendo, ſed enim cauſam aliam creditorum, ſeu æris alieni fuiſſe, vt inſolidum hæres adſtringeretur, tex. probat in l. quæ dotis ſupra ſolut. matrim. de quo in d. §. diui Bart. meminit num. 8 Caſtren. num. 11, Opizonius num. 49. & quam quam generaliter ſcriptum apud nos ſit in dicto reſponſo pro genero nu. 469. vltra vires hæreditarias adſtrictum olim hæredem non fuiſſe, vt tex. tamen & Docto. loquuntur, qui relati à nobis ſunt, ita intelligi dictum generale oportet. l. aſſe toto ſupra de hæredit. inſtit. Barto. in l. non ſolum. §. ſi liberationis, num. 7. circa med. infra de libera. lega. & in l. cum quidam circa med. verſi. ſolutio intelligo, ſupra de his, quibus vt indig. Roman. in conſi. 211. num. 5. Curt. ſen. in conſi. 49. num. 72. circa med. idq; locum verba etiam offendendo, habere Criſpus ſcribit in rubri. ſupra de leg. 1. nu. 59. verſ. & quod hanc mentem.

Quartò in vulgatam iuris regulam Ripa offendit,
3 ad ſuperiora † omnia relationem faciendam, quotiens ratio diuerſitatis non contingit, cur ad proxima, magis quam remota relatio habeatur, l. 3. §. filius autem ſupra de lib. & poſth. l. talis ſcriptura, cū non. §. fin. ibiq; Barto. num. 3. ſupra de legat. 1. l. ſi tibi pure ſupra de legat. 3. l. fin. ibiq; Barto. ſupra de rebus dub. l. 1. in princ. iuncta. l. 2. §. quod ait prętor, ff. de incen. ruina naufrag. l. 1. C. de lib. præteri. cap. ſecundo requiris, ibiq; Dec. num. 3. de appellat. gloſſ. & Doc. in l. ſi idem cum eodem. §. fin. ibique Alex. num. 3. ff. de iuriſdict. omn. iudic. Bart. in conſil. 54. Angelus Maciæ num. 3. Areti. in conſi. 116. viſo puncto col. 1. & alia apud compluria, tam & ſi ad proxima relationem habēdam ſimpliciter, & incogita interdū, plerìq; ſcribant, itaq; cum de hærede mentio ſemel atq; iterum facta in princ. d. §. hoc ſolum appareat, quamuis de fideicommiſſario, & legatario poſtea dixerit, rogari & eos poſſe, vt non modo rem acceptam, ſed & aliam, vel alienam reſtituant. Attamen verba illa, ne plus quiſquam rogetur, quam accepit, ad hæredes referri etiam conuenit, de quibus dictum initio eſt, quorum eandem rationem eſſe, teſt:tum ante habemus.

Itaq; reſponſio alia ad text. inuenienda in d. §. hoc ſolum, vnde obſeruandum, à ſenſu contrario text. illum à Ripa opponi. pluſquam accepit, onerari quiſquam non poteſt, ergo ad vires commodi citra falcidiæ deductionem, rectè grauabitur, vt potè qua detracta, ad modum commodi grauamen non accedit, ſed enim ad limites ſenſus directi argumentum reſtringi à ſenſu contrario oportet, neq; extendi ad id poteſt, quod in ſenſu expreſſum directo nō eſt. Caſtren. in conſi. 106. incipiendo lib. 2. Deci. in l. 1. num. 38. circa med. verſi. & ad prædicta facit. ff. de inoffi. eius, in conſi. 110. col. 1. cum alijs apud nos relatis in conſi. 289. col. 2. circa princ. quibus Alexan. accedit in conſi. 17. num. 6. verſic. & ideo in propoſito lib. 2. Aretin. in l. qui poteſtate col. penult. circa princ. ſupra de teſtam. Ruin. in conſi. 44. col. fin. lib. 3. in ſenſu planè directo de falcidia verbum factum in d. §. hoc ſolum non eſt.

Si dixeris, etiam ad ſenſum directum argumentum reſtringendo, prohibitam falcidiam intelligi.

Quoniam ſi commodo hæreditario tenus grauare hæredem licet, locum vtiq; falcidia in conſequens neceſſarium non habebit, reſpondetur. ad firmitatem legati, aut fideicommiſſi argumentum illud à ſenſu contrario pertinere, vt ad menſuram cōmodi vtile fideicommiſſum fiat, & grauare liceat. Cæterum ad falcidiæ prohibitionem trahi argumētum ipſum non conuenit, vt nec falcidiam exercēdi ius ſit.

Differt enim, vtrum mero iure vires fideicommiſſum non habeat, an habeat quidem, verum falcidiam patiatur, namque ſi vires omnino non habeat, & ſolutum id ſit, locum repetitio tanquam indebiti habebit, quod aliter fit, cum mero iure debetur, licet reſectionem patiatur, vt gloſſ. Doct. q; no. in l. 1. ff. de condi. indebit. itaq; cum reſpectu vigoris legati, aut fideicommiſſi, verba expreſſa illa ſint, ad vigorem reſtringi ipſum debent. l. ſi à me ſupra eod. l. mulier, §. fin. infra titu. 2.

Secundò ad falcidiam in fideicommiſſis ſingularibus prohibendam. tex. non trahi in d. §. hoc ſolum. non obſcurè oſtenditur, quod æque in legatis locū, atq; fideicommiſſis habet, ſi quidem ſupra vires hęreditarias, nec iure inſtitutionum præſtanda legata erant, conſequens igitur argumento, & inductioni Ripæ fieret, ne quidem de legatis falcidiam retineri, quandoquidem facultatum hæreditariatum tenus legare phas eſt, ad quem modum mirum ni legis falcidiæ abrogatio omnino ſequitur, ſed enim tacitum, & ſubauditum Ripæ ſenſum admitti non oportet. vnde correctio iuris ſequitur. gloſſ. & Doct. in c. cupientes. §. quod ſi per viginti in ver. petere, & in verſi. primaros de electio. lib. 6 Fulgoſ. in l. vt liberis num. 5. per glo. ibi, C. de collatio. Areti. in conſil. 27. num. 4. Socin. in l. marcellus. §. 1. col. 1. in fin. infra ad trebel. & in conſi. 122. num. 3. lib. 3. Curt. ſen. in conſi. 68, dominus Ioannes, num. 4. & alia compluria, immo econtrario correctionis excludendæ cauſa, permitti ſubaudito ſolet gloſſ. in c. artaldus. 8. q. 3. Abb, in c. gratum num. 2. de offic. delega. Riminal. in conſi. 70. nu. 11. lib. 1.

Tertiò cum verbum de falcidia in d. §. hoc ſolum non fiat, & detractio eius permiſſa per titulos inueniatur. ff. & C. ad caſum † iure alio deciſum argumentum à ſenſu contrario trahi non poteſt Bart. in l. omnes populi num. 61. ff. de iuſti. & iure. Bald. in l. apud antiquos num. 3. C. de furtis. Roman. in conſi. 399. num. 9. verſ. quinto in ſæpedicta conſtitutione. Crot. in l. omnes populi nu. 106. verſi. ſecundo notandum.

Quæſtio explicata eſt, ad fideicommiſſa ne ſingularia falcidia trahatur, quæ in legatis inuenta ſingu-
4 laribus apparet de trebelliana † nunc videndum, quę ad fideicommiſſa vniuerſalia ſpectat, de eiſq; excipitur, vtrum qua ratione ad fideicommiſſa particularia falcidia porrigitur, quæ prodita niſi ob legata ſingularia non eſt, ita ex diuerſo, an ad legata vniuerſalia trebelliana producatur, quæ fideicommiſſorum vniuerſalium, gratia inuenta eſt, ius idem legatorum, atq; fideicommiſſorum vniuerſalium eſſe

vulgo gloſſ. Docto. q; ſentiunt in l. mulier. 1. §. fin. infra titu. 2. vbi differre non putant, verbo lego, an fideicommitto teſtator vtatur, & qua ratione in fideicommiſſo vniuerſali locus trebelliano eſt, ita & in legato vniuerſali probandum, inde cogendi ius, & legatario vniuerſali eſſe, glo. cum Doct. ſcribunt, ratio eadem facit, vt trebelliani reſectionem legatarius vniuerſalis ſubeat, ſicut commodum eius participat, l. ſecundum naturam. ff. de reg. iuris, ex glo. etiam opinio hæc iuuatur in l. 1. ſupra de legat. 1. vbi prætor nominis diuerſitatem, diſcrimen inter hæreditatem legatam, & fideicommiſſariam non agnoſcit, quam gloſſ. à Doctor. receptam Alex. ibi aſſerit num. 16. in fin. & apud nos num. 89. & num. 127. Si à nomine tantum inter legatum, & fideicommiſſum hæreditatis diſtat, non poterit trebellianæ amputationem legatum hæreditatis non ſuſtinere, ſimiliter, vt trebellianam fideicommiſſum id genus patitur, eiuſdem ſententiæ Bart. quoq; eſt in l. ſi quis ſeruum. § fin. nu. 2 ſupra de leg. 2.

Opinioni huic tanta gloſſarum, Doct. q; contentione receptæ obſtrepere in d. rubr. infra ad trebel. Cumanum, & Soc. non puduit, & quamuis in codice meo de titulo illo nihil quicquam ſcriptū apud Cuman. legatur. Attamen credibile eſt, enarrationes eius manu notatas Socino fuiſſe, qui aliter meminiſſe eius non poterat, conſequenter Cuman. & Soc. opinioni dicendum, falcidiam, non etiam trebellianam de legatis vniuerſalibus excipiendam, quantum vero inter vnam, atq; alteram interſit, varietas imputationum docet, de quibus in l. hac vtilior quippè non paulo detrahendi falcidia, quam trebelliana eſt, quam vtilitatem in ſpecie hac Corn. etiā ſpectat in conſi. 53. lib. 3. de qua diuerſitate etiam inter vnam quartam, & alteram, mentio facta à nobis eſt in l. 1. nu. 147 ſupra de leg. 1.

Opinionem hanc textu Cuman. & Socin. confirmant in § ſed ne in primis inſti. de legat. vbi de legatis primum, de fideicommiſſis poſtea ſe dicturum imperator ait, neque diſtinctio legatorum fit, de particularibus ne, an vniuerſalibus diſſerturus ſit, deinde titulo de legatis, titulus mox de l. falcid. aſſuitur. Poſtmodum de fideicommiſſis ſingularibus titulus ſubijcitur. Apparet ex hac titulorum ordinatione, ſub titu. de legat non minus de legatis vniuerſalibus, atq; ſingularibus tractari, quandoquidem in titu. de fideicommiſſ. hæredit. vbi de fideicommiſſis vniuerſalibus traditur, verbum factum de legatis non legitur.

Ad concluſionem hanc probandam, communē legatorum tractatum cum vniuerſalibus eſſe, ſignificantius induci text. poterat in d. §. ſed ne in primis, quod niſi ad legata vniuerſalia etiam titulus ipſe de lega. pertineat, imperfectionis non immeritò imperator notabitur, à quo tractatus de legatis omiſſus vniuerſalibus ſit, id quidem in primis, cum particularibus digniora vniuerſalia ſint arg. gloſſ. in cap. in nouo in glo. 2. 21. di.

Quam Deci. nominat in rubri. ff. ſi cert. pet. nu. 3. circa fin. & apud nos in rubri. ſupra de legat. 1. num. 34. Quare offenſio grauis perinde non fuerat, ſi legatorum ſingularium omiſſus tractatus fuerat. Conſequenter his dicendum communem tractatum de legatis, & cum vniuerſalibus legatis eſſe.

Hoc ita admiſſo, vt ad legata etiam vniuerſalia. titu. prædictus de legat. trahatur, non poterit legis falcidiæ tractatus, qui titulum de legat. mox ſequitur, ad legata omnia non pertinere, de quibus traditio facta in titu. memorato de legatis eſt, quandoquidem propter legata ipſa inuenta falcidia ſit, vt talia ſubiecta intelligantur, qualia prædicata demonſtrant, l. ſi defenſor. §. 1 ff. de interroga. actio. l. 3. ibiq; Barto. ſupra de fundo inſtruc. l. qui vinum ſupra de triti. vino, oleoq; legat. l. 1. C. de titia. §. 1. ff. de verb. obli. l. 1. C. de diuer. reſcript. c. inter dilectos verſi. cæterum, ibiq; gl. in ver. petitionis de fide inſtru. c. apoſtolus. 32. q. 7.

Secundo text. ad opinionem hanc Cuma. & Soc. iuuandam confert in l. 2. §. quintus. C. de veteri iure enucle. Qui falcidiam in legatos generaliter, in fideicommiſſis conſiſtere trebellianam ait, ſi ad legata generaliter falcidia trahitur, ergo ad legata omnia iuxta vniuerſalia, atq; ſingularia, cum diſtinctio vlla facta legatorum non fit. l. 3. in fine ff. de offic. præſid. l. imperator. ff. de poſtulan. l. qua actione. §. 1. ff. ad l. aquil. l. ſi ſeruum. §. non dixit prætor ſupra de acquiren. hæredit. l. 1. §. occiſorum ſupra ad ſillan.

Tertiò ſi opinionem hanc reijcimus, imperfecta lex falcidia apparet, per quam cautum quicquam in legatis vniuerſalibus non eſt, neque proſpectum intelligi per trebellianum poteſt, quod inuentum adhuc non eſſet, cum lex prodita falcidia eſt.

Quartò ſi extra ius. l. falcidiæ legata vniuerſalia ponimus, illuſoriam ea ante auctenticorum ius fieri non ægrè potuiſſet, namq; cum falcidiæ prohibendæ ante ius digeſtorum poteſtas non eſſet. l. quod de bonis. §. 1. & §. fin. l. titia ſupra eod. Picus hic num. 107. Socin. in l. 3. §. idem pomponius nume. 6. infra titu. 2. Ratio prohibendi inueniri non difficulter poterat, vt vniuerſaliter per quotulas portiones hæreditatis legata darentur, quæ amputationis immunia falcidiæ eſſent, at enim id genus recipi interpretationem non conuenit, vnde illuſoria lex fieri, aut circumſcribi poſſit. l. 1. in fin. ff. de calumnia. l. ſi prætor. ff. de iudi. cum alijs apud nos collectis in conſi. 118. num. 24. in conſi. 175. num. 3. & in reſponſo pro genero num. 61. & num. 77. quo argumentandi genere in ſpecie controuerſa Socin. vtitur in d. rubri. infra ad trebel. num. 4.

Hæc illudendi ratio ad trebellianam non pertinet, cuius prohibendæ ius præterquam in liberis primi gradus teſtator habebat. l. iubemus, C. ad trebel. ſed enim ius idem trebellianæ circa prohibitionem, ac falcidiæ fuiſſe, tex. probat in l. titia ſupra eo. in l. 1. §. denique. verſic. inde neratius, ibiq; gloſſ. in verſi. deducta infra ad trebel. Bart. in l. marcellus in in princ. num. 7. eod. titu. & ad d. l. iubemus, reſpondetur, de fructibus in quartam imputandis, non de quarta loqui, de argumentis his Cuman. & Socin. Polytus etiam meminit in d. l. filium quem num. 44. verſ. circa quartum.

Argumenta hæc refellendi cauſa, genera tria legatorum Ripa diſtinguit, ex quibus non pluſquam vnum vniuerſale putat, quod vltimo loco enumerat, in quo probata Docto. ſententia locum habet, ad reliqua Cuman. & Socin. opinionem pertinere, quę vt vniuerſalia verborum tenus videantur, quòd vniuerſitatem denotent, re tamē ipſa perſpecta, ſingularia intelligi.

Genus primum legatorum eſt, quod generale ait, cum bonorum omnium mentio ſit, quę aut loco, aut ſpecie limitantur, loco cum bona omnia quis legat in loco tali poſita. Specie, cū bona omnia mobilia, & immobilia, ſpecies enim ipſa limitationem facit, ne ad iura trahantur, hoc genus legatum generale quidem eſt, quod plura generaliter cōplectitur. Cæterum quod ad effectum iuris, & trebelliani attinet, intelligi vniuerſale nequit. l. cogi. §. ſed & ſi miles infra tit. 2. Bart. in l. centurio num. 27. ſupra de vulga. idcircò autem vniuerſale non dicitur, quod vniuerſitatem non complectitur, quæ per trebellianum in hæreditate obſeruatur, iura enim
5 actiuè, paſſiuèq; complectitur, quod † in bonis non

con-

contingit, quæ loco coercentur, corporalia enim ſunt, neque ad incorporalia pertinent. l. ſi fideicommiſſum.§.tractatum,ff.de iudi.l. gaius ſupra de lega. 2 l.in.verſic.quid enim prodeſt, C. de præſcrip. longi temp. Bald.in conſi.232. ſuper infraſcriptis in fin. lib.2.Alex.in conſi.111.num. 9. verſic. confirmo per ea lib.4.Capra in conſi.45.in vltimo dubio.Com.in conſ.49.lib.3. Ratio eadem bonorum mobilium,& immobilium eſt,ad iura enim non trahuntur.l quã tuberonis,§.fin.ff.de pecul.l. à diuo pio. §. in venditione, ibiq; Iaſ. in quarto nota.ff.de re iudi.l.fin. ibique Bald. C. de quadrim. præſcript. cap. 2. cum ibi not. de rebus eccleſ. non alien.lib.6. Bart.in d.l.centurio,num.27.in fin.& ſeq. & in l.mouentium.ff de verbor.ſignifi. Bald. in d. conſil. 232. in ſecundo dubio lib. 2. Guido Papæ. q. 291. quod eo etiam caſu obtinet,quod futurorum mentio fit, veluti cum bona omnia mobilia,& immobilia,præſentia,& futura quis donat, aut legat, iura enim nihilo magis cedunt,atq; ideo donatio vniuerſalis, vniuerſaleve intelligi legatum nequit Dec.in conſ.237. in princ. Iaſ. in l.ſtipulatio hoc modo concepta.col.fin. ff. de verbor oblig.

In legato hoc, quod iura omnino non arripit actiuè,nec paſſiuè,controuerſiam res non habet,locum trebelliano non eſſe, quod niſi fideicommiſſa, aut legata vniuerſalia non complectitur. l.1. in prin. l.nam quod.§.fin.& l. ſeq. infra ad trebel. Cuman.in d.conſi.133. in princ. cumulanus apud nos in conſi. 186. conuenienter his dicendum, in legatis id genus generalibus, non vniuerſalibus Cuman. Socin. quæ opinionem admittendam. Particularia quippè ꝙ ad effectus trebelliani attinet,æſtimantur,ab eo enim non alia vniuerſalia habentur, quam in quibus paſſiuè etiam iura tranſeunt,ne oneribus obſtrictus poſt reſtitutionem hæres maneat, commodis ſubſtituto potiente.d.l.nam quod §. fin. Quare ad rem non attinet, generale legatum hoc videri, & plura ſub eo contineri. Quoniam ſatis eſt, actiuè, paſſiuèq; vel paſſiuè tantummodo iura non contineri, vt vniuerſale non dicatur. l. iulianus in princi.ſupra de legat.3. vniuerſale porro fideicommiſſum quantum ad iura paſſiuè, ratione illa naturali trebellianum expoſcit, ne oneribus vnus adſtringatur, ad alium commodis abeuntibus,d.l.nam quod.§.fin.

Secundum legati genus, quod vniuerſale quidem Ripa vocat. Cæterum vniuerſitatem ſimpliciter non habet,vt bona omnia,hæreditatemq; teſtatoris contineat, at rerum aliquarum ſolummodo,menſæ puta nummulariæ,peculij, hæreditatis tertij cuius, cum menſam puta nummulariam,peculium, aut hæreditatem maternam, vel tertij cuius teſtator legat, vniuerſitas enim in his continetur, hoc eſt quicquid ad menſam, peculium, aut hæreditatem illam pertinet, mobile id, vel immobile ſit, aut in iure conſiſtat, enimuero quia nisi res, aut iura certa, & non etiam bona,& iura omnia teſtatoris contingit, particulare quantum ad ius, & effectum trebelliani legatum hoc habetur,de quo legati genere locupletius apud nos in d.l.1 nu. 144. ſupra de leg. 1.

Roget hic aliquis, cur non ita vniuerſale legatum id genus habetur,atq; vbi quotam quis hæreditatis legat dimidiam,tertiam,quartam,& deinceps, non nè ad partem hæreditatis teſtatoris, menſa,peculium,& tertij hæreditas pertinet. Reſpondetur, in parte quidem hæreditatis, at non totius hęc haberi, cum vniuerſam teſtatoris hæreditatem non participent, neq; vltra bona,& iura menſæ, peculij, & hæreditatis tertij extenſio fiat, In alijs planè bonis, & iuribus, quæ extra menſam,peculium,& hæreditatem alienam teſtator habet,partis quicquam legatario non eſt.

Conſequens generi huic ſecundo legatorum fit, ad fideicommiſſum,aut legatum vniuerſale iudicandum, ſatis non eſſe, vniuerſitatem ſub eo bonorum, mobilium, immobilium, iurium, & actionum contineri,vt in menſa, & peculio,in his enim vniuerſitatem hanc conſiſtere non ambigitur. l. ſi peculium in princip.ff.de pecul gloſſ.in l.vendicatio,ff.de rei vendi. Bartol. in rubri. ſupra ſolut. matrim.colum.fin. ibiq; Niconit.num.219 verſic.circa diſtinctionem, de hac vniuerſitate peculij tradit Iaſ.in l.frater a fratre num. 4.ff.de condi.indeb.in l.1.nume.98. ſupra de legat. 1. in l.1.§.fin.num.13.ff.de verbor.obligat. verum vltra vniuerſitatem hanc bonorum, & iurium, neceſſe eſt, vt cunctam teſtatoris ſubſtantiam,aut totius partem appræhendat, ita vt reliqui quantum ad vniuerſitatem nihil maneat,pars cuius in legato actiuè, paſſiuèque non ſit.

Hic tamen videndum circa vniuerſitatem hanc fideicommiſſi, aut legati in ſpecie trebelliani accipiẽdam, ius ipſum hæreditatis, aut ſubſtantiæ in abſtracto,aut vniuerſo ſpectandum, rerum,aut corporum particularium ratione non habita,in vniuerſo enim, quod iuris intellectu conſtat, rerum ſingularum ratio non ducitur,quandoquidem,& citra corpus vllũ, iuris huius vniuerſi nomen non deſinit. Quare non minus ideo hæreditas dicitur,ſeu iuris intellectum nõ ideo minus habet,aut ius intelligitur, ꝙ corpora in ea vlla hæreditaria non ſunt,l.hæreditas in princ.ff.de peti.hære.

6 Inde fit,† vt ob res aliquas hæreditarias euictas hęres non teneatur,à quo vendita hæreditas eſt,id quia hæreditas vti ius vniuerſale vendita,nõ etiam res ſingulæ venditæ cenſentur,quocirca illud demum præſtandum à venditore eſt, hæredem ſe eſſe, & ad eum ius illud vniuerſale pertinere.l.2.in prin ibiq; glo.ff.de hæred.vel actio.vendi. l.1.C. de euicti. & in caſu ſcito Alex.in conſi.136.num.9.verſi.præterea ille lib.1. Eadem ratione ad corpora ſingula vniuerſitatis iuriũ, ædictum ædilitium non pertinet.l.proinde.ff. de ædi. ædicto. Æque hæreditatis titulus ad res ſingulas non porrigitur Veronenſ. cautela 181.Iaſ.in l.1.nu.18. in nona limi.C.de inoffi.teſta.Zuchar.in l.fi.nu. 483. C. de ædicto diui adri.tol.

Itaq; cũ ius ipſum vniuerſum,& hæreditatis totius obſeruetur,non aliter fideicõmiſſum, legatumvè intelligi vniuerſale poterit,atq; ſi aut ius ipſum totum, aut totius pars apud fideicommiſſarium,legatariumve ſit,ita vt vel totius, vel partis actiuè, paſſiuèq; iura trãſeant, de qua vniuerſitate in tertio legati genere mox Ripa meminit.

Ad declarationẽ hanc tertium legati genus pertinet,quod Ripa hic obſeruat, vbicunq; hæreditas omnis,aut pars eius legatur.Quod vniuerſale eſſe nõ dubitatur, l. non amplius. §.fin. ſupra de leg. 1.l.ſi quis ſeruum,§.fin. ſupra de leg. 2. l.mulier.1.§.fin. infra ad trebel.vniuerſale porrò eo dicitur,quod vniuerſi iuris particeps ſaltem eſt,vbi pars eius, non cunctũ datur, iuxta illud,qui totum dicit, nihil excipit. l. iulianus in prin.ſupra de lega.3.l.fin.ſupra de penu.leg.l.ſcribit in prin ſup. de auro,& arg.leg.l.à procuratore,C.mand. & alia infinita.

Ad tertium hoc legati genus Cuma.& Socini opinionem non trahi,Ripa ſcribit, vt locum in eo falcidia habeat,cum trebellianæ in eo locus, fideicõmiſſi vniuerſalis exemplo,ſit vt gloſſ. Doct. quæ no.in d. l. mulier.§.fin. & apud nos in d.l. 1. nu.127. ibiq; Nigri nu.38. ſupra de leg. 1.

Plura in dictis his Ripæ videnda. Primum, cum argumenta Cuman.& Socin. per diſtinctionem legatorum profligare ſe credit, non tantum enim ea non effundit,verum integra relinquit, namq; cum ad legatum vniuerſale falcidiam trahendam Cuma. cum Soc. inquiunt,vniuerſale id eſſe vtiq; præſupponunt,

ideſt

ideſt vbi hæreditas ipſa vniuerſa, aut portio eius legatur iuxta reg. l. qui teſtamento in prin. ſupra de teſta. c. cum ceſſante, ibiq; Dec. in ſept. not. de appel.

Secundo à re aliena Ripæ reſponſio, ineptaq; apparet, quoniam ad illud Cuman. & Socin. argumenta non pertinent, quod vniuerſale legatum dicatur, verum ſignificatu eius admiſſo, locum ne in eo falcidia habeat. Ripę planè verba, & mentem Cuma. & Socin. non attingit, verum in diuerſa tranſit, atq; vt vetus verbum eſt, extra olem concedit, cum ſignificantiam ſenſumve fideicommiſſi, & legati vniuerſalis diſerit, quando vniuerſale id eſtimetur.

Tertio cum ad tertium legati genus Cumanique Soc. ſententiam non pertinere Ripa ait, ipſius erat, ad argumenta reſpondere, quibus ex diuerſo vſi Cumanus, & Socin. ſunt, at enim intacta ea Ripa reliquit.

Quartò in genere hoc triplici legatorum diſtinguẽdo labor fruſtra à Ripa captus, etenim cum niſi in legato vniuerſali controuerſia non fiat, & non pluſquam vnum vniuerſale in ſpecie controuerſa inueniatur, quod de hæreditate vel tota, vel parte eius fit, quorſum in duplici alio legatorum genere occupati, in quibus dubitationis quicquam non vertitur, cum particularia æſtimentur, ad quæ l. falcidiam cõpetere in manifeſto eſt, proinde laborãdum non niſi in legato erat, quod vniuerſale eſt, ad trebellianum ne, an ad falcidiam ſpectet.

Quinto ſi verba mentemq; Ripæ intuemur, nihil aliud niſi opinionem Cuman. & Socin. ſimpliciter negat. Quibus viſum eſt, locum legi ſalcidiæ, & in legatis vniuerſalibus eſſe, id quod ſimpliciter Ripa negat argumentis diuerſis minimè.

Monendi ſecundò circa Ripæ diſtinctionem ſumus, cum triplex demum legatorum genus agnoſcit, parce ab eo plus ſatis legatorum partes enumeratas, ea prætermiſſa, quam maximè omnium enarrari oportuit, cum bonorum omnium, aut partis eorum legatum datur, vel cum bona ſua omnia, aut partem eorũ quis legat, vniuerſale, an ſingulare hoc genus legatum eſtimetur, & quidem quod ad verba, & mentem Ripæ attinet, particulare id ſine dubio habet, quatenus vniuerſale vnum, nec aliud præterea habet. l. cum prætor in princ. ff. de iudi. l. in fideicommiſſi. §. cum pollidius. ff. de vſur. l. ex eo, ff. de teſtibus l. maritus. C. de procurat. l. fin. C. de pactis conuen. c. non ne de præſumptio. ſed & expreſſius id Ripa ſen-
7 tit, cum tex. vocat in l. fin. §. 1. ſupra de leg. 2. vbi † futura ad legatum bonorum omnium non veniunt, quod aliter in legato vniuerſali hæreditatis, aut portionis eius eſt. l. lucius ſupra de ſundo inſt. l. ſancimus, ibiq; Caſtr. C. de teſta. Croi. in rubr. ſupra de legat. 1. nu. 15. verſ. ad hoc reſpondeo, ibiq; apud nos nu. 63. & apud nos etiam in l. 1. nu. 3. eodem tit. de text. tamẽ in d. l. fin. §. 1. diſceptatio vberior à nobis facta in d. l. 1. nu. 1. & nu. 5. & locupletior in commentarijs poſterioribus, ex gl. & Docto. ſententia hæc iuuatur in d. l. mulier. §. fi. infra ad trebel. vbi inter legatum bonorũ, aut partis eorum differre, & legatum hæreditatis putant, quod vniuerſale bonorum legatum non eſt, cũ æris alieni detractionem patiatur, ſi quidem ære alieno deducto, bona intelliguntur, atq; ideo paſſiuè iura in legatarium bonorum non tranſeunt. l. mulier bona, ff. de iure dot. d. l. non amplius. §. fin. ſupra de legat. 1. l. ſubſignatum. §. bona. l. bonorum. 1. l. proprie. ff. de verbor. ſignific. cum alijs apud Neonit. relatis in rubr. ſupra ſolut. matrim. num. 216. & particulare hoc genus legatum in ſpecie falcidiæ per extenſionem ſaltem, Polyt. opinatur in d. l. filium quẽ num. 46.

Sed enim vniuerſale legatum hoc bonorum omnium, vel partis eorum intelligi, Bartolo alijsq; placet in d. l. ſi quis ſeruum. §. fin. ſupra de legat. 2. de quo ſermo prolixior apud nos in d. l. 1. nume. 144. ſed cumulatius in commentarijs poſterioribus, quibus verum id ſcripſimus, vbicunq; hæreditatis reſpectu bonorum mentio fit.

Neque contrarius his text. eſt in d. l. fin. §. 1. ſupra de legat. 2. quoniam ex reſtrictione, aut limitatione pretij bonorum, atque ideo ex voluntate teſtatoris id contingit, ne futura veniant. Prætium enim pro tempore teſtamenti bonis ſtatuit, mortem ſe mox obiturum metuens, ob id ad incrementum futurum non cogitauit, vnde tantundem dicendum, hæreditatis etiam mentione facta, idq; plenius excuſſimus in d. l. 1. ſupra de legat. 1. ſumus, & in commentarijs maximè poſterioribus.

Conſequens his fit, incogitare plus ſatis ad probationem legati vniuerſalis, de quo in tertio genere, tex. à Ripa datum in d. l. non amplius, §. fin. ſupra de lega. 1. qui in legato partis bonorum expreſſim loquitur, & quod pro ſingulari, aut particulari quantum ad trebellianum à Ripa etiam eſtimari, ante oſtendimus qui vnum, nec aliud præterea, vniuerſale legatum habet, cum hæreditatem videlicet, aut partem eius quis legat.

Aliter igitur, atq; factitatum à Ripa ſit, argumenta Cuman. refelli, & Socin. oportet, & primum quidem text. non mouet in d. §. ſed ne in primis inſtit. de legat. 1. in quo de legatis generaliter ſe dicturum imperator teſtatur, ob id ad vniuerſalia legata etiam, tractatum illum pertinere. Difficilis quippè reſponſio non eſt, ab inſpectione tituli ipſius negatiuam probari. l. ſi binæ, ibiq; Bald. ſupra de iniuſto teſtam. l. titiæ textores, ibiq; Bar. & alij ſupra de legat. 1. l. iuſtum C. de æden. l. 2. cum gloſſ. in verſic. interceſſiſſe. C. de errore adno. l. fin. C. de rebus credit. cap. cum ad ſedẽ verſi. nos prioris de reſtitu. ſpol. Bart. in l. decem nu. 3. ff. de verbor. oblig. & in l. hi qui ad ciuilia circa med. C. de appellat. ſed enim ſi text. omnes titu. de legatis inſtitutionum ſpectamus, verbum de legatis factum vniuerſalibus non legitur, quod cum ita ſit, proteſtatio illa imperatoris, de legatis ſe dicturum trahi vlterius non poteſt, quam factum inſecutum patitur, l. de quibus in fin. ff. de legib. l. ſi is ad quem ſupra de acquire. hæredit. l. operis non poſſius infra de oper. liber. l. 1. §. iulianus, ibiq; Bart. ſub §. ſi quis hoc interdicto. ff. de itin. actuq; priua. l. falcinius. §. quod ſi aduerſus & §. deniq; ff. quibus ex cau. in poſ. eatur. c. auditis, & c. cum olim de præſcrip. & alia non pauca.

Secundò reſpondetur, ex facto ipſo tractatus de legat. proteſtationem illam declarari & reſtringi, qua de legatis ſe dicturum imperator prædixit, vt ad legata particularia, de quibus in tractatu, proteſtatio coarctetur. l. ſed iulianus. §. proinde. ff. ad macedonia. l. ſi cum fundum, ff. de verb. ſignifi. Bald. in conſi. 357. nota pro duce turoniæ nu. 1. lib. 5.

Tertiò negari non poteſt, quin ambiguum verbũ illud legatis ob generalitatem eius ſit, cum ad particularia referri, & vniuerſalia poſſit. Incertitudinem enim, & ambiguitatem generalitas inducit, l. in tradendis. ff. com. præd. l. vbi autem non apparet in prin. ff. de verb. obl. cum alijs apud nos adſcriptis in conſi. 70. nu. 20. & in reſp. pro genero, nu. 97. proinde ambiguitatem tunc per tractatũ declarari ſequentẽ oportet, vt niſi de legatis ſingularibus imperator non ſenſerit, idq; ex Cor. oſtenditur in conſ. 229. ante fi. lib. 4. vbi cum verbum æquiuocũ antecedit, quod vti genus intelligi, atq; vti ſpecies põt, per ſpecies id ſequẽtes reſtringendũ, nõ ẽt generaliter accipiẽdu, huc & illud attinet generale verbum à ſpeciali reſtringi, quod adiectũ ei ſit. l. ſed ſi adijciatur, ibiq; Bar. ff. pro ſocio. Alex. in cõſ. 22. nu. 3 lib 5. Brun. in cõſ. 15. nu. 11. ver. item tertio fallit.

Quartò argumento, & inductioni Socin. quæ à gene-

generalitate legatorum deducitur, tex. reſiſtit in eodem titu. inſti. de lega. in prin. cum ineptiam continuationis, aut collocationis illius titu. diluit, quæ prima obijci cogitatione poterat perinde quaſi titulis ſuperioribus non accõmodetur, quibus traditio facta de acquiſitionibus eſt, quæ per vniuerſitatem cõtingunt. Quæ verba alio pertinere non poſſunt, niſi acquiſitionem particularem ſub titu. de legatis contineri, aliter quippè aliena à re prorſus obiectio illa fuerat contra ordinationem tituli facta.

Quintò ex tex. ipſo inſti. de lega. in prin. perſpicuè magis oſtenditur, ad legata ſingularia titu. illum ſpectare, cum ratio ipſa continuationis, & collocationis tituli exprimitur, id eſt non ſine cauſa poſt tractatum de teſtamentis, & hæredibus, qui teſtamentis inſtituũtur, de legatis ſequenti loco diſcri, quaſi dicat, conſentaneum iuri eſſe, poſt tractatum, qui ad acquiſitionẽ vniuerſalem ex voluntate vltima, & ex teſtamentis pertinet, de acquiſitione tradere, quæ in teſtamentis ipſis titulo ſingulari legatorum fit.

Sextò reſpondetur, ſi ea mente imperator fuerat, vt de legatis etiam vniuerſalibus præciperet, credibile eſſe, per titulos diuerſos, & ſeparatos facturum id eum fuiſſe, ſimiliter vt ordinem hunc ſecutus in fideicommiſſis eſt, in quibus ſuos quibuſq; titulos ſeorſum accommodauit ſingularibus, & vniuerſalibus, vt inſti. de ſing. rebus per fideicom. relic. & de fideicom. hæredi. idq; iuuenum cauſa maxime, ne confuſaneam cognitionem mixtura faceret. d. §. ſed ne in primis inſti. de lega.

Septimò retorcutionem tex. in d. §. ſed ne in primis, Cuma. & Soci. patiuntur, ratione eius animaduerſa. Idcirco n. de legatis, & fideicõmiſſis ſeparatim tractaturũ ſe ait, ne cõfuſio, aut difficultas ex traditione promiſcua inducatur, at enim ratio hæc non minus in mixtura legatorum contingit, ſi de particularibus, & vniuerſalibus confuſaneè, & mixtim, atq; de fideicommiſſis, & legatis vnà ſimul tractetur, id ex eo oſtenditur, quod in ſexta notatum reſponſione eſt, confuſionis, & difficultatis excludendæ cauſa, diuiſionem tractatuum in fideicõmmiſſis habitam, diſcretimq; ſingularium, & vniuerſaliũ tractatus poſitos.

AEquè arg. illud Cuma. & Soci. non obſtat, imperfectionis reum Iuſtinianum apparere, ſi ad legata etiam vniuerſalia titulum de legatis non trahimus, quatenus verbum poſtea de ijs factum in titu. non legitur de fideicom. hæredi. Reſpondetur, hoc ipſo de legatis vniuerſalibus in titu. de fideicom. hæredi. expreſſum intelligi, q de fideicommiſſis in eo traditum vniuerſalibus eſt, quibus legata adæquata vniuerſalia ſunt l. 1. ſuprà de lega. 1. l. 1. & 2. C. com. de lega. ibiq; Doct. glo. & Doct. in d. l. mulier. §. fi. infra titu. 2. quare otioſa res fuerat, de legatis vniuerſalibus per ſe diſerere, ita error Cuma. & Soci. manifeſtatius arguitur, quibus in mentem adæquationis nõ venit.

Si dixeris, conſequens reſponſioni huic fieri, ſuperfluentem titulum videri de ſingul. rebus per fid. relic. quorſum enim de fideicommiſſis ſingularibus diſerere, an non ſatis fuerat, de legatis particularibus ſub titulo de legatis tradere, quatenus legatis ipſis particularibus exæquata, & fideicommiſſa ſingularia ſunt.

Reſpondetur, adæquationem hanc perpetuã inter legata, & fideicommiſſa ſingularia non eſſe, idq; planum in libertate fit. In qua non paululum differt, directo ex legato, an ex fideicommiſſo detur, quam differentiam in titu. ipſo de ſing. rebus per fid. relic. imperator obſeruat in §. qui autem, de qua ſermo apud nos vberior in l. 1. ſupra de lega. 1. Abundans igitur titulus non dicitur, in quo noui permixtum, aut proprij quid eſt Alexan. in l. poſt dotem num. 27. ſuprà ſolu. matrim. Curti. ſen. in conſi. 78. nu. 7. in fi. Ruin. in conſi. 192. num. 13. lib. 2.

Secundò reſpondetur, differentiam etiam iuris antiqui in prin. d. titu. enarrari, de qua apud glo. ibi in ver. poſſit.

Tertiò reſpondetur, eo etiam de fideicommiſſis ſingularibus tractari, quo modus, & verba doceãtur, quibus relinqui fideicommiſſum ſolet, atq; cognitionis vocabulorum tradendæ cauſa tractatus etiã ſubiectus is eſt, vt in §. fi. d. tituli.

Non obſtat, imperfectam. l. falcidiam intelligi, ſi ad legata vniuerſalia non trahitur, quoniam imperfectis nulla intelligitur, ſi ea compræhendenda non duxit, vnde ratio potius ſcrutanda, cur ſub l. ipſa cõpræhenſa falcidia non ſunt, & quidem fieri id potuit, q perrarum id genus legandi eſſet, vt tex. innuit in d. l. mulier. §. fi. cum ait, legari enim poſſe etiam portionem hæreditatis placebat nobis, namq; ſi in vſu genus hoc legandi fuerat, quorſum de vigore eius dubitare, quem tex. in ſententiam hanc Polyt. obſeruat in d. l. filium quem nu. 45.

Secundò aliter, & validius vltra Polytum, tex. ille inducitur in d. l. mulier. §. fi. etenim ſi ad falcidiam legatum illud vniuerſale pertinebat, & per falcidiam minuebatur, quorſum ad Senatuſconſultum id referre, an non de eo ſub titu. diſceptandum l. falcidiæ erat l. imperator. ff. de in diem adiectio, ſecundum quæ, mirum ni in textum illum Cuma. cum Soci. nõ obſcure offenderint.

Tex. item non nocet in d. l. 2. §. quintus C. de veteri iure enucle. Non rectè enim conſequentia deducitur, in legatis locũ falcidia hẽt, ergo ẽt in vniuerſalibus, quæ rationis eiuſdẽ, ac particularia non æſtimãtur, cũ ad fideicõmiſſorũ vniuerſaliũ naturã legata vniuerſalia accedant. l. & propterea ſub tit. de eis fideicõmiſſorũ vniuerſaliũ, & trebelliani diſeritur d. l. mulier. §. fi. ratione igitur diuerſa inter legata particularia, & vniuerſalia interueniente, nouum non eſt, verba generalia d. §. quintus ad legata particularia reſtringenda, ad quæ lex ipſa tantummodo adaptari
8 falcidia videtur. Reſtrictionem quippè † ſcriptura generalis admittit, vbicunq; reſtringendi ratio nõ deeſt l. 2. ff. de offi. aſſeſ. l. quæſitum ſcio ff. de teſtibus. c. 2. de coniungio leproſ. c. cum in cunctis. §. clerici de electio. iuncto. c. ſi compromiſſarius eo. titu. lib. 6. Io. And. in reg. odia lib. 6. Abb. in d. §. clerici in 1. nota. in c. ad audientiam in prin. de decimis. Imola in cõſ. 121. in fine primi dubij, & apud nos in reſponſo pro genero nu. 468. Inde dicimus, ad ea generalem, aut indefinitum ſermonem non trahi, ratio in quibus diuerſa vertitur l. ſi pluribus. ibiq; Bar. colum. 2. verſi. in dubio qualiter intelligatur. l. ſi ita relictum ſupra de lega. 2. l. ſi plures ſupra de lega. 3. glo. in c. quia circa in verſi. aliorum de electio. lib. 6. & apud nos in conſ. 3. nu. 26. in conſi. 70. num. 27. & in Corollario reſponſi pro genero nu. 32.

Secundò ad tex. reſpondetur. in d. §. quintus, ad ea verba generalia reſtringenda, quæ naturæ actus conueniunt. l. fundum. ff. de contrahen. empt. Bal. in rubric. C. eo. titu. q. 9. cum alijs apud nos relatis in conſi. 25. num. 2. & in conſi. 258. nu. 5. quibus Sigiſmon. accedit in conſ. 24. nu. 14. inter feud. ſed & ius idem verborum vniuerſaliũ eſſe in dictis cõſi. ſcriptũ habemus, & in reſponſo pro genero nu. 318. & nu. 331. falcidiæ planè natura niſi legatis ſingularibus non conuenire, teſtatum ſatis antè eſt.

Tertiò validius inductio tex. refellitur in d. §. quintus generalitate enim tex. illius nititur, q legatis falcidiam generaliter tribuit, atq; ideo in legatis intelligi generaliter debet, vt vniuerſalia etiam appræhendat. Sed enim ratione hac admiſſa, abſurda prorſus res conſequitur, vt generaliter intelligi, & in fideicommiſſis debeat, quæ trebelliano arrogantur, vt particu-

ſtipulatus ſim mihi à proculo. ff. de verb. oblig. l. le-
gem. C. loca.c. eccleſia. 1.vt lite penden. Bar. in l. 1.
§. & poſt operis nu.5. ff.de oper. noui nuncia. Alex.
in conſi. 106. nu. 23. lib. 3. Deci. in conſi. 78. colu. 1.
in fi. Ruin. in conſi. 37. nu. 11. lib. 3. vbi ex proroga-
tione id probat, quæ ab qualitates, omnes pertinet, à
prorogatione planè extenſionem non diſtare, cauſa
alia quartæ, aut falcidiæ nouæ erit, vt in locis memo-
ratis habetur.

Conſequens effectui huic ſecundo fit, per extenſio
nem l. falcidiæ prioris falcidiam hanc à Pegaſiano
dici introductam non poſſe, quatenus non paululum
inter vnam diſtare atq; alteram, tex. noſter docet, vt
aliud Matheſilano viſum, & Soci. ſit, de quibus infe-
rius memoria habetur.

Sed dicturus hic aliquis erit, ſi falcidiæ prioris, quā
legata ſingularia patiuntur, vocabulum impropriè,
nec per extenſionem trebellianæ cōgruit, quid ita fal-
cidiæ nomine trebellianam ipſam non raro iuriſcō
ſulti nuncupant. Reſpondetur, voce hac falcidiæ per
inde, vt genere, & ob effectum ethimologię iuriſcon
ſultos vti, ꝙ non minus iure ipſo, & in falcis veluti
morem trebelliana, quam falcidia vetuſtior reſecat,
quatenus à falce nomē adepta, vt gl.no. in l. 1. in prin.
in gl. 1. in fi. ibiq; Caſtrē. nu. 9. ſ. eo. Polytus in d. l. fi-
liū quem nu. 36. generalcq; & ęquiuocū falcidiæ no-
men eſſe Ripa etiam hic ſcribit nu. 5. & in d. l. cum fi-
lio in quarto nota. ſupra de lega. 1. idem

Conſequens reſponſioni huic fieri ſuperius oſten-
dimus, in genere falcidiam, & in ſpecie accipi. In ge-
nere ab ethimologia vocabuli à falce, & ob effectum
eius, quia perinde, vt falx bona reſecat. Ad quem mo
dum accipiendo, ad quartam omnē rectè, propriè q;
adaptabitur, ſiquidem ſpecies ſuas quaſcunq; pro-
priè genus complectitur. l. cum lege, ibiq; Areti. circa
prin. ſupra de teſta. l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de
regul. iuris, & alia compluria ſuperius accumulata, &
ad hunc modum in genere falcidiam capiendo, re-
ctè ſcriptum apud Berengar. hic dicemus nu. 197. fal
cidię appellationi propriè trebellianā cedere, ꝙ idē
ſentire, & Coraſium diximus in d. l. filiū quem nu. 30.
in ſenſu hoc accipi glo. & Bal. conueniet in l. quo-
tiens in ver. legis. C. famil. her. vbi ad quartam iure
naturæ, & trebellianā ſimpliciter falcidia applicatur.

Conſequens ſecundò, & econtrario, reſponſioni
prędictę fit, à glo. offenſum in auctē. vnde, & ſi pa-
rens in gl. 3. C. de inoffi. teſta. falcidiam propriè niſi
quartam inſtitutionis non dici, hoc eſt eam tantum-
modo, quæ imputationem non aliam admittit, quā
eorū, quæ hæreditatis, aut inſtitutionis iure ad hære-
dem peruenīnnt, ad trebellianam planè impropriè;
improprijſſimè verò ad legitimam falcidiæ vocabu-
lum pertinere, cum quo gl. Alex. ſentit in l. cum filio
in tertio not. ibiq; Baueria, & Soc. iu. in quinto vterq;
nota. ſupra de lega. 1. Imò enim ethimologiæ, & ge-
neris ſignificatione perſpecta, quartas omnes propriè
appræhendet, quinetiam quo validior reſectio fit, eo
accommodè magis falcidiæ nomen admittendum,
ea de re quam impropriè maximè contineri glo. ait,
ſanè quam propriè legitima veniet, quandoquidem
eo validius hęreditatem, fideicommiſſa, & legata diſ-
11 ſecat, quo debita magis eſt, naturæ videlicet † ratio-
ne, ciuiliq; iure, ſeu iure ciuili ratione naturali intro-
ducto l. ſcripto in fi. ſ. vnde lib. l. cum ratio in princ. ff.
de bonis damna. §. 1. ibi tanquam hoc ſecundū ipſā
naturam eis debeatur in auctē. de hæredi. & fal. Alex.
in conſ. 75. nu. 9. lib. 1. Galiau. in l. centurio nu. 86. ſ. de
vulga. Bertran. in l. hac ædictali verſi. ita tamen. C. de
ſecun. nup. Soci. iu. in conſi. 62. nu. 10. lib. 3. trebel-
lianam planè nonniſi iure ciuili deberi ſimiliter, vt
falcidiam palam eſt. Naturaliter quippè deberi quo-
modo dicetur, quatenus contraquam teſtator velit,
detractio earum fit, vti ſcriptum habemus in l. 1. nu.
135. ſupra de lega. 1. & inferius etiam docebimus,
vnde ſi iure ipſo trebelliana ſecat. Longè magis tan-
tundem præſtatura legitima erit, quam potentiorem
trebelliana ob vinculum duplex naturale, & ciuile,
eſſe, non dubitatur, ea ratione fortiorem legitimæ,
quam trebellianæ ad reſecandum poteſtatem eſſe,
Iaſ. ſcribit in l. ex facto nu. 34. verſi. ſecundo pro opi
nione Bar. ibiq; verius nu. 289. ſupra de vulga. & quā
quam iure ipſo per trebellianam reſectionem non
fieri pleroſq; opinari relatum apud nos ſit in d. l. 1.
nu. 134. ſuprà de lega. 1. attamen in legitima con-
trouerſiam res non patitur, iure ipſo ſectionem in-
duci l. pen. in prin. ibiq; Bal. in primo nota. Salic. &
alij C. de inoffi. teſta.

Secundò opinioni huic glo. & aſſeclarum eius tex.
refragatur in l. papinianus. §. vnde. ff. de inoffic. te-
ſtamen. in l. quæ nuper in princip. & in auctē. vnde
& ſi parens. C. eodem. titu. vbi falcidiæ nomine legi-
tima nuncupatur, ergo propriè, ſiquidem locutionis
impropriæ iuriſconſultos notare, imperatoremq;
non licet, qui propriè loqui alios docent Bar. in l. de
cem nu. 6. ibiq; Imola num. 8. verſic. quandoq; ſim
pliciter. ff. de verbo. obliga. idem Imola in l. ſtitia. §.
pen. eo. titu. propriè planè ad legitimam trahi non
aliter falcidia poteſt, niſi ſi in genere falcidiam accipi
mus, vtpotè quæ in ſpecie capta de legatis demum
ſingularibus excipitur naturęq; diuerſæ circa imputa-
tiones, & prohibitionem, atq; legitima eſt, in quam
longè plura, atq; in falcidiam imputantur, neq; legiti-
mæ prohibendæ ius ſimiliter, vt falcidiæ hodie eſt, vt
inferius declarabitur.

Tertiò falcidiæ nomine, & trebellianam, & legiti-
mam appræhendi, ſimpliciter, & locutionis impro-
priæ verbo non facto, gl. ſcribit in d. l. papinianus. §.
vnde in l. quotiens in ver. legis, ibiq; Bal. nu. 3. verſi. ſe
cundo quæro. C. famil. herc. Signorol. cōſi. 220. in fi.

Conſequenter, & tertiò dicendum, non rectè pro
trebelliana falcidiam à glo. in legib. verti, quibus fal-
cidiæ memoria in fideicommiſſis vniuerſalibus fit,
eiuſdemq; erroris, & Caſtrenſem teneri in d. l. 1. in
princip. num. 12. ſupra eo. imò enim propriè id ad-
mittendum, generis ſignificatu perſpecto, ſuperiora
docent. Sed in eo. glo. & comitum eius offenſio gra
uior, quod impropriè legitimam magiſquam tre-
bellianam falcidiæ vocabulo contineri putant. Siqui
dem econtrariò potius ob valididiorem legitimæ
reſcandi vim, dicendum videbatur, ſic quomodo an-
tedictum eſt.

Conſequentiæ iſtæ tres, quæ à falcidia emanant
in genere animaduerſa per Soci. vellicantur, cęte-
rum priuſquam ad argumenta eius deſcendamus, ra-
tionem veſtigandam duxi, quid ita falcidiæ vocabu-
lum impropriè magis legitimæ, quam trebellianæ
competere, glo. viſum, Doct. q; ſit. Rationem eam
fuiſſe arbitror, ꝙ diſſimilitudo maior inter falcidiam,
& legitimam, atq; inter falcidiam, & trebellianā in-
tercedit, falcidiam in ſpecie accipiendo, quæ res per-
12 ſpicua ex diuerſitate imputationū liquet † Quas plu
res non paulo legitima, atq; falcidia, trebellianave ad
mittunt, legitimæ quippè ea etiam imputantur, quæ
extra teſtamentum à parentibus, eorumvè nomine
liberi accipiunt, quod aliter in falcidia, & trebelliana
receptum, inferius oſtendemus. Secūdò paucioribus
legitima, quam falcidia trebellianavè debentur, non
alijs enim legitima niſi deſcendentibus aſcendenti-
buſq;, & fratribus, perſona turpi inſtituta, debetur, fal
cidiam planè, & trebellianam nemo non conſequi-
tur, qui ſcriptus hæres ſit. Tertiò rationem diuerſam
quartarum id genus origo, & ipſa inueniendi cauſa
habet, ob teſtm .n. cōſeruandū falcidia cū trebelliana
inuentæ, quo pręmio eatū ad teſtamēta agnoſcēdas

hæredes impellerentur inſti, cod, de l. falci. in princ. & §. ſed quia hæredes inſtit. de fideicom. hæredita. Cauſam, & rationem aliam legitimæ origo continet, quæ à iure naturæ in deſcendentibus exiſtit. l. nam, & ſi parentibus in princip. ff. de inoffic. teſtamen. c. raynutius verſic. cum autem, & c. raynaldus verſic. dilectus, de teſtamen. In aſcendentibus vero æqualitatis tuendæ cauſa à iure ciuili inducta legitima eſt d. l. nam, & ſi parentibus in princip. Tranſuerſalibus porrò odium eius debitam facit, qui potiorem collaterali turpem perſonam habet, l. fratres, & l. fratris. C. de inoffic. teſtamen. Quartò non ſolum ratio diuerſa origini quartarum prædictarum. eſt, verum etiam effectum diuerſum producunt, quoniam ad euerſionem teſtamenti legitima pertinet, ſiquidē præteritus is inuenitur, cui debita eſt §. aliud quoq; capitulum in auctẽn. vt cum de appella. cogno. quod contra in falcidia, & trebelliana eſſe, per quas teſtamenta ſuſtentantur, demonſtratum mox habemus. Apparet ex his, diſcrimen inter legitimam, falcidiam, & trebellianam per omnia, iure reſecandi exceptio, interuenire, eaq; ratione glo. impelli, & Doct. potuiſſe, vt impropriè magis quam trebelliana, falcidiæ vocabulo legitima cederet.

Sed enim cum effectus præcipuus quartarum iſtarum à ſectione pendeat, à qua falcis more nomen ſumptum. In eaq; nō minus, aut leuius alijs legitima polleat d. l. pen. in princ. ibiq; Bal. in 1. nota. & alij C. de inoffi. teſtam. Non procul magis à falcidia diſiungi, quam trebelliana debuit, vt impropriè magis quam trebelliana ad falcidiam legitima accederet.

13 Ab effectu quippè, † & ratione ſimilitudo iudicatur, quamuis per omnia non interueniat. l. qui liberis in in prin. ibiq; Bal. Ang. Alex. & Iaſ. ſupra de vulg. Deci. in l. 1. nu. 6. C. de tranſactio. in conſi. 329. nu. 4. poſt med. & in conſ. 493. nu. 23. Alba in cōſ. 71. nu. 9.

Ratione hac præſumpta glo. & Doct. ita explicata, cur impropriè magis in legitima, quam in trebelliana falcidiæ vocabulum admittant, ad declarationem illam, & conſequentias eius redeundum, cum ſcriptum eſt, in genere falcidiam inueniri. Atq; ideo propriè ſub ea falcis nomine, & effectu eius perſpecto quartas omnes contineri, declarationem hanc enim modis omnibus Soci. ſpernit in d. rubri. Inf. ad trebel. nu. 4. & nu. 7. in qua re differre putat, vtrū de falcidia ſimpliciter, an de lege falcidia mentio fiat, ſiquidem falcidiæ expreſſio ſimpliciter fit, ferri declaratio poſſet, in genere eam accipi, atq; ideo ad quartas omnes rectè, propriè q; applicari, cauſa alia legis falcidiæ eſt, quæ in genere non inuenitur, verum in ſpecie prodita ob legata ſingularia eſt.

Conſequens inſpectioni, & diſtinctioni huic fit, perperam à glo. & Doct. legem falcidiam pro trebelliana in fideicommiſſis vniuerſalibus in legib. tot veiti, de quibus memoria habita ante eſt, vt in d. l. cohæredi. §. cum filiæ ſupra de vulga. in d. l. 2. in fi. ſupra de iure codicil. in d. l. filiusfamilias. in d. l. lex falcidia in fi. in d. l. titia in fi. ſupra eo. in d. l. 1. §. ſi is qui cccc. in fi. in d. l. 3. §. quod autem in d. l. ita tamen §. trebellianum infra ad trebellia. in d. l. in teſtamento. 2. C. de teſtam. milit. in l. iubemus. C. ad trebellia. in l. ſi, vt allegas. C. eodem. titu. ad l. falcid, quo pacto enim admitti expoſitio hæc falcidiæ pro trebelliana poterit, cum de lege ipſa falcidia mentio in legib. ipſis fiat, vnde aut in genere l. falcidiam accipimus, quæ ad quartam omnem applicetur, & defendi id nequit, cum niſi in ſpecie lex introducta falcidia non ſit. Aut legem ipſam falcidiam in ſpecie, pro trebelliana impropriè accipimus, & nihilomagis ferendum id eſt. Quoniam cum ex trebelliano trebellianæ detractio fiat neceſſaria expoſitio alia eſſet, quā facta à glo. ſit, ideſt lex falcidia pro lege trebelliana. Quo quid abſurdius, cum lex vlla trebelliana non ſit, verū Senatuſconſultū, trebelliani nomine conditū.

Secundo cum leges diuerſæ falcidiæ, & trebelliani ſint, quæ effectus diuerſos inducunt, non paululumq; inter l. falcidiam, & trebellianam differat, credibile non eſt, abuſiuè adeo Iuriſconſultos pro trebelliana falcidiam vſurpaſſe, quatenus locutionis propriæ ſignificatum tuendum ipſi docent iuxta illud, turpe eſt doctori, cum culpa redarguit ipſum c. fi. 25. diſt. c. nemo 81. di. cum alijs apud ſpec. adſcriptis in titu. de aduo. §. 6. num. 25. tex. huc attinet in §. illud videlicet, ibiq; glo. in ver. exemplum. in auctẽn. vt iudi. ſine quoq; ſuffra. in l. ſi duo. ibiq; glo. ff. de dolo. l. in harenam in fi. C. de inoffi. teſta.

Quid ergo dicendum circa tex. habemus, quibus de l. falcidia expreſſum in fideicommiſſis vniuerſalibus eſt. Reſpondet Soci. propriè in dictis legibus falcidiam l. accipi, idq; non ex l. ipſa, ꝙ ad fideicommiſſa vniuerſalia per eam cautum, aut cogitatum ſit verum per extenſionem Pegaſiani, quo l. falcidiæ vis ad fideicommiſſa ipſa propagata vniuerſalia eſt, vnde perinde res habetur, vt ſi recens falcidia lex in fideicommiſſis vniuerſalibus inuenta à Pegaſo ſit. Ex text. reſponſio hæc iuuatur in l. filiusfamilias ſupra eodem, vbi inductam legem falcidiam à diuo Pio propter fideicommiſſa etiam in ſucceſſionibus inteſtatorum tex. ait, id quia niſi de hæredibus ſcriptis Pegaſianum non loquebatur, per ꝙ extenſio primum facta. l. falcidiæ dicitur. §. ſed quia hæredes inſtit. de fideicom. hæredi. itaq; ſi ad hæredes legitimos extenſio facta Pegaſiani eſt, non poteſt per Pegaſianum ipſum legis falcidiæ facta extenſio non dici, & cum virtus omnis Pegaſiani tranſlata in trebellianum ſit. §. ſed quia 2. inſti. eo. titu. cum de l. falcidia mentio in ſpecie trebelliani, ideſt in fideicommiſſis vniuerſalibus fit, vtiq; de l. accipi falcidia conuenit, quæ per trebellianum ad quartam eius extenſa, Pegaſiano, ſeu tranſlatione eius mediante, dicitur. Quod argumentandi genus ita Matheſila. ſentit in d. l. filium quem nu. 14. in fi. & ſeq.

Conſequenter his dicendū, id Socinū neceſſariò ſentire, vt in ſpecie, & propriè ſub ll. memoratis falcidia accipiatur, quę in fideicommiſſis vniuerſalibus loquuntur, hoc eſt de falcidia, quæ ob legata inuenta ſingularia, & deinde ad fideicommiſſa vniuerſalia extenſa tā ex teſtamento per Pegaſiũ, quam ab inteſtato à diuo Pio eſt, quā mētem Socini fuiſſe Ripa hic obſeruat nu. 6. verſi. ſed tu conſidera, idq; ex Socin. etiam illationibus oſtenditur in d. rubri. infra ad trebel. in fi. quibus locus non vtiq; eſſet, ſi impropriè in fideicōmiſſis vniuerſalibus falcidiam legem admittimus, ne locum argumēto de caſu proprio ad improprium eſſe, Socinum ſenſiſſe contra iura notiſſima dicamus, quā opinionem, vt propriè ſub falcidia trebelliana includatur, in d. l. filium quem Matheſila. probat nu. 17. idem Coraſ. ibi ſentit nu. 30. Berengar. hic nu. 197. Ripa nu. 6. verſi. ego vero, & nu. 8. qui ratione alia quā Socini, id iuuat, propter adæquationem videlicet, per quā virtus omnis legatorū, & conſequenter etiam quoad falcidiam tributa fideicommiſſis eſt.

A declaratione hac Socini conſequentiæ, aut illa-
14 tiones deriuantur, † quæ expreſſæ ab eo ſunt in d. rubri. infra ad trebel. circa fi. Prima, vt iure hæreditario de fideicōmiſſis trebelliana, ſimiliter, vt de legatis falcidia excipiatur, hoc eſt, vt non alia in trebellianā imputentur, quam quæ iure hæreditario ad hæredē grauatum peruenerint, de quo Bar. & alios videndos hic ait, altera illatio, vt æquè trebellianæ, atq; falcidiæ ius contra piā cauſam ſileat, vt habetur in auctẽn. ſimiliter. C. ad l fal. Tertia, vt ob inuentariū omiſſum perinde trebelliana, atq; falcidia hæredi pereat. Quarta, falcidię prohibendæ ius ad trebellianam protendi.

Illatio-

Illationes has ex Cuman. iuuare Socin. poterat in d. conſi. 25. num. 3. poſt med. verſic. quod ex eo videtur euidentius, vbi propter adæquationem legatorum, & fideicommiſſorum niſi nomine nudo ienus inter falcidiam differre, & trebellianam non putat, idq; paſſim à Docto. recipi. Sed Docto. enarratos maximè velim, quibus id ita placere Cuman. aſſerit. Imò .n. Cumano ipſi vulgo Doct. reclamant.

Secundo ex Matheſila. opinionem, & illationes ſuas confirmare Socino licebat, quotiens ex corporibus hæreditarijs prælegata conſiſtunt hæredi grauato data. In his enim eandem trebellianæ, atq; falcidiæ circa imputationes, cauſam eſſe, vt quarta hæreditatis trebelliana etiam dicatur, atq; non alia in ea ex prælegatis id genus imputennir, quam quæ iure, aut titulo hæreditario, ſeu inſtitutionis ad hæredem veniunt, ita in d. l. filium quem, Matheſila. ſcribit nu. 20. vſq; ad nu. 28.

Tertiò ratione etiam corroborari Soci. illationes poſſunt, namq; ſi ad fideicōmiſſa vniuerſalia legem extenſam falcidiam dicimus, ſic quomodo ante teſtatum ex Matheſila. & Socin. eſt, vtq; ſub qualitatibus omnibus. l. ſalcidiæ factam extenſionem intelligemus. l. legem C. loca. cum alijs in ſuperioribus enarratis, atq; ideo quicquid iuris conſtitutum in ſalcidia eſt, ad trebellianam quoq; pertinebit.

Conſequentijs, & illationibus his Matheſila. & Soci. Ripa hic inſultat, eaſq; improbat num. 6. in fi. & duobus ſequen. extenſione enim, & adæquatione illationes ipſæ nituntur, ꝙ ad trebellianam extenſa falcidia, & adæquatio ſacta inter eas dicatur, atque ideò falcidiæ nomen trebellianæ propriè competat.

15 Sed enim † ad ea extenſio trahi, & adæquatio non ſolet, diuerſa in quibus ratio, & determinatio inuenitur. l. illud in prin. iuncta. l. tam is ff. de dona. cau. mor. diuerſam planè rationem, & determinationem falcidiæ, & trebellianæ circa imputationes eſſe, tex. noſter cum legib. alijs ſatis docent.

Secundò ad ea reſtringi adæquationem oportet, quibus adaptari poteſt. l. gallus. §. 1. ſupra de liber. & poſthum. l. ſi filius ſupra de condit. inſtit. l. 1. §. lex falcidia, ibiq; Bar. & alij ſupra eod. l. 1. in princip. infra de ſuis, & legiti. & alia non pauca, ſed enim ad imputationes, & interuentionem trebellianę ob inuentarium prætermiſſum accommodari adæquatio, & extenſio non poteſt, quatenus circa imputationes, & trebellianæ iacturam ob inuentarium non factum, variè inter has quartas conſtitutum reperitur, ex Geminia. argum. hoc confirmari Ripæ poteſt in conſi. 73. in fi. quod dicitur, per qualitates ſuas omnes factam extenſionem intelligi, ad eum caſum non attinere, quo accommodari, aut conuenire qualitates non poſſunt per tex. in c. fi. in fi. de ſtatu mona. in c. indemnitatibus. §. ſupradicta de electio. lib. 6. glo. fi. in c. quoniam vt lite non conte.

Videndum in prædictis, circa declarationem, & opinionem Matheſila. Soci. & Ripæ, quibus viſum eſt, propriè ſub falcidia, & ratione extenſionis, adæquationisvè trebellianam includi. Namq; contradictionem habere res videtur, vt per extenſionem ad fideicommiſſa vniuerſalia falcidia producatur, & propriè ſub ea trebelliana maneat, namq; ſi per extenſionem continetur, ergo non propriè, vt Bar. ſentit in l. omnes populi num. 60. ff. de iuſti. & iure. Caſtrenſ. in conſi. 441. pro declaratione colum. penul. in fi. lib. 1. Bal. iun. de dote parte 6. priuil. 21. colu. 1. in fi. verſi. nec obſtat illud, ꝙ diſpoſitio, cum alijs in ſuperioribus accumulatis.

Secundò grauior Ripæ error circa ſignificatum hunc proprium videtur, qui adęquationis eum ratione metitur, quæ generaliter, & in regulæ morem facta inter legata, & fideicommiſſa eſt, ſi quidem niſi ęqualitate interueniente, locum adæquatio non habet, cum ſingulare vtrunq; legatum, & fideicommiſſum, aut vniuerſale ſit, in cauſa planè diſpari, vbi ſingulare vnum, vniuerſale alterum eſt, locum adęquationi non eſſe, Bar. & alij docent in l. 1. ſupra de lega. 1. itaq; cum niſi ad legata ſingularia falcidia non attineat, quomodo ad trebellianam eam propriè ob adæquationem ſpectare obloqui Ripa potuit. Quatenus nonniſi in fideicommiſſis vniuerſalibus trebellianam exerceri, non dubitatur.

In eadem erroris naui agitatus, & Cuma. eſt in d. conſi. 25. num. 3. poſt med. qui nominis tantum differentiam, & præterea nullam inter ſalcidiam, & trebellianam contingere receptum aſſerit, imò enim contraquam ipſe ait, vulgo Doct. ſentiunt. Id quia ad legata ſingularia falcidia, ad fideicommiſſa vniuerſalia trebelliana pertinet, inter quæ hodie etiam non paululum diſtare, ex Bar. & alijs liquet in d. l. 1. ſupra de lega. 1. quinetiam contraria ipſi ſibi Cuma. locutus in d. conſi. eſt, qui in d. l. 1. adæquationem illam ad fideicommiſſa trahi vniuerſalia non credit, Dyno adſtipulando, ita legata nequidem vniuerſalia cum fideicommiſſis æquata vniuerſalibus putat. Quod cum ita ſit, quomodo exæquationem ipſam inter legata particularia admittere, & fideicommiſſa vniuerſalia potuit.

Tertiò ſecum in eodem loco conſtare Ripa non videtur. Qui ratione adęquationis ſignificatum proprium falcidię in trebelliana primum agnoſcit. Mox extenſioni à Matheſila. animaduerſę ſignificationem ipſam tribuit, vt videre apud eum eſt num. 8. Rurſus ſi quarta vna adęquata alteri erat, quomodo extenſio vnius poſtea fieri ad alteram. l. adoptare in fi. ff. de adoptio. l. ſi ita fuerit ſeruus duobus in fi. prin. ff. de mann. teſta. l. qui bis idem. ff. de verbo. obliga. quod ſi priorem adęquatione extenſionem facimus, non poteſt Ripę ratio ſubſiſtere, quę adęquationis iure nititur.

Quid in controuerſia hac tam inſigni dicendum,
16 tria hic † excutienda cenſui. Primum vtrum per extenſionem Pegaſiani, legis ſalcidię appellatio ad trebellianam in legib. competat. quibus legis ipſius ſalcidiæ mentio in fideicommiſſis vniuerſalibus fit. Alterum, propriè an non legis falcidię vocabulum ad trebellianam trahatur. Tertium in conſequentijs, & illationibus Socin. conſiſtit, iuri necne conſentiant.

Circà primum, locum rationi non puto, quæ ab extenſione deſumitur, vt ad quartam trebellianā lex extenſa falcidia dicatur, in qua ſententia eſſe Polytū diximus in d. l. filium quem nu. 47. & ſeq quæ opinio iuuari vltra eum poteſt, ꝙ repetitio qualitatū rei extenſę fieri in eo ſolet, ꝙ extenſionē ipſam admittit, vti demonſtratū in ſuperioribus habemus, at .n. non paululum inter falcidiā, & trebellianam intereſſe, tex. noſter oſtendit, de quo cumulatè ſatis apud nos in d. l. 1. nu. 147. & ſeq. ſupra de lega. 1.

Secūdò ex tex. opinio hęc cōfirmatur in §. ſed quia heredes inſti. de fideic. hæredi. vbi expreſſum eſt, perinde quartā ex fideicōmiſſis vniuerſalibus, & ex Senatuſcōſulto Pegaſiano retinendi ius eſſe, atq; per l. falcidiā de legatis percipitur; vnde non dicit tex. ex illa l. falcidia ob legata inſtituta, de fideicōmiſſis vniuerſalibus quartā detrahi, verū nō minus per Pegaſianū de fideicōmiſſis vniuerſalibus, atq; per l. falcidiā de legatis quartā deduci, ita iure diuerſo quartatū detractionē fieri non obſcurè tex. docet .i. de legatis per l. falcidiā, de fideicōmiſſis vniuerſalibus ex Pegaſiano, ſi ex Pegaſiano, ergo nō per l. falcidiā ab eo ampliatā, niſi dicamus Pegaſiano extēdenti extēſi ius tribui.

Tertiò impoſſibilis extēſio hæc ſalcidiæ ad trebel-
17 lianā videtur. Qm̄ † niſi ob rationē eandem locum extenſio non habet. l. fi. ff. de calumnia. l. papinianus

exuli.ff. de minor. l. inter ſtipulantem. §. ſacram ibi,
ſed hæc diſſimilia ſunt. ff. de verb. oblig. cauſã enim
extenſionis immediatam à ratione eſſe, Bal. ſcribit
in c. fi. num. 10. in fi. de conſuetu. tradit idem Bal.
in l. omnes populi col. 8. circa princ. verſi. item ſta-
tuta, quæ ſunt contra rationem ff. de inſti. & iure. So-
ci. io l. 1. in prin. in quarto nota. ff. de verbo. oblig.
cum alijs apud nos adſcriptis in conſi. 6. nu. 10. in
conſi. 17. nu. 2. in conſi. 176. num. 2. in conſi. 284.
num. 3. enimuero quo tempore ædita. l. falcidia eſt,
ratio eadem in fideicommiſſis contingere omninò
non poterat, vtpotè infirmis, & ab hæredum graua-
torum arbitrio pendentibus, neq; mutat, rationem
eandem extendendi poſtea interueniſſe, ad firmitatẽ
fideicommiſſis perductis, quoniam quod ad ipſam.
l. falcidiam attinet, in ſpecie animaduerſam, ſatis eſt,
ad fideicommiſſa eam protendi omninò non poſſe.

Quartò textibus Matheſila. opinio, & Socini con-
tradicit in d. l. papinianus. §. vnde. ff. de inoffi. teſta.
& in d. l. quotiens. C. famil. hercif. quibus. ll. lex fal
cidia in quarta enarratur, quæ iure, aut ratione debita
naturali eſt, ratio enim extenſionis Pegaſi legis, vel al
terius quieſcit, ꝙ ad legitimam ampliata falcidia ſit.

Quintò. l. huic noſtræ, & ll. alijs opinio hæc repu-
gnat, quibus diuerſum ius falcidiæ, atq; trebellianæ
conſtat. At enim ius idem vtriuſq; per opinionem
hanc inducitur, idq; & Soci. ipſe in conſequentijs, aut
illationibus ſuis admittit. Quocirca interpretatione
recipi Soci. non conuenit, vnde legib. correctio ſe-
quitur glo. in c. cupientes. §. ꝙ ſi per viginti in verſi.
petere, & in verſi. priuatos de electio. lib. 6. Fulgo. in
l. vt liberis nu. 5. per glo. ibi. C. de collatio.

Conſequenter his dicendum, cum de l. falcidia in
legitima, trebellianavè, aut fideicommiſſis memoria
habetur, neceſſario de falcidia in genere, textus intel
ligendos, quo caſu ad quartam omnem propriè re-
ferri falcidia poteſt, & cum propriè verba intelligi in
genere poſſint, in ſpecie ea, atq; adeo impropriè acci-
pi non conuenit, falcidiam pro trebelliana exponen
do l. 1. §. ſi is qui nauem. ff. de exercitor. l. ſi ita quis.
§. is cui ſupra de lega. 2. l. ille, aut ille § cum in ver-
bis. l. non aliter ſupra de lega. 3 c. in noſtra de iniur.
18 c. propterea de verbo. ſignifi. & propriè † verba in-
terpretanda, vbicunq; intellectum, ſenſumq; habere
proprium poſſunt, Oldra. ſcribit in conſi. 73. nu. 4.
circa fi. argu. l. plautius ſupra de auro, & argen. lega.
Idem Bar. docet in conſi. 228. cauetur ſtatuto, quod
quælibet perſona, vbi quotiens ad ſignificatum pro-
prium fructus cui eſſe verba poſſunt, ad improprium
ea produci non debent per text. in l. verbis ciuilibus
ſupra de vulga. in l. librorum. §. quod tamen caſſius
ſupra de lega. 3. & in l. ſceuola infra ad trebel. idem
Signorol. probat in conſi. 6. nu. 7. & in conſi. 181.
colum. penul. poſt med. pro qua ſententia text. &
alium vocat in l. qui liberis. §. hæc verba ſupra de
vulga. Idq; in legib. potiſſimum iuriſcõſultorum ad-
mittendum, qui propriè alios loqui docẽt, teſtatum
ante ſatis eſt, atq; in ſpecie magis, ex Soci. id iuuatur
in conſi. vltimo colum. fi. in prin. verſi. nec obſtat
vltimum. lib. 2. vbi in ſignificatu potentiore verbum
ita accipiendum putat, ſi impropriè in debiliore ca-
piatur, ſed enim potior haud dubiè generis ſignifica-
tus, quam ſpecies eſt. Plura genere complectente; vn
de cũ propriè l. falcidia accipi in ſpecie nequeat, quo-
tiens ad fideicommiſſa vniuerſalia ſpectat, propriè
in ſignificatu generis accipienda tanquam in poten-
tiore erit. Quamquam controuerſia Socin. dictum
non vacet, cum id ſentit, vbi proprius vtriuſq; ſigni-
ficatus eſt potentioris, & imbecillioris, in ſenſu ver-
bum debiliore capiendum, cæterum locus hic diſſe-
rendi non eſt. Abundè enim ſatis videtur, in ſenſu de
biliore verbum nunquam intelligendum, quotiens
impropriè id fit, & propriè accipi in fortiore poteſt,
& fortiorem, latioremq; generis ſignificantiam eſſe.

Neq; e contrarium his eſt, quod Soci. ait in d. rubr.
infra ad trebel. circa fi. extraneam expoſitionem vi-
deri, l. falcidiam pro l. trebelliana, vel Senatuſconſul
to trebelliano. imo enim non perinde à re aliena ex-
poſitio hæc videtur, ac Soci. opinatur, idq; in ſpecie
oſtenditur, falcidia enim lex à tribuno plebis lata di-
citur glo. & Doct. in l. 2. in prin. ſupra eo. quo caſu
plebiſcitum dicendum potius erat. §. plebiſcitum in-
ſti. de iure natu. Alexan. in d. l. 1. in prin. nu. 9. atqui
lex dicta falcidia eſt. Quoniam auribus magis deno-
minatio hæc adblanditur, & legis vigorem plebiſci-
tum habet, eadem ratione extranea expoſitio legis
falcidiæ in trebelliano non erit, vt pro l. falcidia in
genere accipiatur, quandoquidem, & legis firmitatẽ
Senatuſconſultum obtinet. §. Senatuſconſultum in-
ſti. eo. titu. de iure naturali, ex legib. memoratis re-
ſponſio hæc confirmatur, quibus ad legitimam lex
falcidia applicatur, in qua extranea magis expoſitio
videtur, lex falcidia pro lege legitimæ. itaq; cum l. fal
cidiæ mentio in fideicommiſſo vniuerſali, & legiti-
ma fit, ad l. falcidiam in genere, perinde, vt ad l. quæ
diſſecat, aut demetit, ratio habetur.

Meminiſſe poſtremò in Matheſila. & Soci. opinio
ne, declarationevè debemus, cauſa enim ita declaran
di, vt in l. falcidia à Pegaſo extenſa tex. intelligantur,
quibus mentio eius facta in fideicommiſſis vniuer-
ſalibus legitur, alia non eſt, niſi quo propriè l. falci-
dia intelligatur, inde conſequentiæ deſcendunt, quas
Soci. ipſe commemorat in d. rubri. infra ad trebel-
lia. circa fi. ſed enim ſiue propriè, ſiue impropriè. l.
falcidiam pro trebelliana vertamus, locum tamen
conſequentijs ipſis non eſſe, in tertia infra obſeruatio
ne, aut animaduerſione declaratur, quod niſi quartæ
detrahendæ nomine, & quantum ad ſubſtantiam
eius, citra qualitatum repetitionem facta extenſio nõ
inuenitur, quo fit, vt vacuus Matheſila. & Soci. labor
in ſpecie hac appareat.

Circà ſecundum, quod in declaratione, & opinio-
ne Matheſila. ſpectandum, & Soci. diximus, propriè,
an impropriè. l. falcidiæ verba in legib. accipiantur,
quibus memoria eius in fideicommiſſis vniuerſali-
bus habetur, explicatio ab his percipitur, quæ mox
enatrata in prima animaduerſione ſunt, Id eſt, ꝓpriè.
l. falcidiam accipiendam, ſignificatu eius generali
perſpecto, neq; ab extenſione Pegaſiani ſenſum hũc
proprium deſumi, rurſus, & ſi maximè per extenſio-
nem ipſam ſenſus is proprius contingeret, momenti
vllius tamen diſceptationem hanc non fieri, quan-
doquidem præter quartæ detrahendæ ius, effectus
quicquam extenſio hoc genus non habet, ſic quomo
do mox planiſſimum fiet.

Quoad tertium locus ne Matheſila. & Soci. con-
19 ſequentijs ſit. † Ne longum faciamus, locum eſſe
non puto. Quoniam niſi in quarta ipſa de fideicom
miſſis vniuerſalibus percipienda legis falcidiæ expreſ
ſio in textibus memoratis non fit, itaq; cum ad quar-
tam exercendam limitata expreſſio legatur, reſtringi
ad eam debebit l. in lege, & l. rutilia polla. ff. de con-
trahen. emptio. l. agris ff. de acquiren. rerum domi.
l. 1. §. Iulianus ff. de itin. actuq; priua. l. tutori. C. de
nego. geſt. l. fin. C. ne vxor pro mari. l. tutores qui
C. de adminiſtra. tutor. l. voluntariæ. C. de excuſa.
tutor. c. auditis, & c. cum olim de præſcriptio. c. ma-
nifeſta 12. q. 1.

Neq; mutat, ſub qualitatibus ſuis omnibus factã
extenſionem intelligi, quoniam præſuppoſito etiam
admiſſo, vt per extenſionẽ Pegaſiani ad quartã trebel
lianã l. falcidia attineat, ꝙ reiectũ ante in prima ani-
maduerſione eſt, ad qualitates iñ l. falcidiæ circa im-
putationes trahi extenſio nõ põt, ne correctio. l. huius
& alia-

& aliarum inducatur, quibus diſcrimen inter quartam vnam, atque alteram introductum circa imputationes conſtat. Rei cuius facilius percip[illegible] c[illegible]u-
20 ſa, ſciendum, † à præſumptione iur[illegible] neceſſario pendere, vt cum qualitatibus facta extenſio cen[illegible]ca-tur, quotiens expreſſio facta qual[illegible] non eſt [illegible]lle, aut ille. §. cum in verbis ſupra de le[illegible]a. [illegible] con[illegible]i-nuus. §. cum it[illegible] ff. de verbo. obliga. a ſenſu contrario ar[illegible]ume[illegible]tando, ſ[illegible]d c[illegible]m locum præſumptio ad ius corrigendum non habe[illegible] g[illegible] d. [illegible] §. quod [illegible] per xx. in verſi. petere, & in verſi [illegible]atos de electio. lib. 6. quæ expreſſionem deſiderat, vt cor-rectio inducat[illegible], cum per repe[illegible]iones, [illegible]ditionesve admittendam corr[illegible] [illegible] ſubauditio non habet expreſſionem [illegible] n[illegible]a-rio expo[illegible], q[illegible]m receptam g[illegible] [illegible] ſup[illegible]bemus, & [illegible] qua eti[illegible] A[illegible]. mem[illegible] conſi. 7[illegible] num. 3. lib. 1. & apud nos [illegible] pro genero num. 3[illegible] an[illegible]atum habemus, dictione etiam taxatiua [illegible], ne ad correctionem in[illegible]cendam valeat, quod c[illegible]nem tacitam contineat, ſed & [illegible]em [illegible] taxatiua dup[illegible], ne ad correctionem proſit, teſtatum apud nos legitur [illegible] d[illegible]an[illegible] q[illegible] [illegible] parte q[illegible]rta. num. 58. Bald. hic accedit [illegible] conſi. 495. q[illegible]dam do[illegible]i-na Helena column. [illegible] in fin. lib. 5. Non aliter c[illegible]r-rectionem induc[illegible], n[illegible]ſi, aut expreſſum ſit, aut repug[illegible]antia ineuitabil[illegible] e[illegible] ſ[illegible]rat, itaq; [illegible]m [illegible] ex-preſſum vlla non ſit diuerſitati inter falcidiam, & trebellianam ſtandum circa imputationes non eſſe, imò enim per l. hanc, & alias non paucas d[illegible]erſi[illegible]as hæc conſtet, ab eis per interpretat[illegible]es, & ſuba[illegible]i-tiones diſcedi Matheſila. & Soci. nõ oportet cum re pugnantia nulla incurrat, quæ ad correctionẽ p[illegible]am inducendam nos adigat.

Secundò efficacius, & valid[illegible]s co[illegible]ta Ma[illegible]heſi-la. & Socin. gloſſam expendo, & induco in d. c. cupientes. § quod [illegible] per xx. in verſi. petere. quæ per repeti[illegible]iones correctionem induci non p[illegible] repetitum aliquid per l. cenſeatur. Idem in repeti-tione ex text. oſtendi[illegible]ur in l. vxori. §. 1. ſupra [illegible] ga. 3. Alexand. in c[illegible] 42. num. 2. & [illegible] Aretin. in conſi. 76 dil[illegible]genter [illegible]viſis in fi. [illegible] in l. talis ſcriptura num. 25. ſupra de lega. 1. idq; & Soci. ipſe agnoſcit in l. [illegible]. 5. [illegible] column. 1. in fi. infra ad trebellian. ſed enim repetitione Soci. n[illegible]tur, vt extenſione falcidiæ ad fideicommiſſa vniuerſalia à Pegaſiano facta, repetitæ falcidiæ qualitates in quarta cenſeantur, quam fideicommiſſum vniuerſale patitur. Atq; ideo [illegible]dem quartæ vtr[illegible]ſq; circa imputationes ſit, contraquã legib. expreſſum tot inuenimr.

Tertiò extenſionis etiam argumento, aut ratione admiſſa, cũ cum ſi[illegible]liciter facta circa quartam trebellianam ſit, & quod ad imputationes attinet, in ſpecie diuerſitas introducta legatur, ad diuerſitatem
21 hanc, in qua † cautum ſpeci[illegible]liter inuen[illegible]tur, gene[illegible]a-lem trahi extenſionem non conuenit, verum ad detractionem ſimplicem reſtringi eam oportet. l. ſed & ſi per prærorem. §. deind[illegible] ff. ex quibus cau. maior. l. cum in teſtamento §. fi. ſ[illegible]ra de hær[illegible]di. inſti. l. doli clauſula, & l. ſtipulationes commod[illegible]mum. ff. de verbo. obligar. & apud nos in reſponſo pro genero num. 6[illegible]. & in Corollario num. 52. & in ſpecie magis, ex tex. id [illegible]uatur, conu[illegible]a glo. in l. ſub conditione ſupra de hæredit. inſti. conditionem hæredi ſcripto adiectam repetitam in ſubſtituto non intelligi, qui conditione oneratus alia eſt, idem Bal. ſcribit in l. cum multæ verſi. [illegible]i ergo hic dicit [illegible]ratot. C. de donatio. ante nupt. quæ dicta in dote ſunt, in donatione repetita propter nuptias non intelligi, in qua determinatio facta ſpecialis eſt, idq; & Cuma. probat in conſi. 112. cuius quidam Florentinus colum. 2. poſt med. Roma. in conſi. 503. nu. 4. Alexan. in conſi. 66. lib. 3. & in conſi. 158. nu. 5. li[illegible]. 6. Soci in co[illegible]i. 22. colum. 1. in fi. verſi. præterea in ſeq. legato [illegible]b. 3. & in d. Corollario pro genero num. 52. & alia non pauca, itaq; cum prouiſio ſpecialis circa imputatio[illegible]s in trebel[illegible]iana appareat, repe[illegible]itionem in ea qu[illegible] ad[illegible] f[illegible]cidiæ non oportet, ex qua repetitione prouiſioni ipſi ſpeciali de [illegible]mputationibus, derogetur.

med. Dec. in l. 1. col. 3. circa med. C. de pactis in conſi. 402. num. 3. in conſi. 495. num. 19. & in conſi. 625. col. 2. atqui remiſſionem quartæ teſtamenti approbatio neceſſario non arguit, quandoquidem verbum de quarta non detrahenda factum in teſtamento non eſt, & intelligi approbatio teſtamenti poſſit, vt illud implere, & ſequi hæres debet, ita vti expreſſum, & cõſtitutum lege eſt. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locat. l. duo fratres ſupra de acquiren. hæredit. Bart. & alij in lege hæredes mei. §. cum ita infra ad trebellia.

Quarto reſtrictionem ſermo generalis accipit, ne tertij ius lædatur. l. 2. §. merito, & §. ſi quis à principe, ff. ne quid in loco public. l. nec auus. C, de emanci. lib. Longè magis admittenda reſtrictio erit, ne diſponendi ipſi in commodi quicquam generalitas afferat, quotiens reſtrictionem hanc pati verba ipſa poſſunt, vt Signorol. docet in conſi. 88. num. 7. verſicu. præterea poteſtas, per text. in l. contra. §. fin. ff. de pactis. in l. ſi procurator. ff. de cond. indeb. & in l. creditor. §. penult. ff. manda. quod argumentum non vulgare in re dubia eſt, vnde cum dubia res ſit, vtrum quartæ remittendæ animum hæres habuerit, à quo teſtamentum approbatum ſimpliciter eſt, renunciationis cauſam non præſumi, magis eſt dicere.

Ratione tamen, Anchar. Curtij ſenioris, & Decij ad opinionem hanc amplectendam non moueor, quod ex voluntate teſtatoris quartæ detractio fit, atque ideo voluntatem ipſam, approbationemq; teſtamenti non offendi, ſi locum detractioni dicimus,
28 quoniam † contrariam voluntati teſtatoris quartarum omnium detractionem eſſe, maior Docto. pars ſentit, vti ſcriptum habemus in l. 1. num. 135. ſupra de leg. 1. quibus Signorol. accedit in d. conſi. 80. colu. 2. Ruin. in conſi. 97. ante fin. verſi. præterea quando filius lib. 1. in conſi. 17. num. 6. in fin. in conſi. 47. in fin. in conſi. 53. num. 8. in conſi. 56. nu. 9. in conſi. 58. nu. 3. & in conſi. 77. num. 5. lib. 2. & in conſi. 159. num. 15. lib. 3. Guido Papæ. quæſtio. 507. in fin. pro qua ſententia text. Doctor nominant in l. titia, ibique Alex. in 1. nota. ſupra eod. & in c. Raynaldus in fin. ibiq; gl. fin. de teſta.

Dixerit hic aliquis, ſi contra quam teſtatori placuit, quartæ detractio fit, quomodo locus eſſe opinioni memoratæ poterit, vt quartæ detrahendæ facultatē hæres habeat, qui iudicium defuncti agnouit, & voluntati eius obtemperaturum ſe cauit, quamuis prohibitio vlla facta de quarta detrahenda in teſtamento non ſit. Reſpondetur, voluntatis huius tacitæ, & retentæ curam legi non eſſe. l. ſi repetendi. C. de condi. ob cau.

Secundò reſpondetur, cum patens voluntas hæc ex teſtamento non ſit, ob eam quartæ renunciatum non intelligi, ſi quidem ex actu ſequi renunciationē non ſolere, ex quo neceſſariò non infertur, demonſtratum ante ſit, ſed enim neceſſario non conſequitur, contra voluntatem teſtatoris quartam detrahi ius præſumit, ergo ad præſumptionem hanc hæres cogitauit, à quo approbatio facta teſtamenti eſt, neque par virtus expreſſi, atque taciti, aut præſumpti in his eſt, quæ expreſſionem expoſtulant. cap. 2. de præben. cap. fin. & quod ibi not. in gloſſ. ſed nunquid de procurat. lib. 6. clem. non poteſt. eod. titu. quæ iura in ſententiam hanc Freder. à Senis vocat in conſil. 253 caſus talis eſt, monaſterijs col. 2. in fin. ſed enim, aut expreſſionem verborum renunciatio poſſit, aut factum id genus, quod intelligi citra renunciationem nequeat, ita vt neceſſariò ex eo renunciatio conſequatur, ſic quomodo ſcriptum in ſuperioribus habemus.

Vltra detractiones quæ per. l. falcidiam in legatis, & fideicommiſſis ſingularibus, nec non, & fideicommiſſis vniuerſalibus per extenſionem ipſius, l. falcidię
29 à pagaſo introductam fiunt, genus tertium † detractionis Ripa hic commemorat nu. 11. quæ detractio iure vetuſtiſſimo. l. 12. tabularum exercetur, quotiēs ſupra facultates ſuas teſtator legat, fideivè cõmittit. Quæ reſciſio hactenus fit, quatenus relictum amplius eſt, quam in hæreditate ſit. per l. falcidiam planè tam propriè ſumptam quam extenſam, dodrante tenus reſectio fit, atq; ideo intra vires hæreditarias. l. in quãtitate in fin. ſupra eod. de qua detractione. l. 12. tabul. text. etiam meminit in l. ſi vero compoſita ſupra de teſtam. milit. & in l. ſi poſt miſſionem ſupra eodem. Ex tex. etiam detractio hæc probatur in l. verbis legis, ff. de verb. ſigni. à ſenſu contrario argumentando, quæ iura in ſententiam hanc Soc. vocat in rubr. infra ad trebell. in prin.

Non parui vero refert, vtrum per l. 12. tabul. an per l. falcidiam detractio fiat, quoniam aliter diminutio, aut detractio per l. 12. tabul. quam per l. falcidiam fit per l. enim 12. tabul. vniformis detractio ad portionem eandem in ſpecie ſemper non fit, verum plus vni legatario, quam alij adimitur, aut detrahitur, pro modo legatorum, verbi gratia ſi teſtator, qui nō plus quam 30. in bonis habet, triginta titio legat, ſeio xx. meuio. x. conſequenter amplius dimidia parte quam quanti hæreditas eſt, legatum apparet, detractionem vniformem legatarij iſti non patiuntur, id eſt ad quartam portionem puta, verum ratio alia in detractione facienda habetur, enim ſpectatur, quanto amplius vni datum quam alij ſit, vt pro rata commodi, cuiuſq; detractio exerceatur, vnde quia tantū titium ſolum conſequi voluit, quantum ſeio, & meuio reliquit. Tantum in ratione detractionis huius, quæ per. l. 12. tabul. fit, titius quantum duo alij ferent, id eſt quindecim titius ſolus auferet, reliqua quindecim ſeius, & meuius conſequuntur, rurſus quia altero tanto plus ſeio, quam meuio dedit, id eſt ſeio. xx. & meuio. x. ita ratio in detractione hac initur, vt dimidia parte plus ſeius, quam menius habeat, ſic ex quindecim reliquis. x. ſeius, quique meuius accipiet. l. ſi quis teſtamento titio. §. 1. ſupra de legat. 1. in detractione planè, quæ per l. falcidiam fit, ratio alia obſeruatur, quia vniuſmodi ſemper eſt, nam quartæ ſemper detractionem legatarius, quiſque patitur.

Secundò differt inter reſectionem. l. 12. tabul. & l. falcidiæ quoniam latior reſectio eſt, quæ per l. 12. tabul. fit, latiuſq; extenditur, ſi quidem ad legata etiam libertatum trahitur, quod ſecus in falcidia, & legitima etiam eſt, propter quas minui libertates non ſolent. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffic. teſtam. l. ſi vniuerſæ. C. de leg. Conſequenter in reſectione, quæ per l. 12. tabul. fit, precia ſeruorum computantur, quibus data libertas eſt, neq; libertatis fauore detractio ſeruorum fit, perinde quaſi in bonis non eſſent, ſic minui hæreditas non poteſt per legata libertatum, quod ſecus in falcidia, & legitima eſt.

Sed obſeruandum circa primam diuerſitatem Ripæ inter detractionem. l. 12. tab. & falcidiæ, nullam diuerſitatem effectu animaduerſo interuenire, quoniā vniuſmodi ſemper detractio quantum ad ius fit, quãuis pro varietate facti, aut legatorum plus legatario vni, quam alij decreſcat, ſemper enim, ita detractio habetur, vt pro rata commodi ſingulorum legatariorum detractio fiat, vt in ſpecie. d. l. ſi quis teſtamento titio. §. 1.

Secundò obſeruandum, in quantum legata libertatum impediri per detractionem. l. 12. tab. Ripa ait, Conſequens enim dicto huic fit, ex toto libertatem impediri, quamuis legatum totum ſupra facultates non ſit, verbi gratia, ſi libertas ſeruo relinquitur, qui xx. valet, cum non pluſquam quinque vires hæreditarias legatum hoc excedat, itaq; propter exceſſum

hunc

hunc in quinq; ex toto libertas impedietur, cum indiuidua res vertatur, ſi quidem in partem liber eſſe quantum ad is,& in partem ſeruus quo ad quinq; nõ poſſit.l.ſi pariter in fin.ff.de liber.cau.l.1.§.1.ibi in eadem perſona ſimul libertas,& ſeruicium concurrant C.de lati. liber. tollen. Conſequẽter diminutio pro rata fieri in legato libertatis non poterit. Ad ea enim diminutio hæc referri pro rata debet,quę diminutionem hanc admittunt,non ad alia.l.1.§.lex falcidia, ibiq; Bar.& Alex.ſupra eodem.

Crederem tamen locum duriciei huic non eſſe, ſi pecuniam exceſſus ſeruus, vel aliquis pro eo offerret.

Tertiò monendi ſumus, locum detractionibus his 12.tabul. falcidięvè non eſſe inuentario omiſſo, ſi quidem pręter vires hęreditarias hęres adſtringitur, à quo factum inuentarium non ſit. l.fin. C.de iure deliber.

Quartò videndum,cum detractionem ex l.falcidia ante omnem aliam, faciendam in ſecundo caſu Ripa ſcribit,quando tantum in hęreditate, quantum in legatis eſt. per tex.in l.quotiens ſupra eod. vbi falcidia prius detrahitur, quam id quod datum ei eſt, qui totum capiendi ius non habet, namque ad ſecundum caſum ius hoc reſtringi à Ripa non debuit, cum probandum tantundem ſit, etiam ſi minus in bonis, quam in legatis ſit, dum legi falcidię tamen locus ſit, Quare generalius ſcribendum à Ripa fuerat, detractionem, quę per l.falcidiam fit, primam detractionum omnium eſſe, quotiens locus falcidię eſt.

Non ſolum autem nimium reſtringendo, ſed generaliter plus nimio loquendo, offenſum à Ripa videtur, cum ante omnia detractionem faciendam ex. l.falcidia ait,immo enim prior detractio eſt, quę de ęrę alieno fit. l. papinianus. §. quarta, ff.de inoffic. teſtam. l. in imponenda, & l.irritum. C. eodem titulo ad l. falcid. Quare ad detractionem aliam, quę in cauſa lucratiua fit, concluſio ſua reſtringenda à Ripa erat.

Circà id quod nouiſſimo loco. l. huius facilius explicandę cauſa, pręmiſſum à Ripa eſt num. 12. iudicio teſtatoris dupliciter accipi quid poſſe, vniformiter, & difformiter. Sciendum eſt, quotiens res aliqua hęreditaria hęredi pręlegatur, irritum legatũ ex portione ipſius cohęredis eſſe, quam in re pręlegata habet,quia ipſi ſibi legari à ſeipſo non poteſt.l. ſed & ſi in conditione.§.fin.ſupra de hęred.inſt.l.planè.1.§. ſi duobus.l. legatum eſt.§.1.l.& quidem.l.cum filio verſi.deniq; ſupra de legat.1.l.miles.§.fin. de legat.2. l.cum qui.§.fi.ſupra de his quibus,vt indig. Ratio huius rei ob impoſſibilitatem pendet, quoniam natura non patitur,vt ſui ipſius creditor quiſpiam,debitorvè ſit,atque ideo actio,paſsiovè in eodem ſubiecto tempore eodem concurrant.l.1.§.ſi debitor ſupra eod.l. vrannius.ff.de fideiuſ.

Rationem hanc Iaſ. aſcribit in l.3.§.ex pluribus colum.8.num.39.ff. de acquiren. poſſeſſ. ſed ante Iaſ. expreſſa ratio hęc apud gloſſ. inuenitur in §. an ſeruo in ver. legari inſtit. de legat. quę ſeruo hęredis idcircò legari non poſſe ait, quòd ipſi ſibi obligari hæres non poteſt. Eandem rationem. Fulgoſ. affert in conſil.99. quidam à colum. 1.vbi à fortiori etiam 11. Fulgoſ. argumentatur.

Namque perimitur obligatio confuſione, vbicunque hæres debitori creditor exiſtit, id quia actio paſſioq; concurrere tempore eodem, in eodemque ſubiecto nequeunt. l.ſi §.1.ff.de euictio. l.ſtichum.§. aditio, ff.de ſolutio. Bartol. in l.ſi is qui pro emptore in ſexta quæſtio. prin. ibique Crot.num.175.in fi. ff.de vſuca. ſi ratio hæc efficit, vt obligatio iam contracta diſſoluatur, multò magis valitura ratio hæc erit, vt natiuitas obligationis impediatur, ideſt ne vtile legatum fiat, quod hæredi à ſeipſo relinquitur. l.patre furioſo,ff.de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris.l. tutor.1.ff.de ſponſal.l.non ſolum.§ fin.cum l.ſeque. ſupra de excu. tutor. cum ratione hac text. facit in l. peto.§.mater, ibique gloſſ. in ver. datum ſupra de legat.2. vbi iuberi tutor non poteſt, vt pupillo reſtituat, quia perinde eſt, atq; ſi pupillus ipſæ iuberetur ipſi ſibi reſtituere.

Rationem alteram, cur inutile legatum id genus fiat hæredi relictum, Signorol. affert in conſil.112. num.6.verſic. prætereà hæres, quoniam caput hæres eſt, legatarius membrum, vice porrò vtriuſq; & capitis, & membri fungi quiſquam non poteſt, cui rationi contrarius. text. videtur in l.ſi à me ſupra eo. vbi & quaſi hæres, & quaſi fideicommiſſarius quis æſtimatur, ob id in falcidiam non imputat, quod tanquam fideicommiſſarius, non tanquam hæres accipit.

Rurſus iuri non repugnat, vt vices duorum quis ſuſtineat.l.ſi conſul.& l.ſi pater.§.qui duos.ff.de adoptio.l.domicius ſupra de teſta.

Sed reſponderi ad argume. hoc poteſt Signoroli rationem tutando, duorum vicibus, ita quem fungi, ſi qualitates non repugnant, quod hic fit, vbi fieri non poteſt, vt capitis, mẽbriq; officium quis obeat, atq; vbi vtriuſq; officium exequi cuipiam liceat, diuerſis id temporibus contingit,eodem planè tempore permiſſum non eſt,ex qua reſponſione text. diluitur in d.l.ſi à me ſupra eod. vbi diſiunctim, ſeu temporibus diuerſis hæredis fideicommiſſarijq; perſonam quis ſuſtinet.

His ita prænarratis, conſequens fit,vt cum cohæredi res hæreditaria prælegatur, portio ſua iure hæreditario, aut inſtitutionis apud cohæredem ipſum remancat,non iure prælegati,quod vitioſum,aut inutile pro ea portione eſt,ſic pro eo res eſt quantum ad portionem illam, vt ſi prælegata non eſſet. d.l.cum qui §.fin.ibique gloſſ.fin. ſupra de his quibus,vt indig. l.in fideicommiſſaria.§.fin.infra ad trebellia.

Hoc ita, ſi coniunctum cohæres prælegatarius in prælegato non habet, coniuncto planè interueniente, portio illa cohæredis, ex qua inutile prælegatum eſt,apud cohæredem iure hæreditario non remanet, verum coniuncto accreſcit. d.l.planè.1.§.ſi duob. ſupra de leg.1.coniuncto autem ceſſante,quia hæreditario iure apud cohæredem portio illa remanet, conſequens fit, vt difformiter prælegatum illud cohæres habeat, ideſt partim iure hæreditario ex portione ſua, in qua inutile prælegatum eſt, perinde ac ſi factum prælegatum non eſſet, & partim iure prælegati ex portione alterius cohæredis, in qua vigorẽ prælegatum habet.

Subijcit Ripa difformitatem hanc non niſi in re vna verſari, cauſam aliam rerum plurium eſſe. ex quibus iure hæreditario vna, titulo alia prælegati accipitur,idem Berengario hic placet in ſecundo capite principali repe.num.11. Exemplum declarationis huius ſubiectum à Ripa velim, quomodo locus declarationi eſſe huic poſſit. Namq; aut in rebus pluribus prælegatum cohæredi fit, quo caſu ratio eadem, iusq, idem in rebus pluribus prælegatis, atq; in vera eſt.aut in rebus pluribus prælegatum non fit, & inepta tunc declaratio hæc apparet.

30 Diuiſio.l.† huius partes quinq; pręcipuas habet.

In prima differentia vna circa imputationes commemoratur inter falcidiam, quæ de legatis ſingularibus, & eam quæ ex fideicommiſſis vniuerſalibus excipitur,quam trebellianam Doct. vocitant.

In ſecunda exceptio, ſeu limitatio vna circa id ſubijcitur,quod dictum in trebelliana eſt.

In tertia limitationi ſublimitatio adijcitur.

In quarta ampliatio regulæ ſubiungitur,quæ con-

ſtituta in trebelliana eſt, & quæ ampliatio in caſu verſatur, in quo ius idem ſeruandum, atq; in ſublimitatione dicitur. In quinta ex differentia inter falcidiã, & trebellianam, & ex his, quæ dicta initio. l. circa falcidiam ſunt, illatio deſumitur, per quã ad vſum, ſeu praxim res ipſa confertur, ſecunda ibi, pro ea vero parte. Tertia ibi, ſed & ſi accepta. Quarta ibi, ſed & quod. Quinta ibi, ſi quid vero.

31 Species † facti applicari, ita poteſt, in legibus non paucis mentio de quarta fit, quæ per l. falcidiam, tam de legatis, & fideicommiſſis ſingularibus, quam de fideicommiſſis vniuerſalibus percipitur, & eodem ferè vocabulo. l. falcidiæ quarta hæc nuncupatur, tam quæ de fideicommiſſis vniuerſalibus, quam quæ ſingularibus deducitur, ita vti demonſtratum in ſuperioribus habemus, per tex. in l. filiusfamilias. ſin l. lex falcidia in fin. in l. titia in fin. ſupra eod. in l. marcellus. §. quod autem infra ad trebel. in quibus detractionem ex l. falcidia fieri in fideicommiſſis vniuerſalibus expreſſum eſt, de qua re Soc. tradit in rubr. infrà ad trebel. col. fin. in vltima concluſione, cum in legatis, & fideicommiſſis omnibus, tam vniuerſalibus, quam ſingularibus vno ſemper, eodemq; vocabulo quarta appelletur, ideſt quæ per. l. falcidiam excipitur, atq; ideo quamuis ab origine eadem quarta, vtraq; deſcendat, ideſt ab eadem. l. falcidia, ius tamen diſſimile, ſeu diuerſum conſtitutum in quartis his circa imputationes apparet, ſi quidem priuilegiaria magis quarta legitur, quæ de legatis, & fideicommiſſis ſingularibus, quam quæ de fideicommiſſis vniuerſalibus detrahitur, pauciora quippè in priore quarta, atq; in poſteriore imputantur, faciliusq; quarta minuitur, quæ in fideicommiſſis vniuerſalibus, quam quæ in ſingularibus exercetur, cum plura in quartam imputentur, quam fideicommiſſa vniuerſalia patiuntur, quam in quartam alteram, quæ in legatis locum, & fideicommiſſis ſingularibus habet, idq; videre in fructibus eſt, qui in ratione trebellianæ veniunt, in eamq; imputãtur, quotiens iudino percepti teſtatoris ſunt. l. mulier. §. ſi hæres infra ad trebellia. Quod ſecus in quarta eſt, quæ de legatis, aut fideicommiſſis ſingularibus deducitur, minor enim quarta hæc per fructus, id genus non fit. l. in ratione. 2. in ſecundo reſp. ibi quemadmodum ſupra eodem, ab eo etiam trebelliana extenuatur, quod conditionis implendæ cauſa hæres accipit, vt hac. l. verſic. ſed & quod, & l, acceptis infra eo. Cauſa alia falcidiæ eſt, quæ de legatis, aut fideicommiſſis ſingularibus detrahitur, imminui enim ab eo non ſolet, quod conditionis implendæ cauſa datᷣ, vt hac l. in prin. & l. id autem ſupra eodem,

Tertiò trebellianæ id cedit, quod legati iure hæres rogatus accipit, vt hac. l. verſi. ſed in fideicommiſſaria. l. deducta, § nummis infra ad trebel, ius aliud in falcidia ſeruatur. l. quod autem ſupra eodem, an non admirationem diuerſitas hæc conciliat.

Sed & iuri contraria diuerſitas hæc videtur, etenim ſi quarta vna, nominisq; eiuſdem, & originis eſt, quę de legatis, & fideicommiſſis omnibus detrahitur iuxta vniuerſalibus, atq; ſingularibus, ratio non patitur, vt iure diuerſo quarta eadem cenſeatur. l. eum qui ædes ff. de vſucapio. & hic in glo. in verſi à cohærede in fin. Rurſus cum in locis varijs, ſparſimque diuerſitas hęc quartarum tractetur, certam de re hac præceptionem, atq; regulæ vice tradi cuperem,

De his omnibus reſponſum in. l. hac à Martiano iuriſconſulto eſt, præterquam quod rationem diuerſitatis inter quartas ipſas non affert, ſed quærentis, aut conſulentis expectationi quantum ad pręceptionem aut traditionem ſatisfacit, & primum omnium regulas duas proponit, ex quibus differentia inter quartas has dignoſcitur, quæ de ſingularibus, & vniuerſalibus relictis percipiuntur, ideſt inter falcidiam propriè, & ſtrictum, & trebellianam. Prima regula eſt, in quartam falcidiæ propriè, & ſtrictum, non niſi ea imputari, quæ iure hæreditario, aut inſtitutionis ad hæredem perueniunt, ea planè quæ iure alio capiuntur, legati puta, fideicommiſſi, aut conditionis implendæ cauſa, falcidię non imputãtur, neq, minorem eam efficiũt. Secunda regula, in fideicommiſſaria hæreditate reſtituenda, ideſt in fideicommiſſo vniuerſali, cum locus quartæ eſt, quia hæreditas reſtitui tota, vel vltra dodrantem debet, plura in quartam ipſam imputãtur, legatum enim, & fideicommiſſum imputatur, quod ab alio ipſæ accipit, & non ſolum quod ab alio accipit, ſed & quod ipſe percipere, vel deducere, aut retinere iuſſus eſt, ſic plura non paulo trebellianæ, q̃ falcidiæ imputantur, conſequenter priuilegio maiore falcidia, quam trebelliana dotata circa imputationes eſt.

Sed enim quia dictum eſt in ſecunda hac regula, plura trebellianæ, quam falcidiæ imputari, & ea trebellianæ cedere, quæ legati iure hæres rogatus accipit, legatum id propriè æſtimatur, quod præſtandum ab hærede eſt. §. 1. inſti. de leg. ob id quæſtionis eſt, an in legato regula hæc poſterior dumtaxat intelligatur, ꝙ à cohærede relinquitur, ſeu pręſtari ab eo debet, quaſi legatum illud propriè ſit, reſpondet iuriſconſultus, econtrariò regulam accipiendam, nam pro ea parte, quam accipit rogatus à cohærede, & conſequenter legati iure, extra quartam id eſſe, quod à cohęrede accipitur, conſequenter à ſenſu contrario colligendo, id ſolummodo trebellianæ imputabitur, quod non ex legato à cohærede, verum per ſe ipſum iure inſtitutionis cohæres prælegatarius accipit, etenim ſi falcidiæ id cedit, vt in 1. regula, & in l. id autem in fin. ſup. eo. multo magis trebellianæ cedet, quæ priuilegiaria æque non eſt, & in quam plura non pauloq; in falcidiam imputantur, ſi dixeris, contraria ipſi ſibi textũ dicere, qui primo in trebellianam legatum cedere in regula ſecunda dixit, modo vero ab eo id negari, perinde quaſi ex continenti ſententiam mutet contra. l. nam ad ea ſupra de cond. & demonſtr. Reſpondetur, contradictionem in iuriſconſulto nõ verſari, verum regulam ipſam poſteriorẽ ab eo declarari, & reſtringi, tum deniq; trebellianæ imputari, quod legati iure accipitur, ſi totum eodem iure, aut vniformiter habetur, aliter atq; ſi difformiter, partim iure hæreditario, partim ex legato, ibi enim niſi illud trebellianæ non imputatur, quod hæreditario iure apud hęredem rogatum manet, idq; ratione illa introductum, ne iure diuerſo imputatio rei eiuſdem fiat, vt pars iure hæreditario, pars altera ex legato imputetur contra reg. l. eum qui ædes. ff. de vſuca. Quam rationem gloſſ. hic aſcribit in ver. à cohærede in fi. Sic limitatio regulæ poſterioris in parte hac ſecunda ſubijcitur.

Ex limitatione hac regulæ ſecundæ, limitatio alia regulæ illius vulgatæ elicitur, propriè verba accipienda. l. non aliter ſupra de leg. 3. ne locum habeat, vbicunq; propriè intelligendo, difformitas in actu eodẽ contingeret, magis. n. eſt abuſiuã, aut impropriã locutionem admittere, q̃ vt difformitas inducatur, regula enim poſterior, quæ de legato loquiᷣ, in trebellianã imputãdo, locũ nõ hẽt, vbicũq; iure difformi imputatio fieret, Secundò ex limitatione hac regulæ poſterioris limitatio, & alia regulę illius notiſſimę emanat, diſpoſitionẽ generalẽ generaliter intelligendã. l. quiq;. § parẽtes. ff. de in ius voc. l. prætor ait. §. ait prætor, ibiq; Caſtr. ff. de op. noui nunc. l. item apud. §. generaliter. ff. de iniur. l. fi. ibiq; gl. non ſpernenda in fi. C. de hæred. vel actio. vend.

Locum enim ius hoc non habet, quotiens generaliter intelligendo, difformitas conſequitur, regula poſterior generaliter loquitur, quod ex legato percipitur, in trebellianam computari, atqui locum

ſta

ita generaliter in legato omni non habet, at in eo ſolummodo, quod vniformiter accipitur, cum qua limitatione appoſitè magis text. facit in l.ſcio.§.medico ſupra de annuis leg.quam tex.in d.l. cum qui ędęs à glo. nominatus, nam in d.§.medico legatum generale de his medico relictum, quæ viuus et teſtator præſtabat, ad ea reſtringitur, quæ præſtationem vniformem in annos ſingulos habebant, non etiam ad ea trahitur, in quibus incerta, difformisq; præſtatio verſabatur, eodem tex.ſpectat in l.paulo.§.1. ſupra de leg.3.Bar.in l.fideicommiſſa,§.ſi quis ita co.tit.

Sed dubitatur, vtrum perpetua limitatio hæc regulæ ſecundæ ſit in parte ſecunda adiecta, ne acceptum legatum trebellianæ feratur, quotiens iure diuerſo imputatio fieret, reſpondet Martianus in tertia parte, perpetuam limitationem hanc non eſſe, verum ſublimitari, vt locum non aliter habeat, niſi ſi corpus, aut ſpeciem hæreditariam à cohærede cohæres grauatus accipiat, cauſam aliam eſſe, ſi pecuniam cohæres det, quia pecunia certa accepta, hæreditatem cohæredi reſtituere iuſſus eſt, totum enim quod accipitur, in quartam tunc computatur, ſecundum hoc, in pecuniæ prælegato diſtinctio nō adhibetur, eodem ne iure tota, an difformi accipiatur, verum trebellianæ tota ſimpliciter, aut indiſcretèr cedit, ita in pecunia frequentius inter Doct. conſtare Ripa hic ſcribit nu. 21.

Apparet ex ſenſu hoc tertiæ huius partis, in ſublimitatione textum intelligendo, ver.hunc tertię partis ſine copula legendum, ſed ſi accepta non cum copula, ſed & ſi accepta, ſi quidem, & factum, & ius diuerſum in verſ.hoc tertiæ partis adijcitur, factum diuerſum circa pecuniam ius diuerſum, quia pecunia tota trebellianæ imputatur, quod contra in legato corporis hæreditarij eſt, cæterum ſi copulam adſtruimus, ſed & ſi accepta pecunia ampliationem, non ſublimitationē.tex.habebit.l.ea tamen adiectio ſup. de leg.3.

Secundò copula admiſſa, relatio facienda verſiculi huius tertiæ partis, non ad proximum verſic.ſecundæ partis, in quo limitatio adſcripta eſt, verum ad primā ipſam partem, & ad regulam poſteriorem in trebelliana compoſitam, ſic ad remotiora relatio fiet, referri enim ad verſi.proximum partis ſecundæ non poterit, cum copula, atq; adeo ampliatione verſic. hunc tertiæ partis legendo.

Quomodo enim ampliationem accipere à verſic. tertiæ partis ſecunda ipſa pars poterit, cui euidenter pars ipſa tertia contradicit, ideſt imputationem pecunię totius fieri, quod ſecus omnino in parte ſecunda expreſſum eſt.

Tertiò ſi cum copula, atq; adeo ampliando, partē hanc tertiam legimus, & interpretamur, & conſequēter ad regulam poſteriorem trebellianæ partē ipſam tertiam neceſſariò applicamus, & referimus, abſurda conſequi res videtur, ſi quidem ad regulam ipſam trebellianæ accommodari, & referri ampliatio non poteſt, ſua enim ampliationis natura eſt, vt caſum ampliando adijciat, in quo dubitatio maior ineſt, etenim ſi minor dubitandi ratio in caſu adiecto ſit, quomodo ampliatio cadere, aut intelligi poterit, ſed enim dubitatio minor circa pecuniā vertitur in trebellianam imputandam, quam circa ſpeciem, aut corpus hęreditarium.l.deducta.§.nummis infra ad trebel.ſenſūq; hanc, vt ſublimitationem verſi.partis huius tertiæ habeat, Ripa hic hoc ipſo admittit nu.20. quod ſine copula verſi.ipſum legit. Secūdò ſenſum memoratum hoc ipſo Ripa probat, quod dupliciter tex.intelligi in verſ.hoc ait, primum, cum à fideicommiſſario, ſecūdo, cum à cohærede pecunia accipitur, ſic ſenſum approbare Ripa cēſetur, quem poſteriore loco poſuit, cum à cohærede pecunia accipitur.

In quo ſecundo caſu ratio verſari ſublimitationis poteſt, quæ in difformitate cōſiſtit, perinde quaſi ęquè in pecunia hęreditaria difformitas intelligi, atq; in ſpecie etiam hæreditaria poſſit, cæterum vbi à fideicommiſſario pecunia accipitur, inepta ampliatio videtur, cum minor dubitandi ratio in pecunia, quam in ſpecie hæreditaria ſit, vnde ſi ſpecies imputatur, lōgè magis pecunia in cohærede igitur intelligere Ripa non poteſt, quia ſublimitationem in verſ. hoc admittat, ſine copula item tex. legendum Picus hic putat num. 24. poſt med. quamuis in fin.num. ſubijciat, à frequētiore Doct. ſententia copulam admitti.

Quartò ſi ver.hunc tertiæ partis cum copula, ampliandoq; legimus, & conſequenter ad regulā trebellianæ referimus, fruſtra appoſitus intelligitur, vt potè ſub regula ipſa trebellianæ ſatis compræhenſus, in qua mentio generaliter, & legati, & fideicommiſſi fit, ea propter non minus ad legatum, ſeu fideicommiſſum pecuniæ, quam rei alterius hæreditariæ pertinere regula debebit, immo ratione faciliori locum regula trebellianæ in pecunia habere, quam in ſpecie debet, vnde iuri non conuenit, vt fruſtra, aut inutiliter appoſitus ver. iſtæ tertiæ partis intelligatur.l.3.cir.prin.ver. nec fruſtra.ff. de iureiur. l. ſi quando ſupra de legat. 1. & id genus non pauca.

Quintò ad proxima in dubio haberi relationem oportet, niſi ſi ad ſuperiora omnia ratio adaptetur, l. ſi idem cum eodem.§.fi.ff.de iur.om.iud.l.1.§.deinde, & §.ſeq.ff.de poſtul.

Ratio planè verſic. huius tertię partis ſuperioribus non conuenit, ideſt regulę de trebelliana, quoniam ad eam referri niſi ampliando non poteſt, enim vero ad diminutionem potiuſquam ad ampliationē verſ. hunc ſpectare, demonſtratum ſatis ante eſt.

Quod cum ita ſit, verſiculo proximo ſecūdę partis ratio ver.huius tertię partis referēdi magis conuenit, quam ad regulā trebellianę remotiorē, ad proximū verſ.igitur relatio habenda, non ad remotiora erit, ſi ad proximū, ergo ſine copula, & ſublimitando accipi verſiculum hunc partis tertię, oportet.

Summa igitur, & caput controuerſię totius in ver. tertię partis erit, ſublimitationem limitationis in parte hac tertia verſari, atq; ideo ſine copula text.legēdū.

Sublimitationem alteram Iaſ. adijcit in d.l. filium quem nu.23.verſ.ego dico.C.famil.her. vt locum limitatio ſecundę partis in eo non habeat, quod conditionis implendę cauſa à cohęrede datur, id enim totum trebellianę ſimiliter, vt pecuniam imputari, ꝗuis res, aut ſpecies hęreditaria ſit, quę ſublimitatio ſicut iure alio, quam Iaſonis, non probatur, ita perſuaderi mihi nō pōt, & obijci Iaſoni pōt, nulla cū lege loqui.l. illā.C.de coll.cū alijs apud nos relatis in cōſ.6.nu.87. & nu.97.& in cōſ.25 nu.9. Secūdo caſus demū diuerſos Iaſ.facit in ſublimitatione hac inter prelegatū, & id ꝙ conditionis implendę cā, à cohęrede ipſo datur, ſed.n.nō aliter argumentandi ius à caſuū diuerſitate eſt, ꝗ ſi rō afferri diuerſitatis poſſit, l.1.§.ꝙ vulgo.ff. de vi, & vi arma, vbi ꝗuis de ſaltib.hibernis, eſtiuisq; dictū gratia exēpli ſit, non ob id prędia alia excludunt. no.gl.in l.ſed & ſi lege.§.itē ſi rē diſtraxerit in ver. habeant.ff.de pet.hæred.Bar.& alij in l.4.§.cato in nona oppo.ff.de verb.obl.ſcitè Bal.in l.cent.in fin.1 q.5. de vulg.vbi ſenſu eos carere eōi ait, qui differentiam, aut diuerſitatē ibi introducunt, vbi rō vlla diuerſitatis nō eſt, in eandē ſniam tex.oēs cedunt, quib.expreſſum eſt ius idem omnium eſſe, quæ rationem eandē habent, vnde quamuis in ſecunda parte de legato dictum ſit; ꝙ à cohærede accipitur, in trebellianam non imputari, regulam ſecundam propter difformitatem limitando, excludi tamen id non decet, quod conditionis implendæ cauſa à cohærede datur, quotiens ratio eadem difformitatis verſatur, veluti cum res, aut ſpecies hęreditaria præſtatur, proinde differentia conſtituenda non videtur, ex legato, an ob cōditionē implendā

ſpecies hæredilaria ab hærede præſtetur.

Tertio textui contraria Iaſ. ſublimitatio videtur in l.id autem ſupra eod. vbi inter legatum, & quod conditionis implendæ cauſa datur, non differt circa imputationem faciendam,& ideo non magis vnum quam alterum falcidiæ imputatur, illud demum ſpectatur, vtrum iure hæreditario heres quid capiat,quo circa ſi iure hæreditario in eo,quid habeat, quod præſtandam ob conditionem implendam ſit,veluti cum peculiares nummi præſtandi à ſtatulibero ſunt, in falcidiam id cedit. Ecce difformitatis rationem, & in eo obſeruari, quod conditionis implendæ cauſa datur, aliter quippè vniformitate admiſſa, vel totum, vel nihil in falcidiam imputaretur.

Quartò,& in tex. l. noſtræ in quarta partæ Iaſ. offendit, verſ.ſed & quod implendæ, vbi quæ ſcripta in regula ſecunda circa trebellianam ſunt, omnia in cā imputanda,quæcunq; ex legato,fideicommiſſovè hęres conſequitur, & quæcunq; iure præceptionis, deductionis,aut retentionis habet,ad id etiam trahenda text.ait, quod conditionis implendæ cauſa hæredi grauato datur,vt ad trebellianam dimittendam, aut minuendam, & id proſit, ita iure pari cum legato fideicommiſſo præſtatio eius æſtimatur, quæ propter cōditionem implendam ſit, & cum extenſio legati,fideicommiſſivè,ad id fiat, quod ob conditionem implēdam datur,ex qualitatibus ſuis omnibus facta extenſio creditur,vti dictum in ſuperioribus habemus,tam & ſi in eo, quod conditionis implendæ cauſa datur, generaliter,& ſine diſtinctione vlla tex. loquatur.

Sublimitationem aliam,& ipſam veram adſcribere Iaſ.poterat,quæ æquitate ſubnixa.l. neſennius ſup. eo. eſt,vt totum trebellianæ cedat, quod conditionis implendæ cauſa datur ratione difformitatis non habita,atq; ideo diſtinctione pecuniæ, & corporis hæreditarij non facta, videlicet quantum ad dantis vtilitatem ſolummodo,vbicunq; danti ipſi reſtitui, hæreditatem oportet,& non ſolum id totum imputatur, ꝙ ob conditionem implendam,ſed & quod ex legato, aut fideicommiſſo hæres grauatus accipit, eadem quippè æquitatis ratio, & in legato,fideicommiſſovè contingit, de quo fuſius inferins.

Ad quartam nunc partem veniendum in verſ. ſed & quod implendæ,in qua enarranda quæſitum apud Martianum eſt, verum quæcunq; tradita in regula ſecunda de trebelliana ſunt cum limitatione, & ſublimitatione ante dictis,ad id etiam pertineant, quod conditionis implendæ cauſa hæredi grauato datur, vt trebellianæ,& id imputetur.

Monebat, quod ratio eadem imputandi in eo nō videretur, quod conditionis adimplendæ nomine, hæres percipit, id enim ad mortis cauſa capionem ſpectat.l.id autem ſupra eo. l. qui prætio, & l. mortis cā capitur. §.fine donatione,ff.de don.cau.mor. Ripa hic nu.25.Berengar.in ſecun.capite principali num.9. Mortis planè cauſa capio ad exemplum donationis cā mortis iudicatur.l.mortis cauſa capimus in princ. ff.de don.cau. mor. At qui extra quartam trebellianā donationem cā mortis eſſe,quod ex teſtamento non capiatur,ex Bar.hic probatur in 1.& 2. oppoſ. primæ partis,& nu 4.in 3.oppoſi.ſecundæ partis.

Si dixeris, imo ex teſtamento donationem cauſa mortis accipi,vbicunq; ex teſtamento datur, ergo tātundem,& in eo ſeruandum, quod conditionis præſtandæ cauſa ex teſtamento hæres accipit, reſponde-
32 tur,† ne tum quidem ad trebellianam dimittendam, aut minorem faciendam donationem cauſa mortis prodeſſe,cum facta teſtamento eſt, Capra autore in conſ.86.itaq; ſi donatio in cauſa mortis ſimilis mortis cauſa capio æſtimatur, & ad mortis cauſa capionem accedit, quod ob conditionem exequendam datur,qua ratione extra quartam donatio cauſa mortis eſt, ita probandum, & in eo videtur,quod ob cōditionem adimplendam accipitur.

Ratione hac dubitādi non mouente, ius idem eius eſſe,quod pro conditione facienda, atq; propter legātum,aut fideicommiſſum datur, vt ad imputationem,vtrunq; pertineat,reſpōſum à iuriſconſulto eſt, quod rationem eandem caſus vterq; habeat.

Neq; mouet,quod in ratione obiectum dubitandi eſt,ad donationem cauſa mortis,mortis cauſa capionem accedere,quæ in eo vertitur,quod ob conditionem exequendam datur, quoniam generis nomen mortis cauſa capio videtur, quæ ad omnia pertinet, quæcunq; ex morte cuius ad nos veniunt.d.l. qui prætio.l.ſi mulier. l. cum qui & l. mortis cauſa capitur in prin.ff.de donat.cau.mortis,ſinde ad legatum propriè eam trahi Freder. à ſen. ſcribit in conſi.4.col.3.in fin. quod dictum tñ inferius refellitur in tertio Ripæ not. per tex.in d.l.mortis cauſa capitur in prin. vnde cum ad legatum etiam mortis cauſa capio, & ad alia largè ſaltem referatur, quæcunq; ad hæredem rogatum ex teſtamento perueniunt, mirum facere non debemus,ſi quod ex conditione implenda, atque adeo ex mortis cauſa capione hæres grauatus conſequitur,falcidiæ id adſcribit.

Si dixeris,ratione hac admiſſa,vt quartæ trebellianæ omnia imputentur, quæcunq; ex teſtamento capiūtur,quid ita donatio cauſa mortis trebellianę nō cedit, vbicunq; facta ſub teſtamento eſt cōtra quam ſcriptum apud Capram legitur.d.conſ.86.reſpondetur,per magni referre vtrum in teſtamento quid fiat, & ex teſtamento capiatur,an vero ſub teſtamento ſolummodo fiat,ex eo tamen, aut iure teſtamenti non capiatur,verbi gratia in teſtamento contractus fiunt, l.aſſignare infra de aſſig. liber.gloſſ.& Docto.in l.hęredes palam.§.fin.ſupra de teſtam. atqui in falcidiam trebellianamvè contractus non veniant, itaq; quod dicitur, in trebellianam donationem cauſa mortis non venire,ad eum caſum pertinet, quo in teſtamēto quidem fit. Cæterum ex eo,vel iure eius non capitur, at ex donatione ipſa perinde, vt ſi inſerta teſtamento non ſit, conſequenter his dicendum,& donationem cauſa mortis in trebellianam compenſari, vbicunque teſtamenti iure accipitur,neque quaſi donatio firmitatem obtinet, veluti cum abſenti in teſtamento fit,quo caſu ex fideicommiſſo, non donationis titulo ſuſtinetur, atq; ideo fideicommiſſi iure ex teſtamento accipitur, eamq; ob rem aditionem hæreditatis expoſtulat.l. cum pater. §. donationis, & l. miles ad ſororem in prin. ſupra de legat.2.Bart.in l.1. circa fin.ff.de donat.cau mor. Roman. in conſil.171. nu.6.itaq; vti fideicommiſſum verè, & propriè cum trebelliana compenſabitur.

Apparet ex his, argumentum retorqueri in ratione dubitandi adiectum, ideſt in trebelliana mortis cauſa capionem non includi, ſicut nec mortis cauſa donatio includitur, exemplo cuius mortis cauſa capionem iudicari teſtatum ante eſt, namque ſicut donatio cauſa mortis in compenſationem cum trebellia venit, quoties ex teſtamento, & fideicommiſſi iure, non vti donatio accipitur, ita & in mortis cauſa capione probandum eſt, quæ vires niſi ex teſtamēto non habet, de quo genere id inuenitur, quod de conditione implenda hæredi rogato penditur, atque ita in ſpecie Capra docet in dicto conſil.86.num. 6.& ſeq. vbi tum denique extra quartam eſſe donationem cauſa mortis habet, ſi iure hæreditario non accipitur, quia teſtamento facta præſenti ſit, quo caſu nec aditionem hæreditatis poſcit, aliter atque cum niſi ex teſtamento, & fideicommiſſi iure non ſuſtinetur.

In legitimam tamen donatio cauſa mortis compenſatur,tam & ſi iure donationis conſiſtat, neq; ex fidei-

fideicommiſſo bona obueniant.l.3.§.pen.infra de bonis liber.inde diſcrimen inter legitimã, & trebellianã apparet,ſi qui eorum ẽt cõpenſationẽ legitima admittit,quæ extra teſtamentum à parentibus liberi percipiunt.l.qm̃ nouella.C.de inoff.teſta.ꝙ ſecus in trebelliana eſt,cui expenſę ferri non alię ſolent, quam quæ ex teſtamento ad liberos peruenerint,vt apud Bar.hic in tertia oppoſi.

Secundo ad argu. rationis dubitandi reſpondetur, ꝙ mortis cã capitur,ad legati magis, & fideicõmiſſi, quam donationis cã mortis naturam accedere, quatenus aditionem hæreditatis mortis cã capio, ſimiliter,vt fideicommiſſum,legatumvè deſiderat Bald. in l.2.§.1.in fin.ff.de cond.indeb.per text.in l.1.§.1. ff. de cond.ob cau.quãuis pro l.1.lex adſcripta.2.ſit. Quod contra in donatione cã mortis eſt, ad quam aditio opus hæreditatis nõ eſt.gl.in l.poſt legatum.§.q mortis ſupra de his quibus, vt indig. idem gl. ſentit in l. ẽt in verſi.infirmari.ff.de inoffi.teſta.Bart. in l.in mortis in fin.ff.de don.cau.mor.Bal.in l.ſi mortis nu.2. C.ad l.falcid.Capra in d.conſi.86.in fin. qua ratione igitur in trebellianam legata, fideicommiſſavè imputant, ita dicendum,& in mortis cauſa capione eſt, ideſt in eo,quod ob conditionem implendam datur.

Tertiò reſpondetur, argumento ſimilitudinis admiſſo,quòd ſimilitudinem cum donatione cã mortis,mortis cauſa capio habet,conſequens fieri, vt nec ad trebellianam diminuendam legata, & fideicommiſſa proſint, vt potè quæ donationi cõparata mortis cauſa inueniuntur.l. illud in prin. ff.de donat. cau. mor.l.ſi.in fin.C.eod.§.1.inſtit.de donat. itaq; nõ magis ex legatis,fideicommiſſisvè, quam ex donatione cauſa mortis minor trebelliana fieri,aut perimi ob ſimilitudinem hanc poterit, nihili igitur ſimilitudo facienda, quatenus diuerſitas in caſu ipſo controuerſo inuenitur,vti Dec.poſt Abb. ſcribit in cap. tranſlato num.7.de conſtit.& in conſi.329. num. 4. circa med. vbi argumento à ſimili locum,ita putat,ſi in caſu ipſo,de quo agitur, ſimilitudo contingit, tam & diſſimilitudo ab alijs inueniatur. inde Frederic. ſcribit in conſi.4.col.4.circa med.ſatis eſſe ad ſimilitudinis arg. explodendum diſſimilitudinem,aut inſtantiam obijcere per tex.in c.per venerabilẽ,qui filij ſint legit. & in c.ſicut vrgeri.1.q.1.quo dicto tamen non vtar, vbicunq; in ſpecie controuerſa ſimilitudo inuenitur.

33 Quartò reſpondetur, locum argumento † à ſimili non eſſe, vbicunque rationem diuerſam caſus aliqui habent,ibi enim intelligi ſimilitudo non poteſt, ſi quidem ſimilia dici non alia poſſunt, niſi ratio in quibus eadem,aut maior eſt.l.qui liberis in princ. ibiq; Ang. & alij ſupra de vulga.Bal.in l.neq; in fin.ff.de legib. in l.illud nu.4.C.de ſacroſan.eccleſ.in l.1.num.21.in fin. C.de furtis.Anch.in conſi 350. in quæſtione prædicta circa prin.Alex.& alij in l.gallus. §.& quid ſi tantum. num.12.verſi.prædictis addo, ſupra de lib. & poſthu. ſed enim ratio multa alia in ſpecie imputationis circa legata,fideicommiſſavè,atq; donationem cauſa mortis inuenitur,quoniam ex teſtamento legata,& fideicommiſſa accipiuntur, ob id rationis videtur, cum trebelliana ea compẽſari,quæ ex his detrahitur, quę relicta in teſtamento ſunt, iuxta illud facilem tranſitum in his eſſe,quę ſimbolum habent.l.ſi vnus.§. pactus ne peteret.ff.de pactis.l.in rem actio.§. item quęcur qne.ff.de rei vend.l.2.§. mutui datio.ff.ſi cer. pet. l. pediculis in prin. ſupra de auro,& arg.lega. l. ſed cum patrono.ff.de bon.poſſeſſ.l.an inutilis.§.fi.ff. de acceptila. l.fin.circa princi. C. de bonis autori. iud. poſſi.l. cum in adoptiuis.§.ideoque. C.de adoptio.§.1. inſtit. quibus modis tolli. obli. Donatio planè cauſa mortis,tanquam donatio extra teſtamentum, & iure donationis nõ teſtamenti accipitur, eam ob rem rationi non congruit,ſatis ex ea trebellianę fieri.

Pars quinta,& vltima. l.huius ſupereſt, dictũ mox habemus, in trebellianam imputari, quod hæredi ob conditionem implendam datur. Quòd ſecus in falcidia,eſſe initio dictum.l.eſt,ſed quid in computatione.l.falcidiæ dicendum, vtrum ſi non imputatur, ſaltem computetur, & ſi non computetur, quomodo ad vſum, ſeu ad executionem deduci res debebit, cum ad rationem.veniendum. l. falcidiæ ineundam erit. Reſpondet iuriſconſultus, ſi quid vero implẽdæ conditionis cauſa hæres accipiat à legatarijs, in falcidiæ computatione non prodeſſe.

Modum planè doctrina,aut traditione hac vtendi per exemplum text. docet, quod ſubiectum eſt, vt Ripa hic explicat. num.22 Namque ſi prædium.cap. ideſt. cap. dignum, vel quod centum valet, titio teſtator, ita leget, ſi quinquaginta hæredi dederit, in ratione. l. falcidiæ ineunda, & in computatione facienda, vtrum ſupra, an infra dodrantem legata ſint, centum legatis computabuntur, ideſt perinde computatio fiet, vt ſi nihil quicquam ob conditionem implendam datum hæredi ſit,conſequenter centum ſolida ad hæreditatem extenuandam legatarijs hæres computabit, quibus propterea quinquaginta illa à titio data profutura omnino non erunt,quæ ſi prodeſſent,dodrantem fortaſſis legata non excederent, conſequenter detractioni locus falcidiæ non eſſet.

Conſequens declarationi huic fit,ideſt in computatione, non imputatione.l.exitum in parte hac quinta intelligendo, ſuperfluæ locutionis vitio Martianum iuriſconſultum eripi, cum de eo in falcidia loquitur, quod conditionis implendæ cauſa hæredi datur, de quo expreſſum iam initio. l. erat, de imputatione, enim principium,l.loquitur,de computatione finis,vt Ripa hic ait num. 23.

Sed obſeruandum, vitij huius ſcripturæ abundantis, nec in computatione finem. l. accipiendo, iuriſconſultum excuſari, ſiquidem ex deciſione imputationis deciſio computationis in antecedens neceſſarium ſequitur, hoc enim ipſo quod in falcidiam aliquid non imputatur, neceſſariò oſtenditur,rationẽ eius in computatione facienda non haberi. Quippè ſi haberetur, vtique imputatio eius fieret,viceque cõtraria ex computatione deciſio imputationis neceſſario ſequitur, quoniam ſi computatio rei cuius in ratione.l.falcidiæ non fit, vtique imputari id in falcidiam non poterit, ex diuerſo ſi computatur, vtique, & imputabitur, quorſum enim computare niſi imputatio fiat.

Eam ob rem vitio huic ſermonis quodammodo iterati, non aliter elabi iuriſconſultus poteſt, quam ex regula illa, luxui aut ſuperfluitati non tribui,in ſpecie id exprimere,quod tacitè inerat gl. & domini. in cap.1.in ver. & filio de ſum. trin. & fide cathol. lib. 6. idem domini.in cap. licet canon.in glo. 2. de electio. eod.lib.idem Deci. probat in l.2.§.creditum num. 19. ff.ſi cert. pet.& in l.ſi emancipati in fin.C. de collatio. vbi ſuperfluum non putat, declarationis maioris, cautelæq; abundantis cauſa id exprimere,quod compræhenſum iam erat, vt dubitatio amoueatur, quæ fieri de facto poterat,idem Dec.ſcribit in l.1.num.13. ff. ſi cert. petat. vbi ſuperuacuam rem non putat, explicite, quid declarare, in eandem ſententiam Deci. ſcribit in l.edita.num.68.C.de æden. ſuperflui vitium quieſcere,vbicunq; diſtinctim,aut particulariter magis ponitur,quod diſpoſitum iam erat,idem Dec.tradit in l.fin.num.9.in ſeptimo nota.per illum tex.C.de pactis, vbi abundans, aut ſuperfluum non exiſtimat, clarius id tradere, quod diſpoſitum iam, aut introductum ſit. gloſſ. huc vltra Decium accedit in l. fin.in gloſſ.1.in fin.ff.quod quiſq; iuris,expreſſionem non neceſſariam ob cautelam rectè fieri, quàm gloſſ. Gozadin. refert in conſil. 73. nume. 29. in fin.

Luxus igitur verborum incaſandus Martianus non videtur, qui quod tacitè incluſum ſub regula prima de falcidia erat, expreſſim per exemplum declarauit. In hoc tamen notandus videtur, ꝙ perinde de re hac locutus in fine.l.eſt, vt ſi dictum quicquam ſub ipſo. l. initio omnino non eſſet.

Specie facti ita enarrata, quod ad regulas duas ſpectat initio.l.commemoratas, & propoſitas difficultate res vacat, præterquam in ratione diuerſitatis afferenda, cur tam variè conſtitutum circa imputationes faciendas inter quartas has, & cur priuilegiaria magis falcidia propriè, quam altera, ideſt quam trebelliana, ſit Cur non facta extenſio cum qualitatibus ſuis omnibus eſt, ita vt ius idem quartæ vtriuſq; circa imputationes dicatur. Matheſil.Socin.& Ripæ opinione admiſſa, vt l. falcidia per extenſionem trebelliana nuncupetur.

In parte ſecunda negocium ſubeſt circa ſtructurã.
34 tex. in verbo ideſt, † vtrum coniunctim legi pro dictione vna, expoſitiuaq; debeat, an diſiunctim, vt dictiones duæ conſtent. Picus hic num.16. in quinto nota. coniunctim legendum putat, vt expoſitionem faciat. Ripa hic num.15. diuerſitatem quidem lectionis commemorat, ſed vtra lectio melior, integram controuerſiam relinquit, ſed nec Picus explicat, quomodo text. ordinari coniunctim pro dictione vna, ideſt dictionem legendo, debeat vtraq; lectio immunis à vicio non videtur, ſi coniunctim, expoſitiuèque legimus, imperfectus contextus videtur, in quo verbum principale deſit. Pro ea vero parte, quam accipit à cohærede, extra quartam, ideſt quod à cohærede accipitur, finem enim oratio in verbis illis accipit, extra quartam ſine verbo vllo principali, quod ſubaudire oportet, extra quartam ſupple eſt, deinde dictum hoc exponitur, aut declaratur, ideſt quod à cohærede accipitur, q. d. pro parte cohæredis ſolummodo, extra quartam eſt, quoniam ex parte accipientis hereditaria, ſeu quę iure inſtitutionis ad eum pertinet, extra quartam non eſt, verum quartæ imputatur, cum & falcidiæ pro ea parte cedat, quæ priuilegiaria magis eſt, ſed & locutionis abundantis vitium hic inuenitur, iterũ.n. de eo mẽtio fit, ꝙ à cohęrede accipitur.

Sin autem diſiunctim tex. legimus, vt dictiones duas contineat, id eſt, finem oratio in verbis illis extra quartam non accipit, at initium, hoc modo, pro ea vero parte, quam à cohærede accipit, extra quartam id eſt, quod à cohærede accipitur.

Ruſus diſiunctim ita legendo, luxurians, ſuperfluenſq; text. apparet, in quo bis poſitum idem ſit, ideſt quod à cohærede accipitur, ſatis enim expreſſum id inicio erat in ſignificatione actiua, pro ea vero parte, quam à cohærede accipit, extra quartam id eſt, vnde abundans omnino iteratio verborum ſequentium in ſignificatione paſſiua eiuſdem ſenſus fuit, quod à cohærede accipitur.

Sic vtromuis lectionem admittamus, vitij defendi iuriſconſultus non poteſt, vel imperfectionis ob verbi principalis defectum, vel locutionis ſuperuacuæ, ꝙ vtrunq; vitium eſt. §. quibus in 1. conſti. C. l. fin. C. qui admitti. l. fin. C. de donatio. Bart. & alij in l. re coniuncti in ſexta oppoſi. ſupra de leg. 3.

Neq; par excuſandi ratio verſari hic poteſt, atq; in parte vltima, in qua declarationis maioris cauſa, factam repetitionem diximus, quaſi vocari in dubitationem poſſet, vtrum prælegatum totum extra quartam eſſet, an pro parte cohæredis tantum, à quo accipitur, eaq; de re declarationem à iuriſconſulto factam, eam demum prælegati partem quartæ non imputari, quæ à cohærede accipitur, quoniam declaratũ iam ſatis in verbis illis id erat, pro ea vero parte, in quibus non niſi partem cohæredis extra quartam eſſe expreſſum eſt, quorſum igitur verba illa adijcere, ꝙ à cohærede accipitur, imò enim declaratio plenior in verbis prioribus, in quibus ad partem reſtrictio fit, quæ à cohęrede accipitur, de qua parte verbũ factum in poſterioribus non eſt, ꝙ à cohærede accipitur, hoc amplius, cum de eo mentio fit, ꝙ à cohærede accipitur, vtiq; ad partem eius reſtrictio habetur, cum accipi amplius nequeat, quam quod portio ſua habet.

Ad argumenta hæc reſponſionis quicquam Ripa non affert, verum difficultatem aliam nodoſiorem accumulat, de qua inferius videbimus, diſiũctim tex. legendum arbitror, ita vt dictio duplex, ſeparataq; extet, id eſt, ẽt ſi abundans ad modum hunc text. inueniatur, quoniam ex duobus malis ꝙ tollerabilius eſt ferendum, grauius vero caueri conuenit. l. 1. & 2. C. de carbo edic. c. duo mala 13. di. Soc. in conſ. 80. nu. 52. cir. fin. lib. 1. Sed enim leuius luxus, aut ſuperfluitatis vicium quam imperfectionis eſt, ſi quidem quæ ſuperuacuè fiunt, actum non perimunt, l. non ſolent. ff. de reg. iur. quod contra fieri in imperfectione poteſt. l. ſi is qui ſupra de teſta. l. ſi vnus. C. co. tit. ita Cro. argumentatur in l. 4. §. cato nu. 1. cir. fin. in 2. lect. ff. de verb. oblig. ſed generaliter plus æquo Crot. loquitur, locus enim argumento ſuo nõ aliter eſt, quam ſi ſuppleri oratio imperfecta non poſſit, cauſa alia eſt, cum ſubaudiendo perficitur, quæ ſubauditio admitti ex præcedentibus ſequentibusve ſolet l. 1. in fi. ibiq; Bar. ſupra de hæred. inſt. vbi ſi dicitur, titius eſto, nam ſubauditur hæres, idem ſi teſtator dicit, titium hęredem meum eſſe, nam ſubauditur volo, aut iubeo. not. Soc. in l. ſi qs in fundi vocabulo col. 1. poſt med. ſ. de leg. 1.

Secundò igitur diſiunctim text. legendum, ex alio oſtenditur, quĩ ſi coniunctim pro dictione vna legimus, vicium duplex incurrit, imperfectionis ob verbi principalis inopiam, & ſuperfluitatis ẽt, quorſum enĩ dictione, ideſt expoſitiua, aut declaratiua vti, cum obſcuritas vlla non ſubſit, quæ indigẽs declarationis ſit, quid aũt indigens dico, imò. n. clariora verba expoſita, quam exponentia ſunt ob adiectionẽ verborum pro ea vero parte, quę ambiguitatis recipere quicq̃ non poſſunt, vt potè ad partem cohæredis reſtricta, ſi quidem non pluſquam partem ſuam præſtare hæres poteſt. l. traditio. ff. de acq. rer. dom. l. nemo plus ff. de reg. iur. at. n. non perinde clara verba exponentia ſunt, vt potè generaliter expreſſa, partis verbo non facto, ita obſcurius declarato declarans inuenietur, diſiunctim planè legendo, nõ plus q̃ vitiũ vnũ admittit.

Tertiò vitij huius ſuperfluitatis ratio habenda in tex. hoc non videtur, poſtquam non obſcurè apparet, copioſum ſermone, verborumq; prodigũ Martianũ fuiſſe, vbi verbis opus tot non erat, an non verba illa primæ regulæ ſuper abundant, nam hę in quartam non imputantur, quæ expreſſa ſatis initio. l. erãt, in quartam hæreditatis, quam per l. falcidiam hæres habere debet, imputantur res, quas iure hæreditario capit, non quas iure legati, vel fideicommiſſi, vel implendæ conditionis cauſa accepit, quorſum verba illa adijcere, nam hę in quartam non imputantur, cum expreſſio rei huius facta iam eſſet, rurſus non nè in parte quinta verba ſuperfluunt, & quamuis in computatione loquatur, attñ ex cõputatione imputationem neceſſariò ſeqni, viceq; verſa teſtatũ ſatis ſupra habemus, & q̃uis ſuperfluitatis huius purgari Martianum dixerimus, quaſi explicitè per exemplũ oſtẽdat, ꝙ poſitũ in genere ſub regula falcidiæ erat, attñ venia dignus oĩno non vr, cum perinde in parte vltima loquatur, atq; ſi verbũ vllũ factũ de re hac ante nõ eſſet, ita vti dictum ante habemus, itaq; cũ manifeſtũ Martiani ingeniũ ſit, copioſũ eẽ verbis plus nimio eſſe, nihil eſt, ꝙ in ſuperflui vitio tantopere laboremus, quatenus adumbrari id nequit. l. continuus. §. cum ita, ff. de verb. oblig. hoc reſpondendi modo in ſpecie ſuperfluitatis, Gozadi. vtitur in conſi. 33. nu. 55.

Per contrarium ſermonis parcioris Martianus depræhenditur, vbi oratione opus longiore erat, idq; videre regulis duobus ab eo propoſitus eſt, in quibus diſcrimen inter falcidiam, & trebellianam oſtenditur, atqui ratio vlla diſcriminis huius expreſſa à Martiano non eſt, quæ omiſſio, quid non laboris, & nego cij circa rationem diuerſitatis huius indagandam nis ſeris doctoribus addidit. Secundò parcus Martianus ſermone in parte ſecunda fuit, in qua expreſſum nõ eſt, de qua re ſenſerit, hæreditaria ne ſolummodo, an alia etiam. Tertiò breuis etiam Martiani ſermo in parte tertia fuit, in qua adiectum non eſt, de qua pecunia ſentiat, hæreditaria, ne tantummodo, an alia etiam.

Poſtremò omittendum non duxi, ſuperflui purgari in ſecunda parte tex. poſſe, ſenſu meo admiſſo, vt locus ſecundæ parti, ſeu limitationi in ea adiectæ nõ aliter ſit, quam ſi difformitas duplex interueniat, facti, & iuris facti difformitas circa conſecutionem legati vertitur, quia partim à cohęrede, partim à ſeipſo, ſeu auctoritate propria accipiatur, iuris difformitas in titulo verſatur, cum pars ex legato, pars iure hęreditario accipitur, vnde ſi ex parte vna ſolummodo difformitas interuenit, iuris puta, locũ textui, aut limitationi non videri, veluti cum rem totam prælegatam iure ſuo, vel auctoritate propria hæres accipit præcipiendo puta, ibi enim rem totam trebellianæ cedere iuris difformitate ſola non obſtante, qua igitur ratione difformitas neceſſaria duplex eſt, ita ſuperfluentem tex. non eſſe, quaſi ſuæ cuiq; difformitati verba ſingula accommodentur, ita vt verbum prius accipit ad facti, verbum poſterius accipitur, ad iuris difformitatem referatur, vel ex diuerſo, de quo ſenſu in ſequentibus videbimus.

Declaratione tex. in ſecunda parte circa verborũ ſtructuram facta, diſiunctim legi, an coniunctim debeat. Ad ſenſum eius enucleandum veniendum, cũ extra quartam id eſſe ait, quod à cohærede accipitur, idq; propter difformitatem, vt glo. & Doct. placet, cæterum quo planior tex. in parte ipſa ſecunda fiat, opponendum duxi, iuxta illud, ferro viam aperit, qui per contraria tranſit Bal. in l. precibus num. 33. verſ. modo contra per ordinem opponamus. C. de impuber. oppoſitio planè à contradictione ipſius Martiani pendet, qui in 1. parte huius l. & in regula ſecunda de trebelliana, imputari in eam ſcribit, quicquid pręceptionis, deductionis, & retentionis iure hæres grauatus accipit. ita in præceptione generaliter, & ſine diſtinctione vlla tex. loquitur, totum trebellianæ imputari, quod ex præceptione hæres habet. Mox vero regulam ipſam in parte 2. in prælegato limitat, quatenus à cohærede ex portione eius hæreditaria accipitur, cum trebelliana id non compenſari, quod ſi verum ſit, ergo ius idem probandum, & in eo erit, ꝙ præceptionis iure hæres grauatus conſequitur, ſiquidem portionem ſuam, & in eo cohæres habet. l. ſi à pluribus ſupra de lega. 1. l. 1. §. qui verò. ff. quorum lega. Ripa hic num. 16. ſecum enim pugnare Martianus videtur, qui modo imputandum id ait, quod pręcipiendo, atq; adeo à cohærede etiam ex portione eius, accipitur, confeſtim vero in trebellianam cedere id negat, quod ex portione cohęredis grauatus percipit. obſeruandum tamen, cum tex. in d. l. ſi à pluribus Ripa nominat, ad rem eum non attinere, ſiquidem præceptionis ibi legatum non eſt, verum quaſi miniſter nudus ad legata præſtanda hæres electus.

Oppoſitionis, & contrarietatis huius cauendæ gratia, verſi. hunc ſecundæ partis, pro ea vero parte. l. ad ſpeciem hæreditariam à cohærede cohæredi grauato relictam glo. cum Doct. reſtringunt. In qua hæreditaria ſpecie ratio diuerſitatis, ſeu difformitatis inuenitur. Regulam verò ſecundam de trebelliana, ad legatum reſtringunt, quod hæredi grauato dare fideicommiſſarius, aut legatarius iubetur, veluti cum ex rebus fideicommiſſis, aut legatis vnam aliquam hæredi grauato dare fideicommiſſarius, aut legatarius iubetur, quo caſu difformitas contingere vlla non poteſt. Imò enim niſi iure legati, aut fideicommiſſi rem totam à fideicommiſſario legatariovè hæres grauatus non conſequitur, tam & ſi hæreditaria ſit.

Si dixeris, contradictionẽ videri, vt hæreditaria res ſit, & ex legato capiatur, imò. n. vti hæreditariã, aut iure hęreditario nõ legari, aut fideicõmiſſi, totã tunc accipi. Atq; ideo in falcidiã, nedũ trebellianã imputari. Reſpõdetur, etiam rem hæreditariam alij relictã, iure fideicommiſſi, legativè totam haberi, ſi hæredi grauato à fideicommiſſario, aut legatario ipſo relinquitur, quoniam hæreditaria eſſe deſijt, ſtatim quam mortuus teſtator eſt. Dominiumq; eius iure ipſo, citra vllam traditionem hæredis, ad fideicommiſſariũ, aut legatarium ambulauit. l. à titio. ff. de furtis. Bart. & alij in l. 1. num. 8. & num. 12. ſupra de lega. 1. itaq; cum hęredi rem ipſam præſtare fideicommiſſarius, aut legatarius iubetur, pro eo res eſt, ac ſi rem non hęreditariam, ſeu quæ nunquam in hęreditate fuiſſet, hæres ipſe acciperet. In qua difformitatis quicquam non interuenire palam eſt, de ſenſu hoc Picus hic meminit nu. 13. & nu. 25.

Ex tex. vltra Picum ſententia hęc confirmatur in l. ſi à me ſupra eo. vbi cum à fideicommiſſario, ſeu legatario rem hæreditariã hæres accipit, falcidiæ ideo non adſcribit, quoniam non vti hæres, iurevè hęreditario, verum quaſi fideicõmiſſarius eam accipit. Ita iure eodem atq; vniformi, hoc eſt ex fideicommiſſo res ſolida accipitur, ꝙ ſi difformi iure haberetur, in falcidiam vtiq; ex portione hæreditaria cederet. Huc,
35 & illud pertinet, hęreditatis † nomen deſinere, ſimul atq; adita eſt, & per aditionem in hęredis patrimonio eam referri. l. ſed ſi plures. §. ſi filio ſupra de vulga. l. qui titij ſupra de his quibus, vt indig. l. 1. §. præterea ff. de ſepara. l. fi. in fi. C. de inoffi. teſta. §. 1. in fi. inſti. quibus ex. cau. manu. non li. §. 1. inſti. de hæredum quali. & differ. Quibus in locis bona hæredis poſt aditionem nuncupantur. glo. & Doct. in l. 1. §. veteres in verſi. per vnum. ff. de acq. poſſ. Deci. in l. hæreditas nu. 4. ff. de regul. iuris, & in l. qui ſe patris nu. 16. C. vnde liberi. & alia compluria.

Sed enim quia nimia reſtrictio hæc videtur, vt ad legatum regula ſecunda coarctetur, quod à fideicommiſſario, aut legatario ſolummodo relinquitur, cum generaliter in legato, aut fideicommiſſo in ſecunda regula tex. loquatur à quocunq; relictum ſit, à cohęrede, legatario, aut fideicommiſſario, idcirco in legato etiam, aut fideicommiſſo textum in prima parte, & in ſecunda regula Doct. intelligunt, quod à cohęrede quidem relinquitur, verum in re non hęreditaria, in qua difformitas etiam verſari non poteſt, quoniam ſi hæreditaria res non eſt, quę præſtari à cohærede debet, non poterit in trebellianam tota non imputari.

Apparet ex his, nihil differre in re non hęreditaria, à quo legetur, legatario, fideicommiſſario, an à cohærede, à quouis enim eorum legetur, aut relinquatur, vniformiter ſemper capi, ideſt, aut legati, aut fideicommiſſi iure, & conſequenter inſolidum eam trebellianæ cedere, diſcrimen omne in re hæreditaria verſari, quæ à cohærede relinquitur, in qua quia difformitatis ratio verſatur, hactenus trebellianę nõ cędit, quatenus legati, aut fideicommiſſi iure à cohęrede accipitur.

Si dixeris, cur id potius trebellianæ imputatur difformitate interueniente, quod hęreditario iure accipitur, quam quod ex legato, aut fideicommiſſo poſtquam fideicommiſſum, & legatum imputationi accedit.

cedit. Reſpondetur, quod hęreditario iure percipitur, in hæreditate neceſſario eſſe, aliter quippè iure accipi hęreditario non poſſet. Sed quatenus hęreditas ſuppetit, grauatus dici heres non poteſt. Grauamine planè remoto, quartę detractio ſilet, & ſi ex parte grauamen ceſſat, quia pars aliqua hęreditaria ſupereſt, partis illius nomine quieſcere detractionem oportet Conſequenter non tam quartę imputari portio illa hęreditaria, dicitur, ſeu quæ iure hęreditario capitur, quam pro parte illa grauamen tacere.

Hic etiam obſeruandum inquantum dictum eſt, rem hæreditariam à legatario, aut fideicommiſſario relictam totam trebellianę imputari, id quia diſſormitas nulla cadit. Exemplum rei huius afferri non pluſquam vnum poſſe, ideſt cum res ipſa hęreditaria cui legatur, & deinde rem eandem hęredi pręſtare, aut reſtituere legatarius iubetur iuxta tex. in d. l. ſi à me ſupra eo. neq; dixeris, exemplo declarari, id alio poſſe, vt rem hęreditariam ab herede redimere legatarius debeat, & eandem deinde hęredi pręſtare, quoniam redimendi hoc onus nonniſi ad rem alienam pertinet, non ad eam, quę teſtatoris eſt, vt habetur in l. cum rem alienam. C. de lega. & in §. non ſolum in ſti. eo. titu.

Summa igitur ſenſus in regula ſecunda erit, vt ad legatum, fideicommiſſumvè reſtringatur, quod à legatario, fideicommiſſariovè relinquitur, ſiquidem de legato, aut fideicommiſſo rei hęreditarię textum ipſum intelligimus, neq; enim ad legatum, aut fideicommiſſum rei hæreditarię pertinere tex. poteſt, ꝙ à cohęrede relinquitur, quoniam diſſormitas interueniret, atq; ideo ſecum tex. in parte ſecunda, & in limitatione ipſius regulę pugnaret, vel ſi in legato, aut fideicommiſſo regulam ſecundam intelligimus, quod à cohęrede relinquitur, ad rem id referre neceſſe eſt, quę hęreditaria non ſit, ita vt diſſormitas excludatur.

Sed reſtrictioni memoratę in regula trebellianæ, vt ad legatum, fideicōmiſſumvè reſtringatur, quod à legatario relictum, aut à fideicommiſſario, vel ſi relictum à cohęrede ſit, vt ad rem non hęreditariam reſtrictio fiat, aduerſari tex. ipſe in regula ipſa ſecunda videtur, cum id imputari trebellianę ait, quod hęres ipſe pręcipere, vel deducere, vel retinere iuſſus eſt, præceptio enim cohęredem neceſſario pręſupponit, ſiquidem nihil aliud pręcipere, niſi ante partem capere denotat, quæ pars non cadit, cohęrede vllo non adiecto, tota quippè tūc, & res, & hęreditas, non etiā ex parte capitur, etiam ſi pars, aut res certa relicta tantummodo ſit. l. 1. §. ſi ex fundo ſupra de hęredi. inſti. vnde niſi ad diuiſionem hęreditatis adaptari verbum pręcipere non poteſt, in qua diuiſione ante omnia quid capitur, quod pręcipientis inſolidum fiat. In reliquis deinde diuiſio perficitur, idq;, & Iaſ. docet in l. 1. in prin. ſupra de lega. 1. ſecundum quę, ad rem hęreditariā, & cohęrede addito, neceſſario referenda regula ſecunda videtur. Quo caſu argu. ſemper manere cōtradictionis videtur. Rurſus rationis hinc confutatio ſequitur, quę à diſſormitate deſumitur, ſi quidem non minus in legato pręceptionis, atq; alio diſſormitas ipſa inuenitur.

Secundo non ſolum cohæredis inſtitutionem, ſed & rem hæreditariam eſſe præceptio oſtendit, & innuit, quam iure ſuo, teſtatoriſq; voluntate cohæres præcipit. Etenim ſi hæreditaria non eſt, quomodo auctoritate ſua hæres eam præcipiet, id quidem inprimis, ſi mobilis eſt, quæ apud cohęredem ſit, & cuius accipiendæ facultatem cohæres legatarius non habet, & qui vbi res ſit, fortaſſis etiam ignorat, quid igitur ad rem non hæreditariam à cohærede relictū tex. ipſum in regula ſecunda conſtringimus, contraquam verbum pręceptionis ferat, quod & cohęredē, & hæreditariam neceſſario rem innuit.

Difficultatis, oppoſitioniſq; huius cauſa, aliter tex. noſtrum in ſecunda regula, & in limitatione eius, ſeu in ſecunda parte Ripa hic interpretatur, quam glo. Doct.q; ſentiunt, ſubobſcurius tamen Ripa loquitur, rem confundendo à nu. 16. vſq; ad nu. 20. cuius ſenſus eſt, vt regula quidem trebellianæ in legato omni procedat, pręterquam in legato rei hæreditariæ, ꝙ per damnationem fit, quotiens rem hæreditariam cohæredi rogato dare cohæres alter damnatur, aut iubetur. Ad quod rei hęreditariæ pręlegatum, quod ex damnatione datur, limitationem in parte ſecunda reſtringendam Ripa putat, in cęteris planè legatis, aut prælegatis omnibus ſiue per vendicationem, præceptionem, retentionem, aut deductionem relinquantur, locum regulæ ſecundæ de trebelliana eſſe, vt ſolida trebellianæ imputentur, ad quem modum tex. in ſecunda regula, & limitatione eius in ſecunda parte interpretando, nulla in iuriſconſulto diſſenſio, aut contrarietas, erit, cum niſi ad caſum vnum regulæ ſecundæ limitatio non pertineat, a cæteris, & in præceptione maximè, generaliter regula procedat.

Si dixeris, contradictionis vicio, nec per ſenſum hunc iuriſconſultum eripi, quin textui ſaltem alij repugnet in d. l. 1. §. qui vero. ff. quorum lega. Quoniam per ſenſum hunc diſcrimen inducitur inter legatum præceptionis, & damnationis, vt præceptionis quidem legatum, aut pręlegati damnationis eſſe, quod extra quartam eſt, quatenus prælegati iure accipitur, enimuerò diuerſitas hęc, vtrum præcipiendo, an damnando, ſeu iubendo, prælegatum fiat, contraria textui videtur in d. l. 1. §. qui vero ff. quorum lega. vbi à cohęrede, & pro portione eius pręlegatum haberi non minus dicitur, quod ex præceptione, quā quod ex damnatione relinquitur. Conſequenter ratio eadem diſſormitatis in vtroq; verſatur. Qua interueniente, quid ita magis in trebellianum venit, ꝙ per præceptionem, quam quod per damnationem relinquitur.

Ad argumentum hoc ripa hic reſpondet num. 19. diuerſitatis rationem inter pręlegata iſta afferendo, quam diuerſitatem à voluntate teſtatoris naſci totā ſcribit, idq; per conſequentiam vnam ita docet. Trebellianæ imputari non oportet, ꝙ vbi locum trebelliana non haberet, fideicommiſſi reſtitutioni non cederet, verum apud grauatum maneret, idq; ex voluntate fieri teſtatori ait, quaſi credibile non ſit, eam voluntatem teſtatori fuiſſe, vt cum eo trebelliana compenſetur, quod reſtituendum fideicommiſſario non foret, vbi detractioni locus quartæ non eſſet, atqui vbi hæreditatem, aut portionem hæreditatis cui reſtituere hæres iubetur, ad id grauamen reſtituendi nō trahitur, quod ex prælegato hæres cōſequitur. Aliud quippè prælegatum, atq: hæreditas, ſeu portio hæreditatis eſt l. ſi titius ex parte ſupra de lega. 3. l. Marcellus. §. quidam liberis. ibiq; no. infra titu. 2. idq; rationem habet, ꝙ odioſum fideicommiſſum habetur, cum onus rogatio imponat. l. ſi arrogatur ff. de adoptio. l. papinianus. §. ſi quis impuberi. iuncta glo. ff. de inoffi. teſta. l. cohæredi. §. cum filię ſupra de vulga. l. fratris, & l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſtam. Proinde reſtringi id conuenit, ne vlterius porrigatur, quam verborum ſignificatio ferat. l. cum quidam ſuprà de libe. & poſthu. reg. odia lib. 6. ſi ad legata prælegatavè reſtitutio fideicommiſſi non trahitur, ergo nec trebellianæ ex veriſimili teſtatoris mēte accedent, quoniam quod ad voluntatem teſtatoris attinet, ius idem trebellianæ, atq; aliorum bonorū eſt, quæ reſtitui ex fideicommiſſo oportet, idq; ex eo oſtenditur, ꝙ contra quam teſtator velit, detractio trebellianæ fit. l. titia ſupra eo. quare mente teſtatoris perſpecta, quod ad eum attinet, citra diminutionem, & detractionem vllam quartæ hæreditatem,

aut

aut portionem hęreditatis fideicommiſſum integrã percipere fideicommiſſarius debet, enimuero reſtitutioni ipſi prælegatum non cedit, quod iure hæreditario non cenſetur, ergo nec adſcribendum trebellianæ erit. Rationem cuius haberi nõ oportet, quod ad mentem teſtatoris ſpectat, verum iure eodem ſecundum voluntatem ipſam æſtimari bona omnia debent. Hoc eſt ſeparatione trebellianæ à bonis alijs non facta. Atq; perinde rem haberi, vt ſi locũ prorſus detractio non habeat. Ratione igitur detractionis poſthabita, ſicut ad prælegatum fideicommiſſi reſtitutio non trahitur, ita nec ad trebellianam minuẽdam, aut perimendam poterit.

Ratio alia prælegati eſt, quod ex præceptione datur, id enim tametſi à cohærede ex portione eius haberi hæreditaria dicatur. d. l. 1. §. qui verò ff. quorũ lega. Attamen portioni hæreditariæ grauati acceptũ totum ex mente teſtatoris fertur, pro eoq; res habetur, ac ſi iure hæreditario, aut inſtitutionis ſolidum id grauatus acciperet, inde porrò voluntas hæc teſtatoris deſumitur, ꝙ iure ſuo, ſeu auctoritate propria pręcipi, id à grauato, neq; peti præſtari quicquam à cohærede altero iuſſit, itaq; cum iure hæreditario prælegatum totum haberi ex voluntate teſtaroris dicatur, ſicut fideicommiſſo id contineri, & fideicommiſſario reſtituendum, non dubitatur, ita & penſari cum trebelliana debebit.

. Conſequens his fit, qua ratione à mente teſtatoris ſumma rei huius pendet, ita illud ſolummodo indagandum, an quod prælegatum grauatus cõſequitur, totum in portionem eius hæreditariam referri teſtator ſenſerit, quod tunc fit, cum iure proprio ſimiliter, vt portionem hæreditariam legatum percipit, an de manu, & de portione cohæredis, ita vti legati natura fert, accipiendum id voluerit. Significantius id vltra Ripam declaratur, ſicut rem hæreditariam auctoritate ſua ex inſtitutione hæres accipit. Ita eodem inſtitutionis iure, & pręlegatam aſſequi intelligitur, vbicunq; nihil quicq; à cohærede ob eam petere neceſſe habet. Quatenus teſtatoris mente animaduerſa, eodem iure prælegatum hoc, atq; reliqua bona habuit, cum & hæres ipſe ex parte ſit.

36 Inde declaratio, † & ratio tex. deſcendit in l. deducta. §. nummis infra ad trebel. vbi pecunia hæreditaria in ſpecie animaduerſa perinde, vt ſpecies alia hæreditaria, ideo in trebellianam tota computatur, ꝙ iure præceptionis in ſpecie d. §. apud hæredem manet, neque ex parte à cohærede præſtatur. Hoc ipſo igitur quod iure ſuo pecuniam ſolidam ſimiliter, vt portionem ſuam hæreditariam à grauato accipi teſtator mandauit, eiuſdem, ac portionẽ hęreditariam iuris eſſe veriſimiliter credidit, ita vt eodem hæreditarioq; iure omnia cenſeantur, atq; ideo ad quartam replendam, & pecunia proſit.

Limitatio etiam ex declaratione hac ripæ, tex. deſumitur in d. l. ſi titius ex parte ſupra de lega. 3. & d. l. Marcellus. §. quidam liberis infra ad trebel. Ad fideicommiſſum portionis hæreditariæ prælegata nõ pertinere. Ne ad prælegata præceptionis pertineant. Quæ idem atque hæreditas, ſeu portio hæreditaria æſtimantur.

Sed enim, quod ad limitationem tex. attinet in d. l. ſi titius ex parte, generali ſcripturæ eius plus nimio Ripa contradicit, vbi diſtinctio non fit, neq; à Doct. adhibetur, per damnationem, aut aliter prælegatum detur. Quoirca Ripę non fuit, legem coarctare, quæ ſcripta generaliter eſt, & in qua diſtinctio facta à Docto. non legitur. l. 3. in fi. ff. de offi. præſid. l. imperator circà fin. ff. de poſtulan. & alia apud Iaſ. relata l. quamuis in 2. nota. ff. de in ius vocan. Inde Bald. ſcribit in conſi. 372. in volumine num. 1. circa fin. lib. 5. omnem interprętationem reſtrictiuam ſermoni contrariam literario eſſe, quod conſi. communi noſtro redditum Sauiliani eſt.

Secundò non modo tex. d. l. ſi titius à Ripa reſtringitur, ſed & text. l. noſtrę Ripę declaratio in limitatione, aut parte ſecunda coarctat, vt niſi eo caſu non procedat, quo portionem ſuam hæreditariam reſtituere quis rogatur, atq; ideo locum textui non eſſe, cum portionem ſuam reſtituere hæres iubetur, quo caſu ſicut reſtitutionem fideicommiſſi prælegata ſequuntur, ita imputanda in trebellianam erunt, conſequenter locus tunc limitationi non erit, de qua in parte ſecunda tex. noſtri, quam Ripæ reſtrictionem admitti non oportet. Principio, ꝙ generali tex. noſtri ſcripturę reclamat, in quo diſtinctio Ripę facta apud Docto. non inuenitur. Secundò, quia ratione ea tex. noſter non nititur in parte hac ſecunda, quod ſub nomine portionis hęreditariæ verba concepta fideicommiſſi ſint, verum propter difformitatem id fieri, glo. vulgo, & Doct. aſſerunt. Quæ locum ratio tum quoq; obtinet, cum portionem ſuam reſtituere ſimpliciter quis iubetur, atqui ſi Ripę declaratio agnoſcitur, trebellianæ prælegatum, & in parte ſecunda cedet, ſiquidem ad portionem ſimpliciter fideicõmiſſum ſpectet.

Tertiò abſurda res à declaratione hac conſequitur, vt deterior conditio eius ſit, quę clarior teſtatori, quam cui affectus minus fuit contra l. aurelius. §. titius teſtamento ſupra de libera. lega. l. publius. §. fi. ſupra de condit. & demon. l. qui fundum. §. qui filios in fi. ſupra eo. glo. Bar. & alij in l. ſi mater. §. 1. ſupra de vulga. Bar. in l. quidam relegatus. §. 1. in fi. ſupra de rebus dub. & apud nos in conſi 62. num. 8. gratior planè teſtatori haud dubiè grauatus inuenitur, quem per ſeipſum accipere prælegatum voluit, quã qui à cohærede id petere neceſſe habet, ſed enim qui à ſeipſo legatum pręcipit, & quem beneuolentia maiore proſecutus teſtator eſt, quartæ pręlegatum totum adſcribit, quod aliter in eo eſt, quem charum, aut intimum adeò teſtator non habet, inferius tamẽ argu. hoc diluetur.

Quartò Ripę hęc declaratio à conſequentia memorata omninò pendet, in reſtitutione fideicommiſſi ex portione hæreditaria relicti, includi pręlegatum non ſolet d. l. ſi titius ex parte d. l. 3. §. quidam liberis, ergo & extra quartam eſſe debet. Enimuero ex tex. noſtro, & ex regula eius ſecunda conſequentia hęc Ripę proteritur, de hoc enim inter glo. & Doct. circa regulam ſecundam conſtat, vt ſiquidem à fideicommiſſario, aut legatario pręſtari legatum grauato debeat, trebellianę id accedat, vtpotè imputationem cuius ratio vlla difformitatis non impediat, at enim ad reſtitutionem fideicommiſſi legatum hoc non pertinet, quotiens ad portionem hęreditariam fideicommiſſum ſpectat, conſequens igitur non fit, fideicommiſſo compræhenſum legatum non eſt, ergo extra quartam potitur, viceq; contraria.

Quintò conſequentię huic Ripæ nominatim Bal. refragatur in l. iubemus num. 3. verſi. ſed iſta repręhenſio. C. ad trebel. Soci. in l. qui hęredi. §. 1. in tertio nota. ſupra de condi. & demon. qui facilius in trebellianam, quam fideicommiſſi reſtitutionem venire quid aiut, de quo inferius etiam dicemus in tertia oppo. Bar. circa trebellianam.

Sextò eo Ripę conatus ſpectat, vt contradictioni Martianum eripiat, diſcrimen inter pręlegata præceptionis, & damnationis faciendo, atq; ideo limitationẽ, de qua in parte 2. ad pręlegatum damnationis reſtringendo, ita vt locum in pręceptione non habeat, ſed enim ſi eam Mratiano fuiſſe mẽtem dicimus, vt pręceptionis legarũ à parte 2. excluderet, præſumptũ eſt dicere, id eũ expreſſurũ, & limitationem ipſam in pręceptione ſublimitatam fuiſſe, ſimiliter, vt ſublimi

tatio

tario ab eo adiecta in pecunia eſt.l.cũ prętor.ff.de iu-
di. l. ſi ſeruum. §. non dixit prętor ſupra de acquiren.
hæredi.l. ſtichum,qui meus erit ſupra de leg. 1. l. vni.
§. ſinautem ad deficientus. C. de cadu. tollen. c. inter
corporalia de tranſla.epi. & neglectui habitum intel
ligitur, quod expreſſum non eſt.c. cum ordinem de
reſcrip.

Septimò ſenſus Ripæ ad tex. obſeruandus in d. l.
deducta.§.nummis. Rationem cuius à volũtate exi-
ſtere teſtatoris ait. Idcircò nummos centum ſolidos
quartæ adſcribi, quòd integros in portione cohære-
dis eſſe ob id teſtator voluit, ꝙ iure proprio accipi
iuſſit. Namque ſi rationem hanc admittimus,in tex.
illum Ripa offendit, repercuſſionemq; eius ſuſtinet.
In quo differentia inter pecuniam,& ſpeciem hære-
ditariam exprimitur. Quæ agnoſcenda differentia
nõ videtur.Ripæ ratione animaduerſa. quoniã ęquè
in portione cohæredis ſpeciem hæreditariam, atque
pecuniam eſſe teſtator ſentit,cum ſpeciem ipſam de
duci, aut præcipi mandat. Atque ſideo mẽte hac
teſtatoris animaduerſa,& prædium hæreditariũ totũ
cedere trebellianę debebit. contraq; expreſſum textu
illo eſt. De quo tamen prolixè iura infra verba fient.

Quid dicendum. Quamuis Ripæ rationibus opi-
nio eius iuuari, & conſequentia nequeant. ea demũ
trebellianę imputanda,quęfideicommiſſo cederent,
ſi locus trebellianæ non ſit. falſam enim conſequen-
tiam hanc argumentis, & rationibus cunctis oſten-
dimus. Neceſſaria tamen Ripæ reſtrictio videtur,
vt ad legatum damnationis regulæ ſecundæ limita-
tio referatur. Quoniam ſi generaliter in legato omni
limitationem,aut partem ſecundam.l.huius interprę
tamur, vt ad legatum omne pertineat, etiam quod
ex præceptione, deductionevè datum,aut retentio-
ne ſit. falſa prorſus regula ſecunda erit, omne in tre-
bellianam venire,quicquid præcipere,deducere, aut
retinere hæres grauatus iubetur. Quatenus difformi-
tas ſemper, & in legato id genus ex portione cohæ-
redis inuenitur.

Secundò ſi ad legatum pręceptionis,deductionis,
retentionisvè limitationem trahimus. Euerſionem
regulæ ſecundæ de trebelliana, non limitatione pars
ſecunda.tex.huius habebit. Atque adeo ipſum ſe to
tum ſtatim tex.corriget.etenim cum id expreſſum in
regula ſecunda ſit, trebellianæ imputari quicquid ꝑ-
cipiendo,deducendo,retinendovè hæres conſequit.
Si in ſpecie id hęreditaria limitamus, ne locum in ea.
propter difformitatem habeat,non tam regulam ſe-
cundam limitamus,quàm diſſoluimus. Quandoqui-
dem niſi ad rem hæreditariam,& cohęrede dato,cõ-
gruere verba ipſa pręceptionis,deductionis,& reten-
tionis non videntur.ſic quomodo demonſtratũ, aut
37 habemus.Quod cum ita ſit ad id haberi † relationẽ
non decet,vnde contrarietas, aut correctio ſequitur
glo.& Doc.in l.ſi idem cum eodem.§ fi.ff. de iuriſdi.
om.iud. Bal.in conſ.357.clauſula lib.4. Alex.in conſ.
48. col.pen.in fi verſ.item iſtud,quod dicet Bar.lib.1.
& in conſ.213.lib.2.Deci.in conſ. 163. col. 8. circa fi.
verſ non obſtat,quod ſanctus.

Si dixeris, cohęredis adiectionem in pręceptione,
deductione, aut retentione neceſſariò non innui.Cũ
nihil prohibeat, rationem fideicommiſſi reſtituendi
verba hęc exprimi. Hoc eſt,vt ante pręceptio dedu-
ctio,& retentio, quàm fideicommiſſi reſtitutio fiat.
Reſpondetur,cohærede non adiecto, ridiculã in tre-
belliana diſceptationem fieri,vtrum imputationem
eius admittat, quod pręcipiendo, deducendo, reti-
nendovè hęres conſequitur. Quatenus, & falcidia
tunc eandem imputationẽ ferret. ſiquidem iure hæ-
reditario totum,& inſtitutionis accipitur, ſed & pre-
legatum tunc falcidię accederet cohęrede non addi-
to, cum inutile ex toto fiat. eaque de re iure totum
hęreditario habeatur.

Tertiò ſi ad legatum pręceptionis limitationem
trahimus,perinde quaſi difformitatis, & in eo ratio
moueat, inutilis prorſus regula ſecunda de trebellia-
na fit. In qua diuerſam cauſam eius,atq; falcidię eſſe,
expreſſum ſit, vt imputationẽ eorum patiatur, quæ
falcidia non recipit. Nulla quippè inter quartas has
differentia, ſiquidem difformitate interueniente, &
in falcidiam id venit, quod iure hęreditario in pręle-
gato omni hęres conſequitur,ꝑcipiendo,vel damnã
do detur. Quod cum ita ſit,ad legatum præceptionis
referri limitatio non debebit, per quam relationem
inanis, atq; illuſoria prorſus regula ſecunda in pręce-
ptionis legato fit.l.cum vulgari. Ibiq; glo. & Bar.ſu-
pra de dote pręlega. Bar.& alij in l.talis ſcriptura.§.1.
in fine primę oppoſi. & §. fi. num. 3. ſupra de lega.1.
Cardi.in conſ.49.nu.3.& in conſ. 68.nu.2. Roma. in
conſ 94.nu.7. & in conſ.112.nu.3.Deci.in c.ſecundo
requiris col.2.in fi.in quinta limitatione de appella.in
cõſ.14.col.4.& in cõſ.77.nu. 4.in fi.Iaſ.in l.ſi creditori
in quinto nota. ſupra de lega.1.in l.quotiens in ſtipu-
lationibus col.1.in l.ſi ita ſtipulatus.§. Griſogonus in
octauo. nota. & in l.titia. §. 1.in fi.ff.de verb.oblig.&
apud nos in conſ.70.nu. 4.

Dixerit hic aliquis, in legato pręceptionis partem
vtranq; tex. noſtri intelligi poſſe. ideſt tam in prima
parte,& in ſecunda regula, quam in ſecunda parte in
qua limitatio ſubiecta regulę eſt,vt regula quidem ſe
cunda ad pręceptionis legatum pertineat, in quo dif
formitas. non verſatur veluti cum additus cohęres
nullus eſt, quo caſu iure hęreditario pręlegatum to-
tum căpitur,cum inutile ex toto pręlegatum ſit. Li-
mitatio verò in ſecunda parte ad eum caſum trahat,
quo cadere difformitas poteſt.quia cohęredem gra-
uatus habet pro cuius parte legatum ipſum conſequi
neceſſe habet, ad quem modum intelligendo, locus
regulę ſecundę in legato pręceptionis poterit. Atque
ideo argumenta quieſcent è regione oppoſita. Re-
ſpondetur,locum ſenſui huic eſſe omnino nõ poſſe.
Principio, quoniam cohęredem legatum pręceptio-
nis neceſſariò innuit, & pręſupponit, vti dictum in
ſuperioribus habemus. Atque ideo ſine cohęredis
adiectione intelligi pars prima in regula ſecunda nõ
poteſt. Secundò, quia ſi cohęredem in regula ſecun-
da excludimus inepta, & de re controuerſię nullius
expreſſio illa de pręceptione,deductione,& retentio-
ne ſit. Quis enim dubitat,in trebellianam imputari,
quod iure hęreditario accipitur. quandoquidem, &
in falcidiam id cedit. Tertiò naturę aduerſatiuę id re-
pugnat, ſub qua concepta regula ſecunda abſq; co-
pula eſt. naturam enim aduerſatiuę ſine copula, eſſe
diximus, vt à facto, & iure pręcedentibus contradi-
cat. Sed enim neque in facto, neq; in iure diuerſitas
vlla in regula ſecunda trebellianę circa legatum præ-
ceptionis erit. verum factum idem, atquè in regula
falcidię.in qua mentio facta de eo eſt, quod iure hæ-
reditario percipitur,Id demum in eam imputari. fa-
ctum idem pręceptionis erit, cohęrede nõ aſcripto.
quoniam iure etiam hęreditario pręlegatum tunc
accipitur. Ius etiam idem in regula ſecunda erit. ſi-
quidem, & in trebellianam pręceptio imputatur,
quę iure hęreditario habetur, ſimiliter,vt in falcidia.

Proinde ſenſus verborum ſecundę regulę eſt,vt in
legato omni locum habeat,ſiue per damnationem,
ſiue pręceptionem,deductionem,aut retentionẽ re-
lictum ſit. per damnationem tamen cum ab alio, ꝙ
à cohęrede relinquitur. Si quidem in eo, quod à co-
hęrede datur, limitationi locus non regulę ſecun-
dæ eſt.

38 Apparet igitur † ex argumentis tribus prænarratis
& ex declaratione proxima, ad legatum pręceptio-
nis,deductionis, retentionisvè partem ſecundam in-
telligi

telligi circa limitationē nō poſſe, atq; ideo ad pręlegatum neceſſario reſtringendum, quod expreſſim a cohęrede relinquitur, & quod per damnationem fieri nos interpręramur, qua reſtrictione admiſſa, ex duobus alterum neceſſario conſequitur, vel contrarium ipſi ſibi Martianum in ſecunda regula, & limitatione eius eſſe, quaſi modo admittendam imputationem difformitate non obſtante, in regula ſecunda dicat, ſi quidem, & in pręceptione difformitas vertitur d.l.1. §. qui vero ff. quorum lega. vel ſi cauſam diuerſam, iuſq; diuerſum legati pręceptionis eſſe, & damnationis Martianus putat, argumentum ſemper difformitatis obſtat, quod dilucidum ab eo fuerat.

Quid igitur dicendum, inficias ire non licet, quin ius diuerſum legati pręceptionis, & damnationis eſſe Martianus crediderit, ſiquidem diuerſitatem hanc verba, animuſq; eius ferunt. In pręceptione enim ex preſſum eſt, trebellianę imputari, quod ex præceptione relinquitur. Prælegatum vero, quod à cohęrede accipitur, & quod per damnationem appellatur, & ad quod limitationem neceſſariò reſtringendā oſtendimus, extra quartā eſſe in parte ſecunda declaratur. Sic diuerſitatē inter legata iſta eſſe, non obſcurè Martianus demonſtrat. Ea propter ratio diuerſitatis huius indaganda, cum difformitas interuenire vtrubiq; videatur.

Meditabar, ſi dici poſſit. Idcircò in parte ſecunda imputationem pręlegati ob difformitatem impediri, quoniam difformitas duplex incurrit, vna facti, altera iuris, facti, nam cum ſpecies hęreditaria à cohęrede per damnationem relinquitur, factum ipſum, quo ad executionem legatum perducitur, difforme apparet. Siquidem partim iure proprio ex portione hereditaria, partim de manu cohęredis pro portione eius legatum accipitur iuxta l. non dubium C. de leg. iuris item difformitas in manifeſto eſt. Siquidē iure diuerſo ſpecies iſta pręlegata habetur, & ad hęredem pręlegatarium ſpectat. Partem enim ex iure, aut titulo hęreditario, partem ex titulo, & iure pręlegati habet, quę duplex difformitas ī legato pręceptionis, alioquì ſilet, quod iure ſuo, aut auctoritate propria accipere cohęres grauatus, & prælegatarius poteſt, id quod & Ripa hic ſenſit nu. 19. verſi. etſi inſtetur, ibi ſua manu. Ibi enim niſi in iure, aut titulo difformitas non verſatur, quia pars iure proprio, ex iure prælegati pro parte cohęredis, pars altera habetur, factum planè vniuſmodi ſemper eſt, quia res tota prælegata auctoritate propria accipitur, quę cum ita ſint, ratio diuerſitatis inter legatum pręceptionis, & damnationis, difformitate duplici tota nititur, & fundatur, quaſi grauior duplex, quam ſimplex difformitas ſit arg. l. baliſta infra d trebel. fortius enim impedimentum duplex, quam vnum eſt glo. in c. licet in glo. fi. de iureiuran. lib. 6. vbi impedimentum ſimplex iuris, ne rem alienare dotalem liceat, iuramento mulieris tollitur, aliter atq; ſi impedimētum duplex interuenit, quia vltra prohibitionem iuris, iuſiurandū datum à muliere ſit, rem alienarum dotalem non iri. Atquè ad impedimenta plura clauſula non obſtantibus non trahitur. l. ſi non lex eliaſcentia ibiq; Bal. ſupra de hęredi. inſti. Bal. in l 1. nu. 22. verſi. vnū etiam ſcias. C. de furtis. Caſtren. in l. humanum in 1. nota. C. de ll. Dec. in conſ. 602. in 7. dubio, Iaſ. in l. fi. col. 7. nu. 20. circa fi. verſi. ſed poſſes reſpondere. ff. de conſti. prin. & in conſ. 233. col. 7. lib. 2. & id genus nō pauca.

Ex tex. hoc iuuari ratio iſta difformitatis in ipſa ſecunda parte videtur, vbi mētio bis de acceptione prælegati huius fit, primum in ſignificatione actiua, pro ea vero parte, quam accipit à cohærede. Deinde in ſignificatione paſſiua, extra quartam id eſt, ꝙ à cohęrede accipitur, quę verbi eiuſdem repetitio ſuperflua inutiliſq; habetur, niſi ad diuerſa relatio fiat, ita vt ad difformitatem iuris vnum, ad facti alterum difformitatem referatur. Sed enim inutile verbum vllū quamuis minimum manere non decet Bal. in rubri. C. de contra. empt. q. 9. Idq; ex gl. etiam vltra Bal. probatur in c. ſolitę in ver. tanquam de maiori. & obe. cū alijs apud nos collectis in conſi. 297. nu. 4. Appoſitè huc Bal. quadrat in conſ. 51 generali ſtatuto in fi. lib. 5. ſingula verbis legis, ſingulaq; priuilegij verba ponderis aliquid habere, ad effectumq; aliquem trahenda per tex. in l item veniunt. §. apianda. ff. de peti. hęredi. Sed enim ponderis quicquam habere ſingula verba hęc, accipit, & accipitur, nō aliter poſſunt, niſi ſi ad ſuam vnumquodq; difformitatem accommodatur.

Sed dicturus aliquis erit, rationem habendam difformitatis huius non eſſe, quæ à facto pendet, verum ius potius, quam factum ſpectandum c. cum cauſam verſi. quia igitur de electio. Ideò mendicantium dici fratrum ordo non poteſt, qui de facto mendicant, niſi ſi de iure ſecūdum inſtituta ordinis introducta mēdicatio ſit Freder. in conſi. 145. Ioannes Epiſcopus col. pen. poſt. med. euictionem etiam, quę de facto fit, venditor non pręſtat l. fi. C. de actio. empti.

Reſpondetur, locum argumento in facto eſſe, ꝙ contrarium iuri eſt, vt in d. c. cum cauſam, non enim ꝙ factum ſit, ſed ꝙ faciēdum eſt, ſpectari debet, ęquè in d. l. fi. C. de actio. empti. iuri factū aduerſatur, quia de facto, & per iniuriam res euincitur, idem cū victū vulgo religioſi quæritant, cum id per inſtituta eorum non liceat, factum planè hic vertitur, ꝙ iuri non contradicit, imo enim iuri conſentit, veluti ꝙ auctoritate ſua, aut de cohęrede prælegatum quis accipiat pro ut faciendi ius ex voluntate ipſa teſtatoris competit.

39 Secundo reſpondetur. grauiorem, † & noxiā magis difformitatem videri, quæ in facto, quam quę in iure verſatur, quoniam in prælegato ſpeciei hęreditarię ꝙ ad ius attinet, iuris quicquam à cohęrede legatarius hęres non conſequitur, verum à teſtatore ipſo. Quomodo enim iuris quicquam haberi à cohęrede poterit, à quo relicta res eſt, cum ſua nunquam fuerit neq; ius vllum in ea habuerit. l. nemo plus. ff. de regu. iur. ꝙ autem ius aliquod in ſpecie, aut re hęreditaria prælegata cohęredi non cōpeteret, ꝙ ab eo transferri in cohęredem legatarium potuerit, demonſtratur, quia quatenus portio cohęredis eſt, à quo relictum legatum dicitur, in dominiū cohęredis legatarij confeſtim res tranſiuit, quā mortuus teſtator eſt citra vllū traditionis adminiculum. l. à titio. ff. de furtis; vnde non niſi factū ipſum .i. legati pręſtationē à cohęrede legatarius cohęres conſequitur. Proinde parui hęc facienda facti diuerſitas, aut difformitas nō videtur, cū factum ſolum conſiderari in cohęrede poſſit, à quo relicta res eſt.

Secundò facti huius difformitatem ſpectandā, ex tex. oſtenditur in l. ſeio. §. 1. ſ. de annuis lega. vbi ob vnā facti difformitatem, quę ſola ſubeſt, legati reſtrictio fit, vt non alia legato quantū vis generali cedāt, quā quę ad eundē modum, ſeu vniformiter quot annis præſtare in vſu teſtator habebat.

Conſequenter his dicendū, facti difformitatem in ſecun. par. l. huius, & in limitatione in ea poſita in eā videri, quāobrem trebellianę imputari prælegatū nō debeat, ꝙ à cohęrede cohęredi grauato relictum in ſpecie hęreditaria eſt.

Sed dicturus aliquis erit, imò iuris difformitatem obſeruandam per tex. in d. l. 1. § qui vero ff. quorū lega. vbi interdictum illud quorū legatorū etiam ob legatū pręceptionis datur, ꝙ vtq; nō fieret, ſi ius cohęredi in eo nō eſſet. Sed reſpōdetur, ius illud ratione l. falcidię cōpetere, ſi dodrātem legata excedunt, falcidia planè remota, iuris ęquā in prælegato id genus habere cohęres non videt, vnde difformitas illa, quę in iure verſatur, nō eo pertinet, vt ius in re prælegata

cohęredi

cohęredi ſit, cum ſtatim in legatarium ius omne trãſeat, verũ quia ex portione cohęredis legatũ cõſiſtit, quam legato ceſſante, habiturus cohęres fuerat.

Sed iterum quiſpiam obiecerit. tu dicis partem ſecundam l. huius, & limitationem in ea relatam ad legatum neceſſario teſtringendum, quod relictum per damnationem eſt, ſed enim reſtrictioni huic arg. obſtat, quod ſuperius oppoſitum contra ripam eſt, & quod ab abſurdo deducitur, abſurda enim res ex reſtrictione hac conſequitur, vt melior dilecti minus conditio fiat. qui prælegatum non imputat, quod relictum per damnationem eſt, & quod de manu capi cohæredis oportet ob difformitatem geminam, hæres plane grauatus prælegatum totum trebelianæ imputat, quod relictum ex præceptione, deductione, aut retentione eſt, in quo dilectus magis videtur, cum ſuo id accipi iure poſſit.

Reſpondetur, argumentum ipſum retorquendo, namq; quo charior quis teſtatori fuit, eo obſequio pleniore obtemperare voluntati eius debet ex obligatione illa naturali, de qua in l. ſed, & ſi lege §. conſuluit, ibiq; gl. in ver. obligauerint ff. de pen. hæredi. & in l. hoc iure § pen ff de donatio. vnde cum teſtatore inuito detractio quartæ fiat l. titia ſupra eo. de quo cumulatius apud nos in l. 1. num. 135. ſupra de lega. 1. quo plura trebelianam diminuunt, aut in eam imputantur, eò voluntati magis teſtatoris ſatisfit. & ita in ſpecie hac rationem plenioris obſequij poli. obſeruat in l. filium quem num. 21. C. famil. hercìſcũ. quocirca locus argumento eſſe non aliter poſſet niſi ſi ex voluntate teſtatoris detractio fieret. ibi enim quò chariorem in prælegato grauatum habuit, eò pauciora imputaturum veriſimiliter ſenſit.

Senſui tamen huic meo circa rationem diuerſitatis inter legatum præceptionis, & damnationis, vt trebellianæ illud ſolidum imputetur, quod contra in hoc damnationis eſt, videlicet vt difformitatis duplicis cauſa id fiat, quæ in legato damnationis verſatur, obſtare tex. videtur in l. deducta §. nummis verſi. diuerſa cauſa infra ad trebellia. vbi prælegatum ſpeciei hæreditariæ per retentionem relictum trebellianæ ex portione cohęredis, ſeu quatenus prælegatum eſt, nõ cedit atqui nihil differre videtur, vtrum ex retentione an ex præceptione legatum fiat. æquè enim propria autoritate vnum, atq; alterũ capitur rurſus ius idem præceptionis, retentionis, & deductionis eſſe, ex tex. l. huius in regula ſecunda probatur. vbi trebellianæ ex æquo imputari omnia ait, quæcunq; relicta præcipiendo, deducendo, aut retinendo ſunt conſequenter nonniſi à iure difformitas verſari in d. §. nummis videtur. quæ ſimplex tamen difformitas impedimẽto eſt, quominus imputatio fiat. apparet, ex his, quã malè tuti ſenſus legum ſint, qui ex Doctorum officinis recentes prodeunt

E vobis vnus à prælectione proxima magna ingenij fœlicitate argumentabatur, in præceptione regulam ſecundam intelligi, cohærede vllo non addito debere. quamuis ſenſui huic contradictum à nobis eſſet. idq; ex tex. defendebat in §. ſi quis vna inſti. de fideicom. hæredi. ad quem tex ex tempore reſpondi, de perceptione, non præceptione eum loqui præceptio enim cohęredem præſuponit. cum idem valeat, atq; ante partem acceptio. pars vero cohæredẽ præſuponit, ad quẽ pars etiã ſpectat. quo caſu difformitas in iure ſaltem verſatur. quod ſecus in perceptione, deductione, retentionevè fit, in quibus neceſſariò cohęres non præſuponitur, cohærede igitur nullo adiecto, mirum facere non debemus, ſi trebellianæ res illa ſingularis imputatur, de qua in d. §. ſi quis vna ſiquidem hęreditario iure tota habetur. atq; ideo locus imputationi eius, & in ſalcidia eſſet.

Secundò ꝙ additus cohęres in d. §. ſi quis vna non ſit ex eo oſtenditur, ꝙ de hæreditate reſtituenda ſimpliciter mentionem facit. ergo de tota intelligitur, indefinita poteſtatem, & ſignificationem vniuerſalis obtinente l. plane 1. §. fi. à ſenſu contrario ſupra de lega. 1. l. ſi ita relictum in prin. & l. ſi pluribus ſupra de lega. 2. l. hæres meus ſupra de lega. 3. tota planè hæreditas ab vno reſtitui non poteſt, qui cohæredem habeat.

Tertiò ſi cohæredem additum in d. §. ſi quis vna facimus, contrarius tex. ille textui erit in d. l. deducta §. nummis verſi. diuerſa cauſa vbi locus imputationi non eſt, cum per retentionem, at retinendi modum prælegatum fit, cohærede interueniente.

Quartò obſeruandum, etiam ſi aſcriptum cohæredẽ in d. §. ſi quis vna admittimus, idcircò imputationem fieri difformitate non obſtante, quod ita placuiſſe teſtatori videtur, qui reſtitui hæreditatem re illa præcepta iuſſit. ſic cum trebelliana res illa ex teſtatoris volnntate compenſatur. locus enim compenſationi ex voluntate diſponentis eſt, qua remota, compenſatio non fieret vti dictum habemus in conſi. 32. nu. 6. & in conſi. 149. num. 3. & in ſpecie imputationis ex tex. id probatur in l. cum quo §. fi. & in l. quod
40 autem ſupra eo vbi † ex voluntate teſtatoris id etiã falcidiæ cedit, quod iure non hæreditario capitur.

Conſequenter his dicendum, difficultatem inextricabilem in tex. hoc circa regulam ſecundam verſari, à partibus ſatis enumeratis argumentãdo. nãq; aut cohęrede nullo aſcripto regulam ſecundam intelligimus, & de re dubitationis nullius expræſſum eſt, legatum præceptionis, deductionis, & retentionis trebellianæ imputari, quandoquidem imputationi locus in falcidiam etiam tum ſit. cum iure totum hæreditario habeatùr. rurſus non recte tum adiecta in ſecunda regula aduerſatiua ſine copula erit iuris diuerſitate inter primam, & ſecundam regulam in legato præceptionis, deductionis, & retentionis non interueniente cum locum vtrubiq; imputatio habeat, aut interuentum cohęredis in regula ſecunda admittimus, & falſum videtur, locum imputationi eſſe ob difformitatis cauſam, vt in limitatione, & expreſſius in d. l. deducta §. nummis verſi. diuerſa cauſa de qua re dicturi inferius etiam ſumus in tertia oppoſi. Bar. & circa fi. commentarij noſtri in dicta oppoſi.

Conſequens his fit, ſenſum noſtrum ad ſecundã partem l. huius, ideſt vt ad legatum damnationis reſtringatur, ſecundum regulas iuris procedere quibus conſideratis cohærede addito, regula ſecunda neceſſariò intelligitur ex rationibus ante aſcriptis cęterum in regulas offendere iuris oportet, ne reſtictione hac admiſſa, contrarius text. iſte in ſecunda regula generaliter intellecta, cohærede etiam dato, textui fiat in d. § nummis verſi. diuerſa cauſa vbi imputatio ex parte cohæredis in trebellianam non fit, quotiens per retentionem prælegatum relinquitur. inde fit, vt ad eũ caſum tex. reſtringendo in ſecunda regula, qua datus cohæres non eſt, ineptè à Martiano dictum de legato imputando ſit, quod ex præceptione, deductione, retentionevè conſiſtit quatenus, & ſalcidiæ id imputaretur. ineptè etiam aduerſatiua citra copulam in regula iſta ſecunda circa præceptionem, deductionẽ atq; retentionem vſus Martianus apparet diuerſitate nulla inter ſaladiam, & trebellianam circà imputationem interueniente.

Itaq; ſi iura conciliare cum iuribus iuuat, concluſio admittenda generalior erit vt ad prælegatũ omne pars ſecunda, & limitatio regulæ ſecundæ trahatur, ſiue per damnationem, ſiue præceptionem, aut retentionem fiat vt in d. §. nummis, & qua ratione partem ſecundã, ſeu limitationem generaliter intelligimus, ita regulam ipſam reſtringi ſecundam oportet vt ad præceptionem, deductionem, retẽtionem-

vè

vè reſtringatur,quæ iure tota hæreditario fit. atq; co-
hæredis adiectio ſilet.

Si dixeris,generaliter regulam poſſe ſecundam in-
telligi,cohærede etiam adiuncto,quotiens vniformi-
ter res præcipitur,deducitur,aut retinetur.veluti cum
hæreditaria res non eſt, verum cohæredis , aut fidei-
commiſſarij.vt obſeruatum hic apud Ripam legitur
nu.16. verſi.niſi reſtringas. reſpondetur, iure defendi
ſenſum hunc,aut reſtrictionem hanc ad rem non hæ
reditariam non poſſe ptinere, qm̄ ad exceptionē de-
ductio,præceptio,retentiovè pertinent. ideſt vt reſti-
tutio partis grauati fiat re tali excepta. tātundē enim
pollet. mando reſtitui re tali deducta, præcepta,aut
retenta, atq; ſi dictum ſit re tali excepta.

Cæterum de regula eſſe exceptionem oportet,ſeu
de his,quæ ſub regula continentur,ita vt de eo loqua
tur regula,de quo exceptiò.viceq; verſa l.nam quod
liquidè §.fi.ſupra de penu.lega.l. fi C. de litigio. vnde
vera dici exceptio non poteſt, quæ ſub præcedenti-
bus regulæ verbis non continetur gl. 3.in c.1 de apel-
la.lib. 6.Bar.in l.in his ff. de ll. & in l. 1. ibiq; Deci. nu.
26.ff.de reg.iur. vnde ſicut de rebus hæreditarijs gra-
uamē eſt,ita hæreditariā eſſe rem cōuenit, qua exce-
pta,deducta,aut retenta reſtitutionē hæreditatis fieri
teſtator iubet.aliter enim inepta exceptio fieret,man
do hæreditatē reſtitui re tali cohæredis,aut fideicom-
miſſarij deducta quomodo enim deduci de hæredita
te poteſt,ſi in ea nō eſt,aut quomodo retineri poterit
ſi apud grauatū nō eſt,ſimiliter vt inepta exceptio eſ
ſet , omnes diſcipuli currunt. excepto collono, aut
alio,qui diſcipulus non ſit.

De eo tamē inter Doc.conuenit, trebellianæ præ-
legatum rei hæreditariæ imputari, quotiens ab alio,
quā à cohærede relinquitur,ius idē probandū, cum à
cohærede res nō hæreditaria relinquitur. illud demū
extra quartā eſt, quod de re hæreditaria à cohærede
datur. ſed ratio diuerſitatis indaganda, quā obrē ex-
tra quartam prælegatum hoc rei hæreditariæ ſit, à co
hærede relictum. quam rem Ripa hic tractat nu. 17.
& obſeruandum , inquantum rationē diuerſitatis in
quirit ſenſu eius admiſſo. vt ad legatū omne regula
ſecunda præterquā damnationis pertineat.conſequē
ter in legato etiam locū habeat ꝙ præcipiendo, dedu
cēdo, retinendovè relinquitur ſenſum hunc contra-
riū,vt dixi,textum eſſe in d §. nummis verſi.diuerſa cā.

Secūdò obſeruādū, quia obſcurius Ripa loquitur
nu.17.in prin.in verbis illis, vel ſecus ſi nō totū acci-
piatur à cohęrede de portione cohęredis,ꝙ nos intel
ligimus.durus eſt,hic ſermo.iſta verba intelligi nō ali
ter poſſunt, quā ſi rationē Ripę obſeruamus, de qua
nu.19.cur factū ſit ſecundū ſenſum ſuū, vt imputatio
ni locus in prælegato præceptionis , deductionis , &
retentionis ſit. cauſam aliā prælegati per damnatio-
nē eſſe.in qua ratione vult, prælegatū totū præceptio
nis,ideſt,quatenus prælegatū eſt, de portione cohære
dis non capi. imò de, aut ſuper portione cohæredis
grauati captum intelligi.qua re admiſſa, & ſenſu ſuo
præſuppoſito, quærit Ripa , vnde hæc diuerſitas , vt
prælegatum damnationis trebellianæ ob diffọrmita
tem non imputetur. quæ diuerſitas inde exiſtit , ꝙ
partim ſuper portione prælegatarij , & iure hæredita
rio,partim de portione cohæredis res prælegata acci
pitur.cauſam aliam prælegati præceptionis eſſe,vt to
tum imputetur ſecundū Ripæ ſenſum,cur non æquè
difformitas in prælegato hoc ad imputationem im-
pediendā conſideratur, vt de, aut ſuper portione etiā
accipi cohæredis intelligatur.ſic Ripę ſenſu admiſſo.
qui textui cōtradicit in d.§.nūmis verſi.diuerſa cauſa.
ita dubitatio formatur,cur magis in præceptione dif
formitas ceſſat, quaſi de, aut ſuper portione prælega
tarij res tota habeatur,quam in prælegato damnatio
nis,cum vtrobiq; ratio verſari eadem videatur. quia
vtrobiq; portio locum cohæredis habet.

Secundum ſenſum vulgatiorem , vt ratio, aut ius
diuerſum prælegatorum non ſit , quę præcipiendo,
deducendo retinendovè , & quæ damnando fiunt.
vt nulla imputentur, ſi de re hæreditaria à cohęrede
relinquatur,cum ratio ſemper difformitatis moueat
tum deniq; autem locus imputationi ſit, ſi ab alio,
quam à cohęrede prælegatum hoc rei hęreditarię re
linquitur,à legatario putà, aut fideicommiſſario. vel
ſi à cohęrede de re non hęreditaria ſit.ratio diuerſita-
tis huius apud Ripam hic inquiritur.ſic pro diuerſita-
te ſenſuum Doc.& Ripę,varie dubitandi ratio circa
diuerſitatem inquiritur. aliam quippè dubitandi ra-
tionem ius vnum,aliam alterum, & diuerſum ius ex
poſtulat de ratione diuerſitatis,quę Ripę ſenſum, ſpe
ctat,dictum ſatis in ſuperioribus habemus.

Circa ſensū igitur glo. & Doc. ratio à glo.& Doc.
aſcribitur. quę accommodari ad Ripę ſenſum non
poteſt,vtpote gl. Doc.q; contrariū.vnde à Ripa ipſo
ſolo petēda , expectandaq; diuerſitas ſenſus ſui erit ,
ſecundū ea,quę circa eum dicta in ſuperioribus ſunt.

Vnum tamē prętereundū nō duxi , quod in ſenſu
ſuo innuere Ripa videtur.hoc eſt,eam vim legati prę
ceptionis eſſe, vt manu ſeu autoritate ſua legatarius
id capiat.id enim Ripa hic pręſuponit n.19.ſed enim
& de manu id cohęredis ex portione ſua capiendū,ex
Bal.oſtenditur in l.1.in prin.nu.18.C.com. de leg.vbi
poſt , quatuor legandi genera à glo.ibi expreſſa,quin
tū ipſe ſubiungit,accipe a te ipſo, vel per te ipſū, hoc
eſt,autoritate tua, aut iure tuo quā facultatē autorita
te propria accipiendi in formulis alijs eſſe legatorum
negat. ita a legato pręceptionis,ꝙ inter quatuor le-
gandi genera relatū a glo,eſt,facultatē hanc autorita
te propria capiendi,expreſſim Bal. amouet.

Hęc idē ex tex. cōfirmatur in d.l.1. §. qui vero ff.
quorū lega.vbi ad legatū hoc pręceptionis interdictū
illud quorū legatorum pertinet quod vtiq; nō fieret,
ſi autoritate propria appręhēdi legatū poſſet Iaſ.in l.
non eſt dubium nu.3.C.de lega. vbi iterum id aſſerit.
ex Ang.in l.hoc ſi res per illū tex ff. de rei vendic.idq;
Ripa hic admitut num.59 quę inſpectio ad Ripę
ſenſum ſubuertendum nō mediocriter confert. quo
niam ſi autoritate propria legatum non capitur,fal-
ſum videtur,ꝙ Ripa ait, in portione cohęredis gra-
uati pręlegatū totum conſiſtere teſtatorem ſenſiſſe.
In ſenſu igitur glo. & Doc. frequentiore,vt ius idem
pręlegatorum rei hęreditarię ſit,ſiue a cohęrede, ſiue
ex pręceptione,deductione, aut retentione relinqua-
tur, vt ratio in eis difformitatis habeatur , atq; ideo
extra quartam ea eſſe , ratio in eis diuerſitatis inda-
ganda,cur ad quartam replendam, aut compenſan-
dam nō pertineant.quam rationem glo.hic, & Doc.
aſſerunt in ver. à cohęrede, quę ab abſurdo deduci-
tur,quod abſurda res videatur iure diuerſo rem ean-
dem pręlegatam circa imputationem cenſeri , vt iu-
re diuerſo imputatio fiat , partim ex iure hęredita-
rio , partim ex iure prælegati. l. cum qui ędes. ff. de
vſucapio.Ita ex difformitate prædicta ratio ipſa cōſi-
ſtit.Pro qua ſententia appoſitè magis text. facit in l.
ſcio.§.medico ſupra de annuis lega.vbi difformitatis
vitandæ cauſa reſtrictionem legatum generale pati-
tur,vt ad ea non trahatur, in quibus difformitas ver-
titur,& in caſu ſcito Bar. tradit in l. fideicōmiſſa. §. ſi
41 quis ita nu.2.ſ.de leg.3. Aequè † conſuetudini intro
ducendæ difformitas obſtat, quoniā vario modo ob
ſeruatū quid eſt Bar.in l.2.circa fi. prin. ſupra ſol.ma.
Alex. in conſ.5.col.2.lib.5.ius idem in pręſcriptione
probādum,quā & ipſam actuū difformitas impedit,
cum varię quid pręſtitum quotannis eſt , quandoq;
plus,interdum minus , Bal. & Ang. in l. male agitur.
C. de præſcrip. 30. vel 40. ann. Deci. in conſil. 215.
columm. 2. verſicu. ſecundo principaliter, & apud

nos in conſi. 134. num. 20. Ratio hæc difformitatis in prælegato rei hæreditariæ ſilet, quod à legatario, fideicommiſſariové relinquitur, vniformiter enim totum id capitur, ideſt prælegati iure, quia hæreditaria eſſe ſtatim res deſijt, quam mortuus teſtator eſt. l. à titio. ff. de furtis, & declaratum ſuperius habemus, cauſa eadem eſt, vbicunq; à cohærede res non hæreditaria prælegatur, & hic enim imputatio totius fit, id quia ratio difformitatis quieſcit, cum prælegati iure res tota capiatur.

Rationem hanc glo. & Doct. Ripa hic impugnat num. 18. quoniam ad eum caſum regula pertinet, de qua in d. l. eum qui ædes, quo ad ortum, ſeu eſſe ſuū deducta res eſt, alter atq; cum ad ortum deducitur, id enim fieri iure diuerſo poteſt, vt in d. l. eum qui ędes quo argu. vſus ante Ripam Picus hic eſt nu. 31. in fi. verſi. ſed ego vltra alios, de quo etiam Berengar. hic meminit nu. 31. in 2. capite principali repe. Idem ex tex. Ripa oſtendit in l. cum quo. §. fi. & l. quod autem ſupra eo. vbi ex voluntate teſtatoris id etiam falcidiæ cedit, quod iure non hæreditario capitur, vnde difformitatis huius ſpectanda ratio non videtur, dum voluntas modo defuncti faueat.

Sed enim ad rem arg. Ripæ non attinet, quod ad eum caſum reſtringitur, quo ex voluntate teſtatoris iure diuerſo imputatio fit, qui caſus dubitationis quicquam non habet, ſpecies planè controuerſa in re dubia tractatur, in qua ratio haberi difformitatis ſolet.

Illud item Pichi Ripæ, & Berengarij argumētum non mutat, iure diuerſo ad ortum rem deduci, quoniam negatur, & contrarium arg. hoc textui videtur in d. l. ſcio §. medico. vbi iure diuerſo præſtationum legatum non inducitur, argumento item huic obſtāt, quæ dicta ante in conſuetudine, & præſcriptione habemus, ortum earum ob difformitatem iurium impediri, cum variæ, iureque diuerſo obſeruatum quid eſt, neq; ad rem tex. attinet, in d. l. eum qui ædes quo arg. hoc fundatur, quoniam iure ibi diuerſo ad ortum, ſeu ad perfectionem domus non perducitur, verum ex rebus diuerſis, lapidibus, cemento, & id genus alijs, quibus carere ædificij extractio non poteſt, parui planè referre videtur, vtrum iure diuerſo, an ex rebus diuerſis quid fiat, idq; videre in collegio eſt, ꝙ ex perſonis conſtitui diuerſis poteſt iuxta doctis atq; indoctis, at non iuris diuerſi, ideſt profeſſionis diuerſæ. c. cauſam de electio. c. laici, & c. laicos. 2. quęſt. 7. cum alijs apud Abb. relatis q. 6. Gandulphus clericus nu. 2. Ad quam rationem exemplum, & illud Ripæ de corpore noſtro confutatur, quod ex diuerſis rebus alitur, quoniam iure ſemper eadem conſeruatur, ideſt eadem anima, quamuis vario viuendi genere nutriatur, vnde nihil prohibet, res diuerſas, & difformes pro diuerſitate legatorum trebellianæ imputari, verum in hoc impedimentum imputationis verſatur, ne iure diuerſo imputatio fiat.

Sed acrius arg. aliud Ripæ mouet de legato præceptionis, ꝙ imputari ſecundum ſenſum ſuū ait, atqui diuerſitas in eo iuris verſatur, quia partim iure hæreditario, partim ex prælegato pro portione cohæredis habetur, ſed reſponderi poteſt, nihili ſenſum hunc faciendum, qui textui contradicit in d. §. nummis verſi. diuerſa cauſa. Secundo reſpondetur, iuri eſto conſentaneus ſenſus iſte ſit, ad rem tamen non attinere, qm̄ ſecundum Ripam ipſum difformitas hæc iuris tacet, quandoquidem Doct. & ſuper portione cohæredis præcipientis haberi totum videtur.

Rationibus tamen alijs rationem hanc gl. Bal. protegit in l. filium quem in quarta oppoſi. C. famil. hercif. cum quo tamen Poli. ibi non conſentit num. 89. Rationem hanc glo. debilem ſatis Bart. hic putat. q. 3. ſed vnde imbecillitas hæc exiſtat, declaratū ab eo non eſt, ex polito colligi rationes debilitatis poſſunt in d. l. filium num. 89. quas hic repetendas non duxi.

Ego puto rationem debilitatis huius ab eo pende-
42 re, quod reſpectibus † diuerſis iure diuerſo cenſeri res eadem poteſt. l. miles. §. fi. ſupra de lega. 2. l. ergo §. 1. ff. de acquir. rerum domin. §. riparum inſtit. de rerum diuiſiu. glo. in c. cum capella de priuil. Curtiſen. in conſi. 56. num. 10. ſed reſpectus hic diuerſi interueniunt, namq; in eo, quod capitur iure hæreditario, idcirco id fit, quod inutile legatum eſt, vnde pro non relicto habetur, cū nō referat, factum omninò quid non ſit, an vicioſè, aut nulliter, qua ratione dictitant, nihil & nullum æquiparari. l. 2. ſupra de auctori. tutor. l. fi. ſupra de lib. & poſthu. l. 1. in fi. ſupra ſi tabulæ teſta. nullæ exta. l. 1. in fin. infrà quam. dies vſufru. lega. ced. & alia id genus, ob id ratio habenda eius non videtur, in quo irritum legatum eſt, cū pro eo res ſit, vt ſi datum legatum non eſſet, qua ratione etiam fit, vt in reſtitutione etiam fideicōmiſſi portio ea veniat, cum portionem hæreditatis reſtituere hæres iubetur. l. in fideicōmiſſariæ. §. fi. infra ad trebel. neq; locus textui eſt in d. l. ſi titius ex parte, conſequenter nonniſi portionis habenda ratio videbatur, in qua vtile legatum ſit, in ea plane portione, difformitatis quicquam non eſſe proculdubio eſt.

Secundò ſi diuerſitatem hac iuris in ratione obſeruamus, quam ob rem locus imputationi non ſit, cōſequens fiet, nec id, ꝙ hæreditario iure capitur, trebellianæ imputandum, quandoquidem, & propter id diuerſitas iſta iuris deſcendit.

Rationem alteram, cur ſpecies hæreditaria nonniſi ex portione hæreditaria trebellianæ imputetur, recentiores nonnulli adijciunt à ripa forte mutuati nu. 91. in tertia. q. Bar. verum, quia ſubobſcurius, id ipſi, quam Ripa loquuntur, quo pellucida magis res fiat, duo prænarrare oportet. Primum, quartam trebellianam nonniſi ab hęrede directo, & qui vti hæres rogatur, detrahi. l. mulier. §. fi. infra ad trebel. ius idē in falcidia ſeruandum l. 1. §. ſi is qui cccc. in fi. eo. tit. l. lex falcidia. §. nunquam ſupra eodem. glo. in l. cum filio in ver. ſed vt patet ſupra de lega. 1. inde referre Ripa cum recentioribus putat, vtrum quaſi hæres, an quaſi legatarius prælegatum quis capiat, nam ſi quaſi hęres, ſicut quartam hæres detrahit, ita in quartam imputat, quod tanquam hæres accipit. Sin autem tanquam legatarius prælegatum hæres accipit, non tanquam hæres, qua ratione vti legatarius ius quartæ detrahendæ non habet, ita in eam legatum, aut prælegatum non imputat, fruſtra enim de imputatione verba fiunt, ſi quarta non debetur, cum nullæ ſint non entis qualitates. l. 2. ff. de vſufruct. l. eius qui verſic. quas vero. ff. ſi cer. pet. l. ſi ſeruum. §. ſi modus. ff. de actio. empt. l. 4. ff. loca. c. quanto de tranſla. epi. c. 1. vt eccleſia benefi.

Secundò præmittendū ad explicationem rationis huius, legatum, aut prælegatum cohæredi, aut hæredi relictum, quandoq; quaſi ab hærede, interdū quaſi à legatario, aut prælegatario accipi, ab hærede tanquam hærede accipitur ſecundum Ripam, & recentiores vbicunq; res non hæreditaria à cohærede, vel hæreditaria à legatario, aut fideicommiſſario relinquitur, in ea enim ſicut titulus legati pro toto, aut in ſolidum cadit, ita legati iure accipi, & tanquā ab hærede etiam poteſt, quid enim prohibet hęredi tanquā hæredi legatū eo caſu dari, & relinqui, quo repugnantia nulla verſatur, ſed licet ab hærede, quaſi hęrede legatum id genus accipiatur, iure tamen capi hęreditario non poteſt. Quomodo enim iure hæreditario haberi res poterit, quæ hæreditaria non ſit.

Ab hærede planè tanquam legatario non tanquā ab hęrede accipi legatum dicitur, ꝙ in re hęreditaria relictum à cohærede eſt, quatenus videlicet iure legati valet, ideſt pro portione cohæredis. in enim accipi

tan-

tanquam ab hærede non poteſt,namq; ſi quaſi hæres acciperet, ſigni eſſet, ꝙ ius in ea tanquã hæres habet. & conſequenter ꝙ in portione cohæredis ius habeat. atq; ideo ipſi ſibi à ſeipſo debita res ſua eſſet. ꝙ natura non patitur, vti declaratũ in præludijs l. huius habemus rurſus res ſua legari cuiquam non poteſt,l. cętera §.tractari .ſ. de lega. 1.l.proprias C.de lega.§.ſed ſi rem inſti.co.titu.de lega. ſed neq; fieri poteſt, vt portio cohæredis, ipſius accipientis dicatur. cum duorũ inſolidum eſſe portio eadem dicatur l.ſi vt certo §. ſi duobus ff. cõmoda. inde fit, vt quaſi hæres prelegatũ accipere pro parte cohæredis cohæres nequeat,cui relictum legatum eſt, præmiſſionẽ hanc neceſſario recentiores ſentiũt,à quibus ratio altera diuerſitatis memorati affectus quamuis obſcurè loquatur, ratione nõ reddita, cur ab hærede magis vno caſu quã altero accipi res dicatur.verę plane præmiſſiones iſtæ necne ſint, inferius declarabitur.

His ita prænaratis,conſequẽs ſecundum recentiores fit,idcirco prælegatum rei hæreditarię à cohærede relictum trebellianæ nõ imputari, ꝙ à cohærede prælegatario tanquam prælegatario, non quaſi ab hęrede accipitur.legatarius plane ius quartæ detrahendæ nõ habet ſi nõ detrahit,neceſſario nec imputat quoſ ſum enim de imputatione tractare vbi locus deductioni quartæ non eſt, ratio hæc in rebus ſilet, quæ à legatario,aut fideicommiſſario legati, aut fideicommiſſi iure, vel conditionis implendæ cauſa, ab hærede tanquam ab hærede accipiuntur,cum hæredi quaſi hæredi dari teſtator ſenſerit.l. qui hæredi ſupra titu. proxi.idem cum ab hærede res non hæreditaria accipitur.nihil enim impedit,ab hærede id genus rẽ quaſi ab hærede accipi.vnde cum tanquam ab hærede legatum capiatur, ſicut tãquã hęres detrahit, ita imputat.

Ratiò hæc recentioribus ipſis obſtat,in eoq; regeritur,inquantum præſupoſito,aut pręmiſſione illa nititur, ꝙ quaſi ab hærede accipi legatum rei hęreditarię à cohęrede relictum nõ poteſt,hoc enim pręſuppoſitum infirmum omnino videtur. aut enim prælegatum hoc ideo quaſi ab hærede tanquam hærede accipi non poſſe putant. ꝙ ſibi ipſi legari, & à ſeipſo non poteſt, & falſa ratio hęc in portione cohæredis euidẽter apparet,quæ à cohærede non à ſeipſo ipſi ſibi relinquitur,aut ideo quaſi ab hęrede à cohęrede rẽ hęreditariam accipi non poſſe credunt,ꝙ ſi vti hęres acciperet,in portione cum cohæredis ius habere neceſſario pręſuponimus,& falſum id eſt, cum nihil impediat aliquid hæredi vti hęredi ex mandato teſtatoris dari,ꝙ hęreditarium non ſit.veluti cum ob conditionem implendam dandũ quid hęredi eſt, ita ꝙ niſi hęredi dari ſcripto, & tanquã hęredi non poſſit.d.l. hęredi in prin.ſecũdo ratione iſta admiſſa, cõſeqnẽs fit quaſi hęredẽ accipere nec à legatario, aut fideicõmiſſario poſſe.in re quorũ iuris quicquã hęredi non competit,cum ad bona aliena in hęreditate non reperta ius hęreditarium non trahatur.

Apparet ex his,rationẽ hanc diuerſitatis à caſibus ſolũmodo diuerſis colligi,in quibus ratio vlla diuerſitatis nõ vertitur. quid .n. prohibet, ab hęrede tãquã hęrede ęquè à cohęrede atq; ab alio legatũ accipi quatenus legatũ eſſe,ideſt ꝓ portione cohęredis poteſt,ea propter,aut nũquã quaſi hęres legatũ accipiet,ꝙ verius videtur,& inferius declaratur, aut ſi quaſi hęres legatũ accipit, nõ minus id fieri in legato debebit ſit à cohęrede relicto, atq; ꝙ relictũ ab alio rationi huic nõ ſatis Ripa fidens ad aliã proſiluit. in qua differre putat inter legatũ rei hęreditarię,& nõ hęreditarię.cũ res nõ hęreditaria ex legato,fideicõmiſſo, aut ob cõditionẽ implẽdã à cohęrede,aut à legatario, fideicõmiſſario ve relinquitur.vice hęc ſubrogari portionis hęreditarię poteſt,quia in vniuerſalibus,qualis hęreditas eſt, ſubrogatio vnius rei permiſſa in locũ alterius eſt,dũmodo id ꝓhibitũ tñ à teſtatore non ſit.l.imperator §.fi.cum l.ſeq. ſupra de lega. 2.ſubrogatione plane admiſſa,vt id ꝙ cohęres grauatus accipit, loco eorum cedat,quę reſtituit, pro eo res videtur, vt ſi in hereditate ſemper res illę ſubrogatę fuiſſent, fideicõmiſſo,aut reſtitutioni non ſuppoſitę,quo caſu dubitatio non eſt, quia in trebellianã res hęreditarię imputentur,ſiquidem, & falcidiam extenuarent, aut conſumerent.ratio hęc in prælegato ſilet, ꝙ in re hęreditaria relictum à cohęrede eſt in eo enim ratio conſiderari ſubrogationis nõ poteſt, quia locus ſubrogationi in rebus ſingularibus non eſt, ſed enim prælegatum hoc rei hęreditariæ à cohęrede relictum ad hęredẽ grauatum vti ſucceſſorẽ ſingularem,ideſt quaſi legatarium ambulat,non quaſi hęredem, & ſucceſſorem vniuerſalem.

Rationem hanc mirari non ſatis poſſum. perinde enim à Ripa ſubijcitur. atq; ſi alia, aut diuerſa, quam proxima ſit. at enim eadẽ videtur, inquantũ pręſuppoſito eodem nititur. ꝙ a cohęrede tanquã hæres accipere pręlegatarius hęres nequeat. cęterum non minus a cohęrede ex portione eius tanquam hęredem atq; a legatario fideicõmiſſario grauatum accipere rem poſſe, demonſtratum ſatis in ratione proxima confutanda habemus. vnde pręſuppoſito, & fundamento Ripę conuulſo, non poteſt ratio non diſſolui, quę fundamento vicioſo nititur l.nam origo ff. quod vi,aut clam. l. quęcunq; gerimus & l. obligationes quæ ff.de actio.& obliga.conſequenter his dicendum,eiſdem modis atq; proximam Ripę hanc rationem ſubuerti.

Secundo ratio hęc vtraq; tã proxima, quã poſterior per tex.nõ obſcure diruitur in l.ſi a me ſupra eo. vbi idcirco falcidię fideicõmiſſum,de quo ibi, nõ imputatur,ꝙ non quaſi hęres, at quaſi fideicõmiſſarius id recipere hęres incipit. quid ita igitur in ratione, vtraq; pro abſoluto pręſuppoſitũ illud obfirmatur,a fideicõmiſſario legatariovè non quaſi legatariũ,aut fideicõmiſſarium, verum quaſi hęredẽ legatũ fideicõmiſſum grauatum accipere cõtra quam verba ipſa tex. memorati ferant, in quibus quaſi a fideicõmiſſario fideicõmiſſum accipit expręſſum eſt.

Secundò in tex. illum aliter Ripa cum recentioribus euidenter offenderunt.cũ aiunt,trebellianę id nõ imputari,quod quaſi legatarius, aut fideicõmiſſarius hęres accipit. quia ſicut quarta legatarius fideicommiſſariusvè non exercent,ita in quartam non imputant locum enim id niſi in eo non habet,qui legatarius fideicommiſſariusvè ſimpliciter, & proprie eſt, non etiam in eo,qui hęres eſt, quamuis in re aliqua non quaſi hęres,at tanquam legatarius,aut fideicommiſſarius eſtimatur.idq; ex regula ſecũda l.huius probatur,coniuncta d.l.ſi a me.namq; in regula ſecunda dicitur,legatũ fideicõmiſſumvè trebellianę imputari, quam regulã glo.Doc.q; vulgo intelligunt,vbicunq; a legatario, aut fideicommiſſario legatũ ipſum, aut fideicommiſſum rei etiam hęreditarię relinquitur vel ſi a cohęrede,de re tamen non hęreditaria legatum fit. ſic quod a legatario fideicommiſſariove legatum,aut fideicõmiſſum relinquitur, trebellianę acceptum fertur, aut imputatur. atq; quod a fideicommiſſario,legatariovè hęres accipit, quaſi legatarius aut fideicõmiſſarius accipit d. l.ſi a me. cõſequenter his dicẽdũ, per regulã ſecundã huius l. conſequentiã hanc Ripę,& recẽtiorũ perfringi cõiuncta d.l.ſi a me. acipit tãquã fideicõmiſſarius, ergo nõ imputat. vera enim cõſequẽtia nõ eſt, ſi hęres aliunde ſit,ita vt quaſi hęres imputare poſſit,quãuis tanquã hęres nõ acipiat,rurſus locus cõſequẽtię ita eſſet, ſi quartã omnino hęres aut alius nõ detrahit, tũ enim admitti cõſequentia ſolet. non detrahit, ergo non imputat. aliter atq; ſi quartę locus detractioni eſt, conſequens tum

enim non ſit, ea ſolum trebellianę cedere quę quaſi hęres accipit. vt hac l. iuncto tex. in d.l.ſi à me.

Tertio contradictionem, & repugnantiã ratio hęc vtraq; patitur. in quibus id demũ imputandũ trebellianæ exiſtimant, quod quaſi hęres, nõ tanquã legatarius, aut fideicõmiſſarius quis accipit. quomodo quaſi hęres legatũ accipere quis põt, cũ titulus in legato hęreditarius ſileat. vnde titulo legati poſito, nõ poſſum' nõ legatariũ eum indicare, qui legatum ipsũ accipit.

Quarto regulę iuris diſtinctio hęc Ripę, & recentiorum contradit, de qua in l. quędã mulier ff. de rei vendica. & in l. 2. C. de acq. poſ. ex titulo antecedenti acceptã rem, poſſeſſamq; intelligi. conſequenter ex titulo legati, aut fideicõmiſſi accepta, poſſeſſaq; res dicetur. ſi ex legato, aut fideicõmiſſo accepta res, poſſeſſaq; creditur, nõ poteſt in ea nõ legatarius, aut fideicõmiſſarius hęres haberi, aut iudicari.

Quinto qua contẽplatione quid dicatur, aut fiat, obſeruari conuenit l. ſi pater §. qui duos. ibiq; Bal. ff. de adoptio. l. ſi quis donũ §. quid tamẽ ff. loca. l. ſi procuratorẽ dedero in prin. ff. manda. inde fit, vt cũ mentio qualitatis in actu fit, qualitatis illius contemplatione, & reſpectu factus actus intelligatur arg. l. ſi proponas §. 1. ff. de inoffi. teſta. vbi qui cũ hęrede contrahit, contemplatione illius qualitatis contrahere intelligitur, ideſt quia hęres ſit. tradit Deci. in conſi. 283. col. 5. circa med. verſi. & hoc confirmatur. tex. huc vltra deeium ſpectat in l. per ibiq; Bar. C. de iure deliber. vbi cum mentio patrię poteſtatis ſit in legato filio alicuius dato, contemplatione illius qualitatis ideſt poteſtatis patrię relictum legatũ intelligitur. tradit Abb. in conſi. 115. nu. 1. circa prin. verſi. ꝙ autẽ lib. 2. itaq; cum mentio legati ſit hęredi relicti, à legato ipſo denominatio ſumenda erit, vt quaſi legatarius id accipiat, ita vt reſpectu qualitatis legati denominatio fiat.

Sextò vti talis actũ quis facere creditur, qualẽ eum eſſe actus ipſe expoſtulat vnde ſi ſuffragiũ, aut vocẽ, quã vocãt, pater decurio pro filio dat, quaſi de curio non tanquã pater dediſſe creditur id quia ſuffragij actus nonniſi decurioni competit cui eligendi facultas datur, atq; ideo irritũ ſuffragiũ ob id nõ fit, ꝙ à patre datur quoniã tanquã à decurione, nõ quaſi à patre datur l. itẽ eorũ in prin. ff ꝙ cuiuſq; vniuer. nomi. eadem ratione dicendũ erit, cũ hęredi legatũ datur, ab eo vti legatario, nõ quaſi hęrede accipi. cum niſi legatario id non conueniat.

Huc, & illud ſpectat, quod in rectore Deci. academię ſolet, epiſcopo eũ anteferri, qui in loco ſit. id qa tanquã ſcholaſtichus, aut auditor, nõ quaſi epiſcopus in loco eſt Abb. in c. auditis nu. 4. de electio. & in c. poſtulaſtis nu. 8. de conceſ. preben. Geminia. in c. à collatione de appella. lib. 6.

Rationem tamẽ hanc Ripę. quę fundata in ſubrogatione eſt, aliter recentiores cõfirmãt quã factũ Ripa ſit. nõ enim diſpiciunt, vtrũ quaſi ab hęrede, an quaſi à legatario legatũ accipiatur. vt Ripa facit. verũ ita referre inter rem nõ hęreditariã, & hęreditariã putant. ꝙ vbi res nõ hęreditaria hęredi datur, hęreditati illa accedit, & cum hęreditate vnitur. ob id idẽ de ea iudicãdũ quod de rebus alijs hęreditarijs, vt trebellianę cedat. cauſa alia rei hęreditarię eſt, quę à cohęrede relinquitur. ea enim ſicut à cohęrede aufertur, apud quẽ hęreditaria erat, ita ab hęreditate ſeparatur. atq; in legatũ degenerat. ita vt legati nomine hęredi grauato detur, quod hęreditaris ante erat. conſequẽter trebellianę non imputatur.

Ratio hęc pondere prorſus caret iuriq; contradicit. etenim ſi legatũ id imputatur, ꝙ nunquã in hęreditate fuit veluti cũ à cohęrede res nõ hęreditaria legatur. vel cũ à fideicõmiſſario, aut legatario legatũ hęres grauatus accipit quanto magis imputationẽ id recipiet, ꝙ aliquando in hęreditate fuit. argumẽto ab effectu reliquiarũ ſumpto l. 1. ff. de albo ſcriben. toto titu. C. de vetera. lib. 12.

Secundò rationẽ hanc recentiores patiuntur etenim ſi in vicem verũ hęreditariarũ res legatę ſuccedunt, & ſubrogantur, quę hęreditarię numquã fuerũt quanto magis idẽ probandũ in rebus erit, quę hęreditarię aliquando fuerunt cũ facilius res naturã ſuam priſtinã recipiat, quã nouã induat l. ſi vnus §. pactus ne peteret ver. ꝙ in ſpecie ff. de pactis. Calder. in cõſi. pen. col. 2. de feudo. & facilius renouatio, quã actus nõ conſtitutio admittitur. quare cenſũ antiquũ epiſcopus renouat nouũ nõ impoſuit hoſti. Io. And. & alij in c. ſignificauit de cenſi. Ruin. in cõſi. 11. col. 3. in prin. lib. 5. proinde facilior renouatio qualitatis hęreditarię videtur, vt ꝙ hęreditariũ ſemel fuit, iterũ hęreditati accreſcat ad eãq; redeat, quã vt recens hęreditaria res fiat, quæ in hęreditate nunquam fuit.

Tertiò mouere ratio hęc ſubrogationis nõ poteſt quoniã reſtitutione hęreditatis facta, dici nõ poteſt, hęreditariã rẽ eſſe, quę accepta à legatario, fideicõmiſſariovè ſit eam ob rẽ ratio habẽda vnionis huius rei nõ hęreditarię cũ rebus hęreditarijs nõ videtur, cũ durationẽ nõ habeat. l. ſi pro patre §. verſũ ff. de in rem verſo.

Conſequenter his dicendũ, rationẽ hanc diuerſitatis à Ripa meditatã, & quã à ſubrogatione deſumit, nõ rectè volũtati teſtatoris acceptã ferri, ſic quomdo perſuaſũ ſibi Ripa habet.

Quartò iuri etiã defenſio hęc rationis Ripæ à recẽtioribus ſuſcepta euidẽter refragatur. in qua neceſſario id innuũt, & pręſuponũt, in trebellianã legata nõ imputari. contraquã expreſſum in regula ſecũda l. huius eſt, pręſupoſitũ hoc iuri cõtrariũ nõ obſcurè oſtẽditur cũ dicũt, idcireo legatũ rei nõ hęreditarię à cohęrede, legatario, aut fideicõmiſſario relictũ imputari ꝙ cũ rebus hęreditarijs vnitẽ, atq; ideo idẽ de eo, atq; de rebus hęreditarijs iudiciũ fit. cauſã aliã legati rei hęreditarię à cohęrede relicti eſſe id enim ideo nõ imputari, ꝙ vnionẽ cũ rebus hęreditarijs nõ recipit, vtpote ꝙ obſtractũ ab hęreditate per teſtatorẽ eſt, atq; ideo niſi iure cenſeri legati nõ poſſe. cõſequẽter ideo locũ inputationi nõ eſſe, quia legatũ eſt, quaſi extra quartam legata ſint.

Conſequẽter his dicẽdũ rationẽ hãc diuerſitatis à Ripa meditatã, & quã à ſubrogatione deſumit, nõ rectè acceptã volũtati teſtatoris ferri, ſic quomodo perſuaſum ſibi Ripa habet.

Nihilo magis etiã ratio diuerſitatis valet, quã volũtate teſtatoris pẽdere Bal. quoq; ſcribit in d. l. filium quẽ in quarta oppoſi. & quã volũtatẽ inde deducit, ꝙ ſicut tituli diuerſi à teſtatore introducti in pręlegato ſunt legati videlicet, & hęreditarius ſeu inſtitutiõis ex qua parte inutile prelegatũ eſt, ita veriſimile eſt, vt titulis id diuerſis poſſideri teſtator voluerit ſed enim titulis diuerſis poſſeſſio nõ procederet, ſi imputatio eius in trebellianã fieret Immo. enim titulo iureq; eodẽ, i. trebellianę poſſideretur. ratio hęc Bal. negocio haud ita magno per inſtãtię vnius demõſtrationem proſternitur finge hęredi grauato fundũ qd aliud à fideicõmiſſario ex titulo duplici relictũ, aut dãdũ, partim ob cõditionẽ implẽdã partim ex legato. locũ hic imputationi eſſe nõ dubitẽ atqui ex titulo vnico, i. quartę ſollum grauatus poſſidebit, ꝙ ſub titulo relictũ gemino eſt, & cõditionis implẽdę, & legati cã Ratione validiore exẽplũ hoc cõtra Bal. inſtat ſi res diuerſas ex titulis diuerſis relictas iure, aut titulo eodẽ hęres poſſidet, quãto magis tãtũdẽ admittẽdũ in re eadem erit vt res vna titulo quoq; vno poſſideatur.

Secundò Bal. ratio diſſoluitur ꝙ ea admiſſa rei etiã nõ hęreditarię fieri imputatio nõ debebit. id quia mutatio tituli fiet, ex legato in quartã. nã ꝙ iure legati datũ à teſtatore eſt, atq; ideo legati titulo poſſideri voluit

luit

luit, imputatione facta ex quartę titulo, aut cauſa poſ-
ſidebitur, ſic voluntas, & hic teſtatoris offendetur.
Tertiò Bal. præſuppoſitum negatur, eam mentem
teſtatori fuiſſe, vt ex titulis diuerſis rei hæreditariæ
prælegatum à cohærede relictum poſſideretur, imo
enim ꝙ ad voluntatem teſtatoris attinet, ſicut rem
vnã hæreditariam totam legat, ita totã iure poſſideri
legati cogitat, quamuis fieri id per ius nequeat ex qua
parte inutile legatũ eſt, quæ poſſideri ex legato nul-
lo non poteſt, ob id iure hæreditario apud grauatum
eundemq; prælegatarium remanet.
Si dixeris, imo voluntatem teſtatoris talem pręſu-
mi, qualis iuris, aut legis conſtitutio eſt, cõſequenter,
vt iure duplici, & diuerſo legatum poſſideretur, inſti-
tutionis, aut hæreditario pro parte inutili, & legati,
quatenus vtile legatũ eſt. Reſpondetur, argumentum
reijciendo, nãq; argumento hoc admiſſo, conſequẽs
fiet, prælegatũ hoc totũ imputandũ. Bal. ratione non
mouente, ꝙ duplici iure poſſideri teſtator ſenſit, ete-
nim ſi eo iure poſſideri voluit, quo ius præcipit, ergo
ceſſare imputatio non debebit, quãuis vnico iure poſ
ſideatur, cũ vnico iure ideſt quartę poſſideri lex velit.
Quartò ratio hæc Bal. à voluntate teſtatoris decer
pta voluntati ipſi cõtradicere videtur, etenim qua ra
tione contra voluntatẽ teſtatoris quarta hæc detrahi
tur vti dictum ſuperius eſt & inferius dicemus in ſex-
ta oppoſi. Bar. ita veriſimile eſt, in animo id teſtatori
fuiſſe, vt quàm minimum poſſit, fideicommiſſum dimi-
nuatur. atq; ideo ex prælegatis id genus ſatis trebellia
næ fieret, & in eam imputarentur, ſic in Bal. ratio eius
regeritur, quam à voluntate teſtatoris deſumit.
43 Quinto ex † cauſa noua cauſam mutare poſſidẽdi
licet l. 3. §. illud, & l. qui bonafide §. 1. ff. de acq. poſ. l.
non ſolum §. quod vulgo ff. de vſuca. l. 2. § quod vul-
go ff. pro hærede. proinde offendi voluntas teſtatoris
non dicetur, ſi trebellianæ deductione contraquã te-
ſtatori placet, interueniente, ꝙ ex cauſa vna, aut cau-
ſis pluribus cõpetit, ex alia. i. ex trebelliana poſſidetur.
Sextò dico, ex mutatione hac in cauſa poſſidendi,
non tam voluntatem teſtatoris offendi, quã adiuua-
ri ſiquidem per eius ad eum modum imputatione fa-
cta, voluntas eius impletur plenior q; reſtitutio fidei-
commiſſi fit. & quod ad cauſam poſſidendi attinet,
teſtatoris non intereſt, quo titulo res prælegata poſſi
deatur, & an duplici, an vno, dũ effectus tamen idem
ſemper conſtet, & maneat arg. l. mulier in prin. infra
ad trebel. l. 3. C. de inſtitutin. & ſubſtitutio econtrario
voluntas ipſa teſtatoris nõ obſcurè læditur, cum tre-
bellianam fideicommiſſarius patitur.
Apparet ex his, rationem hanc Bal. quaqua ver-
ſum euerti. & conſequenter legi ipſi, non teſtatoris
voluntati diuerſitatem hanc tribuendam, & conſe-
quenter à lege, non à teſtatore materiã hanc imputa
tionis exiſtere, & quamuis idẽ ac lex ſentire teſtator
dicatur l. ſi duo ſupra de acq. here Bar. & alij in l. hære
des mei §. cum ita infra ad trebel. attamẽ impedimẽ-
to id non eſt, quominus legi ipſi tribui materia impu
tationis debeat, ad exemplum hæreditatis legitimæ,
quæ, & ſi ex voluntate tacita haberi teſtatoris dicatur
quaſi ab eo tacite vocati cenſeantur, quibus per legẽ
hæreditas defertur l. conficiuntur in prin. ſupra de iu-
re codicil. l. ſi cũ patrono §. 1. infra de bon. poſ. à lege
tamẽ hæreditas hæc legitima haberi, nõ à teſtatore di
citur l. 3. §. 1 ff. pro ſocio. l. ſi ab inſtituto. ibi poſſideãt
hæreditatem lege ſupra ſi quis omiſſa cau. teſta. l. lege
obuenire ff. de verb. ſigni. ſcite caſtren. in conſi. 171. vi
ſa, & ponderata col. 3. lib. 1. negatur tamẽ, ex volunta
te teſtatoris tacita quartæ detractionẽ fieri, cum vo-
luntati eius detractio repugnet, & ad arg. ꝙ idẽ ac lex
velle teſtator creditur, reſponſio inferius accõmoda-
bitur in ſexta oppoſi. Bar. cum articulus excutietur, an
cõtra volũtatẽ teſtatoris detractio fiet. ſed ex volun-
tate eius tacita detractio eſto fiat, legi nihilominus,
non teſtatoris voluntati imputationem arrogandã
& tribuendam, ratio proxime expreſſa docet.
Vnde rationibus his omiſſis, quæ teſtatoris volun
tate nituntur, ratio alia indaganda, cur diuerſitas hæc
circa imputationem, introducta à lege ſit in prælega
to rei hæreditariæ, & non hæreditariæ Iaſ. in d. l. filiũ
quem nu. 23. in vniuerſum rationes commemorat, quę
diuerſæ adiectæ à Doc. ſunt. in ſpecie planè excutien-
dam rem non duxit, rectè necne rationes ipſe habe-
ant ne plus nimio materiam propoſitam excederet.
vafra ſcilicet elabendi cauſa.
Obſeruemus, ſi dici poſſit, rationem diuerſitatis à
voluntate quidem teſtatoris pendere. cæterum aliter
voluntatem hanc deducendã namq; cum rẽ nõ hæ
reditariam teſtator relinquit, animus eius aparet, vt
quàm minimũ poſſit hæreditas minuatur ob id trebel-
lianę relictum ex toto cedere ratio alia videtur cum
res hæreditaria à cohærede relinquitur. Curæ enim
tantæ teſtatori ibi non eſt, vt ſolida ad fideicommiſ-
ſarium hæreditas perueniat, cum diuiſa ab eo hæredi
tas ſit, & niſi partem reſtitui rogati noluerit, eam ob
rem trebellianæ non imputari, ꝙ legati nomine à co
hærede grauatus accipit.
Si dixeris, rationem hanc retorqueri, quotiens re-
licta res hæreditaria à legatario, aut fideicõmiſſario
eſt, in qua locum imputatio habet, quamuis curæ tã-
tæ teſtator non habuerit, vt in ſolidũ reſtitutio hære-
ditatis fieret, quę diminuta ab ipſo teſtatore eſt, cum
rem hęreditariam alij primũ, deinde ab alio hęredi
ipſi grauato legat.
Reſpondetur, imò manifeſtã magis teſtatoris vo-
luntatẽ fieri, poſtquã in fideicõmiſſariũ ipſum colla-
tũ legatũ eſt, vel ſi legatario datum id ſit perpetuo tã
manere apud eũ noluit, verũ ad hęredem iterũ redire
arg. l. ſi pro patre. §. verſum ff. de in rem verſo.
Ratio diuerſitatis excuſſa inter pręlegatũ rei hære-
ditariæ, & non hæreditariæ circa imputationem, quę
ratio nonniſi trebellianã ipſam ſpectat, ad falcidiam
enim pertinere non poteſt, in quam pręlegata non
imputari de re hęreditaria, vel non, fiant, iuris incerti
non eſt. Cęterum ratio diuerſitatis veſtiganda inter
44 falcidiam, & trebellianam, cur † pauciora falcidiæ,
quam trebellianæ imputentur glo. quarta hic in ver.
id imputatur, rationem diuerſitatis inter primam, &
ſecundam regulam affert, quæ regula illa æquitatis
fundatur, de qua in l. eum qui in prin. ff. de iureiuran.
qui in vno oneratur, leuamen ſentire in alio debet.
Sed grauius hęredis onus falcidiam, quã trebellianã
detrahentis, ſiquidẽ onera omnia hæreditaria in ſoli-
dũ hæres ſubit, à quo detractio falcidię fit, cũ legata-
rius eoſdẽq; ſucceſſores ſingulares onera non ſequã-
tur. l. fi. §. fi. ff. de contra. emp. l. 1. §. ſi hęres præcepto
fundo infrà ad trebel. §. ſi quis vna inſti. de fideicom.
hæredi. cauſa alia hæredis eſt trebellianam exercẽtis,
qui niſi quarta ipſa tenus creditoribus hęreditarijs nõ
adſtringitur, legatis planè pręſtandis pro trebelliana,
aut rata eius portione non tenetur, ſiue in re certa, ſi-
ue ſub quotæ nomine quartam habeat glo. & Doct.
in l. 1. § fi. in glo. fi. infra ad trebel. quam glo. receptã
Iaſ. ibi in fi. teſtatur, & idem Iaſ. in l. marcellus in prin.
colum. 2. in fi. verſi. in ſecunda parte glo. eod. titu.
porcus §. nihil autem num. 2. inſti. de fideicommiſ.
hęredi. & apud nos in conſi. 16. in princ. qua igitur
ratione leuius hæres in trebelliana oneratur, ita plu-
ra in eam imputare iubetur. Hanc rationem gloſſ.
Bart. hic attingit num. 6. quęſt. 2. quam non impro
bat, licet clarius ipſe explicet, de ratione gl. inferius
Paulo differemus, cũ ab Imola eã admitti referemus.
Ripa hic num. 13. circa fi. & num. ſeq. gloſe Do-
ctorumq; ratione poſthabita, & reiecta, nouam affert, in
qua Ripę rationę monendi ſumus, diſcrimen ab eo

conſtitui inter falcidiam, & trebellianam circa reſecandi modum, falcidia enim iure ipſo ſine vllo facto aut detractione hominis, de legatis reſecatur. Reſectaq; iure ipſo in hæreditate inuenitur, cum legandi facultas ſupra dodrantem non detur. §. 1. verſi. nouiſſimè inſti. eodem, poteſtate igitur vltra dodrantem relinquendi adempta, quicquid ſupra dodrantem legatur, pro non legato habetur, irritumq; iure ipſo fit, veluti lege prohibente datū. l. non dubiū. C. de ll. falcidiæ igitur imputari non plus poterit, quã ꝙ reſectū per legem inuenitur. Si dixeris, quomodo imputatio in falcidiam fieri eius poſſit, ꝙ reſectum ex legatis reperitur, cum falcidiæ imputari legata non debeãt, vt in regula prima huius. l. Reſpondetur, & ſi maximè imputatio ex legatis, ſeu ex his, quæ iure legati capiuntur, non fiat, attamen imputationi locum in eo haud dubiè eſſe, ꝙ reſectum ex legatis iure ipſo per. l. falcidiam eſt, ſiquidem titulus in eo nunquam legati fuit, cum iure ipſo, vt dixi, ante reſectio fiat, quã deberi legatum, aut quæri in eo ius incipiat, ꝙ cū ita ſit, in hæreditate, aut in iure hęreditario id ſemper remanſiſſe apparet, ꝙ reſectū per l. falcidiã eſt, perinde quaſi inutiliter legatum l. id autem in fi. ſupra eodem. Imputationem planè eius fieri, ꝙ iure hæreditario accipitur, proculdubio eſt.

Ratio, cauſaq; alia trebellianæ eſt, quæ iure ipſo non reſecatur, prohibitum enim nō legitur, ne ſupra dodrantem fideicommiſſo vniuerſali quiſpiam oneretur, vt nullum dici fideicōmiſſum poſſit, quatenus dodrãtē excedit, prohibitione igitur vltra dodrantē grauandi, ceſſante, apparet, iure ipſo non reſecari, ꝙ relictū ex fideicōmiſſo vniuerſali ſupra dodrantē eſt. Quomodo enim iure ipſo lex reſecabit, in quo relinquendo prohibitio legis vlla non interuenit arg. l. grachus. C. de adul. Conſequenter his dicendum, facto hominis, & per detractionem eius trebellianam haberi, fideicōmiſſario, aut ſubſtituto ipſo citato, fitq; detractio non à lege ipſa, aut iure ipſo, verū legis ipſius permiſſu, & auctoritate ab homine, à qua lege cōmodū quartæ huius defertur, vt eò hæres allectus facilius hæreditatem adeat, quæ ratio facilioris aditionis æquè sēp mouet, ſiue ex legato, ſiue iure hæreditario res capiatur, inde etiam fit, vt quarta hæreditatis ſimpliciter, falcidia nuncupetur, ꝙ ſecus in trebelliana eſt, quæ hæreditatis quarta ſimpliciter nō dicitur, at cum qualitate illa fideicōmiſſariæ, ideſt quarta hæreditatis fideicōmiſſariæ, conſequentia iſta, vt quarta hæreditatis ſimpliciter falcidia appelletur, cauſam aliam trebellianæ eſſe, ex prædictis neceſſariò deſcendit, quoniam ſi ex eo ſolummodo imputatio in falcidiam fit, ꝙ reſectū iure ipſo eſt, & ꝙ hæreditario iure capi ſolummodo oſtendimus, vocabulo alio denominari, quam hęreditatis ſimpliciter non poterit. Quomodo enim appellari quarta hæreditatis fideicōmiſſariæ poterit, ſi imputatio in eam fideicōmiſſi, legatiuè non fit. Trebelliana verò ſicut ex fideicōmiſſo detrahitur, & fideicommiſſi imputationem admittit, ita hǣditatis fideicōmiſſarię rectè quarta appellat.

Sed dicturus aliquis erit, rationē diuerſitatis aſſequor, cur plura in trebellianam, quam in falcidiã imputentur, quæ ratio ab eò exiſtit, ꝙ falcidia ipſo iure, trebelliana verò facto hominis reſecatur, ſed enim rationem accipere rationis huius diuerſitatis cupiã, cur in falcidia magis ipſo iure, quam in trebelliana reſectio fiat. Reſpondet Ripa, fauore id gratiaq; legatariorum merito introductum, qui auxilij indigentes maioris erant, quam fideicommiſſarij vniuerſales, fideicōmiſſarij enim vniuerſalis non intereſt, iure ipſo reſectionē trebellianæ fieri, quatenus ius hæredis cogendi habent, vt adeat, vnde, & ſi factum hominis detractio trebellianæ expoſtulet, ob id deterior fideicōmiſſarij vniuerſalis conditio non fit, qm̄ ſi adire hęres, & quartam deducere renuat, adire tamen cōpellitur citrà quartæ beneficium. l. nam ꝙ §. qui cōpulſus infrà ad trebel. ſic ſatis fideicōmiſſario vniuerſali sēper fit, adire, vel non hæres velit, cauſa alia legatarij particularis eſt, cui ius hæredem cogendi non competit. l. ſi quis omiſſa ſupra ſi quis omiſſa cau. teſta. vnde q̄a cōpelli hæres ad adeundum non poteſt, neceſſaria legis prouiſio fuit, vt iure ipſo, citra vllū hæredis factū quarta competeret, & eo noīe iure ipſo reſectio fiat.

Quatuor principaliter in dictis his Ripę obſeruãda. Primum, inter falcidiã, & trebellianam circa modum reſecandi differre, vt falcidia quidem ipſo iure, trebelliana facto hominis reſecet, ſed enim iure ipſo reſectionem, & in trebelliana fieri, magis eſt dicere, ſiquidem per l. falcidiam extenſam quartę detractio trebellianæ fit. l. filiusfamilias ſupra eo. & cumulatius dictum in pręnarrationibus. l. huius habemus, extenſio planè ſub qualitatibus ſuis omnibus facta creditur, præterquam in caſibus, in quibus ius aliud ſtatutum inuenitur Bar. in l. 1. §. & poſt operis nu. 5. ff. de op. noui nuncia. Alex. in conſi. 106. nu. 23. lib. 3. cum alijs, quæ aſcripta ad regulã hanc in ſuperioribus habemus, vnde qua ratione falcidia ꝓprie, iure ipſo reſecat, ita iure ipſo reſecare falcidia debebit, ad quam extēſio fit, ſeu quæ falcidia per extenſionem dicitur, quandoquidem diuerſo modo in ea ſtatutum circa reſectionem, non inuenitur.

Secundo in ſpecie, iure ipſo, & in trebelliana reſectionem fieri, ex Imola oſtēditur in l. non amplius. §. fi. nu. 2. verſi. alia poſſet eſſe, & nu. 3. vbi repetitio eorūdem verborū fit, ſupra de lega. 1. Ibi enim ad trebellianam tex. pertinere putat in l. plaucius, & in l. lineam ſupra eo. in quibus. ll. probatur, reſectionem hanc falcidiæ, iure ipſo fieri, quo Imolæ dicto Crot. vtitur in l. 1. nu. 27. verſi. circa tamen doctrinã Petri. Ibiq; apud nos nu. 134. ſupra de lega. 1. Idq; vltra Crotū, ex Bar. etiam in l. hac demonſtratur in quarta. q. vbi tex. d. l. plancius ad trebellianam etiam profert, neq; minus in rebus omnibus trebellianã, quam falcidiã deberi putat, ſi in rebus omnibus debetur, ergo iure ipſo res omnes ſimiliter, vt falcidia reſecabit, quãtis aliud viſum Ripæ hic ſit, poſito in d. l. filium quē nu. 102. quē Nigri ſequitur in d. l. 1. nu. 41. verſi. ſed ad iſtud ſaluando ſupra de lega. 1. ſed enim iure ſuo Polit. loquitur, & ratione non bona mouetur. Ideirco iure ipſo reſectionem in trebelliana non fieri, ꝙ iure ipſo, ſine reſtitutione dominium fideicōmiſſi vniuerſalis non trãſit, in falcidia vero ob id reſectionem iure ipſo fieri, ꝙ iure ipſo dominium trãſit. l. à titio. ff. de furtis quæ ratio ex diuerſis colligitur, quid enim prohibet, iure ipſo reſectionem in trebelliana fieri, quãuis iure ipſo dominiū nō trãſeat, imò .n. retorqueri ratio hęc Politi poteſt, quoniã maior dubitandi ratio, ne iure ipſo dominium tranſeat ob detractionem faciendã, vt Imola obſeruat in d. l. non amplius. §. fi. vbi ad hãc dubitandi rationem reſpondet.

Neq; Ripę ratio, aut argumentum mutat, iure cautum non inueniri, vt iure ipſo, & in trebelliana reſectio fiat, imò enim iure id expreſſum hoc ipſo inuenitur, ꝙ ratio eadem in quarta vtraq; verſatur. l. illud ff. ad l. aquil. cautumq;, aut expreſſum id intelligi, & haberi, in quo ratio eadem verſatur, tex. probat in l. his ſolis, ibi ſatis etiam tacitè cautū putamus. C. de reuo. dona. quem tex. ad hoc Bal. citat in l. data opera nu. 11. C. qui accu. non poſ. Alex. in cōſ. 75. nu. 3. lib. 5. Bal. huc accedit in l. illud nu. 4. C. de ſacroſan. eccl. in l. ſi quis non dicam rapere poſt prin. verſ. dicunt ēt vltramontani. C. de epi. & cleri. vbi in maleficijs etiã loquitur, de ſimilibus ad ſimilia procedendū, ſimilia porrò exiſtimat, quæ rationis eiuſdē per omnia ſunt, & propterea caſum omiſſū Bal. non putat, in quo ratio eadē ineſt. Idē Bal. ſcribit in l. curatoris nu. 4. C. de nego.

nego.ge.quę Bal.teſtimonia Alex.profert in l.gallus.§.& quid ſi tantū nu.11.ff.de lib.& poſth.Curt.ſen.in conſi.51.nu.28.poſt med.idem vltra Alex. & Curtiū ex Bal.oſtenditur in l.per diuerſas num.3.C.manda. in conſ.324.omiſſis opinionib.in fi.lib.5.Io.de Ana. inter reſpon.Caſtren.in cōſ.261.viſis,& conſideratis his col.2.in fi.lib.2.& id genus ſexcenta.

Secundò ex ratione à Ripa ipſo adiecta reſectionē hanc ipſo iure, & in trebelliana probari. Ideo enim iure ipſo reſectionem hāc fieri in falcidia ait, quod nulla legata ſunt,quatenus vltra dodrantem fiunt,perinde quaſi contra prohibitionem iuris data,ſic à prohibitione rationē hanc Ripa deſumit,ſed enim,& in trebelliana mouere ratio hæc prohibitionis videtur, ſiquidē prohibitū ſatis in antecedens neceſſariū vltra dodrantem hoc ipſo fideicōmiſſum vniuerſale intelligitur,quod permiſſa quartæ detractio eſt,locus quippè detractioni non eſſet,ſi phas fideicōmittere ſupra dodrantē ſit,expreſſum planè id haberi, quod in antecedēs neceſſariū venit,dubitandū nō eſt l.2.ff.de iuriſd.om. iud.l.ad rē mobilē.l.ad legatū.ff.de procura.l. illud ff. de acq hæredi.c.præterea de offi.deleg.gl.& Doc.in l. prętor ait in prin.in ver.expreſsū.ff.de op.noui nūcia. Ruin.in conſi.23.num.10.lib.5. & id genus innumera.

Obſeruandū ſecundò in dictis Ripæ eſt,conſequētia enim vtitur,iure ipſo falcidia reſecatur, quatenus relictum vltra dodrātē eſt,ergo in eam imputari nō aliud debet,quā quod reſectū eſt, euidenter enim per da
45 tionē inſtantiæ conſequentia hæc euertitur.Per † legitimam reſectionē legatorū iure ipſo fieri,dubitatio non eſt l.pen in prin.ibiq; Bal.Sali.& Iaſ.oēs in 2.nota C. de inoffi. teſta. imo maior in legitima reſectio, quā in falcidia,cū validius legitimæ ius ſit,vtpotè ratione naturali debitæ l. cū ratio in prin.ff.de bonis damna.rurſus prohiberi legitimæ detractio non ſimiliter,vt falcidiæ pōt,ad inuitūq; donationes quaſi inofficioſæ reuocantur,quæ in fraudē legitimæ fiūt toto tit. C.de inoffi.dona.quod non ęquè conſtitutū in falcidia eſt,enimuero nō modo portio legitimæ imputatur, quæ reſecta de legatis inuenitur. Sed & legata alia liberis relicta in legitimā cedūt.l.3 §.pen.ff.de bonis libe.l.omnimodo.l.qm̄ nouella.& d.l pen.in prin. C.de inoffi.teſta. Bar. hic nu.10. ſed & bona inter viuos,& ob cauſam donata in legitimā imputātur d.l. qm̄ nouella. Non rectè igitur argumētandi ius ex cōſequētia illa Ripa colligit,iure ipſo falcidia reſecatur, ergo in eā imputari non plus debet, quā quod reſectum eſt,ex diuerſis enim arg.deducitur, cū inter reſectionem, & imputationē differre ex prædictis appareat.

Obſeruandum tertiò cum rationē diuerſitatis inter falcidiā,& trebellianā circa modū reſecandi Ripa adijcit,vt iure ipſo reſectio falcidiæ fiat, quod ſecus in trebelliana eſſe putat, etenim præterquā differentiā hāc recipiendā non eſſe docuimus, cū iure ipſo reſectio vtrubiq; fiat, & ſi maximè iuri conſentanea differentia hæc eſſet, attamen ratio hæc diuerſitatis Ripæ efficax non videtur. Quid enim vtilitatis plus cōſequi legatarius poterit,ſi iure ipſo reſectio falcidiæ ſit,numquid facilius ob id adduci hæres poterit,vt adeat,quā ſi facto ſuū,aut detractionē ſuā reſectio expoſcat,qm̄ quòd etiā ſi iure ipſo reſectio fiat,facti tñ executionē id eſt detractionē,quæ iudicio diuiſorio fit, res deſiderat vnde neq; hęredis,neq; legatariorū intereſſe videtur. vt iure ipſo reſectio fiat,imò enim, quod ad legatarios attinet,intereſſe potius eorū videtur,ne iure ipſo reſectio hæc fiat, atq; ideo dominiū ad eos pro quarta etiam falcidia ambulet,eo frutturi vſq; dum detractio facta ab hærede ſit.

Secūdò rationi huic diuerſitatis Ripæ obſtat, inde etiam diuerſitatem colligit, quod ius hæredem cogendi legatarius ſingularis non habet,perinde quaſi ex reſectione hac,quæ iure ipſo ſit,aut aditio inducatur, vel vt adeat,facilius hæres impellitur.Sed enim aditionē non induci, palam eſt, facilior item adeundi modus ob id non paratur, cū facti executionē detractio exigat,niſi dicas,eò facilius hæredem aditurū, quo beneficio maiori à lege afficitur,& ad vtilitatē hæredis pertinere,vt iure ipſo reſectio fiat,neq;ad legatarios pro rata portione falcidiæ dominiū legatarū rerum ambulet,aduertendū etiam ad rē tex. non attinere à Ripa citatū inſti.eo.in prin.verſ.& cum ſuper hoc,quia de introductione falcidiæ ſolummodo loquitur,nō etiam de reſecandi modo.

Ad primā tñ diuerſitatem inter falcidiā, & trebellianā ratio hęc Ripæ appoſitè magis accōmodatur, idcircò pauciora in falcidiam,quā in trebellianā imputari,vt poſtquā cogi adire non poteſt, præmio, vt adeat adducatur. Præmiū planè in eo conſtat, quod legata,& alia in falcidiā nō imputat, quæ iure non hęreditario conſequitur, q̄ ratio in trebelliana ceſſat, qm̄ etſi præmijs tantos tamq; multis ad hæreditatē agnoſcendā hęres non inuitatur,fideicōmiſſarij tñ vniuerſalis non refert, quandoquidem cogendi ius habet.

Sed nec circà diuerſitatem primam ratio hæc admodum vrget, vtpotè qua admiſſa, nec trebellianæ ipſius neceſſariā inuentionē fuiſſe dici poſſit, quandoquidem inuitus adire hæres cogitur.

Quartò obſeruandū, ſecum pugnare Ripā videri, cum differrè inter falcidiam,& trebellianā circa modum reſecandi putat, vt altera iure ipſo,altera hominis facto reſeccetur. Nāq; dum rationē diuerſitatis huius exprimit,legatariorū cauſa factum eſſe ait, vt iure ipſo falcidiam hæres habeat,vt ad eum modū facilius adducatur, vt adeat. Deinde cum de trebelliana loquitur,referre non putat,iure ipſo necne,reſecet,quoniam cum hæreditatis lubentius ſuſcipiendæ gratia introducta ſit, æquè lubens admiſſurus eā hæres erit, ſi iure ipſo reſectio non fiat,atq; econtrario,cum ſua non interſit,quo iure habeat, dum eā modo habeat. Ratio hæc in trebelliana,an non his contradicit,quæ ſcripta à Ripa in falcidia ſunt, vbi referre hæredis putat,quo iure falcidiam habeat, & vtrum iure ipſo falcidiā habeat,an per factū, aut detractionē eius, qm̄ ſi iure ipſo reſectio falcidiæ ſit, atq; ideo iure eam hęreditario habet,pronior ad adeundū erit,ſi pronior ob cauſam memoratam ad adeūdum in falcidiam eſt, nonne ratio hęc facilioris inductionis ad hęreditatē quærendam æquè in trebelliana,atq; in falcidia monet,viceq; verſa,ſi hæredis in trebelliana non intereſt, quo iure eam habeat,dum habeat tamen, cur magis interfuturum hęredis in falcidia erit,quo iure eam habeat,& an per l.ipsā. an facto hominis reſectio fiat.

Conſequens his ſit, vt ſiquidem rationem facilioris aditionis ſimpliciter ſpectemus, cōmunis hæc, tā trebellianæ, quā falcidiæ ſit. Sin antē ius ipſū hærede cogendi obſeruamus,tum vero nihil eſt, quod de ratione facilioris aditionis in trebelliana diſceptemus, poſtquam compelli grauatus poteſt, vt hęres exiſtat.

Apparet ex his, rationem diuerſitatis à Ripa meditatam iure defendi non poſſe. Rationem tertiā diſcriminis huius inter falcidiā, & trebellianā percipere ex Bar.hic licet nu.6. in 2. q. idcircò non alia falcidiæ cedere,niſi quæ iure hæreditario ad hęredem veniūt, quoniam hęreditatis quarta appellatur.l.1.§.1. ſupra eo.Ibi ne minus quā partem quartā hęreditatis ex eo teſtamento hęredes capiant. Si quarta hęreditatis falcidia nuncupatur, non poteſt iure hæreditario nō haberi nempe ſi iure legati per imputationē haberetur, vtiq; iure accipi hæreditario non poſſet. ſiquidem ex titulo, qui antecedit. haberi res, poſſideriq; dicitur Bar. in l. cum ſolus ante fi.verſi. tertio caſu ff. de vſucapio.in l.triticum num.2.ff.de verb.obli.& in l.ſi donatione in fi.C.de collatio.ratio hæc in quarta trebelliana ſilet. quæ introducta per ſenatus cōſultum Pegaſia-

gaſianum,& per extēſionem l.falcidiæ ſub Veſpaſiano eſt,§.ſed quia inſti.de fideicom.hæredi.in ea enim verbum hæreditatis vllū non fit, neq; locorū vſquā quarta hæreditatis appellatur qua igitur ratione quarta,aut falcidia ſimpliciter nō appellatur, ita in eā venire oportet etiam quod iure non hæreditario capitur.

. Sed obiecturus aliquis erit. Immo enim quartam hæreditatis falcidiam hanc per extenſionem, nominari dictionem perinde in d. §. ſed quia expendendo. ibi perinde liceret quartam partem retinere,atq; per l.falcidiam ex legatis retinere conceditur, quæ dictio perinde ſimilitudinem denotat, & qualitates omnes eius repetit,vnde ſimilitudo deriuatur Bal. & Ang. in l. ſed, & ſi lege §. perinde ff.de peti.hæredi. quem tex. ſimul cum l.vtrum Bal. legit.vbi ſimilitudinem omnimodam, & perfectam, & totalem iuris identitatē ex verbo hoc intelligi Bal. ſcribit, & in ſimilitudine omnimoda idem ſcriptum apud Ang.ibi legitur ſequitur Deci.in conſi.124.col.3.verſi. modo cū Alex. & in conſi.190.col.2.in prin. & de repetitione qualitatum, per dictionem eam perinde fieri,Crot. tradit in l.1.num.53. verſi. tertio fallit. ibiq; Nigri num. 78. verſi.ſecundo fallit ſupra de lega. 1. in quam ſententiam Bar.etiam à Ripa hic citatur pōſt Imol.in extrauag.ad reprimendum in ver.perinde col. antèpenul. vbi ꝙ ſimilitudinem per omnia ſignificat etiam quo ad qualitates, preterquam ſi contradictio incurrat. ſi ſimilitudinem dictio perinde etiam qualitatum nomine exprimit, earumq; repetitionem inducit, ergo introducta quarta hæc trebelliana ſub qualitate ipſa hæreditatis intelligetur.ita vt quarta hæreditatis pinde vocetur,atq; falcidia ipſa,exēplo cuius prodita eſt.

Ad arg.hoc Bar. reſpondet, per omnia ſemper ſimilitudinem hanc ex dictione perinde non ſignificari,vti ſcriptum ait in l.1.ff.de recepta.de notatis apud ipſum Bar.poſt glo.ex tex. illo ſentit vbi idem ſcribit atq; in d.extrauag. ad reprimendum in ver. perinde. ſimilitudinem per omnia ſeu qualitatū nomine non induci,vbicunq; contrarietas incideret.idem Bar. ſcribit in l.ſacrilegij § 1.ff.ad legem iul.pecula.quæ contrarietas hic interueniret, ſi repetitam qualitatem hæreditatis dicimus, vt quarta etiam hæreditatis trebelliana appelletur. ſiquidem non aliorum imputationem admitteret quam quæ iure hæreditario hæres conſequitur,contraquam expreſſum in regula ſecunda l. huius ſit. conſequens his fit. ſimilitudinem hanc ad ſubſtantiam ipſam reſtringendam, vt quarta vtrubiq; detrahatur.diſſimili tamē modo circa imputationes & hanc mentem fuiſſe Bartolo credo, cum tex. citat in d. l. 1. ff.de recepta. vbi rem hanc ita Bar. explicat.

Sed enim recta hæc Bar. ratio diuerſitatis non videtur. vtpote quæ eadem atq; dictum apparet cur imputationem aliam falcidia non recipit,quam quæ iure hæreditario procedit.quia quarta hæreditatis appellatur. ſiquidem ex denominatione hac hæreditatis iſtud neceſſario conſequitur,ne imputari alia poſſint.ceterum diuerſitatis huius ratio exigitur, cur non æque trebelliana, ac falcidia quarta hæreditatis vocetur arg.hoc Bar. hic ſentiens ſubijcit,ad glo.adeundum rationis huius veſtigandæ cauſa.ſecundum quæ rationem vllam diuerſitatis à ſe non ſcribi Bar. admittit, & innuit illud ſolummodo præſtat, ꝙ rem expreſſius declarat ideſt rationem oſtendit cur niſi ea falcidiæ non cedunt, quæ iure hæreditario obueniūt, & extenſionem l. falcidiæ ad quartam trebellianam ex pegaſiano factam, ad repetionem qualitatis hereditariæ non pertinere, vt quarta dici hæreditatis non poſſit.

Rationem hanc ſeu declarationem Bar. Imola hic pungit col. 1. in fi. quem Ripa hic ſequitur nu.87. & contra Bar. textum Imola retorquet in d. §. ſed quia,dictionem perinde obſeruando quæ ad ſimilitudinem ſpectat. & in re dubia quantum ad omnia, ſeu per omnia facta ſimilitudo intelligitur,vt Bar.docet in d.l.ſacrilegij,& in d.extrauag.ad reprimendum in ver. perinde ſi ad omnia in dubio trahi ſimilitudo debet, ergo etiam ad qualitatem hæreditariam, vt quarta hæreditatis ſimiliter falcidia extenſa cenſeatur,atq; falcidia ipſa propriè,& ſtrictim accepta, vnde extenſio deriuatur poſtquam contra expreſſum in d.§.ſed quia nō eſt à Bar.ēt per tex.in d.§.ſed quia. Matheſil. diſſidet in d.l.filium quem nu.20.

Ad argumen. hoc Imolę Alexand. hic reſpondet num. 3. ad ea ſimilitudinem non porrigi, in quibus diſſimilitudo inuenitur, & ad quę ſi extenſio fieret, contrarietas in verbis, & legibus depręhēderetur, vt Bart. in locis memoratis ſcribit per text. in d.l.1. coniuncta glo. ff. de recepta. idem Angel. explicat in d. l. ſed, & ſi lege §. perinde ff. de peti. hęredi. vbi ad ea non referri ſimilitudinem ait, in quibus per legem aliam inducta diſſimilitudo apparet ſed enim diſſimilitudo circa imputandi modum inter falcidiam & trebellianam expreſſim inuenitur, vt hac l. in quartam in prin. ergo quartam hæreditatis denotare dictio perinde in d.§.ſed quia non poteſt, quia ad eū modum contradictionem textus iſti inuicem parerentur,& è regione pugnarent namq; ſi quartam hæreditatis,& falcidiam extenſam appellamus,vtiq; ius idem trebellianæ atq; falcidiæ circa imputationem erit quoniam non alia imputari trebellianæ poterunt, niſi quæ iure hæreditario accipiuntur.id quod textui l.noſtrè in regula ſecunda perſpicuę reclamat.

Reſponſionem hanc Alex. Ripa hic mordet nu. 87. quoniam in caſu dubio Imola loquitur vt in re dubia per omnia facta ſimilitudo intelligatur, ita vt qualitates omnes repetat,& omnia excludat,quæ diſſimilia eſſe conſtat. vnde cum in caſu dubio tex. loquatur in d.§.ſed quia.vbi non conſtat, vtrū de quarta hæreditatis intelligi falcidia extenſa debeat dicendum in dubio videtur, ad omnia ſimilitudinem trahendam, vt qualitatem etiam hæreditatis repetat.

Arg. hoc Ripæ incognitum Alexandro non erat ſiquidem in caſu dubio expreſſim Imola loquitur ſed enim contra Imolam, & Ripam arg. ipſum reij-
46 citur.quoniam † contradictio legum induci in dubio non debet §.quibus in 1.conſti.C.cum al js apud Iaſ. relatis in l. 1. num. 8. in fi. ff.ne quis eum qui & in l. cum falſa in fi.C.de iuris, & fac. ignor. ideo diſtingui lex vna ſecundum aliam debet contrietatis huius vitandæ cauſa l.non eſt, nouum ff. de.ll. Alex. in l.cum filio num. 13. poſt med.verſi.& tenendo iſtam opinionem ſupra de lega. 1. Deci. in conſi. 358. num.4. Curti.Iun.in conſi.31.num. 5.hoc amplius oſtendere verba licet contrarietatis cauendæ nomine Bar. & alij in l.2.§.credituum ff.ſi cer.pet. Doc. in c. cum tu de teſti.Geminia.in conſi. 122. circa med. Soci.in l.1. num. 6.in fi. ver.vnde ne habeamus dicere ſupra de lega.1.eodem ratione reſtrictio permitti verborum generalium ſolet, ne contradictio ſequatur vti ſcriptum habemus in conſi.70.num. 82. quibus Soci. accedit in conſi.38.num. 6. verſi.præterea poſito lib. 1. ſed,& idem in verbis vniuerſalibus, vt reſtringi debeant, ne contrarietas interueniat Alex. ſcribit in conſi. 62.col. 1.lib. 2. Ruin.in conſi 4 num. 7. & in conſi. 98. num.7.lib.2.

. Eapròpter,& ſi maxime ad ſimilitudinem falcidiæ introducta ſimpliciter generaliter ve trebelliana ſit, vt d. §. ſed quia. ad ſubſtantiam tamen ipſam detractionis reſtringi ſimilitudinem hanc generalem, non etiam ad qualitatem trahi hæreditatis conuenit, ne contrarietas intercedat ex qua reſponſione appparet halucinatos Imolam cum Ripa eſſe,cum rem dubiā nonniſi in d.§. ſed quia obſeruāt, ꝙ in dubio loqua-

tur

tur ſed enim, & tex. l. huius in ſecunda regula obſeruandus erat, qui in cauſa claro loquitur. quartam eã hæreditatis hoc ipſo non ſimpliciter non dici, ꝙ in putationẽ eorũ etiã admittit, ꝗ hęreditaria nõ ſunt.

Secundò rationẽ hanc Bar. aliter Ripa oppugnat cum de quarta ſimpliciter tex. loquatur in d. §. ſed quia de quota expreſſim dicit, ſed quota hæc in genere eodem intelligi debet atq; quotæ, aut partes aliæ hæreditatis ſunt, namq; cum ex quotis, aut partibus pluribus quotitatiuis hæreditas conſtet, quæ diuiſa per quotas ſit. ſpeciei, aut generis diuerſi eſſe partes ipſæ integrales non poſſunt, ex quibus hæreditas tota perficitur. ita vt pars vna aliter, quam alia intelligatur, & vna quidem hæreditatis, altera fideicommiſſi appelletur l. enim quæſtio C. de lega. Bar. in l. reconiuncti nu. 10. verſi. tertio caſu. ſ. de lega. 3. vbi remota parte integrali, remanere totum nõ poteſt, Sed enim ſi partem vnam hæreditatis hæreditariam non eſſe dicimus, vtiq; partem vnam integralem de hæredita te tora demimus, aut detrahimus conſequenter totũ etiam ipſum corrumpimus ideſt hæreditatem ipſam quo modo enim conſiderari hæreditas poterit, quarta vna integrali, & trebellianæ, remota. confirmatus argumentum Ripæ ꝙ creditoribus hæreditarijs propter quartam hanc grauatus tenetur l. pen. C. ad trebel. gl. & Doc. in l. 1. §. fi. in fi. infra ad trebel. ſed enim teneri non poſſet, ſi quarta hæreditatis non ſit. cum niſi hæreditatem totam ęs alienum non ſpectet l. ſi fideicommiſſum §. tractatum ff. de lega. 1. l. caius ff. de lega. 2. l. cogi. §. inde quæritur infra ad trebel.

Ex diuerſis, & ſeparatis arg. hoc Ripæ deducitur. ideſt à remotione partis ad qualitatis nouæ adiectionem. non enim quota trebellianæ de toto eximitur, ſi hæreditatis ſimpliciter non appellatur. at hæreditatis fideicommiſſariæ verum qualitas noua adiungitur. ſic niſi qualitatis nomine inter quotas non diſtat. ex qua qualitatis mutatione, aut diſſimilitudine differre res quantum ad ſpeciem non dicitur l. fi. ſupra de fundo inſtruc glo ſcita in l. fi. §. quotiens in ver. anno ff. de publica. Bar. in l. 1. in prin. num. 7. circa fi. verſi. dicendum eſt ergo ibiq; Crot. num. 39. verſ. quarto adducitur ff. de acq. poſ. quare hæreditatis ſemper nomen retinetur, quamuis qualitas noua accedat. atq; adeo fallitur Ripa, cum partem integralem adimi de toto putat. nulla enim partis ademptio, at qualitatis ſolummodo adiectio vertitur.

Secundò ex diuerſis Ripam argumentari, oſtenditur. à ſpecie enim ad qualitatem argumentatur. ex partibus diuerſæ ſpeciei conſtare totum non poteſt, ergo nec ex partibus diuerſarum qualitatum immo enim qualitatum fere diuerſarum partes integrales totius ſunt.

Tertiò ſi locus argumento huic Ripæ datur, conſequens euidenter ſit. hæreditatis nomen extingui reſtitutione eius fideicommiſſario facta. ſiquidem iure directo ad fideicommiſſarium non ambulat, ſimili-

47 ter vt apud grauatum erat cum † niſi iura vtilia ad fideicommiſſarium non tranſeant, directis apud grauatum remanentibus l. pen. in fi. C. ad trebel. Iaſ. in l. 1. in prin. col. 3. poſt med. infra ad trebel.

Tertiò contra Bar. Ripa argumentatur, namq; ſi quarta hæreditatis trebelliana non dicitur, vt Bar. putat, aliter verba Senatuſconſulti Pegaſiani l. falcidiam extendentis intelligimus quam verba ipſa l. falcidiæ ſonent. ſiquidem quarta hæreditatis falcidia appellatur. quo nomine appellari, ſecundum Bar. falcidia extenſa non poterit. appoſitè magis formari Ripæ arg. poterat, ſub qualitatibus ſuis omnibus factam extenſionem intelligi, vti non ſemel dictum in ſuperioribus habemus.

Argumenti huius diſſolutio ex præmiſſis apparet. non aliter extenſæ rei verba intelligi, quam eius, vnde extenſio fit. tantum qualitatem nouam accedere. quæ rei ſubſtantiam, aut ſpeciem non vertit ſic quomodo demonſtratum in ſuperioribus habemus.

Apparet ex his, Bar. declarationẽ ſubniti iure poſſe quamuis nihili omnino fieri à Ripa videatur.

Gloſæ rationẽ pro tolerabiliore Imola admittit, quatenus aſſequi meliorẽ nõ licet. cæterũ nec gloſæ rationi Ripa parcit. principio enim nu. 13 in fi. concludentẽ eam negat. quamuis perſuaſionis quid habeat. etenim cũ ęris omnis alieni ante deductio fiat, quã legatorum ſolutio, & falcidiæ detractio impleatur l. imponenda, & l. irritum C. eodem. ratio habenda grauaminis nõ videtur, quo glo. ratio nititur. vt eius nomine lenimen in alio ſentire grauatus debeat reſponderi tamen ad arg. hoc poſſe ait, quoniam, & ſi maxime deductio hæc æris alieni fiat, ideſt bona ex hæreditate detrahantur, vnde ſatis fieri creditoribus poſſit, eiſdem tamen adſtrictis, periculo quam ſuo hæres remanet. quid enim ſi bona pereant. vel precium eorũ minus nulla hæredis culpa fiat, iam moleſtiam hanc ſatisfaciendi hæres ſubit.

Secundò rationem hanc glo. aliter Ripa hic taxat nu. 86. imperfectionisq; eã inſimulat. vtpote quæ niſi diuerſitatis vnius rationẽ nõ docet cur pauciora falcidiæ, quam trebellianæ imputentur. enimuero diuerſitatis alterius rationem nõ affert, cur ea magis in falcidiam veniant, quæ iure hæreditario, quam quæ ex cauſa alia legati puta, fideicõmiſſi, aut ob conditionem implendam hæres accepit. ꝙ argumentũ imperfectionis à Bar. mente exiſtere Ripa ait. eum rationẽ oſtendit, cur id ſolummodo falcidię accedat, ꝙ hæreditario, non etiam legati, fideicõmiſſi, aut cõditionis implendæ iure hæres capit. aliter enim quorſum hęc Bar. declaratio. ſic gloſæ imperfectionem ſupplere Bar. videtur.

Sed enim ſuperuacua ratio diuerſitatis huius videtur, cur id potius falcidiæ imputetur, ꝙ iure hæreditario, quam alio accipitur. cum vacuum id ab omni dubitatione ſit ſiquidem locus falcidiæ nõ aliter eſt, niſi ſi ſupra dodrãtẽ teſtator legat. ſed enim quatenus inutile legatum eſt, atq; adeo hęreditario iure capitur, legatum ſupra dodrantem nõ intelligitur, cũ pro nõ legato habeatur, & perinde res eſt, vt ſi ſcriptũ omnino legatũ nõ ſit l. id autẽ in fi. ſupra eo. conſequenter in hęreditate id ſemper manſit. neq; inris hęreditarij nomẽ ob legatũ inutile miſit. eum nihil intereſt, an factum quid nõ ſit, an vicioſe, aut nulliter l. 1. §. 2. ibiq; Decl. in quarto nota. ff. ꝙ quiſq; iur. & pro nõ exiſtere habetur, ꝙ inutiliter, aut nulliter fit Card. in conſi. 30. circa fi. ſed, & impoſſibile eſtimatur, ꝙ nullũ eſt Caſtellion. in allegatio. ſuis poſt ſing. cremenſ. col. antepenul. ex glo. in l. cũ in ſecundo §. 1. in ver. ꝙ ſi ad pręſens ſupra de iniuſto teſta. vnde cũ vacuũ id ab omni controuerſia ſit, ratio indaganda eius nõ erat, vtpote quæ in manifeſto eſt, atq; ideo imperfectionis argui glo. nõ poteſt, vt perſuaſum ſibi Ripa habet.

Neq; ea Bartoli mẽs fuit, quã Ripa arbitratur, vt animũ declarãdi Bar. habuerit, cur ea potius falcidię imputentur, quę hęreditario, quã quę alio iure capiũtur. verũ rationẽ eius Bar. oſtendit, quã obrẽ factũ ſit, vt trebellianę potius quã falcidię imputẽtur, quę extra ius hęreditariũ capiuntur. conſequẽter eo Bar. verba mẽſq; ſpectant vt demõſtret, cur nõ ęquẽ falcidię ea cedãt, atq; trebellianę, quę extra titulũ, aut ius hęreditariũ ad hęredẽ veniunt ſic inter falcidiã, & trebellianã diſceptatio omnis glo. & Bar. verſatur. cur diuerſa cauſa earũ ſit, non etiam in falcidia ſola laboris quicquã capiunt, cur ea magis in eã veniãt, & imputẽtur, quæ iure hæreditario, quã alia veniãt, ineptũ enim fuerat, de eo laborare, in quo dubitationis, nec titulũ inſit, quis. n. dubitãdũ putet, falcidię id cedere ꝙ hæreditariũ eſt, & ꝙ nũquã hęreditatem exiuit cõſequen-

ſequenter cuius nomine legatum dici vltra dodrantem non poteſt.

Secundo rationē hanc gl. arg. illo Ripa hoc oppugnat nu. 87. in fi. quo vſus ante nu. 13. in fi. rationē ęris alieni nō habendā, poſtquā in ratione l. falcidię ante omnia detrahitur, neq; reſpōſionis ibi redditę ad argu. hoc memor hic Ripa fuit, ideſt, ꝙ moleſtiæ, & periculo obſtrictus hæres manet, quāuis ęris detractio alieni fiat, dilui tñ reſponſio hęc moleſtiæ pōt, culpa eā hæredis accidere, cui in manu fuit, moleſtiæ omni ſe eximere, creditores dimittendo, ob id ratio habenda moleſtię nō vr̃, q̃ ſua quiſque culpa ſentit reg. damnū lib. 6. niſi dixeris, & in creditoribus ipſis dimittēdis moleſtiā, negociūvè exiſtere, ſed & periculū interuenire nulla hæredis culpa poteſt, quid enim ſi conditionales, aut in diē creditores ſunt, & interim bona pereunt, aut temporis ſolius curſu deteriora fiunt, quæ ęris alieni cauſa deducta ab hęrede ſunt.

u Tertiò rationi gl. poſteriores obſtrepūt, ideſt Picus nu. 100. aiunt enim ęcontrario, quā gl. dicat, aut ratio habeat, conſtituendū potius fuiſſe, vt pauciora trebellianę, quā falcidiæ imputentur, ſiquidē grauior hęredis culpa videtur, qui vltra dodrantē legatis onuſtus ſpōte hęreditatē amplectitur, quam qui hęreditatem reſtituere per fideicōmiſſū iubetur, quatenus à legatarijs cogi adire non cōpellitur l. ſi quis omiſſa in fi. ſ. ſi quis omiſſa cau. teſta. vnde ſi adit, ſponte ſe onerib. adſtringit, qua ratione indignus videtur, quē beneficio maiore lex afficiat, vt pauciora falcidiæ imputet. Ratio alia hęredis rogati vr̃, qui fideicōmiſſario cogēte nolens adit, vnde ſi metu hoc ne cogatur atq; ideo trebelliana careat, hæreditatē agnoſcit, benignius, cū eo agendum, pleniuſq; ei ſuccurrendum videbatur, arg. l. ſi fideiuſſor. § qui neceſſaria. ff. qui ſat. cog. l. interdum in fi. ff. de iudi.

Argumentū facile cōfutatū eſſe Ripa ſcribit nu. 88. quia ꝙ ad trebellianā attinet, ſi ſaluā eā eſſe hęres cupit, ęquè ſpōte atq; legatis onuſtus adit, ob id ratio eadē trebellianę, ac falcidię quoad rōnem hanc Pici vr̃.

Secundò arg. in Picū Ripa retorquet, fauorę maiori dignum hęredem eſſe, qui voluntate ſua nemineq; cogente, neq; cogendi poteſtatē obtinente, hęreditatem admittit, teſtamentumq; adeundo confirmat, q̃ qui cogi, vt adeat, à fideicōmiſſario vniuerſali poteſt, vnde fruſtra proemium captat, qui nolens bene agit, c. quā prępoſterū 13. q. 2. neq; facere dicitur, qui metu quid agit reg. qui ex timore lib. 6. tex. huc pertinet in l. 1. C. de liber. & eorū lib. vbi in ſeruitutem ab hærede libertus non reuocatur, qui manumiſſus neceſſitate cogente eſt, ex mandato teſtatoris, ſic hæredi neceſſario manumittenti iuris beneficiū non datur, appoſitę magis ſententiā ſuam iuuare ex eo Ripa poterat, coactè factum intelligi, ad ꝙ cogi quis poteſt. l. nouiſſimè in prin. ibiq; Bal. ſupra de eo. ꝙ falſo tutore auctore, Bal. in conſi. 351. Ioannes, & Fredericus col. 3. lib. 5. Anchar. in conſ. 159. rationes, quæ ſuperius col. 2. verſi. 4. hoc probo. in quam ſententiā, & alia Deci. colligit in c. cum in num. 34. verſic. 2. dato de conſtitutio.

Sed rationi huic Ripę non difficulter eripi arg. poſteriorum poteſt, locus enim Ripæ rationi eſſet, ſi ad vtilitatem cogentis tantummodo actus ſpectet, quaſi nonniſi ex neceſſitate acta res videatur, cauſa alia videtur, ſi & facienti ipſi commodum afferre actus poteſt, vt in ſpecie controuerſa, in qua vtilis aditio eſſe hæredi poteſt ob trebellianæ deductionem. quo caſu dici non poteſt neceſſitate cogente aditionē ſub-

48 ſecutam, idq; ex eo oſtenditur, † ꝙ ſi metu, aut compulſione adita hereditas dicatur, locus quartæ detractioni non eſſet. l. nam ꝙ §. qui compulſus. l. ſi patroni. §. qui fideicōmiſſariam in prin. & verſi. quid ergo, & verſi. adeo Senatus infra ad trebel. Non ſolum autem quartam, ſed & fideicōmiſſum hęres perdit, qui coactè adit, ꝙ hæredi ipſi præſtandum à fideicōmiſſario erat, id quia coactè adeundò, voluntatē impugnate defuncti dicitur d. §. qui fideicōmiſſariam verſi. ſed nec illud.

Rationem aliam, & quintam Bal. aſcribit in d. l. filiū quem nu. 6. de qua Alex. hic meminit col. 2. ꝙ inſtitutionis quarta falcidia dicitur, ob id inſtitutionis percipi iure debet, ita vt vox ipſa ſonat, fieriq; detractionē oportet ęre alieno detracto. d. l. in imponēda. Proinde non niſi ex inſtitutione, aut inſtitutionis titulo percepta imputari falcidiæ poterunt.

Ratio hęc Bal. admitti poſſet, ſiquidem inſtitutionis quarta à lege vocaretur. Sed enim nomen hoc inſtitutionis à gl. Bar. & Doctorib. accepit, vt hic apud Ripam nu. 23. in 1. nota. ꝙ idē Matheſila. prius dixit in d. l. filium quē nu. 19. Ideò autem inſtitutionis nomine appellatur, ꝙ non alia in eam imputantur, niſi quę inſtitutionis titulo ad hęredem veniunt, rurſus, vt rata inſtitutio habeatur, hærede ob ſpē quartæ huius adeunte vti declaratum apud Caſtren. legitur in l. 1. nu. 11. ſ. eo. cū quo facere Picus hic videtur nu. 101. in fi. ſecundo Bal. ratio impugnatur, nāq; ſi ideò quartam inſtitutionis Doct. vocitant, ꝙ eorum ſolūmodo imputationem recipit, quæ iure inſtitutionis, aut hęreditario hęres conſequitur, an nō eadem atq; dictū, Bal. ratio videtur, cur non alia falcidię imputantur, niſi quę iure hereditario hęres accipit, quia quarta inſtitutionis appellatur, vnde ratio afferenda vocationis huius à Bal. erat, cur inſtitutionis quarta magis quam trebelliana dicta ſit.

Vnde rationem aliam, & ſextam Bal. idem ſubiungit in d. l. filium quē nu. 6. Idcirco ea demum falcidiæ cædere, quę iure hęreditario capiūtur, quoniam pro re ſingulari habetur, non enim ius dici vniuerſale poteſt, cum hęreditatem vniuerſam nō ſpectet, hoc eſt æs alienum, ꝙ ante falcidiam detrahitur d. l. in imponenda. Rurſus cum legata pręſtantur, hęreditas ipſa non reſtituitur, at res ſingulares, eam ob cauſam in vicem, aut locum ipſarum rerum hęreditariarum ſingularium ſubrogari legata nequeunt, ita vt loco rerū ſingularium hęreditariarum, quas legatarijs hęres pręſtat, legata ſubrogentur, quę hęres ipſe accipit, quaſi ad eum modum, ſeu per ſubrogationem in rebus hęreditarijs, & ex cauſa hęreditaria habere falcidiam intelligatur, ſicut in rebus hęreditarijs legatis haberet, ſi legatę non eſſent, ſiquidem ſubrogatio hęc admitti in rebus ſingularibus non ſolet, vt vna in vicem alterius ſuccedat. l. venditor. ff. de hęredi. vel actio. vendi. l. qui vas in fi. ff. de furtis. Ratio alia trebellianę eſt, quę hęreditatem vniuerſam reſpicit, atq; ideo æs etiam alienum, quod nō deducitur. l. 2. C. ad trebel. glo. in l. 1. §. fi. infra ad trebellia. ob id in quartam trebellianam legata, & alia veniunt, etiam quæ hæreditaria non ſunt, quoniam ius vniuerſale quarta hæc continet, & ex iure vniuerſali detrahitur. In quo iure vniuerſali loco vnius ſuccedere res alia poteſt. l. ſi, & rem, & precium. ff. de peti. hęredi. vnde in locum hęreditariarum rerum, quę fideicommiſſario reſtituuntur, ſubrogari legata poſſunt, vt perinde ſit, ac ſi legata ipſa in hęreditate ipſa loco rerum fuiſſent, quarum facta reſtitutio eſt, qua Bal. ratione Salic. quoq; vtitur in d. l. filium quem nu. 7.

Hanc Bald. rationem Ripa hic non admittit nume. 88. quam argutam ironicè ait, falſamq; arbitratur, cum iure, aut pro re ſingulari falcidiam haberi Bal. putat. Imò enim ius vniuerſale neceſſariò dicitur, cum hęreditatis quota, aut quarta, non bonorū dicatur, vt hac. l. & l. 1. ſupra eodem vbi quarta hęreditatis appellatur, idq; expreſſim Bartol. hic obſeruat. quęſtio. 1. ergo hęreditatem totam non minus falcidia, atq; trebelliana ſpectat. Sed enim Bal. argu-

mentum

mentum Ripa non diluit, idcirco ius ſingulare falcidiam æſtimari, neq; hęreditatem ipſam reſpicere, ꝙ detractio ante æris alieni fit. qna ratione bonorum quota videtur, quæ ære alieno detracto intelliguntur l.ſubſignatum §.1.ff.de verb. ſigni.

Argumentum tamen refelli Bal.poteſt, nam ꝙ deductio æris alieni in falcidia exercenda fiat, non eo cōtingit, ꝙ quarta hæreditatis non ſit, & conſequenter hæreditatem cunctam non ſpectet. verum quoniam legatarios ſequi alienum æs non poteſt, vtpotè ſucceſſores ſingulares, qui oneribus hæreditarijs nō adſtringuntur. ob id heredem. ipſum ſucceſſorem vniuerſalē alienum æs tenet l.fi. C. de hæredi.actio l.nam quod §.fi.infra ad trebellia. vnde ſi deductio hæc æris aleni ante omnia non fieret, abſurda, & iniqua res conſequitur, vt commodum ſine incommodo vllo legatarij ſentiant. quæ ratio in trebelliana tacet. in qua reſtitutione facta, oneribus hæreditarijs fideicōmiſſarius obligatur §.reſtituta in fi. inſt.de fideicom. hæredi.

Secundò Bal.rationem argumento alio Picus hic inuadit nu. 98 ꝙ ratione hac admiſſa, conſequēs ſit, vt ſi iuſſu teſtatoris, rē hæreditariā hæres vendit, precium eius falcidiæ non cedat. ꝙ locus ſubrogationi in rebus, aut iuribus ſingularibus non ſit. atqui loco rei venditæ precium ſuccedere ſcriptum inuenitur in l.ſi dignum, & in l.qui fundum ſupra eodem.

Argumento hoc Pici contra rationē Bal. non perinde Ripa mouetur. nā ꝙ loco rei in dictis. ll. preciū ſuccedat, ex voluntate teſtatoris manifeſta fit. qua voluntate interueniēte, nō ſolū præciū, ſed, & res aliæ nō hæreditariæ in locū rerū hæreditariarū cedunt, falcidiæq; imputātur l. ꝙ autem ſupra eo.

Ex confutatione hac argumenti Pici ad impugnationē etiā rationis Bal. Ripa infert. etenim ſi à voluntate teſtatoris res pendet, vtrū locus ſubrogationi, an non ſit. ergo vera Bal. ratio non erit, per quā ius ſingulare verſari in falcidia putat. ſiquidē à voluntate id teſtatoris, nō à iure ipſo exiſtit. ſed enim Imò locus rationi eſſe Bal. poterit, quotiens voluntas hęc teſtatoris nō apparet ſic in caſu dubio Bal. loquitur.

Rationē aliā diuerſitatis huius recentiores quidam cōmentati ſunt. idcirco nō hæreditaria, & quæ iure hæreditario nō capiuntur, trebellianæ imputari, ꝙ in verba l.falcidię nō committimus, quæ titulum hæreditariū exigit. ſiquidē ab hærede titulus hæreditarius nō diſcedit, apud quē reſtitutione etiā facta, iura hæreditaria, & ipſa directa remanēt vnde verū erit, dicere, quartā eum hæreditatis habere. neq; ad rē attinet, ꝙ effectu nō habet, cum apud fideicōmiſſariū ſit, reſtitutione facta. & in eo ꝙ ex titulo nō hæreditario accipit, ius hæreditarium conſiderari effectu ipſo non poteſt, quoniam ꝙ ad effectū attinet, nihil intereſt, quo titulo quis habeat, dum tamen iudicio teſtatoris habeat. in falcidia planè titulo huic hæreditario derogare teſtator nō permittitur. ob rigorē verborū eius. qui rigor in trebelliana nō verſatur in qua expreſſum nō eſt, ea ſolūmodo imputari, quæ iure hæreditario capiuntur. cōſequēter in l.falcidiā teſtator cōmitteret & offenderet, ſi aliorū imputationē admitteret. quā quæ iure hæreditario capiuntur.

Ratio hæc deterrima omnium videtur. bifariāq; a iure aberrat. principio enim ſi ideo non hæreditaria trebellianæ cedunt, ꝙ hæres nihilominus eſt, & cōſequenter quartam ſemper hæreditatis apud eum eſſe, ſi hęreditas tota reſpectu iurium directorum eſt, an non ratione fortiori ius idem probandum in falcidia erit. in qua hæreditas tota apud hæredem ſemper remanet non ſolum quantum ad iura directa, ſed, & vtilia. ſecundo errorem manifeſtum ratio iſta habet, in qua ſcribunt, licentiam teſtatori non eſſe, iuri hæreditario in falcidia, & rigori eius derogandi. textui enim id repugnat in d. l. quod autem in fi.ſupra eo. de quo plenius inferius dicetur in ſecunda & noua opp ſi. Bar.

Pro ratione diuerſitatis huius Corn. in conſi. 270. col.2.lib.4. tex. citat in l.non omnium ff.de. ll. cuius l. ſenſum Poli. explicat in d.l.filium quem nu. 90. vt nō id ſentiat, ſine ratione ſtatutum quid eſſe, ita vt ratio vlla reddi omnino non queat verum ꝙ aſſequi nobis non licet, quæ nam ratio ſit, qua ſtatutum ita eſt, ſcribit enim Corn. à varijs. ll. autoribus varia quartarum genera prodita. ob id mirum facere non debemus, ſi variè de quartis ipſis conſtitutum eſt, ex quibus verbis colligere licet, dandum admirationi non eſſe, ſi contradictiones in. ll. non raro inueniuntur.

Rationem aliam Poli. affert in d. l. filium quem. nu. 93. fauore id fideicommiſſi vniuerſalis introductum cui fauor maior præſtari quam ſingulari, aut leris ſingularibus ſolet. quę ratio eadē atq; dictum videtur. ratio enim exprimenda erat, cur maior vniuerſali fideicommiſſo fauor, quam ſingulari tribuatur fauor enim maior euidens ſatis per regulas duas huius l. apparet.

Duarenus hic rationem omnem in æquitate collocat. quam a voluntate defuncti deducit, & quæ in fideicommiſſis ſeruari in primis debet l.pen.ſupra de lega.1. velle plane defunctus creditur, vt quam minimum poſſit, hæreditati decedat, & quamplurimum poſſit, quartæ ipſi imputetur, ſiquidem voluntati contraria teſtatoris eſt l. titia ſupra eo. quæ ratio ſi vera ſit, tantundem probandum, & in falcidia erit, in qua ratio hæc nnn minus atq; in trebelliana verſatur.

In mentem venit, ratione duplici diuerſitatem introduci hanc potuiſſe. Prima, quæ ex regula contrariorum deſcendit, eandem eorum diſciplinam eſſe l.2.ff.de his qui ſunt ſui vel alie iuris itaq; ſicut id, quod ex fideicommiſſo vniuerſali reſtituitur, cum cōmodis, & incommodis omnibus teſtamenti, ſeu quæ expreſſa teſtamento ſunt, ad fideicommiſſarium inſolidum ambulat, cum niſi ęri alieno prorata trebellianæ hæres non teneatur, vti dictum in ſuperioribus habemus, quod onus contractum, extra teſtamentum & inter viuos dicitur. ita iuri conuenire, vt quod ex teſtō vniformiter hęres retinet, ex legato puta, fideicommiſſo, aut ob conditionem impiendam, cum incommodo etiam imputationis inſolidum retineat hoc eſt inſolidum trebellianæ imputetur. ſiquidem, & teſtamenti onus imputatio videtur, à voluntate teſtatoris pendens, ſicuti dictum in ſuperioribus eſt.

Ratio ſecunda, regula æqualitatis ſeruandæ nititur vt æqualitas inter hæredem grauatum, & fideicommiſſarium ſeruetur iuxta tex. in l.quæſitum §. ſed ipſe papinianus. ſupra de fundo inſt. Bar. in l.demonſtratio §. 1. ſupra de condi. & demon. & in l.ſi pater in p. in. ff. de dona. æqualitatis igitur ratio poſtulat, vt ſicuti onera omnia teſtamenti pro his, quæ accipit, fideicommiſſarius ſubit, ita pro his, quæ apud hæredem ex teſtamento reſident, imputandi onus inſolidum, & ipſe hæres agnoſcat.

Si dixeris, rationem hanc eandem, ac glo. videri. reſpondetur, a glo. ratione dupliciter hanc ſeparari. principio æris alieni onera glo. etiam obſeruat. in ratione hac non niſi teſtamenti onera ſeu teſtamento iniuncta ſpectantur. in ære plane alieno ratio hæc conſiderari non poteſt cum ex æquo pro rata portionum iuxta hæredem atq; fideicommiſſarium teneat.

Secundò regula etiam contrariorum congruere in ęre alieno non poteſt, quod vtrunq; ex æquo ideſt pro rata portionum, vt ſupra, reſpicit.

Tertiò ex oneribus extra teſtamentum in falcidia ratio glo. deſumitur, è contrario ratio noſtra ex oneribus teſtamenti in trebelliana decerpitur.

Circa primum nota. Ripę, de quo num. 23. quæ-

tam

49 tam † hęreditatis, non bonorum falcidiam appellari. Monendi ſumus permagni referre, quota oe bonorum, an hæreditatis quarta dicatur. Namq; ſi bonorum quota dicitur, ita vti dici legitima ſolet, ſucceſſor in ea ſingularis filius ęſtimatur, atque ideo creditoribus non tenetur. Siquidem ære alieno deducto bona intelliguntur. l. ſubſignatum. §. 1. & l. Princeps. ff. de verbo. ſignifica. ideo æri alieno exoluendo non adſtringitur, cui pars relicta bonorum eſt, vtpotè ſingularis ſucceſſor. l. non amplius. §. fin. cum l. ſequen. ſupra de lega. 1. De quo text. dicto cumulatè habemus in l. 1. oume. 145. verſicu. quintus caſus ſupra de legar. 1. & plenius in poſteriotibus commentarijs, & ita in legitima, quotam eam bonorum ratione memorata dici Corne. ſcribit io conſil. 264. column. 1. lib. 4. Iaſon. in l. re coniuncti num. 188. & ſequen. ſupra de legar. 3. in aucten. nouiſſima num. 3. C. de inoffic. teſtamen. poſt Bartol. in l. ex facto la grand. nu. 1. circa fi. verſic. iſtud diſplicet mihi ſupra de hæredi. inſtit. Pro qua ſententia text. videtur in l. 2. §. 1. ff. familia. herciſcon. vbi cui debita quarta eſt, neq; hæres, neque bonorum poſſeſſor dicitur, conſequenter ſucceſſor dici vniuerſalis non poteſt, atq; ideò quota hæreditatis dici legitima non poterit, quoniam hæres tum filius in legitima, & conſequenter ſucceſſor vniuerſalis eſſet, quem text. Iaſon. citat in d. l. re coniuncti num. 191. in eandem ſententiam text. eſt in l. cum quęritur. C. de inofficio. teſtamen. vbi quarta bonorum expreſſim appellatur, quem tex. vnà ſimul cum d. l. 2. §. 1. Berengar. hic nominat in 1. capite repeti. nu. 114. Rurſus ſi quota hæreditatis legitima habeatur, creditoribus, oneribuſq; hæreditarijs pro ea filius teneretur, vtpotè ſucceſſor vniuerſalis, neq; æris detractio alieni fieret. l. ſi quis ſeruum. §. fi. & l. ſeq. ſupra de lega. 2.

Secundò ſi quotam bonorum legitimam, atque ideò ſucceſſorem ſingularem filium dicimus, ſiquidem bona filij diſtracta à patre ſunt, contra factum patris venire filius non prohibetur, quamuis inſtitutus in legitima ſit, cauſa alia videtur, ſi quotam hæreditatis, & ſucceſſorem in ea vniuerſalem filium habemus. Pro qua enim parte hæres patri filius exiſtit, factum, aut alienationem improbare non permittitur, vt glo. docet io l. cum à matre. in glo. magna verſi. item quid ſi in debito bonorum ſubſidio. C. de rei vendica.

Tertiò ſi quotam hęreditatis legitimam iudicam, petitio hæreditatis ob eam conſequendam accommodabitur toto titu. ff. & C. de petitio. hęredit. ius aliud probandum, ſi quotam eam bonorum dicimus, quia ſucceſſori ſingulari petitio hęreditatis non datur, quod iudicium vniuerſale eſt, vt habetur in in l. 1. in princip. ff. de ęden. ita Iaſon. obſeruat in d. l. re coniuncti num. 188. & duobus ſequentib. & in §. actionum column. 29. num. 210. inſtitu. de actio. quam opinio. receptam Curti. ſen. teſtatur in conſi. vltimo in fi.

Sed enim à controuerſia vacuum Iaſon. dictum non videtur, vbicũq; in re aliqua hæreditaria etiam ſingulari inſtitutus filius pro legitima eſt, vt enim ſucceſſor ſingularis ſit, petitionem tamen hæreditatis ei concedendam Bal. putat in repe. l. pater filium nu. 5. circa fi. verſi. ego teneo contrarium. ff. de inofficio. teſtamen. l. ſi quis in ſuo oum. 4. verſicu. quæro ergo, & in l. ſi quis filium uum. 6. in fi. verſic. tertio, quia ſecundum alios. C. eodem titu. de inofficio. teſtamen. cum Baldo, Corne. ſentit in conſi. 264. column. 1. in fi. lib. 1. in conſi. 190. in fi. ſecundi dubij lib. 2. in conſi. 148. & in conſi. 289. colum. 5. in ſecundo dubio libro 4. Curti. ſenior. ſiui diſſimilis in conſilio. 13. numero. 11. verſicu. fortius videtur, Deci. in l. hæres inſtituta colum. 2. C. de impub.

Paul. autem de Caſtr. in conſi. 416. iſta domina Sancta in fi. lib. 1. & in conſi. 204. ſuper primo dubio lib. 2. rei vendicationem competere ob legitimam petendam putat, quotiens in corporibus hęreditarijs petitur, contra tertios etiam poſſeſſores legatarios puta, nedum cõtra hęredem datur, id quia quatenus legatum, aut hęredi datum in pręiudicium legitimę eſt, iure ipſo ſtatim lex reſecat, quod vtiq; intelligo, cum ex aliquo inſtitutus filius eſt. Sic petitionẽ hęreditatis non competere Caſtren. ſentit, quatenus de ea non loquitur. Sed enim, & in petitione hęreditatis intelligi Caſtren. poteſt, per quam res etiam à poſſeſſoribus vendicantur, quatenus mixta actio dicitur, ideſt in rem ſcripta. l. hęreditatis petitio oem. C. de peti. hęredi. de qua re Bar. hic tractat nu. 13. atq; ideo vberius ibi videndum.

Quartò ſi quotam hęreditatis legitima ſuſtinet, & ex re certa hęres filius ſcribitur, in qua plus, quam in legitima ſit, eamq; poſt mortem reſtituere filius rogatur, quartam duplicem deducet legitimam, & trebellianam, aliter atq; ſi quota bonorum legitima ęſtimatur. Locus tum enim trebellianę non erit, quę de fideicommiſſo excipi ſingulari non ſolet Bal. in d. l. filium quem nu. 27. Corne. in conſi. 133. in prin. fuſius apud nos in conſi. 186. effectum hunc, qui ex quęſtione naſcitur, vtrum quota bonorum, an hęreditatis legitima dijudicetur, Iaſ. obſeruat in l. quotiens in tertio nota. C. de hęredi. inſti.

Quintò ſi quotam bonorum eſſe legitimam defendimus, ad filium ex legitima inſtitutum feudum non veniet, quod pro accipiente quęſitum hęredibus vè ſuis eſt, opinione videlicet, eorum admiſſa, quibus viſum eſt, hęredem ex re certa ad feudum hoc genus non inuitari, de quo apud Alex. in l. quędam. §. nihil. ff. de eden. Iaſon. in conſi. 157. colum. 4. in fi. lib. 4. Ruin. in conſi. 47. in fin. lib. 5. & quamuis ab opinione hac diſcedere ſoleam, vti ſcriptum apud nos legitur in rubri. ſupra de lega. 1. oum. 60. qua opi. Soci. etiam iun. vtitur in conſi. 80. num 16. lib. 2. Ruin. ſecum pugnans in conſi. 158. in prin. lib. 1. & in conſi. 169. col. 8. poſt med. lib. 3. attamen nõ paululum referret, extra controuerſas Doct. opiniones rem poni. quod vtiq; fieret, ſi hęreditatis, non bonorum quotam legitimam aſſerimus, hęres quippe vniuerſalis tum filius haberetur, quem ad feudum memoratum admittendum clari iuris eſt.

Ne multis inſiſtã, ꝙ ad falcidiã attinet, quota dici bonorũ nõ poteſt, quæ hęredi vniuerſali cõpetit, qui oneribus hęreditarijs obſtrictus omnibus eſt, & cui petitio hęreditatis accõmodatur, neq; licentia hęredi huic eſt falcidiam exercenti contra factum defuncti veniendi, remq; hæredis ipſius redimẽdi, ſi alienata à teſtatore ſit, quæ omnia ad quotã bonorũ, & ſucceſſionem pertinere ſingularẽ non ſolent, & quotam hęreditatis falcidiam eſſe, ex l. hac oſtenditur in primis verbis, & in l. 1. §. ſecundo capite ſupra eo. Bar. & Docto. hic in 1. q. Ibiq; Ripa nu. 88.

Neq; mutat, ęs ante aliencũ deduci d. l. in imponenda, & d. l. irritũ, quaſi naturę id hęreditatis nõ cõgruat, quę iuxta cõmoda, atq; incõmoda, & onera cõtinet, neq; ęre alieno detracto intelligitur d. l. ſi quis ſeruũ. §. fi. ſ. de leg. 2. qm̃ non eo detractio hæc ęris alieni fit, ꝙ iura hęreditaria cũ oneribus ęris ẽt alieni, apud hęredem nõ reſideant, verũ propter imputationes, & legatarios, ad quos ęs trãſire aliencũ põt, vtpotè ſingulares ſucceſſores, vt hic apud Ripã in hoc 1. nota, iã niſi quartã hęreditatis dicamus, abſurda res conſequitur, vt falcidia ipſa percepta, hęres nullus inueniatur, ꝙ Berẽg. hic obſeruat nu. 13. in fi. in capite repetitionis.

E re nata magis fieri non poterat, quam vt effectibus commemoratis, qui ex quota hęreditatis, & bono-

bonorum deſcendunt, literas à iuriſconſulto quodã noſtratum minime infimo acciperem. Quibus illud de nobis intelligere expetii, vnde factum ſit, vt in lite, quę Sauiliani inter fratrem vterinum, & ſororem conſanguineam defuncti circa bona materna exercetur, cum interrogatus frater vterinus à ſorore conſanguinea defuncti eſſet, vtrum hæres fratri vterino, & ex quota portione exiſteret, reſponſum ex conſilio
50 noſtro fuerit, † ſucceſſorem ſe bonorum maternorum, non hæredem defuncti fratris vterini eſſe, admirationem enim ex reſponſione hac doctor illæ non mediocrem accepit, cum intereſſe non videatur, vtrum hæredem quis, an ſucceſſorem ſe aſſerat, l. item veniunt. §. fin. Ibique Bartol. ff. de peti. hæredit. & niſi in feudo diſcrimen hoc reſpondendi inter verbum hæredem, & ſucceſſorem obſeruatum, & animaduerſum non eſſe ſcripſit, in ſeudo enim ferè, vaſſalli proximiores, qui ad illud aſpirant, reſpondere interrogati, ita ſolent, ſucceſſores ſe in bonis feudalibus, non hæredes eſſe.

Ratio ita reſpondendi ex præmiſſis non obſcurè percipitur, namque cum ęs alienum conflatum à fratre vterino, & duplo grauius, & amplius, quam in bonis maternis eſſet, ſi hæredem ſe defuncti frater vterinus reſponderat, oneroſa admodum hæreditas fuiſſet, vſque adeo vt pro quæſtu iacturam rei ſuæ nõ vulgarem faceret.

Proinde conſilio fui, vt ſucceſſorem defuncti in bonis maternis eſſe frater vterinus ſe diceret.

Aliud quippè hæres, atque ſucceſſor bonorum maternorum eſt. Similiter, vt aliud quota hæreditatis, ac bonorum quota dicitur. Qui enim ſucceſſorem bonorum maternorum ſe ait, vtique ſucceſſorem ſingularem ſolummodo, non etiam vniuerſalem ſe eſſe aſſerit, ob id æri alieno non tenetur, cum ære alieno deducto bona intelligantur.

Si dixeris, nihil referre, vtrum creditoribus frater vterinus teneatur, an deductio æris alieni fiat, quaſi re ipſa perſpecta, idem vtrobiq; effectus verſetur. Reſpondetur, per magni referre, quoniam ſi hæres frater vterinus ſit, ex æquo, & ex portione dimidia creditoribus adſtringitur, vt ex Matheſilan. Ang. ſcribit in §. ſi plures, num. 8. in tertia dubitatione. inſti. de legiti. agna. ſucceſ. Cæterum ſi in bona eum materna ſolummodo, ſuccedere dicimus, non niſi pro rata bonorum æris alieni defuncti onus ſentiet ex his, quę Caſtren. ſcribit in l. controuerſia. nu. 4. ff. de tranſact. Alex. in conſ. 111. nu. 11. lib. 4.

Neque ad rem tex. attinet in d. l. item veniunt. §. fi. ff. de peti. hæredi. non differre enim admittimus, vtrũ ſucceſſorem ſe, an hæredem quiſpiam ſimpliciter dicat. Sed enim longè diſtat, vtrum hæredem quis, an ſucceſſorem aliquorum bonorum ſe aſſerat, quia ære alieno deducto bona intelliguntur, ſic plurimum refert, vtrum de ſucceſſione ſimpliciter, bonorum mentione non facta, verba fiant, an cum adiectione bonorum.

Inde, & diuerſitas illa confutatur, quam inter bona paganica, & feudalia verſari doctor ille arbitrat, nihil quippè diſcriminis inter bona hæc eſſe credo. Quare ſi de feudo interrogatus defuncti ſe ſucceſſorem eſſe ſimpliciter reſpondeat, vtiq; hæredem eum defuncti eſſe apparet, atque ideo defuncti eum oneribus adſtringi, neque aduerſus defuncti factum veniendi ius habere, ſi alienatum forte feudum in totũ, aut in partem à defuncto ſit. Cauſa alia eſt, cum defuncti ſe ſucceſſorem in bonis ſolummodo feudalibus eſſe ait, ibi enim pro ſucceſſore ſingulari habetur, ſed neq; à defuncto ipſo habere feudum dicitur, verum à primo acquiſitore. Bar. in l. item videndum. §. fin. ff. de per. hæred.

Labor grauior in legitima verſatur, bonorum ne, an hæreditatis quota dicatur. Imola enim, & Caſtre. in l. ita tamen. §. ſi patronus infra ad trebell. quotam hæreditatis legitimam putant per illum tex. iuncta. l. mulier. §. fin. eo tit. idem Soc. probat in l. 1. num. 32. verſic. non obſtat quinta, & vltima ratio ſupra de vulga. Eadem ſententia Aretin vtitur in d. l. 1. num. 10. circa med. verſic. & licet quando filius hæres vltra legitimam ſcribitur, quamuis priuilegiaria legitima ratione grauaminis ſit, ne imponi in ea grauamen poſſit, atque ideo liberum filio non erit, hæreditate omiſſa, legitimam acceptare, id quod, & Soc. ibi probat. Aretino, & Socino ſimpliciter Galiaula ſubſcribit in l. centurio num. 77. cod. tit. de vulgar. Aretinum etiam Ruin. ſequitur in conſi 52. num. 4. lib. 1. Quotam item hæreditatis legitimam eſſe, ſentire Aretin. videtur in l. Gallus, §. in omnibus in tertio nota. ſupra de lib. & poſth.

Pro qua opin. facere, & illud videtur, quod triens, aut ſemis pro liberorum numero legitima dicitur. d. authen. nouiſſima. Triens planè, & ſemis in partibus hæreditarijs ſunt. l. ſi ſeruum. §. fin. ſupra de hæred. inſti. ita Berengar. hic argumentatur num. 116. in primo capite repetitionis.

Secundò ex his opi. hæc iuuatur, quæ ſcripta apud Bart. ſunt in d. l. ex facto la grand, & Bald. in d. l. quotiens, iuri accreſcendi locum in gratiam filij eſſe ex legitima inſtituti, quod quotæ bonorum non conuenit, vt legatario quotæ bonorum hęreditas accreſcat. Aequè autoritate propria legitimam hæres accipit, quod ſecus in legatario eſt, ſed enim argu. hoc non mouet, quoniam propter inſtitutionem id fit, id quod & in inſtitutione rei alterius certæ obtinet.

Tertiò petitio hæreditatis filio competit ex re certa inſtituto ob legitimam conſequendam, vti dictum in ſuperioribus habemus quod contra eſſe, ſi bonorum non hæreditatis quota habeatur.

Quartò cum bonorum quota à teſtatore cui relinquitur, in arbitrio hæredis eſt, vtrum bona ipſa, an æſtimationem eorum præſtet. l. non amplius § fi. ſupra de leg. 1. Cauſa alia legitimæ eſt, quæ offerri ex ſubſtantia bonorum teſtatoris debet. d. l. pen. §. repletionem C. de inoffi. teſta. Quam differentiam inter legitimam, & quotam bonorum Iaſ. obſeruat in d. l. non amplius. §. fin. nu. 7. Corn. in conſ. 331. col. fin. lib. 1. & in conſi. 168. col. 2. circ. med. lib. 3.

Quid dicendum, quotam bonorum legitimam eſſe magis eſt dicere, ſi quidem bonorum magis, quam hæreditatis naturam participat, cum æs alienum deducatur, neq; voluntati, aut oneri defuncti parere, aut factum eius ratum habere ex portione ipſa legitimæ filius cogitur, cum pro ſucceſſore ſingulari habeatur, tam & ſi introductum fauore eius ſit, vt prærogatiuis hæreditatis in aliquibus fruatur contra quam natura quotæ bonorum ferat. arg. l quæritur ff. de ſtat. homi. cum alijs apud nos aſcriptis in rubr. ſupra de legat. 1. nu. 119. & pluribus ſeq.

Secundò à proprietate verborum, & rei denominatio in dubio facienda, vbicunq; effectus non repugnat. Dyn. in conſi 49 col. 2. in fin. Curt. ſen. in conſ. 52. ſuper articulo nu. 2. Sed enim natura rei ideſt legitimæ habet, vt æris detractio alieni fiat, vt factum parentis approbare filius non cogatur, quæ res niſi ad quotam accommodari bonorum non poteſt, ergo à quota ipſa bonorum fieri denominatio debebit.

Hic tamen obſeruandum, in quantum dictum in
51 ſuperioribus habemus autoritate † propria legitimã à filio accipi, qui inſtitutus ex ea eſt, namque contrarius dicto huic Cuman. videtur in conſi. 128. Rengus in fin. Sed enim conuenire mihi cum Cuman. non poteſt. Etenim ſi inſtitutus filius in legitima eſt, cur id licere filio non debet, non ſatis animaduerto, cum licitum id extraneo cui vis ſit ex re certa inſtituto, in

vſufructu puta, facultas enim vſufructuario datur, autoritate propria vſumfructum capiendi, vbicunque inſtitutionis titulo relictus eſt, vt Caſtren. ſcribit in conſi. 297. puto dicendum lib. 1. Ruin. in conſil. 43. num. 9. lib. 2. & in ſpecie legitimæ Barto. tradit in d. l. ex facto la grand nu. 2. ſupra de hæred. inſt.

Sinautem inſtitutus filius ex legitima non eſt, verum legati, aut fideicommiſſi iure relictum quid ei eſt, tum vero irritum teſtamentum habetur, perinde quaſi filio prçterito, cum titulo inſtitutionis relinqui legitimam oporteat. §. aliud quoq; capitulum in authen. vt cum de appella. cogno. ita præteritionem filij Fulgoſ. obſeruat in conſ. 62. ſtante ſtatuto circ. fin. Rom. in conſ. 516. col. fin. Guido Papæ in conſi. 96. in ſecun. dub. Dec. in conſ. 105. col. 1.

In caſu tamen vno, atq; altero cum opin. Cuman. ſentiam. Primo, ſi à tertio res poſſidetur, quæ filio relicta titulo Inſtitutionis eſt. Ibi enim nec hæredi ex aſſe ius competit bona hæreditaria ab alio poſſeſſa autoritate propria capiendi, vt Dec. not. in l. fin. nu. 4. C. de edic. diui Adrian. tollen.

Secundò locus Cuman. dicto In ſuppletione legitimæ videtur, quæ per l. non ex titulo inſtitutionis competit.

Secundò circa dictum Aret. obſeruandum in d. l. 1. & in d. l. qui duos ſupra de vulga. quotam hæreditatis legitimam haberi, vbicunq; ex portione maiori, quam legitima inſtitutus filius eſt, verum enim Aret. dictum ita puto, ſi ex portione maiori inſtitutus filius ſub nomine quotæ ſit, aliter atq; ſi ex re certa, ſucceſſoris enim ſingularis loco tum habetur ex eo quod B. l. ſcribit in d. l. filium quem num. 27. C. famil. her. Cremenſ. ſing. 73. tex. huc ſpectat in §. ſi quis vna inſti. de fideicom. hæred.

Summa controuerſiæ huius erit, vt qua ratione hçres ex re certa ſcriptus, neque hæres propriè, neq; legatarius dicitur, verum ſpeciem tertiam mixtamque facit, vt autor Bart. eſt in d. l. ex facto la grand. ita legitima, quam relinqui per inſtitutionem oportet, neque bonorum, neque hæreditatis quota propriè, aut ſimpliciter æſtimetur, verum quota quædam ſeparata naturam, vtriuſq; participans, proinde cum mentio de quota bonorum, aut hæreditatis in ſtatuto fit, vtrum ad legitimam trahatur, ad præceptionē adeundum Doct. erit, qua de mixti natura tradi ſolet, an diſpoſitioni de ſimplicibus factæ mixtum accedat, de quo apud Bar. & alios in l. 2. in prin. ff. de verb. obl.

Videndum etiam in primo hoc Ripæ nota. cum ait, quartam hæreditatis à iuriſconſulto falcidiam, à gloſ. vero Bar. & Doct. quartam inſtitutionis vocari, namque quartam etiam hæreditatis Bar. appellat, in t. q. Sed enim tantumdem vnius, atq; alterius appellatio habet, etenim ſi quarta hæreditatis dicitur, neceſſariò quartam inſtitutionis innuimus, quatenus ſine inſtitutione directo ſimpliciterq; dari hæreditas nequit. Econtrario ſi quartam inſtitutionis vocamus, non poteſt quarta hæreditatis non intelligi, cū
52 directum † verbum inſtituo, & ciuile, ſeu mere ſit hæreditatem directam ciuiliter exprimens. l. 1. §. ſi ex fundo, & §. ſeq. ſupra de hæred. inſt. l. quærebatur ſupra de teſtam. mili. l. 2. ſupra de vulgar. Neq; verbum vtium æquè directum à iure ciuili inuentum, atque verbum inſtituo hæredem Bald. ſcribit in conſil. 46. verba inſtitutionis poſt princip. lib. 1. & in conſi. 272. caſus talis eſt, quidam teſtator nume. 2. lib. 2. vbi ita conſultum à Barto. teſtatur, de quo verbo mere directum eſſe Bart. tradit in conſi. 241. pater filio num. 1. in fin.

Quartam planè inſtitutionis ratione duplici falcidiam dici Caſtre. ſcribit in d. l. 1. in prin. num. 11. ſupra eo. Prima, quod non alia in eam imputantur, quam quæ iure inſtitutionis ad hæredem veniunt, altera, quoniam ob inſtitutionem ipſam conſeruandam introducta eſt, vt ſpe eius adductus hæres facilius adeat, ratumq; teſtamentum fiat. Qua ratione ſecunda admiſſa, quarta etiam inſtitutionis rectè trebelliana appellabitur, ſi quidem inſtitutionis, & ipſa tuendæ cauſa comparata eſt. Ratio etiam nominis huius accedere, & tertia poterit, quod niſi ab hærede directo detrahi falcidia poteſt. l. lex falcidia. §. nunquam ſupra eo. Sed enim vitio eodem, atq; ſecunda Caſtren. ratio hæc laborat, vt potè qua recepta quarta etiam inſtitutionis merito trebelliana dicetur, quam hæres ſolus directus, & qui quaſi directus grauatur, exercet, l. mulier. §. fin. infra ad trebell. Hoc amplius inſtitutio neceſſaria ad detractionem non eſt, ſi quidem ab inteſtato detrahi quarta, vtraq; poteſt, quotiens ex codicillis fideicommiſſum vniuerſale, legatavè data ſingularia ſunt. l. filiusfamilias ſupra eodē. l. 3. C. ad trebell. l. fin. C. quan. dies leg. ced.

Rationem quartam Ripa hic ſubiungit nume. 23. quartam inſtitutionis ob id falcidiam dici, quod ſalua, & intacta quarta hæc hæredi inſtituto remanet, quandoquidem liberum cuipiam legare ſupra dodrantem non eſt, & quod vltra dodrantem legatur, pro non legato habetur. l. non dubium. C. de legib. Quæ ratio dupliciter refellitur. Primum, quod generalis non eſt, at ſpecialis ad eum caſum ſolummodo ſpectans, quo conditum teſtamentum, & inſtitutio facta hæredis eſt. Codicillis planè, & ſucceſſioni inteſtati non conuenit, in qua ſalua hçredi fieri inſtitutio non poteſt, cum facta omnino inſtitutio non ſit, vel ſi facta quidem, pro non facta tamen habetur, ſiquidem permitti inſtitutio ex codicillis non ſoleat. l. ſceuola infra ad trebell. §. penult. inſtit. de codicill. & id genus alia. Secundo ſi vera Ripæ ratio hæc eſt, æquè inſtitutionis quarta, & trebelliana dicetur. Quam & ipſam ſaluam, & intactam inſtituto, & grauato manere palam eſt, cum fideicommittere ſupra dodrantem non liceat, vti ſcriptum ſuperius habemus, cum rationem Ripæ confutaremus, de qua apud eum num. 14.

Hic etiam obſeruandum, in quantum quartam inſtitutionis ratione acquiſitionis dici putat, quoniam iure hæreditario, & titulo inſtitutionis acquiritur, innuit enim Ripa ab inſtitutione, & conſequenter a teſtatore ipſo falcidiam haberi, & conſequenter ex voluntate teſtatoris ius quartæ competere, ſed enim à lege immediatè, & contra quam teſtator velit, falcidia deſcendit. l. tutta ſupra eod. idq; neceſſario oſtenditur, quotiens ab inteſtato detractio fit. Dici enim tum non poteſt, titulo eam inſtitutionis mediante acquiri.

Proindè prima Caſtr. melior ratio videtur in d. l. 1. in prin. num. 11. ſupra eod. Idcircò quartam inſtitutionis falcidiam appellari, quòd niſi eorum imputationem non recipit, quæ iure inſtitutionis, aut hæreditario ad hæredem veniunt.

Secundo principaliter videndum, cum argumentū illud Ripa diluit, quo bonorum non hçreditatis quotam falcidiam dicendam ob çris alieni deductionem objiciebatur, reſpondet. n. non ideo çs alienum ante oīa detrahi, ꝙ quota hæreditatis falcidia non ſit, verū ꝑꝑ imputationes, & legatarios id ita conſtitutum, imperfecta enim reſponſio hçc Ripæ videtur, in qua declaratio facta vlla non eſt, quomodo propter imputationes id ita conſtitutum, & legatario ſit, vnde ſuppleri reſponſionem hanc oportet. Propter imputationes æs ante alienum detrahi, quo planū fiat, quid, quantumvè imputari falcidiæ debeat, etenim ſi æs ipſum alienum ante non detrahimus, minor ſatis legatarijs imputatio eſſet, perinde quaſi opulentior hæreditas videatur ære alieno non detracto.

Conſequens declarationi huic ſit, non legatariorū

cauſa, aut fauore, vt in fine Ripa videtur, at propter hæredem ipſum, fauoreq; eius inſtitutum, vt detractio ante omnia æris alieni fiat, qui minus quarta, vtique haberet, ſi ære alieno non deducto, imputationes fierent.

Apparet ex declaratione hac fauorē maiorem fideicommiſſario vniuerſali non ſolum circa imputationes præſtari, quam legatarijs particularibus, cum plura trebellianæ, quam falcidiæ imputentur, verum etiam circa æris huius alieni detractionem, quę in trebelliana non fit, ſed ab hærede ipſo pro rata ſua trebellianæ portione agnoſcitur, d. l. 2. C. ad trebel. ſi rationem diuerſitatis huius in ære alieno detrahendo inter falcidiam, & trebellianā aſſequi licet, vtriq; & aliā tenebimus, cur pauciora vni q̃ alteri imputari ſolent.

53 In tertio nota. Ripæ nu. 25. quod † conditionis implendæ nomine datur, neq; legatum, neq; fideicommiſſum id dici, alternatiuę natura perſpecta, quę inter diuerſa ponitur ex gl. in rub. ff. ſi ager vecti. vel emph. pet. & in l. vbi pactum. C. de trāſac. pro qua ſententia tex. non deſunt in l. ſi hæredi plures ſupra de cōd. inſt. in l. ille, aut ille ſupra de leg. 3. in l. item apud labeonē. §. ait prætor. ff. de iniur. & in l. hęc verba ille, aut ille. ff. de verb. ſign. Quæ iura in ſententiam hanc Bald. nominat in conſ. 378. ſaluo nu. 9. lib. 5. idem Bald. ait in conſi. 415. cum quæritur, num. 3. in prin. eod. lib. in l. 2. nu. 6. in fin. C. de hęred. vel actio. vend. Caſtre. in conſ. 389 ſi conſideremus circa fi. lib. 1. pro eadem ſententia. tex. videtur in l. ſi is qui. cc. §. vtrum ſupra de reb. dub. quem tex. Soc. vocat in l. rem quæ nobis nu. 6. ff. de acq. poſſ.

Inter diuerſa tamen poſita alternatiua intelligitur, quæ aut æqualia, vel ſimilia, aut non multum diſcrepantia ſunt, vnde ſi facultas iudici detur, in mille, aut pœna alia reum delicti condemnandi, diſiuncta illa, aut pœna alia, ad pœnam diſſimilem, aut omnino diuerſam non trahitur, ita vt pœnam irrogare corporalem liceat, vnde pœna imponi debebit, quæ aut æqualis primæ ſit, vel quæ paululum eam excedat Bal. in l. & ſi poſt tres nu. 9. circa fi. ff. ſi quis cautio. per tex. in l. 1. ibiq; Soc. expreſſim meminit in ſecundo nota. ſupra de reb. dub. idemq; econtrario Socin. ſcribit, vt cum pęnam corporalem pedis puta irrogare, vel aliā iudici permittitur, pœnæ locus pecuniariæ, aut capitali non erit, quæ diſſimiles admodum mutilationi membri ſunt ex Bal. in l. conuenticula col. 3. in fi. verſ. item eſt arg. à natura alternatiuorum. C. de epi. & cle. ibiq; exempla, & alia ſubiungit. Baldum etiam in d. l. & ſi poſt tres, & in d. l. conuenticula. Iaſ. ſequitur in l. 4. §. cato. col. 1. circ. med. ff. de verb. obli. ſed vltra arg. hoc à natura alternatiuæ deſumptum ex tex. not. hoc tertium probatur in l. ſi quis ſub conditione ſupra ſi quis omiſſa cau. teſt. In eandem ſententiam tex. à nōnullis citatur in l. paulus. 1. ſupra de rebus dub.

54 Et in quantum † mortis cauſa capioni id adnumerari Ripa ait, quod ob conditionem implendā datur. Sciendum eſt, mortis cauſa capionem generis nomē eſſe, quod omnia complectitur, quæcunq; per mortē alicuius obueniunt. l. qui pretio. l. ſi mulier. l. ſi eum, & l. mortis cauſa capitur. ff. de don. cau. mor. inde Frede. ſcribit in conſ. 4. col. 3. in fin. ad legatum nomen hoc mortis cauſa capionis pertinere, de quo dictum ſuperius in ſpecie facti ad verſi. hunc ſed & quod implendæ, proponenda habemus.

Cum Freder. tamen in materia ſtricta ſtatuti puta, in quo de mortis cauſa capione mentio fieret, mihi non cōuenit, vt ad legatum trahatur, quoniam ad ea nomen hoc generis refertur, quibus proprium nomen non eſt. d. l. mortis cauſa capitur in prin.

Cauſam aliam materiæ gratioſæ, aut fauorabilis putem, in qua largè accipi verba conuenit, fauoris ampliandi cauſa, vt Calder. not. in conſi. 19. de regular. Ruin. in conſi. 9. col. 2. poſt med. lib. 4. idem ex tex. probatur in l. in teſtamentis. ff. de reg. iur. in l. fin. ff. de conſtit. prin. in l. neq; dorotheum. C. de decurio. lib. 10. & in l. ſi quando, C. de bonis vacan. eo. lib. quas legibus in ſententiam hanc Signorol. vocat in conſ. 61. nu. 10. Eodem tex. pertinet in c. cum dilecti ſecundū vnum ſenſum de don. ex quo tex. probatur, interpretationem admittendam, per quam materia fauorabilis extenditur, vt Alex. ſcribit in conſ. 48. nu. 6. lib. 1. Dec. in conſ. 69. col. 3. verſi. non obſt. ſecundum, & in conſi. 76. num. 1. in fin. Hoc ita, niſi contraria iuri cōmuni materia fauorabilis ſit, vti ſcriptum habemus in l. 1. nu. 101. ſupra de leg. 1. idem Rui. tradit in conſ. 24. col. 4. poſt prin. verſ. & tanto magis lib. 3. & in cōſ. 144. col. 2. in fin. lib. 5. Soc. iun. in conſi. 6. nu. 8. & nu. 18. in fin. lib. 1.

Ea igitur ſub vocabulo generali mortis cauſa capio includentur. quibus ſpeciale nomen non eſt, veluti quod conditionis implendæ nomine datur, quod legatum, aut fideicommiſſum dici propriè non poteſt. ſiquidem ſimpliciter non datur, aut per fideicommiſſum ei relinquitur, cui dandum eſt, verum ſub conditione, quæ ab arbitrio eius pendet, à quo dandum ſit, conditio planè diſpoſitionem nō inducit l. ſi quis ſub conditione ſupra ſi quis omiſſa cau. teſtam. idem ex tex. oſtenditur in l. quia autem in princ. eod. tit. vbi ex illis verbis, ſi hæreditas legitima ad te peruenerit, facultas ab inteſtato adeundi non competit, pro eadem ſententia. text. videtur in l. ex facto agitatum ſupra de hæredit. inſtit. ita explicatum apud Ripam hic in tertio. nota. legitur.

Sed obſeruandum, idoneam rationem hanc non videri, ob id legatum, aut fideicommiſſum non eſſe, quod ob conditionem implendam datur, quia conditionem habet, vnde naſci diſpoſitio non ſolet, innuitur enim in ratione hac, legatum dici, aut fideicōmiſſum non poſſe, quod ſub conditione datur, cum nihil prohibeat ſub conditione legari, & fideicommitti toto tit. ff. de cond. & demon. vnde & ſi conditione pēdente legatum propriè dici, aut fideicommiſſum nequeat. l. hæc venditio in prin. ff. de contrah. empt. l. legata, & l. qui hæredi in fin. ſupra de condi. & demon. l. cedere diem. ff. de verb. ſignifi. Attamen conditione exiſtente legatum propriè, fideicommiſſumvè dicitur, cum nihil interſit, pura nè diſpoſitio ſit, an conditionalis, conditione ipſa impleta. l. qui de inofficioſo. ff. de inoffi. teſt. neceſſario. §. quod ſi pendente. ff. de peri. & commo. rei vendi. l. nihil, ff. de nauti. fenore. l. potior eſt in pignore. ff. qui potior. in pig ha. l. fin. §. 1. ibiq; Ang. & alij ſupra de vulga. l. ſi quis ita. l. ſi pupillus, & l. fin. ſupra de condict. inſtit. & id genus innumera.

Secundò rationi huic Ripæ conſequens fit, vt legatum, fideicommiſſumvè dicatur, quòd ob conditionem implendam dandum eſt, poſtquam impleta conditio ſit, iſtud à ratione Ripæ ceſſante colligitur, etenim ſi ideo legatum, aut fideicōmmiſſum non dicitur, quod nihil in eſſe conditio ponit, neq; diſpoſitionem facit, ratio hæc niſi conditione pendente, locum non habet. Quo circa ea impleta, rationeq; ceſſante, nomen legati, fideicommiſſivè diſpoſitio hæc rectè proprieq; accipiet, quæ res legibus Doct. q; vulgo contradicit, quibus viſum eſt, legati fideicommiſſi vè nomen tum non eſſe, cum paritum conditioni eſt vt potè qua pendente, vacua à dubitatione omni res videtur, ſiquidem & quod legatum, fideicommiſſum vè propriè eſſe non dubitatur, legatum tamen, aut fideicommiſſum dici non poteſt, quamdiu conditio pendet, vti dictum ante habemus.

Proinde ratio melior videtur, idcircò legatum aut fideicommiſſum non dici, quoniam agendi ius ob id nunquam datur, quod præſtari ob conditionem

implendam debet conditione enim pendente, in expedito res eſt, agi non poſſe. Immo enim ſi quid ſolutum conditione pendente ſit, repetitionem eius quaſi indebito ſoluti lex permittit l. ſub. conditione ff. de condi. indebi. conditione item impleta, actio non competit, quoniam ex implemento ipſo conſecutus eſt, quod poſitum in conditione erat. Itaque cum obligationem, actionem ve vllam id nunquam habeat, quod dandum ob conditionem implendam eſt, legatum id dici aut fideicommiſſum non poteſt. Quorum nomine, & obligatio, & actio contra eum competit à quo dari debet cum ex arbitrio eius præſtandi onus non pendeat. Quam rationem Barto. ſenſit in d. l. ſi quis ſub cõditione ſupra ſi quid omiſſa cau. teſta. eamque ex teſtamento illo deſumit.

Rationem alteram meditabar ſi ideò legatum dici aut fideicommiſſum nequeat, quod dari ob conditionem implendam debet quod propter ſe legatum fideicommiſſumvè ſit id planè, quod ob conditionẽ dandum implendam eſt, legati fideicommiſſivè alterius implendi cauſa datur. Quocirca rationis non videtur, vt quod præſtari ob legatum aliud oportet: eodem atque illud nomine cenſeatur. l. ſi ita fuero ſtipulatus. § 1. & l. ſeq. infra de nouatio. Vbi cum pecunia mutua numeratur, ſtatim atque ſtipulatio ob eam reddendum interponitur, ex ſtipulatione, non ex numeratione actio competit id quia ſtipulationis implendę cauſa numeratio fit, atque ideò ex impleto tanquam nobiliore, & potentiore, non ex implente tanquam miniſtro agitur idque ex text. etiam demonſtratur in l. ex placito. C. de rerum permuta. vbi ex pacto de permutando agitur, non ex traditione, quæ pacti implendi cauſa ſequitur.

Sed enim aduerſarius rationi huic tex. videtur in l. fideicommiſſa. §. cum eſſet ſupra de lega. 3. vbi fideicommiſſum ineſſe dicitur vnum in gratiam eius, qui accipere id debet, quod dari ob conditionem implẽdã oportet. Alterum ad vtilitatem eius, cui reſtitutio fieri portionis hæreditatis debet. Conſequenter in eo etiam fideicommiſſum verſatur, quod dari ob fideicommiſſum alterum implendum debet. Eam ob rem ratio melior prior videtur, quæ adiecta, poſt Ripæ rationem abiectam eſt, ſi dixeris, contrarium tex. in d. §. cum eſſet, textui l. huius videri, in quantum fideicommiſſum in eo excluditur, quod conditionis implendæ cauſa datur. Quod tamen fideicõmiſſum eſſe tex. ait in d. §. cum eſſet. Reſponſio duplex accõmodatur, vna, quæ ex gloſ. ibi. decerpitur in ver. præſtare, vt voluntarium fideicommiſſum ſit, atq; adeo improprium, ſi fideicommiſſarius velit, cui portio hæreditatis reſtitui pecunia certa præſtita debet. Secundum quam reſponſionem in fideicõmiſſario intelligit tex. debet, qui grauari non poterat, ideſt in tertio cohęrede non inſtituto, & quem inuitum grauare poſt aditam hæreditatem non licebat.

Altera reſponſio ex glo. & Barto. colligitur in ver. accepta quod cohæredi reſtituenda portio hæreditatis, & ab eo accipienda pecunia ob conditionem implendam erat. Quo caſu fideicommiſſum propriè, & neceſſarium ratione etiam pecuniæ dicitur. id quia grauari cohæres potuit, vt pecuniam ipſam daret, tanquam aliundè, quam ex fideicommiſſo portionis hæreditatis honoratus.

Secundò contradicere notabili huic tertio tex. l. huius videtur in verſi. ſed & quod implendę conditions cauſa fideicommiſſum hæredi datur ſic fideicommiſſum appellat, quod hæredi ob conditionem implendam præſtatur. Ad arg. hoc Bar. reſpondet in 2. oppoſi. ſecundæ partis princip. de quo ibi videndũ.

Circa vltimum nota. Ripę, in quo diſcrimen nar-
55 ratur inter † computationem, & imputationem neſcio an ſatis ei de diſcrimine hoc conſtaret cuius obſcuritatis ſcripta eius ſunt tantundem enim in obligatione eſſe ex imputatione innuit, aut præſupponi ſcribit, ideſt tantundem imputandum, quantum petitur, declaratione non facta, à quibus petitio hæc fiat, à legatarijs ne, an ab hærede ſi de hærede ſenſit; tantum impetandum, quantum heres petit, ineptius ſenſus videtur ſiquidem imputari nihil hæres poterit. Quartam ipſe ſolummodo poſtulat. Rurſus non tãtum ſemper imputatur, quantum ipſe petit. Etenim cum quartam petat, quartam ipſam non ſemper imputatio æquat. Quid enim ſi minus in eo eſt, quod imputatur, q̃ in quarta. Sin aũt de legatarijs intellexit id ꝗ magis vr̃, ideſt tantũdẽ imputandũ ſeu tantũdẽ imputare obligatum hæredem eſſe, quantum imputari legatarij petunt recta differentia non videtur. Quoniam obligationem etiam computatio habet, vt computationem inire hæres debeat.

Differt tamen inter obligationem computationis, & imputationis, quia & ſi maximè computationi faciendæ hæres obligatur, attamen non omnia, quæ in cõputatione veniunt, imputationem admittunt verbi gratia in ratione ineunda, aut computatione facienda ęs alienũ venit, vt detractio eius fiat l. in imponenda à l. irritum. C. eo. §. cum autem inſti. eo. Atqui hæredi ipſi æs alienum in quartam non imputatur. Vnde computationem facta, quandoq; plus quãdoq; minus imputatur, quam partes contenderent.

Secundò differentiam hanc aliter Ripa explicaret ad ſolutionẽ imputatio trahatur, quod ſecus in computatione eſt. Quicquid enim quartæ imputatur, in ſolutionem eius cedit, ſiquidem per imputationem ſolutio quartæ fit, & ex imputatione falcidia hæredi ſoluitur. Computatio vero ſolutioni non cedit. Immò enim propter ſolutionẽ faciendam computatio adhibetur, quo planum fiat, quid, quantum vè ſolui per imputationem debeat.

Sed enim nihil prohibet, & id imputari, & imputãdo ſolui, quod in computatione deducitur, & ſi nõ ſemꝑ id fiat, vnde plus nimio generaliter locutus Ripa apparet, in ſolutionem quod computatur, non venire ſiquidem venire poteſt quamuis non ſemper imputatio veræ ſolutioni ſemper cedit.

Expreſſior, & oppoſita magis differentia enarrari inter computare, & imputare poterat, quam factum à Ripa ſit vt dicamus, imputationis cauſa cõputationem fieri in hoc enim computatio adhibetur, quo planum fiat, quid quantum vè imputari debeat vnde hæreditatis vniuerſę, legatorumque ęſtimatio, æris alieni ſupputatio in computatione fit. Quib. peractis, quid, quantum vè imputari debeat, apparet,

Conſequens his fit, ad factum magis computationem ad ius imputationem pertinere ex facto enim computatio pendet. Quid planè imputandum ſit, computationis facto impleto, in iure verſatur.

Quare hic aliquis, quem effectum in l. hac computatio habeat, vtrum quod computatur, imputationi cedat. Reſpondetur, extra imputationem omnino id eſſe, de quo computãdo diſceptabatur. Conſequẽter liquidum per computationem ſit, plus hæredi deberi, & minus imputari, quam legatarij putarent ex duobus enim alterum legatarij deſiderabant. vel ꝗ quinquaginta ob conditionem implendam accepta falcidia imputaret, vel id facere hærede renuente, vt ſolida centũ legatis nõ imputarentur, vt quaſi legata centũ eſſent, falcidiæ detractio fieret, & conſequẽter, ita computatio fieret, perinde quaſi legata non plusq̃ quinquaginta eſſent, cũ & ſi maximè cẽtum dignus fundus legatus eſſet, attamen quia quinquaginta legati illius cauſa data hæredi ſunt, re ipſa perſpecta, quinquaginta legata ſolummodo videbantur. Sed enim rationem ipſorum quinquaginta habendam non eſſe, vt legatum tanto minus videatur, tex. ait.

Ap-

Apparet ex his, quod ad l. noſtram attinet, quinquaginta ipſa ob conditionem implendam accepta in computationem non venire, vt legata extenuent, & legatum tanto minus videatur, ſi in computationem non veniunt, neq; ratio eorum in computatione, habetur, longè minus venire in imputationem debebunt, cum difficilius in imputationem res, quam incomputationem veniat, vtt dictum ante habemus.

Compntare tamen pro imputare aliquando accipi Ripa ſcribit, vt in l. omnimodo circa fin. C. de inoffi. teſt. vbi ſemel, atq; iterum in ſenſum imputationis computatio accipitur, ibi vt tanta ei pecunia in legitimam portionem computetur, & ibi ne in legitimam portionem eis computentur, In eandem ſententiam vocare, & tex. l. noſtræ in verbis poſtremis poterat, ne in quartam in computentur.

Ex diuerſo imputationem pro cõputatione accipi, ex textu. Ripa probat in l. vbi pure. §. ſi. infra ad Trebellia. vbi hæredi grauato, nõ ſubſtituto, cui reſtitutio hæreditatis fit ſumptus imputatur, qui in rebus hæreditarijs diſtrahendis conſeruandis, ve fit ſed enim ad computationem verbum ibi imputatur nõ pertinet verum ad impũtationem, prout à computatione diſtinguitur. Ad rem magis text. ſpectat in l. neſennius in princ. verſi. planè ſupra eodem, ibi imputabit, quod pro computabit accipitur.

Apparet ex his, generis verbum computare eſſe, quod computationem in ſpecie, & imputationem complectitur, in ſpecie computatio pro actu ipſo calculi ponendi, rationisq; incũdæ accipitur, in ſpecie etiam computatio pro imputatione accipitur, vt hac l. in fin. & d. l. omnimodo circa fi. itaq; ſignificatum geminũ computatio habet in ſpecie ſumpta. Aequè ſignificatum duplicem imputatio in ſpecie continet, id eſt computationis, ſeu ſupputationis. d. l. neſennius in fi. princ. ſupra eo. In ſignificatione ſupputationis, aut calculi ponendi computare verbum in tex. accipitur in l. diuortio. §. econtrario, ibi nihilominus pecunia meſſium in computatione cum ſpe futuræ vindemiæ veniet ſupra ſol. mat. & in l. liberum. ff. de religioſ. ibi in quam computationem cadit loci empti prætium.

Obſeruandum etiam, in ſignificatione verbi imputare reputare etiam verbum inueniri, vt in l. neſennius ſupra de nego. geſt. ibi reputabant hæredes auiæ alimenta præſtita nepoti, & in l. r. ſupra de impen. ibi cæterum ſi in dote factæ non ſint, non habent in ſe reputationem.

Pro verbo eodem imputare verbis, & illis iuriſcõſulti vtuntur, expenſum ferrè. l. ſed & ſi lege. §. quod autem. ff. de pet. hæred. vtrum totum hæreditati expẽſum feratur, an aliquid ex patrimonio eius, id eſt vtrũ totum imputetur, quaſi ex bonis hæreditatis impenſum.

In eandem ſignificationem accipi, & verba illa ſolent, accepto ferrè, vt in l. fin. C. de alim. pup. præſtan. ibi noluit pupillus accepto tutori ferrè, quę erogaſſet, id eſt recuſauit pupillus ipſi ſibi imputare, & quaſi ſoluta, aut accepta à tutore admittere, quæ erogata à tutore ipſo erant. Vulgo dictitant, noluit tutori intrare, eiſdem verbis text. vtitur in l. reſcriptum. §. r. verſi nam ſi maiores. ff. de diſtrac. pign. vniuerſos in quantitatem debitam accepto ferrè debebit.

Acceptum etiam referre pro computare accipitur. l. tali. §. r. ff. de iure dot. ibi & accepta legatis referri pecunia debet, id eſt inter legata computari, perinde quaſi ex legato, non etiam ex donatione inter viuos accepta.

Prima Bart. oppoſitio ad falcidiam inſtitutionis ſpectat, in quam niſi ea non imputantur, quæ ex inſtitutione hæres capit. In oppo. hac ab excluſione vnius ad incluſionem aliorum Bart. argumentatur iuxta. l. cum pręto r. ff. de iudi. l. ex eo, ff. de teſtib. l. cum ita in princ. ſupra de cond. & demonſtr. & quod in ſtatuto dicitur, quo ab hęreditate parentum filię excluduntur, inuitatos ad eam maſculos intelligi Bart. in l. 2. §. videndum infra ad tertul. ad quam ſententiam, & regula illa ſpectat, per exceptionem caſuum aliquorum, in alijs non exceptis regulam confirmari. l. r. §. quod autem. ff. de aleator. l. quęſuum. §. idem reſpõdit ſupra de fundo inſtruc. l. nam quod liquide. §. fin. ſupra de penu lega. l. r. ff. de regu caton. l. penul. §. & ſi placeat. ff. de verb. oblig. l. 1. § diuus. ff. de ſepul. viola. l. data. C. de dona. c. 2. ibiq; Abb. de coniugio leproſ. c. dominus, ibiq; glo. non ſpernenda. 32. q. 7. Itaq; cũ falcidię imputari ea text. exprimat, quę iure hęreditario capiuntur, ea deinde ab imputatione excludat, quę ex legato, fideicommiſſo, aut conditionis implendę nomine hęres conſequitur, incluſa ſub imputandi neceſſitate alia videntur, de quibus excluſio ipſa non loquitur. Atque ideò ſi quid extra teſtamentum atq; inter viuos ad hæredem peruenit, in falcidiã id compenſandum erit, quatenus de re id genus excluſio non loquitur, ſed enim extra quartam id eſſè, quod inter viuos accipitur, text. declaratur in l. pater filiam in princ. ſupra eo. qui in dote loquitur, quam de patre filia inter viuos accepit, ad imputationem eam non accedere, non rectè igitur ad ea reſtricta excluſio videtur, quę ex teſtamento ad hęredem perueniunt.

Soluit Bar. dotem ibi ex legato quidem fideicõcommiſſo, aut ob conditionem implendam nõ accipi, ſed ob id imputari in quartam non debet quaſi ſub excluſione imputationis non compræhenſa, quoniã iure hæreditario non capitur, quod tex. noſter initio expoſcit ſenſus Barto. eſt, locum argumento eſſe, ſi niſi verbis excluſiuis vſus tex. non eſſet ab imputatione excludi, quæ ex legato, fideicommiſſo, aut conditione implenda ad hæredem veniunt. perinde quaſi non excluſa includantur. At enim verbis etiã incluſiuis primum tex. vtitur ea imputatione Includi, quæ iure hæreditario hæres accipit de quo genere dos non eſt inter viuos collata. Itaque cum in capite ipſo incluſiuo dos hic non conſiſtat, ab imputatione remota ex incluſione ipſa intelligitur, ab incluſione vnius ad excluſionem aliorum colligendo d. l. cum prætor. ff. de iudi. l. cum lex ff. de legibus l. maritus C. de procura. l. fi. C. de pactis conuen. l. vni. §. ſin autem ad deficientis C. de cad. tollen. c. nonne de præſumptio. Ad rem igitur non attinet, extra quartam ex capite excluſiuo dotem nõ eſſe, poſtquam à quarta ipſa aliunde hoc eſt ab incluſione aliquorum ſolummodo, remouetur.

Ex Bar. ſolutione declaratio regulę percipitur, ab
56 excluſione † vnius incluſione aliorum ſequi locum ei non eſſe, quotiens ex capite alio ſcripturæ excluſa in alia inueniuntur. Ius idem econtrario ſeruandum per incluſionem vnius excluſa alia non intelligi, quæ capite aut iure incluſa alio ſunt l. cum qui ita §. 1. ibique Caſtren. col. r. in fi. verſi. nec obſtat l. cum prætor ff. de verb. oblig. Item per generalia, tex. prædicti & Caſtren. verbo non facto, Ruin. probat in conſil. 96. col. 2. in prin. ſeu num. 1. circa med. verſi. nec ex parte poſteriori lib. 1. Ad quam ſententiam, & illud quadrat, ad excluſionem aliorum incluſionem vnius non trahi, quotiens correctio aut derogatio voluntatis ſequitur Salic. in l. de crimine in 2. oppoſ. per gloſ. ibi. C. de accuſa. ſequitur Deci. in conſi. 53. in fi. & in conſi. 99. col. 2. ius idem probandum, cum legis aut iuris correctio inducitur l. 1. §. r. iuncta gl. r. in ver. adipiſcimur. Ibiq; expreſſius Horma. nu. 9. ff. de acq. poſſ. voluntatis quippè, aut iuris correctio intelligi nõ aliter poteſt, niſi quod ex capite, aut ſcriptura alia diſpo-

diſponentis incluſa alia ſunt, ad quorum excluſionē per incluſionem vnius argumentamur.

Et obſeruandum, ampliationem limitationis huius. d. l. cum prætor. ex text. probari in d.l. cum qui ita. §. 1. vt locum limitatio habeat, quamuis ex capite alterius, & diuerſæ ſcripturæ incluſum aliud ſit, ꝙ per incluſionem excluſum vnius dicitur, in d. enim. §. 1. excluſi hæredes alij promiſſoris per incluſionem vnius non cenſentur, quamuis per ſcripturam aliam legis, non eandem hominis incluſi alij dicantur, ita quod ex capite legis venit, per incluſionem vnius nō creditur, quæ facta ab homine ſit.

Inde declaratio, aut limitatio regulæ alterius emaner, de qua in l. in agris. ff. de acquir. rerum dominiū limitatum effectum à diſpoſitione limitata non produci, quotiens ad alia per legem diſpoſitio limitata protrahitur. Ad ea enim hominis diſpoſitionem protendi, tam & ſi limitata ad aliqua videatur, atque ideo ſecundum iuris diſpoſitionem limitatam ampliari, ad quam ſententiam text. etiam confert in l. Lucius, ibique Bald. ſupra de legat. 1. Socin. in l. paulus. 2. in fin. ſupra de rebus dub. ſed an extra cauſam hæredum trahi limitatio hæc poſſit, locus hic diſcutiendi non eſt. Doctor. de re hac videndi in d. l. cum qui ita. §. 1.

Prima hæc Barto. oppoſitio ineptitudinis damnatur, atque præter Ripam, & alios, aliena à text. videtur, in quo expreſſum eſt, ea demum imputari, quę iure hæreditario capiuntur. Cuiuſmodi dos non eſt in d. l. pater filiam. Si dixeris, contra verba hæc. l. Barto. oppoſitionem non tendere, at contra alia, quibus de legato, & fideicommiſſo non imputandis mentio fit. Reſpondetur, ſubiecta verba illa dicti huius prioris confirmandi cauſa, quo niſi hæreditario iure accepta in falcidia non cedere expreſſum eſt, quo enim planius, aut expreſſius fieret, quæ venire in falcidiam non oporteat, adiectum eſt, non quas ex legato, fideicommiſſo. l. Proinde ex verbis illis dicti prioris iuuandi cauſa ſubiectis argumentum Bart. deducere ad dictum ipſum impugnandum non debebat, ne ad confirmandum, aut ampliandum poſita diminutionem pariant. l. ſi cui ſerui in princi. ſupra de leg. 1. l. ea tamen adiectio ſupra de leg. 3. l. ſi mancipia ſupra de fundo inſtruc.

Secundò ineptitudo oppoſitionis Bart. oſtenditur, namq; verba illa, non quas iure legati, vel fideicommiſſi. l: ad eorum excluſionem ſpectant, quæ iure hæreditario non capiuntur, atqui ſecundum arg. Bar, incluſionem non hæreditariorum continerent, ſic effectus vnius cauſa introducta effectum contrarium parerent contra. l. legata inutiliter ſupra de leg. 1. l. cũ tale. §. fin. ſupra de cond. & demon. & id genus alia.

Tertiò perſpicua oppo. ineptia ſit, nihil aliud enim in l. hac tota Martianus ſtuder, niſi vt planum diſcrimen inter falcidiam, & trebellianam faciat, oſtendat que priuilegiariam falcidiam magis, quam trebellianam circa imputandi ius eſſe, pluraq; trebellianæ,
57 quam falcidiæ imputari, ſed enim † quod extra teſtamentum inter viuos accipitur, nec trebellianæ cedit. l. debitor. §. fin. infra ad trebel. Bart. hic in 3. oppoſi. Signorol. in conſ. 20. q. 2. vbi non niſi ea imputanda ait, quæ voluntatis vltimæ occaſione capiuntur. Quomodo igitur argumento vti Bart. non dubitauit, quo falcidiæ imputari diceret, quæ inter viuos capiuntur, quatenus nec in trebellianam veniunt.

Proinde cum pro exploratiſſimo Martianus haberet, in quartam neutram ea deduci, aut venire, quæ inter viuos veniunt, & niſi de his cōtrouerſiam non eſſe, quæ ex teſtamento relinquuntur, de his in falcidiā non reputandis ſcripſit, quæ legati, fideicommiſſi vè iure, aut ob conditionem implendam dantur, in quibus verſari dubitatio poterat, non de his, quæ extra omnem cōtrouerſiam poſita ſunt, quale id eſt, quòd extra teſtamentum inter viuos accipitur.

Quartò de re liquidiſſima controuerſiam Bar. opponendo fecit, etenim cum ea falcidiæ imputari tex. dixit, quæ iure hæreditario hæres conſequitur, excluſa ab imputatione proculdubio ſunt, quę inter viuos hæredi contingunt. l. cum prætor. ff. de iudi. l. maritus. C. de procurat. id quidem in primis, quòd contrarietas inter titulos hos verſatur iuris hæreditarij, & inter viuos, quo circa abſurda prorſus res fuerit, iuri ea hæreditario accedere, quæ inter viuos habentur, contraria contrarijs adiungendo, quæ in eadem re cohærere nequeunt, vt eſt apud Philoſophum in ſecundo de generatione, idq; ex tex. etiam oſtenditur in l. ſi ancil la. ff. pro ſuo in l. fin. § ſenator. ff. ad municip. in l hæc verba ille, aut ille in princ. ff. de verbo. ſignifi. c. porro ante ſi. de peniten. di. 1. vbi ſimul bonus, & malus eſſe quiſquam non poteſt.

Et de re liquidiſſima dubitationem à Barto. ita opponendo, factam eſſe, aliter etiam ex tex. demonſtratur. In quo poſtquam dictum eſt, ea falcidiæ imputari, quæ iure hæreditario capiuntur, quamuis excluſa alia cenſerentur, quæ legati, fideicommiſſi vè iure, aut ob conditionem implendam accipiuntur, attamen expreſſio nominatim facta de eis eſt, imputationi non cedere. De his planè non imputandis, quæ inter viuos capiuntur, dictum quicquam in tex. non eſt. Cauſam hic ſcrutemur, quam obrem excluſa ea nominatim non ſunt, quæ ex viuis habentur.

Equidem non cauſam aliam meditari liceat, niſi ꝙ vacua in eis res prorſus ab omni ambiguitate erat ſiquidem contrarietatem inter ius hæreditarium, atque inter viuos verſari palam ſit. Non ęquè extra dubitationem omnem viſa res in legato fideicommiſſo, atque eo fuit, quod propter conditionem implendam ad hæredem venit, perinde quaſi iuris hæreditarij videantur, vbicunque ex hæreditate vniformiter accipiuntur.

Rurſus iuris hæreditarij ob id videri poterant, quod hæreditatis occaſione ad hæredem veniunt. Quod cum ita ſit, dubitationis omnis reſecandæ cauſa, mētio expreſſim facta de legato, fideicommiſſo, atque eo eſt, quod ob conditionem implendam datur, de his planè exprimere, quæ inter viuos capiuntur, ineptum omnino fuerat, vnde non ab re omiſſio eorũ facta apud iuriſconſultum eſt. Conſequens his ſit, ineptitudinis excuſari Barto. non poſſe, à quo facta oppoſitio in eo eſt, quod viuos inter accipitur.

Quintò ex diuerſis atque ſeparatis pœnitus Barto. oppoſitio cōſtat in eorum enim imputatione tantummodo, iuriſconſultus verſatur, quæ ex voluntate vltima deſcendunt cum de iure hæreditario, legato, fideicommiſſo, atque eo mentionem facit, quod ob conditionem implendam accipitur. Bart. planè oppoſitio ad ea ſpectat quæ inter viuos capiuntur, & quibus conuenire verba tex non poſſunt ſi verba eis tex. non congruunt, vtique nec diſpoſitio. l. ſi quis ſeruum. ff. ſi quis cautio. l. cum hic ſtatus. §. ſi ſponſus. ff. de dona. inter virum in vxor. l. ſi vero. §. de vero ſupra ſol. matri. l. ita autē in prin. ſupra de admi. tutor. l. 4 §. totiens ff. de dam. infec. c. indemnitatibus, §. ſed cum eas de electio. lib. 6. & alia compluria. Quid ita igitur ab his oppoſi. deduxit, quę viuos inter capiuntur, & quæ ad rem omnino non conferunt.

Sextò præſuppoſiti falſi Barto. appoſitio à Ripa incuſatur, non obſcurè enim ita opponendo Barto. præſupponit, illud ex iuriſconſulti verbis innui, in falcidiam ea imputari, quæ iure alio, quam legati aut fideicommiſſi ad hæredem veniunt. Enim-

uero contrarium quam Bartol. putet, Iuriſconſultus innuit, vt ea omnino non imputentur, quæ ex titulo inter viuos hæres habet. Quoniam ſi imputatio eorum non fit, quæ ex teſtamento legati, aut fideicommiſſi iure hęres accipit, quanto minus ea cedere imputationi debebunt, quæ extra teſtamentum hæredi obueniunt, ſiquidem à titulo hæreditario longius non paulo titulus abeſt, qui inter viuos habetur, quam qui ex teſtamento per legatum, aut fideicommiſſum procedit.

Sextò clauſulam connexam, ſub qua regula poſita falcidiæ eſt, ita argumentando, & opponēdo Bar. diſiunxit. Coniunctum enim de imputatione falcidię locutus Bar. eſt, ad ea imputationem pertinere, quæ iure hæreditario, non legati fideicommiſſi, aut conditionis implendæ cauſa hæres accipit. Bart. planè à parte poſteriori illius ſcripturæ oppoſitionem deducit, parte priori omiſſa, quæ coniuncta cum poſteriori eſt. cum ad declarationem prioris ſequitur. Connexa enim æſtimantur, quotiens ad determinationem vnius alterum venit. l. aurelius. § idem quæſijt in fi. ſupra de lib. lega. cū alijs apud Ruinum relatis in conſi. 164. nu. 11. verſ. ſimiliter dicta duo poſſeſſoria. lib. 5. Cardi. huc & poſteriores ſpectant in c. de iureiuran. Connexa correſpectiua capitula omnia æſtimari, quæ in obligationem vnam conferuntur. De quo dicto rerum meminit in conſi. 48. nu. 6. Connexa planè pro vno habentur, neque ſeparationem admittunt. l. etiam. §. ex cauſa. ff. de minor. l. ſed ſi plures. §. 1. Ibique Iaſ. in 2. nota. ſupra de vulg. l. 3. §. fin. ff. de aqua plu. arc. l. 1. §. item quæritur. ff. de aqua quotti. & æſti. l. quid ergo. §. pen. in ver. connexum. ibique Bal. ſupra de contra. iudi. tutelæ.

Secunda Bart. oppoſitio non ſolum ad regulam primam initio ipſo. l. in falcidia traditam, ſed ad ſolutionem etiam ſpectat, quę accommodata ſolutioni oppoſitionis primæ eſt. In prima enim regula expreſſum eſt, non alia falcidiæ imputari, niſi quæ iure hæreditario capiuntur. In ſolutione planè oppoſi-
58 tionis primæ dictum eſt, donata † inter viuos falcidiæ non cēdere, id quia neq; hæreditario iure, neque ex teſtamento habentur. Sed enim inter viuos collata in falcidiam venire text. probat in l. cum quo. §. fi. ſupra eo. vbi aureorum centum dominus, partem quartam totius patrimonij, ideſt 25. inter viuos cui dedit. Hæredem deinde donatarium ſcripſit, & dodrantem legauit, atque ideo hæreditatem totam, cū non pluſquam dodrantem reliquum haberet. ſumma donata detracta, locum l. falcidiæ non eſſe tex. ait. quia viuus teſtator videtur hęredi futuro prouidere. ideſt ea mente donare, vt in falcidiam donatario ipſi hæredi futuro cedat. Si animo in falcidiam compēſandi, donatum inter viuos in dubio creditur, imputationi locus nunquam in eo non erit, quod datum inter viuos ſit.

Reſpondet Bart. inficias eundo, donatum in dubio intelligi, vt in falcidiam cedat. verum aut expreſſim, aut tacitè ita actum, vt compenſatio cum falcidia fieret, & ne vaticinari Bat. videatur, hoc ibi patere ait. & quamuis aliter non explicet, quomodo id pateat, in hoc tamen probari ſentit, quòd ita datum text. ait, vt hæredi futuro prouideret. Quæ prouiſio referri ad aliud non poteſt, niſi ad falcidiam compenſendam, vt viginti quinque donata præcipua donatarius in falcidiā haberet, quaſi dicat, cum hæredē donatarium facere in animo teſtator haberet, eo ſe donādo prouidere hæredi dixit, ꝙ in falcidiā cedere donatum vellet. Idem ex text. Bart. oſtendit. in l. 3. §. pen. infra de bonis liber. vbi quod patrono datum inter viuos eſt, ad legitimam eius externādam prodeſt, ſi ideo datum ſit, vt in legitimam cederet.

Reſponſioni huic Bart. contradicere text. videtur in d. l. pater filiam. in prin. ſupra eo. Ibi enim dotem inter viuos datam in falcidiā imputari teſtator iuſſit. Atq; nihili mandatum ipſum de imputando habetur. neque id ſequi neceſſe filia habet. Ad quem text. reſponſionem ex Bart. ipſo in 1. oppoſi. patere Ripa hic ſcribit nu. 30. eo teſtatoris iuſſum non exequendum, quòd neque hęreditario iure, neque ex teſtamento dos non capitur.

Sed enim reſponſioni huic text. obſtare Ripa ait in d. l. cum quo. § fin. vbi iuſſui teſtatoris circa imputationem in his etiam obtemperatur, quę extra teſtamentum inter viuos accepiantur. Apparet ex his, vt ſiquidem Bartol. reſponſionem agnoſcamus, quę ab eo accommodata ad dict. l. pater filiam eſt. ex text. eam confutari in d. l. cum quo. §. fin. ſin autem Bar. reſponſionem ad tex. admittimus. in d. § fi. contrarium ei text. apparere in d. l. pater filiam. vbi hec ex mandato teſtatoris imputatio fit.

Indictis his Ripę, aut incogitantiam in Bart. non ferendam, qui ad contradictionem hanc non animaduerterit, aut ſomnolentiā intueri in Ripa oportet, à quo Bar. perſpecta mens non ſit. Quod magis erit dicere. Ripa enim ita Bart. loquentem facit, perinde quaſi teſtatoris mandato in his nitatur, quæ inter viuos capiuntur, cum ad text. reſpondet in d. l. cū quo. § fin. At enim hallucinatus non vulgariter Ripa in Bar. mente explicanda apparet. Quoniam vbi ad text. reſpondet in d. l. cum quo. §. fin. teſtatoris vti teſtatoris mandatum non obſeruat, verū quaſi donatoris, qui in re ipſa donanda, & tradenda expreſſim id aut tacitè cauit, vt imputatio fieret. Cui mandato quin ſatis fieri à donatario oporteat, dubitandum non eſt, vtpote in re ſua tradenda adacto. Liberum quippe cuique eſt, quam legem velit in re ſua tradenda adſcribere. l. in traditionibus. ff. de pactis. l. legem. C. eod. titu. l. cum eſſet. §. fin. ff. de ſeruit. ruſti. præd. l. 1. §. ſi cōuenerit. ff. depo. l. ſi ſeruus ea lege. ff. de ſeruis expor. l. ſed & ſi pupillus. §. item ſi plures. ff. de inſtitor. l. Theopompus. ff. de dote prælega. l. 1. ff. de ſolutio. l. 1, C. eod. tit. l. pen. C. ad exhiben. l. 1. & per totum. C. ſi mancip. ita fuerit alie. authen. excipitur. C. de bonis matern. c. verum de condi. apposi. c. de monachis. de præben.

Teſtatoris quaſi teſtatoris iuſſus in d. l. pater filiā. neceſſario ſpectatur. Quoniam in re, aut dote tradenda iuſſus vllus expreſſus, tacitusvè de imputando non interuenit. vtpotè quo admiſſo, ius idem dicti tex. atque in d. l. cum quo. § fin. probandum ſine dubio foret. idque & Ripa ipſa hic probat. nu. 31. Quapropter falſus Ripa euidenter eſt, qui parem text. vtriuſque cauſam circa mandatum de imputando credidit. Hoc eſt à teſtatore ipſo imputandi neceſſitatem in tex. vtroque impoſitum. contra quam & textuum, & Bar. verba ferant.

Conſequēs declarationi huic fit, vt quem ſenſum circa tex. in d. l. cum quo. §. fin. Ripa ſibi arrogat neceſſario. Bar. ipſa verba loquātur. Hoc eſt ius ipſum imputandi, de quo ibi hęreditarium, aut in hæreditate inueniri, quamuis res donata titulo inter viuos accipiatur. Etenim ſi de imputatione facienda, cum res donaretur, actum expreſſim, aut tacitè eſt, non poteſt ius illud de imputando ex pacto quæſitum in hęreditate non inueniri atque ideo hæreditarium æſtimari, & ſi contra extraneum ex pacto cum defuncto interpoſito ius hęredi competit, & pacto, aut obligationi contrauenire extraneus non permittitur. Longè minus hæres, cui nec contra teſtatoris factum venire licet, etiam in quo fidem ſuam hæres non adſtrinxit. Adeundo enim & hęreditatem amplectēdo ipſum ſe obligat. l. apud Iulianum. §. fin. ff. quibus ex cau. in poſſ. eatur, l. ex maleficijs. §. hęres. ff. de actio. & oblig. §. hęres quoque inſti. de oblig. quę

ex quaſi

ex quaſi contra.naſcun.eodem text ſpectar.in l.1.C. com. de legat.in §.noſtra inſtit.de lega.Quibus legib. actio perſonalis ex teſtamento contra hæredem datur,quæ aliundè naſci niſi ex ipſo quaſi contractu nequit,quem aditio inducit.

Hoc amplius, iure conſiſtere Ripæ inſpectio, aut ſenſus non videtur, cum ius ipſum imputandi expendit,quod hæreditarium ait,quoniam, aut actione ius hoc imputandi, aut paſſiuè obſeruamus, ſi quidem actiuè, quòd debitum teſtatori eſſet, iuribus actiuis contra debitores hæreditarios hæres vtitur, atq; ideo eum ſeipſo eum agere oporteret, quod fieri non poteſt.l.vtannius,ff.de fideiuſ.ſi dixeris, ad legatarios ius hoc hæreditarium actiuè contra hæredem ambulare. Reſpondetur,actionem,aut ius perſonale ex actu inter viuos quæſitum legatarijs non quæri,l.nam quod §.fin.infra ad trebel.l.fin.C.de hæred.actio.

Sin autem paſſiuè ius hoc imputandi intelligimus, quomodo id fiet, vt imputationi faciendæ teſtatoř teneretur,à cuius arbitrio res ipſa tota pendet.

Conſequenter his dicendum, neceſſitatem hāc rei inter viuos datæ imputandæ, à Ripæ ratione non fieri,quod hereditarium imputandi ius ſit,verum quòd reale onus hoc imputandi inuenitur, hoc eſt ad rem ipſam inter viuos ea lege collatam, vt imputaretur, adhærens, vnde cum onere ipſo imputandi ad hæredem ambulauit,l.inter debitorem.ff.de pactis, l. 4. §. modum.ff.de ſeruitu.l.cum in fundo,& l, ſeq.l.pecoris,& l.via.§.ſi fundus. ff.de ſeruitu. ruſti. præd. l. cum fundus. ff. com. præd.l.loci.§.ſi quis,l. ſi forte. §.modus,ff.ſi ſerui. vendi.l.ſi pendentes. §. ſi quid coacarij. ff.de vſufruc.l.qui in aliena §. interdum ſupra de acq. hæredit.l.forma.§.ſi vero ff.de cenſib.& alia compluria,itaq; ſi cum onere imputandi ad hæredem, eundemq; donatarium res donata ꝑuenit, fruſtra ad falcidiam imputandam adit. Quam ante iam accepit, l.bona fides non patitur.ff.de regu.iur. Criminique ei vertitur,qui id poſtulat,quod intus habet. l. ſi quis ex argentarijs.§ prohibet.ff de ædendò. l. 1. §. interdictū autem.ff.vti poſſi.l.quotiēs.ff.de ſolutio.l.1.C.de aliena.indi.mu.cau.fac.l.1.ibiq; Bart.in ſummario. C. de re iudi.§.æquè verſi.quod genus inſti.de interdic. §. fi. inſti.de perpe. & temp. actio.c.examinata de iud.ſed & contra ſententiam exceptio hæc opponitur,petis, quod intus habes.d.l.1.ibiq; Bar.C.de re iudi.

Apparet ex his,non rectè à Ripa Bar.incuſari,perinde quaſi id ſenſerit,vt ex mandato teſtatoris imputatio in d.l.cum quo.§.fin. fiat. Quam ex lege donationi ipſi adiecta induci Bart. ſcribit, imo enim vtro calculo Ripa ipſe notandus, à quo Bart.ante increpatus,quam verba,mentemq; eius perſcrutaretur Salomone autore,de quo Pontifex Damaſus meminit in c.eorum.11.q.3.cum alijs apud Decium relatis in cōſ. 151.col.10.in fi.& in ſermone ab eo pro iure concilij piſani ędito.

Apparet ſecundo rectè de textibus memoratis in d.l.pater filiam,& in d.l cum quo.§ fin. Bar.ſenſiſſe,vt interſit,vtrum initio ipſo,cum res inter viuos donatur,aut traditur,conditio aut conuentio de imputando expreſſa,vel ſubaudita, an ſub teſtamento poſtea fiat, quam ius ſimpliciter quæſitum donatario eſt.

Sed enim quo ſignificatior,& expreſſior ſenſus tex. fiat in d.l.pater filiam,aliter tex. ipſum oppugnamus, in eumq; contendimus, hoc eſt locum imputationi, & mandato teſtatoris videri, quamuis initio ipſo, & in dote ipſa conſtituenda dictum quicquam de imputando non ſit, etenim filiam hæredem patri extitiſſe in tex.præſupponitur, locus quippè aliter quartę detractioni non eſſet, ob id rectè iuberi filia hæres potuit,vt in falcidiam,aut in trebellianam dotem imputaret,quamuis inter viuos acceptam, quatenus, & in re ſua ipſius hæredis imponere grauamen licet, neq;

59 minus † de re hæredis,atq; ſua diſponendi ius teſtatori competit.l.ſi hæredis ſeruus ſupra de leg.1.l.vnū ex familia.§.ſi rem. l.cum filius. §. dominus ſupra de leg.2.l.hæredum.C.de fideicom.§.non ſolum inſti.de leg. quomodo igitur mandato teſtatoris de dote imputanda contrauenire filia permittitur, cum ratum defuncti factum habere hæres cogatur, perinde ac ſi factum ab ipſo hærede ſit, hæredis enim factum eſtimatur,quod factum à defuncto eſt gl.& Barto. in l. ſi ſeruus furtiuus in prin.ff.de cone.furti.Soc.in l.4.§.cato,nu.27.verſ.ſed tamen poſito,ff.de verb.obl. Iaſ.in l.ſi ſeruum ſtichum in prin.nu.9.eo.tit.

Reſpondetur,locum argumento eſſe, quotiens de re ſua diſponere teſtatori licet, ibi enim tantumdem iuris, & in re hæredis competit,ſed enim de re ſua falcidiam prohibendo, aut minuendo iure.ff.orum, & C.diſponendi facultas teſtatori nō erat.l.quod de bonis in fin.ſupra eo. Iure enim auꝺen.introducta.l.falcidiæ prohibendæ poteſtas eſt aucten. ſed cum teſtator.C.eodem tit.Qua ratione igitur ius falcidiæ prohibendæ tempeſtate illa teſtatori non erat,ita nec mādandi, vt cum dote compenſatio falcidiæ fieret, ſi quidem compenſandi poteſtate admiſſa, & compenſatione facta, nihil quicqnam falcidiæ nomine ablatura filia fuerat,vt potè in dominio cuius ex donatione inter viuos dos ante iam eſſet, ita per indirectum compenſando, falcidiæ prohibendæ occaſio tributa teſtatori fuerat contra.l. quod dictū.ff.de pactis. l. cū hi.§.ſi cum his.ff.de tranſactio.l.athlethas.§.ait prętor ff.de infam. l. aduerſus. ff.de arbitr.l. palam. §. ſi cum palam.ff.de ritu nupr. reg. cum quid vna via lib. 6. & alia ſexcenta.

Non obſtat, factum defuncti pro facto hæredis haberi,atq; ideo licentiam hæredi non eſſe contra mādatum,aut prohibitionem,factumvè defuncti veniēdi,reſponſio enim ex proximè dictis liquet.

Locum argumento non eſſe, vbicunq; cōtra quā ius prohibet,aut conſtituit,teſtator diſponit, tū enim ratum defuncti factum habere hæres nō cogitur,idq; ex tex. probatur in d.l.pater filiam, etenim ſi contra prohibitionem iuris facto defuncti parere neceſſe hęres habeat, vtiq; falcidię dotem imputare filia cogeretur,idem ex tex.oſtenditur in l.ſi quis ſub cōditione hæredes ſupra inſti.vbi conditioni parere hæres non cogitur,quæ aſcripta in fraudem legis eſt, ꝗde legatis puta incapacibus reddendis, in eandem ſententiam. tex.eſt in d.l.ꝗ de bonis in fi.vbi ęſtimationi hæreditatis à teſtatore factę ſtare hæres non compellitur, ſi pluris forte quam ſit,ęſtimata inuenitur, id quia falcidiā ad eum modum prohibere,aut minuere per indirectum,& contra quam permiſſum iure ſit teſtatori liceret, pro qua ſententia.ll.duas,& alias gl. vocat in d.l.quod de bonis in fi.eod.tex.ſpectat in l.ſeruo.§. ineptas ſupra de leg.1.quem text. Signorol. nominat in conſ.110.nu.13.circa fin.verſ.prętetea non obſtat, in eandem ſententiam adiuuandam nonnulla addita & à nobis ſunt in conſ.200.num. 5.& nu.duobus ſeq. ibiq; acceſſio à nobis facta ad Venetam excuſſionē.

60 Ex tex.etiam.d.l.pater filiam declaratio † aut limitatio regulæ illius vulgatę decerpitur,facilius quęrendum,quam quęſitum ius tolli.l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui,vel alie.iuris.l papinianus. §. ſi conditioni ver.quoniam ante aditam,ibiq; gl.in ver quærela. ff. de inoffi.teſta.l.ſi ſponſus.§.ſi maritus.2.ff.de don. inter vir.& vx.l.quotiens.C.de rei vend.& alia non pauca,de quo etiam apud Iaſ.in l.ſeruus creditoris.C. de pactis,nè locum id habeat,quotiens eo inuito,qui ius ipſum adimere certat, legisq; beneficio quęrēdum id eſt,in d.enim.l.pater filiam,ius conſolidationis dotis, quæ filiæ quærenda à morte patris eſt.l.2.§.ꝗ ſi in patris,& l.ſi ſocer in prin.ſupra ſol. mat. per mandatum patris de compenſando,non impeditur.

Circa

61 Circa Ripæ quæſtionem, vtrum antiquatus † ho-
die tex. ſit in d.l. pater filium. Antiquatum prima ra-
tione quis diceret. Namq; ſi falcidiam totam prohi-
bere teſtator permittitur anthen. ſed cum teſtator.
C. ad l. falcid. longè magis in poteſtate eius erit, præ-
cipere, vt quod hæredi dedit, acceptum falcidiæ fe-
ratur, ſi minus in eo ſorte, quam in falcidia ſit. l. iuriſ-
gentium. §. adeo. ff. de pactis. l. videamus. § pen. & l. in
actionibus. ff. de in litem iuran. l. cui pacto. ff. de ſer-
uis expor. l. in ſuis. ſupra de libe. & poſt. reg. cui licet.
lib. 6 Qua ratione adducti pleriq; ità ſentiunt.

Quæ opinio ſi vera ſit, conſequens fiet, liberis etiã
primi gradus rectè trebellianam prohiberi. quate-
nus in liberis his tex. loquitur in d.l. pater filiam. quã
opin. Doct. non pauci admittunt à Gozadi. enarrati
in con. 45. nu. 20. verſic. quo ad aliud dubium. à Ru-
beo Alexandri. in conſi. 2. ante fin. & in conſi. 43. nu.
31. in fin. Quibus in locis opin. hac Gozad. cum Ru-
beo vtuntur. Eandem opinionem Doct. ferè placere
Marius Anguiſola apud Curtium iuniorem teſtatur
in conſi. 120. nu. 12. opinioni huic Bellamera fauet
in conſil. 43. col. 1. in 2. dubio. & quamuis de liberis
primi gradus nominatim non exprimat, attamen
cum liberorum, & legitimæ cauſa in ſpecie ſua ver-
ſaretur, ius trebellianæ prohibendæ eſſe ſimpliciter
ſcribit. eandem opin. vulgatiorem Ruin. ait in conſi.
173. col. pen. poſt med. lib. 2. in conſi. 80. num. 14. in
conſi. 115. col. pen. circa med. in conſi. 118. col. pen.
in fi. in conſi. ſeq. nu. 5. in conſi. 130. col. fin. in prin. in
conſi. 137. nu. 8. in conſi. 146. nu. 8. in conſi. ſeq. & in
conſi. 149. lib. 3. Pariſ. in conſi. 93. num. 46. lib. 2. & in
conſi. 1. nu. 82. in conſi. 21. num. 42. & pluribus ſeq in
conſi 52. nu. 11. in conſi. ſeq. num. 52. lib. 3. In quam
opin. Pronior & Soci. iun. videtur in conſi. 136. nu.
9. libr. 1. cum dubia admodum opi. diuerſam exiſti-
mat. In eandem opin. maiorem Rotæ partem con-
ceſſiſſe, quamuis definitum quicquam ob contro-
uerſas Docto. opiniones non fuerit, Caſſador. refert
decii. 4. ſub tit. de teſta. fol 218. eandem opi. crebrio-
re Docto. calculo receptam Picus hic ait. num. 272.
aduſque. nu. 285. quotiens §. quartæ duplicis detra-
ctio ſit legitimæ, & trebellianæ. Eandemque opinio-
nem in iudicijs præualituram putat, quamuis ab ea
ipſe diſcedat.

Opinionem negatiuam liberis primi gradus no-
xiam prohibitionem non eſſe. Bal. & Sal. poſterio-
resque Peruſini probant in l. iubemus. per illum tex.
C. ad trebel. Alex in conſi. 5. in fin. lib. 3. Guido Papæ
q. 51. & crebriorem Deci. aſſerit in conſi. 81. in 4. du-
bio. in conſi. 218. col. 2. verſ. & ſi caſus fideicommiſſi,
& in conſ 480. col. penul. in tertio dubio. Iaſ. in l. 3. in
prin. col. 2. infra ad trebel. in conſi. 84. col. 10. lib. 1. in
conſi. 99. col 7 & in conſi. 146. col. 3. poſt med. lib. 4.
Ruin. in conſi. 59. nu. 8. in conſi. 163. num. 14. lib. 2. in
conſi. 21. nu. 8. & ſeq. lib. 3. Quam opi. æquiorem &
crebriorem pleriſque viſam Ruin. idem teſtatur in
conſi 43. nu. 26. eod. lib. 3. frequentiorem opin. hanc
Pariſ. ait in conſi. 1. nu. 19. lib. 2. Crebriorem etiam &
æquiorem Pariſ. idem adfirmat, vt licet opi. ſatis di-
uerſam defendi poſſe putet, in conſi. 47. num. 13. &
pluribus ſeq. eo. lib. 2. opinioni huic Crot. aſſentitur
in l. nemo poteſt. num. 33. verſi. quartum motiuum.
ib dic Ripa. nu. 52. ſupra de lega. 1. Picus hic. num.
2.. & ſeq. quamuis opin. diuerſam receptam ma-
gis atque in iudicijs præualituram dicat. A ſententia
hac Ripa etiam hic ſtat. nu. 32. & crebriorem Ripa
idem teſtatur in l. centurio. nu. 65. in fi. ſupra de vulg.
eiuſdem ſententiæ Gozadin. eſt in conſi. 48. in fin.
in conſi. 81. nu. 15. in conſ. 92. in prin. in conſi. 94. nu.
19. circa med. verſic. & ſaltem non poteſt negari. in
conſi. 97. nu. 14. & in conſi. 104. nu. 25. Eandem opi.
Soci. iun. agnoſcens Doct. teſtimonia abundè refe-
rens in conſi. 131. nu. maximè 58. in conſi. 137. nu. 6.
& ſeq. lib. 1. in conſi. 28. nu. 2. lib. 2. in conſi. 46. in fi. in
conſi. 112. in fin. & in conſi. 115. num. 12. lib. 3. verio-
remque & receptiorem in d. conſi. 46. teſtatur. In ea-
dem ſententia Curti. etiam poſterior eſt in conſil.
160. ante fin. verſi. accedit ad confirmationem præ-
miſſorum. Rubeus Alexandri. in conſi. 143. num. 6.
Non parce Neuiza. in conſi. 1. cum opin. hac Natta
etiam conſentit in conſi. 145. nu. 23. Rolan. à Valle
in conſi. 12. num. 6. & in conſi. 31. num. 29. Alba. in
conſ. 7. num. 6.

Ampliationem opinio hæc negatiua admittit, vt
locum tum etiam habeat, cum quartæ duplicis de-
tractio exercetur, vt hic apud Picum. nu. 271. & plu-
ribus ſeq. quamuis maiori id Doct. parti non place-
re ſcribat. Ampliationi huic Iaſ. fauet in d. conſ. 99.
col. 8. & in d. conſi. 146. col. 5. lib. 4. Ruin. in d. conſil.
163. nu. 14. & ſeq. libr 2. Gozadin. in dictis conſilijs.
Ripa in fideicommiſſaria. num. 30. Infra ad trebel.
Soci. iun. in d. conſi. 131. nu. 59. lib. 1. Caſſador. deciſ.
2. de teſtam. Alba in d. conſi. 7. nu. 6.

Ampliationi huic Doct. etiam adſcribunt, quibus
viſum eſt, in trebellianam liberis primi gradus ne
tum quidem fructus imputari, cùm duplex locum
quarta habet.

Iam ſi Doct. contemplamur, qui opi. negatiuam
probant, mirum ni ampliationem hanc non impro
bent. Siquidem in fideicommiſſo conditionali om-
nes de iure reſponderunt. Quo caſu duplex excipi
quarta ſolet.

Quo magis admirer, ab ampliatione hac Iaſ. di-
ſcedere ſui diſſimilem in conſi. 231. col. 2. poſt med.
lib. 2. & in conſi. 43. col. pen. in fin. libr. 3. Non decore
etiam ab ampliatione hac Deci. defecit, ſecum & ip-
ſe non conſtans in d. conſi. 480. nu. 13. Rubeus in d.
conſi. 2. in 2. dubio. & in conſi. 73. nu. 10. & ſeq. Go-
zad. in conſi. 45. nu. 22. Pariſ. in conſi. 17. num. 15. in
conſi. ſeq. nu. 105. & in conſi. 93. nu. 50. libr. 2. Natta
in conſi. 321. num. 8. Ampliationi huic aduerſarij, &
Doct. ſunt. quibus placuit, licentiam teſtatori man-
dandi eſſe, vt in legitimam trebelliana cedat, quo-
tiens detractio locum duplex habet. De quo apud
Iaſ. in l. filium quem. nu. 11. verſi. 3. ſingulariter limi-
ta. c. famil. herc. Ruin. in d. conſi. 163. num. 19. lib. 2. in
conſi. 118. col. fi. in conſi. 147. num. 2. & in conſi 149.
nu. 8. verſi. inſuper ex alio & num. duobus ſeq. lib. 3.
Pariſ. in d. conſi. 17. nu. 24. lib 2.

Iam contradictionis excuſari Docto. nequeunt,
qui ampliationi huic adſtipulantur. Quoniam ſi fa-
cti ſpeciem intuemur, in qua pro opi. negatiua de iu
re reſponderunt, trebellianæ prohibendæ facultatẽ
non eſſe, conditionale fideicommiſſum inuenietur.
Quo caſu duplex locum detractio habet, vt habetur
in c. Raynutius. de teſta. Bar. in l. quamquam. C. eo.
tit. ad l. falc. late Alex. in l. in ratione. §. quod vulgo.
ſupra eodem.

Ad extremum, vbi niſi quartæ vnius detractio nõ
fit, controuerſiam res non habet, quartæ prohiben-
dæ ius non eſſe. Quoniam legitimæ tunc detractio
exercetur. In qua nihili prohibitionem fieri non du-
bitatur. l. pen. in prin. C. de inoffi. teſtam. §. cæterum
in anthen. vt cum de appella. cogno. Quo argumen-
tandi genere in ſpecie hac Alex. vtitur in l. quod de
bonis. §. quod auus. col. 2. in princip. verſi. & pro iſta
opinione dico. ſupra eod.

Sed quæſtionis eſt, vtrum in extraneo, aut liberis
vlterioris gradus, quibus interdici trebellianæ detra-
ctione poteſt, obliteratus text. videatur in d. l. pater
filiam. ſi à ratione ceſſante argumentamus, correcta.
l. illa videtur. Qua enim ratione ius trebellianæ pro-
hibendæ eſt, ita & iubendi, vt inter viuos accepta in
eam imputentur.

Aliud

Aliud Ripæ hic viſum.num.32.& ſeq. Quoniam ius prohibendi ita competit, ſi expreſſim prohibitio fit.§.ſi vero expreſſim in authen. de hæredi. & fal.ſed enim prohibita expreſſim trebellianæ detractio in d.l.pater filiam non eſt.at tacitè, mandando imputari. ex quo mandato in conſequens neceſſariũ prohiberi detractio quartæ videtur. Quid enim pro futura imputatio erit,ſi detractio quartæ fit. Cæterum tacitè includi dicitur, quod in antecedens, aut conſequens neceſſarium venit.l.ſicut certi.Ibiq; Aret. in primo notaC. de teſta. milit. vbi qui filio præterito, hæredem alium ſcribit, exhæredare filium tacitè intelligitur. Atqui exhæredatus filius in conſequens neceſſarium videtur.

Sed obſtat argumento Ripæ, expreſſum immo intelligi,quod in antecedens, aut conſequens neceſſarium venit.l.prætor ait.§.1. iuncta glo. in verſi.expreſſum.Ibique Bar.& alij.ff de oper. noui nuncia.c. cum olim.in fi.Ibiq; auto. & alij de cenſib. Ruin.in
62 conſi.23.nu.10.lib.5. ſed propius ſpeciem hanc† ſatis prohibitionem falcidiæ, aut trebellianæ eſſe, quas in antecedens neceſſarium venit, ex text.oſtenditur in l.decem iuncta. glo.vbi hoc ipſo prohibita quarta intelligitur, quod hæreditatem tota,aut legata tota præſtari teſtator iubet.

Ius idem ſeruandum,cum hereditatem omnem, aut bona omnia reſtitui teſtator mandat Barto.in l. centurio.nu.27.Ibiq; Iaſ.nu.48. ff.de vulga. Fulgo.in conſi.30.factum ſic ſe habet col.1.verſic. immo plus veniens ab inteſtato,& in fine conſi. Capra in conſi. 78.circa fin. Ruin. in conſi. 159. nume.12. lib.3. & in conſi.61.nu.35.lib.5. Cur.iun. in conſi.16.col.pen. in fi.in 2.dubio.Chaſſen.in conſi.67. col.20. in tertio dubio. Alba.in conſi.17.nu.5..

Idem cum hæreditatem vniuerſam reſtitui teſtator præcipit, Socin.ſcribit in l.1.§. ſed & quotiens in vltimo nota. infra ad trebel.

Idem cum reſtitui teſtator mandat quicquid heredi contulit Bald. in conſi.354. ad euidentiam præmittendum eſt, ꝙ primum teſtamentum in fi. lib.5.

Et in verbis hæreditatem totam aut integrã Bart. etiam ſcribit in d.l.centurio. nu.27. Ibiq; Iaſ. nu. etiã 27.& nu.48. Bald.in l.precibus.num.44.verſi.per iſta verba ergo. C.de impub.in d.authen. ſed cum teſtator.nu.7. C.ad l.falcid. in conſi.398. præmittendum eſt.col.2.lib.4.in conſi.170. quidam Nicolaus nu.4. & in conſi.354. ad euidentiam præmittendum eſt, quod primum teſtamentum in fin.lib.5. Alexan.in l. poſt dotem in fi.ſupra ſolu.matri. in conſi.5.col.fin. in 2.dubio libr.3.in conſi.133.nu.8. lib.5. & in conſi. 201.nu.7.lib.6.Areti.in l. hæres in omne.ff.de acquir. hæredi.Ruin.in conſi.25.nu.7.lib.1.in conſi.47.num. 18.in conſi.52.colum.3.poſt med.verſi. & propterea quamuis Bar.in conſi.173.num.21.lib.2. in conſi.80. nu.24 verſi.quo vero ad aliud. in conſi.117.col.pen. in fi.in nono dubio.in conſi.146.num.17. vberius in conſi.148.in conſi.159.col.3.& ſeq. lib.3. Curti.iun. in conſi.11.col.4.circa med.verſic.conſtat etiam ex alio. & in d. conſi.16.col. pen. in fin.in ſecundo dubio.Rubeus Alexandri. in conſi.43.col.fin. Pariſ. in conſi.93.nu.45.lib.2. in conſi.21.nu.35. libr.3. Socin. iun.in conſi.113.nu.53.lib.1. Chaſſen.in d.conſi.67. col.20.in tertio dubio.Boeri.q 44.col.18. in fin. Receptam glo.in d.l.decem.Sapia aſſirmat in l.ſi eman cipati.num.18.C.de colla. inter volu. repetitionum, Alba.in d.conſi.17.nu.5. Iulius Ciarus libr.3. ſenten. §.teſtamentum.quæſt.62.verſi.ſed nunquid. Bellon, in conſi.13.nu.4.

Ius idem facilius admittendum verbis geminatis interuenientibus, totam & integram hæreditatem Bar.in d.l.centurio.nu.27. Bald.in d.authen.ſed cum teſtator. num.7. Roman. in l.3.§.1. infra ad trebel. Barba.in conſi.46.colum.fin.lib.1. Soci.iun.in conſ. 133.nu.7. lib.1.

Neque tamen me fugit, pugnare Docto.non ſolũ cum alijs alios, ſed & ſecum ipſos de ſpecie hac, ſed enim crebriorem ſententiam hanc arbitror, vt expreſſim ſatis facta prohibitio intelligatur, quæ ab antecedenti, aut conſequenti neceſſario venit.

Neque text. mouet in d.l.ſicut certi. C. de teſtam. milit. quia ad expreſſionem ſpecialem pertinet, quã exhæredatio deſiderat. Cæterum expreſſum generaliter id cenſetur,quod in antecedens,aut conſequens neceſſarium venit iuxta doctri.Bart.in l.1.col.2.ff.de vulga. Generalis planè expreſſio non minus, atque ſpecialis valet, vbicunque formæ vice expreſſio non deſideratur.at voluntatis ſignificantius demonſtrandæ cauſa. Satis tum enim eſt, per æquipollens quid exprimi.l.mulier.in prin.infra ad trebel.l.3. C. de inſtitutio.& ſubſtitutio.Signorol.in conſi.250. num.6. Alex.in d.l.prætor ait.ff. de oper. noui. nuncia. Soci. in l.4 in prin.ſupra de condi. & demon. Curt. ſen. in conſi.49.num.67.verſi.ad quartum fundamentum. Deci.in conſi.83.col.fin.verſic. poſtremo non obſt. vnum.Corſet.ſingul.379. tutor debet.in fin. Rubeus Alexandri. in conſi.162. in fin. Gomez. in regula de annal.q 65.col.2.circa med.pagi.636.ſed enim formæ nomine expreſſio exigi prohibitionis non ſolet.

Et propius ſpeciem controuerſam, expreſſum id intelligi, quod ab antecedenti neceſſario deſcendit, ex Bart.hic oſtenditur in nona oppoſi. qui imputationem legati voluntate teſtatoris expreſſa fieri in caſu ait, de quo in l.quod autem.in fi. ſupra eod. At enim expreſſio ibi de imputando facta vlla non legitur expreſſionem ex antecedenti, aut conſequenti neceſſario, hoc eſt ex verbo integra colligit, ꝙ integra legata, vel fideicommiſſa præſtari teſtator iuſſit. Quæ expreſſio ſignificantior videtur, cum in falcidiam imputari nominatim quid iubet.

Ad rem hanc conferunt, quæ pro opinione Roman.ſcripta apud Iaſ. ſunt in l.certi conditio in prin. nu.20.in fi.ver. punctus eſt, in inſtrumento.ff. ſi cert. pet. ſed id quod intereſt, poſt moram in obligatione facti executionem competere, quæ per ſtatutum tributa inſtrumento eſt. Quamuis verbum de intereſſe factum ſub inſtrumento non ſit.Idque ideo fieri, quod expreſſum id æſtimatur, quod per l.ipſam inecit.& quamquam crebriorem pontificij iuris Doct. opinionem à Roman.abeſſe Iaſ.aſſerit,id tamen nõ æque adfirmat in §.fuerat.nu.58. & nu. quatuor ſeq. inſtitut.de actio.vbi latius rem attingit,& conſentire cum Roman.videtur. In eandem opinionem Procliuior & Iaſ.ipſe apparet in l.cum filiusfamilias. nu 9.& ſeq.ff.de verbo.oblig. Idem & Socino placet in conſi.290.in fin.lib.2.Bal.nouel.de dote parte 6. priuileg.7.col.2.in prin.Corn.in conſi.141.col.3. in fin. ver.poteſt etiam attentari, quòd dato lib.3.vbi opinionem hanc admittit, vbicunque iure actionis, aut officio iudicis nobili peti,quod intereſt,poteſt. & cumulatiſſimę omnium opi.hanc Alex.tuetur in cõſi. 126.lib.6.& obſeruandum,ſpeciem ſtrictã, & odio-
63 ſam, iuriſq; † contrariam in ſtatuto hoc genus verſari,vt ab executione initium fiat. l. minor 25 annis cui fideicommiſſum.ff.de minor.l.ſi cum nulla. ff.de re iudi.l.cum vnus, in princip.ff. de bonis autori. iud. poſſid.l.ſi pacto.in fi. C.de pactis.l.vnic. C. de prohi. ſequeſtra.pecu.l.negantes. C.de actio.& oblig.l.1.C. commu.vel opin.Longe magis in falcidia prohibenda expreſſum id dixerimus,quod ab antecedẽti, aut conſequenti neceſſario deſcendit, poſtquam permiſſa prohibitio eſt, quæ expreſſim fit. & voluntati teſtatoris ſatis fit. Neq; tertij incõmodum vertitur. Quatenus liberum heredi eſt,hæreditatem ſpernere.

Conſequenter his dicendum, locum. d. l. pater filiam,

liam.hodie in liberis non primi gradus, & extraneis non eſſe, quib. detractione interdici trebellianæ pōt.

Locum ſecundo etiam iure ipſo digeſtorum. nō habet, quotiens à patre ipſo exacta dos eſſet. Quo caſu aduerſus hęredes patris actionem filia haberet, ſi hæres ipſa patri non exiſteret.l.ſi ſocer.in princ.ſupra ſolu.matr. Cæterum ſi ad filiam hæreditas patris venit, in fideicommiſſo reſtituendo dotem exactam quaſi æs alienum non deduceret verum ex mandato patris cum trebelliana compenſaret. l. ſi debitor ſupra eo. Ita per indirectum falcidiæ prohibendæ ius teſtatori conceditur. Sed rationem dicti huius Alex. ibi affert. Quoniam per aditionem hæreditatis voluntariam extinctum debitum, & à naturali, & ciuili obligatione fuit, vt apud Alex. in l.debitor. in princ. infra ad trebel. ob id deductionem eius in fideicommiſſo reſtituendo impedire, & compenſationem iubere teſtatori permittitur. De qua re etiam apud Picum hic. nu. 273.

Si dixeris, ea falcidiæ non imputari, quæ extra teſtamentum, & iure non hæreditario capiuntur. Reſpondetur. Iure hæreditario propter confuſionem accipi. Etenim ſi extinctam aditione actionem dicimus, quæ hæredi competebat, vtique in hæreditate teſtatoris inuenitur, quod aditione remota, hæredi ſoluendum creditori fuerat. Atque ideo iure id hæreditario ad hæredem peruenit, vt Ruin. hic in prima hac Bart. oppo. docet, quamuis ſub obſcurius de more loquatur.

Iuſſu plane teſtatoris tacente, quod hæredi debitum grauato erat, confuſione nō obſtante, recte deducit.l.ab omnibus.§.fi. ſupra de lega 1.l. pater filiū. ſupra eod.l.in imponenda.Ibique. Docto.C.eodem titu. Idem tex. probat in d.l.ſi debitor à ſenſu contrario. Capta in conſ.66. nu.16. Vberius in cōſ.150. in fi. Locumq; id inuentario etiam non facto habere, ſcriptum apud nos legitur in conſ.144.nu.5. Caſtrenſ.huc accedit in d.l.ab omnibus.§. fin. Cuma.in conſi.126.in ſecundo dubio. Capta in d.conſi.66.nu.16. Ruin.in conſi.112.nu. 19. lib.2. Pariſ. in conſi.25. nu.63.lib.2.in conſi.31.nu.53 Socin.iun.in conſ.170. nu.4.lib.2. ſed & debitum naturaliter tantum detrahi, Fulgo.ſcribit in conſ.81. punctum. colum.2. poſt med.verſi.quinimo & quod ſibi.

64 In tertia oppoſi. Bar.text.nodoſus incidit † in l.neſennius ſupra eodem. quem obſcuriorem Alex. pręſtat cum in genere caſum ibi proponit.ſiquidem ex genere obſcuritas naſcitur l. in tradendis. ff.com. præd.l.certum.ff.ſi cer.pet.l.ita fidei.in prin. ff. de iure fiſci.inde fit, vt reijci probatio ſoleat, quæ in genere ꝓſtatur, veluti obſcura, & dubia.c.in præſentia de ꝓbatio. & apud nos in conſ.262.nu.3. Vnde in ſpecie caſum formādum elucidationis facilioris cauſa, ita cenſui. Titia auteorum tricentorum domina filias tres ex partibus æquis hæredes ſcripſit, primam, ſecundam, & tertiam. A prima ſororibus alijs duab. xl. prælegauit. Titio quatuor, & extraneis alijs quinquaginta, & ſex in eodem teſtamento reliquit. Rurſus filiæ primæ à ſororibus alijs duabus ſecunda, & tertia quindecim prælegauit. Legatis item quibuſdam inter ſe vicisſimque onuſtæ ſorores aliæ duæ ſunt. Quorum tamen nomine controuerſia non fit, vt pote dodrantem non tranſcendentium. Ita ex ecc. diſtributa.c.prælegando legandovè à prima hærede ſunt, atque ideo vltra dodrantem.

Ex facto memorato quæſtio duplex oritur. Prima vtrum locus falcidiæ contra ſorores alias duas in legato xl. ſit. Ita vt imputari falcidiæ quindecim non debeant hæredi primæ à ſororibus alijs duabus prælegata. Altera quæſtio, ſi locum falcidiæ eſſe, imputationiq; dicimus, qua in ratione. l. falcidiæ cum legatarijs extraneis facienda, quibus quatuor, deinde quinquaginta relicta, & ſex ſunt, quomodo fieri computationem oporteat, vtrum xl. computatis, quæ ſororibus præſtita cohæredibus ſunt. quindecim hæredi primæ à ſororibus prælegatorum ratione non habita. Ita vt quarta ſalcidia ex xl. ipſis integra percipiatur. An vero in computationem venire quindecim debeant, vt perinde ſit, ac ſi non pluſquam viginti quinque prælegata ſororibus ſint. Atque ideo non niſi ex vigintiquinque quartæ deductio fiat. & ſi non ſolida 16. an in partem certe venire in computationem ad quartam diminuendam debeant. Ideſt quatenus iure hæreditario ad primam ſpectant, prout inferius declaratur.

Circa primam quæſtionem, vtrum locus. l. falcidiæ citra imputationem vllam, contra ſorores ſit, dicendum videbatur primo iudicio, locum falcidiæ abſque imputatione eſſe, per regulam primam, de qua in l huius inicio. non alia in falcidiam imputari, quam quæ iure hæreditario capiuntur. Qua dubitandi ratione expreſſim paulus vtitur in d. l. neſennius, cum ad quæſtiones reſpondet. Cæterum dubitatione, aut ratione hac dubitandi non mouente, imputationem faciendam paulus ipſe reſpondet. Neque contraria pauli reſponſio regula prima. l. huius eſt. Quoniam ad ſtrictam iuris rationē regula ipſa pertinet, & ſecundum rigorem ipſum locus argumento eſt. Enimuero imputatio hæc prælegati, de qua in d.l.neſennius, æquitatis cauſa recepta eſt per exceptionem doli æquitate quippe exceptio omnis nitič l.1.§.1.l.q æquitate. ff.de excep.doli.gl.2.in l.placuit. C.de iudicijs Bar.in l.1.ff.de vacatio.muner. Fely.in rubri.de exceptio.nu.5.inde ratio deſumitur, cur excipiendi ius non actio etiam ex pacto nudo naſcatur.l.iuriſgentium.§ igitur nuda.ff.de pactis. Ideſt ꝙ æquitate naturali excipiendi ius fundatur. quæ æquitas naturalis in pacto nudo verſatur propter conſenſum promittentis. A quo conſenſu obligatio naturalis deriuat. l. 1. ff. de pactis. l. ſtichum aut pamphilum.§.naturalis.iuncta glo. ff.de ſolutio.l. cum amplius.§.is natura debet.ff.de regul. iur. Salicet. in l. petens q.6. Ibiq; Deci.nu.20.C.de pactis. Soci.in rubri. ff.de verb.oblig.col.2.num.6.verſi. ſed hic cadit vna difficultas, & nu.12.verſi. aliquando & tertio. Idque locum inter dominum etiam & ſeruum habet. l. ſi id quod. Ibique Bar.ff de condi.indebi.l. ſed ſi pupillus.ff.de inſtitor.l. quibus diebus.§. dominus. Ibique Socin.in primo nota. ſupra de condi.& demon.§.1. inſtit.de fideiuſſ.glo in §.ſi ſeruus domino in ver.obligatio.inſti.de noxal.actio. Inde etiam fit, vt iuri gentium potiuſquam ciuili exceptiones tribuātur, vt Galiaula in d.rubri.ſcribit. ff.de verb.oblig.nu.209. Ibiq; Hyeroni.verius nu.70.

Si dixeris, vnde æquitas iſta exiſtit, vt falcidiæ imputari quindecim debeant à ſororibus alijs primæ prælegata, quamuis hæreditario iure non capiantur. Reſpondetur, inde æquitatem deduci, ꝙ integrum ſibi à ſororibus prælegatum tradi ſoror prima vult. Proinde rationis, æquitatisvè videtur, vt inuicem ſoror prima integra, quod poſſit, prælegata à ſe ſororibus præſtet, ideſt imputatione quindecim prælegatorum facta. Ratio hæc æquitatis ex text. percipitur in l.antepenult.in fi.infra eod. Quem tex.ad hoc Bal. obſeruat in d.l.filium quem.nu.8.ver.eſt & alia ratio. C.famil.hercil. Ratio ſignificatior, & ad naturæ vim propius accedens, quòd pręlegatum conſequi ſorores non videntur, quatenus ipſe erogant.l. Ciuitatibus.§.ſi.ſupra de lega.1. Caſtren.in l. & ſi æquo eod. tit.ſex.huc ſpectat in l.fructus.ſupra ſolu. matrim.

Secunda quæſtio. vtrum æquitas hic, aut ius hoc excipiendi, quod ſororibus tributum ad imputationem faciendam eſt, legatarijs etiam alijs, & extraneis proſit. ita vt quindecim prælegata ad quartam

exte-

extenuandam valeant, quæ à legatarijs debita ipſis eſt. & quomodo computatio fieri cum legatarijs ipſis extraneis debeat. vtrum xl. integra ſororibus præſtita legatarijs computentur, ratione quindecim nõ habita, quæ accepta à ſororibus ipſis ſunt. An vero vigintiquinque ſolummodo computari ex xl. legatis, extraneis ipſis legatarijs debeant perinde, quaſi vigintiquinque ſororibus legata cenſeantur, quatenus quindecim accepta, & ab eiſdem ſunt. Conſequenter vtrum quindecim illa, ita ſorori primæ ad vtilitatem legatariorum aliorum, atque ſororum imputentur. Rurſus vtrum ſi non quindecim ſolida imputari ad commodum extraneorum debeāt, an in partem ſaltem, & quātam fieri imputatio debeat.

Videbatur dicendum prima cogitatione imputationem hanc ad vtilitatem extraneorum omnino non faciendam inſolidum, nec in partem, à ratione æquitatis ceſſantis argumentãdo. Ratio enim ęquitatis in gratiam ſororũ fundamento illo nititur, ꝙ prælegatum integrum ab eis ſoror prima accipit, vti declaratum ſupra habemus. Sed enim nihil quicquã à legatarijs extraneis hæres prima conſequitur. Ratione igitur æquitatis tacente, ob quam ius introductum imputandi eſt, & ipſam tacere imputandi neceſſitatem. l. ad gere. §. quamuis. infra de iure patro. c. cum ceſſante. de appella.

Secundo quod æquitatis cauſa introductũ contra regulam iuris eſt, ad caſum produci alium non debet. l. quod vero contra. ff. de ll. & in ſpecie, ita extenſionem Anchar. reijcit in conſi. 362. de viribus additionis poſt prin. Crotus in l. omnes populi. nu. 314. verſi. quinta concluſio. ff. de iuſti, & iure. glo huc ſpectat in l. ſeruitutes. §. ſi ſublatum. in ver. pars. ff. de ſeruit. vrba. præd. quæ ad æquitium trahendam æquitatem negat. quare ſecus eſſe ait. Quæ gl. verba eo pertinent, vt limites ſuos diſpoſitio non egrediatur, quę comparata propter æquitatem eſt.

Pro qua ſententia text. affero in l. pœnales §. Iulianus, ſupra eod. vbi cautio illa à prætore æquitatis cauſa inſtituta ad perſonas, resvè alias non porrigitur. Rei cuius ratio ea videtur, ꝙ iuri ſcripto æquitas derogat. A iure planè quam minimum poteſt, recedimus. Si ad caſum alium remvè aliam locus extenſioni in eo non eſt, quod æquitatis cõparatum cauſa dicitur, longè minus permittẽda extenſio ad perſonas alias erit, in quibus difficilior non paulo extenſio habetur. l. ſi quis ita. §. penul. ſupra de teſta. tutela. Aret. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. nu. 18. verſi. ſecundo adde ſupra de lib. & poſth. Conſequenter hic dicendum, ius hoc excipiendi ad imputationem faciendam ad legatarios trahendũ extraneos non eſſe.

Rationibus his dubitandi non mouentibus, ius diuerſum ſtatuendum ad modum ſequentem paulus reſpondit Ideſt quartam, quę detracta ſemel de prælegato ſororum eſt, ſeu pro detracta legis beneficio, & per imputationem habetur, legatarijs ipſis extraneis prodeſſe. Atq; ideo in perniciem eorum computandam præterea non fore. vt ſi detracta non ſit, aut pro detracta non habeatur. Idque in verba hæc paulus ait, Plane cęteris legatarijs non vniuerſum, ꝙ hæredibus præſtat imputabit. Sed quantum daturus eſſet cohæredibus, ſi nihil ab eis perceperit. Conſequenter non amplius quã xxx. veluti ſororibus legata in computationem cũ legatarijs extraneis veniẽt. Sic ex xl. ſororibus legatis quarta detrahitur in computatione cũ legatarijs extraneis. non etiam prælegatum vniuerſum, ideſt xl. integra in perniciem ipſorũ legatariorum computantur. Rei cuius illa ratio ẽſt, quoniam ſi nihil quicquã hæredi primæ prælegatũ à ſororibus cohæredibus eſſet, atq; ideo acceptũ quicquam de ſororibus cohæredibus non fuerat, vtique decem quartæ nominę hæres prima ex xl. prælegatis deduxiſſet. Quæ decem in hæreditate, iureq; hæreditario apud ſororem primã hæredem inuenirentur veluti iure ipſo per l. falcidiã relecta. Quo caſu dubitandum non eſt, quin decem ipſa vtilitatem legatarijs alijs ad quartam extenuandam afferrent, perinde quaſi legata prorſus non eſſent, quatenus relectione iure ipſo facta, pro non legatis habentur. Ea propter ſicut prælegato vllo hæredi primæ non dato, decem prędicta in hæreditate inuenirentur, quę vtilia legatarijs ad quartam eorum imminuendam eſſent, ita ius idem ſeruandum, & prælegato ipſo interueniẽte, eſt. Quandoquidem rationis non ſit, ob prælegatum ipſum, deteriorem legatariorũ aliorum conditionẽ & ex diuerſo vberiorem hęredis primę quartam ob prælegatũ ipſum fieri. Imò enim ècontrario rationi æquitativè conuenit, meliorem legatariorũ cauſam ob prælegatũ ipſum potius fieri, vt quo pluris aliqd ad hęredem peruenit legatis oneratum, eo minus quartę nomine detrahat. Deterior planè legatariorum conditio propter prælegatum fieret, ſi decẽ prędicta falcidię imputata ſororum cohęredum cauſa, ad vtilitatem legatariorũ non pertinerent, neq; detractio eorum in cõputatione ex prælegato xl. non fieret. Siquidem prælegato vllo omnino non aſcripto, & cõſequenter imputatione vlla non facta, decem vere, req; ipſa detracta ex xl. eſſent. ex quibus minorem quartã contra legatarios cæteros fieri demõſtratum ſatis ante habemus. Vnde & ſi detracta vere decem iſta ex xl. non ſint ſororibus prælegatis, pro detractis tamen habentur. & pro eo res eſt, ac ſi detracta re eſſent. cum loco eorum tantumdem, eoq; amplius ex prælegato hęres prima habet, quod falcidiæ per imputationem cedit. Atq; ideo tantominus à legatarijs alijs falcidię nomine conſequi hæredem primam oportet, quanta ſumma eſt, quam falcidiæ nomine contra ſorores detraxit, ſeu pro detracta per imputationem habuit. & conſequenter in computatione cũ legatarijs extraneis facienda quatenus imputatum falcidiæ ſororum gratia erit, prodeſſe legatarijs ipſis debebit, vt eis non computetur, verum pro non legato habeatur. Quatenus vero amplius in prælegato eſt, quam in quarta, quæ contra ſorores deducitur, pro futurum id legatarijs alijs non erit. Atq; ideo quinque reſidua ex prælegato, & quarta à ſororibus debita, vtilitatis quicquam legatarijs non afferent. vt computatio fiat, perinde quaſi non pluſquam viginti legata, & quinq; ſint. Id quia ſicut legati iure quinque percipiuntur, neq; pro detractis quartę nomine habentur, ita imputari falcidiæ non debent.

Si dixeris, an non & decem prælegati iure accipiuntur, quę tamen legatarijs proſunt. Reſpondetur, pro hęreditarijs, iureq; hęreditario decem iſta per ſubrogationẽ haberi. quatenus, vti dictum habemus, detracta decem ex prælegato xl. omnino fuiſſent, ꝓlegato etiam quindecim ceſſante. Quocirca ratio diuerſa quinque reſiduorum, atque decem eſt.

Queritur hic. Replicatio ſororibus contra ſororẽ de falcidia excipientẽ in d. l. neſennius datur, ꝙ prælegatum acceptura ab eis eſt, in quo tantumdem, aut amplius, atq; in falcidia eſt. Quid ſi iam traditũ ſorori prælegatum eſt, Deinde legatum à ſorore ſorores petunt. ideſt xl. prędicta. An ſi falcidię exceptione ſoror vtitur, replicatio etiam ſororib. accommodetur. prælegatũ acceptum de nobis habes, ꝙ abundè ſatis falcidię eſt. Quæſtionẽ hanc Ripa hic mouet. nu. 42. ſubobſcurius tamen nec cogitate ſatis. cũ de exceptione loquitur, & quęrit, vtrũ excipiẽdi ius habeat, qui prælegatũ ſoluit. Namq; ſi ſolutũ ab eo prælegatum eſt, propter id conueniri amplius, & reus eſſe nõ poteſt. exceptio planè niſi reo non competit. Quare actorem eum eſſe oportet, à quo ſolutio facta prælegati

legati

legati ſit, vt prælegatum aliud & ipſe vendicet, quod relictum ipſi eſt. Atque ideo de replicatione ſcribendum à Ripa fuerat. vtrum ſi falcidię exceptio ab hęrede obijcitur. ius contra eũ replicandi de pręlegato iam ſoluto competat, quod imputari falcidię debeat. ſic pro exceptione replicatio legendum, ſed nec ſolutione nondum facta, competere exceptio vr. ſiquidem partes actoris ſuſtinere, hęres non ſolet, cui falcidia debetur. verum excipiendo de falcidia obijcit.

In q. hac deprauatus Ripa eſt, cum ſcriptũ legitur, vr quod falcidiã hęres non detrahat ſolutione pręlegati iam facta, id quia exceptio tunc nõ datur. Imo cum exceptione ſoluenti denegata, locum detractio habebit. Quare affirmate legendum, vr quod ſic. Ideſt locum detractioni eſſe. vnde excuſſorũ vitio amoto, aliud ſine dubio Ripa agebat. cũ negatiuè argumentum ſcripſit. Affirmate igitur legendo, dicendum videbatur, locum detractioni, & cõſequenter replicationi contra exceptionem eſſe. l. ex quib. ff. de condi. indebi. vbi cui retentionis, aut exceptionis ſolius ope ſuccurritur, ita vt actionẽ, aut petitionẽ non habeat, is ſi ſoluit, repetitionem indebiti non habet. Proinde ſi niſi exceptionis, aut retentionis adminiculo æquitatisq; cauſa legatario lex non ſubuenit, in culpa ſorores illę videntur, ſi ſolutũ ab eis p̃legatum eſt, cautione non exacta, imputatũ id falcidię iri. Qua rõne Freti opinionẽ hãc recẽtiores hic nõnulli admittũt.

Ratione, & altera recẽtiores adducuntur, quod replicandi poteſtate permiſſa, reſtrictionẽ nimiam text. noſter in regula prima pateretur. In qua expreſſum eſt, falcidiæ ea nõ cedere, quæ legati, aut fideicõmiſſi iure capiuntur. vnde ſatis eſt, ſi reſtrictionem regula hæc excipiendo, aut replicando tum admittit, cum apud excipientẽ, ſeu replicantẽ poſſeſſio rei eſt, quã imputari poſtulat. Qua opi. Fulg. teſtimonio confirmare recentiores poterant in d. l. filiũ quẽ. nu. 10. cũ quo Corn. ſenſit in conſ. 270. col 2. in fi. lib. 4.

Sententiã diuerſam Ripa hic probat. nu. 42 Bar. teſtimonio hic Fretus in 3. oppo. cũ promiſcuè de exceptione, aut replicatione loquit̃. ope exceptionis, aut replicationis doli, hęredẽ repelli de falcidia opponentẽ. Neq; tex. mutat in d. l. neſennius. vbi nõ niſi exceptione doli cohęredi ſuccurritur. cui locus eſſe non põt, pręlegati ſolutione iã facta. Rñdetur. n. ſatis eſſe, aduerſus id exceptionẽ dari, quod ex diuerſo petitur Falcidiã quippe hęres excipiẽdo petit. Cõtra q̃ petitionẽ exceptio legatario indulget, locũ falcidiæ petitioni non eſſe, cui ſatis iã in p̃legato factum ſoluto eſt.

Si dixeris quomodo locus exceptioni eſſe in gratiam legatarij extranei, & circa imputationẽ faciendam poſſit. Cum niſi accõmodari replicatio non videatur exceptionẽ porro ad hęredem ſolummodo quadrare. contra quẽ legatum petitur. Rñdetur dupliciter id fieri poſſe. Principio ſi cũ apud legatarium ipſum legata res inuenitur, ab hęrede repetitur, aut conditione indebiti, aut interdicto quorũ legatorũ pp falcidiam. Rectè tum enim de imputatione facienda exceptionẽ legatarius habebit. Secũdò locus eſſe exceptioni poteſt, hęrede ipſa prima p̃legatum quindecim petente, excipiendi enim ius ſororib. legatarijs accõmodabitur, pro ſoluto pręlegatũ compẽſatione pro rata, & imputatione in falcidiã facta, vt Imol. hic declarat. col. 3. poſt med. ſup gl. in ver. legatarijs. Alex. col. 3. ante med. verſ & ad oſtendendũ.

Notandum etiã ex Bar. eandem fauorẽ replicationi, atq; exceptioni tribui, cum diſiunctim de exce-
65 ptione, aut replicatione doli loquit̃. Diſiũcta † enim ſenſum coniungit, quãuis verba diſiungat, vt cum dr̃ Alex. ſiue Pariſ. gl. in l. ad protegendũ. C. de in litem dan. tutore Bar. in l. ſi is qui. cc. §. vtrũ in 6. oppo. ſ. de reb dub. & probatur ex rubr. C. de excep. ſeu pręſcrip. & expreſſius p̃rogatiuã eandem replicationi, atq; exceptioni tribui, ex tex. probatur in l. pen. § fin. ĩ. eo. & in l. fi. C. de eden. vbi editio actori ob replicandi cauſam non minus fit, atq; reo exceptionis ſuæ probandę, aut fundandę nomine. no. Alex. in cõſi. 235. nu. 9. lib. 6. Dec. in conſi. 14. circa fi. Bar. huc pręter Alex. & Decium accedit in l. iuſiurandum quod ex cõuentione. §. procurator. nu. 5. ff. de iureiur. Inde æquitate non minus replicationẽ, q̃ exceptionẽ niti Bal. ſcribit in l. licet. nu. 3. C. de iudi. ſcite magis ex Bar. id iuuatur in extrauag. aut tracta. qui ſint rebelles. col. fi. in ver. mille librarum. Qua rõne exceptio à ſtatuto nõ tollit̃. i. quia defenſionẽ cõtra actionẽ habet, ita nec replicatio. In qua defenſio ẽt aduerſus exceptionẽ ineſt.

Secundo videndum, ex mente Bar. tacita à Ripa oſtendi, locũ replicationi de pręlegato imputando etiã poſt ſolutionẽ eius eſſe. Sed enim expreſſim id probari ex Bar. vr̃ in 10. oppoſ. vbi quod de cohærede ex pręlegato, aut fideicõmiſſo accipitur, falcidię id imputandum ad cõmodum ipſius, qui dat, ſimpliciter Bar. ſcribit, Neq; diſtinguit. ſolutum, annũ prælegatũ ſit, à cohęrede ne poſſideatur, an non. In eo dumtaxat diſtinctione Bar. vtitur, quod ob conditionẽ implendam à cohærede accipitur. Ibi enim referre putat, vtrũ ſolutum legatũ ab hęrede an non ſit. Si ſolutũ eſt, deinde ab hęrede repetitur conditione indebiti, vel interdicto quorũ legatorum pp falcidiã, ius excipiendi competere ait, vt id falcidię imputetur, quod datum ob cõditionem implendã eſt. Cauſam aliam eſſe, ſi legatũ conſecutus legatarius non ſit. verum illud petit. Tum enim aduerſus hęredem de falcidia excipientem replicationem de imputatione facienda legatario agenti non tribui. Cum qua Bart. doctri. Alex. hic conſentit. col. 3. ante med. verſic. & hinc eſt, quod non videtur diſtingui, quamuis diſſideat Imola in eo, quod ob conditionem implendam accipitur. col. 3. poſt med. ſuper glo. in verſ. legatarijs.

Itaq; cũ Bar. in 10. oppoſi. verbum vllũ factum à Ripa & recentioribus in ſpecie, aut q̃ſtione controuerſa non ſit, coniecturã facere licet, q̃ non grauiter ſatis in quęſtione ipſa excutienda verſati Ripa cum poſterioribus ſint. Culpę iñ maioris rei poſteriores q̃ Ripa, ſunt. Qui Bar. opinione non animaduerſa, in ſententiam diuerſam iure ſuo abierunt.

Tertio nihil referre in quęſtione controuerſa, ſolutum nec ne pręlegatum ſit, ex ratione ipſa æquitatis ſuperius declarata oſtenditur; de qua apud Bal. in d. l. filium. nu. 8. ver eſt & alia rõ. C. famil. hęr. & altera à nobis adiecta. Quæ iõ æquè locũ p̃legato ſoluto, atq; ante obtinet. Quo circa ius idem vtrubiq; ſeruandum. illud. ff. ad l. aquil. & id genus alia.

Quarto vltra Bar. Imolã & Alex. & gl. etiã opinio hęc iuuatur in d. l. neſennius. cũ exceptionẽ pro replicatione ſimpliciter exponit. vnde replicationẽ ſororib. dandam ſimpliciter. gl. putat. cũ diſtinctio interpoſita ab ea non ſit, poſſideat pręlegatum, nec ne à ſororibus ob id ſimpliciter, generaliterque intelligi. glo. oportet. l. de precio. ff. de publicia. Cum qua glo. Alex. etiã facere hic vr̃. col. 3. poſt med. verſi. & hinc eſt. & verſi. nec obſtat quod dicitur. expreſſius. in d. l. neſennius. col. 1. poſt med. verſ. ſecundo quæritur.

Quintò ex tex. d. l. neſennius ſententia hæc confirmatur. vbi ſorores cohęredes actoris locũ neceſſario ſuſtinent, cum petitũ ab eis legatũ aduerſus ſororem ex eo appareat, quod quęſitum eſt, vtrum falcidia vti ſorori liceat, à qua relictum legatum eſt. Qua ratione impulſa. glo. exceptionem pro replicatione expoſuit, quia aduerſus ſororẽ de falcidia excipientem replicationem de imputatione faciẽda ſorores obijciunt. Quam expoſitionem Alexan. etiam ibi agnoſcit. col. 1. poſt med. verſic. ſecundo quæritur Cui etiam expoſitioni illud ſeruit, quòd replicationi exceptionis nomen cõuenit. l. 2. §. 1. ff. de exceptio Conſequenter ius replicandi eſſe, generaliter ſcriptũ in d. l. neſennius apparet. ergo intelligi generaliter

Vu debe-

debebit, poſſideatur an non à legatario replicante, quod prælegatũ eſt.d.l.de pretio. Neq; noſtrũ eſt diſtinguere, vbi adhibita p legem diſtinctio non eſt. l. 3.in fi.ff.de offi.præſid.l.impuberũ.ff.de poſtulan. l.qua actione.§.1.ff.ad l.aquil.l.1.§.occiſorũ.ff.ad Sillania. inde dr̃, proprietati verborũ generaliũ reſtrictionem refragari. Atq; ideo generaliter verba in materia ẽt pœnali intelligenda, quatenus ꝓprietas eorum patiẽ. l.cũ lege.ibiq; Aret.circa prin.s.de teſta.Bal.huc ſcite ſpectat in conſ.371.in volu. col 2.circa med.lib.5. interpretationẽ omnem reſtrictiuam contrariam ſermoni literario eſſe, ꝙ æditum conſ.pro communi noſtro Sauiliano eſt.

Sentẽtia hac ita obfirmata, illud ſupereſt, vt aduerſaria ꝓfligemus.itaq; tex.non mutat in d.l.1.ex quib. cauſ.ff.de condi.inde. Qm̃ inficias imus, nõniſi exceptionẽ, aut retentionẽ cohæredib.legatarijs in ſpecie d.l.neſennius indulgeri.ſiquidẽ eſt ius idem replicationis eſſe demonſtratũ ſatis in ſuperiorib.habemus. ſed & in replicatione tex.illũ loqui, ex gl.demonſtratum & Alex.habemus, à quib.expoſitionẽ exceptionis pro replicatione factam ante oſtendimus.

Secũdò r̃ndetur.in retentione text. loqui in d.l. ex quib.cauſ.non in exceptione, vt cui per retentionẽ ũnũ modo ſubuenitur, indebiti is repetitionẽ non habeat. Sed enim non paululum inter exceptionem, & retentionem differt, quatenus nõ poſſidenti etiam exceptio datur. Quod aliter in retẽtione eſt. Proinde ex diuerſis arg.recentiorum deſumitur.

Tertiò r̃ndetur.in exceptione loqui tex. fac.in d.l. ex qb.caſ. Ius nihilominus idẽ replicationis erit. cui fauorẽ præſtandũ non minorẽ atq; exceptioni oſtẽdimus. & cũ rõ æquitatis, qua exceptio nitiẽ, æquè in replicatione, atq; exceptione verſeẽ, ius idẽ replicationis eſſe, atq; exceptionis conuenit.d.l. illud.ff.ad l. aquil. Conſequenter ad rem attinere non videtur, ſolutum nec ne prælegatum ſit.

Quartò r̃ndetur. inepte ad q.hãc tex.vocari in d.l. ex quib.cauſ. vtpotè à re alienũ eo.n. caſu loquitur, quo rẽ condicere principaliter qs parat.pro qua permiſſa ſolũmodo retentio eſt, & condiuonẽ nõ dari tex.ait, id quia actio conditio, & quidem perſonalis eſt.§.appellamus.inſti.de actio. At enim res hic ſoluta non repetitur, verum res alia legata, & certè hæredem de falcidia excipientem replicatio opponitur, ſatis falcidiæ factum in prælegato eſſe.

Non obſt.recentiorũ argũ reſtrictionẽ nimiam regulæ primæ.l. huius admitti, ſi non ſolũ exceptio, ſed & replicatio non poſſidenti datur. Hoc.n.argu. recẽtiores ipſi patiunt. Namq; limitata regulã hanc primã per tex.d.l. neſennius nemo ambigit. Rurſus locũ limitationi in replicatione eſſe, dilucide demõſtratũ in ſuperiorib. habemus.cũ pro replicatione exceptionẽ accipi gl ibi, & Alex.placere diximus, ꝙ cũ ita ſit, è contrario dicendã reſtrictionẽ nimiã tex. ſuſtinere.d.l.neſennius, ſi replicationẽ, quæ permiſſa ibi generaliter eſt, ad eum caſum reſtringimus, quo apud replicantẽ poſſeſſio ꝑlegati eſt. Quæ nimia reſtrictio non ſimiliter in regula prima.l.huius interuenit, poſtq̃ limitatio eius gñaliter facta per d.l. neſennius inuenitur. Nulla enim regulæ huius reſtrictio ab homine fit, ſi limitationem.l. generalem generaliter intelligimus. Conſequenter nulla hic reſtrictio præter eam verſatur, quam lex facit.

Quæſtio alia in ſpecie.d.l.neſennius occurrit.vtrũ
66 † prælegatũ corporis hæreditarij hr̃di primæ à ſororib ꝑſtandum totũ falcidiæ ad cõmodum ſororum ꝑſtantium, an ex portione hr̃ditaria duntaxat cedat. Ita vt portio ſolũmodo falcidiæ imputeẽ, q̃ iure hæreditario hæres accipit, cui prælegatũ datur, & ex qua portione hr̃ditaria inutile legatũ dr̃. Sic eo qõ ꝑtinet an in ꝑlegata corporis hr̃ditarij locum tex, habeat in d.l.neſennius. Nõ ab re aũt in corpore hr̃ditario dubitatio mouet, qm̃ in corpore, aut ſpecie rei non hæreditariæ à dubitatione vacua res vr̃, prælegatum totum ad vtilitatẽ dantis falcidiæ cedere.d.l.neſennius. Ibiq; gl.& Doc.in ver.à cohærede.æquè nõ fruſtra in corpore, aut ſpecie qõ formatur. Qm̃ dubitationis ẽt qnicq̃ in ꝑlegato pecuniæ hr̃ditariæ nõ eſt, vniuerſam & ipſam falcidiæ imputari.l.cum pr̃. in princ.ſ̃. de lega. 2.l.deducta.§.nũmis.ſ̃.ad trebel. Hoc ita, niſi quaſi ſpecies pecunia ꝑlegeẽ, vel per deductionẽ, aut retentionẽ relinquaẽ. Ius.n.idem pecuniæ huius atq; ſpeciei, aut corporis hr̃ditarij vr̃ per ea, q̃ in ſeptima Bar.oppoſ.inferius dicemus. Quo circa in prælegato corporis hæreditarij negotiũ omne q̃ſtionis ſubeſt.

In q.hac Bar.hic in 3.oppoſ.& nu.5. & in d. l. filiũ quẽ circa fi.ſolidũ imputari falcidiæ ſentit. Cui opinioni Cyn.Sali.& Alber.aſſentiri Ripa hic refert.nu. 40.ſed obſtare opinioni hinc tex.l.huius vr̃.verſ.pro ea vero parte, & in d.l.deducta.§.nummis, vbi trebellianæ ꝑlegatum hoc corporis hæreditarij non imputatur, quatenus prælegati iure accipitur. Longè minus imputandum in falcidiam erit, quæ priuilegiaria magis circa imputandi ius eſt.

Argumẽti huius formidine Bar.hic nu.5.& in d.§. nummis in 2.oppoſ.tex.hunc & in d.§. nũmis ad eũ caſum reſtringendos putat, quo æquitas.d.l.neſennius ſilet. Ideſt cum ad cõmodum dantis imputatio non ſpectat, qa danti ipſi reſtitutio facienda hæreditatis non eſt, pp quam trebelliana exerceẽ. Quo caſu cohæredis, qui prælegatum ꝑſtat, de imputatione non intereſt, fiat nec ne. Cauſa alia ſecundũ Bar.vr̃, ſi danti ipſi reſtitutio faciẽda hæreditatis ſit. Ibi enim ꝑlegatum totũ corporis hæreditarij trebellianæ imputandũ. Namq; ſi admiſſa imputatio hæc in falcidia ad cõmodum dantis eſt contraq̃ prohibitũ iure ſit, longè facilius idẽ admittendũ in trebelliana non æquè priuilegiaria erit. Ad quem modũ tex.hos intelligendo, aut reſtringendo, nihil erit, ꝙ à fortiori ex libris ad q. controuerſiam rõne fortiori argumentemur, nonniſi ex portione hæreditaria ad cõmodum dantis corporis hæreditarij imputationem in falcidiam faciendam. quaſi imputatio amplior in trebellianam non fiat.

Reſponſio ſeu reſtrictio Bar. circa tex. hunc & in d.§. nũmis vicio triplici laborat. Principio enim ex vaticinio conſtat, ꝙ extraneo, aut tertio, non ei, de quo prælegatũ accipitur, reſtitutio facienda hæreditatis eſſet. Secũdo ꝑſonam extraneã tertij Bar. ſubaudit contra.l.ſi ita ſtipulatus.vlti. §. Griſogonus. ff. de verb.obl.l.paulus.2.ſ̃. de reb. dub. Tertio ſenſui huic Bar.verba tex.repugnãt in d.§.nũmis. diuerſa cauſa ꝑdiorum. Quæ verba aduerſatiuè ponuntur. Aduerſatiuæ planè ea natura eſt, vt eiſdẽ atq; præcedentia, terminis intelligatur.gl.& Bar.in l. mariti.in fin.ff.de adulter. Bal.in l.oẽs populi.num.21.ff.de iuſti.& iure. arg.no in §. itẽ lapilli.inſti.de rer. diuiſ.not. Iaſ. poſt Alex.in l.filius à patre, col.3.poſt med. verſ.2.quæro. ſ̃.de lib.& poſt.in l.Marcellus.ſ̃i prin.col.1.ſ̃.ad treb. deci.in c.at ſi clerici.§.de adulterijs poſt prin.de iudi. ꝓinde intelligi tex. in aduerſatiua illa ſecundũ ꝓcedẽtia ꝯuenit. Ideſt vbi cohæredi facienda reſtitutio eſt.

Vnde r̃ſionem alterã ad tex.in d.§. nũmis Imol. ibi poſt prin. affert, locum textui.in d.§.nũmis quantũ ad ius ſtrictũ eſſe, vt niſi ex portione hæreditaria imputatio in trebellianam pp.difformitatẽ nõ fiat. Cauſam aliã æquitatis eſſe, de qua in d. l. neſennius. Itaq; æquitatis rõne inſpecta, locus imputationi inſolidũ erit.ſic cũ Bar. opinione quantũ ad ius Imola conſentit Bar.n placet locum.l.neſennius.in hoc tex, & in d.§.nummis eſſe, ſiquidem ei reſtitutio facienda hæreditatis eſſet, de quo prælegatum accipitur. De facto demum à Bar.diſtare Imolam videtur, cui viſum ſit, reſtitutionem in d.§.nummis ei faciendã; de quo prælegatum accipitur.

Tolerabilis reſponſio hæc Imolæ nõ videtur. Cur.
enim ęquitatis huius ratio non ſimiliter habita in d. §
nummos, atq; in d. l. neſennius eſt.

Secundò tantundem Imolæ rńſio pollet, atq; ſi
dictũ ab eo ſit correctũ tex. in d. §. nũmis. per tex. eſſe
67 in d. l. neſennius. Ita pro † correctione rńſionem hãc
de rigore, & ęquitate. gl. habet in l. cotẽ ferro. § fi. in
glo. fi. ff. de publica. Ia l. in l. 4 §. cato. nu. 39. poſt med.
verſi. ſecundo, quia dicere. ff. de verb. oblig.

Tertio Imolæ præſuppoſitum negatur, parẽ ęqui-
tatis cauſam in corpore hęreditario, atq; non hære-
ditario verſari. ſiquidem nihil quicq̃ in corpore hæ-
reditario pſtando cohæredi abeſt, ſi imputatio eius
non fit. Lucrum tantummodo omittitur. Ratio alia
eſt, vbicunq; non hæreditarium corpus pręlegatur.
Durius tũ enim cohęres grauatur, à quo pſtandum
eſt. Conſequenter æquitas maior hortatur imputa-
tionẽ habendam. Ripa hic. nu. 41. ver. vel dici poteſt.
Bar. opinionẽ tutando, eandem æquitatẽ in corpo-
re hęreditario verſari ait ad imputationem totius fa
ciendã, atq; in pecunia hęreditaria, q̃uis diuerſo mo-
do. l. imputatio fiat. Pecunia. n. idcirco tota imputa-
tur, q tota accipi iure hęreditario vr̃ qm̃ de portio-
ne ipſius cohęredis rogari accipi tota intelligit̃. Qđ
non æquè in corpore hęreditario cõtingit. Id enim
de cohęrede pro portione eius accipitur.

Cum reſponſione hac Ripæ conuenire mihi non
poteſt. vtporè textui contraria in d. §. nũmis. vbi ius
diuerſum in pecunia hæreditaria, atq; corpore hęre-
ditario conſtitutum eſt, idq; ex ratione diuerſa, quæ
expeſſa ibi eſt. Itaq; ſi ius diuerſum cõſtitutum inter
pecuniã, & ſpeciem hęreditariã circa trebellianam
eſt, ne imputatio in eam ſpeciei hęreditarię fiat, qua
tenus pręlegati iure accipitur Quanto magis ius idẽ
probandũ in falcidia erit. In quã pauciora imputãr.
Quid ita igitur eandẽ cauſam pecuniæ, atq; ſpeciei
hęreditariæ circa imputationem eſſe Ripa ait.

Secundò contraria ipſi ſibi Ripa loquitur. Princi-
pio enim eandem cauſam prædiorũ atq; pecuniæ,
circa imputationẽ eſſe in d. §. nũmis ait, q inſolidũ
omnia imputantur. Diuerſitatem non niſi in modo
imputandi verſari. Atqui cũ modi diuerſitatem de-
clarare ſe putat, rationis diuerſitatem enarrat, quæ
expreſſa in d. §. nummis eſt. quia de portione cohæ-
redis hęreditaria pecunia tota accipitur, q ſecus in
ſpecie hęreditaria eſt. Vnde cum ad rationis, non
modi diuerſitatem verba ipſa tex. ſpectẽt, dicendum
habemus, ius diuerſum inter pecuniam, & ſpeciem
hæreditariã eſſe. Abſurda quippè res fieret, ius idem
eorũ eſſe, in quibus ratio diuerſa cadit. l. ſi. ff. de ca-
lumnia. l. Papinian. exul. ff. de minor. Inde dicimus,
ex ratione diuerſa pactũ reformari. l. interpoſitas. C.
de tranſac. æquè ius argumentandi de toto ad partẽ
eſt, rationis diuerſitate interueniente. gl. in l. qui ho-
minem. ff. de ſolutio. & in clem. 2. in ver. defenſor de
rebus eccle. non alienan.

Tertio ratione hac Ripæ admiſſa, legatarijs etiam
extraneis pro futura imputatio hæc corporis hære-
ditarij ex toto erit, perinde, vt pecunię hęreditariæ
pręlegatum. cum vniformiter capi pecunia dicatur.
d. §. nummis.

Quartò à diuerſis Ripa colligit. hoc eſt à pecunia
hæreditaria ad corpus hæreditarium. Quæſtio enim
in eo vertitur, an ratio eadem corporis hæreditarij,
atq; nõ hęreditarij ſit. Id quia ratio diuerſa inter ea
propter diſformitatem videt̃, & quia ſi imputatio
corporis hęreditarij in trebellianã non fit, longe mi-
nus admittenda in falcidiam vr̃. Ripa planè à pecu-
nia hęreditaria ad corpus hęreditarium argumẽtat̃,
perinde quaſi rationis, & iuris eiuſdẽ ſint. Sed enim
rationem diuerſam pecuniæ atq; ſpeciei hęreditarię
eſſe tex. oſtendit in d. §. nummis, Qm̃ vniformitas in
pecunia hęreditaria cadit, cũ tota accipi ſuper por-
tione ipſius cohæredis accipientis videatur. Conſe-
quenter ratione vniformitatis ſpeciei potius nõ hę-
reditarię ſimilis pecunia hęreditaria vr̃. cum vnifor-
miter vtraq; accipiat̃, quamuis diuerſo modo hoc
eſt ſpecies non hæreditaria iure tota prælegati pecu
nia vero hęreditaria iure tota hæreditario.

Quintò eandem fac æquitatis rõnem vtrubique
verſari, ideſt ita in corpore hæreditario, atq; non hę-
reditario, & pecuniæ hęreditariæ ſimilem ſpeciẽ hę-
reditariã eſſe, Attamen cum rigor ſcriptus æquitati
huic repugnet in d. §. nummis, diſcedendum à rigore
non vr̃. l. 1. C. de ll. & no. in l. placuit. C. de iudi.

Sexto quãuis generaliter in pręlegato text. loquat̃
in d. l. neſennius, ad cõmodum id dantis imputari, di
ſtinctione non adiecta ex ſpecie, aut re hæreditaria
an non pręlegatũ conſiſtat, reſtringendus tñ ad rem
ſeu ſpeciem non hæreditariã vr̃, ne correctio tex. ſe-
quatur in d. §. nummis, ex his quę ſcripta apud nos
ſunt in conſi. 70. nu. 22. Quibus Soci. accedit in cõſi.
38. nu 6. verſi. pręterea polſo. lib. 1. Generi enim pec
ſpeciem derogatur reg. generi. lib. 6. vt in ſpecie cor-
rectionis euitãdæ Bar. ſcribit in l. ſed & poſteriores.
ff. de ll. tex. huc ſpectat in l. vnic. C. de inoffi. doti. & in
c. cum expediat de electio. lib. 6.

Septimò contrarius Bar. opinioni & tex. eſt in l. q
autem. Ibi q quiſq; legatorũ nomine. ſ. eod. Qui ge-
neraliter ſcribit, in falcidã non imputari, q legati nõ
mine à cohęrede accipitur, idq; generaliter, & in tex.
noſtro exprimitur. ergo intelligi generaliter debe-
bit, etiã ſi aduerſus cohæredem ipſum exerceri falci-
diam oportet, ſed fortius tex. in d. l. qui autẽ inductũ
ↄtra Bar. habemus in 9. oppo. ver. 4 tex. obſeruãdus.

Octauo contraria opinioni Bart. glo. eſt in d. l. ne-
ſennius in ver. à cohęrede. quę tex. illũ in corpore nõ
hęreditario intelligit. Bar. etiam contradicere gl. hic
vr̃ in ver. à cohęrede. Namq; ſenſu eo admiſſo, vt ge
neraliter intelligi lex iſta debeat in verſ. pro ea vero
parte. etiã ſi aduerſus cohęredem ipſum detrahi fal-
cidia, aut trebelliana debeat, de quo pręlegatũ acci-
pitur. eum generaliter loquatur, non aliter admitten
dam pręlegati imputationem putat, q̃ ſi vniformiter
accipiatur. atq; ideo eum hęreditarium corpus non
eſt. Ita gloſas has duas contra Bart. Imola hic oppo-
nit. col. 3. ante med. verſi. item adde, quia Bar. quibus
gloſis cõtra Bar. Imola ipſe ſubſcribit. Ita ſecum pu-
gnare Imola vẽ. qui in d. §. nummis aſſentiri Bar. vr̃
cum ait, ſecundum ius extremum, ſeu rigorem iuris
tex. intelligẽdum in d. §. nummis. cauſam aliã æqui-
tatis eſſe, de qua in d. l. neſennius. Ad quam Imolæ
contradictionem animaduerſum à Ripa hic, & alijs
non eſt. qui de Imolæ opinione nõ niſi in d. §. num-
mis meminit. A Bar. etiam ſententia Alex. diſſidet in
d. § nummis. col. 2. poſt med. poſt Ang. & Cuma. ibi
Ripæ etiam ipſi Bar. opinio diſplicere ad extremum
vr̃ in exitu quæſtionis. quamuis quę contra Bar. op-
poſuit, aliter non auferat. Inde apparet, de quæſtio-
ne hac non ſatis Ripæ conſtare.

Bar. opi. Picus hic amplectitur. nu. 46. verſic. Alex.
hic. cumulatius. nu. 58. id quia eadẽ æquitatis ratio in
corpore hęreditario, atq; non hæreditario verſatur.
vid. tex. noſtrũ & in d. §. nummis Picus inđet, ſecun-
dũ tex. limitandos in d. l. neſennius. ne locũ habeant,
vbicunq; contra eum falcidiã hęres detrahit, de quo
pręlegatũ accipit. idq; ex æquitate. d. l. neſennius. ſic
eadem atq; Bar. rńſione ad tex. cõtrarios Picus vtit̃.

Non obſt. rõnem diſformitatis æque locũ habe-
re cũ de cohęrede plegatum accipit̃, contra quẽ fal-
cidia exercet̃, atq; contra eũ, in quo locus falcidiæ,
aut trebellianæ non eſſe Qm̃ & ſi maximè verum id
ſit, rationem tñ haberi diſformitatis huius non cõue
nit, vbicunq; rõ ęquitatis mouet, de qua in d. l. neſen

nitis. Sic fortior ęquitatis rõ ad imputationẽ faciendam, quam diſformitatis ad eam impediẽdam eſt.

Mirari ſatis in reſpõſionib. iſtis Pichi nequeo, quę contrarię non obſcurè textui ſunt in d. §. nũmis. qui eo caſu loquit̃, quo aduerſus cohęredẽ quarta exercet̃, de quo p̃legatum accipit̃ vti demonſtratũ ante habemus. Atqui rõ ibi diſformitatis in p̃dijs hęreditarijs habetur. Eaq; rõne imputatio in trebelliana non fit. lõgè minus admittẽda imputatio in falcidiã erit.

Reſponſione alia ad tex. in d. §. nũmis recentiores alij vtuntur, qui cũ Bar. ſentiunt. Idcircò imputationem ibi non fieri, ꝙ rõ æquitatis ſilet, de qua in d. l. neſennius. æquitas enim ſubeſt, quotiens de cohæredis manu quid accipitur, ſed enim nihil de cohęrede in d. §. nummis. accipitur. Imo enim per ſeipſum hęres accipit, aut retinet. quatenus à ſeipſo accipere, aut per ſeipſum retinere iuſſus eſt.

68 Adiuuatur reſponſio hęc. Namq; † fauorabilior retinendi, q̃ agendi cauſa eſt. cũ facilius retineri, quã peti res poſſit. l. ſi in area. in fi. l. ex quib. cau. ff. de cõdi. indeb. l. 1. in prin. ff. quib. mod. pig. vel hypo. ſol. l. paulus. ff. de excep. doli. l. per retentionẽ. C. de vſur. l. vni. C. etiã ob chirogra. pecu. c. intelleximus. de iudi. iuncto. c. cũ inter de excep. Bal. in l. 2. in 3. nota. C. de fideic. & id genus innumera. Proinde non rectè cõtra Bar. opponi tex. vr̃ in d. §. nummis. hęredi ibi retinẽti fauetur, ne imputationẽ ex toto eius patiatur, ꝙ retinet, ergo etiam vbi retinendi fauor tacet.

Secũdo confirmatur reſpõſio. iſta à ratione ęquitatis ceſſantis argumentando. Dictum enim ex Bal. ſuperius habemus, æquitatem, de qua in d. l. neſennius, ex tex declarari in l. antepen in fi. j. eod. hoc eſt voluntati teſtatoris inuicem & tu pareas, legatũ ad integrum per imputationem præſtando, ſi eandem impleri à me poſtulas. Nihil quippe impleri ſibi poſcit, qui rem habet.

Reſponſio hęc recentiorũ quamuis obducta coloribus videatur, tuta tñ non creditur. vtpote quę facto magis, q̃ iuris effectu nititur. Namq; & ſi maximè nihil de cohærede percipitur, ꝙ ad facti executionem, ſeu traditionẽ rei prælegatæ attinet. Attamen iuris effectu perſpecto, de cohęrede portio habetur. l. 1. §. qui vero. ff. quorum lega. Quo circa ſatis vr̃, de cohęrede ipſo ius ipſum haberi, & ꝙ ius obſeruari, magis q̃ facti executionem decet. Inde videmus, poſſeſſionem ciuilem fortiorem naturali eſſe. cum effectus pręſcriptionis, & acquiſitionis fructuum ciuilis ſola pariat Bar. & alij in l. 1. in prin. nu. 8. & in l. 3. §. ex cõtrario. nu. 4. ff. de acq. poſ. Id quia à iure poſſeſſio ciuilis pendet, & in iure verſatur, vt in locis memoratis habetur.

Secundò rñſionem hanc recentiores patiſtur, vtpote qua admiſſa, nec portio illa quartę imputaret̃ in d. §. nummis, quę iure hęreditario accipitur. ſiquidem neq; à iure, neq; à facto, de cohærede ea habetur, & ius fortius in ea hęredi grauato competit, quã in ea, quam pro portione cohæredis retinet.

Tertiò pręſuppoſito falſo in reſponſione hac recentiores nituntur, ꝙ æquitas eadem in corpore hęreditario, atq; non hæreditario verſet̃. Imo. n. ęquitas maior in corpore nõ hrẽditario imputãdo ſubeſt, per ꝙ cohæredi illud p̃ſtanti abeſt, q̃ in corpore hæreditario. in quo ſi imputatio non fit, lucri ſolummodo omiſſio vertitur. vti dictũ in ſuperioribus eſt.

Quarto cum retentionis cauſam recentiores obſeruant, quaſi æquitas in ea. d. l. neſennius taceat, ex tex confutari meditatio hęc in d. §. nummis vr̃, qui ratione ipſa retentionis ad imputationẽ excludendam non mouetur, verum ꝙ non iure hæreditario, aut inſtitutionis prælegatũ capitur. ſed diſformiter.

Quid dicendum in q. hac tã controuerſiſſima. Puto opinionẽ veriorẽ, quę Bartolo contradicit, locũ dictę. l. neſennius in p̃legato corporis hęreditarij nõ eſſe per tex. in d. §. nummis. vnde opinio hęc contra Bar. ratione fortiori cõfirmatur. Etenim ſi locus imputationi ibi ad vtilitatẽ dantis in trebellianam nõ eſt. Longè magis ius idem ſeruandũ in falcidia erit. In quam pauciora imputari clarum eſt. Quod ius introductum diſformitatis vnius ratione videtur.

Neq; ad rem tex. attinet in d. l. neſennius. quæ generaliter loquitur. Quĩ pręter reſponſionem iam ſupra redditã, ad ea generalitatem non trahi, ex quib. correctio iuris conſequitur, appoſita magis, & ſpecialius reſpondetur. Ad ea diſpoſitionem generalẽ non referri, in quibus diſformitas interuenit. l. paulo. §. 1. ſ. de lega. 3. l. ſeio. §. 1. ſ. de annuis lega. no. Bart. in l. fideicommiſſa. §. ſi quis ita. ſupra de lega. 3.

Quod autem ſola diſformitatis ratione text. nitatur in d. §. nummis apparet. quĩ ſi vniformiter pręlegatum acciperetur, in falcidiam id cederet. d. l. neſennius. ergo multo facilius in trebellianam.

Secundo niſi opi. hanc contra Bar. potiorem habemus, ſpecialia plura admittuntur. Primũ, vt falcidiæ id cedat, quod non iure hæreditario accipitur. contra regulam primam huius l. ſecundum. vt id etiã falcidiæ imputetur, ꝙ diſformiter ex prælegato accipitur. & ꝙ nec in trebellianã venire lex permittit. ſpecialia plane plura ius nõ ſuſtinet. l. 1. C. de dot. p̃miſ.

Textu itaq; ſolo in d. §. nummis opin. hęc iuuari contra Bar. vr̃. Quod enim ad text. l. huius attinet, quamuis generaliter loquatur, deuitari tñ non ægrè poteſt. Siquidem eo caſu loquitur, quo extraneo legata dantur, de quo nihil quicquam grauatus hæres accipit. Idq; apparet quoniam initio. l. in falcidiam imputari legatum fideicõmiſſumvè negat, ꝙ vtique non fieret, ſi de legatario hæres quid acciperet. d. l. neſennius. ſicut igitur in falcidia aduerſus legatariũ extraneũ detrahẽda initium. l. loquit̃. ita in extraneo intelligi, & partes. l. ſequẽtes oportet. qa vt principiũ l. ita. totam eam intelligi cõuenit. l. regula. §. pen. ff. de iuris & facti ignor. A primordio enim tituli poſterior formatur euentus. l. iterũ. ſi. C. de impo. lucra. deſcrip. lib. 10. Atq; ita interpretationem. l. faciendã Oldr. ſcibit in conſ. 103. quęſtio eſt. Alex. in cõſ. 134. nu. 25. lib. 6. Quod locũ ſine dubio obtinet, quatenus continuatiuè lex loquit̃. Fulg. in cõſ. 180. viſo p̃ceſſu. nu. 3. Sed enim ſermone continuato lex iſta vtitur.

Inquantum videndũ Ripa hic mouet. nu. 40. contrarius ne ipſi ſibi Bar. ſit, qui doli replicationem legatario contra hęredem falcidiam deſiderantẽ dari in oppoſ. hac tertia ait. Si replicationem legatarius habet, ergo ad vtilitatẽ eius imputatio fit, quamuis pręlegatũ non poſſideat. ſiquidem actori replicatio cõpetit, inſti. de replica. in prin. actor plane non poſſidet. ſiquidem poſſeſſori actio non datur. l. 1. §. interdictum autem. ff. vti poſſ. §. æque verſ. ꝙ genus. inſti. de actio. c. examinata. de iudi. Bart. in l. naturaliter. §. nihil cõmune. nu. 6. in fi. ff. de acq. poſ. ſed enim in decima oppoſ. non niſi ad vtilitatẽ legatarij poſſidentis imputationem faciendam ſcribit. Si prælegatum legatarius poſſidet, ergo rei, non actoris partes ſuſtinet. Atq; ideo replicatio concedenda ei non erit. Sic contradictio euidens in Bar. videtur, qui modo permitti, modo denegari replicationem ait.

Contrarietatis huius Bartolum, ita Ripa defendit, vt in prælegato loquatur intelligiq; debeat in tertia oppoſi. In quo nihil refert, poſſideatur necne à legatario. Conſequẽter & exceptionem ſi poſſideat, & nomine eius conueniatur, & replicationem ſi nõ poſſideat, legatario dari.

Cauſam aliam eius eſſe, quod ob conditionem implendam datur. Id enim ſi pręſtitum ſemel eſt, ob imputationem eius faciendam replicationem non dari. & obſeruandum, de exceptione in conditione

implen-

implenda inepte tractari. vt ſi id petatur, quod dari ob conditionem implendam debet, exceptionẽ imputationis legatarius habeat. ſiquidẽ peti id nequeat, ꝙ dandum ob conditionem implendam eſt. cum à voluntate legatarij pendeat, dare, nec ne id & legatum conſequi velit. vnde non niſi legati nomine, id eſt cum legatum à legatario petitur, vel ab hærede repetitur interdicto quorum lega. aut conditione indebiti, exceptio replicatiovè conſiderari ſolet.

Sed enim ius idem prælegati, & eius eſſe, quod ob cõditionem implendam datur Bar. velle in decima eius oppoſ. oſtẽdimus. verſ. ſed dicturus aliquis erit.

Quarta Bar. oppoſitio ſolutionem oppoſi. tertiæ ſpeciat, in qua dictum eſt, æquitatis cauſa factũ eſſe in ſpecie d. l. neſennius, vt per exceptionẽ, aut replicationem doli hæres repellatur, qui falcidiam petit, vt ei prælegatum proſit ad imputationem, de quo accipitur. Contra quam ſolutionẽ Bar. opponit, inquãtum reſtrictio imputationis ad cõmodum eius ſit, de quo prelegatum accipitur. Imò enim & ad vtilitatem aliorum legatariorũ, de quibus nihil quicquam accipitur, admittenda imputatio videtur. per tex. in d. l. neſennius. verſ. planè. vbi non vniuerſum, quo hæredibus prę ſtat, cęteris legatarijs imputatur, ſed quãtum dandum hæredib. ipſis legatarijs fuerat, ſi perceptũ quicquam ab eis non eſſet. vnde ſecundũ ſpeciem facti à nobis propoſitam, non vniuerſa, aut integra xl. ſororibus cohęredib. data legatarijs extraneis computantur. ſed quantũ datura ſoror prima ſororibus alijs fuerat, ſi prælegatũ illud aureorũ quindecim relictum ab ipſis ſororib. ſorori primæ non eſſet. Prælegato planè ipſo ceſſante, ſororeq; ipſa prima nihil quicquã de ſororibus alijs percipiente, vtiq; ex xl. prælegatis detractu quarta eſſet. Atq; ideo in ratione. l. falcidiæ cũ legatarijs extraneis facienda prælegatum illud aureorũ xl. ſolidum, aut vniuerſum eis non cõputaretur. verũ detractione quartæ facta. Conſequẽter non pluſquã triginta legatarijs extraneis quaſi legata ſororib. computarentur. Proinde, & ſi maximè detractio quartæ vere, & re facta aduerſus ſorores non ſit quibus ad integrum præſtita xl. ſunt factum id ob prælegatum aureorũ quindecim eſt, ꝙ pro rata portione, & ad vtilitatem ſororũ imputatur. Sic pro detracta quarta aduerſus ſorores imputationis beneficio habetur, & pro eo res eſt, haberiq; debet, vt ſi detractio quartę facta vere, & re ſit, p̃legato ipſo quartę loco pro rata portione ſuccedente. Aliter porrò interpretãtib. conſequens fieret, vt deterior legatariorũ extraneorum cõditio ob prælegatũ illud aureorum quindecim fiat, cũ meliorẽ fieri potius conueniat, quia quo plus ex prælegato hæres conſequitur, eo onuſtior legatis minus videtur. onere ipſo legatorũ ex prælegato leuiore facto.

Apparet ex his, prælegatũ illud aureorum quindecim non ſolum ad cõmodum ſororũ, verum etiam ad legatariorum extraneorũ vtilitatem imputari, & quamuis ex toto imputatio ad vtilitatem extraneorum non fiat, ſatis tñ videtur, ad ſolutionem oppoſ. tertię refellendam, ex parte imputationem fieri. arg. l. ſi is qui. cc. §. vtrum ſupra de rebus dub.

Et obſeruandum, inquantũ dixi, prælegato aureorum quindecim remoto, aut ceſſante, ex legato illo xl. ſororib. relicto decem detracturã ſororem primã fuiſſe, quæ pro detractis in gratiã legatariorum aliorum habentur. verũ id ita eſſe, ſiquidem ex portione ipſius ſororis primę relicta xl. ſint. Ita vt ſorori ipſi primę onus ipſum iniunctũ legati ſit. Cauſa alia vr̃, ſi relicta ſororib. xl. ſimpliciter ſint. Inutile enim legatum ex portione eorum eſſet, atq; ideo fruſtra de falcidia tractatur, quatenus iure inſtitutionis, aut tituli hęreditario legatum accipiunt.

Oppoſitionem hanc quartã, ita Bart. diſſoluit, ꝙ dr̃ in d. verſ. planè legatarijs etiam extraneis prælegatum illud aureorũ quindecim proficere, non eo pertinet, vt ad eum modũ eis proſit, quo vtile ſororibus eſt, de quibus accipitur. Sororibus enim prodeſt, vt quartam ab eis debitã, ſeu quę cõtra eas detrahitur, omnino minuat, & conſumat, ſi tantũ in prælegato quantũ in quarta ſit. Rurſus per imputationẽ ſororibus prodeſt. Enimuero ad modum hunc legatarijs extraneis non proficit. ſiquidem minor quarta ipſorum, aut irrita ob prælegatũ ipſum non ſit, ꝙ vtiq; fieret, ſi per imputationem eis proficeret. Imo enim quarta ſolida debetur. Hactenus porro vtilitatẽ legatarijs affert, vt prælegati huius adminiculo, ſeu eo mediante, detracta quarta de legato ſororũ cenſeatur. Ita id ſolũ prælegatum hoc legatarijs prę ſtat, aut efficit, ꝙ per imputationẽ eius ad cõmodum ſororũ factam pro detracta quarta contra ſorores habetur, non etiam vt imputationi locus ad vtilitatem ipſorum legatariorum ſit.

Clarius ſcribi à Bar. & aliis poterat Cõmodo legatarijs alijs p̃legatum hoc non eſſe ad quartã tollẽdam, aut extenuandã. At impedimento ſolũmodo non eſſe, quominus in eadẽ cauſa legatarij ſint, atq; futuri erant, ſi relictũ prælegatum non fuerat. Quod enim vtile legatarijs prælegatũ non ſit, apparet, quia falcidiæ non imputatur in ſolidũ, nec in partẽ. neq; locus eſſe imputationi põt, cum prælegati non hęreditario iure percipiatur. Neq; æquitatis cauſa ſubeſt, de qua in d. l. neſennius. cũ nihil quicquã de legatarijs ipſis hęres accipiat, & cũ limitata vtilitas eius ad vtilitatem ſororũ ſit, in quib. ęquitas vertitur, ad perſonas trahi alias non debet. verum quia rationi, & æquitati non congruit, vt vtilitati ſororũ diſpendio alieno conſulatur reg. non debet alteri lib. 6. Sed nec libertati incõmodo alieno fauor p̃ſtatur. l. ſi patroni. §. qui fideicõmiſſam. verſ. ſecundũ quę. Ibi nec ad rẽ pertineb. t ĵ. ad trebell. Idcirco pro eo res iudicatur, quatenus ad legatarios extraneos attinet, vt ſi relictũ omnino non ſit. Atq; ideo impedimento non erit, quominus pro detracta quarta aduerſus ſorores habeatur, quæ detrahenda omnino fuerat.

Obſeruandũ in oppoſ. hac quarta Bar. cũ ſenſum ſeu declarationem aliã verſ. planè Ripa ſubijcit. nu. 43. verſ. Tu autẽ dicas. Idcirco declarationem aliam ſubiungit, ꝙ obſcuritatis damnare declarationẽ poſteriorum vr̃, ſed enim difficilior, & obſcurior Ripæ declaratio vr̃, qui non tã ver. planè explicare, aut declarare quomodo intelligi, & exprimi debeat, q̄ rationem afferre eius videtur. Cęterum mens ante enarranda verſ. erat, quam ratio eius exprimenda. vnde ſenſus planus, & nullius controuerſiæ videtur, qui perſcriptus ante à nobis eſt.

Picus hic nu. 62. ſolutionẽ Bart. in quarta hac oppoſ. perſtringit inquantũ prælegatum hoc legatarijs extraneis prodeſſe ad modũ ab eo expreſſum ait. vt pro detracta quarta per imputationẽ habeatur. Ad hũc enim modũ apparet, priuilegiatũ legatum ſororib. relictum eſſe, ne falcidiã patiatur. Quod cũ ita ſit, recte ſcribi à Bar. non potuit. p̃legatum de aureis quindecim vtile ex aliquo lagatarijs alijs eſſe. Imo enim legatarijs alijs neq; vtilia neq; noxia legata ſunt, at hęredi ouerosa ſolũmodo ſint, quę falcidiã neſciũt iuxta glo. in authen. ſimiliter. C. ad l. falcid.

Reſpondet Picus, vtriſq; & hęredi, & legatarijs legata hęc priuilegiaria nocere. hęredi quidẽ, ꝙ falcidiam non exercet. legatarijs, qm̃ tanto minus capiũt, quanta ſumma eſt, quę pro quarta de legato priuilegiario deduceretur, ſi falcidiã admitterent, & quæ legata priuilegiaria de bonis omnibus æris alieni vice detrahuntur. l. æris alieni. ſ. 40. vnde perinde æſtimantur, vt ſi in bonis teſtatoris nunquã fuiſſent. Conſequenter quarta integra de legatis alijs excipitur.

Solutionem hanc nihili prorſus Ripa facit, quoniam priuilegiaria legata in d. l. neſennius non ſunt, immo deſalcabilia, atque ideo æris alieni vice detrahi non poſſunt. Rectius oppoſitionem ipſam Pichi Ripa impugnaſſet, quòd ex diuerſis argumentatur, ideſt ex legatis priuilegiarijs, qualia ſunt, quæ libertatem, aut cauſam piam ſpectant. ad legata non priuilegiaria, de quibus in d. l. neſennius.

Secunda reſponſio ad arg. prædictum à Picho datur. Cum pro detracta falcidia imputationis beneficio habeatur, tanto minus legatum intelligi, quanta falcidia ipſa eſt, ſic quamuis legata 40. ſororibus ſint, attamen quia pro detractis. x. habentur, pro eo res eſt, vt ſi legata non amplius quam xxx. ſint, conſequenter quod legata hæc hæredi non noceant, non eo fit, quod oneri hæredis legata priuilegiaria non ſint, verum quia pro eo res eſt, vt ſi legatum id non ſit, quod pro detracto habetur, vnde ſi minus legatū per imputationem videtur, tanto leuius, aut minus onuſtus hæres æſtimatur, ſic arg. ſilet, non niſi hæredi pernicialia legata priuilegiaria eſſe.

Reſponſionem hanc in Picum Ripa reijcit, quoniam ſi legatum minus imputationis beneficio intelligitur, non poteſt id legatarijs alijs non prodeſſe, id quia quo minus legatum ſororibus cohæredibus intelligitur, eo amplius apud hæredem remanet, atque ideo non ita dodrantem excedunt, quę relicta extraneis alijs ſunt, atq; vbi amplius legatum cohæredibus eſt, quod cum ita ſit, minor leuiorq; falcidię detractio aduerſus legatarios extraneos fiet, atq; ideo non poteſt res hæc non vtilis legatarijs extraneis eſſe. Cōſequenter rectè ſcriptum à Bart. erit, imputationem hanc prælegati legatarijs alijs prodeſſe, etiam ſecundum Pichi reſponſionem.

Præter Ripam, mirari ſatis in oppoſitione hac Pichi contra Barto. nequeo. Pichi enim argumentum non niſi ex verborum formula cōſtat ab effectu omni vacuum, quid enim intereſt, vtrum ſcriptum à Barto. ſit, legatarijs prælegatum non nocere, an prodeſſe, quandoquidem vtroq; caſu effectus idem emanet, hoc eſt, vt pro detracta falcidia habeatur, nihil igitur erat, quod de verborū formula ſollicitus tātopere Pichus eſſet. l. 2. in fi. C. com. de leg.

Secundo ineptum, & à re prorſus alienum Pichi arg. eſt, quo contra Barto. ſolutionem vtitur. Barto. enim in prælegato loquitur, quod falcidiæ imputatur, vtile id legatarijs in hoc eſſe, quòd per imputationem ipſam pro detracta quarta habetur, Pichus vero in legatis ipſis occupatur, & colligit, illud diſceptando, vtrum vtilia an noxia legatarijs ſint. quaſi priuilegiaria, ſic de re omnino diuerſa, atq; Barto. loquatur, arg. Pichi conſiſtit.

Tertiò ex diuerſis arg. Pichi deduci, oſtenditur, ſi quidem in legatis priuilegiarijs argumentantur, quæ falcidiam neſciunt. Contra Bar. in legatis non priuilegiatis, & deſalcabilibus loquitur.

Aliter tamen ſugillari Bar. poteſt in quantum legatarijs imputationem prodeſſe in d. l. neſennius hactenus ait, vt pro detracta quarta habeatur, ſiquidem de commodo vllo legatariorum verbum prorſus in d. l. neſennius verſ. planè non fit, neq; ad commodum referri verba text. poſſunt, verum ſi accuratius expēduntur, eo pertinent, ne onerosa, aut noxia legatarijs imputatio illa fiat, hoc eſt ne grauior contra eos falcidia ex imputatione illa prælegati fiat, quam futura erat, ſi prælegatum quicquam non eſſet, ſic quomodo explicatum in ſuperioribus habemus. Magni tamen cenſuram hanc faciendam non duco, quoniam verbis, quibuſcunq; vtamur, ſiue quod legatarijs imputatio proſit, ſiue non noceat, idem ſemper effectus ſequitur, quòd pro detracta falcidia habetur, ſplendidior tamen res modo vno, atq; altero fit.

Quintò Bart. oppoſitio ſolutionem quartæ oppoſitionis contingit, & conſequenter aduerſus text. ſtat in d. l. neſennius verſi. planè quatenus in d. ſolutione, quæ ex d. verſi. colligitur, dictum eſt, non amplius legatarijs alijs imputationem pręlegati prodeſſe, quam vt pro detracta falcidia habeatur, imo enim vlterius prodeſſe imputatio pręlegati videtur, ideſt quatenus iure hæreditario, aut inſtitutionis percipitur. d. §. nūmis, vbi idcirco prælegatum pecuniæ hæreditariæ totum imputatur, quod tota percipi iure hæreditario videtur ſic in ratione decidendi. text. ille probat. Rurſus in prælegato corporis hæreditarij illud demū non imputatur, quod de portione cohæredis accipitur, ergo quod iure hæreditario accipitur, quartæ ceſſurum id erit, idem ex. tex. probatur in l. id autem in ſecun. reſponſo ſupra eodem, vbi peculiares nummi à ſtatulibero conditionis implendæ cauſa accepti pro parte hæreditaria accipientis falcidiæ imputantur & ſi ſolus hæres ſit, quia inſolidum eius hæreditario iure ſunt, inſolidum imputantur, quid ita igitur dictum eſt in ſolutione quartæ oppoſit. & in d. verſi. planè, non niſi ad quartam vſq; legatarijs prodeſſe, quæ detracta fuerat, ſi datum prælegatum non eſſet, quaſi pro detracta per imputationem habeatur, quando quidē, & pro portione hæreditaria fieri imputatio debeat.

Ad oppoſi. hanc Bar. reſpondet, eidem cedendo, & arg. in ea deductum admittendo, vt quatenus iure hæreditario prælegatum accipitur, legatarijs id extraneis proſit, & ad vtilitatem eorum imputatio fiat, in qua re obſeruandum, aliter legatarijs extraneis pro hæreditaria portione prælegatum prodeſſe, aliter ex iure prælegati, ex portione hæreditaria inſolidum legatarijs alijs, & per imputationem prodeſt, ideſt quatenus portio ipſa hæreditaria eſt, portio vero prælegati, ideſt quæ prælegati iure accipitur, inſolidum legatarijs alijs non prodeſt, neq; imputationem admittit, ſed hactenus pdeſt, vt imputationis beneficio pro detracta quarta habeatur. Conſequens his fit, vt quod expreſſum in d. l. neſennius eſt, legatarijs extraneis pręlegatum non proficere, de quibus non accipitur, vt eorum gratia imputetur, ſed eatenus quatenus declaratum eſt in d. verſ. planè ad pręlegatum vniuſmodi aut vniformе pertineat, ideſt quod prælegati iure totum accipitur. Cauſam aliam videri, quoties difformitas in prælegato interuenit, ibi enim totum imputari, quod iure hæreditario percipitur.

Ex qua Bar. oppo. & ſolutione colligere vnum licet, ad quod expenſa Bar. verba non legi, ad legatū etiam corporis hæreditarij, in quo ſolo difformitas portionum contingit, tex. pertinere in d. l. neſennius, namq; id euidenter in oppoſi. hac Bar. ſentit, cum vltra commodum limitatum, quod ex imputatione prælegati extranei alij legatarij ſentiunt, id imputari inſolidum ait, quod hæreditario iure accipitur, in quo loco citari Bar. ad opi. hanc iuuandam non ſolet.

Quod Ripa ſcribit appoſitè magis textum Bar. citaturum fuiſſe in l. quod autem. quam. l. id quod, rectius tex. à Bart. citatus apud codicem meum in l. id autem, quam in d. l. quod autem, quæ non æquè expreſſim loquitur.

Circa ſecundum cur portio ſolida hæreditaria prælegati in quartam non imputetur, rationem Bar. adijcit in d. l. titia in fin. propter fauorem, qui teſtatoris voluntatem adhibetur, quæ ratio confutata ſatis in ſuperioribus eſt, neque concludentem eam Matheſil. putat in d. l. filium quem nu. 76. & Pol. nu. 98.

Rationem. d. l. titia à voluntate teſtatoris exiſtere, non admittere non poſſumus, quatenus expreſſa à iuriſconſulto eſt. l. ille aut ille. §. cum in verbis ſupra de leg. 3. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obl. ſed declarari voluntatem hanc aliter oportet, atq; factū à Doct. ſit, cum prælegatum teſtator dat, ſcire præſumitur,

quid

quid ius conſtituat, ideſt falcidiæ id imputari, quatenus hæreditario iure percipitur. l. 1. l. iuris ignorantia. a l. regula in princ. ff. de iuris, & facti ignor. l. leges. C. de legib. gl. in l. plagij. 2. C. ad l. fau. de plagiar. vnde cũ vltra prælegatum, falcidiam retineri mandat, voluntas eius perſpicua apparet, vt imputatio pręlegati nõ fiat, etenim ſi imputari vult, quorſũ ſcribere, vt quarta retineatur, cum retenta ſatis in pręlegato ſit, ſi quartam ipſam æquat, ſin autem minus quam quarta, prę legatum eſt, vtq; quartam integram retinendam teſtator non iuberet, at quatenus ſatis pręlegatum non eſt, quod cum ita ſit, mandatum hoc de quarta retinenda, ad quartam vltra prælegatum, referri neceſſario debet, ita ꝙ vltra pręlegatum, quartam habeat.

Si dixeris, ratione hac admiſſa, nihil quicquam ex pręlegato imputãdum, ideſt nec quartam eius, quod hęreditario iure percipitur, reſpondetur, quartam illã ex voluntate teſtatoris imputari, qui retineri quartã de hęreditate vniuerſa voluit, ergo & de pręlegato retineri quarta debebit, quatenus hęreditario id iure habetur, vitium ait nullitatem cuius ſcire ex portione illa teſtator pręſumitur.

Ratio hęc ſilet, quotiens ex voluntate teſtatoris expreſſa detractio, aut retentio quartę non fit, at contra, aut pręter eius voluntatem, ibi enim dici non poteſt, eo animo teſtatorem fuiſſe, vt vltra pręlegatum quartam haberet, cum retineri quartam non iuſſerit, & cum voluntati eius quartę retentio contradicat, credibile eſt, eam mentem eidem fuiſſe, vt quam minimum poſſet, diminutio hęreditatis fieret in ſubſtituti perniciem, cui hęreditatem reſtitui ſine exceptione, aut retentione vlla mandauit, atq; ideo vt quanta maxima poſſet, imputatio in quartam fieret.

Ratione hac admiſſa, non obſtant quę oppoſita cõtra tex. ſunt in d. l. titia, ex quibus mirabilem cum haberi apud Caſtr. diximus, ideſt rationem Vulpiani cõtra eum retorqueri, quoniam ſi non pluſquam quartam retineri hæreditatis voluit, ergo imputari reſiduũ prælegati oportet, quod hæreditario iure accipitur, aliter enim vltra quartam ex hæreditate retinebit, namq; reſpondetur, quartam retinendam vltra prælegatum teſtatori placuiſſe. Alioqui quorſum prælegare, ſic retorqutionem retorqutio patitur, eadem reſponſio ad arg. illud diluendum valet limitatam teſtatoris voluntatem videri, ne pluſquam quartam hæres retineat, ſi quidem vltra prælegatum iuſſus iſte de quarta retinenda interceſſit.

Conſequens rationi, & reſpõſioni huic fit, ad eum caſum tex. reſtringẽdum in d. l. titia, quo præcipuum hæredis prælegatum eſſe teſtator voluit, ita vt reſtitutioni fideicommiſſi non cedat, quo caſu ratio memorata mouet, ꝙ quartam retineri vltra pręlegatum voluit, atq; ideo portionem totam hæreditariã prælegati imputari quartæ non conuenit. Cauſa alia videtur, cum præcipuum hæredis prælegatum non fit, at reſtitui fideicommiſſario debet, quia relictũ prius, quam fideicommiſſum eſt, tum enim ratio prænarrata ſilet, ꝙ quartam retineri vltra prę legatum voluit Conſequenter portio tota hæreditaria prælegati quartæ imputatur, neq; hæredis quicquam de imputatione hac refert, quatenus apud eum manſurum prælegatum non eſt.

Hicq; obſeruandum, in quantum Barto. Caſtre. &
69 Alex. in d. l. titia ſcribunt, pręlegatum extra † cauſam reſtitutionis fideicommiſſi eſſe, quia relictum poſt fideicommiſſum, aut poſt grauamen iniunctum eſt, innui enim ex dicto hoc videtur, ius aliud omnino ſeruandum, ſi poſterius iniunctum grauamen ſit, eidemq; prælegatum anteuertat, ſed. n. locum id non habet quoad partes duas pręlegati, in quibus iure ꝓlegati conſiſtit, & quaſi prælegatum accipitur in fideicommiſſi. n. reſtitutionem partes illæ duæ non venirent in ſpecie, d. l. titia, ſi quidem ſub cõmemoratione hæreditatis iniunctum fideicõmiſſum eſt, ob id ad prælegatum non pertinet, quatenus tanquam prę legatum accipitur, ꝙ appellatione hæreditatis nõ venit. l. ſi titius ex parte ſupra de leg. 3. l. marcellus. §. quidam liberis, & l. in fideicommiſſaria. § fi. infra ad trebel. Old. in conſ. 107. in 2. q. Alex. in conſ. 15. in 2 dub. lib. 1. & in conſ. 33. lib. 4. Corn. in conſ. 182. col. 4. lib. 2. & in conſ. 105. lib. 4 Dec. in conſ. 80. col. 2. in fi. ver. ſed tamen vlterius cogitanti. Soc. iun. in conſ. 107. nu. 37. in fi. lib. 3. ius idem ſeruandum, cum patrimonij mentio fit, ꝙ idem pollet, atq; hæreditas, atq; ideo ad prælegatum fideicommiſſum non trahitur, quod iniunctum ſub commemoratione patrimonij eſt, vt Dec. ſcribit in d. conſ. 80. col 2. in fi.

Conſequens his fit, ad portionem hæreditariã prę legati, Bar. Caſtr. & Alex. dictum reſtringendum, eã ſolummodo reſtitutioni cedere, ꝙ relictum ſub commemoratione hæreditatis eſt, vbicunq; fideicommiſſo prę legatum anteuertitur, ꝙ ſi poſterius pręlegatũ fideicõmiſſo datur, nec portio reſtitui hęreditaria debebit, vt Caſtr. declarat in d. l. in fideicõ. ibiq; Rip. n. 7.

Quæſtionem Ripa hic attingit nu. 47. vtrum anti-
70 quata † hodiè d. l. titia intelligatur, vbicunq; verbum vllum factum de falcidia à teſtatore non eſt, quo caſu ꝯ, vel pręter voluntatem teſtatoris eam detrahi iuriſcon. ibi in fin. ſentit, atq; in eã ſitiam citari à Doct. ſolet, atq; ideo inſolidum falcidię imputari portionẽ hęreditariam pręlegati oportet, locus. n. imputationi per d. l. titia introductę non niſi ob voluntatem expreſſam teſtatoris eſt, ſed dubitari poteſt, vtrum abrogatus hodiè tex. ſit in d. l. titia in fin. vbi ſolida portio hęreditaria pręlegati imputatur, vbicunq; ꝯ, aut pręter voluntatem teſtatoris retentio quartę fit, quaſi ex voluntate hodiè teſtatoris, hoc ipſo quarta detrahatur, ꝙ cum ius eam prohibendi teſtator habeat, prohibita tñ nõ inuenitur, in his. n. quę de genere permiſſorum ſunt, aut prohibita niſi in caſib. certis non inueniuntur, permiſſum cenſetur, quicquid prohibitum non inuenitur. l. mutus. §. 1. ff. de procura l. nec non. §. quod eis, ff ex quibus cau. maior. l. 1. ff de teſtib. c. cum apud de ſponſal. c. 2. de tranſac. c. 2. vltra med. ver. pręſertim de transl. epi. c. 1. de procur. lib. 6. gl. & Bar. in l. ſi quęramus in gl. 1. ſupra de teſta. Bal. in conſ. 112. ꝓmiſſo quodam decreto ante fin. lib. 3. Card. in conſi. 139. nu. 16. itaq; cũ permiſſum teſtatori hodiè ſit, falcidiam prohibere, ſi non prohibet, detractionem, aut retentionem eius permiſiſſe intelligitur, ſi permiſſa hodiè creditur, ergo locus d. l. titia in fi. hodiè nõ erit, vt portio tota pręlegati hęreditaria falcidię imputetur, quaſi contraria voluntati teſtatoris quartę retentio videatur, non enim contraria cenſetur, ſi permiſiſſe hoc ipſo intelligitur, ꝙ eam non prohibuit.

Apparet ex his, ad ampliationem potius, quam ad correctionem, quęſtionem hanc Ripę accommodari, quę ampliatio ex correctione naſci iuris antiqui vr̃ quo ius falcidię prohibendę non erat. l. ꝙ de bonis. §. fi. ſ. eo. vtrum iure hoc deleto, & poteſtate prohibẽdi facta. d. auth. ſed cum teſtator. C. eo. tit. ampliari. d. l. titia debeat, vt non ſolũ voluntate expręſſa teſtatoris circa retẽtionem falcidię interueniente, locũ habeat, verũ ẽt in volũtate tacita aut pręſumpta, q̃ inde deducit, ꝙ ꝓhibitio facta falcidię non eſt, cum fieri poſſet.

In q hac pro expedito Ripa hẽt, locum ampliationi eſſe, ſi quidem pręſuppoſitum admittimus, vt ex voluntate teſtatoris pręſumpta retentionem hodiè fieri falcidię concedimus, ea pp ꝯ, vel pręter voluntatem teſtatoris hodiè ẽt falcidiã, trebellianamvè detrahi Ripa putat, atq; ideo locũ ampliationi nõ eſſe, quo circa. q. hanc ex ea pendere Ripa credit, ex voluntate
71 † ne, an contra, aut pręter voluntatem teſtatoris detractio hodiè falcidię fiat. In qua. q. diuerſas Doc. opi-

niones

niones relatas habemus in l. 1. nu. 135. ſupra de lega. 1. ibiq; Corn. Curtij ſen. Iaſ. & Ripæ contrarietas patefacta, & opi. a nobis electa, & contra voluntatem teſtatoris fieri detractio cenſeatur, pro qua ſnĩa tex. vr̃ in c. Raynald. in fi. cum gl. fi. de teſta. Eandem opi. vltra Doct. à nobis vocatos Signorol. probat in cõſ. 80. nu. 4. verſ. item voluntas. Paul. de Caſtr. in d. l. titia nu. 3. in auctẽ. contra rogatus. C. ad trebel. Guido Papæ q. 507. in fin. Ruin. in conſ. 97. ante fin. verſ. præterea quando filius lib. 1. in conſ. 17. nu. 6. in fin. in conſi. 47. in fin. in conſi. 55. nu. 8. in conſ. 56. num 9. in conſi. 58. nu. 3. in conſ. 77. nu. 4. in fin. lib. 2. & in conſ. 159. num. 15. lib. 3. Riminal. in conſi. 137. nu. 14. lib. 2.

Neq; contrarium opi. huic arg. illud videtur, pmiſſum falcidiam hodiè hoc ipſo videri, ꝙ prohibita nõ eſt, reſponſio enim à Ripa accommodatur, num. 48. verſi. non ob. ratio, locum argu. ita eſſe, ſi libera falcidiæ prohibendæ poteſtas teſtatori ſit, at enim libera non videtur, cum expreſſio prohibitionis deſideretur §. ſi vero expreſſim in auctẽ. de hæred. & falc.

Reſponſio hæc leuis plus ſatis videtur, ſi quidem non in hoc expreſſio prohibitionis exigitur, quod libera prohibendi facultas non ſit, verum quo manifeſtior teſtatoris voluntas appareat, quaſi abeſſe à ꝓhibitione teſtatoris voluntas videatur, ſi facta expreſſim prohibitio non eſt.

Secundò expreſſio hæc ſpecialis non deſideratur, verum generalis ſufficit, qualis ea habetur, quæ in antecedens, aut conſequens neceſſarium venit. l. decem cum gl. ff. de fideicom. liber. de quo locupletius dictũ in ſuperioribus habemus.

Tertiò veriorem opi. face eſſe, vt ſecundum voluntatem teſtatoirs in dubio quarta retineatur, locum. d. l. titia eſſe nihilo magis arbitror, quamuis aliud Ripæ viſum opi. hac admiſſa ſit, tacita quippè, aut præſumpta voluntas hæc eſt, quæ potens æquè ad imputationem impediendam, atq; expreſſa non eſt, idq; videre in ſubſtitutione, licet verbis illis facta, quiſquis mihi hæres erit. l. quæ ad hæredem nominatum reſtringitur, neq; ad hæredem hæredis pertinet, id quia tacito, non expreſſo teſtatoris iudicio hæres hæredis venit. l. cum filio, & l. qui liberis. §. hæc verba ſupra de vulga. æquè prohibitio alienandi expreſſa fortior, quam tacita eſt, ſi quidem dominij translationem prohibitio expreſſa impedit. l. peto. §. fratre, l. cum pater. §. libertis, ibiq; gl. ſupra de leg. 2. gl. in l. fin. in gl. 1. C. de rebus alie. non alienan. Quod ſecus in prohibitione alienãdi tacita eſt. l. fi. §. ſin autem ſub conditione. C. com. de leg. Rui. in conſ. 214. nu. 13. lib. 1. ꝙ cum ita ſit, non rectè à voluntate teſtatoris expreſſa ad tacitam, ſeu præſumptam argumentum deducitur, ex diuerſis qppè id fit, in quibus ratio diuerſa ineſt, hoc eſt à potentiore ad debilius, voluntas enim quo expreſſa magis, eo fortior cũ expreſſo tacitum cedat. l. cum ex filio. §. 1. ſupra de vulg. inde dicimus, locum coniecturis in re expreſſa non eſſe. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obl. Atq; in ſpecie, debiliorem voluntatem tacitam eſſe, quæ ex coniecturis percipitur, quam expreſſam, Caſtren. ſcribit in conſi. 259. circa primum quæſitum dubitatio videtur col. 1. in fin. lib. 2. Dec. in c. vt ſi clerici in prin. col. 6. in tertio nota. de iudi.

Quarto opinione etiam admiſſa, vt ex voluntate teſtatoris, qui non prohibuit, detrahi falcidia intelligatur non rectè atq. colligi à voluntate teſtatoris expreſſa, de qua in d. l. titia, ad voluntatẽ præſumptam, aut tacitam, ex eo ẽt oſtenditur, ꝙ vbi volũtas expreſſa interuenit, à teſtatore, & ex teſtõ eius immediatè haberi falcidia cenſetur, cã alia volũtatis præſumptæ, aut tacitæ eſt, cum neq; prohibita, neq; permiſſa legit, à lege tum. n. non à teſtatore haberi falcidia dicit, quãuis cum lege ipſa concurrere voluntas teſtatoris, & id velle cenſeatur, ꝙ legi ipſi placet ſimiliter, vt in hæreditate legitima dicitur, quæ haberi à lege dicitur, q̃uis cum legis diſpoſitione concurrere defuncti volũtas hoc ipſo intelligat, ꝙ deferri eã per l. parit. l. 3. §. 1. ff. pro ſocio. l. ſi ab inſtituto, ibi poſſideant hæreditatẽ lege. ſupra ſi quis omiſſa cau. teſt. l. lege obuenire. ff. de verb. ſign. ita Caſtr. declarat in conſ. 171. viſa, & ponderata col. 3. lib. 1. idq; ex Bal. vltra Caſtre. iuuat in l. ſi emancipati in 8. oppo. C. de coll. vbi voluntatem defuncti tacitam, aut præſumptã, de qua in l. cõſiciũtur ſupra de iure cod. permiſſiuã, non formalẽ, aut diſpoſitiuã eſſe ſcribit, de quo dicto Iaſ. meminit in l. 1. nu. 15. ſ. de lib. & poſt. ita q̃uis ex voluntate defuncti tacita, aut præſumpta hæres admitti legitimus dicatur, quę voluntas inde ẽt colligitur, ꝙ cũ impedire defunctus hæreditatẽ legitimã poſſet extraneũ inſtituendo prohibita tñ non eſt. l. 1. §. ſciendum. ſ. de leg. 3. legi iñ, non defuncto admiſſio, aut vocatio hæredis legitimi tribuitur. ꝙ cum ita ſit, voluntas hęc teſtatoris tacita, aut præſumpta circa permiſſionem falcidię, non efficit, quominus legi ipſi falcidię detractio eius, non teſtatori tribuatur, ita vt à lege ipſa, nõn à teſtatore haberi falcidia intelligatur, ſi a lege habetur, ergo imputationi locus legali erit, atq; ideo portio tota hæreditaria ꝑlegati imputanda quartę erit, ita vti cõpręhenſũ lege eſt. Conſequenter his dicendũ, ꝙ admitti a pleriſq; ſolet, ex voluntate teſtatoris hodiè falcidiã exerceri, quatenus prohibita non eſt, verũ propriè, & ſimpliciter non eſſe, at ſin quid, ſi quidem voluntas propriè, & ſimpliciter vera, & formalis non eſt, at permiſſiua ſolummodo, ſed enim ſimpliciter verba intelli, non ſecundũ quid oportet. l. hoc legatum, ibiq; Bar. ſ. de leg. 3. c. ſtatutũ de electio. li. 6. Inde fit, vt non rectè à voluntate ſimplici, & formali, de qua in d. l. titia, ad voluntatem ſecundũ quid, ideſt permiſſiuam argumentum deducatur, a caſu enim proprio ad improprium arg. deducitur.

Quęritur ẽt apud Ripam hic num. 49. locus ne d. l.
72 titia ſit, quotiens † hæredi ex aſſe prælegatũ datur, & locum eſſe Matheſil. ſentire refert in d. l. filium quem nu. 88. vbi ex gl. ibi Matheſil. hoc probat.

Ab opi. Matheſil. Ripa diſcedit, ſicut enim iure hæreditario prælegatum totũ capitur, ita imputari totũ dẽt, quæ ratio põderoſa ſatis non videtur, de parte ad totum argumentando. l. quæ de tota. ff. de rei vendic. quæ. l. locũ hẽt, non ſolum de toto ad partem, ſed & ex diuerſo de parte ad totum, vt Iaſ. ſcribit in l. ſi cui legetur in tertio nota. ſupra de leg. 1. vnde Ripæ erat, rationem quam diuerſitatis ſubijcere, quam obĩ diuerſũ ius totius eſſe, atq; partis in d. l. titia debeat.

Secundò ꝯtra Matheſil. Ripa argumentatur, locũ. d. l. titia non eſſe. vbicunq; reſtitutioni fideicommiſſi prælegatum cedit, vt Bar. Caſt. & Alex. viſum ibi eſt, & dictũ ſuperius habemus, id q̃a hæredis non intereſt, imputet, an reſtituat, quo circa non rectè ſentire Matheſil. videtur, locũ. d. l. titia in hærede ex aſſe habere, in qua ſecunda ratione pro explorato Ripa hẽt, reſtitutioni fideicommiſſi prælegatum omnino cedere, quotiens hæres grauatus ex aſſe eſt diſtinctione ordinis nõ adhibita, ideſt vtrũ vtro prius ſit, prælegatũ, an fideicõmiſſum, ꝯ̃ q̇ viſum Bar. & alijs fit in d. l. titia in l. marcellus. §. quidã liberis infra ad trebel. idem Ripa ipſe probat in l. in fideicõmiſſaria. §. fi. nu. 7. ſ. ad treb.

Quid dicendũ, mirũ ſatis facere nequeo, ad ea Ripam non animaduertiſſe, quę ſcripta hic de q̃ſtione hac apud Caſtr. ſunt nu. 4. ad eũ caſum. d. l. titia non attinere, quo iure hæreditario totũ prælegatum capitur. per tex. in l. in ratione. 1. in prin. & in l. non eſt dubium ſup. cod. vbi ꝙ iure hæreditario totũ retinetur, falcidię ſine diſcrimine totũ imputatur, diſtinctione non adhibita, ſecundũ an ꝯtra, vel pręter voluntatẽ teſtatoris retentio fiat, cui ſnĩę Alex. hic fauet col. 2. in fi. verſ. ſubdit ẽt Pau. de Caſt hic idẽ Picus hic ꝓbat n. 67. ver.

con-

concludendũ eſt,ergo,& num.68.pro qua ſnĩa tex.ẽt vr̃ in l.à filio,ibiq; gl.& Doct.ſ.de leg.1.& in l. id autẽ verſ.qua rõne.ſ.eo.Quib.in locis habetur, ex prælegatis vitioſis,aut inutilibus falcidiam perimi, aut minui.

Sed.n.rõnem vllam diuerſitatis inter caſus hos expreſſam apud Caſt.& Alex.nõ legi, cur nõ idẽ ſtatuẽdum ius ſit,vbi iure hęreditario totũ, atq; vbi pars tñ accipitur,ſi dixeris,rõnem afferri diuerſitatis poſſe, ꝙ vbi hęreditario iure totũ pręlegatũ capiẽ,ꝑ eo res vr̃, atq; ſi datũ oĩno pręlegatum nõ eſſet.Rñdetur,argumẽtũ,& hic obſtaꝙ ex regula elicit̃ in d.l.q̃.de rota.

Secundò rõ à nobis ante cõmemorata cit.d.l.titia, ad hunc ẽt caſum pertinet,cũ hęredi ex aſſe pręlegatũ dat̃,& hic.n.pręcipuũ hęredis eſſe,neq; reſtitutioni fideicõmiſſi cedere teſtator voluit,ꝙ.n.ad voluntatem teſtatoris expreſſam attinet, cũ retineri quartã iubet, & ꝑlegatũ nihilominus relinquit,non obſcure eo eſſe alo creditur,vt extra falcidię imputationẽ id ſit,vnde cũ generalis rõ.d.l.titia videatur,generalis, quoq; diſpoſitio eius vr̃ ad caſum hunc ſpectans ex doctrin. Bar.in l.pater filium.§.fundum in fi.ſupra de leg. 3.

Tertio obſeruandum,de opi.Matheſil.ↄtraria verbũ ab Alex.non fieri,ad q̃ ſi animaduerſum Alex.habuerit,cũ Caſtr.conſenſurus,nec ne fuerit,incertũ eſt Neq; contrarij opi.Matheſi.tex. videntur in d. l. in ratione.1.in prin.& in d.l.non eſt dubiũ.ſ.eo.qm̃ nõ niſi ex generalitate eorũ probatio opinionis Caſt.& Alc. deducitur,ꝙ generaliter loquantur, quartę imputari, quicquid ex legatis inutilib.hęres retinet,ſiue initio ipſo vitium,aut nullitas interueniat,ſiue poſtea accedat ſed.n.nouũ non eſt.l.generalẽ,ſecundũ aliã diſtingui, & intelligi,quę ſpecialis ſit.l. ſed & poſteriores, ibiq; Bar.ff.de legib.idq; in ſpecie hac ex tex.l.huius probat̃ verſ.pro ea vero parte,& in l.id aũt.2.reſp.ſ.eod. & in d.§.nummis,in quib.generaliter ſcriptũ eſt, quartę ꝑlegatũ ſpeciei hęreditarię imputari, quatenus hęreditario iure accipit̃,atqui diſtinctionem per tex.accipiant in d.l.titia,ne locum habeant, vbicunq; ex voluntate teſtatoris expreſſa quartę detractio fit, unde ratione carere Matheſil. opinio non uidetur.

Opinione Matheſi.admiſſa, modum duplicem ea vtẽdi Ripa docet.Primus modus,vt quarta pars quartæ ipſius ꝑlegati imputet̃, verbi gratia ſi teſtator cẽtũ aureorũ dominus nonaginta extraneis legat, hæredi x.ſeu fundũ decẽ digaũ relinquit, nõ pl'niquã quartæ pars quartę partis iſtorũ x.falcidiæ imputabitur,Reliquũ ꝙ falcidiæ abeſt,contra legãtarios deducetur, ſic aurei pluſquam 24.de legatis detrahentur,quia quarta quartæ dictorum decem aurei vnius non eſt.

Modus iſte ad vſum Matheſil.opin.deducendi,alienus à ratione,& re ſeu materia.d l.titia vr̃, vbi quarta portio eius, ꝙ hæreditario iure ex prælegato accipit̃ non quarta illius quartæ falcidiæ imputatur, nuſquã enim de quarta quartæ memoria habetur, qd ita igit̃ de quarta quartæ prælegati in opinione Matheſil.cogitatũ à Ripa eſt, quo circa cũ iure totum hæreditario prælegatum accipiatur, quarta eius non quartæ quarta imputanda falcidiæ videtur.

Modus ſecundus ad vſũ, ſeu praxim opionẽ Matheſila.deducendi.vt ex illis x. quartæ detractio. ſimiliter,vt ex legatis alijs fiat.Expreſſius ſcriptũ fuiſſet, vt ex illis decẽ quarta falcidiæ imputet̃.Quarta porrò decẽ ꝑdictorũ pars ex duobus,& quarta parte vnius cõſiſtit ſecundũ Ripam.Sed.n. ex duobus,& quarta parte duorũ quarta pars decẽ conſtat.Reſiduã falcidiam legatarij alij patient̃.Per quẽ ſecundũ modum tantũ modo, ad vſum Matheſilan. deduci opinio poteſt. Quicquid de modo primo viſum Ripæ ſit.

73 Apparet ex ꝑdictis,limitationes † aliquot tex.accipere.in d.l.titia. Prima limitatio ne locũ habeat, vbicunq; fideicõmiſſo ꝑlegatum antemeritur,ita vt reſtitutioni fideicõmiſſi ꝑlegatum cedat. imputatio tñ enim totius fiet,ꝙ hæreditario iure ex prælegato percipit̃.Id quia hęredis grauati nõ intereſt,totũ imputari,quatenus totũ reſtitui alias oportet.ꝑ ea,quę ſuperius dicta habemus ex Bar.Caſtrẽ. & Alex. in d.l.titia. Caſtren.in d.l.in fideicõmiſſaria.§.fi. Ibiq; Ripa nu.7. infra ad trebel. Secunda limitatio. ne locũ in volũtate teſtatoris tacita,aut ꝑſumpta habeat, opinione illa recepta,vt ex volũtate teſtatoris nõ ꝓhibentis detrahi falcidia intelligat̃. quamuis aliud Ripę placeat, opinione memorata admiſſa, ꝑ ea, quę verbis pluribus tractata in ſuperioribus ſunt.

Tertia limitatio. vt ad eũ caſum non trahat̃, quo hæredi ex aſſe ꝑlegatum datur. ſiquidem Caſtr. Alex. Pichi,& Ripę opinionẽ cõtra Matheſi.amplectimur.

Limitationẽ quartã Cuma. Alex.q; adijciunt in d. l.titia.Ripa hic nu.51. & nu.62.ne locũ habeat,quotiens cohæredis ſolis ꝑlegati onus iniungit̃. q̃ cohæredis ſoli id ꝑſtare à teſtatore iubent̃.ita vt portiones ipſorũ ſolummodo, nõ ẽt cohæredis rogati,& q falcidia vti parat,ſub prælegato ipſo cõtineant̃.Ibi enim hæredis grauati portio hæreditaria ſicut cõprehenſa ſub ꝑlegato nunquã fuit,ita falcidiæ, aut trebellianæ tota imputat̃.quãuis ex voluntate teſtatoris expreſſa, falcidiæ retẽtio,aut detractio fiat. Cuius limitationis illa eſt ratio,ꝙ vbi cohæredibus ſolis onus legati ꝑſtãdi iniungit̃,ad portiones eorũ hæreditarias ꝑlegatum reſtringit̃ portione rogati,& ꝑlegatarij excluſa.l.ſi fundũ ſub cõditione.§ ſi libertus ſupra de lega. Portione igitur hæredis grauati à prælegato remota,extra controuerſiam res ponit̃,vt totum falcidiæ imputetur,ꝙ iure hæreditario in re ꝑlegata habet. Siquidẽ de portione aliqua ꝑlegati imputãda nõ agitur. cũ incluſa ꝑlegato portio grauati,nec ex opinione,aut volũtate teſtatoris vnq̃ fuerit. Vndẽ de portione imputãda tractat̃,q̃ ex inſtitutione ipſa, & ſecundũ ius, & ſecundũ teſtatoris volũtatẽ,atq; opinionẽ cõſecut' grauatus ẽ.

Sed obſeruandũ,locũ limitationi huic nõ videri, ſi ꝑſuppoſitũ,quo nitit̃,non recipimus.Ideſt vt ad portiones cohæredũ, quibus onus prælegatũ iniungitur, reſtrictio eius fiat.verũ,& portionẽ cohæredis grauati ſub ꝑlegato cõprehendi. in qua opi.Doc.fuerunt ab Alex.commemorati in d.l.titia nu 9. Ratio tũ enim, & fundamentum limitationis ſileret.

Cõſequens limitationi quartæ huic fit,locũ d.l.titia in prædio hęreditario non eſſe,ꝙ conditionis implẽdæ cauſa grauato dat̃.cui præſtando nonniſi cohæredes tenentur,& in portiones eorũ hæreditarias. adeo vt exẽpta cohæredis grauati portio hæreditaria oneri ꝑſtationis ſit.Cõſequẽter ſeparata vnquã ad hr̃ditate grauati portio,nec quãſi ad volũtatẽ, aut opinionẽ teſtatoris fuit.ob id imputationi portio hæc hr̃ditaria grauati tota cedit. In qua ſententia Ang. hic fuit.

Opi. hanc ratione vna, atq; altera Ripa hic cõfirmat.nu.62.Prima ratio.ꝙ de manu cohęredis pręduũ hoc accipit̃,vt cõditioni pareat̃. Tradere enim cohæredem oportet,ſi ſatis conditioni facere, & emolumẽtum aſſequi conſtituit. ergo locus in ꝑdio hoc d. l. titia eſſe non poterit ſecundum limitationẽ hanc quarta,quæ ex Cuma.& Alex.colligitur.

Ratio hæc Ripæ,Ang.opin.eicit,tm̃ abeſt,vt tueat̃. Etenim ſi de manu cohæredis totũ, vt Ripa ait,prædiũ accipitur,ergo nihil quicq̃ ex eo imputandũ falcidię erit.vt hac l.verſ.ꝑ ea vero parte.vbi extra quartã eſſe dr̃,ꝙ de cohærede capitur. Atqui totam hæredis grauati portionẽ quartæ imputari Angelo placet.

Neq; Cuma.atq; Alex.auctoritas mutat in d.l.titia qua auctoritate ratio hæc Ripę nitit̃.qm̃ ad eũ modũ nõ loquunt̃, ad quẽ eos loqui Ripa facit.non .n. prædium totũ de cohæredibus accipi Cuma. cum Alex. inquiunt. verùm nonniſi ex portionibus hæreditarijs cohæredum ab eis accipi, ſcriptum apud eos legitur. ita vt ſeparata penitus à ꝑſtatione Portio grauati ſit.

Secun-

Secundo rem impoſſibilē à iure ratio hæc Ripæ habet, ꝗ de cohęredibus res tota accipiatᷣ. Quomodo enim tota ab eis accipi ex parte grauati, & accipientis poterit. l. traditio. ff. de acq. rerum domi.

Vndè non aliter defendi Ripa poteſt, niſi ſi rē totā de cohæredibus accipi intelligimus. i. nonniſi ex portionibus eorū. Ita vt grauati portio cōpræhenſa ſub iuſſu p̄ſtandi ob conditionē implendā nō ſit. eum ad cohæredes ſolos onus conditionis implēdæ ſpectet. neq; impoſitū ex parte vlla intelligi grauato poteſt. Quocirca mens Ripæ non fuit de toto etiam ratione portionis grauati ſentiret.

Hicq; obſeruandū tā circa quartā limitationē, quā illationem Ang. rationē Ripæ vt ſupra, intelligendo nō modo portionē hæreditariā grauati, q̄ in p̄legato, & re habet, q̄ ob conditionē implendam datᷣ, falcidię imputari in ſpecie d. l. titia ſecundū terminos huius limitationis, & illationis, q̄ ex ea conſequitᷣ, verum etiā ꝗ ex p̄legato, aut conditione implenda accipitur. Siquidem vniformiter res huiuſmodi accipitur, ideſt aut ex prælegato, aut ex conditione implenda. quo caſu imputatio in trebellianā fit, vt in ſecunda regula huius. l de qua trebelliana, aut falcidia extenſa tex. loquitur in d. l. titia. Portio enim hęreditaria non quaſi ex p̄legato, aut conditione implenda accepitur. quatenus cōpręhēſa ſub p̄legato, aut conditione implēda ne q̄dē ex volūtate, aut opinione teſtatoris vnq̄ fuit.

Ratione ſecunda Ang. dictū à Ripa cōfirmatᷣ. Idcirco ad id, ꝗ ob conditionē implendā datᷣ, textū nō ptinere in d. l. titia, ꝗ mortis cauſa, nō hæreditario iure p̄diū capiatᷣ. l ꝗ aūt. ſ. eod text. vocari debuit in l. id aūt. Idem ex tex. oſtendiᷣ in l. g p̄tio, & in l. inter mortis. ff. de dona. cauſ. mor. vndè ſi niſi mortis cauſa res nō accipiᷣ, conſequens fit, vt Portio hæreditaria grauati ſub hac cōditione implendi cōpræhēſa oīno nō ſit. verū coniuncta ſemper cum portione eius hęreditaria, ex qua inſtitutus eſt, permanſerit. Quo caſu falcidiæ cā, & trebellianæ imputari clari iuris eſt, & obſeruandū in ratione hac ſecunda, de p̄dio toto Ripam loqui. i. de cohęredibus totū accipi. Sed enim vel perperam loquitur. vel declarari, aut intelligi eum oportet, ſic quomodo expreſſum ſupra habemus.

Ab Ang. in illatione hac Imola, & Alex hic diſcedunt, vt apud Alex. hic n. 10. Qua opi. & Picus hic vnᷣ n. 67. cū rō eadē in eo, ꝗ datᷣ ob coditionē implendā videatᷣ, atq; in p̄legato. i. vt portio hr̄dis grauati cōpręhēſa in dubio ſub cōditione implēda, ſimiliter, vt ſub p̄legato cenſeatᷣ. Atq; ideo locus d. l. titia ſit, quotiēs ex voluntate teſtatoris expreſſa quartæ retentio fit.

Neq; tex. mouet in d. §. nūmis, quo ſolo Ang. ſubnititᷣ. Qm̄ in pecunia hr̄ditaria loquitᷣ, quæ falcidiæ tota idcirco imputatᷣ, ꝗ vniformiter accipi diciᷣ. Ideſt iure hæreditario tota. In p̄dio nos, aut ſpecie hæreditaria loquimur. ita Alex. hic r̄ndet. Secundo r̄ndetur, ad rē tex. nō attinere, qm̄ in conditione implenda nō loquitur. verū in pecunia hęreditaria, quā per ſeipſum accipere iuſſus eſt, tam, & ſi expreſſum, per ſeipſum nō ſit. vti declaratum in ſuperioribus habemus.

Obſeruanda tñ Alex. r̄ſio ad d. §. nūmis. ex qua limitatio quinta. d. l. titia conſequitᷣ, ne in p̄legato locū pecunię hęreditarię hēat, eū vniformiter tota accipiatᷣ ideſt iure tota hr̄ditario. Ex qua limitatione limitatio alia, & ſexta d. l. titia. gn̄ralior colligiᷣ, ne locū in p̄legato habeat, ꝗ iure totū hr̄ditario accipiᷣ. Cuiuſmodi illud eſt, ꝗ hæredi ex aſſe relinquitᷣ. Ex qua limitatione ſexta dictū Ripæ hic confirmatur nu. 49. contra Matheſila. in d. l. filium quem nu. 88.

Sed cōtraria limitationibus his quintæ, & ſextæ tō tex. vr̄ in d. l. titia, q̄ gn̄ralis eſt. æquè .n. pecuniæ, atq; ſpeciei hęreditariæ voluntas exp̄ſſa cōuenit. qua ſola rō nitᷣ d. l. titia. Per quā rōnem generalē legē ipſam, gn̄raliter cōſtitui, q̄uis in caſu ſpeciali loquatᷣ, demōſtratū, nec ſemel in ſuperioribus habemus. Cōtrarius itē limitationibus his Matheſil. eſt in d. l. filiū quem nu. 88. cū ſcribit ad prælegatū hęredi ex aſſe datū tex. pertinere in d. l. Titia. Atqui iure tum vniformi, ideſt hæreditaria prælegata res tota accipitur.

Neq; Alex. r̄ſio mouet ad text. in d. §. nummis. ex qua r̄ſione limitationes memoratæ quinta, & ſexta deſumuntᷣ, & neceſſario conſequuntur, qm̄ intelligi tex. illū oportet ſecundū text. in d. l. Titia. ne locū habeat, quotiens ex voluntate teſtatoris expreſſa quarta retinetᷣ. Tum q. n. pecuniā totā hæreditariā, & quę hæreditario iure percipiᷣ, falcidiæ trebellianævè nō imputari. ſimiliter vt reſtrictionē hanc rōne coacta text. patitur in d. §. nūmis. verſ. diuerſa cauſa eſt prædiorū. I. ſiquidem poſterius prælegatum fideicommiſſo ſit.

Sed dicturus quiſpiā erit, imò. n. reſtrictionē memoratā ſecundū terminos. d. l. Titia; tex. non pati in d. §. nummis. q̄quidem ex voluntate teſtatoris expreſſa retētio ibi nūmorū fit. ſed r̄ndetur, ad eū caſum d. l. Titia ptinere, quo quarta ipſa ex volūtate teſtatoris expreſſa retinetᷣ, non cum res particularis pecunia puta, aut res alia hęreditaria. ſed enim nummorū ibi retentio, aut acceptio rei veluti particularis fit, de qua imputanda tractatᷣ. Quarta porro ea eſt, in quā imputatio fit, & in qua vniuerſale. Iat. verſatur.

Apparet ex his, ab impugnationib. Imol. & Alex. rectè Ang. opin. defendi. Quā veriorem eſſe arbitror non fundamēto eius Ripęve hic fretus. d. nu. 62. Ang. enim tex. adduciᷣ in d. §. nummis, quē ad caſum hunc non ptinere, ante oſtendimus Ripa vero, ꝗ totū de manu cohæredis accipiᷣ, ꝗ ob conditionē implendā datur. quæ rō profligata in ſuperiorib. etiā eſt. verum ex his iuuari Ang. dictum vr̄, q̄ ſcripta. ſ. in lim. 4. ſunt. Ideſt ꝗ tacita cohæredis grauati portio non cenſetur, quotiens rem quam hęreditariam conditionis implēdæ cauſa, ei præſtari teſtator iubet. Neque ſub iuſſu ipſo portio grauati continetur. Imò enim ad cohęredes ſolos, & ad portiones eorū hęreditarias onus hoc conditionis implendæ ſpectat, & reſtringitur.

Inde Imolæ, atq; Alc. arg. diſſoluitur, rōnem eandē eius eſſe, ꝗ p̄p conditionē implendā, datᷣ, atq; p̄legati eſſe. Inficias. n. id imus, ſi quidē ſub p̄legato contineri cohæredis, quoq; grauati portio pōt, quotiens ſimpliciter ei p̄legatū relinquitur, ꝗ ſecus in eo eſt, ꝗ conditionis implendæ cā datᷣ, namq; vbi dr̄, ſi prædiū titio dederit, onus hoc dādi prędij ad titiū ipſum ſpectare oīno nō pōt, vnde ad eos neceſſario reſtringitur, q̄b. iniunctū, & à quib. dandū eſt, conſeqnēter portio ipſa titij, q̄ in prædio hæreditario habet, oneri ipſi nō obſcurè eximitur, vnde ſicut in onere non venit, ita ad eum caſum porrigi tex. non poteſt in d. l. titia per ea, quæ ſcripta in dicta limitatione quarta habemus.

Cōſequēs declarationi huic fit, locū dicto Ang. nō eſſe, vbicunq; prædio hæreditario accepto hæres grauatᷣ. Ratio. n. eadem hic non eſt, atq; vbi grauatᷣ ſi prędiū ei hęreditariū fideicōmiſſarius dederit, ſi quidē, & grauati ipſius portio ſub hac ſcriptura cōtinetur, prædio accepto, nō minus. n. ſuper portione ſua, atq; cohæredū accipere iubetᷣ, vnde ſi quartæ retentio ex voluntate teſtatoris expreſſa in caſu hoc fiat, ad caſum hūc ptinere. d. l. titia debebit, ratioq; eadē caſus huius, atq; prælegati vr̄. ſub quo grauati portio clauditur.

Conſequens ſecundo declarationi huic fit, nihil inter prælegatū, & id diſtare, ꝗ cōditionis implende cā datur, facto eodē interueniente, ideſt ꝗ vtroq; caſu grauati portio ſub eo comprehenſa ſit, ꝗ p̄ſtari oportet, namq; ſi cōpręhenditur, ad eū caſū text. ſpectabit in d. l. titia, ius aliud ſeruandū, ſi nō comprælienditᷣ, ibi portio grauati tota quartę imputabitur, vt potè ad q̄ oīno pręlegatū non pertinet, cū pręlegata nō ſit, neq; ſub eo cōpręhenſa, ꝗ dari ob cōditionē implēdā dēt

Sed obiecturus aliqs erit, ſm̄ declarationē hanc, ſi cōpræhenſa grauati portio ſub eo ſit, ꝗ dari p̄ cōditione implenda dēt, imputatio eius in quartā fiet ſm̄

modū

modũ.d.l.titia. At.n.cũ mortis cã capi id dicatur, vti Ripa ſcribit, & dictũ cumulatius in ſuperiorib. habemus, qſio imputari in falcidiam poterit. Rñdetur, in falcidiã extẽſam, aut trebellianã id ẽt imputari, ꝙ pp conditionẽ implendam datur, vt hac.l.in prin.in 2. regula, in falcidia propriè, & ſtrictè, id ẽt imputari poterit ꝙ ob conditionem implendã datur, quatenus hęreditario iure, ideſt pro portione grauati accipitur, in qua verſari mortis cã capio non põt, ſi quidem ipſi ſibi mortis cã obligari quiſquã non põt, & qua rõne inutile prælegatũ ex portione hæreditaria eius eſt, cui relinquitur, ita inane, & onus fit, quo ipſi ſibi quis q̃d dare ob conditionẽ implendã dẽt, ſic non aliter locus Ang.opin. erit, q̃ ſi x̃ onus p̃ſtandi portio grãuati ſit.

74 Sexta Barto.oppoſitio † ad ea competit, quæ dicta mox in oppoſitione quinta ſunt, prælegatum ſpeciei hæreditariæ non ſolum ad commodum dantis, verũ ẽt legatariorum aliorum falcidiæ imputari portione hæreditaria tenus.d.§.nummis, & d.l. id aũt in 2. reſp. ſupra eo. ita portionẽ hæreditariã totam falcidiæ hęres ad vtilitatem legatariorum omnium imputat.

Sed.n.ſententiæ obſtare huic text. videtur in l.titia. ſupra eo. vbi frater teſtatoris ex triente hæres ſcriptus & hæreditatem, quarta retenta, reſtituere iuſſus, prælegatis etiam prædiorum, ſeu corporum hæreditariorum honoratus eſt. in quibus partem tertiam iure hęreditario habet, ex qua parte inutile prælegatum eſt. l. in fideicommiſſaria. §.fi. infra ad trebel. Reliquas duas partes, ideſt vncias octo, ſeu beſſem iure prælegati cõſequitur. Quærebatur, vtrum portio tertia quæ iure hæreditario accipitur, trebellianæ tota imputaretur, videbatur dicendum totam imputandam, ſi quidem & falcidiæ imputatio fieret, cum iure hæreditario capiatur, ergo longè magis in trebellianam. Sed.n.non plusq̃ quartã illius tertiæ, ideſt vnciã vnã ex quattior, & conſequenter non niſi partem duodecimã, ſeu vnciã vnã hæreditatis totius trebellianę imputandã tex. ait, ſic partes res portionis hæreditariæ prælegati immunes ab imputatione trebellianæ habebit, id q̃a ex voluntate expreſſa teſtatricis detractio trebellianæ fit, qua voluntate remota, triens totus pręlegati, qui iure hæreditario percipitur, trebellianæ imputaretur, quid ita igitur admiſſum in oppoſitione quinta eſt, quarię totum imputari quicquid hęreditario iure percipitur. Confirmatur arg. hoc ſextæ oppoſitionis, ꝙ in trebelliana tex. loquitur in d.l.titia, vnde ſi imputatio ex toto ibi non fit, ideſt ex tota portione hæreditaria, lõgè minus ex toto facienda in falcidiam erit per tex. hunc in prin. Secundò eandem cãm eſſe falcidiæ, & trebellianæ. Diſpoſitio.d.l. titia in trebelliana comparata, ad falcidiam trahenda nihilominus eſſet, idq; pp rationem.d.l.titia expreſſam, quia ex voluntate teſtatricis trebelliana detrahitur, quæ ratio generalis eſt, æquè ad falcidiã, atq; trebellianã congruens, ob id ad falcidiam porrigi diſpoſitionẽ ipſius.l.titia conuenit, id quia generalis lex dicitur, & habetur, quæ in caſu aliquo ſpeciali loquitur, vbicunq; ratio eius generalis eſt ad caſus oẽs pertinens, in quib. ratio ipſa verſaẽ l.hęc actio.ff.de calumnia.l.regula.§.& licet, ibiq; Bar. & Bal.ff.de iuris, & facti ignor.l.nomen debitoris.§ fi. ſupra de leg.3.Bar.in l.pater filiũ.§.fundũ in fin.eo.tit. Bal.in l.voluntas nu.11.in fin.C.de fideicom. Caſtr.in l.ſi vero.§.de viro ſupra ſol.matr.& in conſ.25 1. viſa quadam ſecuritate col.1.poſt med.lib.1. Geminia. in conſ.39.col.1.& in conſi.ſeq.col.2.poſt princ. Dec.in conſ.38.col.2.cir.fin.in conſ.291.col.3.poſt med.& in conſ.422.col.2.in fi.& apud nos in conſi.135. nu. 32. & in conſ.227.nu.3.& in ſpecie locũ.d.l.titia in falcidia etiam eſſe, ſimpliciter Barto. hic ſcribit in oppoſi. hac ſexta, cui Doct.ſubſcribunt.

Ad oppoſi.hanc reſpondet Bar. locum argumẽto & d.l.titia eſſe, propter voluntatem teſtatoris expreſſam, qui retineri quartam iuſſit, ꝙ igitur dictũ in oppoſi.quinta eſt, quartæ totum imputari, quicquid hęreditario iure ex prælegato accipitur, locum tũ denique obtinet, ſi ꝯ aut præter voluntatẽ teſtatoris detractio fit, ibi.n.quo plenior hæreditatis reſtitutio fiat, ad integrum imputatio eius habetur, quod iure hr̃ditario percipitur. tex.in d.l.titia mirabilẽ ibi Caſtr. prædicat, & in l.neſennius in fi.prin.eo.tit. non ab re porrò mirabilis tex. viſus Caſtrenſi eſt, namq; ratio in eo expreſſa retorqueri in Vulpianũ poteſt, etenim ſi quartam ſolummodo hęreditatis retineri teſtator voluit, ergo imputatio facienda ex partib.tribus erat, quarta tantummodo retenta, quid ita igitur econtrario tex. ait, non niſi ex parte quarta imputationẽ eius faciẽdã, ꝙ hr̃ditario iure percipitur, partibus trib.reliq̃s retẽtis.

75 Rationem.d.l.titia † vnam, atq; alteram Ripa hic adijcit nu.45.& ſeq. prior ratio, ꝙ fauor maior teſtatoris voluntati indulgetur, quam legi ipſi, quæ contraria voluntati teſtatoris eſt per l. in teſtamentis. ff. de reg.iur. q̃ l. Bar. citat in d.l.titia, quę ad rem attinere nõ videtur, ſi quidem eo caſu non loquitur, quo voluntati teſtatoris lex obſtat, niſi dicas ex verbo plenius, de quo ibi, id innui qñ plenior neceſſaria interpretatio non eſſet, ſi eo caſu, quo plenior adhibetur regula iuris ſtricti cum voluntate ipſa faceret, ſed obſeruandũ, eo interpretationem pleniorem pertinere, vt offendere verba, aut largius ea intelligere liceat, voluntatis ipſius ſeruandę cã. l.non aliter ſupra de leg. 3. Cęterũ enim voluntati ipſi cõtraria lex eſt, quia id prohibeat, ꝙ teſtatori placuit, tum verò fauor accõmodari voluntati non ſolet. l.ſi quis ſub conditione hęredes ſupra de cond.inſt. de quo Fuſius apud nos in conſ.200. nu.5.& in ſpecie falcidię, teſtatoris voluntati non pareri, ex tex. oſtenditur in l.ſi fundum ſub conditione. § ſi libertas ſupra de leg.1.& in l.quod de bonis.§ fin. ſupra eo. Itaq; non rectè ſcriptũ à Ripa videtur, fauorem maiorem voluntati teſtatoris pręſtari, q̃ legi, quę volũtati ipſi repugnat, imò.n. potior legis aduerſantis aut p̃hibẽtis cõditio hr̃, neq; ita, atq; Rip. Bar. loquit̃.

Secundò ratio hęc Ripę proſternitur, & in eũ reijcitur, qñ limitata voluntas teſtatoris in d. l. titia fuit, vt nõ pluſquam quartã titius hęres rogatus retineret, ob id fauor volũtati accommodari, vltra limites eius non dẽt, vt amplius quam quartam ex iure hęreditario habeat, cum vltra extendi voluntatẽ nõ oporteat, quam ipſa ferat. l.1.§.iulianus, ibiq; Bar.ff.de iu.actuq; priua.l.ſi is ad quem.ff.de acq.hered.l. operis non poſitis infra de õpet.liber.l tutori.C.de neg.geſt.l.fi.C.ne vx.pro mari. l. tutores qui. C.de admin. tut. Bald. in conſi.482. primo videtur dicendum col.1.lib.5. Arg. hoc tamen in ratione noſtra inferius refellitur.

Rationem alteram.d.l.titia Ripa hic affert nu. 46. ꝙ ſicut quartã partem portionis hęreditarię ſaluam titio hęredi eſſe teſtatrix voluit, ita veriſimile eſt, vt tertiã pręlegati partem ſaluã eſſe voluerit, quę iure hęreditario accipitur, quę ratio ſecunda, peior priore videtur, principio.n.non niſi tertiã pręlegati partẽ ſaluã titio eſſe rogato in d.l.titia putat, ſed.n. ſaluę partes tres ex quattuor eius, ꝙ hr̃ditario iure pcipit̃, titio ipſi ſunt, quatenus nõ plusq̃ quartã illius partẽ trebellianę imputat. Si dixeris, per errorem de parte tertia ſeruãdã à Ripa ſcriptum, cũ de partib.trib.ſenſiſſe eũ credibile ſit, ne in verba expreſſa.d.l.titia offendiſſe eũ dicamus, r̃ñdetur, ſi de partib.trib.ſenſit, rationẽ eius nihili prorſus fieri, ſi quidẽ ſimilitudo nulla verſet̃, de parte vna conſeruanda ad partes tres, cõſequens quippè non fit, in aĩo teſtator habuit, vt partẽ vnã portionis hęreditariæ ſaluã hęres habeat, ergo vt ſaluas quoq; partes tres pręlegati retineat, quatenus iure hr̃ditario percipitur, cum .n. à ſimili argumentari Ripa ſtudet, diſſimilitudinẽ nõ obſcurã inducit, atq; ideo rõnem hãc Ripa ipſe pateretur, ſi de partibus tribus ſenſit.

Secun-

Secundo ſi rõnẽ hanc Ripæ admittimus, cõſequẽs ſit, vt ſiquidẽ prius relictũ prælegatũ in d.l.titia ſit, quã fideicõmiſſum ipſo iniũctũ, locus d.l.titia ſit, ita vt nõ pluſquã quarta prælegati, quatenus hæreditario iure pcipitur, trebellianæ imputetur, partib. trib. apud hæredẽ remanentib. Id.n. ex rõne Ripæ neceſſario colligĩ, cũ generalis ſit, & ad caſum hunc pertineat, ſed.n. opinioni, aut cõſequentiæ huic Bar. Caſtr. & Alex. refraganĩ in d.l.titia, vbi hoc caſu totũ imputãdũ quartæ ſcribit, q hereditario iure ex plegato percipiĩ, neq; hæredis intereſſe, imputationẽ hãc ex toto fieri, quare nus imputatione qeſcẽte, pcipuas partes tres reſiduas nõ haberet, verũ fideicõmiſſario reſtitueret p tex. ĩ d. l. ſi fideicõmiſſaria. §. fi. ibiq; Ripa ipſe nu.7. & idẽ Rip. hic nu.50. Rõnẽ tertiã d.l.titia Bal. aſcribit in d.l. filiũ quem nu.12. C. fam. her. prouiſio teſtatoris, ꝓuiſione legis impedit, aut remouet. l. fi. ibiq; gl. in ver. cõtentã. C. de pac. conuen. l. cũ ex filio. §. filio. ſ. de vulg. l. & hẽr. §. cũ quis ff de preçar. Itaq; vbi quartã retineri, aut deduci teſtator mãdat, quartã ipſe deſignat in portione hrditaria, q̃ ſibi imputare rogatus debet, perinde vt ſi reſiduũ reſtituere rogatus ſit, q̃ rõ ſilet, vbi quarta à teſtatore nõ deſignatur, ibi.n. imputationi ſtandũ legis ipſius eſt, per legem planè oĩa imputantur, quçcunq; iure hæreditario capiuntur. Rõ hæc Bal. in eũ tegeritur, qm̃ ſi demonſtratio quartæ facta à teſtatore eſt, vnde retineri, aut deduci debeat, ideſt ſuper portione hæreditaria, vtiq; nihil imputari ex prælegato dẽt, et quatenus hereditario iure percipitur, imò.n. precipuũ prælegatũ totũ eſſe grauari cõuenit, vnde ſi mẽs teſtatoris ea fuit, vt non niſi ex portione hæreditaria quartæ detractio, imputatioq; fieret, credibile non eſt, introductã iam legem ꝫ voluntate ipſius teſtatoris fuiſſe, vt ex prælegato etiam imputatio fieret, quarta parte eius tenus, quod hæreditario iure accipitur.

Sed ad obiectionem hanc Bal. fortaſſis aĩaduertens aliter rõnem ſuã declarat, cũ prouiſum à teſtatore eſt vnde quarta detrahatur, ideſt ex portione hereditaria. pro eo res videtur circa prælegatũ hoc, vt ſi quartam ex eo detraheret, quatenus hereditario iure percipiĩ, & reliquũ reſtituere iuſſus hæres ſit, ſed.n. ſi alij reſtituendũ prælegatũ eſſet, dubitatio non eſt, non pluſq̃ partẽ quartã ex eo detracturum hæredem fore, tantundem probandum videtur, cũ ipſi ſibi prælegatum ſit, vt nõ pluſq̃ quartã ex eo ſibi detrahat, aut imputet, ne deterior conditio eius fiat, atq; ſi extraneo datum legatũ eſſet, q̃ rationem, aut declarationẽ. Matheſilan. etiam obſeruat in d.l. filium quem nu.87. ante fi. Colorata ſanè Bal. hæc ratio, & declaratio videtur, ſed.n. conuenire iuri non videtur, à ſimilitudine.n. argumentatur. quaſi perinde res ſit, vt ſi extraneo prælegatũ reſtituere iuſſus hæres ſit, quo caſu non pluſq̃ quartã detraheret, atqui cõſequens argumẽto huic ſimilitudinis ſit, vt ſi in caſu. d.l. titia plegatũ aliquod vniformiter hrs grauatus acciperet. ſpeciẽ puta non hæreditariã à cohrde, vel hrditariã à legatario, aut extraneo, nihil imputari ex plegato debeat, id qa prouiſum à teſtatore eſt, vt ſuper portiõne hæreditaria quartæ detractio, & imputatio fiat, q̃ portio hæreditariã in prælegato nõ vertitur, q prælegati iure totũ accipitur, vel ſi fieri imputatio debeat, nõ pluſq̃ partẽ quartã eiũs trebellianæ imputare grauatus debeat, namq; ſi ꝓ eo res iudicatur, vt ſi quarta retenta, totũ reſtituere alij debeat, vtiq; non pluſq̃ quartã ex plegato ꝫ extraneũ detraheret, ius idẽ ſeruandũ eũ ad vtilitatem grauati non extranei plegatũ ſpectat, vt non pluſq̃ quartã ſibi imputet, ſi ꝓ eo haberi res dẽt, atq; ſi legatũ extraneo ſit, q̃ tñ conſequentiã Bal. & alios admiſſuros nõ credo, qm̃, & ſi maximè ex hæreditate quartã, retinẽdã teſtator iuſſerit, de imputatione tñ verbũ factũ ab eo non eſt, ob id iuri relinquendus caſus imputationis omiſſus videtur. l. ſi cum dotem in prin. ff. ſol. mat. & in ſpecie, locum. d.l. titia in legatis nõ eſſe, q̃ vniformiter accipiuntur, quo minus trebellianæ imputentur Picus hic obſeruat nu.65. verſi. & ſi quæratur.

Secundo rõne hac deſignationis, aut demõſtrationis factæ, vnde retineri quartã teſtator vellet, tex. non mouetur, eam demum rõnem exprimit, q ex voluntate teſtatoris expreſſa quartæ retentio ſit, q̃ rõ mouet, ſiue deſignatio facta eius ſit, vnde fieri detractio, aut imputatio debeat, ſiue facta nõ dicaĩ, proinde rõnem ſubaudiri aliam non conuenit, poſtq̃ expreſſa ſiquet. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obl. neq; in po- 76 teſtatæ † hominis eſt, ſubauditionib. vti, legis interpretandæ cã Signorol. in conſ. 245. nu.8. per text. in l. proſpexit. ff. qui, & à quib. idem Bal. ait in conſ. 57. pũctus quæſtionis col. 1. poſt med. lib. 5. vbi à verbis. l. recedẽdũ non fore ait, verũ ibi conſiſtendũ, ubi pedes lex figit, p gl. vlt. in l. ſi non fuerint. ff. pro ſocio, neq; ſubaudire debemus, quotiens ad modũ determinatũ lex loquitur, cũ eius gloſare ſit, cuius ẽ ius cẽdere p l. fi. C. đ ll.

Ea pp in rõne hac non ſatis Bal. acquieſcẽs ad aliã proſilit in d.l. filium nu.12. in fi. verſ. vel iungẽ, quam aliam rõnem coniungẽndã cũ priore ait, idcirco id ita conſtitutũ in d.l. titia eſſe, quo teſtatoris cõſilium, aut prouidentia circa quartã retinendã, momẽti, aut vtilitatis quid afferat in gratiã hæredis, cui proſpectũ eſſe teſtatrix voluit, aliter quippè inutilis prouidentia illa eſſet, ſi portionẽ hæreditariã plegati, ſolidã imputari quartæ dicimus, quocirca ob prouidentiã, & voluntatẽ hanc teſtatoris expreſſam imputatio minor facienda, quàm vbi detractioni quartæ voluntas teſtatoris expreſſim, aut tacitæ contradicit, quam rationem apud gl. moueri ait in d.l. filium in ver. hæreditaria verſi. dic ergo, & verſi. cæterum.

Rõnẽ hanc, quæ ex voluntate teſtatoris deſcendit ex eo Ripa hic iuuat nu.46. q̃uis de Bal. memoriã non habeat q in diſcrimine dici inter legitimam, & legata ſolet, legitima.n. maior ex incremento non ſit, quod teſtatore ſublato, hæreditati accedit, quãuis origo eius in vita teſtatoris cœperit. l.3. †. fin. & l. ſi patronus. §. fin. ff. de bonis lib. Rom. ſing. 127. volo tibi vnum dicere. Cur. ſen. in conſ. vlt. nu.3. in fin. verſ. & cum dicebatur idq; & Ripa ſcribit in e. cum nu.36. de conſtit. & præter eſt deciſio Neapol. deciſ. 382. Boer. q.62. col. 1. cã alia legatorũ eſt, q̃ ampliora ex acceſſione fiunt, quæ ſecuta poſt mortẽ teſtatoris eſt, vtiq; ſi initiũ teſtatore ſuperſtite, acceſſio habuit. l. in quãtitate in pri. ibiq; Caſtr. ſ. eo. Sal. in l. pen. § repletione in fi. C. de inoffic. teſt. Diuerſitas hæc aliundè non exiſtit, niſi q à volũtate teſtatoris expreſſa legata pẽdent, q ꝫ in legitima eſt ſec. Ripã. Sed ad rem adminiculum hoc Ripæ ex diuerſitate legitimæ, & legatorũ, non attinet, in quãtũ augeri vnũ nõ alterũ putat, ſi quide maiora legata p additamentũ, aut incrementũ memoratũ nõ fiunt, tñ nõ decreſcũt, qa falcidiã non patiũĩ, q̃ incrementũ accedens impedit, q ſecus in legitima eſſet, q̃ maior, vti fieret, ſi incrementi memoratio rõ habeat, q iuri nõ cõuenit, cũ limitatus, & definitus legitimæ modus ꝓ facultatib. ſit, q̃ tẽpore mortis ſunt, q̃ rõnẽ Caſt. expendit in d.l. in quantitate, conſequenter his dicendũ, diuerſitatẽ hanc inter legitimã, & legata, ex rõne Ripæ non induci, neq; voluntati teſtatoris, verum iuris diſpoſitioni ex Caſtr. ratione immediatè tribui.

Secũdo cõcludens rõ hæc Bal. nõ vĩ, q̃ à voluntate teſtatoris deſumit, qm̃ limitata ad falcidiã vĩ, q̃ ſaluã eſſe voluit, ob id trahi ad imputationẽ nõ dẽt, quaſi diuerſam, & ſeparatã, cõſequẽs qppè nõ ſit. falcidiã retineri teſtator iuſſit, ergo imputationẽ ꝓhibuit, ita Matheſi. argumẽtaĩ in d.l. filiũ quẽ n.76. ibiq; Cotaſi. nu. 119 circ. fi. verſ. ſed p hęc, q ſi cõnexã imputationem cum falcidię detractione dicimus, vt falcidia à teſtatore permiſſa, locus imputationi non ſit, conſequenter dicendum habemus, nec ex portione vlla, hæreditaria

ditaria prelegati imputationem in d. l. titia habendã.

Quid igitur dicendum, duo in ſpecie controuerſa principaliter incurrunt. Primũ, cur ex portione prælegati hæreditaria quarta trebellianæ imputetur, alterum, cur non reliquæ partes tres portionis hæreditariæ etiam inputentur atq; adeò portio tota hæreditaria prelegati. Circa primũ, laboris haud ita magni res vr̃, ex ſignificatione, & ꝓprietate verborũ id fieri, etenim cũ quartã, hereditatis ſ. retineri teſtatrix iuſſerit, & hæreditatis nomẽ in prælegato verſetur, quatenus inutile eſt hæreditario iure percipitur, ſignificatio verborũ efficit, vt æquè ex portione hæreditaria prælegati, atq; ex hæreditate reliqua, quæ deducta ẽn prælegatum non eſt, quartæ deductio fiat, quã rationẽ ex verborũ ſignificatu deſcendentẽ Bar. obſeruat in d. l. titia in fi. cõſequenter quãuis expreſſũ non ſit, ꝙ ex hæreditate quartæ retentio fieret, verũ ſimpliciter quarta retenta, hæreditatẽ reſtitui teſtator iuſſerit, attamẽ pro eo res eſt, vt ſi ex hæreditate quartã retineri teſtator iuſſerit, vt expreſſim Bar. placet in d. l. titia cũ verborũ ſignificationẽ expendit, idẽ Doct. probant, vt ex hæreditate quartæ retentionẽ fieri in d. l. titia iuſſerit. Idq; vltra Bar. & alios, efficacius oſtenditur, qm̃ de regula eſſe exceptionẽ, & ſub verbis, cõpræhendi regulæ oportet bar. in l. in his. ff. de legi. & in l. 1. ibiq; poſteriores. ff. de reg. iur. vnde cũ hęreditatem, quarta excepta, aut retẽta, reſtitui teſtator mãdat, exceptio, aut retentio hæc intelligi de hæreditate debet, ſecũdo in ſpecie magis id ꝓbatur, quia ſubſtitutus in dubio quis in eo cẽſetur, ad ꝙ vocatus inſtitutus eſt Oldra. in cõſi. 107. q. 2. per tex. l. in ratione. § filio. ſ. eo. Soci. iu. in cõſ. 107. nu. 49. verſi. & iſtud ẽt oſtenditur lib. 3. ſed controuerſia id apud me nõ vacat, qñ ſi ſubſtitutio facta ſimpliciter ſit, cõſequẽs fieret, prælegata ante data nõ venire, quatenus prælegati iure capiũtur, textuiq; refragari dictũ hoc videtur in l. marcellus. §. quidam liberis infra ad treb.

Rationẽ hanc Bar. Polit. nõ admittit in d. l. filium quẽ nu. 98. qm̃ rõne hac ſignificationis verborũ admiſſa nihil intereſſet, vtrũ ex voluntate, an cõtra, detractio quartæ fiat, ſẽper enim arg. mouet, ꝙ à ſignificatu verborũ deſumitur, conſequenter ad eundem modum imputatio ſemper facienda vtrobiq; eſſet.

Impugnatio hæc Poli. refelli facile põt, qm̃ multũ intereſt, vtrũ cũ ſignificatu verborũ euidẽs teſtatoris volũtas cõcurrat, an ꝯtra ſignificationi ſit. Priore. n. caſu dubitatio nõ eſt, quin ſtãdũ verbis ſit, ꝙ ſecus in caſu poſteriore eſt. l. non aliter ſupra de lega. 3.

Per ſeptimã oppoſi. Bar. iterũ ea impugnantur, q̃ in quinta oppoſi. dicta ſunt, impugnata. n. ſemel in oppoſi. ſexta ſunt, vti initio oppoſi. expreſſum ipſius ſextę habemus, ſed renouatur impugnatio in oppoſi.
77 hac ſeptima. Dictũ. n. † in oppoſi. quinta eſt, prælegatũ ſpeciei hæreditariæ in caſu d. l. neſennius, legatarijs omnibus etiã extraneis, prodeſſe in quibus ęquitas ipſius. l. ſilet, q̃a de eis quicq̃ nõ percipitur, totũq; prælegatũ ipsũ quartæ imputari, quatenus hæreditario iure percipitur. l. id aũt in 2. reſpon. ſ. eo. d. §. nummis, idq; & ex l. hac probatur verſi. pro ea vero parte à ſenſu contrario, cui oppoſitioni, & dicto tex. oppoſitus in ſexta oppoſi. eſt in d. l. titia. Sed . n. iterũ, & denuo opponitur ꝯ dictũ id in quinta oppoſi. inquantũ nõ pluſquã ex portione hęreditaria imputationẽ in quartã fieri admiſſum eſt, imo. n. & quatenus prelegati iure percipitur, imputandũ quartæ vr̃ per tex. in l. cũ pater in prin. ſ. de leg. 2. vbi cũ partẽ ſuã hęreditariã reſtituere filia matri cohęredi iubetur, aureis cẽtũ, & pręedio tuſculano ex hæreditate acceptis, prædium quidẽ in reſtitutionẽ nõ venit, quatenus prælegati iure accipitur, quia ſub cõmemoratione hæreditatis relictũ fideic. eſt. l. ſi titius ex parte. ſ. de leg. 3. ſed nec ex portione hæreditaria reſtitutioni cedit, q̃a prius onus fideicõmiſſi iniunctũ, q̃ relictũ fideicõmiſſum eſt, vt Bar. Caſtr. & Alex. declarãt in d. l. titia, & quia cũ vna ſimul, & fideicõmiſſũ iniũctũ, & prelegatũ ſit, voluntas teſtatoris non obſcura apparet, vt pręcipuũ filiæ grauatæ prælegatũ eſſet, diuerſo iñ modo prelegatũ hoc filia cõſequitur, & pręcipuũ hẽt, quia pręediũ tuſculanũ tanq̃ cõe matris cohæredis, & filiæ, iudicio famil. her. de cõi accipit, ſic portionẽ de matre cõſequitur, id quia cũ cõe ſit, totũ iure ſuo, & ſuper portione ſua cõſequi filia nõ põt, pecuniã planè portioni ſuæ imputat, ſeu totũ ſuper portione ipſius filiæ cõſequitur, prelegatũ igitur pecunię hęreditarię totum ſuper portione ipſius filiæ imputarĩ, atqui pręlegati iure accipi vr̃ pro portione matris cohęredis, idẽ in pręlegato pecuniæ expreſſũ eſt in d. §. nũmis, vt totũ portioni grauati imputeĩ, ergo falsũ vr̃, ꝙ dictũ in oppoſi. quinta eſt, nõ pluſquã portionẽ hæreditariã quartæ imputari. Imo. n. & id imputandũ vr̃, ꝙ pręlegati iure ex portione cohæredis accipitur, cũ pecunia tota prælegata imputationi cedat.

In oppoſi. hac diſſoluẽdã apud gloſas variatũ Bar. refert, nãq; in d. l. id aũt in gl. 3. differre gl. ſcribit inter prælegatũ pecuniæ, & ſpeciei hæreditarię, qm̃ vniformiter capi pecunia hæreditaria dr̃, i. iure hæreditario tota cũ ſuper portione ipſius accipientis capi tota, eadẽq; iure poſſit, per tex. in d. l. cũ pr̃ in prin. corpus planè hæreditariũ totũ falcidiæ, aut trebellianæ non cedit, at hæreditaria portione tenus. In hac aũt. l. in verſ. à cohętede, ibi ſed in falcidiã iure inſtitutionis l. aliud gloſę viſũ, i. ius idẽ vtriuſq;, & pecuniæ, & ſpeciei hæreditarię eſſe, vt niſi eius imputatio nõ fiat, ꝙ hæreditario iure ex pręlegato accipitur, per tex. in d. l. id aũt, vbi peculiares nũmi nõniſi pro parte accipientis, & conſequẽter hęreditaria, & quæ iure hęreditario habetur, falcidiæ imputãtur. Gloſę opinione admiſſa in d. l. id aũt, vt hæreditario iure pecunia tota capiatur, arg. nõ obſtat, de quo in hac ſeptima oppoſi. quia iura cõtra oppoſi. quintã adducta in pręlegato pecunię hæreditarię loquũtur, quæ tota ideò imputatur, ꝙ tota capi iure hęreditario, & ſuper portione accipientis vr̃, ſed ꝙ dictũ in oppoſi. 5. eſt, ad corpus hæreditariũ ſpectat, ꝙ difformiter accipitur, ob id nonniſi ex ea parte quartæ imputatur, quæ hæreditario iure accipitur, cęterũ ſi opi. gl. ĩ l. hac probamus, tũ vero oppoſi. quintæ tex. omnino repugnatẽt in d. l. cũ pater, & in d. §. nummis, vbi imputatio pecuniæ totius in quartã ſit, etiam quatenus pręlegati iure accipitur.

Gloſę variantis opinione poſthabita, Dyni diſtinctionẽ Bar. amplectitur, vt ſi q̃dẽ à cohęrede, vel ſubſtituto prælegatũ relinquitur, ius idẽ pecunię, atq; ſpeciei hęreditarię ſit, atq; ideo niſi pecunię partem iure hæreditario non capi, i. ex portione ipſius accipiẽtis, quæ pars hęreditaria in falcidiã imputatur per tex. in l. lege falcidia. §. ſi interueniat ſupra eo. qui tex. ad rem non attinet. tex. vocare, Bar. credo, voluit in l. falcidia interuenire. ſ. eo. quę generaliter loquitur, rem alienam, ſeu non hęreditariam, quę ob conditionem implendam hęredi datur, falcidię non imputari, ergo æquè ad pecuniam, atq; rem aliam tex. ille pertinet, atq; ideò diſcrimen non videtur inter pecuniam, & ſpeciem, quotiens ab alio hęredi datur, conſequenter inter ſpeciem, & pecuniam differre hęreditariam non videtur, vbicunq; à cohęrede, vel ſubſtituto, & ita ab alio datur neutra. n. res falcidię imputatur, ſi aliena ſit. Si nihil inter pecuniam, & ſpeciem diſtat, cũ ab alio hæredi præſtatur, neq; imputatio ſit, cum aliena res eſt, ergo ſi hr̃ditaria pecunia ſit, & ab alio, ideſt cohęrede, aut ſubſtituto datur, talis locũ imputatio habebit, qualem ſpecies hęreditaria recipit, ea de re nonniſi ex portione hęreditaria imputatio fiet, ſimiliter, vt in ſpecie hęreditaria.

Aut pecuniã hęreditariã ſibi doducere, vel detrahe-

re hęres iubet, tũ vero tota capi iure hęreditario vr, atq; ideo falcidiæ tota cedit, vt in ll. cõtrarijs, ideſt in d. l. cum pater, & in d. §. nummis, ita etiam tex. loqui Bar. ait in d. l. quod autem, vbi ſcriptum generaliter eſt, ꝙ à cohærede accipitur, quadranti, ſeu quartæ non imputari, locũ enim generaliter habet, ſiue pecunia ſiue ſpecies hęreditaria, vel non, à cohærede, ſeu ex portione eius, & conſequenter prælegati iure accipitur, ſed quatenus hęreditario iure accipitur, de cohærede accipi nõ cenſetur, quocirca locus textui illi nõ eſſet, vbicunq; pecuniam hæreditariã accipere hęres iubetur, de cohęrede enim nihil tunc accipitur, at iure hęreditario, & ſuper portione accipientis tota capitur.

Sed enim de tex. illo citando cogitatum à Bar. nõ credo, at de tex. in l. ſeq. qui continuando, & aduerſando conſequitur, hoc eſt cum peculiares hæreditarioſq; nummos de ſtatulibero hæres accipit, falcidiæ eos pro parte ipſius hęredis imputari, hoc eſt ſecũdũ gl. & Bar. pecuniam ipſam totã pro parte ſua accipi, & conſequenter totam falcidię imputari, & ideſt, ꝙ Bar. ſcribit, ita tex. illum loqui, ideſt, quãuis iuſſus hęres non ſit, nummis ipſe peculiares accipere, verũ de ſtatulibero capiat, attamen intelligi ita debet, vt perinde ſit, ac ſi ſuper portione ſua iuſſus ſit accipere, qd enim intereſt, vtrum per ſeipſum dominus capit, an per ſeruum etiam ſtatuliberum, ſatis enim tum capere per ſeipſum creditur, cum ſua tota, ſeu hęreditaria pecunia ſit, & pro ſeruo ſtatuliber medio tẽpore habetur, dum paritum adhuc conditioni non eſt. l. ſtatuliberum in prin. ff. de ſtatulib. ſerui planè traditio pro eo non eſt, vt ſi facta ab alio ſit l. acquiritur. §. non ſolum. ff. de acquir. rerum domi. Hoc ita, ſi in peculio nummi fuerint, cũ mortuus teſtator eſt, aliter enim dici hæreditarij non poſſunt, ius idem ſeruandum, ſi pecuniam alius pro ſtatulibero dedit. l. quod conditionis. §. 1 ff de dona. cau. mor. Coraſ. in l. filium quẽ nu. 108. C. famil. hercisc.

Et itaq; quantum de ſubſtituto Bar. loquitur, quotiẽs de cohærede, aut ſubſtituto pecunia accipitur, ſiquidẽ de ſubſtituto per fideicõmiſſum intelligimus, iuri cõuenire Bar. dictum non videtur, quoniam vniformiter tũ accipi pecunia etiam hæreditaria dicitur, ideſt, iure prælegati tota, cum iuris quicquã hæreditarij in ea hæredi, cui datur, non competat, vtpotè fideicõmiſſarij, cui relicta eſt, tota facta, per ea, quę cumulatius dicta in ſuperioribus habemus, vniformitate planè admiſſa, & ſi non falcidiæ, trebellianæ tñ tota imputatur. Bar. planè de pecunia hæreditaria hic loquitur, quę difformiter accipitur, ſimiliter, vt in ſpecie hęreditaria contingit, vnde de ſubſtituto, vulgari intelligi Bar. oportet, hoc eſt de cohęrede, vel eo, qui cohæredi ipſi ſubſtitutus vulgariter eſt, ratio quippè eadem vtriuſq; ad difformitatem inducẽdam videtur.

De ſubſtituto tñ per fideicõmiſſum ſentire Bar. videtur, ſed quomodo in eo procedere Bar. dictũ poſſit, vt difformitas interueniat, non ſatis perſpicio, etenim, aut ante pecuniã hæreditariã fideicommiſſarius præſtat, quã reſtitutio facta hęreditatis ſit, & tota hæredis, iureq; hęreditaria dicitur, aut poſt reſtitutionẽ pecunia datur, & cum fideicõmiſſarij tota eſſet, vniformiter accipi ex legato cenſetur, vnde ſi in ſubſtituto per fideicõmiſſum Bar. intelligimus, neceſſe videtur, in perſona eadem coniunctim vtrunq; concurrere, vt idem cohæres atq; fideicommiſſarius ſit.

Ex diſtinctione Bar. in oppoſi. hac ſeptima cõcluſio duplex colligitur. Prima concluſio, ius idem pecuniæ atq; ſpeciei hæreditarię videri, vbicunq; de cohærede, aut ſubſtituto pecunia accipitur, quia ab eo puta, vel ſimpliciter prælegatur, cõſequenter id in cõcluſione hac Bar. ſentit, quamuis non exprimat, non minus in pecunia, atq; ſpecie hæreditaria difformitatem verſari, quotiens de portione cohæredis prælegatarij tota nõ accipitur, verũ ad portionem etiam alterius cohæredis prælegatum ipſum trahitur, ꝙ cũ ita ſit, falcidiæ trebellianæuè imputatio prælegati totius, pecuniæ non fiet, cũ iure hęreditario vniformiq; tota nõ accipiatur, verũ ad portionem hęreditariã accipiẽtis, & quę iure hęreditario capiũ. imputatio reſtringitur.

Sed quæri ſolet in concluſione hac prima, quæ ad pecuniã hęreditariam pertinet, vtrũ locũ ita habeat, ſi de pecunia hęreditaria mentio in ſpecie fit, an vero ad eũ etiã caſum trahatur, quo ſimpliciter, aut in genere pecunia prælegatur, hęreditarię verbo nõ facto, dum in hæreditate tamen inueniatur, recentioribus quibuſdam placet, hæreditarię expreſſionem neceſſariam, aliter vniformiter prælegatam pecuniã accipi, ideſt iure prælegati totã, perinde quaſi cohæredibus ſolis iniunctum onus cenſeatur, ita vt cohęredis prælegatarij portio confuſa, aut cõmixta vnquã prælegato, nec ex volũtate, aut opinione teſtatoris fuerit per tex. ĩ d. l. ſi fundũ ſub cõditione. §. ſi libertus. ff. de leg. 1.

Sed enim contrarius recentioribus Caſtren. eſt in d. l. neſennius ante fi. verſi. tu dic ſupra eo. vbi cum in hęreditate pecunia inuenitur, nihil referre inter pecuniam, & ſpeciem hęreditariam putat, ſic id demum Caſtren. obſeruat, vtrum in hæreditate, an non, pecunia inueniatur, non etiam exigit, vt mentio in ſpecie de hęreditaria fiat, & in legato pecuniæ ſimpliciter Alex. hic loquitur Caſtrenſi ſubſcribens colu. 2. poſt med. verſi. Pau. de Caſtr. in d. l. neſennius.

78 Secundo vbicunq; de pecunia † hęreditaria, & nõ hæreditaria intelligi legatum poteſt, ad hæreditariã referri in dubio oportet, vt ad pecuniã teſtatoris nõ hęredis relatio fiat gl. Bar. & alij in l. ex facto in prin. ff. ad trebel. Bar. in l. cum in teſtamẽto ſupra de auro, & arg. lega. Pro qua ſententia tex videtur in l. debitor in prin. infra ad trebel. vbi cum hæreditatem filiæ ſuę reſtituere hæres iubetur, verbum ſuę ad teſtatorem refertur, vt teſtatoris, non hęredis filię reſtitui hęreditas debeat, quem tex. in ſententiam hãc pro optimo Ruin. profert in conſi. 15. nu. 19. lib. 3. Sed in ſpecie magis ex Areti. id probatur, in conſ. 155. diligenter viſis nu. 2. in fi. vbi teſtatoris in dubio rem legatam, nõ hæredis, prçſumendum ſcribit, quamuis non minus hęredis, quam teſtatoris legare rem liceat per tex. in d. l. cum in teſtamento, & in d. l. ex facto in princip. ꝙ Areti. conſi. Decius admittit in c. ſignificaſti nu. 1. in fi. de offi. delega. & in c. per tuas in fi. vlt. nota. de proba. & nominatim in ſpecie. q. huius, ꝙ de pecunia hæreditaria intelligi legatum debeat, tradit Ruin. hic nu. 9. vbi ꝙ de eo legare teſtator creditur, ꝙ in hæreditate cõſiſtit per tex. in l. ſi domus in prin ibiq; no. ff. de lega. 1. & in l. 3. in princ. ibiq; Bart. ff. de trití. vino, oleoq; lega idem Deci. ſcribit in conſi. 653. nu. 4.

Non obſt. arg. recentiorum, de ſuo onuſtos cohęredes intelligi, vbicunq; de pecunia hæreditaria mentio nõn fit d. §. ſi libertas, ſi de ſuo ſolũmodo grauari intelliguntur, ita vt portio cohęredis excludatur, ergo difformitas interuenire in legato non poterit, quoniã à ſenſu contrario tex. illum opponunt, idcirco enim de ſuo nihil cohęredes prçſtant, at portiones hęreditarias ſolummodo, quas in legato habent, quoniam hęreditarij ſerui erant. q. d. ius aliud ſeruandum, ſi alieni fuerant, ſed enim retorcutionem tex. prædicti recentiores patiuntur, quoniam non ea ratione tex. nititur, ꝙ de ſeruis mentio facta hęreditarijs ſit, verum ꝙ hęreditarij ſunt, ob id nõnniſi ex portionibus grauati eorũ intelliguntur, ratio eadem videtur, cum in hęreditate pecunia inuenitur, vt nonniſi ex portione ſua quiſq; grauatus in dubio intelligatur, conſequenter, vt difformitatem legatum pecunię accipiat, quæ in hęreditate eſt, quamuis de hęreditaria commemoratio non fiat, quotiens ſimpliciter prælegatum ſit, ita vt prælegatarij etiam cohęredis portio includatur.

Secun-

Secundò videndũ in concluſione hac prima, nãq; ex tex.l.huius eam probari Bar. ſcribit, vt nihil diſtet inter pecuniam,& ſpeciem hæreditariam, ſiquidem à cohærede ipſo prælegatũ pecuniæ hæreditariæ ſit. Sed enim non oſtendit Bart. ex qua parte l.huius con cluſio hæc probetur. Reſpondetur, ſatis à Bar. demõ ſtrari, ex qua parte tex.probatio fiat, cum tex & glo. ciuat.glo.enim verſi. pro ea vero parte, ad pecuniam etiam ſpectare ſcribit, ſiquidem à cohærede prælegatur conſequenter differre inter pecuniam,& ſpeciem hæreditariam non putat, quando cohæredi onus legati iniungitur, ea propter ex tex.in d. verſi.pro ea vero parte, fidem cõcluſionis ſuę facere in animo Bar. habuit, quatenus generaliter de eo loquitur, ꝙ à cohærede accipitur, diſtinctione nõ facta, ſpecies, an pecunia hæreditaria ſit,& qua ratione tex. huius generalitate glo. nititur, ita ea nisi Bar. creditur, poſtquam cum glo.ipſa ſentit.

Tertiò obſeruandum, namq; in falcidia Bar. loquitur in prima hac oppoſi. Atqui concluſionem hanc primam ex tex.l.huius iuuat, aut comprobat, qui in trebelliana loquitur, ſed enim cauſa multo alia falcidiæ, quam trebellianæ circa imputationes eſt, vt hac l.in prin. Reſpondetur, portionem duplicem in prælegato pecuniæ hæreditariæ verſari, vnam. quæ iure hęreditario pro portione accipientis, alterã quæ iure prælegati ex portione cohęredis alterius accipitur, circa portionẽ, quæ iure hæreditario capitur, rectè ex trebelliana ad falcidiã Bar. argumentatur, quãdoquidẽ, & in falcidiã id imputari expreſſum ſit, vnde nõ tam ex trebelliana, quã ex leg. alijs Bar. id probat, quoad portionẽ alteram, quæ iure prælegati capitur, rectè à trebelliana ad falcidiam negatiuè Bar. argumentatur nõ imputatur trebellianæ, ergo nec falcidiæ Rõne.n. fortiore in falcidiã quã in trebellianã imputatio non fit, vt hac l.& dictũ, nec ſemel in ſupioriб. habemus.

Concluſioni huic primæ Ripa hic contradicit nu. 52.verſi.ſed tu aduerte, Bar.enim vult, pecuniã hæreditariam ex portione accipientis falcidiæ imputari, quotiens à cohærede prælegatur, ſimiliter, vt in ſpecie hęreditaria prælegata ſit. Sed enim nihil quicquã imputandum falcidiæ videtur, perinde quaſi falſum Bar.pręſuppoſitum ſit, vt iure quicquam hęreditario ex pecunia iſta accipiatur. Imo enim iure prælegati totam accipi pecuniam hæreditariã videri, qua enim ratione cum pecuniam hæres accipere iuſſus eſt, vniformiter ea accipitur, quia totam ſuper portione ſua accipere iuſſus creditur d. l. cum pater in prin.& d. §. nummis, ita è contrario cum pecuniam dare cohæres iubetur, totam de portione ſua eam præſtare iuſſus intelligitur, vt eadem ſit contrariorũ diſciplina l. 1.ff.de his, qui ſunt ſui, vel alie. iuris, quod argum. ex mente Imolæ hic eſſe Ripa putat.

Mirari non ſatis poſſum, quomodo argu. hoc ex Imolæ ſententia eſſe, Ripa crediderit, quãdoquidem contrarium quam Ripa ſcribat, Imola dixerit, col.2. verſi item adde ſecundo in quãtum Bar. hoc eſt, difformiter ſemper in falcidia pecuniam hęreditariam accipi, diſtinctione non admiſſa, ab alio, ſeu cohęrede relicta, an per ſeipſum eam accipere hæres iubeatur, atq; ideò nõniſi ex portione hæreditaria falcidię, trebellianævè eam imputari, amplius ſubijcit, cum à cohęrede pecunia hæreditaria relinquitur, pro eo rẽ eſſe, vt ſi à ſeipſo eam accipere iuſſus hæres ſit, ſi iura à Bar. citata ſedulo obſeruãtur, vnde ſi verum ſit, ꝙ Bar.ſcribit, vniformiter pecuniam hęreditariam accipi, vbicunq; à ſeipſo hęres eam accipit, tãtumdem probandum, & eo caſu eſſet, quo relicta à cohęrede eſt, ſi difformiter ſemper pecunia accipitur ſecũdum Imolam, ſiue à cohęrede relicta, ſiue per ſeipſum eã accipere iuſſus hęres ſit, quid ita credere Ripa potuit, ęam Imolę ſententiam fuiſſe, vt vniformiter de cohærede sẽper capiatur, ideſt prælegati iure, atq; ideò nihil ex ea quicquam falcidiæ imputari. Imò enim falcidiæ ex parte hæreditaria imputandã Imola ſcribit cum difformiter capiatur.

Secundò in ſententiam atq; mentem Imolæ apertiſſime Ripa offendit, eamq; aſſecutus ex diuerſo prorſus eſt, quam ſcripta appareat, locum enim opinioni Imolæ, vt vniformiter pecunia capiatur, ita Ripa, ſi iuſſus cohæres ſit pecuniam, præſtare ſimiliter, vt è contrario, vniformiter accipi ſecundum Bar. dicitur, ſi iuſſus hæres eſt, per ſeipſum eam accipere, ſed enim quomodo mentem Imolæ ad eum modum interprætari Ripa potuit, quatenus expreſſum ab Imola eſt, nihil referre, vtrum à cohærede pecunia prælegetur, an ab altero cohærede per ſeipſum accipiatur.

Vtra porrò verior opinio ſit, Bar. ne diſtinguentis, an Imolæ, in concluſione ſequenti diſceremus.

Concluſio ſecunda ex Bar. decerpitur. Pecuniam hæreditariam, quam per ſeipſum quis accipit, teſtatoris iuſſu, vniformiter accipi, ideſt iure hæreditario, & ſuper accipientis portione totam, atq; ideò falcidiæ totam imputari d.l.cum pater in princ. & d.§. nummis. In qua concluſione differentia apparet inter pecuniam,& ſpeciem hæreditariam, ſiquidem vniformiter capi ſpecies hæreditaria non poteſt, quamuis per ſeipſum eã accipere iuſſus hæres ſit. Id quia tota haberi ſuper portione accipientis nõ poteſt.d.l.cum pater in prin.& d.§. nummis, diuerſitatis huius ratio expreſſa à nobis eſt, cũ tex. explicaremus in d. §. nũmis, & quamuis in trebelliana tex. memorati loquantur, ratio tamen eorum, ꝙ vniformiter accipi pecunia poteſt, generalis eſt æquè falcidiæ, ac trebellianæ quadrans, ob id trahi ad falcidiam etiam debent, quatenus generalis lex ob rationẽ generalem cenſetur Bar. in l.pater filium.§.fundum in fi. ſupra de lega.3.

Concluſionem hãc Bar. Imola hic oppugnat col. 2.verſi. item adde ſecundo in quãtum Bar. Referreq; non putat, vtrum per ſeipſum, an de cohærede pecuniam quis capiat, difformiter enim vtrubiq; capi. cũ portionẽ ſuã in pecunia hæreditaria ſub caſu vtroq; cohæres habeat, atq; ideò ex portione eius non poſſe prælegati iure non capi, neq; ad rem tex. attinere in d. l.cum pater,& in d.§ nummis, quibus Bar. nititur, & quibus probari concluſio ipſa Bar. videtur, vt vniformiter capi pecunia cenſeatur, quam per ſeipſum accipere hæres iubetur. Quoniam in trebelliana loquuntur, in qua non perinde hæredi fauetur, atq; in falcidia, vt hac l.in prin. ob id porrigendi tex. illi ad falcidiam non videntur, in qua fauor maior hæredi
79 accommodatur. Locus enim extenſioni † non videtur, quotiens ratio minor in caſu vno atq; altero eſt, quamuis extenſionem materia recipiat.l.lege iulia.§. hoc capite.ff. de ritu nup. c.fina. de tranſla. epi. quinetiam admitti extẽſio non ſolet, vbicunq; in dubio res eſt, eadem in caſu vtroq; necne ratio verſetur Bal. in l. maximum vitium nu.6. in fi. C. de lib. præter. Signorol.in cõſi.247.colum.2 poſt med. Sali. in l. 1. nu.21. in fi. C. de noxal. Alex. in conſ. 207.num.21. lib.6. & in conſi. 54. num. 10. lib. 7. & apud nos in conſil. 67. num. 6. in conſi. 173. num. 13.& in conſi. 176. num. 2. Ratio planè extendendi minor, ſine dubio in falcidia videtur, quam in trebelliana, quandoquidem, fauorem maiorem hæredi in falcidia, quã in trebelliana præſtari clarum eſt.

Sed obſeruandum, quamuis in trebelliana tex.loquantur à Bar. nominati,& ratio diuerſa vtriuſ, atq; alterius ſit, attamen ratio, quæ in trebelliana adiecta eſt, ꝙ vniformiter, & ſuper portione accipiẽtis tota haberi pecunia põt, ęque ad falcidiã atq; trebellianã competit, quocircà locus extenſioni vr̃, quãuis diuerſa cauſa quartarum iſtarum in alijs ſit, ſatis quippè

eſt in caſu controuerſo ſimilitudinem verſari, vt locus extenſioni à ſimili, ſeu ab ratione eadem fiat. l. fi. ibiq; Iaſ. C. de collatio. Io. And. in c. non poteſt de præben. lib. 6. Deci. poſt Abb. in c. tranſlato num. 7. de conſtitutio. Iaſ. in l. creditori colum. fi. ff. de ope. noui nuncia. in caſu planè controuerſo circa imputationem in falcidiam admittendam, illud ſolummodo inquiritur, vtrum iure hęreditario res imputanda capiatur, vnde ſi iure hęreditario capi pecunia poteſt, ſatis hoc ad imputationem falcidiæ etiam erit, quamuis in trebelliana leg. loquantur à Bar. nominatæ. Apparet ex his, ad rem Imolæ reſpōſionem non attinere ad tex. in d. l. cum pater, & in d. §. nummis, quod in trebelliana loquuntur, hallucinatus enim Imola videtur, qui diuerſitatem ſolam obſeruant inter falcidiam, & trebellianam. Neq; ad illud animaduertit, nihil diuerſitatis eſſe, quotiens hęreditario iure quid capitur, pecuniam planè iure accipi hæreditario, totamq; poſſe, vbicunq; ab aliquo per ſeipsũ accipitur, tex. memorati docent. Conſequenter diuerſitatis ratio conſiderari inter falcidiam, & trebellianam in caſu hoc non poteſt.

Secundo Imolæ arg. confutatur, namq; cum fieri poſſit, vt vniformiter pecunia hæreditaria accipitur, ideſt quotiens per ſeipſum ab aliquo accipitur d. l. cũ pater, & d. §. nummis, in dubio interpretatio facienda ita eſt, vt difformitas, quoad poteſt, amoueantur, vt Picus hic docet nu. 22. in fi.

In ſpecie concluſionis huius ſecundę eum Imola contra Bar. Caſtren. ſentit in d. l. neſennius, vbicunq; in hęreditate pecunia inuenitur. Difformiter enim eã ſemper accipi, ſiue à cohærede relicta, ſiue per ſeipsũ eam capere iuſſus hæres ſit, vtpotè cum ratio eadem ſpeciei, atq; pecuniæ hæreditariæ ſit, cauſam aliã eſſe putat, cum in hæreditate pecunia non inuenitur. tum enim Bar. diſtinctionem admittit, vt referat, vtrum de cohærede, an per ſeipſum accipiatur, cui Caſtren. opinioni ſubſcribere Alex. hic vr̃ col. 2. poſt med. ver. Pau. de Caſtr. in d. l. neſennius Ruin hic nu. 8. & ſeq.

Conſequens opinioni Caſtren. fit, vt ad eum caſũ tex. à Bar. vocati reſtringantur, quo in hęreditate pecunia non inuenitur, quam per ſeipſum accipere iuſſus quis eſt, quæ reſtrictio iuuari ex tex. videtur in d. §. nummis, ibi tanquam ſi ex bonis retenturus nummos fuiſſet, etenim ſi de pecunia intelligimus, quæ hęreditaria, & inuenta in hæreditate ſit, nõ rectè dictione tanquam, quę impropriam locutionem dicit, vſus tex. eſſet, ſiquidem ex bonis vere, non tanquam ex bonis retenturus impropriè fuerat.

Quid dicendum in ſpecie hac tam difficilima, tria principaliter in ſpecie hac controuerſa verſantur. Primum. vtrum diuerſitas inter pecuniam, & ſpeciem hęreditariam cadat, ſecundum, ſi diuerſitatem admittimus, vtrum ad eum caſum reſtringatur, quo per ſeipſum pecuniam accipere quiſpiam iubetur. Tertiũ, vtrum ad falcidiam trahi diuerſitas iſta debeat.

Circà primum, negari non poteſt, quin inter pecuniam, & ſpeciem hæreditariam differat, ex tex. enim diſcrimen hoc non obſcurè oſtenditur in d. l. cum pater, & in d'§. nummis.

Circà ſecundum, diſtinctioni Bar. Imolã contradicere oſtendimus, eiuſdem ſententię Caſtrẽ. quoq; eſſe demõſtrauimus, ſiquidem in hęreditate pecunia inuenitur, qua opinione vti, & Alex. videtur, cum eadem opi. Ruinum hic etiam ſentire diximus nu. 8. ſic perinde quaſi ſpeciem pecuniam hãc hæreditariam Imola, Caſtren. Alex & Ruin. habent. Hactenus inter Imolam, & Caſtren. non conuenit, ꝙ diſcrimen hoc, vtrum à ſeipſo, an à cohærede pecunia accipiatur, nunquam ab Imola admittitur, ſecundum quem vniformiter ſemper in trebelliana, cõtra difformiter ſemper in falcidia pecunia hæreditaria accipitur, à cohærede, vel per ſeipſum accipiatur. Caſtrẽ. planè differentiam, ſeu diſtinctionem hanc in pecunia hæreditaria recipit, gl. planè in d. §. nummis in ver. rogatur. ad eum etiam caſum pertinere tex. putat in d §. nummis, quo de fideicommiſſario cohærede pecunia accipitur, diſtinctione non interpoſita, hæreditaria necne pecunia ſit, atq; ideò cum Imola eſſe glo. illa videtur, vt vniformiter ſemper capi in d. §. nummis pecunia videatur, ſed vtrum cum Imola in falcidia gl. ſentiat, vt ad falcidiam tex. ille non trahatur diuinare nõ licet, cum verbum de hoc factum à glo. non ſit, ſed expreſſius glo. hic loquitur in ver. a cohærede, quæ referre etiam non putat, vtrum à cohærede, an à ſeipſo pecunia accipiatur, cum trebellianæ eam imputari ſcribit, etiam ſi accepta à cohærede ſit, ita tex exaudiens in d. §. nummis, verum ad trebellianam reſtringendũ tex. illum putat, in falcidiam vero non niſi eã portionẽ imputari, quæ iure hæreditario accipitur.

Apparet ex his, diſtinctionem Bar. ab Imola Caſtren. Alex. & Ruino in pecunia hæreditaria omninò non admitti à glo. etiam hic in trebelliana Bart. diſtinctio repudiatur, cum trebellianæ pecuniam hęreditariam totam imputari glo. vult, etiam cum de cohærede accipitur. Recepta tamen Bart. diſtinctio à Caſtren. & Alex in pecunia non hęreditaria legitur, & quidem in pecunia hæreditaria, vel quæ in hæreditate inuenitur, quotiens ad eam legatum reſtringitur expreſſim, vel tacitè, quomodo Bar. procedere diſtinctio poſſit, non ſatis aſſequor obſtare enim Bartolo tex. videtur in l. 1. § qui vero. ff quorum lega. quomodo enim tota accipi ſuper portione accipientis poterit, quin & ex portione cohæredis accipiatur, pro ſpecie enim pecunia habetur, vbicunq; ad hæreditariam reſtrictio legati fit.

Si dixeris, ſpeciei vice pecuniam hanc haberi hæreditariam non poſſe, quatenus ad pecuniam certam relatio non fit, hoc eſt, quæ cõdita in tali ſcrinio, aut ſacculo eſt, & fieri poteſt, vt in locis permultis pecunia habeatur. Reſpondetur, imo ſpeciei loco pecuniam hanc æſtimari, poſtquam accipi pecunia alia non poteſt, quæ extra hæreditatem ſit, neq; mouet, non magis hanc, quã aliam accipi poſſe, quoniam ad electionem accipientis id pertinet, vt in arbitrio ſuo ſit, quam pecuniam hæreditariam accipiat, electio planè ius rei non mutat, neq; per eam fit, quominus ex ſpecie legatum conſiſtat, quamuis ad ſpecies plures electio ſpectet.

Conſequens opinioni huic fit, ad pecuniam non hæreditariam tex. reſtringendos in d. l. cum pater in prin. & in d. §. nummis, quæ pecunia non hęreditaria tota accipi ſuper portione accipientis poteſt, quę melior reſponſio videtur, quam illa Imolæ, ꝙ in trebelliana loquuntur, ex qua argumentari ad falcidiã non licet. Imo. n. & in falcidia locũ habent, quatenus ratio generalis eſt, ad falcidiã etiam cõpetens, vti declaratum in ſuperioribus habemus, & Ripa hic ſcribit nu. 44. in quinta oppoſi. & latius dicemus in exitu oppoſi. huius circa tertium articulum.

Neq; mouet, generaliter tex. memoratos in pecunia loqui, diſtinctione non adhibita, extra hæreditatem, an in hæreditate pecunia ſit, ergo interpretãdos generaliter eſſe l de precio. ff. de publicia reſpõdetur, reſtrictionẽ diſpoſitionis generalis admitti, vbicũq; ratio reſtringendi ſubeſt, vt Imola no in cõſi. 121. in fine primi dubij per tex. in l. quæſitũ. ff. de teſti. & in c. 2. de coniugio leproſor. Sed enim reſtringendi rõ in prõptu eſt per tex. in d. l. 1. §. qui verò ff quorũ lega.

20 Secundo reſpondetur, ad ea † diſpoſitionem generalem nõ porrigi, in quibus ratio diuerſa verſatur gl. in c. quia circa in ver. aliorũ de electio. lib. 6. Bar. in l. ſi plurib nu. 6. circa med. ver. I dubio qualiter. ſ̃ de leg. 2. Caſtrẽ. in cõſ. 187. notandũ eſt col. pen. poſt med.

lib. 2.

lib. 2. Idq; ex tex. probat in l. ſi ita relictũ in prin. ſupra de lega. 2. & in l. ſi plures ſupra de lega. 3. Perſpicua vero diuerſitatis ratio inter pecuniam non hęreditariam, atq; hęreditariam emicat.

Tertio reſpondetur, reſtrictionē hanc per tex. ipſũ fieri in d. §. nummis, ibi tanquam ſi ex bonis retenturus nummos fuiſſet, dictionem tanquã expendendo, quæ improprıã locutionem exprimit. l. meminimus §. cęterũ. ibiq; Bal. C. de legi. hęred. cũ alijs apud Alex. relatis in conſi. 2. nu. 12. lib. 1. atqui ex bonis verè, & propriè, non tanquã ex bonis impropriè pecunię retẽtio fieret, ſi hẽditaria ſit, vti dictũ ſuperius habemus.

Sed obiecturus quiſpiam cõtra prędicta erit, tu referre putas inter pecuniam hęreditariam, ſeu quę in hęreditate inuenitur, & non hæreditariam, vt in hæreditaria locus diſtinctioni Bar. eſſe omninò non poſſit, ad non hæreditariam ſolummodo Bar. diſtinctionem pertinere. Sed enim hęreditaria ſemper pecunia intelligitur, quoniam, & ſi maximè inuenta in hæreditate non ſit, redigi tamē ex bonis hęreditarijs oportet, quo caſu in locum bonorum, aut rei hęreditarię, quæ diſtrahitur, ſuccedere dicitur. l. imperator. §. fi. cũ l. ſeq. ſupra de lega. 2. vnde ſicut res ipſa hæreditaria erat, ita & pretium ex ea collectum, quod in vicem eius ingreditur. Reſpondetur, locum argumento eſſe, ſiquidem rei hęreditarię diſtractio fieret, in qua iuris aliquid cohęres haberet. Iuris cuius ratione diſformitas naſcitur, cęterum res vna hæreditaria ſolida non venditur, at portio eius indiuiſa, quæ alienantis ſolummodo eſt, & in qua iuris quicquã cohæredi ſocio nunquã fuit, aut cõpeuijt, vnde de, aut ſuper portione vendentis tantũmodo tota accipi pecunia vr. Circà tertium, vtrum ad falcidiã trahi diuerſitas iſta inter ſpeciem, & pecuniam hęreditariam debeat. gl. & Imola hic ad trebellianam reſtringendum tex. putant in d. §. nummis, ex qua reſtrictione non obſcurè ſentiunt, locum textui in d. §. nummis, qui de trebelliana loquitur, in pecunia etiam hęreditaria eſſe, vt vniformiter tota, capiatur, atq; ideo trebellianæ imputetur, quotiens de cohærede accipitur. Sed vniformiter in ſpecie hac intelligere glo. cum Imola videntur, ideſt legati iure, quod in trebellianam imputetur, quaſi tota ſuper portione cohęredis capiatur. Similiter, vt tota ſuper portione accipientis capi dicitur, quotiens per ſeipſum eam accipere iuſſus eſt, ſecum tamen conſtare Imola non videtur, qui primo loco diſformitatem ſemper verſari in pręlegato pecuniæ hæreditariæ ſcribit, ſiue à cohęrede pręlegatur, ſiue per ſeipſum capiatur. Poſtea pecuniam totam imputari ait, etiam ſi à coherede prælegatur cum gl. hic ſentiendo. Sed enim obſeruandum, dictum prius Imolę ad falcidiam pertinere. Poſterius ad trebellianam.

Cum glo, ſentire, & Bartol. videtur num. 5. in diſtinctione trebellianæ, in qua cum de pecunia hæreditaria imputanda loquitur, indiſtinctè eam imputandam ſcribit, diſtinctione non facta, de cohærede, an per ſeipſum capiatur, qua diſtinctione non niſi in falcidia vtitur in ſeptima hac oppoſi. & ita Bartolum, Imola hic obſeruat colum. 2. circa fi. verſicu. item adde ſecundo, Alex. hic col. 2. in fi. verſi. & his quę proximè dixi.

Sed contrarius ipſi ſibi Bar. videtur, qui in ſeptima hac oppoſi. diſtinctionem, quam in falcidia facit circa pecuniam hęreditariam, per tex. hunc probat, qui in trebelliana eo caſu loquitur, quo de cohærede accipitur, atqui totam imputari negat. id imputandum ſolũmodo cenſet, quod hęreditario iure capitur, ita contradictionem in Bar. Picus hic expendit in prin. ſexti nota. num. 18.

Obſeruandum, rationē diuerſitatis reddi inter falcidiam, & trebellianã non poſſe, cur vniformiter in trebelliana magis, quã in falcidia capi pecunia hęreditaria poſſit, vt Alex. hic ſcribit nu. 5. in fi. Picus nu. 18. in ſexto nota. & nu. 22. & ſignificantius nu. 23. Ripa nu. 44. in quinta oppoſi.

Quo circà differre circa vniformitatem, aut diſformitatem inter falcidiam, & trebellianam non puto. Atque ideo vbicunq; vniformiter legatum intelligi in trebelliana poteſt, ius idem ſeruandum, & in falcidia erit, neq; fauor maior falcidiæ accommodatus in hoc legitur, vt diſformiter in ea magis, quam in trebelliana legatũ intelligatur. Hactenus priuilegio maiore dotata falcidia inuenitur, vt pauciora in eam imputentur. Proinde concludendum in tertio hoc articulo videtur, vt quibus caſibus vniformiter in trebelliana intelligi legatum poteſt, locum id, & in falcidia habeat. Conſequenter ad falcidiã etiã tex. pertinere in d. l. cũ pater in prin. & in d. §. nummis, cęterum inficias imus, ad pecuniam hæreditariã tex. ipſos trahi. in qua ratio eadem, atq; ſpeciei hæreditariæ videtur, per ea, quæ plenius in ſuperioribus dicta circa ſecundum articulum ſunt ex Caſtren. in d. l. neſennius.

51 Octaua Bar. † oppoſitio regulam primam. l. huius & ſuperiora petit, in quibus relatum eſt, falcidiæ imputari, quæcunq; hæreditario iure capiuntur, ſententiæ huic refragari tex. videtur in l. ſi à me ſupra eo. vbi cũ res legata, aut fideicõmiſſa ex fideicõmiſſo altero ad hæredem redijt, vel reditura eſt, falcidiæ non imputatur, atqui cũ apud hęredem iure hęreditario initio fuerit antequam fideicõmiſſi reſtitutio fieret, redijſſe ad naturam ſuam, atq; ideo ad ius hæreditarium poſtquam iterum tradita hæredi eſt, intelligitur l. ſi vnus §. pactus ne peteret, ibiq; Iaſ. in quarto nota. ff. de pactis. Hoc amplius, antequam reſtitutio facta hæredi ipſi, vel ab hærede primum legatario, aut fideicommiſſario ſit, imputanda falcidiæ res nihilominus videbatur, quoniam relictum fideicõmiſſum hęredi poſt tempus certum erat, ob id locus imputationi videbatur, æſtimatione facta quanto minoris res ob dilationem illius temporis erat iuxta tex. in l. in quantitate. §. fi. ſupra eo. conſequenter, & ſi maximè ad hæredem res non redierat, reditura tamen omninò erat, cum impedimento tranſmiſſioni dies certus non ſit, d. l. in quantitate. §. fi. l. ſempronius attalus ſupra de vſufruc. lega. l. 5. in prin. & l. ſi dies infra quan. dies lega. cod. l. vni. §. cum igitur in fi. C. de cadu. tollen. ęquè ſi nondum tradita ab hęrede ſit, ius idem ſeruãdum, quoniam, & ſi tradi debeat, ad eundem tamen reuerſura omninò eſt.

Secundò cum rem fideicõmiſſam recuperaturus hæres, aut hæredis hæres omninò eſſet, locus imputationi videbatur, id quia ex qualitatibus ſuis omnibus fieri recuperatio dicitur l. ſi poſſeſſor. §. ſed & ſi res. ff. de peti. heredi. l. ſequitur §. item labeo. ff. de vſucapio, de quo plenius infra tractabitur, atq; cũ qualitate iuris hæreditarij faciẽda recuperatio videbatur, ſub qua qualitate apud hæredem initio ipſo res fuerat, perindeq; habenda res videbatur, atq; ſi in hęreditate, iureq; hæreditario res ſemper manſiſſet.

Rationibus his non mutantibus, aliud metiano viſum in d. l. ſi à me, per regulam primam. l. huius, quia fideicommiſſi iure ad hęredem res peruenit, quod extra falcidiam eſſe, regula ipſa prima docet, neq; ad rem argumen. attinet, ex qualitatibus ſuis priſtinis recuperationem rei fieri. Locum enim haberet, mutatione perſonæ, aut qualitatis eius non interueniente. Sed enim mutatio hic perſonæ fit, ſiquidem quaſi hæres rem legatario, ſeu fideicommiſſario dedit. Eandem planè vel fideicommiſſarius recuperat, non enim ex titulo priore inſtitutionis, verum ex titulo alio expreſſo, ideſt fideicommiſſi, recuperatio fit. Titulo igitur nouo, & diuerſo atque ipſo expreſſo in re ipſa recuperanda accedente,

nihil eſt, ꝙ ad coniecturas adeamus, vtrum ſub qualitatibus priſtinis recuperatio fieri intelligatur. l. continuus. §. cum ita ff. de verbo. obligat. Probationi enim præſumptiones ſuccumbunt. l. fi. in princip. ff. quod metus cau. l. diuus. ff. de reſti. in integrum. l. ſi Chirographum, & l. cum de indebito. §. 1. ff. de proba. l. nuptura in fi. ff. de iure dot. l. filio quem pater. ſupra de libe. & poſthu. l. 1. §. ſi quis filium infra ff tab. teſta. nullæ exta. l. vxori §. 1. ff. de falſis. cap. is qui fidem de ſponſal. c. veritate. 8. diſtin.

82 Secundò reſpondetur, titulo nouo † accedente, cauſam poſſidendi mutari. l. 3. §. illud, & l. qui bona fide. §. 1. ff. de acquir. poſſeſ. l. non ſolum. §. quod vulgo. ff. de vſucapio. l. 2. §. quod vulgo. ff. pro hærede. quas leg. in ſententiam hanc gloſſ. vocat in l. fi. in verſi. videatur. ff. ſi pars hæredi. pet. Cum qua ſententia facere, & text. videtur in l. ſi ſeruus §. qui fideicommiſſariam ſupra de hæredit. inſtitu. in l. fundo ſupra eodem, & in l. penult. infra de collat. bonorum, quos text. in argum. ſententiæ huius Caſtren. refert in conſi. 86. dubitatio colum. 1. poſt med. lib. 1. ſi in eo, apud quem res ſemper manſit, poſſidendi cauſa ex titulo nono mutatur. Longè magis ius idẽ probandum in eo erit, qui rem à ſe dimiſſam ex titulo nouo recuperat. Obſeruanda hic ſolutio octauę oppoſitionis à Bar. aſcripta, idcirco locum imputationi non eſſe, quod nihil quicquam iure hæreditario ex fundo illo hæres poſſidebat. Innuit enim in ſolutione hac, apud hæredem poſſeſſionem fundi fuiſſe, cum falcidiam exerceret, ſed dicturus aliquis erit, cum ſtatim falcidia exerceatur, quam præſtatio legatorum fit, & eo tempore fideicommiſſi dies hæredi relicti nondum ceſſerat, quomodo apud hæredem eſſe poſſeſſio poterat. Reſpondetur, quamuis in diem fideicommiſſum eſſet, attamen cum ſtatim falcidia exerceatur, atq; præſtari legata oportet, & præſtandum legatum, aut fideicommiſſum illud illico eſſet, potuit hæres tantiſper fundum retinere, dum detractio facta falcidiæ eſſet, in qua detractione quia parabant legatarij fundum illum imputare veluti ad hæredem reuerſurum, reſponſum à Iuriſconſulto eſt, locum imputationi non eſſe.

Sed obiecturus denuo quiſpiã erit, ſi apud hæredem adhuc poſſeſſio fundi erat, quomodo ſcribi à Bart. potuit, hæreditario eum iure apud hæredem non poſſideri. Reſpondetur, cum imputationem faciendam ex recuperatione futura aduerſarij contenderent, quod rediturus fundus ad hæredem erat, perinde Bart. loquitur, vt ſi facta recuperatio eſſet, quandoquidem in tempus recuperationis factæ diſputatio imputationis confertur, iuxta tex. in l. in tempus in princip. ſupra de hæredi. inſti. in l. ꝙ ſponſæ. C. de dona. ante nup.

Secundò reſpondetur, & ſi maximè tempus non obſeruemus, in quod collata recuperatio eſt, rectè nihilominus à Bar. ſcriptum iure hæreditario fundum illum non poſſideri, cum diuulſus, & remotus ab inſtitutione per teſtatorem ſit, quocirca iure demum retinendi propter falcidiam hæredi in fundo legato competit. Poſſidendi planè titulum nullum habet.

Secundò videndum circa d. l. ſi à me, cum idcirco imputationem quieſcere Ripa ſcribit, ꝙ ab hærede quaſi hærede immediate fideicommiſſum ipſum nõ percipitur, at mediate, capit enim tanquam hęres mediante fideicommiſſo, atq; ideò vti fideicõmiſſarius, declaratio hęc Ripę obſcurior tex. videtur, immediatè enim verbum intelligi dupliciter poteſt. Primum ad perſonam capientis verbum immediatè referendo. i. ꝙ tanquam fideicommiſſarius, & tanquam fideicommiſſo mediante, hæres capiat nõ quaſi hæres immediatè. Secundo intelligi verbum immediatè, circa ius ipſum capiendi poteſt, quòd iure fideicommiſſi, non hæreditario ab hærede res immediatè capiatur.

Circà primum modũ, verbum immediatè ad perſonam capientis referẽdo, neq; immediatè, neq; mediate quaſi hæres fideicommiſſum accipit. Imò quaſi fideicommiſſarius ſemp. mediatè enim quaſi hæres caperet, ſi per filium, aut ſeruum fideicõmiſſum acciperet. Pro eo enim res videtur, vt ſi quaſi hæres mediatè acciperet. d. l. id autem in ſecundo reſpon. ſupra eo.

Circà ſecundum modum intelligendi, ꝙ iure hæreditario, non fideicõmiſſi immediate hæres capit, eodem morbo Ripę interpretatio laborat, cum neq; immediatè, neq; mediatè hæreditario iure hæres accipiat.

Vnde perſpicuus magis tex. ipſe per ſe eſt, quam per Ripæ declarationem fiat, idcirco locum imputationi non eſſe, ꝙ fideicõmiſſi, non hæreditario iure mediatè, vel immediatè ad hæredem res veniat, obſeruanduſq; tex. in d. l ſi à me ad arg. de tanquã, accipit rem quis non tanquam ipſe, ſed tanquã alius, ſeu rem quis accipit, ſed non tanquam talis, de quo etiã in l. mulier. §. fi. infra ad trebellia.

Tertiò obſeruandum, quamuis generaliter tex. loquatur, falcidię fideicommiſſum, de quo ibi non imputari, reſtringendum tamen ſecundũ ſpeciem d. l. neſennius videri, ideſt cũ alijs legatarijs reſtitui fideicõmiſſum, aut legatũ debet, de quibus ad commodum ipſorũ, qui dant, capi fideicõmiſſum non ſolet, nãq; ſi ad vtilitatem ipſorum, qui dant, fieri reſtitutio dĩr, locus imputationi ſecundum d. l. neſennius erit, vt ex Bar. hic oſtenditur nu. 3. verſi. a. caſu, aut legatur ſibi à legatario. l. quocirca ſi aduerſus eum falcidiã exequi hæres paret, de quo fideicommiſſum accipit, locus imputationi ad vtilitatem eius videtur.

Quartò contradicere textui in d. l. ſi à me, tex. videtur in c. vni. quid iuris, ſi poſt aliena. feudi, vaſal. id recuper. vbi quotiens volũtate domini recuperatio fundi fit, tale ad recuperantẽ redit, quale venditũ eſt, atq; ideo ex qualitatibus ſuis omnibus facta recuperatio intelligitur, cæterũ teſtatoris voluntate fideicõmiſſi recuperatio in d. l. ſi à me fit, quid ita igitur ex iure hæreditario, & ſecundum qualitatem priſtinam recuperatio ibi non fit.

Ripa ſoluit, contradictionis quicquam non verſari, re ſedulo perſpecta, ꝙ vtroq; caſu ad vtilitatẽ eius voluntas cõcedentis trahitur, cui conceſſio fit. Sic in d. l. ſi à me, ad vtilitatem hæredis pertinet, cui datum fideicõmiſſum eſt, ne imputatio fiat, æquè in d. c. vni. recuperantis intereſt, vt ad ius priſtinum recuperata res ambulet.

Reſponſio hæc Ripæ textui refragatur in d. c. 5. in eo. vbi cũ iure liuelli alienatio feudi fit, in cauſã fundi recuperatum non redit, at liuelli, nomine cuius pẽſio annua ſoluitur, quæ res ad vtilitatem cõcedentis, pertinet, non eius cui conceſſio fit.

Secundò reſponſio hæc Ripæ aliena à re propoſita videtur, de eo enim quæritur, an cũ qualitatib. ſuis omnibus facta recuperatio cenſeatur, cui quæſtioni locus ſimpliciter eſt, ſiue vtilis ſiue nõ, qualitas ſit, vnde ad genus qualitatum Ripæ reſponſio ſpectat, quę & quales qualitates ſunt, vtiles, an oneroſę.

Tertiò caſus demum diuerſos Ripę reſponſio efficit, ratione diuerſitatis vlla nõ reddita, quid enim refert, vni magis, quam alij vtilis cõceſſio ſit, & cur minus ad vtilitatem concedentis, quã eius, cui conceſſio fit, ſeu cur minus ad vtilitatẽ cõcedentis, quã eius, cui fit, ſub qualitatibus ſuis omnibus facta recuperatio intelligatur.

Quartò vltra Ripam, fortius tex. inducitur in d. c. vni. ibi enim nonniſi in feudo alienãdo domini cõſenſus, aut voluntas interuenit, atqui ſecundũ naturã

priſti-

priſtinam recuperatio fit, ideſt ſecundum naturam,
quæ feudo data eſt, cum venditio fieret, longè magis
ius idem probandum in d. l. ſi à me videbatur, vbi te-
ſtatoris conſenſus non modo in prima traditione
fundi, verũ etiam in recuperatione eius interuenit.

Quintò in Ripam ipſum reſponſio eius regeritur
voluntate enim concedentis tota nititur, quod ex
voluntate concedentis ad vtilitatem eius, cui con-
ceſſio fit, recuperatio trahitur. Ea propter locum
imputationi non eſſe, vtpotè qua facta, ad vtili-
tatem hæredis, cui conceſſio fit, recuperatio non
traheretur, ſed voluntas iſta in d. l. ſi à me ad rei recu-
perationem reſtringitur, vt ad hæredem res redeat.
cæterum ꝙ ad imputationem falcidię attinet, vtrum
iure hæreditario an non, facta recuperatio cenſeatur
voluntatis declaratio vlla non interuenit. imò cum
quod ad falcidiam ſpectat, vt iure hæreditario vel nõ
facta recuperatio intelligatur, legatarijs magis fauen-
dum, quam hæredi videretur. id quia voluntate ex-
preſſa teſtatoris legatarij nituntur. quod ſecus in hæ-
rede eſt falcidiam exercente, quæ detrahi contraquã
teſtator velit, intelligitur d. l. titia in fi.

Sextò Ripæ reſponſio niſi textui non competit in
d. c. vni. quid iuris ſi poſt, alie. feu. vaſal. id recuper. at-
83 qui. ll. & alijs regula hæc probatur, cum † qualitati-
bus ſuis oĩb. factã recuperationẽ cẽſeri, vt in d. l. ſi poſ
ſeſſor. §. ſed & ſi res ff. de peti hæred. in l. ſi ſocius pro fi
lia. ff. pro ſocio. in l. ſi marito in fi. ff. de fundo dotali.
& in d. l. ſequitur §. item labeo ff. de vſuca. quibus. ll.
Ripæ reſponſio non quadrat.

Idcirco nodi huius diſſoluendi cauſa. caſus ſex di-
ſtinguendos cenſui. primus caſus eſt, vbicunq; legis
ſolius beneficio, abſq; facto vllo partium recupera-
tio rei fit. veluti cum res vendita ad venditorem ip-
ſum per redibitoriam redit. quo caſu perinde res
videtur, vt ſi alienatio facta omnino non eſſet. atq;
ideo ex qualitatibus ſuis omnibus facta recuperatio
ęſtimatur. d. l. ſi poſſeſſor §. ſed, & ſi res, & quod ſcri-
ptum apud Bal. legitur in l. 2. nu. 7. C. de edil. actio. de
quo firman. meminit in pena ſua Bertachiniana in
verbo alienatio verſi. 84. cum res eccleſiaſtica iuſſu
pontificis alienatur, ſi per redhibitoriam ad eccleſiã
redit in alium denuo non alienari. id quia cum qua-
litate ſua facta recuperatio cenſetur, ne alienare eam
iniuſſu ſuperioris liceat. text. tamen in d. l ſi poſſeſ-
ſor §. ſed, & ſi res, apud Bal & Firmanum mentio nõ
fit. pro qua ſententia tex. quoq; videtur in d. l. ſi ſo-
cius pro filia. vbi recuperata à patre dos cũ cauſa ſua
creditur. ideſt vt filiæ denuo nubenti reſtituatur. per
l. plane, pacto etiam remoto, dotis recuperatio ita fit
l. dos à patre C. ſolu. ma.

Secundus caſus eſt, quotiens à facto hominis, non
à lege recuperatio deſcendit, iure tamen nondum
alij quæſito, quo caſu priſtina etiam recepta natura
intelligitur d. l. ſi marito in fi. ff. de fundo dotali. vbi
cum viro diſiunctim mulieri obligato, cui fundum
Cornelianũ, aut Sempronianum debebat, debitum
ipſum doti mulier promittit, in arbitrio mariti eſt,
vtrũ fundum malit, dotis eſſe. atq; ideo ex his alterum
recte alienabit citra. l. iulię offenſionem. quod ſi vnũ
alienauit, & deinde matrimonio adhuc conſtante, redi
mit in cauſam priſtinam fundus redemptus redit. vt
electione mariti ſit, vtrum fundũ velit, dotalem eſſe
id quia matrimonio ad huc conſtante, facta fundi re
cuperatio eſt, quo tempore ius mulieri quæſitum in
fundo illo diſiunctim debito dici nõ poteſt cum ma-
trimonio demum ſoluto eligere maritus rem vnam
ex diſiunctis debeat.

Tertius caſus eſt, cum res aliena iniuſſu domino
alienatur, & recuperatur. in cauſam enim priſtinam
redit. ne ex facto alieno diſpendium dominus faciat.
veluti cum rem apud ſe depoſitam quiſpiam vendit.
deinde redimit in cauſam enim priſtinam res redit.
atq; ideo ſi poſſeſſionem rei redemptæ nactus depo-
nens ſit, in poteſtatem eius redit, ſimiliter vt ſi aliena-
ta nunquam à depoſitario eſſet. quocirca vſucapio
iam cœpta procedit, quod vtiq; non fieret, ſi in cau-
ſam priſtinam res nõ recideret. initium enim ſolum
modo vſucapio acciperet. ad quem caſum tex. per-
tinet in d. l. ſequitur §. item labeo ff. de vſuca.

Quartus caſus eſt, cum facto hominis poſtea recu-
peratio fit, quam quæſitum alij ius eſt, veluti cum in-
iuſſu domini directi emphitheoſis, aut feudum aliena
tur. per quam alienationem iure ſuo emphitheota
vaſallusvè priuatur l. fi. C. de iure emphi. c. 1. §. callidis
de prohi. alie. feudi per Freder. vnde ſi res vendita, poſt
ius domino directo quæſitum recuperatur, in cauſã
priſtinam non redit. quia ius ſuum vtile empitheota
aut vaſallus non recuperat, neq; pęnæ iam commiſ-
ſæ eripitur. idq; locum tum etiam obtinet, cum ex pa
cto de redimendo, recuperatio, aut redemptio fit vt
Ripa hic ſcribit num. 56. per tex. in d. l. ſi a me. ibiq;
Alex. hoc probat. tex. etiam Ripa adducitur in d. c.
vni. quid iuris ſi poſt aliena feu. eiuſdem opinionis
Iaſ. etil, in l. ſi inſulam col. 21. in ſexta q. Bar. ff. de verb.
obli. plenius in d. l. fi nu. 135. q. 20. C. de iure emphi.
Corn. in cõſi. 178. lib. 1. Guido papę q. 162. in fi. Boer.
in conſuetu. Biturigum ſub titu. de retractu. §. 2. col.
5. in fi. fol 85. Cuma. his accedit in conſi. 41. ad primũ
quæſitum col. 1. circa med. verſi. nec illa receptio, &
in conſi. 65. vtrius locauit in fi. Fulgo. in conſ. 2. in ter-
tio dubio vbi Fulgo. id ampliat. etiam cum poſſeſſio
corporalis apud alienantem retinetur.

Sed enim contrarius ſententiæ huic, vt ſaluum re-
dimentis ius fiat, quotiens ex pacto de redimendo,
recuperatio rei fit, Decius eſt, in conſi 88. col. 2. in fi.
verſi & ad hoc facit quod no. Bal. vbi ex Bal. hoc pro
bat in l. ab emptione in prin. ff. de pactis cui ſententiæ
Cagnol. etiam ad ſtipulatur in l. 2. nu. 106. C. de pactis
inter emp & vẽdi. Bal. huic præter Decium, & Cagno
lum accedit in conſi. 215. p. oponitur ꝙ inueſtituræ
nu. 3. circa fi. verſi. item pactum retrouendendi lib. 2.

In cõtrouerſia hac opinionum, ſpernenda Salice.
diſtinctio non videtur in d. l. fi. circa fi. nu. 20. C. de iu-
re emphi. vt ſiquidem ante recuperatio fit, quam vo
luntate ſuam dominus exprimeret, ꝙ commiſſam
pœnam vellet, incolume redimentis ius fiat. id quia
ius domino directo quæſitum dici ante non poteſt,
quam declaratio facta voluntatis fit. ſin autem decla-
tione voluntatis iam facta, redemptio rei fit, tum ve-
ro inutilem redẽptionem eſſe, neq; ex ea ius domini
directi lædi.

Diſtinctioni huic Sali in alienatione Alex. contra-
dicit in d. l. ſi a me. neq; ſecundum Alex. ad rem decla
ratio voluntatis domini attinet. quaſi neceſſaria vi-
deatur, vt ius domino quæſitum dicatur. quoniam lo
cum id in alienatione feudi, aut empitheoſis non ha-
bet domino inconſulto facta. per quam alienatio-
nem domino mox citra declarationem vllam vo-
luntatis, ius acquiritur. neceſſaria porro declaratio in
ſolutione penſionis omiſſa eſt, quotiens penſio ab
emphitheota illata domino tempore legitimo non
eſt, quo caſu nõ aliter iure ſuo emphitheota caret. ꝗ̃
ſi id ſe velle dominus oſtenderit idem Alex. probat
in conſi. 150. col. fi. lib. 6. ſic non diffitetur Alex. iuri
Sali. diſtinctionem conſentire, ſiquidem neceſſaria
declaratio voluntatis domini, & in pœna eſſet, quæ
committi per alienationem ſolet.

Sed enim magni Alex. impugnationem faciendã
non arbitror. quatenus ſecum Alex ipſe diſſidere le-
84 gitur. ius enim † idem pœnæ eſſe, quæ alienãdo, atq;
ſolutionem penſionis omittendo, committitur, vt
neceſſaria vtroq; caſu declaratio voluntatis ſit. Alex.
ipſe ſcribit in conſi. 106. col. 2. lib. 4. eadem opinione

Deci. vtitur in conſi. 185. num.9. Iaſ. in d. l.2. num.9. & num.23. C. de iure emphi. & in l. omnimodo in fi. prin. C. de. inoffi. teſta. Caſador. deciſ. 2. col. 1. & 2. de loca. & cōduc. fol. 198. ibiq; Alex. etiam Caſador. nominat in conſi. 22. lib. quod apud decades Titi Liuij amiſſas inuentum a Caſador. credam. eiuſdem ſententiæ Alba quoq; eſt, in conſi. 67. nu. 6.

Vnde verior, meliorq; Sali. diſtinctio videtur. & quidem niſi caſus diuerſos, Alex. non facit in d. l. ſi a me. cum differe inter alienationem, & omiſſam ſolutionem putat, ratione diuerſitatis vlla non redita. ſecundo tex. Aelx. mouetur in d. l ſi a me. qui Alex. ipſi potius obſtat a ſenſu contrario argumentando. idcirco enim in cauſam priſtinam redempta res nō recidit, ꝙ titulo diuerſo effectusq; diuerſi recuperatio fit, quā primus eſſet. & qui titulus diuerſus cauſam priſtinam prioreſq; admittere qualitates non poteſt, vti dictum ſuperius habemus, & inferius in caſu ſexto repetemus.

Quintus caſus eſt, vbicunq; ius priſtinum per alienationem omnino perimitur. id enim ad vitam redimendo, non reuocatur l. fi. C. de remiſ. Pign. vbi cum res hypotecæ obſtricta voluntate creditoris redimitur, hypotheca non reuiuiſcit, quæ extincta prorſus erat. ſi dixeris an non ratio hæc extinctionis iuris in alienatione omni verſatur. proinde ratione hac interitus iuris priſtini admiſſa, locus nūquam recuperationi eius erit. nūquam per redemptionem in cauſā priſtinā reditura res erit. reſpondetur. inficias eundo, interitum omnem per alienationem feudi. aut emphitheoſis ſequi. quoniam res ipſa remanet, & quamuis ab alienante ius rei diſcedat, attamen omnino nō perit, cum ad emptorem ambulet. vnde recuperatione facta, ad naturam ſuam res facile redit. quod contra in hypotheca eſt, quæ ita intercidit, vt ad alium per alienationem non tranſeat.

Sextus, & vltimus caſus eſt, vbicunq; ex titulo nouo, & diuerſo quā primus eſſet, recuperatio rei fit. qui titulus nouus iuris priſtini recuperationi penitus aduerſatur. vt in ſpecie d. l. ſi a me. vbi ex iure fideicommiſſi recuperatio fit, quod iuri inſtitutionis priſtino refragatur. cum obliquum fideicommiſſum, directa inſtitutio ſit imputationē falcidię titulus inſtitutionis admittit. vt id falcidiæ imputetur, quod inſtitutionis iure accipitur. quod ſecus in fideicommiſſo eſt.

85 Nona Bar. † oppoſitio regulam primam l. huius inuadit. contrarius quippe regulæ huic tex. videtur in l. quod autem in fi. ſupra eo. vbi legata etiam falcidiæ imputantur. ſoluit Bar. ex voluntate expreſſa teſtatoris id fieri, qui integra præſtari legata iuſſit. integra plane non aliter dantur, niſi ſi imputatio legatorum fit, quæ relicta hæredi ſunt.

Sed obſtare ſolutioni huic regula illa vulgatiſſima videtur, prohibito aliquo, & id prohibitū cenſeri, vnde ad prohibitum peruenitur l. nec timorē in fi. ibiq; glo. fi. ff. quod metus cau. l. athletas §. ait prætor. ff. de infam. l. oratio. ff. de ſponſal. l. magis. §. ſi pupillus ff. de rebus cor. l. cum lex ff. de fideiuſ. l. legem C. de natu. lib. l. fi. C. ſi manci. ita veneat, ne proſtituta. c. tuæ de procura. Sed enim ſi in poteſtate teſtatori ſit, vt in falcidiam legata imputentur, facultas permitti eidem videntur, falcidiam prohibendi, quam tamen prohibere tempore illo phas non erat l. quod de bonis §. fi. ſupra eo. an non per imputationem hanc a falcidia exercenda hæres ſubmouetur.

Solutio ius falcidiæ prohibendæ teſtatori non erat vbicunq; tantum ex iudicio teſtatoris hæres non habet, quantum ſatis ad falcidiam eſt, cęterum vbi teſtatoris iudicio tantum hæres habet, quantum falcidia expoſtulat, tum vero in arbitrio teſtatoris eſt, mādare, vt quod teſtatoris iudicio hæres conſequitur, quadranti id imputetur, quod mandato hoc remoto, imputandum non erat. vnde falcidiæ prohibitio ex mandato hoc non ſequitur, cum quartam hæres habeat, & fortaſſis eo quid amplius, ſi quid in legato, quod imputatur, vltra quartam ſit. conſequenter his dicendum diuerſum ius falcidiæ prohibendæ, atq; imputationis faciendæ eſſe. prohibitionem ipſam falcidiæ iure illo in manu teſtatori non fuiſſe. quod ſecus in cauſa imputationis eſt, in falcidia ipſa prohibenda lex reſiſtebat. contra quam venire teſtatoris non licebat.

Circa imputationem vero reſiſtendi iure vſa lex non eſt, modum ſolummodo introduxit, quomodo, aut de quibus rebus imputatio fieret. vnde, & ſi maxime conſtitutum eſſet, non alia falcidiæ imputari, niſi quæ hæreditario iure caperentur, attamen in modo hoc voluntati teſtatoris contradicendum lex non cenſuit, quominus licentia ei eſſet, de imputatione ipſa ad arbitrium diſponendi. vt ea imputentur, quæ alias extra quartam eſſent.

Ex qua ſolutione illud deſumere licet memoratū nequaquam indignum. facilius circa modum, aut qualitatem à lege quid permitti, quam circa ſubſtantiam. ad quam ſententiam produci tex. prænarratus poteſt in d. l. quod autem. cum qua ſententia tex. facit in l. ſi quis ſolutioni in fi. ff. de vſur. de quo Iaſ. meminit in l. 1. §. nunciatio col. 3. verſi. in eadem glo. in fi. ff. de oper. noui nuncia. & in l. ſtipulatio iſta §. alteri nu. 14. in decima limitatione ff de verb. obli. vbi obligationem iam contractam perpetuari à procuratore ſcribit, quamuis nouam non acquirat. ęquè qualitas obligationis a negotiorum geſtore acquiritur, quod ſecus in ſubſtātia obligationis eſt, l. prohibere in prin. verſi. nec quem moueat ff. quod vi, aut clam. alia huc ſpectantia apud Iaſ. etiam inueniuntur in l. gallus. §. forſitan num. 6. ff. de lib. & po. & apud nos in tracta. de antiq. temp. parte 2. nu. 35. & alijs ſeq.

Secundo notandum ex ſolutione Bar. in oppoſi.
86 hac nona, expreſſum id † intelligi, quod in antecedens neceſſarium venit. namq; idcirco imputationē legati in falcidiam fieri in d. l. quod autem Bar. ait, ꝙ expreſſum id à teſtatore eſt, vt imputatio fieret, ſed enim de imputatione facienda verbum vllum factū à teſtatore non eſt, vnde expreſſionem hanc ex antecedenti neceſſario deducit. vt hoc ipſo mandaſſe teſtator expreſſim cenſeatur, falcidiæ legata imputari hæredi relicta, ꝙ legata alia præſtari integra voluit. integra quippè præſtari citra imputationem nequeunt de quo notabili dictum in ſuperioribus habemus. vbi ex tex. hoc probauimus in l. prætor in prin. iuncta gl. in ver. expreſſū ff. de op. noui nūcia. ibiq; Ang. & cęteri hoc obſeruāt. tradit Rui. in conſ. 23. nu. 10. lib. 5.

Sed contrarius notabili huic Ripa hic eſt, num. 33. vbi tacitum aſſerit, quod ab antecedenti vel conſequenti neceſſario venit per tex. in l. ſicut certi in ver. tacite. ibiq; Areti. in primo nota. C. de teſta. mili. ſed reſpondetur, tacitum id dici quantum ad expreſſionem ſpecialem, quæ neceſſaria in exhęredatione eſt, ſed, & nominatim fieri exhæredationem oportet. §. noſtra vero inſti. de exhęreda. liber. l. fi. in fi. C. de lib. præteri. de qua expreſſione ſpeciali, aut ſingulari Bar. hic, & notabile ex eo deſumptum non loquitur, verū de generali expreſſione. de qua apud Bar. & alios in l. 1. & in l. lucius nu. 7. vtrobiq; ſupra de vulga.

Tertio ex tex. colligitur in d. l. quod autem. legati onere legatariū non eripi, qui legatum agnouit. onus enim legati integra imputatione mediante, præſtandi, detrectare hæres non permittit, qui legatum ipſum admiſit. cui ſententiæ tex. quoq; ſeruit in l. fi. ff. de inoffi. teſta. in l. cum ab vno ſupra de lega. 2. in l. ſi cui ſupra de condi. & demon. in l. ſed ſi non ſeruus in prin. ſupra eo. l. ſi. legatario, & l. generaliter §. ſi quis alienum ff. de fideicommiſ. liber. glo. in l. titia cum

teſta-

teſtamento §. qui inuita ſupra de lega. 2.

In alia item verba nota.referri hoc tertium poteſt, à legato eum repellendum, qui oneri legato iniunćto parere renuit.

Ampliatio item regulæ,de qua in l.in traditionibus ff de pactis.ex tex.decerpitur in d.l.quod autem. vt in vltima etiam voluntate locum habeat. ſed enim ratio maior in voluntate vltima verſatur per tex. in l. 1.C.de ſacroſan.ecleſ. & in §. diſponat in auctẽ. de nup.maior enim poteſtas per voluntatem vltimam, quam contrahendo permittitur.inde fit, vt dominij translationem prohibitio alienandi impediat, quæ voluntate vltima fit. quod ſecus in prohibitione ex contractu eſt, vti dictum in ſuperioribus habemus. vnde ècõtrario vertenda ampliatio videtur, vt quod ſancitum in d.l.quod autem eſt, hoc item expreſſum in contractu videtur.d.l. in traditionibus.

Quartò tex.obſeruandus in d.l.quod autem. ex eo enim Bar.euerti opi.videtur,de qua dictum in oppoſi. tertia habemus. locum textui in d. l.neſennius in prin.ſupra eo.in prælegato etiam rei hæreditariæ eſſe quod relictum à cohærede eſt,vt falcidiæ id ad commodum cohæredis dantis difformitate non monente, cedat. quæ opinio confutata ibi à nobis fuit per tex.in d §. nummis. namq; opinioni huic Bar. vnde ampliatio d.l.neſennius deſcẽdit, haud abſcurè refragari tex.videtur in d.l.quod autem.in eo enim aduerſus cohæredem,de quo acceptum, aut accipiendum prælegatum erat, falcidia exercebatur. cum ait,denegandam legati actionem,ſi vti falcidia malit. etenim ſi aduerſus cohæredem ipſum falcidia non exercetur quomodo exceptionem habiturus cohæres erit.non aliter præſtandum tibi prælegatum, niſi ſi in falcidiã propter legatarios id imputes.cohæredis quippe nihil intereſt,de legatarijs,exerceatur aduerſus eos necne falcidia citra imputationem prælegati à cohærede ipſo præſtandi, dum tamen aduerſus cohæredem ipſum falcidia non petatur vnde de iure tertij,aut legatariorum excipere cohæres non permittitur. quatenus excluſiuum iuris agentis iure ipſo non eſt, non enim iure ipſo prælegato hæres priuatur, ſi falcidiæ imputare id renuit. verum exceptio opus legatariorum eſt,vnde quod ad cohæredem attinet, obijcere ei hæres poteſt,qui prælegatum petit, ad te legatariorum cauſa de imputatione facienda, nihil attinet.vexũ liberas quoad te, ędes habeo l. loci corpus §. com petit.ff.ſi ſerui vendi.l.1.& 2.ff.ſi ager vectig.

Præterea cum ad vtilitatem alicuius ſolummodo ius acquiritur,eo vti alius prohibetur l.niſi, & l. quod dictum ff.de pactis.d.l.1.& 2. ff.ſi ager vectig. Bal. in l. pen.in fi.C.de non numera.pecu.ſed enim ius hoc imputationis faciendæ niſi ad vtilitatem introductum legatariorum eſt, contra quos falcidiam detrahere hæres parat. ob id de iure hoc opponi ob alio non poteſt,contra quem falcidia non exercetur. hoc amplius nec legatariorum intereſt, a prælegato hæredem excludi. poſtquam peruenturum ad eos nõ eſt.

Conſequens his fit, cum a legato hæredem ſubmouendum tex. dicat in d. l.quod autem,ſi falcidia vti malit,ad eum caſum neceſſario textum pertinere quo aduerſus cohæredem ipſum,a quo relictum prælegatum erat, falcidia exercebatur, ſiquidem exceptionem aliter habiturus cohæres non erat, repelli a commodo legati,aut actio tibi denegari ob illud debet,poſtquam falcidia vtendum aduerſus me putas. enimuero, & maxime de cohærede prælegatum capitur,imputationem tamen ad vtilitatem ipſius cohæredis dantis non admittit.aduerſus quem falcidia exercetur. cum id demum imputandum tex. dicat, quod hæreditario iure accipitur. præterquam ſi voluntas alia teſtatoris liqueat, vt id etiam imputetur, quod prælegati iure accipitur.de qua voluntate conſtare hoc ipſo tex.ait,ꝙ legata integra præſtari teſtator iuſſit.ſic Bar.reclamare perſpicue tex.ille videtur.

Quintò ratio Ripæ hic obſeruanda circa tex.in d.l. quod autem idcirco ex voluntate teſtatoris imputationem ibi fieri,ꝙ in hæreditate ius illud imputandi inuenitur. namq; profligata à nobis ratio hæc Ripæ in ſecunda Bar. oppoſi.eſt, ſiquidem admitti conſequentia non ſolet,in hæreditate quid inuenitur, ergo imputatur, cum ,& illud opus ad imputationem ſit, vt iure hæreditario res capiatur, vt expreſſim Bar. no.in octaua oppoſi.cum ad tex.reſpondet in d. l.ſi à me.aliter potro interpretantibus rei hæreditariæ prælegatum ſolidum ſemper falcidiæ cederet,ꝙ in hæreditate ſine dubio inueniatur.

87 Decima Bar. † oppoſitio extremã l. noſtram ſpectat.in qua expreſſum eſt,cum fundum c.dignum titio teſtator ita legat.ſi 50.hæredi dederit , fundum totum in falcidia ſupputanda computari.ita vt ex centum falcidia deducatur,ratione 50. non habita, quæ de titio legatario hæres accipit. ſed enim repugnare textui huic tex.videtur in d.l.ſi dignum,& in l. qui fundum ſupra eo.vbi cum fundum minoris parte dimidia,quam valet, alicui vendere hæres iubetur,id tantum legatum intelligitur,quanto minoris fundus venit.conſequenter ratio pretij habetur, quod ex fundo hæreditario hæres percipit. id quia iure hæreditario apud hæredem pretium remanet quocirca ſi minoris quam dodrante fundum vendere hæres iubeatur,ita vt locus falcidiæ ſit,pretium acceptum imputare neceſſe hæres omnino habeat. quid ita igitur in extrema parte l. noſtræ pretij ratio non habetur in ratione l. fal. ineunda , quod fundi ratione ad hæredem peruenit.

Soluit Bar.in caſibus diuerſis.ll. has loqui. l. noſtra in pecunia loquitur , quæ pretij nomine hæredi non datur.verum ob conditionem implendam atq; ideo in ſalcidiam pecunia non imputatur. qua imputatione ceſſante,non poteſt,computatio non ceſſare. proinde in computatione ipſa fundus omnino non venit,vt ſaltem pecunia accepta computetur. in.ll.contrarijs pretij nomine pecunia accipitur. pretium plane in vniuerſalibus vice rei ſuccedit.ob id qua ratione res ipſa hæreditaria in falcidiam imputaretur ſi alienata non eſſet , ita imputari, & pretium conuenit.

Sed contra ſolutionem hanc adhuc Bar. pugnat. inquantum referre dicitur,vtrum pretij,an conditionis implendæ nomine, pecunia detur. & generaliter dicitur locum imputationi in ſalcidiam nõ eſſe,quotiens ob conditionem implendam datur. verũ enim id ita generaliter non eſt, vti dicitur. quoniam, & ſi non ſemper.in gratiam ſaltem dantis locus imputationi videtur ex æquitate.d.l.neſennius.& l. filio infra eodem glo.pen.hic in ver.legatarijs. ſoluit contrariũ admittendo,vt ad vtilitatem eius qui dat , imputatio fiat.idem probare glo. videtur in d. l. qui fundum in glo.1 in ſecunda ſolutione.

Sed contrarius ſolutioni, & opinioni huic tex. videtur in l. ſi fundus legatus ſupra eodem. vbi diſſerere tex.putat,vtrum fundus quinquaginta dignus ſub conditione legetur, ſi tantundem pecuniæ à legatario datum hæredi erit,an vero 50. legẽtur, ſi alteram tantã pecuniam hæredi legatarius dederit. Priore caſu vtile legatum eſſe Paulus reſpondit,& quamuis tantum in pecunia ſit, quæ datur, quanti fundus valet, quo caſu momenti vllius legatum non videbatur. quaſi vtilitatis quicquam legatario non afferat. vtile tamẽ ideo Paulus putat,ꝙ conditionis implendæ cauſa pecunia datur.q.d.in conditionibus meritũ factum inſpicimus. & qua ratione ex conditione caſuali, aut mixta legatum non intercideret , ita perire nec, ex conditione poteſtatiua id cõuenit,ſi 50.hæredi dede-

rit

legatum imputari, exceptionis id ope, non iure ipſo ſine exceptionis adminiculo, intelligi. per tex. in d. l. neſennius, & in l. antepenul. infra eo. concluſio hæc repugnare tex. videtur in d. l. neſennius. vbi de replicatione mentio fit. & quamuis replicatio ibi pro exceptione apud glo. & Alex. exponatur. illud eſt, quia ſecũdum ſpeciem illius l. conuenire replicatio non videbatur, ſic quomodo declaratum in ſuperioribus habemus, cum circa explicationem d. l. neſenius verſaremur. cęterum non negatur. quin ſi res patiatur, aut caſus ferat, proprie accipi replicatio poſſit.

Secundo Bar. opinioni in concluſione hac refragatur, ꝙ æquitas eadem in replicatione atq; exceptione vertitur eapropter quod reo concedi per exceptionẽ ſolet, id actori replicando permittitur, cum eadem ſit vtriuſq; prærogatiua exceptionis, & replicationis Alex. in conſi. 135. num 9. lib. 5. Deci. in conſi. 14. circa fi. quocirca ſicut per exceptionem doli hæres repellitur, qui falcidiam à legatario poſſidente petit. ita ſubmouendus per replicationem videtur. ſi legatum legatario petente, hæredeq; de falcidia excipiente, replicationem legatarius actor opponat, non rectè falcidiam excipiendo deſideras, nomine cuius ſatis tibi factum in eo abunde eſt, quod conditionis implẽdæ cauſa tibi dedi, vel per me non ſtat, quominus præſens adnumerem.

Tertiò cõtraria ſibi ipſi in oppoſi. hac decima Bar. loquitur. qui in tertia oppoſi. replicationem etiam legatario cõpetere ſcribit. quod in decima hac oppoſi. non digne ſatis inficiari videtur.

Quartò contrarius etiam ſuipſius in decima hac oppoſi. Bar. videtur primũ enim ſcribit, vtranq; opi. defendi poſſe, & glo. hic, & in d. l. qui fundum, & glo. & Cyni in d. l. pen. Cyni plane opinio eſt, vt ad prælegatum, aut fideicommiſſum æquitas d. l. neſennius reſtringatur. ſed enim cum rem Bar. enarrat, quomodo locus opinioni eſſe vtriq; poſſit, diſcriminis quicquam inter prælegatum atq; id non facit, quod conditionis implendæ cauſa datur. conſequenter quibus caſibus prælegati fideicommiſſivè imputatio fit, eiſdem, & id imputandum, quod ob conditionem implendam datur. id quod repudiatum apud Cynũ omnino eſt, ſi nullo caſu locum d. l. neſennius eſſe in eo Cy. puta, quod conditionis implendæ cauſa datur. & locum habere Bar. putat, quotiens legata res apud legatarium eſt, quomodo Cyni ſuſtineri opinio caſu aliquo poterit. qui id omnino negat, ꝙ caſu aliquo Bar. ad mittit. proinde inconſulte ſatis res hæc perpenſa a Bar. videtur.

Sed dicturus aliquis erit Bar. partes ſuſcipiendo, cõtradictionis quicquam circa opi. Cy. in Bar. non videri, quoniam referre Cy. inter prælegatum, atq; id putat, quod ob conditionem implendam datur. quam differentiam Bar. quidem agnoſcit. ſed non eodem atq; Cy. modo exiſtimat hactenus enim differre Bar. putat, vt danti prælegatum ad imputationem induſtriæ proſit, poſſideatur legatum à legatario necne. in conditione vero diſtinctionem adhibendam Bar. putat, vtrum apud legatarium an non res ſit. & ita Bar. Imola cum Alex. hic interpretantur. Ripa ſupra in tertia oppoſi. num. 40. & hic num. 61. hic verum non videtur, vt ius idem vtriuſq; eſſe Bar. ſenſerit.

Reſpondetur, nõ rectè Bar. mentem huc Imolam
90 Alex. & Ripam aſſecutos. cum ius idem † prælegati, atq; conditionis implendæ eſſe hoc ipſo Bar. ſcribat, ꝙ niſi exceptionis ope prælegatum prodeſſe non credit. ergo portionem, & in prælegato non obſcure deſiderat. præterea ſi verba Bar. in doctr. ſua perlegimus & intuemur, differentiæ quicquam introducere inter prælegatum, & conditionem implendã non videtur.

Secundò etiã ſi differentia hæc expreſſa apud Bar. fuerat, cõtradictionis vicio elabi nihilo magis poteſt, quoniam locum imputationi in eo quod datur ob conditionem implendam ad vtilitatem dantis putat, vtiq; ſi legatũ poſſidet. & ab hærede propter falcidiã conuenitur, excipiendo enim de imputatione auditur. atqui in caſu vllo imputationem hanc Cy. non admittit, vti dictum habemus. ſi in caſu nullo imputationem Cy. admittit, quomodo opi. ſuam ſuſtineri poſſe, ſcribere Bar. non dubitauit.

Rectè porro necne in oppoſi. hac decima Bar. ſenſerit, inferius executiemus in quinta concluſione.

Quarta cõcluſio. quod conditionis implendæ cauſa datur, falcidiæ ad vtilitatem dantis ope exceptionis imputari. & conſequenter ſi ab eo, qui dat, legatũ poſſidetur. eiusq; nomine ab hærede conuenitur vel interdicto quorum legatorum vel conditione indebiti. eoq; caſu differentiam vllam non verſari inter prælegatum, & id, quod propter conditionem implendã datur. quo caſu glo. hic intelligendam, & in d. l. qui fundum Bar. ait. glo. Ioannis adijcere poterat in d. l. pen. C. eo. titu.

In concluſione hac quarta aliud adiungendum nõ cenſui, præterquam cum de conditione indebiti ob legatum repetendum, aut reſtituendum accommodari Bar. ſcribit. namq; niſi ciuiliter debita falcidia nõ eſt, à iure ciuili introducta. naturaliter plane non debetur. quoniam naturalis obligatio in volũtate vltima ex volũtate ipſa teſtatoris producitur Bar. in l. nemo poteſt, nu. 18. ff. de lega. 1. Signorol. in conſi. 80. nu. 4. vbi qua ratione in contractibus ex voluntate, aut cõſenſu contrahentium obligatio naturalis naſcitur l. 1. ff. de pactis ita in voluntate vltima ex voluntate ipſa teſtatoris obligatio naturalis deriuatur. ſed falcidiæ detrahendæ voluntas teſtatoris refragatur l. titia in fi. ſupra eo. quocirca obligatio naturalis interuenire in falcidia reſtituenda, aut detrahenda non poteſt, e contrario legatum ipſum, nomine cuius falcidia debetur naturaliter ſolummodo deberi dicitur propter volũtatem ipſam teſtatoris, ex qua debitum ad integrum legatum dicitur, falcidiæ ratione non habita ciuiliter plane debitum non dicitur, quatenus falcidia interuenit. itaq; cum debita falcidia niſi ciuiliter nõ ſit. & ex diuerſo indebitum ciuiliter legatum ſit, quod falcidiã patitur, quatenus falcidia eſt, naturaliter vero debitum legatum ſit. generaliter plus nimio ſcriptum à Bar. eſt, conditioni indebiti ob legatum repetendum falcidiæ cauſa, locum eſſe. quoniam cum ſolutũ indebite nõ ſit quod ad obligationem naturalem attinet, non aliter locus conditioni indebiti eſt, quam ſi per errorẽ facti probabilem facta ſolutio ſit. veluti quia amplius in bonis eſſe heres ſoluens crederet, quam re eſſet vt in ſpecie falcidiæ tex. docet in l. error C. eo. titu. no. glo. & Doc. in rubri. ff. de condi. indebi. verſi. tertio modo eſt, indebitum proinde ſecundum tex. d. l. error intelligi Bar. oportet, cum de cõditione indebiti loquitur. Concluſio quinta ex Bar. colligitur. quod pro conditione implenda hæredi datur, nec danti ipſi ad imputationem prodeſſe, ſi apud eum poſſeſſio legati non ſit. & hoc caſu tex. loqui intelligendumq; in d. l. ſi fundus legatus hoc item caſu glo. intelligendam in d. l. pen. C. eo. Bar. ait. in qua quinta concluſione obſeruandum, quamuis generaliter tex. loquitur in d. l. ſi fundus legatus. diſtinctione vlla nõ adhibita, poſſideatur, necne legatum à legatario, ad eum tamen caſũ reſtringendum, quo apud legatariũ poſſeſſio nõ eſt. Doctrinæ, & cõcluſionibus Bar. in eo Imola cõtradicit, ꝙ ob cõditionẽ implendã dat̃, inquantũ exceptionis ope falcidiæ id imputãdum Bar. putat. nullò. n. caſu imputationẽ eius admittẽdã Imola hic putat col. 3. circa med. ſuper glo. in ver. legatarijs principio. n. Bar. opinionẽ textui l. noſtræ in fi. aduerſari ait. in quo ſcriptũ generaliter eſt, pecuniã hanc, quæ ob cõditionẽ implendã accipitur, extra hæreditatẽ haberi, ne in

quar-

quartam computetur. neq; diſtinguit, à quo legatum poſſideatur, ab hærede, an legatario. ſecundo textu etiam Imola nititur in d. l. ſi fundus legatus, qui, & ipſe generaliter, & ſine diſtinctione vlla loquitur. tertio per tex. Imola mouetur in l. ad veteranū §. 1. ſupra eo. vbi cū fundus viginti alicui legatur; ſi decē hæredi dederit, in toto is fundo legatarius habetur, ſeu in fundo toto legatum conſiſtit, non ex parte ſolummodo q. d. non detrahitur de legato pecunia accepta conditionis implendæ cauſa, ita vt legata niſi .x. non videātur. Imò enim pecuniæ illius ratione non habita, xx. ſolida legata æſtimātur. quæ inueſtigatio non aliā ob cauſā, ꝙ falcidiæ ſit, quo cognoſci poſſit, vtrū ex fundo toto, an ex parte ſolūmodo detrahi falcidia poſſit quippe ſi niſi ex parte detractio falcidiæ non ſit, pecuniæ ratione habita, quæ data ob conditionem implēdam eſt, locus falcidiæ in fundo illo omnino nō erit. vtpote cū plus in pecunia data, quā in falcidia ſit. vnde cum ex fundo toto legatū cōſiſtere tex. dicat, conſequens ſit, vt ex fundo toto falcidia percipiatur. atq; ideo imputari in eam pecunia nō debeat conditonis implendæ cauſa data. idq; generaliter tex. ſcribit, diſtinctione nō facta, poſſideatꝰ fūdus necne à legatario.

Sententia hac contra Bar. ita ab Imola obfirmata ad tex. Imola reſpondet, quibus Bar. nititur. ideſt, in d. l. neſennius ſupra eo. & in d. l. antepen. infra eo. in prælegatis tex. hoc loqui, non in eo, quod propter conditionem implendam datur. & in quo ratio diuerſitatis verſatur, ne imputationi cedat. quā diuerſitatis rationem ita Imola adijcit. in prælegato enim vt imputetur, remedio duplici legatario conſulitur. primo excipiēdo, vt in caſu d. l. antepen. vbi ſi prælegata à patre filiæ relicta, à fratre cohærede filia ipſa petit, exceptione à fratre ſubmouetur, niſi ea imputare falcidiæ velit. cum inuicē prælegata, & ipſe præſtare fratri deberet, quorum nomine vti falcidia parabat. ſecundum, remediū, quo cohæredi in prælegato prouidetur, vt falcidiæ cedat, in replicatione verſatur, veluti in caſu d. l. neſennius. namq; ſi prælegatū ſuum cohærede petēte de falcidia cohæres alter excipit, replicandi ius actori datur, non rectè falcidiam excipiēdo petis quoniā abunde ſatis ad eam, prælegatū ſufficit, ꝙ acceptum de me habes vel accepturus omnino es. hic ius hoc replicandi paratum, & quæſitū initio ipſo aduerſus exceptionē erat. vnde referre in prælegato non videtur poſſideatur à legatario res legata necne, quoniā ſi poſſideretur, exceptio acommodatur. ſi non poſſidetur, replicatio opitulatur, ꝙ vtrunq; remediū initio ipſo cōpetere cœpit, cum ius ipſum falcidiæ initium habuit.

Sed enim competere poteſtas hæc replicādi in eo non videtur, ꝙ ob conditionem implendā datur. vt imputatio eius fiat. namq;, aut tempus obſeruamus, quo datū adhuc non eſt, atq; ideo cū impleta adhuc legati conditio nō ſit quo caſu dubitationis quicquā non vertitur, ius de eo excipiendi, replicandivè non competere, de quo cōditio adhuc pēdet. obijci enim poterit, audiri non debes legatum conditionale ante petendo, vel de eo ante replicando, quam paritū conditioni habeas. Aut tempus ſpectamus, quo datū ſit, & quo impleta cōditio legati apparet, & nihilomagis auxilio cohæredi eſſe legatum petenti replicatio poterit. etenim cum nihil apud cohæredē ſit, qui legatū petit, quod imputari falcidiæ poſſit, quomodo de eo quod nō eſt, replicandi ius dabitur. ſi dixeris, de eo imputando replicari, ꝙ datū iam ſit. reſpondet Imola poſtquam datum fuit, & conditio impleta legati eſt, legatum ipſum locum habere cœpit, & purificatum dicitur. ſtatim igitur vt purificatū eſt, ius falcidiæ exercendæ initium accepit. idq; introductum ſine replicatione vlla initio ipſo eſt, neq; æquum fuiſſet, cum iure replicandi ius falcidiæ introduci, quandoquidē nihil hæres petit, ꝙ apud cohæredem ſit, qui legatū petit. & nomine cuius accommodari replicatio debeat. tātum falcidiā conſequi hæres ſtudet. vnde defalcandū id genus legati indiſtinctè iura cenſuerunt, ideſt, citra replicationis oppoſitionem. ratione igitur diuerſa inter prælegatum, & id, ꝙ ob conditionē implendā datur, interueniente, nō rectè ex vno ad alterum argumentari Bar. potuit. Conſequēter nihil erat, ꝙ tex. in d. l. neſennius, & in d. l. antep. in prælegato editos ad id Bar. traheret, ꝙ ob conditionem implendam datur.

Bar. opinionem receptam Alex. hic teſtatur col. 3. circa med. ab Imolaq; diſcedit, argumentū eius refellendo, cum rationē diuerſam prælegati eſſe, atq; eius putat, quod propter conditionem implendam datur quoniam, & in eo, quod ob conditionem implendā datur, initio ipſo exceptio naſci replicatiovè poteſt, veluti ſi apud legatarium res ipſa legata inuenitur, cū impleta conditio eſt, ibi enim aduerſus poteſtatē reſecandi, aut defalcandi introducta exceptio illico replicatiovè apparet, ſi falcidiam hæres exigat.

Secundò ad arg. Imolæ Alex. reſpondet, nihil intereſſe, vtrum initio ipſo, an poſtea exceptio replicatiovè detur l. ſi vnus §. pactus ne peteret ff. de pactis. l. eleganter §. ſi quis poſt, ff. de condi. indebi. pro qua ſententia tex. etiā affertur in l. 1. ſi. & in l. 4. ff. de cōdi. ſine cau.

Tertiò vltra Alex. ad arg. Imolę reſpondetur. in eo enim Imola laborat, vt rationē diuerſitatis inter prælegatum, & id oſtendat, quod ob conditionem implendam datur. quam diuerſitatis rationem inde deducit, quod in eo replicatio nō competit, quod ob cōditionem implendam datur quod ſecus in prælegato. eſt, ſed enim quorſū de replicatione diſceptare, poſtquā nec in prælegato ius hoc replicandi admitti Bar. ſentire, demonſtratum ante habemus cum niſi poſſidenti dandam exceptionem putat.

Quartò Inquantum replicationem de prælegato imputando cohæredi legatū petenti dari Imola præſupponit. Alex. id negat col. 3. poſt med. Imò enim, & in prælegato exceptio ſemper vertitur. quoniam, & ſi maxime rei legatæ poſſeſſio apud legatarium non ſit, qui legatū petit. attamē ſatis eſt, apud eū prælegatū eſſe, ꝙ præſtandū ab eo eſt, & de quo imputando agitur. in quo iure vel retentionis, & exceptionis potent, vſque dum præſtitum ei legatum ſit. quocirca ad rem non attinet, legati ipſius poſſeſſio apud quem ſit neq; aliud in legato quærendum, vtrum exceptionē. an replicationem legatarius habeat. ſatis enim legatario eſt, ſi prælegatum poſſideat. quod hæredi præſtari ab eo debet, & cuius nomine exceptionem de prælegato ipſo imputando aduerſus hæredem habebit prælegatum vendicantem, vel ſi prælegatū hæres nō petit, verum legatum ipſum legatarius poſcit. ſi de falcidia hæres excipit, quāuis de prælegato imputando replicare hæres videatur, illud pp legatū pcedit. Sed n. ſi prælegatū intuemur, de quo imputando replicatur, cū apud replicantē ſit, iure potius retinēdi atq; excipiendi, quā replicandi vti legatarius intelligitur, conſequēter hiſdicendum, eandē cauſam prælegati, atq; eius videri, ꝙ ob cōditionem implendam datur, quia niſi poſſidenti exceptio in vtroq; non datur.

Infertur ex conſideratione hac Alex. quod dicitur, replicationem in prælegato dari, quod ſecus in conditione implenda eſt, vbi exceptio ſolummodo cōpetit. non eo fieri, ꝙ ius diuerſum vnius atq; alterius ſit. verum quia cum legatum à legatario petitur, eidē replicanti propter prælegatum, quod habet, lex. opitulatur. quæ ratio in eo ſilet, ꝙ conditionis implēdæ cauſa datur, quoniā cū ſolui id ante oporteat, quā peti legatū poſſit, ſi ſolutū ſit, & legatū petēti exceptio falcidiæ obijcitur, ſi dari replicationē dicimus, defendere eam ex iure exceptionis, aut retinēdi nō licet cū nihil apud legatariū ſit, qui replicat, ꝙ retineri poſſit.

Quinto pro Bar. contra Imolā arg. alio Alex. vtitur.

tur, ꝙ ratio eadem prælegati, atq; eius videtur, ꝙ ob conditionem implendã datur, eo ꝙ extra hæreditatẽ eſſe vtrunq; poteſt, ſiquidem æquè res aliena, aut nõ hæreditaria prælegari, atq; dari pp conditionem implendam poteſt. Quocirca dici non poteſt, eò facilius prælegatum imputari, ꝙ hæreditariam rem habeat, quid enim ſi alienam.

In dictis etiã Alex. obſeruandum, nãq; cũ Bar. defenſionem ſuſcipere aduerſus Imolã vr̃, Bart. potius contradicere videtur, ſcribit .n. Alex. & in eo replicationem verſari, ꝙ ob conditionẽ implendam datur, at enim ius hoc replicandi Bar. non admittit, qui de exceptione ſola loqĩ imò .n. & in prælegato de exceptione ſola Bar. ſẽtire demõſtratũ ſuperius habemus.

Secũdò innuit Alex. locũ replicationi in d.l. neſennius nõ aliter eſſe, niſi ſi p̃legatũ cohęres poſſidet, qui legatũ petit, ita vt ꝯ hęredẽ de falcidia excipientẽ de prælegato imputando cohęres replicet, ꝙ apud replicantẽ ſit, quo caſu nõ iã replicare, q̃ excipere, aut iure vti retinendi vr̃, ſed .n. ad cohęredẽ tex. pertinere in d l. neſennius, qui pręlegatũ nõ poſſidet, verũ id iã ſoluit, confirmatũ ſatis in tertia Bar. oppoſi. habemus.

Quintò errorem eundem tuẽdo, ideſt ꝙ tex. à Bar. citatus in d. l. ſi debitor fit contra Bar. denuo Ripa arguit Bar. n. tex. memoratos in d. l. ſi debitor, & in d. l. pater filiam pro conſentientibus habet, quos in eandem ſententiam probandam adducit, atqui pugnare ſecum videntur, quatenus compenſatio crediti in d. l. ſi debitor ob iuſſum teſtatoris fit, ꝙ contra ſcriptum in d. l. pater filiã legitur, vbi nihil iuſſus teſtatoris ęſtimatur. Inualeſcit arg. à fortiori argumentando, etenim ſi effectum iuſſus teſtatoris in d. l. ſi debitor circa imputationem falcidiæ habet, longè magis ius idem probandum in d. l. pater filiam videbatur, in qua trebelliana verſatur, quę imputationem facilius, & vberius admittit, quam falcidia, vt hac l.

Ad arg. hoc Bar. Caſtren. & alij reſpondent in d. l. ſi debitor. diuerſitatis huius rationem inde exiſtere, ꝙ in d. l. ſi debitor hæredi teſtator debebat, quo caſu aditione hæreditatis debitum hoc confunderetur. l. vranius. ff. de fideiuſ. l. debitori C. de pactis, in d. vero. l. pater filiam nihil filię hęredi debitum à patre erat, dotis nomine, verum à marito. qui matrimonio ſoluto, & patre ante ſublato, cõſolidationeq; dotis in filiã facta, dotẽ ipſã reſtituere vxori debebat, vnde cũ nihil filiæ hæredi debitum à patre eſſet, ratio confuſionis ſilet.

Senſus Bartol. & aliorum in ſolutione, aut ratione hac diuerſitatis eſt. Poſtquã iure ipſo creditũ hoc in d. l. ſi debitor per aditionem cõfunditur, & permiſcetur cum bonis, & iuribus alijs teſtatoris, idem de

eo, atq;

co, atque de bonis teſtatoris iudicandum; Eam ob cauſam ſicut in bonis ſuis mandare teſtator poteſt, vt falcidæ cedant, ita, & in credito hoc. rurſus per aditionem creditum hoc extinguitur, quamuis æqui tatis cauſa permiſſa detractio ſit ob, id detractioni huic reſiſtere teſtatori licet.

Rationem hanc diuerſitatis Ripa damnat. inficiaturq; compenſationem in d.l.ſi debitor ex confuſione ſequi quoniam ſi ex confuſione id fieret, toti legatarij iure ipſo eſſent d.l.vtannius. at enim doli mali exceptione voluntati defuncti hæres obſequi in d.l.ſi debitor, non iure ipſo cogitur.

Secundò confuſio eſto, iure ipſo creditum non extinguat, attamen ſi ratio d.l.ſi debitor à cõfuſione exiſteret, vt Bar. cæteriq; exiſtimant, à confuſione, non à dolo exceptio ibi deſcenderet. conſequenter cõfuſionis, non doli exceptione hæres repelleretur. de qua rẽ inferius videbimus.

Solutionem ſecundam glo. in d.l. pater filiã Ripa refert idcirco onus ibi imponi circa falcidiam non poſſe, ꝙ filia interuenitet de liberis primi gradus. quibus onus imponi in falcidia non poteſt, cauſam aliã aliorum eſſe quam ſolutionẽ vulgo à Bar. & cæteris damnari in l. quod de bonis §. cum fideicommiſſum ſupra eo Ripa ſcribit.

Sed enim facere cum glo. videtur, ꝙ priuilegiatia magis falcidia quã trebelliana eſt, vt hac l. in prin. vnde ſi liberis primi gradus imputatio in trebellianã nõ
99 fit, longe minus in falcidiam ob id † diſpoſitio l. iubemus ad falcidiam etiam trahitur glo. in d.l. ꝙ de bonis §. quod anus ibiq; Caſtren. poſt med. Signorol. in conſi. 66. col. fi. circa med. & apud nos in l. 1. nu. 148. ſupra de lega. 1. idem ſentire Corn. videtur in conſi. 53. circa prin. lib. 3.

Suſtineri tamen ſolutio hæc glo. non poteſt, quoniam iure illo, ſtorum. par hæredum omnium conditio in falcidia erat. quam neq; prohibere, neq; minuere licebat d.l. quod de bonis §. fi. ob id nihil eſt, ꝙ prærogatiua aliqua liberorum primi gradus glo. nitatur. hodie plane quibus caſibus priuilegiarij liberi primi gradus in trebelliana ſunt, ius idem, & ratione ſonior ſeruandum in falcidia videtur. quæ priuilegiata magis eſt.

Solutionem tertiam Ripa adijcit idcirco iuſſum teſtatoris negligi in d.l. pater filiam, circa dotem imputandam ꝙ legi ipſi falcidiæ iuſſus ille directo aduerſatur. namq; cum diminuere eam non liceat, nedũ adimere ſi vires iuſſus haber, vtiq; directo falcidia auſertur. cum in dominio filiæ dos eſſet. quæ ratio in d.l. ſi debitor tacet. ibi enim contrarium legi falcidiæ mandatum teſtatoris non eſt, à quo neq; tolitur, neq; diminutionẽ accipit. illud ſolummodo mandatũ agit, vt crediti illius onere teſtatoris bona doli exceptione expediantur. id quod permitti non ægre poteſt, quandoquidem pacto interponi initio poterat, crediti illius nomine petitum amplius quicquam non iri.

Ratio hæc Ripæ mirum ni à verbis tota pendeat, ab effectu vacua. an non per liberationem hanc bonorum falcidia tollitur, aut minor fit.

Secundò compenſationem hic non admittit circa tex. in d.l. ſi debitor, quam ſupra non repudiauit effectu animoaduerſo.

Tertiò rationem ſuam Ripa patitur idcirco enim vtile mandatũm teſtatoris ad bona eius liberanda in d.l. ſi debitor ſcribit, ꝙ tantundem efficere initio poterat. ſed enim ſolus id efficere paciſcendo non poterat, ſed opus cõſenſus creditoris erat l. 1. ff. de pactis. ergo ſoli id dicere teſtatori non debebit. ſi dixeris, cõſenſum hic creditoris hoc ipſo interuenire, ꝙ hæreditatem adit l. more l. pupillum, & l. neceſſarijs ſupra de acq. hæredi. l. non enim infra ad trebel. l. fi. in prin. ff. rem ratam hab. reſpondetur, ad ea aditionem nõ tra-

hi, neq; in ijs operari, quæ diſpoſita contra ius ſunt d. l. quod de bonis §. fi. cum alijs apud nos collectis in conſi. 102. num. 5.

Quam obrem melior Bar. & aliorũ ratio videtur. idcirco in d.l. ſi debitor. mandato teſtatoris obtemperandum, ꝙ confuſum creditũ aditione eſſet, declarando vt ſupra. neq; rationi Bar. & aliorum Ripæ arg. obſtanr. rei cuius explicandæ cauſa ſciẽdum eſt, quotiens debitori hæres creditor exiſtit, iure ipſo obligationem actionemq; per confuſionem extingui d.l. vtannius, & d.l. debitori. cæterum vbicunq; legatis, aut fideicommiſſis plus iuſto hæres oneratur, in ratione l. falcidiæ, aut trebellianæ ineunda facultas hæredi datur, quod ſibi debitum eſt, ex æquitate deducere idq; ex tex. non obſcure oſtenditur in d.l. in imponenda cum actiones cõfuſas per aditionem hæreditatis ait. & deductio ſolummodo permittitur. ita nonniſi per exceptionem, aut deductionem hæredi ſubuenitur. atq; ita in ſpecie d.l. in imponenda. & d.l. irritum Caſtren. declarat in l. ab omnibus §. fi. ſupra de lega. 1. & in conſi. 19. vltra ea in ſecundo, & tertio dubio lib. 2. Bal. & Deci. in d.l. debitori. Ruin. in conſi. 67. col. fi. lib. 2. exceptio planè æquitate nititur l. qui exceptione. ff. de excep. doli vnde ſi æquitate hac vti hæres velit, exceptio, aut replicatio doli legatarijs dabitur, hoc eſt, dolo malo facis, qui contra teſtatoris voluntatem creditum tuum deducere pates.

Ad quem modum Ripæ argumentum non mouet, per confuſionem iure ipſo creditũ extingui. atq; ideo neceſſariam doli mali exceptionem non eſſe. locum enim argu. haberet, ſi contra extinctionẽ hanc, quæ confuſione inducitur, excipiendi, retinendi, aut deducendi ius non eſſet. Cæterum in iure hoc retinendi vti hæredi liceat, neq; per confuſionem id extinguatur, non poteſt, doli mali exceptio, aut replicatio contra ius hoc deducendi neceſſaria non eſſe conſequenter locum habere Ripæ argu. non poteſt, niſi ſi & ius ipſum retinendi, aut deducendi ſublatum per confuſionem iure ipſo eſſet.

Hic etiam obſeruandum inquantum confuſionẽ iure ipſo induci Ripa inficiatur, textui id repugnare in d.l. in imponenda. vbi retentio, aut deductio tantũ modo permittitur quorſum enim de iure retinendi, aut deducendi prouidere, ſi iure ipſo confuſio non inducitur. an nõ ſalua exceptio citra prouiſionẽ aliã fit.

Dictum etiam Caſtren. obſeruandũ in d.l. ab omnibus §. fi. & in d. conſi. 19. inquantum ſcribit, nonniſi retinendo, aut deducendo hæredi ſuccurri in credito ſuo conſeruando aduerſus fideicõmiſſarium. intelligi .n. dictũ hoc ſane oportet ratione primæ actionis, quæ propter creditũ ipſum competebat. ea enim competere non poteſt, vtpote confuſione iure ipſo extincta. repetitionem tamẽ indebiti permittendam Bal. ſcribit in conſi. 421. ꝙ domina contenſiua lib. 5. idq; probari ex tex. videtur in l. pen. infra ad trebel. quem tex. ad hoc Cuma. vocat in conſi. 37. quidam legauit in tertio dubio idem Fulgo. viſum in conſi. 81. punctum ſuper quo col. 1. circa med. & col. 2. in prin. de quo etiam apud nos in conſi. 144. nu. 5. quicquid aliter viſum Ruino fuerit in d. conſi. 67. colum. fi. lib. 2.

Alterum item Ripæ argu. non mutat. ſi ratio d.l. ſi debitor poſita in confuſione eſſet, à confuſione, non à dolo malo exceptionem naſituram. eodẽ enim modo argu. hoc atq; prius refellitur. hoc eſt, locum argumento eſſe, & à confuſione exceptionem oriri, ſi ius retinendi, aut deducendi aduerſus confuſionem hæredi non competeret vnde ſicut iuri retinendi, aut deducendi confuſio nõ nocet, ita ex confuſione ſola naſci exceptio non poteſt, obijceretur enim, nihil eſſe, ꝙ de confuſione excipitur, quandoquidẽ ius per eã retinendi, aut deducendi non impeditur. quocirca à

confu-

confuſione, & iuſſu ipſo teſtatoris exceptio hęc doli mali deſcēdit, vel à iuſſu ipſo teſtatoris ſolo, ideſt, dolo mala facis, creditum tuum retinendo, aut deducendo contra quam teſtator iuſſit quòd ex iuſſu teſtatoris propter ius deducēdi, aut retinendi, non ex confuſione exceptio doli exiſtat, apparet quoniam iure retinendi, aut deducēdi ceſſante, inutilis ſuperuacuuſq; iuſſus teſtatoris fieret, confuſione ſola ſatis legatarijs ſufragante.

Textus deniq; obſeruandus à Bar. citatus in d. l. debita §. fi. infra ad trebl. plura enim in eo admitti vidētur, quæ à iure abhorrent. primum, vt pactio illa inutilis de partę dotis matri reſtituenda, effectum habeat, vt quas inter viuos habita in reſtitutionem fideicommiſſi pars ipſa dotis non veniat alterum, vt effectum etiā ſententia iudicis diuiſorij habeat, quæ lata ex cauſa falſa eſt, ꝙ inter viuos ad matrem dotis portio ſpectaret ꝙ vtq; fieri non poterat, vigorem punctione illa non habente. eapropter idem de portione illa dotis iudicandum videbatur, atq; de cęteris bonis hæreditarijs. non enim poſita extra hæreditatem videbatur portio illa dotis. dominio eius ex pactione illa infirma in matrem non tranſlate reg. non præſtat im pedimentum lib. 6. falſa igitur cauſa in ſententia inter-
100 ueniente, iuris inc. rti non eſt, nullam † ſententiam eſſe, quæ lata ex falſa cauſa ſit l. ſi prætor. §. marcellus ff. de iudi. l. qui teſtamento ibiq; glo. ſupra pe excu. tutor. l. ſi is ad quem ibiq; Doc. ſupra de acq. hæred. l. ſeruo inuito §. cum prætor infra ad trebel. l. qui rom e. §. fi. ibiq; Bar. & alij ff. de verb. obli. l. ſi vt proponis C. quomo. & quam iudi. c. ſicut de teſtib. c. licet cauſam de proba cum 1. & a & c. cum Bertoldus. de re iudi. ſcite Cardi. in conſi 29. col. 3. in fi. tertium quod alienum à iure videtur in d. §. fi. eſt, quia ſubſtituto ibi, & ipſi tertio non citato ſententia illa nulla nocet. quę tamen noxia non videbatur, etiā ſi vtilis foret, nnqua tamen, vt habetur in l. filius familias §. diui ibiq; Ripa nu. 62. ſupra de lega. 1.

Sed reſponderi poteſt, iuri, & equitati tex. conuenire in d. l. debitor §. ſi propter naturalem obligationē, quæ ex pactione illa inutili naſcitur, cum à ſolo conſenſu producatur. l. 1. ff. de pac. l. ſtichum, aut Panphilum. §. naturalis iniuncta glo. ff. de ſolu. l. cum amplius §. is natura debet. ff. de reg. iur. locumq; id inter dominum etiam, & ſeruū habet. l. ſi, id ꝙ ibiq; Bar. ff. de condi. inde. l. ſed ſi pupillus. ff. de inſtitor. l. quibus diebus §. dominus ibiq; Soc. in primo nota. ſupra de cōdi. & dem 6. § 1. inſti. de fideiuſ. gl. in §. ſi ſeruus domino in ver. obligato inſti. de noxal. actio naturalis plane obligatio effectum retinendi habet. l. iuriſgentium §. igitur nuda. ff. de pactis. potuit igitur mater in d. §. fi. iure excipiendi, & retinendi cōtra fideicōmiſſariū vti.

Secundò reſpondetur. & ſi nulla pactio illa ſit de parte dotis matri reſtituēda, ex actu tamen nullo voluntatē declarari l. fi. ibiq; Bar. ff. de reb. corū l. quia patre ibiq; Bal. ſupra de confir. tuto. l. filij, & l. fi. C. famil. her. & alibi paſſim hoc ipſo igitur ꝙ ex actu inter viuos dotis partem ad matrē peruenire filia voluit, animus eius non obſcure declaratur, vt extra cauſam teſtamenti dotis portio eſſet, & conſequenter vt reſtitutioni fideicommiſſi nō cederet. quę voluntas ſpectāda maxime in fideicōmiſſis eſt, vtrum aliquid in reſtitutionem eorum veniat, an non, vt Bar. cęteriq; no. in l. marcellus §. quidam liberis infra ad trebl. Bal. & alij in l. cum virum C. de fideicō. ꝙ cum ita ſit, ad rem attinere viciū illud pactionis nō videtur, cū ſola ſatus teſtatoris voluntas videatur, ne in fideicōmiſſi reſtitutionem veniāt quæ ex actu inter viuos haberi voluit.

Non obſtat, nullā ſententiā iudicis diuiſorij eſſe vt pote ex cauſa falſa latā, & propterea pernicialē eā ſubſtituto eſſe nō debere, veluti tertio non citato reſponſio enim ex proxime dictis apparet, ex ſententia ſola id non fieri, verum ex voluntate teſtatoris ſeu filię paciſcentis. vnde naturalem obligationem oriri demonſtratum habemus,

101 Quartò opponit † Bar. contra tex. in quo expreſſum eſt, trebellianæ imputari, ꝙ ob conditionē implendam datur. contradicere enim textui huic tex. videtur in l. acceptis infra eo. vbi extra quartā id eſſe dicitur, ꝙ à medio fideicommiſſario vniuerſali conditionis implendæ cauſa hæredi datur. ſoluit Bar. & ſolutionē ipſam tex. habet, idcirco imputationi locum ibi nō eſſe. ꝙ remanſura apud hæredē grauatū pecunia nō erat, quā propter conditionē implendā a fideicommiſſario acceperat. cū reſtituenda titio eſſet. vnde perueniſſe ad hæredē pecunia nō intelligitur, quæ duratura apud eū non eſt, ſic nihil intereſt, an ad hæredē pecunia nō perueniat, an perueniat quidē verum alij eam reſtitui oporteat, vt glo. declarat in d. l. acceptis in gl. 2. idē vltra glo. ex tex. probatur in l. verū ff. de peti heredi. in l. 2. §. perueniſſe ff. de hęredi. vel actio. vendi. in l. ꝙ autē § 1. ff. de dona. inter viū, & vxor. in l. neſenius §. ſeruo ſupra eo. in l. nomen in fi. & in l. aliud eſt. capere ff. de verb. ſigni. rei cuius ratio illa eſt, ꝙ cum effectu accipi verba conuenit. l. pen. §. docere ff. ne quis eum qui l. 3. §. 1. ff. ꝙ quiſq; iuris l. 3. ſupra de teſta. mil. l. 2. in fi. C. com. de ſega. c. relatum de cler. nō reſid. Inde Signorol. ſcribit in conſi. 226. col. 2. circa med. peruētionē perfectā ex verbo perueniſſe denotari per iura nō pauca ab eo relata. idem Signorol. in conſi. 178. col. 2. in fi. ait, peruenire verbū ad perfectam, effectualē, atq; irreuocabilē peruētionē ſpectare. tex huc nō ſpernendus accedit in l. plebiſcito. ff. de offi. præſi. peruenire ad aliquē nō dici, ꝙ breui poſt, tempore conſumendū ſit. quē tex. in ſententiā hanc Signorol. etiam obſeruat in conſi. 40. col. 3. circa prin. verſi. item ex quo conſumit.

Obſeruandū in ſenſu d. l. acceptis fideicommiſſa duo ibi verſari. vnū vniuerſale totius hęreditatis medio reſtituendæ alterū ſingulare de centū accipiendis gratia cōditionis implēdæ, quæ titio reſtitui teſtator iuſſit. difficultas omnis dicti tex. fideicōmiſſo ſingulari pendet. in quo ratio l. verſatur. ideo centū illa trebellianæ non imputari, ꝙ titio reſtitui ex fideicommiſſo illo ſingulari debent atq; ideo duratura apud hæredem non ſunt.

Sed enim concludens perpetuavè, aut generalis ratio illa non videtur, quod remanſura apud hæredem centum illa non ſunt. locum enim ratio hæc non ſemper obtinet. verum in caſu vno ſolummodo, quo conditio fideicommiſſi ſingularis eueniat. quo caſu reſtitui pecuniam oportet. cæterum conditione non impleta, & loco ſubſtitutioni, aut fideicommiſſo ſingulari non facto, ratio tex. ſilet, quod remanſura apud hæredem pecunia non eſt, Imo enim remāſura erit, fideicommiſſo ſingulari conditione ſua defecto. conditionale autem fideicommiſſum illud particulare eſſe, clarum eſt, cum poſt, mortem relictum hæredis ſit. quod mortis tempus conditionem facit. à, dubioq; pendet. namque, & ſi certum ſit, hæredem moriturum, neque à dubio aliquo euentu id pendeat, incertum tamen eſt, quo tempore mortem ſit, obiturus atq; ideo incertum eſt, ſuperſtes ne hæredi futurus titius ſit ſingulariter ſubſtitutus. vnde ſi hæredi præmortuus titius ſit, locus fideicommiſſo eſſe ſingulari non poteſt, ſiquidem dandum fideicommiſſum titio poſt, mortem hæredis eſt, cęterum ſi inter viuos titius non inuenitur, cum viuere hæres deſinit, apparet, perſonam non eſſe, cui reſtitutio fieri
102 fideicommiſſi debeat. conditionem quippe † fideicommiſſum habet, ſi ſuperſtes hæredi fideicommiſſarius erit, ex tex. hæc probatur in l. ſi pecunia legata §. 1. ſupra de lega. 2. l. quibus diebus §. quidam titio,

& l.

& l.hæres meus §.1.ſ. de condi.& demon.l.4.& l.huiuſmodi in fi.infra quam.dies lega.ced.Bar.& alij in l.ſi cui 1. §.1. ibiq; Iaſ. in vltimo nota. ſupra de lega.1. Roma.in cõſi.17.in fi.& alia non pauca. itaq; ſi conditionale fideicõmiſſum hoc ſingulare eſt, atq; ideo conditio euaneſcere eius poteſt, titio ante hæredem ſublato, quomodo ratione illa ſuſtineri tex.poteſt, in d.l.acceptis, ꝙ remanſura apud hæredẽ pecunia non eſt, Imò enim remanere poteſt, fideicommiſſi ipſius ſingularis conditione non impleta.quod cum ita ſit, ſpecialis in vno caſu dumtaxat ratio tex.apparet quã tamen generalem eſſe conuenit l. 1. ibiq; Bal. ff. de orig. iur.

Ad nodum hunc Caſtren. animaduertens in d. l. acceptis, mirabilem ſemel atq; iterum tex.illum in dicto hoc reſponſionemq; difficilem putat. ſed enim reſponſio duplex.ad arg.hoc Caſtren. ab Alex. ibi datur.prima reſponſio.per quam conditionale fideicõmiſſum illud ſingulare negat. vtpote quod relictum nõ poteſt mortem hæredis ſit, quo caſu contraria loquũtur. verũ poſt, titij ipſius fatum.quod mortis ſubſtituti tempus aptum conditioni nõ eſt, cum impleri conditionẽ poſt, mortẽ ipſius titij ſubſtituti oporteat, vnde impedimẽtũ illud verſatur, fieri poſſe, vt ante titius obeat, ꝙ conditio exiſtat. q a ſiue in vita hæredis, ſiue eo mortuo, titius mortem obeat, ſemper fideicõmiſſum debetur ad hæredemq; eius tranſit.itaq; cum in euentum omnem fideicommiſſum debeatur titio poſt, mortem eius relictum, conditionale eſtimari non poteſt, conſequenter perpetua, generaliſq; ratio tex.erit in d.l.acceptis, remanſuram apud hæredem pecuniam non eſſe. rurſus Caſtren. obſtaturum arg. non erit.conditione deficiente, apud hæredem pecuniam remanſuram. quoniam in ſenſu fallitur d. l.acceptis, cum relictum fideicõmiſſum particulare poſt, mortem hæredis putat, quod relictum poſt, mortem titij ſubſtituti eſt, arg.plane Caſtren. Alex. admittit, ſiquidem poſt, mortem hæredis datum fideicommiſſum particulare eſſet. vtpote quod conditionale eſſe certum cum aptum cõditioni tempus mortis hæredis ſit.cũ credere fideicommiſſum niſi hærede mortuo nequeat.vnde ſi ante mortuus titius ſit, defectum conditione fideicõmiſſum inuenitur.differentia hæc, vtrum poſt, mortem hæredis, an ſubſtituti fideicommiſſum relinquatur, vt priore caſu conditionem habeat.poſteriore nõ habeat, ex tex.oſtẽditur in d.l.hæres meus in prin.& §. 1.ſupra de condi. & demon.

Reſponſionem ſecundam ad arg. Caſtren. Alex. ſubiungit.conditionale eſto fideicommiſſum ſingulare in d.l.acceptis ſit.ideſt, poſt, mortem hæredis relictum atq; ideo deficere conditio poſſit. quo caſu remanſura apud hæredem pecunia erit à fideicommiſſario vniuerſali conditionis implendæ cauſa data atq; ideo ratio tex.ſilet.argumentum tamen non obſtare quoniam fideicommiſſario tunc per conditionem ſuccuritur.non enim ſimpliciter pecuniam cõditionem implendæ ſine imputatione numerabit. verum cautione ab hærede accepta, vt conditione fideicommiſſi particularis deficiente, reſtitutio trebellianæ fideicommiſſario fiat.pro rata pecuniæ datæ ob conditionem implendam.

Quod ad priorem Alex. reſponſionem attinet, contraria verbis, & menti tex.videtur, vt relictum fideicommiſſum ſingulare poſt, mortem titij ſubſtituti ſit, verba enim tex. hæc ſunt. pecuniamque poſt, mortem ſuam titio dare rogatus eſt, hæc cum de hæres, & morte ſua mentio prius quam de titio fiat, dictio ſuam referri ad præcedentia non ad ſequentia debet l.ſi idem cum eodem §.fi.ff. de iuriſdi. om. iudi. habetur in l. talis ſcriptura ſupra de lega.1. ſequentibus porrò repetitio conuenit, vtrũ dicta in præcedentibus repetita in ſequentibus cenſeãtur tam & ſi ſequẽtium etiam ad præcedentia tractari repetitio ſoleat. vt habetur in l. in repetendis ſupra de lega.3.ceterum quod relatio ad ſequentia fiat, id receptum non perinde eſt, tractatur enim apud Doctorum vtrum ad ſuperiora proxima an ad præcedẽtia omnia fieri relatio debeat vnde aliena res à verbis, & mente tex.videtur, dictionem ſuam ad titium referre de quo poſtea tex.loquitur.

103 Secundò quod † ad hæredem referri dictio ſuam debeat, ex Soci.probatur in conſi.140.num. 3. in fi.& num. ſeq.lib. 1.vbi cum hærede ſcripto, ſibi teſtator ſubſtituit, dictionem ſibi ad hæredem, non teſtatorem referendam ſcribit, vt ad proxima relatio fiat. idq; ex Bal.confirmat in l. eam quam num. 21.C.de fideicom. in qua re obſeruandum, ratione fortiori dictum hoc Socini Alexandro obſtare. quoniam in ſpecie Soci.ſiue ad teſtatorem, ſiue ad hæredem, relatio fiat, ad præcedentia ſemper habetur contra hic ad ſequentia ſecundo dubitatio longe maior in caſu Soci.vertitur, quod ad teſtatorem in dubio referri non ad hæredem verba oportet l.cum in teſtamento ibiq; Bar. ſupra de auro, & arg. lega. glo. Bar. & alij in l.ex facto in prin.infra ad trebel. vnde ſi ad hæredem ibi relatio fit quamuis fieri ad teſtatorem poſſet longe facilius ad hæredem habenda relatio erit in d. l. acceptis quæ fieri ad teſtatorem non poteſt.

Tertiò ſenſui huic Alex. refragatur, quod in vſu teſtatores non habent, vt alicui poſt, mortem ſuam relinquant verum deſcendentibus, aut hæredibus eius relictum tum datur. quocirca admittenda interpretatio non videtur, per quam ad eum caſum lex. reſtringitur, qui accedere raro ſolet l.nam ad ea cum.ll.duabus ſeq. ff.de legib. c.coram verſi. ſed ſunt ibiq; Abb. de offi.delega.Iaſ.in l.cum filio colum. 11. num.6.ſupra de lega. 1.

Secunda item Alex. reſponſio textui non conuenit in d.l.acceptis, vt conditione fideicommiſſi particularis admiſſa, locus Caſtren. admirationi non ſit, quaſi id tex. innuat, vt in caſu omni apud hæredem futura pecunia non ſit. cum deficere conditio poſſit, quo caſu manſura apud hæredẽ vtiq; erit. inde enim admirationem quieſcere Alex.ſcribit, quod per cautionem tunc ſuccurſum fideicommiſſario ſit, de trebelliana reſtituenda, in quam imputatio facta pecuniæ non eſt, conditionis implendæ cauſa datæ.contraria enim textui memorato reſponſio hæc videtur. tex. enim generaliter loquitur, pecuniam hanc non imputari. quod manſura apud hæredem non ſit.atqui reſtrictionem in reſponſione hac Alex.tex. ille patitur, vt locum niſi eo caſu non habeat.quo conditio fideicommiſſi ſingularis impletur.

Secundò factum cautionis conditione fideicommiſſi ſingularis deficiente, Alex.ſubaudit, atqui de facto hoc cautionis tex. non loquitur. ob id præſumi ad interpretandum non debet l. quæcunq; §. qui à pupillo ff. de publica l.ſi emancipatũ ibi teq; emancipatum eſſe probaueris C. de colla. & id genus ſexcenta.

Tertiò reſponſioni huic Alex. obſtat, quod eius aut hominis non eſt, ad legem interpretandam ſubaudire Signorol.in conſi.245.num.8.per tex.in l.proſpexit ff. qui, & a quibus idem Bal. probat in conſi. 57.punctus quæſtionis colum. 1. poſt, med.lib.5.vbi à verbis legis recedendum non eſſe ait at ibi conſiſtendum vbi pedes lex.ipſa figit per glo. vltimam in l.ſi non fuerint ff.pro ſocio.neq; ſubaudire debemus Bal.inquit, vbicunq; ad modum determinatum lex. loquitur. id quia ad eum gloſatio pertinet, cuius eſt, legẽ condere l.fi. C. de.ll. quid ita, igitur ſubaditione hac cautionis ad l. interpretandam ſeu reſtringendam Alex.vtitur.

104 Quartò Alex.reſponſioni reſiſtit, quod vbi † locũ

cautio-

cautioni eſſe lex animaduertit, exprimere id ſolet vt in l.inſula.in ſi.ff.loca.l.ſi ſocius vnius, & l. etiam ff. pro Soci.l.videamus ff.de edili.edic. l. qui hæredi § 1. l.quibus diebus § ſi. ſupra de condi. & demon.l. 1 §. interdum ſupra eo.l. 1.in prin.infra titu. 1. l.cum hæreditas infra ad trebel. vnde ſi locum cautioni eſſe in d. l.acceptis conditione fideicommiſſi ſingularis deficiente,iuriſconſultus perſpexerat, mentionem de ea ſimiliter feciſſet, vt in ll. alijs permultis l. ſtichum qui meus erit ſupra de lega.1.l.ſi ſeruum §.non dixit prætor ſupra de acq.hæredi.l.vni.§.ſin autem ad deficientis C.de cadu.tollen.

Quintò locum imputationi de pecunia illa conditionis implēdę ſimpliciter,generaliterve tex.negat in d l.acceptis at enim locus ei ſine dubio eſſet ſi cautionem Alex. admittimus, in caſu videlicet, quo defectum conditione fideicommiſſum ſingulare ſit.

Proinde videndum circa ſenſum d. l. acceptis caſus duos in ea dirimi, vnum à ſenſu directo, alterum à contrario per ſenſum directum caſus explicatur, trebellianæ pecuniam non imputari, quæ remanſura apud hæredem non eſt,qui caſus reſtringendus ad caſum neceſſario videtur, quo extitura conditio fideicommiſſi eſt, id enim neceſſario præſupponitur, ſiquidem conditione deficiente,remanſura apud hæredem pecunia ſit,arg.l.qui teſtamento in prin. ſupra de teſta ſecundus caſus à ſenſu contrario explicari in d. l. videtur. vt locus imputationi ſit, quotiens remanſura apud hęredem pecunia ſit.id quod fieri nisi conditione fideicommiſſi ſingularis deficiente, nō poſſit.itaq; cum locum in caſu ſenſus directi imputationi non eſſe ratione illa tex. dicat, quod remanſura apud hæredem pecunia non ſit, neceſſario habilis præſuponit, ex quibus remanere non debeat. id autem fieri non aliter poteſt, niſi ex duobus alterum interueniat ideſt,vt fideicommiſſo conditionali admiſſo, ad eum caſum tex. reſtringatur, quo conditio extitura eius ſit.vel quod conditionale non eſſe fideicommiſſum præſuponatur ſecundum Alex. quamuis ſenſum iſtum nobis non placere ſupra oſtenderimus vnde rectius videtur, vt ad eum caſum dictum,& ratio tex.de imputatione omittenda, reſtringatur, quo conditio extitura fideicommiſſi ſingularis ſit.

Si dixeris,plus nimio ad modum hunc tex. reſtringi. & abſurdum videri caſum alium non explicari, quo conditio deficit, reſpondetur, & caſum illum decidi à ſenſu contrario. vt ius aliud ſeruandum ſit, ſi remanſura pecunia apud hæredem dicatur. quem caſum expræſſim declarandum iuriſconſultus non cenſuit.vt potè à controuerſia omni vacuum. & ad hunc modum tex.interpretando,locus opinioni eſſe Alex.poterit,vt caſu no deſideretur trebelliana reſtituenda, conditione deficiente. neq; tune argumenta noſtra mouent contra Alex. obiecta. quoniam ad eum caſum pertinent, quo expreſſim deciſus caſus iſte ſenſus contrarij in lege eſſet.ceterum cum niſi ex coniectura non veniat, neq; cum l. proſequatur dici non po eſt ; vtendum ſubauditionibus non eſſe in l.interpretanda.quoniam cum deciſus expreſſim caſus non ſit, vt dictum eſt, remiſſa interpretatio eius ſecundum ius commune videtur arg.l.ſi cum dotem in prin.ſupra ſolu.mat.

Iterum obiecturus quiſpiam, erit, imperfectionis defendi ad modum memoratum iuriſconſultum nō poſſe,qui executus caſum nō ſit,quo remanete apud hæredem pecunia potuit, conditione fideicommiſſo defecto ſed reſpondetur, curæ iuriſconſulto caſum hūc nō fuiſſe,qui ab omni dubitatione abeſſe videtur.

Sed vltra Caſtren.aliud obſtare in d. l. acceptis videtur.namq; trebellianæ fructus imputantur, qui percepti iudicio teſtatoris ſunt l. mulier §. ſi hæres infra ad trebellia. atqui fructus pecuniæ, de qua in d. l. acceptis, iuditio, & voluntate teſtatoris percipiuntur, à quo aſcripta dilatio fideicommiſſo particulari eſt, ipſiq; apud hæredem remanent. neq; fideicommiſſario ſingulari reſtituuntur, quid ita igitur in trebellianam ad vtilitatem mꝯuij,ſubſtituti vniuerſalis non imputantur.

Solutio fructus imputantur iudicio teſtatoris, pcepti vbicūq; ex bonis ipſis teſtatoris percipiūtur,ꝗ reſtitutioni fideicommiſſi cedunt. cæterum pecunia iſta conditionis implendæ cauſa dota in bonis teſtatoris nunquam fuit. inde limitatio nequaquam ſpernenda ad tex.colligitur in d. § ſi.hæres.

Difficultas altera in d. l. acceptis verſi.plane ſubeſt, cum centum accipi ſimpliciter teſtator iubet, neq; perſonam dicit,de qua accipi debeant, hæreditati iniunctum onus intelligi, atq; ideo trebellianæ centum illa imputari. rem enim indubitatā habere tex. videtur. quis enim dubitat, trebellianæ centum illa imputanda, quæ ex hæreditate,& iure hæreditario capiuntur, quandoquidem, & in falcidiam venirent l. deducta §. nummis infra ad trebel.

Sed reſpondetur, Imò de re controuerſa tex. illum æditum nullum quippe fideicommiſſum ita relictum videbatur propter incertitudinem.non enim relictum ſimpliciter fideicommiſſum eſt, verum ſub conditione,quæ ex ablatiuis abſolutis inducitur,centum acceptis. in qua conditione incertitudo circa perſonam verſatur, de qua accipi centum debeant. vtrum à fideicommiſſario, an ab ipſo hærede, & ſu-

105 per bonis hæreditarijs.incertitudo plane † circa perſonam, quæ declaranda ex euentu aliquo futuro nō eſt, diſpoſitionem viriat l.ſi ſeruus legatus §. huiuſmodi ſupra de lega.1.l.qui plures ſupra de vſufruc. lega. § incertis inſti. de lega.ſed,& libertati datæ incertitudo perſonæ obſtat l. cum ex pluribus ff de manu. teſta.Fulgo.in conſi.203.albertus col.2.poſt,med. vnde dubitationi huic occurendum iuriſconſultus cenſuit,oſtendendo,locum fideicommiſſo eſſe incertitudine hac non mouente. quoniam, & ſi incerta perſona ſit, de qua accipi centum debeant, quod ad teſtatoris verba attinet, declarationem tamen à iure accipit,vt hæres ipſe à ſeipſo, deq; hæreditate ipſa cētum illa accipiat.itaq; dubitandi ratio tota in incertitudine, aut imperfectione verſabatur. non etiam vtrum iure hæreditario centum illa haberentur.declaratione igitur à iure facta,vt hæreditati ipſi impoſitum onus cenſeatur,ideſt, vt ex hæreditate ipſa centum illa percipiantur, tum vero extra dubitationē omnem res ponitur, trebellianæ centum illa imputanda, ſiquidem,& falcidiæ cederent, vtpote quæ iure hæreditario habeantur.

106 Circa † ſextam oppoſi. Bar.trebellianam ex rebus hæreditarijs percipiendam atq; ideo legata conditionis implendæ cauſa relicta imputanda non videri, vtpote quæ in rebus hæreditarijs nunquam fuerint per tex.in l.iubemus in prin. C. ad trebel.per imprudentiam legata à Bar.appellantur, quæ ob conditionem implendam dantur l.ſi quis ſub conditione dandorum.x.ſupra ſi quis omiſſa cau. teſta. de quo dictū ſatis ſupra eſt, in ſecunda oppo.Bar.in tracta. trebellianæ vbi nec conditione ipſa impleta, legati titulum interuenire oſtendimus verum mortis cauſa capione rem haberi.

Gloſæ ſolutioni à Bar. relatæ per quā oppoſitioni ipſi cedit,vt vera oppoſitio in liberis primi gradus ſit, ne in trebellianā eorū imputetur, quod ob conditionem implendā accipiunt, Bal. ſuffragatur in d. l. filiū quem nu.6.Imola hic nu.3. quāuis de Bal. mentionē Imola non faciat.Ratione eadem vterq; mouetur,ꝗ dodrantem bonorum hæreditariorum liberi primi gradus reſtituunt. er go quadrans reliquus bonorum

rum hæreditariorum remanere debebit. quod vtiq; non fieret, ſi quod acceptum ſit, conditionis implēdæ cauſa, trebellianæ cedit, ibi enim, & quadrantem reſtitui bonorum hæreditariorum oportet, ne duplex trebelliana auferatur.

Si dixeris contra rationem memoratam, ad rem eam non attinere quaſi ad eum caſum reſtringi tex. debeat in d. l. iubemus, quo res alia non interuenit, quæ imputari in trebellianam debeat, vt quadrantē tum rerum hæreditariarum laturi liberi primi gradus ſint. cęterum imputationis cauſæ per d. l. non derogari, quominuus ſi quid ad liberos primi gradus, perueniat, quod imputationem admittat, imputari id oporteat. de quo genere in trebelliana id eſt, quod propter conditionem implendam datur reſpondetur, generaliter tex. loqui in d. l. iubemus, nonniſi dodrātem bonorum hæreditariorum reſtituendum, & conſequenter quadrantem retinendum. ergo generaliter intelligendum, ſiue ad liberos ipſos primi gradus res aliqua non hæreditaria peruenerit, in qua locus alias imputationi eſt, ſiue non peruenerit. ita Imola hic ſcribit num. 3. quamuis non ita explicatim declaret.

Sententiā diuerſam, vt priuilegiaria cauſa liberorum primi gradus in ſpecie controuerſa non ſit, quo minus imputationem eius quod ob conditionem implendam datur, trebelliana eorum patiatur. Bar. hic & maior Doc. pars poſt, Iaco. de aretio, amplectitur. in quam ſententiam Ripa etiam hic concedit nu. 79. ratione duplici opinio hæc iuuatur. prima Iaco de Arc. ꝙ niſi fructuum imputationem d. l. iubemus prohibet. quocirca ad fructus limitata extendi ad ea non debebit, quæ conditionis implendæ cauſa dantur l. in agris ff. de acq. rerū dom. rationē alteram, & ipſam efficaciorem Bar. adducit ꝙ non ſolum ad fructus limitata l. ipſa videtur, verum etiam extenſionem ad caſus alios in fi. non admittit. qua extenſionis prohibitione interueniente, extra controuerſiā poſita res videtur.

Sententia hac Bar. & crebriore admiſſa, Bal. & Imolæ arg. non mutat. quadrantem bonorum hæreditariorū apud liberos primi gradus remanere oportere per tex. d. l. iubemus ergo imputationem in antecedens neceſſarium, eorum excludi, quæ in bonis hęreditarijs non ſunt. quoniam conſequentia falſa Bal. Imolaq; vtuntur. recta quippe conſequentia non eſt, reſtitutio dodrantis in bonis hæreditarijs fit, ergo retentio quadrantis in bonis etiam hæreditarijs ſolum modo ſit, ita vt imputationem eorum non ferat, quæ extra cauſam hæreditariam ſunt. inſtantia enim in eo aſſertur, quod ob conditionem implendam datur, quod imputationi cedit, quamuis hæreditarium nō ſit. vnde ſi Bal. atq; Imolæ rationem admittimus, non modo in liberis primi gradus, ſed, & in alijs omnibus hæredibus grauatis, extraneis etiam, ius idem ſeruandum erit. ſiquidem, & ad eos Bal. atq; Imolæ ratio ſpectat. à quibus reſtitutio dodrantis vſq; adeo fieri in corporibus hæreditarijs debet, vt facultas hæredi grauato non detur, loco rerum hæreditariarum eſtimationem offerendi glo. in l. non amplius §. fi. ſupra de lega. 1. pro qua ſententia inepte ſatis tex. vocatus à Ripa eſt, in l. reſtituta infra ad trebel. ſed enim iuri euidenter repugnat, quod conditionis implendæ cauſa datur, trebellianæ contra extraneos nō imputari. qua igitur ratione falſa conſequentia Bal. & Imolæ in liberis remotioribus, & alijs extraneis eſt, ꝗuis ratio eadē per omnia interueniat, quæ in liberis primi gradus expreſſa à Bal. & Imola eſt, ita non falſa eſſe conſequentia hæc, & in liberis ipſis primi gradus non poteſt.

Secūdò Bal. atq; Imolæ arg. diluitur. ratione enim illa nituntur, quod reſtitui dodrans in bonis hæreditarijs debet. ſed finge pluſquam dodrantem in rebus hæreditarijs reſtitui proter imputationem, an non reſtitutus dodrans in bonis hæreditarijs dicetur. cum in ſumma maiori minor contineatur l. cum furti ff. de in litem iuran. quocirca conſequentia non procedit, reſtitui dodrans in bonis hæreditarijs debet, ergo & in bonis hæreditarijs retineri quarta debebit. cum fieri dodrantis reſtitutio in bonis hæreditarijs dicatur. etiam ſi vltra dodrantem reſtitutio fiat. quo caſu neceſſe eſt, per imputationem [illegible] non hæreditariæ quadranti ſatisfieri, aut quartam haberi.

Tertiò ſignificatius Bal. atq; Imolæ conſequentia proſternitur. quod dictionem taxatiuam neceſſario in conſequentia ſubaudiunt. dodrans reſtitui in bonis hæreditarijs debet, ideſt, dodrans dumtaxat. non etiam dodrante amplius. ad quem modum locus eſſe conſequentiæ poſſet. ceterum ſi taxatiuam tollimus in d. l. iubemus, illico conſequentia euertitur. ſtatim enim vt pluſquam dodrantem reſtitui poſſe in d. l. iubemus, admittimus, actum de conſequentia Bal. atq; Imolæ eſt, ſiquidem eo caſu per imputationem rei non hęreditariæ neceſſe eſt, quartā haberi. ſed enim admittenda conſequentia non videtur, quæ taxatiuæ carere ſubauditione non poteſt, ſiquidem ſubaudiri taxatiua regulariter non ſolet glo. in l. 1. C. ſi aduer. rem iudi. Sgnotol. in conſi. 17. col. 2. Corn. in conſi. 49. col. 2. lib. 2 proinde ſubaudienda taxatiua in d. l. iubemus non videtur dodrans reſtitui in rebus hæreditarijs à liberis primigradus debet ergo pluſquam dorantem reſtitui non oportebit, imputatione rei non hæreditariæ interueniente.

Quartò expreſſum in d. l. iubemus non eſt, in bonis hæreditarijs quartam retinendam. verum tacite id à Bal. Imolaq; deducitur, ꝙ in bonis hæreditarijs reſtitui dodrans debet. quaſi quarta, quæ reſtitutioni non cedit, in bonis retineri hæreditarijs debeat. vnde per ſenſum hunc, tacitum, & ſubauditum correctio iuris ſequitur. iure quippe expreſſum eſt, ex his trebellianam retineri, eaq; in eādem imputari, quæ conditionis implendæ cauſa dantur, quamuis hæreditaria
107 non ſint. at enim † iuris correctionem per ſenſus tacitos, ſubauditoſq; admitti, aut induci non conuenit. glo. in c. capientes § ꝙ ſi per viginti in ver. petere. & in ver. priuatos de electio. lib. 6. Fulg. in l. vt liberis nu. 5. per glo. ibi C. de collatio. quem Curti. ſen. refert in conſi. 68. dominus Ioannes num. 4. idem Areti. probat in conſi. 27. nu. 4. Soci. in l. marcellus §. 1. col. 1. in fi. infra ad trebel. in conſi. 122. nu. 3. lib. 3. & in conſi. 35. nu. 6. lib. 4. Iaſ. in l. ſi arrogator nu. 51. verſi. ſed nō eſſe tutum reſponſum ff. de adoptio. in auctēn. nouiſſima num. 68. C. de inoffi. teſta. & in l. ſicut certi. num. 9. C. de teſta. mili. Soci. iun. in conſi. 131. num. 50. lib. 1. Immo enim econtrario permitti ſubauditio ſolet correctionis, aut contrarietatis fugendæ cauſa Abb. in c. gratum num. 2. de offi. delega. pro quo glo. videtur in c. atraldus 8. q. 3. quam Riminal. vocat in conſi. 70. nu. 11. lib. 1.

Si dixeris, facilè correctionem in d. l. iubemus admittendam, poſtquam correctorium ius continet ne in quartam fructus liberis primi gradus imputentur. ius enim ffonum. corrigitur, quo per omnium conditio circa fructus imputandos erat l. in fideicommiſſaria infra ad trebel. reſpondetur argumentum retorquendo. poſtquam correctoria iuris antiqui d. l. iubemus eſt, ſtrictis ſine eam intelligendam, vt quamminimum poſſit, commune ius corrigat. l. 3. §. hęc verba ibiq; Bar. ff. de nego. ge. l. 1. §. ſi is qui nauem ff. de exercitor. l. ſi. vero §. de viro. ſupra ſolu. matri. l. quod conſtitutum ibiq; Bar. ſupra de teſta. mili. l. ſi quando in prin. C. de inoffi. teſta. l. 2. C. de noxal. l. ſancimus. C. de teſt. l. præcipimus in fi. C. de appella. Bar. in l. omnes populi nu. 56. verſi. & iſtud eſt, verum plenius num. 60. ff. de iuſti. & iure idcirco

ad ca-

ad caſum expreſſum reſtringi diſpoſitionem correctoriam oportet gl.in cle.1.in ver.eligatur de elect. in c.licet canon in ver.parrochialis.eo.tit.lib.6.glo.fin.in c.ſi pauper de præben.eo.lib.Soc.in conſ.30.nu.19.& ſeq.lib.1.itaq; cum niſi in fructibus tex.non loquatur, & corrigat in d.l.iubemus, extendi ad alia non debebit,id quidem in primis,quòd in fin. eius extenſio ꝓhibita ad caſus alios eſt.

Secundò rñdetur,tolerabilius eſſe, parum,aut nihil diſpoſitionem operari, quam vt correctio inducat. Alex.in conſ.33.col.2.poſt med.ver.item reſpondeo. lib.1.ex Gemin.in c.ſi Papa de priuil.lib.6. idem Soc. probat in conſ.38.nu.6.ver.præterea poſito, ꝙ ſtatutum lib.1.quid hic dicendum,vbi non paululum. d.l. iubemus operatur, ius antiquum in fructibus obliterando, dictum tamen Alex. vt inutile ſtatutum fieri committatur,potiuſquam correctio iuris inducatur, pro expedito hic non habeo.per tex.in auct.ex teſtamento,ibiq; Fulg.Rom.& poſteriores.C. de collatio. & apud nos in conſ.92.nu 5.in conſi.201.nu.13.Cald. huc accedit in conſ.13.in prin.de præben.

Circa doctr.Bar cum materiam trebellianę recol-
108 ligit,caſus duos † principaliter diſtinguit,primus caſus eſt,quotiens extra teſtamentū falcidia capitur,ſecūdus,cū ex teſtō, in primo caſu parē quartę vtriuſq; conditionem eſſe falcidiæ, & trebellianæ Bart. ait, vt quibus caſibus extra teſtamentū falcidia capitur,eiſdē & trebelliana percipiatur, appoſitè magis ſcriptum à Bar.fuerat,vt quibus caſibus falcidiæ imputantur,quę accepta inter viuos ſunt, trebellianę eadem cedant, minus aptè enim falcidiam,trebellianamvè extra teſtamentū capi Bar.ſcripſit,ſi quidē de his quarta non detrahitur,quæ inter viuos conferuntur, vnde cū circa imputationē cōtrouerſia verſetur,nō de ipſo principali,de quib.quartæ detractio fiat,aut quarta capiaī de imputatione à Bar.ſcribendū,non de quarta capiēda erat,inficias tamen non imus,defendi Bar.à mēte, & effectu poſſe,ꝙ ſi extra teſtamētum accepta imputātur,in eis capi quarta intelligitur,ſic per imputationem de his capi quarta dicitur, quæ extra teſtamentum obueniunt,expreſſius tamē, & accommodatius explicata à Bar.res per imputationem fuiſſet.

Ratio huius primi caſus in manifeſto eſt,à fortiori argumentando, etenim ſi res extra teſtamentū accepta falcidię imputatur,longè magis imputanda in trebellianā nō ęquè priuilegiatā erit,vt l.hac probatur.

Secundò videndū in dictis his Bar.numero.n.multitudinis loquiī,eiſdē modis extra teſtū trebellianam atq; falcidiam capi,perinde quaſi modo plures interueniant,quibus extra teſtamētū capi falcidia debeat, cum non pluſquam modus vnus ſuppetere videatur, ideſt cum ita actum expreſſim,aut tacitè eſt.l.cū quo §.fin.ſupra eo. de quo dictum ſatis in ſecunda Barto. oppoſit. in tractatu falcidiæ eſt.

In ſecundo caſu quotiens ex teſtō quid accipitur, differentia inter falcidiā,& trebellianā verſaī, de qua in l.hac in prin.& ex doctr.Bar.in caſu hoc ſecūdo,cū ex teſtamento quid accipitur, regulam Ripa hic deducit nu.81.ꝙcquid ex teſtamēto capitur,trebellianæ id imputari, deinde ex regula illationes deriuat, inter cæteras illam,quæ à ſenſu contrario emanat,quæ extra teſtamentum capiuntur,in trebellianam non venire, vt hic apud Ripam.nu.84.

Sed enim nihil erat,ꝙ illationis vice dictū hoc Ripa poneret, vtpotè ꝙ ꝓ regula expreſſa traditū apud Bar.eſt,tam in recollectione trebellianę,ꝗ̄ in tertia oppoſi.ſub tractatu ipſo de trebelliana, idq; ex tex.ꝓbatur in l.pater filiam.ſ.eo.& in l.debitor,§.fin. infra ad trebel.quæ legib.vocatæ apud Bar.ſunt in d.oppoſi.3. ibiq; declaratum,qūo fides dicti huius fieri ex tex.poſſit in d.§.fi.vbi verbum factū de imputatione non eſt. in eandē ſnīam tex.videtur in l.mulier.§.fi.& in l.à filia in prin.infra ad treb.quas.ll.Signo.nominat in cōſi.20.in 2.q.ſed videndum,quo modo ad rē hanc attinere tex.poſſit in d.l.mulier.§.fin.Non inepiè tex.ille citatus à Signorolo eſt. Quartę.n.detractio in effectibus trebelliani cōnumeratur, quos gl.cōmemorat in l.ex teſtō.C.ad l.fal.ſic à trebelliano quartæ deductio pendet,locus planè trebelliano nō aliter eſt,niſi ſi hęres directus,& quaſi talis rogetur.d.§.fin.Hęres porro directus niſi in his haberi quiſquam non poteſt, quæ relicta ſub teſtamento ſunt. quocirca ad ea trebellianam non pertinet,in ijs quarta ex trebelliano non accipitur,quę relicta extra teſtamentum ſunt.

Pro eadem ſnīa,ne trebellianæ cedant, quæ extra teſtm̄ capiuntur,textū.l.huius in quartam Fulg. vocat in conſ.96.Antonius col.2.poſt med.in 2.dub.Quem mirum facio,citatum à Bar.alijsvè non eſſe,probatio planè non obſcura deſumi ex.l.hac videtur, vbi cum dictum in prima regula ſit, ea falcidiæ ſolūmodo cedere,quæ iure hæreditario habentur,lauorē in trebelliana imputationem quidē fieri tex.ait,verū quæ amplius imputari in trebellianā ait,niſi ex teſtō,aut codicillis ea non capiuntur, ex legato, fideicommiſſo,aut cōditione implēda,quo circa excluſa alia ab imputatione videnī,q̄ ex teſtō non obueniunt.l. cum præter. ff.de iud. Ex regula memorata, quā pro illatione Ripa habet,quæ extra teſtamentum capiuntur,trebellianæ non imputari,illatio conſequitur, feudū, aut emphitheoſim extra quartam eſſe,ſeu trebellianæ nō imputari,cum ex teſtamento non habeantur,verum ex inueſtituris maiorū,atq; ideo iura hęreditaria nō habentur.gl.Caſtr.& Ale.in l.ſi patroni in prin. infra ad trebell.Ripa hic nu.84.Iaſ.in l.qm̄ nouella.nu.9. C.de inoff.teſt.& in l.illud col.2.C. de collatio. & quamuis de imputatione in legitima Iaſ.loquatur,rō tamē fortior in trebelliana verſatur,ſi quidem plura legitimæ, ꝗ̄ trebellianæ imputantur,vti videre eſt in d.l.qm̄ nouella,vnde qua ratione à trebelliana ad falcidiā argumentari negatiuè licet,non imputatur in trebellianā, longè minus in falcidiam,quia à maiori arg.colligiī, ita argumentandi ius à legitima ad trebellianā negatiuè,ratione fortiori erit,non imputatur feudum, aut emphitheoſis in legitimā,multo minus in trebellianā, ſic ad hunc modū argumentando, à ſnīa hac, & Iaſ. ſtare conſtat,ſecundo cum id in legitima Iaſ. ſcribit, gloſæ teſtimonio vtitur in d.l.ſi patroni in prin. in gl. 1.in fin.quæ in trebelliana loquitur,ob id ius idem, & in trebelliana ſeruandum,non obſcurè Iaſ.ſentit.

Locum illatio hæc de feudo, in feudo proprio rectovè habet,in quo ex lege ipſa feudali ſucceditur nō iure hæreditario,ꝙ in feudo proprio ceſſat,in quo ex contractu,& conceſſione domini, non ex titulo hæreditario ſucceditur.c.1. §. & hoc notandum qui feu. dare poſ.c.1.in prin.& §.1.de ſucceſ.feu.Bar.in l.item videndum.§ fi.ff.de pet. hæred. & in l.vt iuriſiurandi. §.ſi liberi nu.2.ff.de oper.liber.Fulgo.in conſ.32.col.1. cir.med.& in cōſ.228.Antonius col.2. poſt med. talè enim feudum, neq; in fideicommiſſi reſtitutionem, neq; in quartæ imputationem venit, cum ſubijci fideicommiſſo à vaſſallo nequeat,cui ius de feudo diſponendi,neq; inter viuos, neq; ex voluntate vltima competit in agnatorum perniciē.d.c.1.de ſucceſ. feu. c.1.in prin.de proh.alie.feu.per Freder.c.1.de prohib. alie.feu.per Lothar.c.quæ in eccleſiarum de conſtitu. Locumq; id habet, etiam ſi ob cauſam neceſſariam feudi alienatio fiat ob creditores puta dimittendos. c.1.quali.feu.poter.alie.Dec.in conſ.445. nu. 24.

Cauſa alia videtur,ſi proprium, aut rectum feudū non ſit,at hæreditarium, in qua re monendi ſumus,
109 hæreditarium † feudum dupliciter diſtingui,primū, quod hæreditarium ſimpliciter,& abſolutè eſt, ita vt ad hæredes omnes extraneos, etiam ambulet quale id eſt,ꝙ pro ſe,& hæredibus quibuſcunq; conceditur, Quod feudum ad exemplum rerum paganicarum ſimpliciter redigitur, atq; ideo facultatem eius alie-

Zz nandi

nandi,tam ex contractu,quam voluntate vltima vaſſus habet,inde per fideicõmiſſum relinqui id poterit, in quartamq; ſimiliter imputabitur,ac res cæteræ hæreditariæ non feudales, ſecundò modo feudum hæreditarium non ita ſimpliciter, aut abſolutè dicitur, at ſecundum quid,quale id eſt,ꝙ ex prouidentia,& conceſſione ſuperioris competit,non ex titulo hſ̃ditario, veluti cum pro ſe,& hæredib.vel pro ſe,& filijs hæredib. feudum acquiritur,quod niſi agnatis maſculis,& alijs non debetur,qui ex l.ipſa feudali inuitantur, hactenus hæreditarium dicitur,vt neceſſe ſit,hæredẽ primi acquiſitoris, aut vaſſalli nouiſſimo loco defuncti eum exiſtere, qui venire ad feudum vult, ſic mixtura quædã feudi proprij,& hæreditarij in feudo hoc hæreditario ſecundum quid,inuenitur,diſtinctionẽ hanc feudi duplicis hæreditarij explicatã habemus in cõſi. 256.col pen. in fin. & ſeq. de qua re traditum ẽt apud Soc.iun.eſt in conſ.103.nu.33.in conſ.112.num.5. & duob.ſeq.& in conſ.114.nu.9.& ſeq.lib.2.Iul.Clarum lib.4.ſententiarum receptarum.§.feudum.q.9. in feudo igitur hæreditario ſimpliciter,& abſolutè, locum illatio non habebit,ratio alia feudi hæreditarij ſecundum aliquid, videtur, quod ſub bonis alijs contineri fideicommiſſis non creditur.

Illatio altera ex regula memorata conſequitur,donationem pp nuptias,lucrum dotis,quod pacto, ſtatuto,aut conſuetudine maritus facit, in trebellianam nõ imputari,ſi hæres ab vxore ſcriptus,alijq; reſtituere rogatus ſit,in quartam enim non imputat, ꝙ inter viuos conſequitur, idem è contrario ſi vxor hæres à marito facta alij reſtituere hæreditatem iubetur, nec ipſa quartæ imputare cogitur, quę extra teſtamentũ, pacto conſuetudine,aut ſtatuto percipit, vt hic apud Ripam nu.85.per text.in l.quod de bonis.§.ex donationibus ſupra eodem.

Sed enim non rectè ſententię huic applicari text. poteſt in d §.ex donationib.Principio.n.in donatione inutili inter coniuges reſtituenda loquitur, quę de bonis mulieris,cui donatum eſt. ęris alieni vice detrahitur, vt eo minus legatarij accipiant, ſpecies planè controuerſa,quę ad imputationem ſpectat, accommodari ad id nequit,quod de hęreditate eximitur,de quo imputãdo ineptè tractatur,remanere enim apud hęredem rem oportet,vt imputatio eius fiat.d.l.acceptis infra eo. quid in d.§.ex donationibus dicendum, vbi non modo apud hęredem donatio inutilis non remanet, verum tempore vllo futura apud eum non eſt,cum detractio eius tanquam æris alieni fiat.

Secundò ad rem tex.illum non facere, ex regula illa apparet,vbicunq; de aliquo diſceptatᷣ, habilia aliũdè præſupponi.l.qui teſtõ in princ.ſ̃.de teſta.l.1.§.lex falcidia ſupra eod.c.1.ibi ſi aliud non obſtat, de ita.& quali.& alia non pauca, ſed enim fruſtra de imputatione in d.§.ex donationib.quęritur, imputandi poteſtate ſublata,cum in facultate, aut iure hęredis donatio non ſit,quam retinere, & imputare non poteſt, verum alij eam reſtituere neceſſe habet.

Tertiò ſignificantius,atq; expreſſius ineptè tex.illũ à Ripa vocatũ oſtenditᷣ, quęſtio nr̃a in eo verſatᷣ,an imputari quartę id debeat,ꝙ extra teſtm̃ ad hęredẽ a defuncto peruenit,atqui nihil ad hęredem à teſtatrice in d.§ ex donationib.x̃.teſtm̃ peruenit, verũ à marito ad teſtatricẽ ipſam donatio illa profecta erat, ꝙ ſi ad hęredem à teſtatrice perueniſſet,quia inutilis puta nõ fuiſſet,vel alias morte mariti donatoris confirmata, vtiq; ex teſtamento,& quaſi hęres, hęreditarioq; iure conſecutus eam fuerat,quo circa imputationi locus, & in falcidiã,nedũ in trebellianã fuiſſet, mulier planè ipſa donataria nõ imputaret.l.ſequẽs q̃ſtio.ſ̃.de leg.2.

Vnde appoſitè magis ad ꝓbationẽ illationis huius ſecundę tex. citatus à Ripa fuiſſet in d.l. ſequens q̃ſtio vbi donatio inter coniuges morte confirmata extra cãm fideicõmiſſi eſtimatur,ſeu reſtitutioni fideicommiſſi non cedit, ſi vxor donataria hæres à marito ſcripta,alijq; rogata reſtituere ſit, etenim q̃uis morte vires accipiat,ex teſtõ tñ accepta non eſt,at inter viuos, inde fit,vt aditionem hæreditatis non deſideret.l.filiæ ibiq; gl.C.famil.her.Imol.hic col.4.cir.med.ver.item adde dictis Bar.ita à fortiori tex.ille probat, nãq; ſi x̃. cãm fideicõmiſſi donatio inter cõiuges initio ipſo inutilis dr̃.q̃uis morte cõfirmetᷣ,lõgè magis ius idẽ ꝓbandũ in donatione pp nuptias,aut lucro dotis ex pacto ſtatuto,aut cõſuetudine, in quo lucro vitij, aut nullitatis quicq̃ initio ipſo non eſt,& conſequenter vires à morte nõ accipit, q̃uis executio eius in tẽpus mortis conferatᷣ.Sed q̃uis,x̃ fideicõmiſſum donatio id genus inutilis initio ſit,q̃ morte cõfirmatᷣ,in fauorẽ eius, cui donatᷣ,attñ ſi à donatario ipſo hæres alius ſcribitur,& rogatᷣ,extra cãm tunc fideicõmiſſi non erit, imò n.& reſtitui ex fideicõmiſſo,& imputari quartæ debebit,ſi aliud nõ obſtet,idq; ex tex.probatur in d.§.ex donationib.à ſenſu ꝯ̃rio, idcirco.n. detractio ibi donationis huius tamq̃ æris alieni fit, ꝙ præmortua marito donatori vxor donataria eſt,atq; ideo reſtitui marito eã oportet,vt potè morte non confirmata, aliud igitur non obſcurè tex. innuit, ſi robur donatio viri morte accepiſſet, ibi enim idem de ea, atq; de bonis cæteris hſ̃ditarijs iudicãdũ, vt fideicõmiſſo,ĩputationiq; cedat.

110 Illatio tertia ex regula memorata cõſequitur,inſ̃ trebellianam non imputari,ꝙ ex.l.hac edictali.C.de ſec. nup.filius conſequitur,id quia à lege id extra teſtamẽtũ,non à teſtatore, aut ex teſtõ filius conſequitur, vt Ripa hic ſcribit. nu.85 idq; vacuũ ab oĩ dubitatione eſt.ſiquidem, nec legitimæ id cedit, vt ex Bertra. Ripa hic oſtendit,idem Fulg.latè probat in d.cõſ.196. Antonius,& apud nos in cõſ.194. in pri. ſi legitimę id nõ aſcribitur,ꝙ ex d.l. hac edictali filius anterioris coniugij percipit,longè minus aſcribendũ trebellianę erit, cum pauciora trebellianæ, quam legitimę imputentur,vti inferius videbimus in materia legitimæ.

Sed quęſtio hic de eo occurrit,ꝙ ex relicto filio naturali ꝑter modũ legis,ad filiũ iuſtũ applicatᷣ,vtrũ trebelianę ĩputari filio id legitimo,& naturali à patre rogato debeat. Prima rõne imputandũ non eſſe quiſpiã dixerit,id qa extra teſtm̃, à lege ipſa filius id cõſequitᷣ, ſed.n.iure hæreditario apud filiũ iuſtũ id manere, atq; ideo falcidiæ,nedũ trebellianę imputandũ,oſtendi ex tex.videtur in l.ex aſſe,ibiq; gl. & Alex. ſupra eodem.

Cõſequens ſnĩę huic neceſſariò fit, ꝙ a filio naturali per.l.auferᷣ veluti.ſ̃.modũ relictũ, nõ aliter filio legitimo,& naturali deferri,niſi ſi hęres patris ſit, aliter quippè qũo apud eum id manere iure hęreditario poſſet,idq; & Rom.admittit in conſ.43.in 3.dub.Iaſ. in conſ.68.col.7.in fi.lib.3. Quæſtio prima Barto.explicata in ſuperioribus poſt Ripam nu.14. eſt.

111 Quæritur ſecundo apud Bar.quid † ſi quarta ꝑmixta incurrit,hærede puta fideicõmiſſo vniuerſali,legatiſq; ſingularib.onuſto,quo caſu quarta de oĩb.excipitur,tã de fideicõmiſſo,q̃ legatis.l.marcellus.§. idem pomponius.ſ̃.ad treb.Qũo faciẽda imputatio in mixtura hac erit,etenim cũ falcidia de legatis trebelliana de fideicõmiſſo vniuerſali detrahatur.aliam falcidię, atq; trebellianæ imputationem eſſe certum eſt. Reſpondet Barto. omnia tunc trebellianæ imputanda, Omnia ſubaudi,quæ imputari trebellianæ ſolent, ſed quæſtionis eſt,vtrum imputatio hæc vtilis legatarijs fiat,quominus integra contra eos falcidia detrahatur Reſpondet Bar.non prodeſſe, vt quarta minus præſtent,ſemper enim quarta præſtabitur proderit tamẽ imputatio hæc,legatarijs, vt locum detractionis imputatio habeat in fauorem fideicõmiſſarij facta,ideſt vt pro detracta quarta habeatur ꝯ fideicommiſſariũ. Conſequenter hæreditas tota in falcidiæ ratione ineũda legatarijs non computabitur, quaſi nihil ex ea detractum contra fideicommiſſarium ſit, verum id ſolum ex hæreditate reſtituenda legatarijs computabitᷣ,

quod

quod daturus hæres fideicommiſſario fuerat, ſi nihil quicq̃ ab eo percepiſſet, ſic pro detracto habebitur, quod detrahendum fuerat, atq; ideo ex eo, ꝙ pro detracto contra fideicõmiſſarium habetur, quarta amplius contra legatarius non deducitur perinde quaſi incluſum ſub fideicommiſſo non fuerit. arg. l. neſennius. §. 1. ſupra eod.

Obſeruandum primo in hac q. Bar. vt locus quartæ permixtæ ſit, hoc eſt, vt ꝯ̃ legatarios, & fideicommiſſarium vniuerſalem detractio eius fiat, neceſſariu non eſſe, vt dodrantem legata excedant, imò enim ius idem ſeruandum, & ſi infra dodrantem ſint, vnde legata ſimpliciter relicta vna cum fideicommiſſo vniuerſali Bar. hic obſeruat, idem Imola facit. col. 3. circa med. ver. quid autem ſi per eundem hæredem, idque ratione oſtenditur, quæ ab abſurdo vitando deducitur. l. nam abſurdum infra de ope. liber. Etenim ſi maiora dodrante legata eſſe oporteat, vt quartæ locus permixtæ ſit, abſurdum conſequitur, vt quartam hęreditatis totius hæres non ferat, imo enim fieri poterit, vt niſi quartę quartam non habeat, ſi dodrante te nus relicta legata ſint, ex eis enim detractio non fieret cum dodrantem non ſuperent, ſic niſi quadrantis reſidui quartam auferret. quo quid abſurdius.

Secundo obſeruandum, infructuoſam. q. hãc Bar. non videri de quarta mixta, ſeu naturæ duplicis, ideſt partim falcidiæ, partim trebellianæ iure detrahenda, quaſi ſatis eſſe videatur, quartam vnã, vniuſq; naturæ deduci, vtilitatem. n. & effectum quæſtionis huius ex imputationib. Bar. demõſtrat, q̃a pro diuerſitate quartarũ, diuerſę quoq; imputationes fiunt, vt hac. l. ĩ prin.

Secunda vtilitas mixturę huius ex eo item emanat ꝙ diuerſa cauſa falcidiæ, atq; trebellianæ circa amiſ-
112 ſionem eſt, ſi quidem † ob inuentarium omiſſum perire falcidia ſolet. §. ſi vero non fecerit in auten. de hæred & falcid. ꝙ ꝯ̃ in trebelliana eſſe, verbis pluribus demonſtratum habemus in conſ. 17. cui ſententię Signor. accedit in conſ. 189. nu. 4. & in conſ. 238. colu. 7. Cuman. in conſi. 126 proponitur, ꝙ Bartholomæus in fi. eandem opin. receptam prodocimus à padua teſtatur Cuma. ſubſcribendo in conſ. 70. col. fin. variatũ tñ apud Cuma. legitur in conſ. 45. ſtantè ſtatuto Vincentiæ, col. 2. in prin. verſ. ſed ſi quæratur de trebellianica ſententiæ huic Ruin. etiam adſtipulatur in conſ. 48. num. 18. lib. 2. eandem ſententiam frequentiorem Ruin. idem aſſerit in conſ. 57. col. 4. in princi. in conſi. 112. col. pen. poſt med. eo. lib. 2. ibi rationibus opi. hãc iuuat vna, atq; altera, eandem opi. crebriorem Ruin. idem affirmat in conſ. 135. col. 5. in fin. lib. 3. & in cõſ. 152. in fin. lib. 5. in quo conſ. 152. Doc. alioſ non paucos in ſententiam hanc reſpondiſſe refert mutatum tamen Ruinum inuenient, à quibus reſponſa eius pręlecta erunt, eiuſdem ſententiæ Caſtellionens eſt apud Mathelila. nota. 158. nota, quòd hæres Caſodor. deciſ. 3 nu. 6. de reſta. fol. 216. Ripa hic nu. 6. in fi.

Quod dicitur, imputationem hanc in quarta mixta, ex qua parte in trebellianam fit, neq; lucroſum, neq; damnoſam eſſe, idq; ſolũmodo efficere, vt pro detracto habeatur, quod hæres imputat, perinde vt ſi nihil quicquam hæres habuiſſet, ꝙ imputaret, & conſequenter, vt hæreditas, ſeu bona hæreditaria omnia fideicommiſſario reſtituta, aut reſtituenda in ratione l. falcidiæ ineunda, legatarijs non computentur, ita vt ex omnibus falcidia detrahatur, ſed deductione imputationis facta, cauſamq; ipſorum legatariorũ à fideicommiſſario ſeparari circa imputationem, & contributionem fideicommiſſi, & legatorum fieri, locum ita habet, quotiens ab hæredæ quartæ facienda detractio ſit, eã alia videtur, ſi inter fideicommiſſarium, & legatarios controuerſia circa contributionem ipſam vertitur, quia legata præſtari ab ipſo fideicõmiſſario oportet, cui reſtitutio hæreditatis facta ante ſolutionem legatorũ eſt, tum. n. ad modum a Bar præſcriptũ contributio non fit, verũ ad formam. l. 3. ſ. ad trebel. vt Ripa hic ſcribit nu. 89. modus plane contribuendi alrius à textu repetẽdus in l. 2. co. tit. eſt, cum qua coniuncta, & per aduerſatiuam, l. 3. ipſa eſt.

In qua re explicanda monendi ſumus, nihil aliud contributionem, niſi permiſtionem, aut collationẽ eſſe, per quam fideicommiſſum vniuerſale, & legata ſingularia vna ſimul cõfunduntur, permiſcentur, aut conferuntur, ita vt ex omnibus ſimul collatis quartæ deductio fiat, in quam ſignificationem contributionis vocabulum, ita tex. accipit in l. 1. §. præterea ſciendum. ff. de ſepar. ibi nec ferendus eſt. l. Inde verbò cõfundere in eandem ſignificantiam tex. vtitur in l. pater filiam. §. fin. ſ. co. cã planè contributionis huius faciẽdæ ea eſt, ne iniuria fideicommiſſario legatarijsvè fiat ſi non ꝯ̃ oẽs pro rata, verũ ꝯ̃ partem alterutram ſolummodo, quarta ipſa detrahatur, ideſt aut contra fideicommiſſarium, aut contra legatarios, ſic æqualitatis ſeruandæ nomine introducta cõtributio apparet, itaq; ſicut ab vtraq; parte quartam accipi cõuenit, ita illud neceſſariò ſpectandum, quantum in legatis, & quantum eis detractis, in fideicommiſſo vniuerſali ſuperſit, aliter quippe intelligi non poteſt, quantum à parte deduci, vtraq; debeat. Significatione hac contributionis, & ratione eius ita prænarratis, modum eius
113 † faciendæ inter fideicommiſſum vniuerſalem, & legatarios hæreditate reſtitata, iuriſconſultus docet in d. l. 2. & 3. infra ad trebel. ibiq; referre putat, vtrum relicta legata ſimpliciter ſint, hoc eſt à neutro nominatim, ſeu neutrum nomine proprio grauãdo, neq; hęredem, neq; fideicommiſſarium veru ab hęrede quaſi hærede, vel hæredis mentione non facta, data legata, ant relicta ſint, an vero ab hærede relicta nominatim ſint, nomine proprio legatis eũ onerando, vt puta ſei tales res talibus dato, priore caſu cum ſimpliciter legata relinquuntur, oneri hęreditario aſcribuntur, atq; ideo detractio eorũ de hæreditate fit, ſimiliter, vt à toto pars deducitur, qua detractione legatorum de hæreditate facta, in eo, quod ſupereſt, fideicommiſſum conſiſtit, exempli cã ſi quadringentorũ dominus trecentos nummos legat, ex centum reſiduis fideicommiſſum erit, ex quib. vigintiquinq; trebellianę iure, ex ccc. legatis ſeptuaginta quinq; falcidię nomine percipiuntur, ſic quartam mixtam in centum, ex hr̃ditate tota hæres habet hoc ita, ſi ſponte hæres adit, ꝙ ſi coactus, in locũ eius fideicõmiſſarij ingreditur, qui plus legatarijs non præſtat, quam habituri ab hærede fuerant, ad caſum hunc priorem tex. pertinet in d. l. 2. infra ad trebel.

Secundo caſu cum hæredi nominatim onus iniũctũ legatorũ eſt, ad onus hæreditatis legata nõ pertinẽt, neq; detractio eorũ de hæreditate fit, verũ hęredẽ ipſum, non quaſi hæredem, at veluti ſeium puta, onus ipſum legatorũ ſequit̃, inde fit, vt minus fideicõmiſſum, minorvè hæreditas ob legata nõ fiãt, imò. n. ex hæreditate vniuerſa, ſine vlla legatorũ detractione, fideicõmiſſum tũ conſtat, ea pp quadringenta ſolida fideicõmiſſario debentur, & reſtitui debent, ꝙ cũ ita ſit, trecenta. ſ. vires hæreditarias relicta apparet, qũo igitur quartæ mixtæ deductio fiet, vtrũ ſolidã quartã fideicõmiſſarius patietur, & quid circa legata, vtrum ab hærede ea nominatim grauato præſtanda de ſuo erunt, diſtinctio adhibetur, vt ſi quidem ſponte hęres adit, centum quartæ nomine, tam contra fideicõmiſſarium quam legatarios percipiat. tercentũ reliqua in partes ſeptẽ diuidũt̃, ex quib. quatuor fideicõmiſſarius tres legatarij ferant, qua. n. rõne in caſu hoc ex. cccc. fideicõmiſſũ conſtat, hoc eſt hr̃ditatẽ totã cõplectit̃, legata vero ex. ccc. cõſiſtũt, ita cõſentaneũ viſum eſt, diuiſionẽ hãc tercentũ legatorũ ad modũ memoratũ fieri. i. in partes ſeptem, ex quibus quatuor ad fideicõ-

miſſatium, tres reliquæ ad legatarios ſpectent.

Si autem inuitus hæres fideicommiſſario cogente adit, quarta illa, quam habiturus hæres fuerat, ſi ſpõte agnita hæreditas eſſet, fideicommiſſarij erit, deinde ex.ccc. legatis partes ſeptem diuidendæ, vt ſupra, fiet, Ita plus in caſu hoc fideicommiſſarius conſequitur, Caſus iſte ſecundus apud iuriſconſultum explicatur in d. l. 3. in prin. infra ad trebel.

Si dixeris, quartam ergo à fideicommiſſario cõtra legatarios exerceri, cum trecenta integra eis non præſtentur, ꝙ repugnare textui videtur in l. 1 §. ſi is q quadringenta in fi. l. mulier. §. fi. infra ad trebel. ſed rñdetur, a fideicommiſſario tanquam fideicommiſſario falcidiam non deduci. Cauſam aliam eſſe, ſi ex perſona hæredis detractio fiat, cum nolens hæres adit. d. l. 2. & 3. eo. tit. ad trebel. idq; Caſtren. declarat in d. l. 3. nu. 5. Iaſ. in l. qui. cccc. nu. 2. eod. tit.

Sed dubitari poteſt circa ſecũdum caſum, de quo in d. l. 3. cum nominatim legatorũm onus hæredi imponitur, & volens adit, centum enim quartæ mixtæ nomine hæres percipit, trecenta reliqua legata, quæ ad hæredis onus non quaſi hæredis, ſed ſeij ſpectant, in partes ſeptem diuiduntur, ex quibus quatuor fideicommiſſarius, reliquas tres legatarij auferunt. Nunquid in quartam iſtam, quæ hæredi competit, pro rata eadem, atq; in priore caſu, cum nominatim ab hærede relicta legata ſunt, fideicommiſſarius, legatarijvè conferant, aut contribuant. Reſpondetur, ineptã q. videri. Quorſum enim de hoc dubitare, poſtquam definitum eſt, partes quatuor ex trecentis ad fideicõmiſſarium, reliquas tres ad legatarios pertinere. Secundo reſpondetur, cum pro rata detractio quartæ huius fieri mixtæ debeat, ita vt æqualitas pro modo portionum ſeruetur, ſicut plus fideicommiſſarius, cõſequitur, ita plus detractum contra eum cenſeri.

Quæſtio ſecunda nec ipſa ſpernenda incurrit, quæ ad caſum accommodari, vtrunq; poteſt. d. l. 2. & 3. in-
114 fra ad trebel quid ſi nolens † hæres adit, cui aliquid à fideicommiſſario datum ob conditionem implendam ſit, & quod in reſtitutionem fideicommiſſi non ideo venit, ꝙ coactus hæres adeat. l. qui hæredi. §. cum hæreditas, ibiq; Soc. in 2 no. ſupra de cond. & demon. vtrum trebellianæ id cedat in perniciem fideicõmiſſarij, ita vt fideicõmiſſario quartam aduerſus legatarios detrahenti imputari id debeat, ne multis, cũ ex pſona hæredis quartæ detractio à fideicõmiſſario fiat, perſonam ſpectari hæredis conuenit, vt id fideicommiſſario imputetur, quod imputandũ hęredi eſſet, qui enim iure aliquo ex pſona alterius vtitur, ſub ſuis qualitatibus eo vti omnib. debet. l. ꝫ iuris. §. fi. ff. de pactis, iuncta. l. 1. §. fi. ff. de ſtipul. ſeru. ex quibus. ll. ſimul coniunctis, ita Imol. ſcribit in l. iudex poſtea quam nu. 8. cir. prin. ver. item facit ſecundo. ff. de ꝗ iud. idem vltra Imola ex tex. probatur in l. pomponius §. cum quis. ff. de acq. poſ. l. cum queritur ſupra de adm. tut. in quam ſententiam. legib. & alias Signo. vocat in conſ. 137. & in conſ. ſeq. nu. 8. Qua igitur ratione acceptum conditionis implendę cã in trebellianam hæres imputat, ita imputari, & fideicommiſſario debebit, aliter abſurda res fuerit, meliorem fideicommiſſarij conditionem ex perſona alterius detrahentem, quã autoris ſui, ex cuius perſona detrahit, eſſe. l. 1. §. 1. ff. ad Vellcia. Caſtre in conſ. 247. in cã quæ vertitur Saone. col. 3. lib. 1. & apud nos in conſ. 29. nu. 1. & in tract. de antiq. tẽp. par. 1. nu. 78. Ea pp pro detracta quarta habebitur ꝑ rata imputationis, q hæres pateret, ꝫ fideicõmiſſariũ in gratiam legatariorũ habebitur, vt tanto minus eis computetur in ratione. l. falcidię incidę, quo amplius in hæreditate imputatione ipſa mediante inuenitur.

Apparet ex prædictis, non rectè diſcrimen à Ripa animaduerſum inter hæredem, & fideicommiſſariũ, vt differat, vtrũ ab hærede, an à fideicõmiſſario quartæ detractio fiat, namq; aut circa imputationes diuerſum ius in hærede, atq; fideicõmiſſario conſtituimus, & eandem cãm circa imputationes eſſe, quæſtio ꝓxima ſuperior oſtendit, aut circa modum, vel quantitatem quartæ different iam hanc metimur, & eadem ſemper, vtrubiq; quarta, aut circa contributiones diuerſitatem hanc Ripa obſeruat, & eadem vtrubique contributio, ſemperq; diuiſio illa in partes ſeptẽ admittitur, vbicunq; hæredi nominatim onus legatorũ
115 imponitur. Quæſtio tertia circa † ſenſum dictarũ. ll. 2. & 3. infra ad trebel. occurrit. Quid ſi legatorũ onus nominatim fideicommiſſario imponitur, vtrũ locus diuiſioni ſit in partes ſeptem, locum eſſe non credo, id quia illa diuiſio propter quartã fit, vt ex quo quartam ex perſona hæredis fideicommiſſarius detrahit, ita quarta amplius, quam legatarij habeat, ſed enim falcidiam ex perſona ſua fideicommiſſarius nõ exercet. l. 1. §. denuq; infra ad trebel.

116 In tertia. q. rationem † diuerſitatis inter corpus hæreditarium, & pecuniam, vel corpus non hæreditariũ, Bar. ſcrutatur, cur hæreditariũ corpus à cohærede relictum trebellianæ non imputetur, quatenus prælegati iure accipitur, vt hac. l. verſi. pro ea vero parte, quod ſecus in pecunia hæreditaria, & corpore non hæreditario, pecunia enim quãuis hæreditaria tota trebellianæ cedit. d. §. nummis, & hac. l. verſ. ſed ſi accepta, corpus item non hæreditarium, quod ex legato accipit, vel à cohærede, vel à fideicommiſſario, totũ trebellianæ, & ipſum cedit, vt in a. regula huius. l. & principio rationem diuerſitatis inter corpus hæreditarium, & pecuniam hæreditariam Bar. exprimit, deinde rationem differentiæ inter corpus hæreditarium, & nõ hæreditarium adijcit. In corpore hæreditario, & pecunia hæreditaria rationem diuerſitatis affert, ꝙ pecunia ſuper portione vna hæreditaria, aut accipientis percepta dici tota poteſt, ꝙ non æquè dici in corpore hæreditario poteſt vti declaratum locupletius habemus in quinta oppoſi. Bar. in tract. falcidię vbi ſenſus tex. enarratus in d. §. nummis, in corpore vero hęreditario, & non hæreditario rationem diuerſitatis oſtẽndit, ne iure diuerſo res eadem. i. corpus idem hæreditarium æſtimetur, quæ iuris diuerſitas in corpore non hæreditario ſilet, quã tamen diuerſitatis rationẽ infirmã ſatis Bar. ducit, admiſſa tamẽ ab eo eſt, quatenus melior ad manum non erat, de qua diuerſitatis ratione cumulatius etiam dictum in ſuperioribus eſt, cum verſ. explicaretur pro ea vero parte.

Dictnrus hic aliquis erit, cum de pecunia Bar. loqtur, non diſtinguit hæreditaria, nec ne ſit, imo enim cum ſequentibus eam coniungendo, ideſt cum corpore non hæreditario, ad pecuniam non hæreditariã referri Bar. verba poſſunt, reſpondetur, de pecunia hęreditaria neceſſario Bar. loqui, & ſentire, principio q ratio diuerſitatis ab eo reddita inter corpus hęreditarium, & pecuniam, pecunię accommodari non poteſt, quę hęreditaria non ſit, ſi quidem iure hęreditario & de portione cohęredis accipientis haberi ne in partem quidem, nedum tota poteſt, ſecundo ius quoddam pręcipuum in pecunia eſſe tex. non obſcure innuit, imò exprimit in l. hac. d. ver. ſed ſi accepta pecunia, & in d. §. nummis, at. n. pręcipui quicq̃ in pecunia non erit, vt trebellianę tota imputetur, ſi hęreditaria non eſt, q̃nquidem, & ſpecies alia non hędıtaria in eadem cã ſit, vt in trebellianam ſolida, aut tota veniat.

Secundò obſeruandum, circa duo rationem differentiæ à Bart. inquiri.

Primum, inter corpus hæreditarium, & pecuniã hæreditariam. Secundò inter corpus hæreditarium, & non hæreditarium. Ita quęſtio verſari duplex videtur, ſicut ratio diuerſitatis in duobus exquiritur. Sed enim cum rationem diuerſitatis in ſecundo Bartol. aſcribit, ideſt inter corpus hæreditarium, & non hę-

hęreditarium, perinde loquitur, atque ſi non niſi de
vno rationem diuerſitatis indagaret, cum ait, vel inter
corpus hæreditarium, & non hæreditarium eſt ratio,
nè in eadem re diuerſo iure habeat quartam. Alter-
natiua enim, vel rem vnicam efficit quantum ad ef-
fectum quamuis quoad enumerationem plures di-
cantur. l. hęc ſcriptura in princ. ibiq; Socin. in primo
nota.ff.de cond.& demonſt. Vnde cum ratio duplex
diuerſitatis per alternatiuam à Bart.exprimatur, non
pluſquam ad rem vnam pertinere rationes diuerſita-
tis diſiunctim aſcriptę videntur.

Quo circa appoſitæ, ac dilucidè magis in ratione
ſecunda diuerſitatis dictione aduerſatiua vſus Barto.
fuiſſet, ſed inter corpus hęreditarium, & non hęredi-
tarium eſt ratio. l. vel ſic inter corpus autem hęredi-
tarium, & non hęreditarium eſt ratio. l.

Apparet ex prędictis, nihil differre inter pecuniam
hęreditariam, & ſpeciem non hęreditariam, cum
vtraq; in trebellianam veniat, ſic diſtinctio adhiberi
in pecunia non ſolet, quoad imputationem trebel-
lianæ, hæreditaria nec ne ſit, dum de cohærede
modo hæreditaria non accipiatur, per ea, quæ mox
ſubijciam.

Tertiò ſpectandum in quæſtione hac Bart. trebel-
lianæ enim pecuniam hęreditariam totam aſſigna-
ri ſimpliciter ſentit, atque innuit, diſtinctionem vlla
non addita, per deductionem, aut retentionem pe-
cunia ipſa accipiatur, an à cohærede prælegetur, at-
qui diſtinctione hac vſus in ſeptima oppoſit. in falci-
dia eſt, vnde in trebelliana conſentire Bar.cum gloſſ.
hic videtur in ver. à cohæredæ, quæ pecuniam hanc
hæreditariam totam trebellianæ imputandam tum
etiam ſcribit, cum à cohęrede pręlegatur.

Si hanc Bartolo ſententiam fuiſſe in tertia hac. q.
dicimus, vt trebellianæ omnino, ſineq; diſtinctione
vlla pecunia hæreditaria cedat, contrarius ipſi ſibi vi-
detur, ſi rationem eius obſeruamus, de qua in ſepti-
ma oppo.cur falcidię non imputetur, quatenus à co-
hęrede accipitur, ideſt quia iure hęreditario non ca-
pitur, at pręlegati, atq; ideo difformitas in pecunia
hęreditaria a cohęrede prælegata non minus, atq; in
ſpecie hęreditaria verſatur.

Ratio hęc an non ęquè in trebelliana, atq; falcidia
verſatur. Vnde ius idem in trebelliana ex ratione
memorata ſentire Bart.videtur in d oppoſit. 7. Pro-
inde ſi ſecum conſiſtere Barto.admittimus, quod de
pecunia hęreditaria trebellianę imputanda in q. hac
tertia ſimpliciter ait, intelligi ſecundum diſtinctionē
debet, de qua in ſeptima oppoſi. prędicta, ideſt cum
per retentionem, deductionem aut pręceptionem pe
cuniam hęreditariam accipere hęres iubetur, idq; iu-
117 ri congruit, † vt ſecundum pręcedentia generalitas
reſtringatur contrarietatis, aut correctionis fugiendę
cauſa vt probatum ex Roman.& Alex. habemus in
conſi. 70.num.22.idem Soc.tradit in conſ.38.num.6.
verſi. pręterea poſito lib.1.Sed & idem in verbis vni-
uerſalibus, vt reſtrictionem patiantur contrarietatis,
aut correctionis vitandę nomine, Alex.tradit in cōſ.
62.col.1.lib.2.Ruin.in conſi.4.nu.7.& in conſi.98. nu.
etiam 7.lib.2.iam in opinionibus doctorum, quę di-
uerſę inuicem videntur, interpretationem adhiberi
conuenit, vt ad concordiam ſi poſſint, diſtinguendo
reducantur.l.illud in prin.ff.de pet hęred.l.dicere. ff.de
arbitr.l ſi finita.§.illud.ff. de damn. infec. Signorol in
conſ.41.col.5.ante med. Quanto magis ius idem ſer-
uandum in eodem doctore erit, ne contraria loqui
videatur.l.non ad ea.ff.de cond.& demon.& quę Iaſ.
ſcribit in l, 1.nu. 8.in fin.ff.ne quis eum qui, & in l. cū
falſa in fin. C. de iuris, & facti ignoran.

Conſequens declarationi huic erit, in pecunia hę-
reditaria imputanda nihil inter falcidiam, & trebellia-
nam differre quotiens ab hęrede per ſeipſum capitur
quia iure hæreditario tota tunc habetur, atq; ideo iux
ta falcidiæ, atq; trebellianæ imputetur.

Admiſſa tamen à nobis Bar.diſtinctio in d. oppo.
7.non eſt.

Ex quarta.q.Bar. concluſiones ſequentes deſumū-
tur. Prima concluſio. partibus conſentientibus in re
vna quartam detrahi tam falcidiæ, quam trebellianę,
ſic quartas has duas in q.hac ſub tractatu trebellianæ
poſita Barto. permiſcet. Controuerſiæ quicquam
concluſio hæc non patitur.

Textum obſeruandum à Bart.vocatum cenſui in
d. l. poteſt. probari enim ex eo videtur, dictionem
aliqua ad pauca referri, cum ait. æſtimationem ab
hęrede pręſtari in re vna, aut paucioribus, quæ dictio
paucioribus pro aliquibus exponenda coacta ratione
videtur, etenim ſi in re vna, aut paucioribus præſtari
æſtimatio debet, vtiq; re vna exiſtere pauciores ne-
queunt, vnde perinde eſt dicere, in re vna, aut paucio-
ribus, atque ſi expreſſum ſit, in re vna, aut aliquibus,
118 Quo admiſſo, conſequens fit, ad pauca † dictionē
aliqua referenda.

Quę res ad.q.confert, quam diſceptatam vidi inter
dominicanos Garreſij, & Magnificum Do Hierony-
mum Falletum Murræ, & ſerræ longæ ex parte domi
num, namq; in venditione villæ cuiuſdam cum ſuis
laufundijs à patre D.Hieronymi Dominicanis facta,
bona ipſa vendita oneribus exempta venditor aſſe-
ruit. aliquibus exceptis, quę in libris deſcripta caſua-
libus eſſent, ſed enim maiorem bonorum partem
oneribus ſeruire, in librisq; cenſualibus relatam ap-
paruit, & cum ad onera dominicani emptores ob p̄-
dia empta in municipio Garreſi vocarentur, litem
venditori denunciarunt defenſionis, aut euictionis
præſtandæ nomine. Excipiente venditore, aut hæ-
rede eius D.Hieronymo, vendita bona omnia vti im
munia non eſſe, ſatisq; videri, ſi vacua ab oneribus
aliqua eſſent. Replicatum à dominicanis eſt, dictio-
nem aliqua, de qua in venditione, ad pauca referen-
dam, & ad pauca, imò etiam minima dictionem ali-
quam referri, ex tex. declaratur in l. ſi ſeruum, §. præ-
tor ait, ibiq; Bar.ſupra de acq.hæred.in l.mulier.§ fin.
ibiq; gloſſ ſupra de cond.inſt. cum alijs apud Decium
relatis in l.ſi quis id quod nu.20.ff.de iuriſd.omn. iud.
Iaſ.in conſi.130.col.2.in fin.lib.4.ideo nota diminu-
tionis dictio aliqua à Ruino vocatur in conſ. 18 col.
pen.circa med.lib.1.per tex.in l.gallus.§ in omnibus.
ibiq; Aret.in 1.nota ſupra de lib.& poſth.

Cæterum vniuerſalem dictionem aliqua eſſe, atq;
ideo ad omnia pertinere etiam parua, aut minima,
Doctoribus placet, vt ex Abb. probatur.q.5.Augerio
col.5 in fin.verſi.puto tamen.Socin.in conſi.3 nu. 10.
lib.3.Gemin.in conſi.29.col.1.poſt med.in conſil.65.
col.3.circa med.Iaſ.in conſi.29 col.2.lib.1.Socin.iun.
in conſi.49 num.14.lib.2. & alia innumera, vnde ſe-
cundum ſubiectam intelligi materiam debet, vt Aret.
ſcribit in d.§.in omnibus in 1. nota. Sequitur Dec. in
l.1.§.1.in 2.not.ff.quod quiſq; iur.in c.quoniam col.1.
de teſtib.& in conſ.581.num.2.ibiq; confirmat, idem
Soc.probat in conſ.53.nu.12 lib,4.Corn.in conſ. 15.
col.4.lib.1.& in conſ.4.lib.3. Quo circa bonorum p̄-
cijq; quantitas in ſpecie propoſita obſeruanda, vtiū
digna prætio conſtituto bona eſſent, maiori eorum
parte oneribus ſuccumbente, obſeruandum tamen,
ex longinquo nimium inductionem d.l.poteſt dedu-
ci cum dictum eſt, re vna pauciores non inueniri.
Namq; exponi poteſt, in re vna, aut pluribus, paucio-
ribus tamen.

119 Concluſio ſecunda ex Bar.deſumitur, quartam † in
re qualibet deberi, ſeu rem quamlibet hæreditariam
in iure deducendi eſſe, atq; ideo ex re qualibet pro in-
diuiſo quartam deduci.l.plautius, & l.linā margarita-
rū.§.eo.in l.plautius habetur, rem quamlibet legatam

communem inter hæredem, & legatariũ ſtatim fieri, vt mortuus teſtator eſt, hæredis quidem ex quarta falcidiæ, legatariorum ex dodrante, quamuis traditio vlla facta legatarijs non ſit, ſi pars quarta in re quauis hæredis eſt pro indiuiſo, non poteſt in re qualibet falcidia non deberi.

Aliter quippè in re qualibet communio non incideret, in d.l.lineam rei vendicatio ob falcidiam recuperandam contra legatarium hæredi datur, rei planè vendicatio alij quam domino non datur. l. in rem in princ. ff. de rei vendicat. Quod cum ita ſit, dominium quartæ illico ad hæredem tranſit, vt mortem teſtator obijt, quod vtiq; non fieret, niſi ſi in re qualibet falcidia competeret, in d.l.2.C.eod. tit. habetur, aduerſus legatarios omnes pro modo legatorum locum legi falcidiæ eſſe. Atqui fieri iſtud non poſſet, niſi ſi in rebus legatis omnibus falcidiæ ius competeret.

Ampliatur concluſio hæc à Pico hic num. 106. vt in rebus locum etiam indiuiduis habeat, idq; ita ſcribit, vt ſi ſcriptum à Bar. ſit, ſi quidem concluſionem hanc cum ampliatione ſimpliciter ex Barto. decerpit, & quidem ex Bart. probatur, ſi ſedulo verba eius intuemur, cum de rebus indiuiduis non niſi in caſu ſecundo mentionem faciat, in quo de detractione tempore diuiſionis, & quantum ad executionem detractionis loquitur.

Infertur ex concluſione hac ſecunda, de re, vna mero iure falcidiam non deduci, namq; ſi in re qualibet falcidia competit, & debetur, & permiſſam detractionem in re vna dicimus, aliud pro alio ſoluere legatarij cogantur contra quam ius prohibet. l. 2. §. 1. ff. ſi cert. pet. ab oppoſitis argumentando, l. domini prædiorũ, C. de agri. & cenſi. lib. 11.

Ampliatur illatio hæc, vt locum habeat, etiam cũ eidem perſonæ res plures legantur, ſingulæ enim res à falcidia tum quoq; reſecantur, in ſingulisq; falcidia debetur, vt Alex. not. in l. ſi pupillus. §. fi. ſupra eodem. Differt tamen, vtrum vni, an pluribus legata dentur, nãq; vbi vni, & ſi res ſingulas falcidia ſecet, atq; ideo quantum ad ius deducendi in rebus ſingulis falcidia debeatur, ſoluendi tamen facultas competere in re vna poteſt, vel conſenſu partium, vel iudice interueniente, ſi commodo aliter præſtari in rebus omnibus, aut ſingulis nequit. Quod ſecus eſt, vbi pluribus legata dantur, rationis enim non videtur, vt quod de legato vnius detrahi falcidiæ nomine debet, ex legato id alterius deducatur. l. 2. cum ibi not. C. eod. titu. Imola hic col. 4. poſt med num. 4. Hoc ita, niſi ex cõſenſu legatariorum omniũ id fieret, vt Picus hic ſenſit num. 104. Idem ſi neceſſitas poſceret, de qua inferius etiam in quinta limitatione.

Limitationem concluſio hęc ſecunda cum illatione ſua recipit, nè locum habeat, vbicunq; legata aliqua priuilegiaria interueniunt, quæ falcidiam non patiuntur, ibi enim dici non poteſt, in rebus ſingulis falcidiam competere quatenus debita in legatis nõ eſt, quæ priuilegiaria ſunt, ob id non niſi in rebus, aut legatis alijs non priuilegiarijs falcidia competit, deque eis detrahitur. l. cum quo. §. pen. l. ſed ſi non ſeruus. §. ſi ſolus ſupra eo. no. in l. ex aſſe in glo. 1. hoc eodem titu. Rota decil. 870. quædam mulier col. 1. in fi. & ad fin. deciſionis in antiq.

Limitant ſecundo recentiores nonnulli, ne locum habeat, vbicunq; legata plura pro vno habentur, veluti cum ſeruus titio legatur, eidemq; ſeruo pecunia, nã quantum ad legatarium ſerui dominum, legatũ non plus quam vnum dicitur, neq; duplex ob pecuniam ſeruo legatum eſtimatur, ſi quidem pecunia illa in ſeruo ipſo continetur, vtpotè ex qua factus præcioſior intelligitur. l. ſed duobus ſupra de leg. 2. l. planè ſupra eo. Proinde non niſi ſerui legatum reſecabitur, neq; ad legatum pecuniæ falcidiæ virtus, aut reſectio pertinebit. Quæ limitatio mutuo rogata de Ripa hic videtur. num. 110.

Scita hęrcle limitatio, quę tex. repugnat in d.l. plautius vbi cũ ſeruo legato fundus relinquitur, de vtroq; falcidia deducitur vt è ſeruo primum, deinde ex fundo, quamuis enim in dominio legatariorũ, & hæredis ꝓ rata ſeruus ſit, pro vno tamen legatum non habetur, neq; ex ſeruo ſolummodo quaſi pręcioſiore pp. fundum, falcidia detrahitur, ſed & ex fundo ſeparatum.

Neq; ad rem tex. attinent ex diuerſo oppoſiti, quoniam in legato priuilegiario loquuntur, relictus enim ſeruus ea lege eſt, vt manumittatur, vnde libertatis fauore, ne impediatur, de ſeruo ipſo falcidia non excipitur, quam rationem text. exprimit in d. l. ſed ſi non ſeruus. §. 1. in fi. ſupra eo. Sic non vnici legati, at libertatis cauſa factum eſt, vt niſi ex eo, quod relictum ſeruo eſt, falcidia non detrahatur tam pro ipſo relicto, quam pro ſeruo, vt id etiam pro ſeruo præſtetur falcidiæ nomine, quod libertatis fauore quieſcente, præſtandum pro ſeruo fuerat, vt in d.l. planè.

Secũdò quod ad tex. attinet in d.l. ſed duobus ineptè ſatis citatur, ſi quidem ſeruo ibi legato datum legatum non eſt, ſed enim legatario eidem ſeruus relictus cum pecunia eſt, ob id dici non poteſt, pręcioſiorem ſeruum ob pecuniam eſſe, quæ data ei non eſt, atq; ideo legatum intelligi vnicum nequit, quocirca ꝙ ex pecunia ſolummodo, falcidia pro vtraq; re capiatur, non ideo fit, ꝙ vnicũ legatũ habeatur, verũ ob ipſum legati priuilegiũ in quo manumiſſio vertitur.

Tertiò recentiorum argu. & ratio in eos regeritur, aiunt enim, vnicum legatum ſerui ſolummodo eſtimari, legati pecuniæ ratione non habita, perinde quaſi ſub ſeruo ipſo includatur, tanquam præcioſior ex ea factus ſit, quod ſi ita ſit, ergo ex ſeruo legato falcidiam deduci, non ex pecunia oportebit, quaſi legatum vllum pecuniæ non ſit, ea propter quæ dicta in limitatione hac ſecunda ſunt, vel ad primam, vel ad quartam limitationem ſpectant.

Limitatur tertiò, cum legatis quibuſdam iam acceptis, falcidiam præſtare legatarius renuit, tum enim res alias legatas retinere hæres permittitur, vſq; dum falcidiam conſecutus ſolidam ſit. l. ſi ex pluribus, ibiq; Alex. ſupra eodem. Ripa hic num. 110. Quæ limitatio ad facultatem ſoluendi, ſeu ad deductionem pertinet, quæ tempore diuiſionis fit, & conſequenter ad ſecundum Bar. caſum. Nam quod ad debitum iuris attinet, in re qualibet, & in ſpecie limitationis huius deducitur.

Limitatur quartò, vbicunq; indiuiduà res vertitur pro ea enim in re alia falcidia, aut trebelliana capitur vt hic apud Bar. nu. 9. circa fin. per text. in d.l. ſed ſi non ſeruus. §. 1. in l. lege falcidia interueniente, & in l. ſi fundus mihi ſupra eodem.

Obſeruandum, cum tex. Bar. nominat in d. l. ſed ſi non ſeruus. §. 1. rationem eius ab indiuiduitate metitur, atqui priuilegio libertatis. tex. mititur, eamq; rationem exprimit, inficias tamen non imus, rationẽ interuenire, vtranq; poſſe, modo diuerſo tamen, ratio libertatis quaſi potentior, per quam falcidia omnino ceſſat, ſi quidem ſeruus ſolus manumittendus legatur, neq; res alia vna ſimul cum ſeruo relinquitur ex qua falcidia detrahi etiam pro ſeruo poſſit. l. ſi ſeruus tibi, & legibus duabus ſeq. ſupra eo. Indiuiduitas planè efficit, vt pro re vna alia capiatur falcidiæ nomine, & citra læſionem eius, pro ſeruo enim, ſeu falcidia pro ſeruo in re alia cum ſeruo legata percipitur. Conſequens his fit, libertatis rationem non haberi, quominus ob legatum eius falcidia debeatur, ſoluique debeat, quotiens libertati ipſi præiudicij quicquam non fit. Debetur enim falcidia pro legato libertatis, vbicunque ex re alia detrahi legata poteſt.

Limitatio hæc quarta ad caſum ſecundum Bart. ſpectat, ideſt ad deductionem, quæ tempore diuiſionis fit. nam quod ad caſum primum attinet, debita falcidia in rebus ſingulis etiam indiuiduis eſt, ſeu falcidiæ deducendæ ius in rebus ſingulis competit.

Ratio limitationis huius quartæ ea eſt, quod inutile legatum rei indiuiduæ fieret, niſi in re alia diuidua pro indiuidua falcidiam deducendi poteſtas fiat, veluti cum via legatur, quæ indiuidua eſt, & quæ pluris valet, quam ſit falcidia tota, & fundi & viæ, etenim niſi in æſtimatione, atque adeo in re alia falcidiam capiendi facultas detur, momenti vllius legatum viæ non fieret, quomodo enim quarta capi iuditio diuiſorio viæ poterit, cum diuiduitatem non recipiat. d. l. ſi fundus mihi, ibiq; Bar. ſupra eod.

120 Et obſeruandum, caſus † tres in d. l. ſi fundus mihi dirimi. Primus caſus eſt, cum tanti ſolummodo via valet, quanta falcidia eſt. Secundus caſus, cum minus in viæ prætio, quam in falcidia eſt. Tertius caſus, cum pluris via, quam falcidia valet. In primo caſu legatum viæ perit. Etenim cum amplius in via quam falcidia non ſit, falcidia ipſa neceſſario legatum abſumit, aut abſorbet, cum tantum præſtari ob falcidiam oporteat, quanti res ipſa eſt, vnde vtilitatis quicquam viæ legatum non habet, quo caſu inutile legatum fit. l. ſi mihi ſempronius. l. ab omnibus. § ſi à titio ibique Barto. ſupra de legat. 1. l. cum pater. §. filio, ibique Barto. ſupra de legat. 2. Barto. in l. 1. quæſtio. 11. ſupra de iure codicil. in l. ſi quis ſeruum in fin. ſupra de condi. & demonſtr. & in l. 1. num. 2. in fi. C. de pactis.

Si dixeris, immo vtile eſſe legatum poſſe, quia legatarij intersit habere viam, quamuis tantum pro ea inferat falcidiæ nomine, quanti via eſt. Reſpondetur, quòd æſtimatio ſoluatur, illud eſt quoad facultatem ſoluendi. Cæterum ius ipſum quartæ in via eſt, vnde ſi tantum ſolummodo in via eſt, quantum in falcidia, neceſſario ius ipſum principale viæ quaſi inutile intercidit, non enim ſuſtineri niſi per æſtimationem poſſet, quæ debita non eſt.

In ſecundo caſu, cum minus in via, quam in falcidia eſt, dubitationis quicquam non videtur, irritum viæ legatum fieri, à ratione fortiori argumentum deducendo, etenim ſi vigorem legatum viæ in caſu primo non habet, vt in l. initio dicitur, & in fin. etiam ſecundum gloſſ. quam improbamus, quotiens tantum in legato viæ, quantum in falcidia eſt, longè magis euaneſcere viæ legatum conuenit, vbicunque minus in via, quam in falcidia eſt, namq; quanto minoris via valet, eo vtilitatis afferre minus poteſt, qua vtilitate remota, roboris quicquam legatum non habet.

Sed contraria in caſibus his duobus loqui iuriſconſultus videtur, in primo enim caſu extingui legatum viæ ait, cum non plus in legato quam in falcidia eſt, in exitu planè. l. non aliter viam perimi dicit, quam vbi pluris falcidia, quam via eſt. Argumenti huius formidine gloſſ. vltima textum ſubaudiendo exponit, vt tunc ſolum via intercidat, quotiens falcidia deſiderat, pluſquam eſt viæ pretium, ſcilicet tantum, vt in l. initio, quæ expoſitio mirum in vim manifeſtiſſimam textui facit, plus pro tantum accipere.

Et propter, ita legis exitus interpretandus, nè initio. l. contradicat, etenim quamuis taxatiuè in fin. lex loquatur, vt tunc ſolum via intercidat. l. Ad correctionem tamen inducendam dictio taxatiua non valet, vt Alex. & poſteriores docent in l. 1. C. de bon. poſſ. contra tabul. cum alijs apud nos relatis in tractat. de antiquit. temp. parte 4. num. 58. Quo circa non niſi ad confirmationem caſus proximi ſubiecta taxatiua intelligitur, ideſt non interire viam, in qua plus eſt, quam in falcidia, quoniam eo demum caſu via infirmatur, quo minus in ea eſt, quam in falcidia, non vbi plus in via eſt, ita vti dictum in caſu ſecundo eſt, ſic dicti ſuperioris proximi cauſa ad illudque relatione ſolummodo habita, taxatiuè vſus iuriſconſultus eſt. Cæterum caſus primus excluſus per taxatiuam hanc non intelligitur, quominus idem in caſu primo, atq; ſecundo ſit, ne per excluſionem caſus primi correctio in textu eodem inducatur.

Sed enim extraneum modum hunc legati viæ diſſoluendi glo. argumentatur in d. l. ſi fundus mihi, vt viæ legatum inane in caſibus memoratis primo, & ſecundo fiat.

Extraneum porrò idcirco ait, quòd in via ſolummodo, aut æſtimatione eius falcidia pro vtroque inferatur, & pro fundi, & pro viæ legato. Cum econtrario potius, legati viæ ſuſtinendi cauſa, inſolidum via præſtari, & de fundo deduci falcidia deberet tam fundi, quam viæ nomine. Reſpondet gloſſ. impoſſibile à iure eſſe, vt de fundo falcidia detrahatur, quoniam ſi in fundo falcidia percipitur, communis fundus legatarij, & hæredis fieret, legatarij ex partibus duabus, tertiam enim in via habet, vnde cum partem tertiam in fundo cohæres habeat, conſequens fieret, vt fundo ipſi communi pro partibus legatarij indiuiſis ſolummodo ſeruitus acquiratur, quod fieri non poteſt, ſiquidem portioni vni indiuiſæ acquiri non poteſt, quin portio alterius tangatur, quomodo enim iri ad fundum communem poterit, quin ad ſocij etiam partem indiuiſam eatur. l. vt pomum. §. 1. & l. pro parte, ff. de ſeruitu. Impoſſibilitatis igitur huius ratione factum eſt, vt niſi in viæ legato falcidia nô debeatur, pro parte item hæredis acquiri ſeruitutem palam eſt, quia res ſua nemini ſeruit. l. vti frui. ff. ſi pars vſusfruc. pet.

Tertius caſus eſt, vbicunque pluris via, quam falcidia valet, quo caſu vtile legatum eſſe tex. ait in d. l. ſi fundus mihi verſic. videndum etiam, & in tertio hoc caſu ad dictum Bar. ſeu ad limitationem hanc quartam iuuandam tex. ille confert, vt quatenus in re ipſa legata ob indiuiduitatem præſtari falcidia non poteſt in re alia ideſt in æſtimatione detur.

Ex d. l. ſi fundus mihi ampliatio colligi ampliationis poteſt, quæ ſubiecta concluſioni huic ſecundæ eſt, vt ad legata etiam indiuidua falcidiæ reſectio trahatur. Locum enim habet etiam ſi ad eum modum inutile legatum rei indiuiduæ fiat. Quod in caſibus duobus accidere text. oſtendit in d. l. ſi fundus mihi, ſed enim perpetua ampliatio hæc ampliationis non eſt, verum ad eum caſum reſtringitur, quo impoſſibilitas alias incurrit ſecundum declarationem, & rationem gl. in d. l. ſi fundus mihi.

Limitatur quinto, vt rerum etiam indiuiduitate, legatisq; ceſſantibus, ex rebus omnibus quarta non detrahatur, vbicunque æquitati, rationivè detractio hæc ex rebus omnibus non conuenit, tunc enim vel ſorte, vel arbitrio iudicis, ita res diuimitur, ne ſubſtantia tota plus nimio corrumpatur, aut ſubſtantiæ totius vtilitas diminutionem maiorem ſentiat, vt in ſpecie. l. 2. C. quan. & quibus quar. pars lib. 10 vbi partes quatuor hæres curialis hæreditatis totius diuidit, deinde ſorte res dirimitur, & quam partem quartam curiæ ſors dederit, hanc ferat, reliquis penes hæredem manentibus, de arbitrio iudicis tex. loquitur in d. l. poteſt ſupra de leg. 1. de quo apud Ripam h. c. nu 94.

Limitationes iſtæ ad eum etiam caſum pertinent, quo pluribus res legantur, quotiens diuiduitatem res non capiunt, aut non commodum, & hic enim locus iudicis officio erit, vt rem inter partes componat, cum ratio eadem verſetur, atq; vbi vni ſolummodo res plures relinquuntur, Vndè de legatarijs in plurali Picus hic in concluſione ſecũda loquitur, quicquid

plus nimio generaliter ſcriptum apud Alex. hic ſit nu. 17.

Limitatio ſexta in rebus accommodatur, quæ in peculium conceſſæ inter viuos ſunt, deinde in teſtamento relinquuntur ſiue ex legato, ſiue ex fideicommiſſo, aut pro conditione implenda, vel aliter, de his enim detrahi quartam non conuenit, qua enim ratione in re peculiari chariorem filium in vita teſtator habuit, vt ſolidam haberet, ita credibile eſt, in morte teſtatorem ſenſiſſe, & ne ſeparatio per detractionem rei fiat, quam filius coluit, & meliorem induſtria ſua fecit, vt hic apud Bar. nu. 9. poſt med. Caſtren. in d. l. filiũ quem nu. 5.

Et obſeruandum limitationes memoratas ad caſum ſecundum Bar. pertinere, quo de falcidia detrahenda in diuiſione loquitur, & in quo de executione ipſius falcidiæ tractatur, nam quod ad primũ caſum attinet, in quo debitum potius falcidiæ vertitur, ex rebus omnibus falcidia debetur, quamuis in rebus ſingulis executio detractionis ob rationes in limitationibus expreſſas non fiat, ad caſum primum non niſi limitatio competit, in qua de legatis mentio priuilegiatis fit, in quibus debita falcidia non eſt, Rurſus ꝙ de falcidia debita in caſu primo Bar. diximus, impropriè debita intelligitur, etenim cum rei vendicatio ob eam competat, cum hæredis res pro rata falcidiæ dicatur. d. l. plautius, & l. lineam, obligatio propriè verſari in rei vendicatione non poteſt. §. 1. inſti. de actio. vnde debitam falcidiam in primo caſu Bar. pro iure eius accipimus, quod in rebus ſingulis competit.

Secundo monendi ſumus, quæ dicta in limitationibus ſunt de falcidia in re vna, aut aliquibus ſolummodo detrahenda, non ſolum cõtra legatarios locũ habere, vt eis inuitis, detractio fieri ad eum modum poſſit, verum etiam contra hæredem ipſum, vt ex his, quæ Ripa hic ſcribit nu. 105.

Sed videndum in quæſtione hac Barto promiſcuè enim iuxta de trebelliana, atq; falcidia tractat. Cæterum quas leges vocat, ad falcidiam ſpectant, neq; aliter oſtendit, ius idem vnius, atq; alterius eſſe, vnde ſciendum eſt, ius idem in trebelliana eſſe ratione fortiori dicendum, vt quibus caſibus ex re vna detrahi falcidia poteſt, tantumdem in trebelliana ſeruari ratione validiore debeat, etenim vbi res plures legantur, ſingulas iure ipſo falcidia reſecat. d. l. plautius, & l. lineam, ſic pro partibus non reſectis dominium rerum legatarum ad legatarios pertinet, iuxta l. à titio. ff. de furtis Bar. & alij in l. 1. ibiq; apud nos nu. 156 ſupra de leg. 1. Ea de cauſa ſi in re vna, aut aliquibus ſolummodo falcidia percipitur, in re aliena percipitur, aliudq; pro alio ſoluitur, ꝙ contra in trebelliana eſt, quam dici non poteſt ex re aliena deduci, ſi quidem ante detractio eius ab hærede fit, quam hæreditatem reſtituat. Reſtitutione planè nondum facta, in dominio fideicommiſſarij dici hæreditas non poteſt, itaq; ſi contra legatarios dominos detractio falcidiæ in re vna, aut aliquibus fit, longè facilius contra fideicommiſſarium.

Secundo ex Bal. declaratio, & ratio hæc fortior nominatim probatur in d. l. 2. C. eod. tit. vbi diſtare inter fideicommiſſum vniuerſale, & legata particularia circa detractionem quartæ poſt Iac. Butr. putat, quoniã vbi ante hæreditatem reſtitutam detractio trebellianæ fit, in re fieri vna poteſt, cum tranſlatum adhuc dominium in fideicommiſſarium non ſit, cũm aliam legatorum ſingularium eſſe, cum Bal. facere glo. videtur in l. marcellus. § res quæ in fine gl. infra ad trebel. vnde ſi Bald. verba, mentemq; accurate perpẽdimus, non modo rationem fortiorem in re vna trebellianæ detrahendæ eſſe putat, ſed & in trebelliana permitti, quod conceſſum in falcidia non eſt, falcidia enim non aliter de re vna percipitur, quàm ſi neceſſitas ſuerat, iuxta ea, quæ dicta in limitationibus ſunt, id quia cauſa legitima non interueniente, res vna ſolui propter aliam non debet, trebelliana planè ex re vna detrahi cauſa etiam legitima tacente poteſt.

Secundo hoc amplius Bal. ſentit in d. l. 2. trebellianam in re vna iure ſuo, aut autoritate propria ab hærede eligi, cum id demum Bald. inquirat, reſtituta, nec ne hæreditas ſit, quoniam ſi reſtituta nondum eſt, liberum hæredi domino videtur eligendi facultate vti, In falcidia vero quibus caſibus ex re vna detrahitur, propria id autoritate non fieri, at iudicis officio implorato.

Conſequens declarationi prædictæ, & Bald. dictis ſit, reſtitutione fideicommiſſi vniuerſalis ante facta, quam detracta trebelliana ſit, parem trebellianę, atq; falcidiæ conditionem eſſe, quo circa in arbitrio tum hæredis non eſſe, in re vna, autoritateque propria trebellianam excipere, at iudicem adeundum, idque probari ex gloſſ. videtur in d. l. marcellus. §. res quæ in fin. glo.

Sed obſeruandum, rectam Bald. differentiam inter falcidiam, & trebellianam non videri, neq; ratio eius mutat, dominium ante ſubſtituto, aut fideicommiſſario non acquiri, quam facta reſtitutio hæreditatis ſit, quoniam ad rem attinere dominium non videt, verum reſectio ipſa trebellianæ ſpectanda, quæ iure ipſo reſecat, ſimiliter vt falcidia, vt Bar. hic ſentit, cũ æquè ad trebellianam, atq; falcidiam pertinere text. putat in d. l. plautius, & in d. l. lineam. Expreſſius idem Bart. not. in d. l. marcellus in princ. num. 5. verſi. tertio in illis caſibus. Fulgoſ. in d. l. 2. in prin. C. eod. tit. ad l. falc. cum alijs apud nos relatis in l. 1. num. 134. ſupra de lega. 1. reſectio planè ſtatim fit, quam mortuus teſtator eſt, vnde & ſi maximè apud fideicommiſſarium ante reſtitutionem non ſit, attamen cum reſectione facta, non niſi in partibus reſectis trebellianæ ius competat, in eis percipi trebellianam ipſam conuenit.

Secundò Bald. ratio eluitur, namque & ſi maximè reſtitutio facta hæreditatis nondum ſit, attamen cum reſtitui debeat, iuri fideicommiſſarij derogare hæredi non licet, vnde ſi ſub conditione relictum fideicommiſſum ſit, quamuis ea pendente ius alienandi hæredi competat, ea tamen impleta, noxia fideicommiſſario alienatio non eſt, quominus bona ei vendicare à poſſeſſoribus liceat. l. fin. §. ſin autem ſub conditione. C. commun. de legat. idem in contractu conditionali videmus, in quo conditione eius pendente, ius vnius contrahentis lædere, aut minuere alter non permittitur, neq; à contractu ipſo conditionali diſcedẽdi facultatem habet, perfectus enim
121 † contractus conditionalis quãtum ad hoc habetur, ne ei derogandi poteſtas fiat. l. ſi conſtante in fin. ibique Bald. in fin. C. de donat. ante nupt. gloſſ. in l. neceſſario. § penult. in ver. perfecta. ff. de peri. & commo. rei vendic. & in l. 1. C. eod. tit. Ruin. in conſi. 108. col. penult. circa med. lib. 2. Huc & illud ſpectat, quod in iure quærendo dici præſenti ſpe fundato ſolet, derogari ei non poſſe. l. inde neracius. §. idem iulianus. ff. ad l. aquil. Aretin. in conſi 7. colum. 2. circa med. verſic. ſed dicendum eſt vnum verbum, & in conſil. 164. magnifici circa fin. Cum qua ſententia appoſitæ text. facit in cap. 1. de alienan. ſeud. pater. & in cap. 1. §. hoc quoq; de ſucceſſ. feudi, facultatem principi non eſſe ius feudi lædendi in agnatorum perniciẽ quamuis ad eos nondum peruenerit, ſed quærendum ſit, id quia ſpe præſenti quantum ad inueſtituras, & ex iure gentium competit.

Secundo obſtare Baldo videtur, etenim quamuis nondum reſtitutum fideicommiſſum ſit, attamen ſi purè debetur, pro eo iudicanda res videtur, ne ius lædere fideicõmiſſarij liceat, atq; ſi reſtitutũ eſſet, cũ pro

facto

facto habeatur, ꝙ fieri omnino oportet.l. Pomponius.ff.de nego.geſt.l.fideiuſſor pro venditore. Ibiq; Bar.ff. de fideiuſſ.l.1.C.de fideiuſſ.minor.l.ſi pro ead. C.manda. Signorol.in conſi.64.in fi. Caſtren.in cōſi. 52.tria ſunt.col.3.& in conſi.329. circa primum notandum,ꝙ quando emphitheota. col.3. in fin.l br.2. Roma ſing.183.obligo me. Aut conditionale fideicommiſſum dicimus. Quo caſu ſicut conditio in fideicommiſſo ineſt, ita & in quarta.ſiquidem conditione fideicommiſſo defecto, debita quarta nō eſt. Atq; ideo locus detractioni ante nō videtur, quam conditio fideicommiſſi eueniat.

Tertio ius quartæ trebellianæ authoritate propria nec in fideicommiſſo conditionali detrahendæ eſſe, ex Bal. ipſo probatur ſecum pugnante in conſi.217. quæritur virum filius in fi.lib.1. vbi ex rebus omnib. detrahendam trebellianā in fideicōmiſſo etiam conditionali ſcribit,ſi fieri id commodè poſſit,aliter viri boni arbitrio. In qua detractione fideicommiſſarium citandum conſulit.

Conſequens prædictis fit, ius idē trebellianę atq; falcidiæ eſſe, ne ex re vna detractio fieri vtrius vis poſſit. Locumq; id iuxta in conditionali atq; puro fideicommiſſo habere.

Sententia memorata, ne ex re vna trebellianam deducere in fideicommiſſo etiam cōditionali liceat, limitationem recipit,ne ad eam detractionem pertineat,quæ alienando fit.Re enim aliqua ex bonis fideicommiſſis alienata,in quartam ea cedit.§. quam ob rem.1.Ibiq; glo.in ver.irreuocabiliter.in authen. de reſtit.& ea quę parit in vndeci menſe. vnde deceptus.tex.eſt in authen.res quæ.C.com.de lega. Idem ex tex.probatur in l.Marcellus.§.res quę ī.ad trebel. de quo apud Ripam. hic nu.95. & ſeq.

Ratio limitationis huius ab æquitate pendet quę æquitas iuxta hęredem alienantem,atq; emptorem ſpectat. hæredis enim intereſt,facultatem hanc alienandi habere, vnde rebus ſuis egenis neceſſitatibus, dum conditio fideicommiſſi pendet,opituletur quibus ſuccurri neceſſitatibus nequeat, ſi euentus expectandus conditionis ſit.Si dixeris, ſubueniri neceſſitatib.poſſe ex rebus ſingulis trebellianam percipiendo.Reſpondetur,fieri id non poſſe. Quem enim hæres inueniat, qui ex rebus hæreditarijs ſingulis quartam emat, vel certè ſi emptor inueniri quipiā poſſit, minoris vtiq; emet.

Ad emptorem etiam æquitas hæc pertinet, ne fideicommiſſi ignarus,conditione eius impleta,moleſtiam à ſubſtituto patiatur.Quæ res tota onus hæredis ſequitur ob euictionem ab eo præſtādam. Rationem hanc æquitatis in limitatione hac Bal. obſeruat in d.l.filium quem.nu.28.verſi. in contrarium videtur expreſſum.& in fi.nu. verſ. Tenendo ergo, quòd poſſit alienare. Eandem rationem Ripa hic ſentit. num.96.

Sed obſeruandum, cum ad limitationem hanc iuuandam tex.citantur in d.§.quam ob rem. in d. authen.res quæ officere enim, nedum ſuffragari limitationi huic videntur, ſiquidem iure quodā ſpeciali dotis, & donationis propter nuptias introductum, id eſt,vt ea alienare hæredi grauato liceat. Si iure id præcipuè,aut priuilegiario in dote inſtitutum, & donatione propter nuptias eſt,ergo contra ſeruandum iure communi erit.l.5.in fin.ff.ad municip.l.vnic. C. de theſaur.lib.10.c.2.de coniugio leproſor. c.dominus.32.q.7.Ita tex.memoratos.in d.§.quam obrem. & in d authen.res quæ. contra ſententiam hanc Bal. expendit in d.l.filium quem.nu.28.in fin. Ibiq; Salic. num.11.in fin.

Sed enim limitationi huic text. illi non nocent. Quoniam in trebelliana, aut legitima ius illud ſpeciale,aut priuilegiarium non vertitur.vt pro rata earum bona alienare fideicommiſſa liceat. Priuilegiū omne,ꝙ per dicta iura tribuitur, vltra quartas eſt.vt ſiquidem quartæ ipſe doti ſatis,donationiq; propter nuptias non ſint,vltra quartas ipſas, bona fideicommiſſa alienandi facultas detur,& ſi vltra quartas dotis,donationisq; propter nuptias fauore bona fideicommiſſa, in quibus fideicōmiſſario ius competit, hęres alienare grauatus permittitur,longè magis tantundem pro quartis permittendum hæredi videtur. quatenus quartarum tenus iuris quicquam fideicōmiſſarius non habet.

Limitatio memorata, vt quartā trebellianam ex re vna deducere alienando liceat, ad fideicōmiſſum purum non pertinet, verum ad conditionale reſtringitur Bal.in d.l.filium quem.nu.28. ver.in contrariū. Idem Ripa hic ſentit num.97 pro qua ſententia tex. Ripa nominat in l.fin.§. quia autem.citari debuit in §.ſinautem ſub conditione. C.com.de lega.vbi tum deniq; alienatio permitti bonorū fideicommiſſorum ſolet,ſi conditionale fideicōmiſſum eſt. quoniā in dominio hæredis bona adhuc ſunt. Aliud igitur in fideicommiſſo puro,aut purificato, conditione impleta,non obſcurè tex.innuit.

Si dixeris,dominij rationem, & in fideicommiſſo puro interuenire reſtitutione nondū facta. Reſpondetur,pro reſtituto haberi, cum reſtitui omnino debeat.vti dictū ſuperius habemus.Idq; probari ex tex. etiam vr̄ in l.cum fundum.§ ſeruum inuit. Ibique Alex.in primo nota.& recentiores ff.ſi cert. pet.

Sed aliter, & validius pro reſtrictione limitationis huius tex.inducitur in d.l.fin.§.ſinautem ſub conditione. Dum alienationem reſolui conditione fideicōmiſſi exiſtente, & bona per ſubſtitutum vendicari ait Si alienatio facta cōditione pendente, puro fideicommiſſo conditione exiſtente,facto, reſolui, longè facilius impediri in fideicōmiſſo puro debebit.l.patre furioſo. ff.de his qui ſunt ſui, vel alie.iuris.

Enimuero rem altius veſtigando, ad reſtrictionē hanc prodeſſe tex. ille non videtur à Ripa citatus in d.§.ſinautem ſub conditione. Ex diuerſis enim Ripa argumentatur,cum tex. illum nominat. De alienatione enim generaliter tex.ille loquitur,atq; ideo de bonis etiam vltra quartam, in quibus reſectio facta vlla non eſt.Cauſa alia alienationis vr̄ quarta tenus, quæ in dominio hæredis eſt,& quę res alienata quartæ ipſi imputatur. vnde de reſolutione alienationis tex.intelligitur, quæ facta de bonis eſt ad fideicommiſſarium ſpectantibus, eaq; ratione vendicatio fideicōmiſſario accommodatur, ſed enim competere vendicatio pro re hæredis non poteſt hæredis planè res quarta tenus dicitur ob reſectionem,quæ iure ipſo fit. Quo circa probari ex text.illo non videtur, alienationem quarta tenus in fideicommiſſo puro non permitti.

Si dixeris,conſiderationem hanc retorqueri,quoniam ſicut generaliter tex.ille loquitur in d.§. ſinautem ſub conditione.Ita intelligi generaliter debet, ſiue vltra quartam,ſiue infra eam, vel ea tenus alienatio fiat.l.de pretio.ff.de publicia.Reſpondetur, generaliter diſpoſitionem generalem non intelligi,quotiens ratio eadem in aliquo non verſatur. glo. in c. quia circa in ver.aliorū. de elec.lib.6. ſed enim ratio eadem alienandi extra quartā, atq; quarta tenus nō eſt. Quod cum ita ſit, reſtringendus tex.videtur in d. §.ſinautem ſub conditione,vbicunq; extra aut vltra quartā alienatio fit fideicōmiſſorum bonorum, vt eo demū caſu alienare ea liceat,quo ſub conditione relictum fideicommiſſum eſt.Cauſam aliam videri, quatenus pro modo quartæ alienatio fit, vel quotiens de viribus alienationis pro rata quartæ diſceptatur. Ibi enim ꝙ ad tex.illum attinet, prohibitam eam in fideicommiſſo puro non videri,

Rece-

Recedendum tamen à reſtrictione non videtur. Quoniam ratio eadem fideicõmiſſi puri, atq; conditionalis quartæ etiam reſpectu, non videtur. ſiquidem iuditio diuiſorio agi protinus in fideicõmiſſo puro cum ſubſtituto poteſt. ex quo quartam ſuam grauatus conſequatur, & quã poſtmodum alienare pro arbitrio, & neceſſitatibus ſuis ſuccurre hæres poſſit. Quæ ratio in conditionali fideicõmiſſo ſilet.

Sed quæſtiò hic non minus neceſſaria; q̃ vtilis in-
122 currit,† an tex. in d.authen. res quæ, ad fideicõmiſſum purum trahatur, vt bona fideicõmiſſi puri alienare etiam vltra quartum ob dotem & donationẽ propter nuptias liceat. Doct. ſentire videntur, trahendum tex. ad fideicommiſſum purum non eſſe. ſiquidem in fideicommiſſo citari conditionali ſolet.

Secundo ratio eadem fideicõmiſſi puri atq; conditionalis videtur, ſiquidem teſtatore ſuperſtite dotis donationisvè propter nuptias caſus iam ceſſerat, neq; proſpectum aliter à teſtatore eſt, cum eum proſpiciendi neceſſitas non fugeret.

Tertiò, & ſi maximè ratio eadem alienãdi interueniat, quod ignarus fortè neceſſitatis huius teſtator fuerit. Attamen quod ad modum alienandi attinet, locus textui non videtur in d. auth. res quæ, vt hæredi grauato alienare authoritate propria liceat. verum fideicommiſſario id peragi vocato conuenit. cuius maximè intereſt. l. nam diuus. ff. de adoptio. l. de vnoquoque. ff. de re iudi.

Concluſio igitur ex limitatione memorata cum reſtrictione eius percipitur, in re vna alienando, trebellianam deduci, vbicunque ſub conditione relictum fideicommiſſum eſt. Ampliationem cõcluſio hæc recipit, vt locum habeat, etiam ſi cõmunia bona fideicommiſſa hæredis, & fideicommiſſarij ſint. Qua communione adhuc manente, ex rebus ipſis communibus vnam aliquam hæres diſtrahit, locus enim & hic concluſioni proximè erit, vt rata vtilisq; alienatio ad quartam vſq; & proportione hæredis grauati, habeatur. Rata enim haberi ex portione fideicõmiſſarij non poteſt. l. 1. & per totũ. C. commu. rerum aliena. Ampliationem hanc ſcriptam Ruin. reliquit in conſi. 8. col. fi. in prin. lib. 1.

Dubitandi ratio in ampliatione hac non deficit. perinde quaſi ratio eſſet, quamobrem alienatio ꝑmiſſa conditione pendente, videtur. ideſt quod iuris quicquam, dum conditio pendet, fideicommiſſario non competit. Quæ ratio efficit, vt ius aliud inſtitutum in fideicommiſſo puro ſit ius quippe fideicommiſſarius in bonis communibus habet. Ratio decidendi ea conſtat, quod niſi ex parte ſua indiuiſa, ius fideicõmiſſario non competit. Quod ius per alienationem non tangitur neq; læditur. ſiquidem vires alienatio non niſi ex portione hæredis indiuiſa habet. In qua portione ratio quartę habetur, & in ea computatur.

Sublimitationem limitatio memorata, & concluſio ex ea decerpta recipit, ne locum habeat, vbicunq; dolo in re alienanda hæres grauatus verſatur, vt Bar. docet in d. l. Marcellus. §. res quæ circa fin.

Sed in eo labor vertitur, quibus modis doli huius fieri fides poſſit. Quem dolum lex poſcat, an qui cõſilio malo, quem dolum ex propoſito Doct. appellant, an dolus re ipſa ſufficiat, qui ex lęſione naſcitur. Ripa hic. nu. 98. dolo contentus re ipſa eſt. In qua re monendi ſumus, læſionem hic fideicommiſſarij, aut dolum re ipſa, contra eum non ita æſtimari, aut intelligi, vt in contractibus. In quibus ex læſione enormi dolus re ipſa iudicatur, quotiens vltra dimidiam partem iuſti pretij contrahens vnus læditur iuxta l. 2. C. de reſcin. vendi. verum dolus re ipſa in q. propoſita intelligitur, vbicunq; res aliqua pręcioſior alienatur, vt Ang. docet in l. 2. C. de repu. hæredi. Alex hic. num. 14. Ripa d. nu. 98. Picus num. 113 firma. in ſuo promptuario in verbo alienatio verſic. 75. Ruin. in conſi. 182. nu. 9. verſi. ſecundo detegitur. lib. 1. vbi fraudis coniecturam capit, quotiens maior, aut melior bonorum pars alienatur.

Et quę alia exempla doli, aut fraudis quaſi diuerſa coniecturæ memoratæ Ripa ſubiungit, cum venditio rerum fit in ſolo tuto poſitarum, alijs retentis, quæ in loco dubio, aut periculoſo ſunt, per glo. in l. 2. in prin. in ver. ſuſpectum. ſ. ſolu. mat. vbi ſuſpectus de paupertate habetur, qui in loco pernicioſo, aut periculoſo bona poſſidet, & de malo vicino. Diuerſitatem vllam non habent, verum ſub coniectura memorata continentur, cum bona pręcioſiora diſtrahuntur. Pręcioſiora quippe habentur, quæ in loco tuto ſunt. Econtrario pretij minoris cenſentur, quæ in loco ſunt periculis obnoxio. l. ſi non furrint §. 1. ibiq; glo. in verſi damnum. ff. pro ſocio. Corn. in conſi. 206. col. 4. in fi. lib. 3. idq; perſpicuum ſatis, vel ſenſu ſolo communi eſt. æquè minoris res ob vicinos infeſtos habetur. l. quod ſæpè. §. fin. ibiq; glo. ff. de contrah. empt. Bal. in conſi. 482. magnifici viri. nu. 1. in fin. verſi. Imò certè quidam ſunt. lib. 1. vbi tex. in ſententiam hanc nominat in l. quid tamen eo. tit. ff. de contrah. emp. Qui tex. alienus prorſus à re eſt. notat Iaſ. in l. 1. §. ſi hęres. col. 2. circa med. verſic. item adde. ff. ad trebell. vnde diuerſi quicquam in exemplis his de loco non tuto, & vicino moleſto non eſt. verum ad coniecturam primo expreſſam in ſpecie declarandam pertinent. Ideſt quæ pręcioſa magis bona dicantur.

Ratio ſublimitationis huius à ratione limitationis quieſcente pendet. Rationem enim limitationis, cur ex re vna deducere trebellianam alienando, liceat, in æquitate poſitam ex Bal. oſtendimus. æquitas planè ſilet, quotiens dolo, aut fraude ex conſilio, aut re ipſa alienatio fit, vt Picus hic ſcribit. nu. 113. ſi dixeris, æquitatem hanc ad emptorem etiam ſpectare, ne moleſtiam à ſubſtituto patiatur, vti demonſtratum in limitatione habemus. ob id hæredis dolum, aut fraudem damno eſſe emptori non debere, qui à dolo vacat. Reſpondetur, cum ius prius fideicommiſſario competat, fauorem emptori accommodandum in perniciem tertij non eſſe, ſiquidem nec cauſis miſerabilibus ius ſuffragari tertij incommodo ſolet. c. ex tenore. de foro compe. c. nuper de don. inter virum & vxor. & in cauſa pia, fauendum ei, ad iniuriam alienam non eſſe Soci. ſcribit in conſi. 116. col. 1. lib. 1.

Sed quæſtio hic neceſſaria ad explicandum incur-
123 rit. Quid ſi rem † non pręcioſam nullo conſilio male, hæres diſtrahit. In qua dolus re ipſa ex parte emptoris ob læſionem vltra dimidiam, interuenit, vtrum locus ſublimitationi erit. Locum eſſe non arbitror, cum malitiæ quicquam ab hærede nõ interuenerit. Cuius vnius dolum, aut fraudem obſeruare Doct. videntur. Quocirca in quartam imputanda res ita alienata videtur Neq; emptoris dolum re ipſa pernicialem eſſe hęredi conuenit. Conditionem tamen ex d. l. 2. C. de reſcin. ven. in emptorem accommodandam fideicommiſſario arbitror. ad quem reſtitutione facta, iura omnia ambulant. Dici etiam poteſt, verum precium hæredi, qui ita alienauit, in quartam imputandum, per ea, quę in ſexta ſublimitatione inferius dicemus, poſt Ripam hic. nu. 102.

Secundò limitatio memorata ſublimitatur, ne lo-
124 cum habeat, quotiens † vitio hæredis intricatum, confuſumq; patrimonium adeo redditur, vt quantum id ſit, quantavè quarta eius, & an amplius minusvè alienatum quam quarta ſit, dignoſci nequeat. fraudis enim dolivè pręſumptionem intricatio hęc contra hęredem inducit. ita vt carere quartæ cõmodo debeat. Alex. hic nu. 14. Ripa nu. 98. ex Ang. in d.

l. 2. C.

l.1.C.de repu.hæredi. A quo text.in ſenteniam hanc proſertur.in l.ſumma cum ratione. ff.de pecul. Eidē ſententiæ tex.etiam ſeruit in l.1.in fi. ff.de ſeruo corru.vbi qui ſeruum alienum artem docet, per quam rationes dominicas turbet confulancasvè reddat, ſerui corrupti, atq; ideo doli tenetur. æquè doli ſuſpicione, non vacat, qui verbis intricatis, obſcurisvè vtitur.l. Lucius.§.1.ſ.de lega.1.vbi cum verbis obſcuris teſtator vtitur, perſonam non declarando, cui reſtitui res debeat, fidei accommodatæ ſuſpicio oritur, reſtiturum rem non capienti in, & quod Socin. ſcribit in conſi.71.in fi.lib.3. Dolnm ex ſermoni obſcuro argui, ſcite Bal.ſcribit in l.fi.q.14. C.de hęredi. inſti. ſed & de falſo ſuſpectum teſtimonium obſcurum eſt Bart.in l.ea quæ. ff.de contrah.empt. notula Roma.ſing.445.an ille. vbi Bal. etiam nominat in l. vnic.C.de emenda.C.iuſti. ſed enim verbum Bal. de teſtimonio obſcuro non facit. De obſcuritate ſolūmodo legis loquitur. Inde dicitur, grauius delictum obſcurè loquentis eſſe, quam tacentis.l ita fidei.ff.de iure fiſci.l.fi.§.nec callidis. C.de aſſeſſor. Dolo igitur admiſſo, pœnas eius ſumi ab hærede doli reo conuenit, vt quarta etiam careat, vtiq; ſi dolus conſilio eſt. fruſtra enim legis auxilium inuocat, qui in legem oſtendit.l.neq; enim in fi.cum l.ſeq. ff.de teſta. milit. l.3.C.de inoffi. teſta.1. quia fruſtra de vſur.

125 Sed quęſtio hic occurrit, quid ſi † mente quidem mala rem hæres diſtrahit fideicommiſſo ſuppoſitā, cum diſtrahendi cauſa nulla legitima interueniret. Re tamen ipſa læſionis quicquam fideicōmiſſarius non ſentit. vt puta ſi res alienatur neq; optima, neq; deterrima. precium item iuſtum interueniat, effectum ne habitura alienatio erit, ita vt locus limitationi ſit, & in quartam hęredi res imputetur, quāuis, qꝫ ad eum attinet, dolo verſatus appareat. Reſcindendam alienationē neq; locū limitationi eſſe, prima quiſq; ratione diceret. Etenim ſi ob dolum re ipſa ſolummodo locus limitationi non eſt, vt ſublimitatio prima, & ſecunda docet, longè magis ius idem probandum in dolo ex conſilio malo, aut ex propoſito videtur, qui dolo grauior re ipſa eſt. Siquidem reſciſionem omnino ob dolum conſilij contractus patitur, læſione etiam enormi quieſcente toto titu. ff.& C.de dolo.glo.& Doct.in l.eleganter. in prin.ff. eo.tit.& in c.cū dilecti.in ver.deceptione. de emptio. & vendi. Quod contra in dolo re ipſa eſt, qui læſionem precij expoſtulat parte dimidia maiorem. l. 2. C.de reſcind.vendi. Doc.in l. ſi quis cum alter.ff.de verb.obli. Atq; in ſpecie hac, dolo hoc conſilij contentus Guido Papæ eſt. q. 605. Idem pro expedito Ripa hic habet.nu.98.cum ſcribit, dolum hunc re ipſa dolo ſimilem pręmeditato eſſe. Dubitationis igitur minus in dolo cōſilij, quā re ipſa eſſe Ripa putat.

Sed enim circumſcriptione omni fiduicōmiſſarij remota, locum eſſe limitationi arbitror. retractandam alienationem nō eſſe, verum in quartam rem ipſam alienatam imputandam. Idq; virum bonum permiſſurum. Principio ne emptori noxius dolus hæredis ſit.l.non debet alteri.ff. de reg. iur. Secundò à fortiori argumentando, opinio. hęc iuuatur. Nāq; locus actioni de dolo ob rem modicam non eſt. l. ſi oleum.§.fi.& l.ſeq.ff.de dolo. Longè minus propter dolū retractanda alienatio erit, in qua iacturæ quicquam fideicommiſſarius non facit. Tertio nec hæredis ratione intelligi, aut conſiderari dolus poteſt, læſione amota. Siquidem in arbitrio, aut poteſtate cuiuſpiam non eſt, delictum inducere, vbi non eſt. vt Ang. tradit in conſi. 22.de pœna.col.fin. & in conſi. 404 formata fuit. Roman.in conſi.113.pro deciſione.nn.3 verſi.quinimo idem euidenter. & apud nos in conſ.29.nu.2.& in conſ.262.nu.4.

Neque arg. mouet ex diuerſo oppoſitum, grauiorem dolum conſilia, quam re ipſa commiſſum eſſe. Locum enim rum deniq; argumentum habet, ſi incommodi, aut læſionis quicquam ex dolo hoc conſilij quiſquam accipit. Damno planè remoto, quomodo intelligi dolus poſſit, non ſatis aſſequor. Neq; ſententiam aliam Ripæ fuiſſe arbitror.

Sed dubitari in ſublimitationibus his duabus poteſt Namq; dolo re ipſa vtraq; nititur. Qui dolus inde deducitur, qꝫ maior meliorvè bonorū pars alienatur, vel cum ex alienatione intricatio, aut inuolutio hęreditatis ſequitur, tam & ſi vltra dimidiam læ-
126 ſio non interueniat. At enim † non aliter dolum re ipſa intelligere Doct. videntur, quam ſi læſio enormis interueniat, ſupra dimidiam Bar.in l. ſi ſocietatem.§.arbitrorum.nu.24 in fi ff.pro ſocio.& in l fin. ff.de prætor.ſtipula.Bal.in l.3.nu.2.C. de dotis pro.in l.vnic.n.23 C.de his quę pęnæ nomi.& in rubr.C.de pœna iudi. qui malè iudi. ex facti enim enormitate animi conſilium præſumitur, vt Bal.idem ſcribit in c.1.§ item ſacramenta. nu.8. de pace iura. fir. Idem ex Cuma.probatur in conſi.180.col.1.Roma.in cōſ. 90.in fi.Anto. de But.in conſ.24.nu.3.in fi.Alex.in l. ſi ſuperſtite.C.de dolo.& in conſi.131.num.14.lib.2. Dec.in l.fraudis.ff.de regu.iur.in c.ad hæc.1. in fin.de appella.& in conſi.39.nu.6.circa med. Pro qua ſententia tex.videtur in d.l ſi quis cum alter.Ibiq; Iaſ.in tertio nota.ff.de verb.obl. & idem Iaſ. ſcribit in authen.ſacramenta puberum.nu.46.C.ſi aduer. vendi. Quomodo igitur dolus re ipſa conſiderari læſione enormi remota, poterit.

Reſpondetur, qꝫ dicitur, dolum re ipſa ex læſione enormi æſtimari, intelligendum taxatiuè non eſſe, quominus ſatis læſio eſſe minor poſſit, variè enim dolus re ipſa, vt materia ſubiecta patitur, accipi poteſt. In maiore rem ſuam diſtrahente læſionē enormem eam demum lex exiſtimat, quæ vltra dimidiā eſt. Id quia rei ſuę ignorare precium non creditur. Ea de re in culpa videtur, ſi læſionem infra dimidiam patitur. Incommodum hoc culpæ ſuæ acceptum ferendum lex cenſuit. In eo, qui rem ſuam non diſtrahit, verum arbitrio alieno committit, arbitrio aut arbitratori puta, læſione minori contentum ius eſt parte videlicet ſexta tenus.l.vnde ſi neruæ ff. pro ſocio.Bar.in d.l.ſi ſocietatem.§. arbitrorum.nu.25. eo. tit.Caſtren.in conſi.465. viſo compromiſſo. num.2. lib.1.Alex.in d.cōſ.131.n.15.lib.2.Dec.in d.conſ.39. nu.7.Longe magis læſio hæc infra dimidiam admittenda in fideicommiſſario erit, à quo factum quicquam non eſt, cum neque alienauerit, neq; alienandi poteſtatem hæredi fecerit.

Hicq; Socin.iunioris error obiter obſeruandus in cōſ.48.n.22.& in cōſ.144.n.14.lib.1. vbi genera hęc læſionum permiſcet, cum ex facto, aut cōtractu ſuo aut alieno, ideſt arbitri, aut arbitratoris ſententia læditur. Atq; vtrobiq; arbitrio iudicis committendum putat, quæ læſio enormis dicatur. Locum enim id in læſione non obtinet, quam ex facto, aut contractu ſuo quis ſuſtinet. vtpotè quam grauiorem dimidia eſſe oportere, conſtitutum ſit.

Sublimitatio tertia limitationis ſuccedit, vbicūq;
127 ab hærede res venit, † quæ pluris multo quam trebelliana eſt. Hæc enim rata alienatio non habetur, neq; in quartam imputatio rei eius fit, vt Areti.docet in conſi.18.num.5. in tertio dubio.Dec.in conſi. 236.col.pen.circa med.Crot.in l.filiusfam.§. diui.nu. 14.verſ.prima ſit concluſio.ſ.de lega.1.

Sublimitatio hæc noua non videtur, verum declaratio potius ſublimitationis primæ, in qua dictū eſt, locum limitationi non eſſe de re vna alienando pro trebelliana eligenda, quotiens dolo, aut fraude alienatio fit. Ad fraudis enim, aut doli probationem ſublimitatio hęc pertinet, ex Ruinoque adiuuatur in d.conſi.

d.conſi.182.nu.9.verſic. ſecundo detegitur.lib.1. vbi ex eo fraudem colligit, quòd maior bonorum pars diſtrahitur.

128 Sublimitatur quarto, vbicunque † res alienatur, quam alienari teſtator prohibuit. In ea enim trebellianam percipere alienando non licet l. filiusfam.§. diui. ff.de leg. 1. Caſtren. In conſi. 247. in cauſa quæ vertitur Saonæ.nu.4.lib.1. Crotus in d.§. diui.nu.15. verſ.ſecunda ſit concluſio.Iaſ.nu.23.in 2.lect. Calca. in conſi.57.ante fi.Picus hic nu. 115. vbi & ſi in legitima loquantur, ratio tamen fortior in trebelliana vertitur, quæ non perinde debita ac legitima eſt, ſiquidem creditor quaſi in legitima filius dicitur.l. Papinianus.§.ſi quis impubes. ff.de inoffi.teſta.l.cum ratio.ff.de bonis damna. Imò creditorem in legitima filium ſimpliciter Alex.ſcribit in conſi.45.nu.15.circa fin.verſi. & tanto fortius in caſu noſtro. in conſi. 69.nu.3.lib.1.& in conſi.83.nu.2.lib.4. Curt.in conſi. 27.nu.30.& in conſi.38.in princ. Picus hic nu.134.& nu.187. Bald.huc accedit in conſi.170.pater inſtituit in fi.lib.1.& in l.ſi vero.§.1.ff. de teſta.milit. Sed impropriè, ideſt.cum potiores filio in legitima creditores habeantur, vtpote quæ ære alieno detracto debetur.l.Papinianus §.quarta.ff.de inoffi. teſta. Picus hic nu.163. Calca. in conſi 74.nu.12.vnde niſi legatariorum, aut fideicommiſſariorum reſpectu creditor in legitima dici filius non poteſt. Fulgo.in conſi. 95.pro deciſione col.2.poſt med.Fabia.in authen.nouiſſima nu.232.C.de inoffi.teſta. Sed enim ſiue propriè, ſiue impropriè æris alieni vice legitima habeatur, ſatis eſt, debitam eam magis, quam trebellianã aut falcidiam eſſe, cum ratione naturali debita legitima ſit.l. ſcripto. in fin.ff.vnde lib. d. l. cum ratio.in prin.§.1.in authen.de hęredi. & fal.Ibi tanquam hoc ſecundum naturam ipſam eis debeatur.not.Alex.in conſi.75.nu.9.lib.1.Bertran.in l.hac edictali verſi. ita tamen nu.13.C.de ſecun.nup.Itaq; ſi legitimam detrahere ex re nõ licet, quam alienari teſtator vetuit, longe minus id permittendum in trebelliana erit, quæ debita iure tanto non eſt. Atq; ita in ſpecie, & nominatim de legitima ad trebellianam negatiuè argumentandi ius eſſe Aretin. ſcribit. in d. conſi.18. nu.5. in tertio dubio.

Sed quæſtionis eſt in ſublimitatione hac quarta, quamuis ex rebus percipi legitima nequeat, quas alienari teſtator vetuit, vtrum in rebus alijs non prohibitis capi ita debeat, vt ratio etiam earum habeatur, in quibus prohibitio vertitur, & conſequenter, vt in rebus non prohibitis pro rebus etiam prohibitis capiatur ad exemplum legatorum priuilegiariorum.l.5.ſ̄.de lega.2.l.cum quo.§.pen.l.ſed ſi non ſeruus.§.1.ſ̄.eod. & dictum ſupra habemus in ſecunda hac concluſione in ſecunda, & quarta limitatione. videretur dicendum pro rebus omnibus detractionem in non prohibitis faciendam. Idque pro expedito Soci.iun. habet in conſi.170. num.40. verſic.eo addito. lib.2.

Sed contrarius dicto huic text. videtur in authen. ſed in ea. C. eod.titu. ad l.fal. vbi locus falcidiæ in re non eſt, quam alienari teſtator prohibuit. Qui text. quamuis de falcidia loquatur, ad trebellianam tamen porrigitur, vt Bald.ibi ſcribit. Ibiq; Alex.apud eum. Areti.in conſi.37. nu. 10. Corn. in conſi.331.in fin.lib.1.in conſi.22.col.8.& in conſ.182.col.pen.lib. 2.Curt.iun.in conſi.160. nu 2.

Si dixeris, ad rem tex.illum non attinere, neq; Socino iuniori obſtare, quatenus non negat text.quin ex bonis alijs integra falcidiæ detractio pro bonis etiam prohibitis fiat. Reſpondetur, ſi ea mens textui fuerat, vt ex rebus alijs extra prohibitionem poſitis ad integrum falcidia deducatur, veriſimiliter id expreſſurum fuiſſe, ſimiliter vt expreſſum eſt in d.l.5.ſupra de lega. 2.in d.l.cum quo.§.penult.& in d.l.ſed ſi non ſeruus.§ 1. ſupra eod.

Secundo cum effectu accipi verba cõuenit.l. pen. §.docere.ff.ne quis eum qui.l.1.§.fi. ff. quod quiſque iuris.l.3.ſupra de teſta.milit.l.2 in fin.C.com. de lega. c.relatum.de cler.non reſid.c.in his de verb ſignifi.c. Melchion.1.q.1.Itaq; cum falcidiam in re quieſcere tex.dicat, quam alienare non licet, cum effectu intelligi text. conuenit, vt nec ex rebus alijs ob eam rem falcidiam detrahendi facultas detur.

Tertiò cum opinione hac facere Corn. videtur in d. conſi. 331. in fin.libr.1. vbi diuerſum legitimæ atque trebellianę eſſe ius putat. quoniam ex prohibitis etiam legitima deducitur. Iſtud enim non aliter fit, niſi quòd ratio prohibitarum rerum in legitima deducẽda habetur, quatenus ex prohibitis detractio non fit. Ius aliud trebellianæ eſſe ſcribit. Ex prohibitis tamen legitimæ etiã detractio fit, quotiens bona omnia prohibitio ſpectat, vt Picus hic, ſcribit.n.115.

Opinione hac admiſſa, non obſtat ex legato non priuilegiario quartam pro legato etiam priuilegiario deduci. Quia negari hoc primum poteſt. Immo enim hęredem contingere onus hoc, non legatarios videtur.glo.in authen.ſimiliter verſi. ſed nunquid.C. eo.tit. Picus hic nu.62. Ripa nu.44.

Neq; tex.mouet in d.l. cum quo §.pen. cum alijs è regione oppoſitis. Quoniam in legato non defalcabili ratione libertatis loquuntur. ad illudq; reſtringi debent. Quare ad legata non trahuntur cauſis pijs relicta. vt Soci.ſentit in l.Marcellus. §. quod autem, nu.9.ĩ.ad trebel. Conſequens igitur non fit, pro legato libertatis de re alia falcidia, aut quarta detrahitur. ergo etiam vbi rem vnam aliquam alienari teſtator vetuit, pro ea falcidia, aut trebelliana detrahi de re alia debebit.

Secundo reſpondetur, pro legato priuilegiario falcidiam, aut trebellianam fac de legatis alijs non priuilegiarijs detrahi. Ad rem tamen arg.non attinere, ſiquidem à lege non à teſtatore prohibitio quartæ in legatis priuilegiatijs fit. lex planè quam minimũ poſſet, quartæ derogandum cenſuit, vtpotè à qua introducta eſt. cauſa alia videtur, cum teſtator ipſe rem alienari, atque ideo quartam ex ea deduci prohibet. quandoquidem contra voluntatem eius detractio fit.l.Titia.ſ̄.eod.vnde ſimpliciter, & abſolute prohibita detractio videtur, ita vt res ex rebus alijs detractio fiat, ad quas prohibitio non ſpectat.

In q. hac obſeruandum. ſiquidem iuris ffiorum, aut codicis rationem habemus, quo falcidiæ trebellianæuè prohibendæ minuendæuè facultas nõ erat, l.quod de bonis.§.fi.& l.Titia.ſ̄.eod. Dubitatio non videtur, quin pro rebus prohibitis falcidiam capere ex rebus alijs non prohibitis liceat, ad ſimilitudinem legitimæ, in qua Corn. loquitur in d.conſi.331.in fi. lib. 1. Aliter enim facultatẽ teſtator per indirectum conſequitur, prohibitionibus ad genus quartæ adimendæ, aut diminuendæ.

Sin autem ad ius nouiſſimum authenticorum ſpectamus quo quartam falcidiæ trebellianæuè prohibere phas eſt authen.ſed cum teſtator.C.eo.tit. Quã ad trebellianam Doct. extendunt controuerſia non leuis incurrit. In qua iudicio rectiore ſaluo, referre puto, vtrum eidem perſonæ legata plura dentur, neque ad omnia prohibitio alienandi pertinet, at ad aliqua tantummodo, ita vt ex legatis, aut bonis alijs, in quibus prohibitio vlla non eſt, percipi quarta poſſit. An vero vni ſolummodo res legetur, quam alienari teſtator vetat. Deinde alijs legata ſine prohibitione dantur. Priore caſu locum detractioni eſſe integræ puto, ita vt pro bonis prohibitis in alijs detractio quartæ fiat ad exemplum legati libertatis.d.l.5. ſupra de lega.2.cum alijs ſuperius relatis. Poſteriore

caſu

caſu locũ detractioni eſſe pro bonis prohibitis non credo. Iniquum quippe videretur, legatarios alios quartæ pro alio ſuppiendæ teneri. Idque ex d.l.5.& alijs ſupra nominatis à fortiori argumẽtando, nãq; ſi vbi a lege priuilegiarium legatum fit, ne falcidiam patiatur, detractio pro legato priuilegiario vni relicto aduerſus legatarios alios non fit, quamuis ex voluntate expreſſa.l. detractio ipſa fiat, quæ introducta à lege ipſa eſt, longe minus detractio permittenda contra alios legatarios erit, vbicunque ex voluntate teſtatoris alienationem prohibentis obnoxiũ detractioni legatum non eſt, quandoquidem contraria voluntati eius quarta omnis dicitur.

Sed dicturus aliquis erit, & ſi maximè contra legatarios alios ſuppleri quartam pro legato vnius nõ deceat. Attamen ab ipſo ſaltem ſuppleri legatario debebit, cui relictum legatum ſub prohibitione eſt, ita vt in æſtimatione pro re ꝓhibita quartã expleat. Reſpondetur, in legato, id non admitti, quòd priuilegiarium per l.fit. ex voluntate cuius expreſſa quartæ detractio exercetur. Longè minus admittendum in legato videri. De quo quartam ꝑcipere ex facto, aut prohibitione teſtatoris non licet, quatenus contra voluntatem eius detractio ipſa fit.

Conſequens prædictis fit, vt ſi bona omnia prohibitio alienandi apprehendat, in fideicommiſſo puta vniuerſali, prohibita omnino trebelliana cenſeatur. Idq; Doct. ſcribunt, qui in trebelliana, & prohibitione generali loquuntur, ſatis erit, Ruinum citare in cõſ.67.nu.12.In conſi.108.nu.17. circa fin. in cõſi. 111.nu.17.lib.2.expreſſius. Crot.in d.§.diui.num.21. verſi. tertia fit concluſio.

129 Secundò quæritur circa ſenſum. d. authen. † ſed in ea. vtrum ad prohibitionem omnem alienandi pertineat, tam quæ hæredi, quam quę legatarijs, aut fideicommiſſario vniuerſali fit. An vero reſtrictionem patiatur, vt non aliam prohibitionem admittat, quam quæ legatarijs, aut fideicommiſſario fit. Ac prohibitionem reſtringendam, quæ legatarijs, aut fideicommiſſario fit, Roma. exiſtimat in conſi. 206. num.5. Idem Socino poſteriori viſum in conſ. 170.nu 41.lib.2.Rationem diuerſitatis Roma. exprimit. quoniam vbi hæres ipſe grauatus alienare prohibetur, idem exprimitur, quod tacitè ſubauditur. Alienandi quippe facultate interdictum ex fideicõmiſſo ſolo in perniciem ſubſtituti intelligitur.d.l. fin. §.ſinautem ſub conditione. C.com.de lega. Proinde momenti vllius expreſſio ipſa prohibitionis alienandi non videtur.l.3.ſupra de lega.1.l.3.C.de fideiuſ.

Rationem alteram Socin. iun. adijcit in d. conſi. 170. nu.40. quoniam vbi ad legatarium, aut fideicommiſſarium prohibitio alienãdi dirigitur, ſi quarta ex ea re ab hæres detrahitur alienari res prohibita quarta illa tenus videtur. Quæ ratio tacet, quotiens ad hæredem grauatum prohibitio refertur.

Sed enim generaliter text. intelligendum in d. authẽ.ſed in ea, vt locum tum etiam habeat, cum ad hæredem prohibitio ſpectat, Alex.ibi apud Bal.ſcribit.Idem nominatim Corn. ait in d. conſi. 182. col. pen.lib.2.Idem ſentit in d.conſi.331.in fin lib.1. & in d.conſi.22.col.8. libr.2. quibus in locis ad hæredem relata prohibitio erat, ſi facti ſpeciem animaduertimus. Contrarius etiam Romano, & Socino iun. Ruin.eſt in conſi.67.nu.12.in conſi.108.nu.17. circa fin.in conſi.111.nu.17.in conſ.173.nu.21.verſi. ſecundo dicitur.lib.2.in conſi.115.num.25.in fin. in conſi. 118.nu 29.in conſi.ſeq.nu.4.in conſi.137.num.7.lib. 3.& in conſi.87.nu.8.lib.4. Guido Papæ in cõſi.140. in quarto dubio. In quibus conſ.alienandi facultas dempta hæredi eſt.

Secundo generaliter text. intelligendum in d. authen.ſed in ea, ratione oſtenditur. Locum enim text. habet, cum ideo non alienare hęres iubetur, vt apud ſucceſſores teſtatoris, aut ꝓhibitio bona remaneant. Ita ſucceſſorum cauſa prohibitio hæc fit, ob id cum fideicommiſſarij fauore alienare hęres non permittatur, vt apud fideicommiſſarium ipſum bona permaneant, qui teſtatori ſuccedit, contra eum trebellianam exercere ſinendus hæres nõ erit. Quid enim intereſt, vtrum hæres fideicommiſſarij cauſa, an fideicommiſſarius ipſe propter alium alienare prohibeatur. Ratione igitur eadem vtrobique interueniente, ius, idem ſeruari vtrobiq; conuenit.l.illud. ff.ad l. Aquil.& alia eiuſdem farinæ.

Tertiò ratio.d.authen.ſed in ea, illa videtur, quòd quartæ detractio alienationem legalem continet, legatarius enim, aut fideicommiſſarius, qui quartam patitur, bona alienare quarta illa tenus cenſetur. quã rationem Ruin.obſeruat.In conſi.mox. relatis.ob id cum alienationem teſtator prohibet, de alienatione ſentire omni intelligitur, tam quæ ab homine ſolummodo, quam quæ à lege mediante homine fit. vulga.l.de precio.ff.de publicia.& no. Ruin.in d.cõſi. Ratio hæc locum nõ minus habet, vbi ad hęredem, quam vbi ad fideicõmiſſarium prohibitio ſpectat.

Neque Roma. ratio mutat in d.conſi. 206. nu.5. ad rem prohibitionem non attinere, quæ hęredi fit. perinde quaſi nihil aliud expreſſio hęc prohibitionis contineat, atq; id, quod ſubaudium erat. Quoniam aliter expreſſio fit, quam tacitè ineſſet. Tacitè enim prohibitio inerat, ne in perniciem fideicommiſſi alienatio fieret. Atque ideo conditione eius pendente, alienandi facultas erat. neq; aliter alienatio irritatur, niſi ſi conditio exiſtit.d.l.fi.§.ſinautem ſub conditione.C.com.de lega.Cæterum vbi expreſſim alienatio prohibetur, effectum ſtatim prohibitio habet, vt nec fideicommiſſi conditione pendente, alienandi ius competat. expreſſa enim prohibitio prohibitioni tacitæ adiecta, hoc efficit, vt nec in caſu alias permiſſo alienare liceat.§ ſanctiſſimas. in anthen.de alien. & emphi.glo.fin.in c.verum. de condi. apposi. Bar.Imola & alij in d.§.diui in 2.oppo. ſupra de leg. 2.Aretin.in conſi.22.col.1. Alex.in conſi.93. col.fin. lib.7.Deci.in conſi.193.col.1.Socin.iun. in conſi.48. nu.9.lib.1.& in conſi 31.nu.72.lib.2.Itaq; cum aliter expreſſio ꝓhibitionis fiat, quam tacitè ineſſet, locus rationi Roma non eſt, inutilem expreſſionem fieri Bar. & alij in l.3. & nu. 9. ſupra de lega.1.

Minus etiam ratio Socin. iun. mouet in d. conſi. 170.nu.40.lib.2. quòd vbi legatarius, aut fideicommiſſarius alienare vetatur, ſi quartam hæres detrahit, hęredi ipſi legatarius, aut fideicommiſſarius alienare quodammodo videtur. Aliena quippe à tex.in d.authen.ſed in ea, ratio hæc videtur, qui ea ratione nititur, quod apud ſucceſſores legatarij bona remanere, ita prohibendo, teſtator voluit. Sic ſucceſſorũ gratia ius hoc introductum. d.authen. ſed in ea, eſt, quæ ratio non minus in prohibitione hæredi grauato facta verſatur, vt apud fideicommiſſarium bona remaneant, quam vbi fideicommiſſario, aut legatario ipſi prohibitio fit.

Secundò in Socinum ipſum iuniorem ratio ſua regeritur, ſi vbi legatarius ipſe alienare prohibetur, ad hęredem prohibitio extenditur, ne quartam detrahat, quanto magis probandum ius idem erit, cum ad hęredem ipſum prohibitio mox dirigitur. ne plus cauſæ mediatę, quam immediatę tribuatur.l. ſocium. qui in eo.§.1.ff.ꝓ ſocio. & quia prohibita extenſio ad perſonas regulariter eſt.l. ſi quis ita. §.pen.ſupra de teſta.tut. Aret. in l.Gallus.§. & quid ſi tantum.col.4.verſic. ſecundo adde inquantum Bar. ſupra de libe. & poſth. vnde ſi prohibitio legatario, fideicommiſſariovè facta ad hæredem trahitur, ne quartam percipiat, ratio maior vrgere videtur, vbicunque

cunque

cunque hæredi ipſi prohibitio iniungitur. legatarij, aut fideicommiſſarij nomine.

Et obſeruandum, cum de prohibitione hæredi facta legatarij, aut fideicommiſſarij cauſa, verba fiunt, ad eum caſum quæſtionem accõmodari, quo conditionale legatum fideicommiſſumvè eſt. Cæterum ſi purum, adaptari quæſtio non videtur. Quorſum enim hęredi iubere, ne alienet, apud quem remanſura bona non ſunt, verum reſtitui mox debent.

Hactenus l. interpretari ſecundo loco Papiæ ſumus, neq; vlterius progredi ob vacationes generales licuit, quarum denunciatio facta à bidello eſt die 28. Iulij 1561. rectoris iuſſu, quamuis mẽſem ipſum totum profitendi mos eſſet.

Quinta ſublimitatio in rebus ſuccedit alij legatis
130 † ex quibus trebelliana detrahi fideicommiſſi conditione pendente, alienando non poteſt, dum bona tamen alia non deſint, vnde ſatis quartæ fieri poſſit, vt Bald. ſcribit in rubri. ff. de rerum diui. col. 1. Alex. hic nu. 16. verſi. benefacit quod notat Bal. & circa fi. commentari. in l. in ratione. 2. in princ. ſupra eod. & in conſi. 12. lib. 5. Imola in conſi. 112. col. 4. in tertio dubio. Capra in conſi. 48. Corn. in conſi. 106. col. fi. libr. 2. & in conſil. 180. col. 5. in quarto dubio. libr. 4. Guido Papæ. q 82. & in conſi. 203. in fi. Calca. in cõſ. 57. ante fin. Deci. in conſi. 81. in ſeptimo dubio. & in conſi. 633. col. 2. Iaſ. in l. pen. in prin. in quinto nota. C. de inoffi. teſta. & in d. l. filium quem. nu. 17. Ruin. in conſi. 27. in fi. lib. 1. in conſi. 57. nu. 19. & col. fin. in prin. lib. 2. & in conſi. 17. num. 8. lib. 5. Crotus in d. §. diui. nu. 15. verſi. ſecunda ſit concluſio. Boeri. q. 145. Picus hic nu. 114. Ripa num. 101. vbi Caſtren. etiam teſtimonium in eandem ſententiam Ripa proferi in conſi. 255. viſis omnibus, quod veſtigando inueſtigare mihi non licuit. Quin etiam teſtem Caſtrenſem pro ſententia diuerſa inferius nos damus.

A ſentẽtia hac Bar. hic diſcedit. nu. 13. cum actionem ob legitimam dandam cõtra legatarios putat. Idem Bar. ait in cõſ. 34. factum tale eſt, Maſſias Martini. col. 2. Caſtren. in conſi. 416. iſta domina ſancta in fin. lib. 1. & in conſi. 204. ſuper primo dubio lib. 2. Roma. in conſi. 189. nu. 8. Corn. ſecum pugnans in d. conſi. 331. col. fin. lib. 1. in conſi. 190. col. 3. in ſecundo dubio libr. 2. & in cõſ. 148. lib. 4. vbi Bart. opinionem vulgo receptam ait. Bartoli itẽ opinioni Guid. Papæ ſubſcribit ſecum, & ipſe diſſidens in cõſi. 158. in primo dubio Bar. opi. hic crebriorem Alex. teſtatur ſui & ipſe diſſimilis in conſi. penult. col. 2. lib. 4. & quamuis in legitima Doct. loquantur, ratio tamen eadem & in trebelliana verſatur, quæ iure ipſo & ipſa reſecat. Iam in legitima Doc. loquuntur, quicunq. à Ripa hic nominati in trebelliana ſunt.

Confirmari opinio hæc argumẽto vno haud imbecillo videtur. Namque cum illud quæritur, vtrum in rebus alijs legatis capi trebelliana poſſit, quartam eam mixtam neceſſario facimus. quæ de legatis, & fideicommiſſo vniuerſali contributione facta, percipitur iuxta doctri. Bar. hic in ſecunda q. conſequenter naturam falcidiæ reſpectu legatorum participat. falcidia planè non niſi de legatis percipitur, & quidem abſurda res, & iniqua foret, de fideicommiſſo vniuerſali ſolummodo quartæ huius mixtæ detractionem fieri. Tum enim ius cõtributionis, & æqualitatis ſeruandę deleri oportet. vnde contraria textui opi. diuerſa videtur in l. 2. & 3. ꝟ. ad trebellia.

Secundò mouendi ſumus, de legitima ad trebellianam Doct. argumentari, qui in rebus legatis detrahendam trebellianam non eſſe exiſtimant, quandoquidem in legitima authoritates ſupra relatæ in quinta hac ſublimitatione conſcriptæ inueniuntur. Sed enim locus argumentationi huic non videtur. ſiquidem quarta, aut tertia mixta non ſimiliter legitima, vt trebelliana eſt. vnde cum eodem iure ſemper legitima cenſeatur, & imputationes eaſdem patiatur, trebelliana vero iure æſtimari reſpectibus diuerſis poſſit, & quod ad legata attinet, pro falcidia habeatur, apparet, ex diuerſis arg. colligi, quod ad legata attinet, vtrum in eis percipi trebelliana poſſit. facilius quippe de legatis ius trebellianæ percipiendæ, quam legitimæ permittendæ videtur, quatenus, vti dictum eſt, tanquam falcidia legatorum reſpectu trebelliana æſtimetur.

Tertio verior opi. hæc, & in legitima videt̃, vt idẽ ius eius atq; trebellianæ ſit, ideſt fideicommiſſo vniuerſali interueniẽte, vt de legatis etiam omnino detrahi legitimam oporteat, ſiquidem rationis non eſt, vt legitimæ detractionem fideicommiſſarius ſolus vniuerſalis patiatur. cum bona omnia ex æquo per legitimam reſecentur non minus ac per falcidiã, ſic quomodo demonſtratum in ſuperioribus habemus. vnde quod dicitur, in rebus legatis capiendam legitimam non eſſe, ad eum pertinere caſum nõ debet, quo tertij ius lęditur. ideſt fideicommiſſo vniuerſali interueniente, in quo fideicommiſſarij ipſius ius lęderetur, ſi ex fideicommiſſo ſolummodo detractio fiat.

Apparet ex his, non rectè ſcriptum apud Ruinũ videri in conſi. 57. num. 19. lib. 2. onus hoc legitimæ detrahendæ hęreditarium eſſe. Atque ideo non niſi fideicommiſſarium vniuerſalem detractionem legitimæ ſubire, quem iura atq; onera omnia hæreditaria ſequuntur. Quoniam ad quartæ detractionem ratio hæc non valet. vt pote qua admiſſa, non niſi bona fideicommiſſa trebelliana reſecaret. neq; locus contributioni eſſet, de qua in d. l. 2. & 3. infra ad trebellia. Conſequenter ratio hæc oneris hæreditarij quartæ detractioni in bonis omnibus non obſtat.

Poſtremò ex Alex. hic nu. 16. opinio confirmari contra ſublimitationẽ videtur. Ait enim eo caſu ex bonis legatis legitimam non accipi, quo bona legata non excedunt. Sic eo caſu locum ſententiæ eſſe putat, quo detractionem vllam bona legata non ſuſtinent. At enim detractionẽ in legatis verſari, quotiens fideicommiſſum vniuerſale intercedit. Atque ideo hæreditatis totius tam legando, quam fideicõmittendo, diſtributio fit, demonſtratum in q. ſecunda habemus. Quocirca cum reſtrictione noſtra facere Alex. videtur, ne locus ſublimitationi in legitima etiam, nedum trebelliana ſit. vbicunque & legatis, & fideicommiſſis hæres oneratur.

Sublimitatione hac quinta, citra veri læſionem, admiſſa, locum ita habet, ſi ſoluendo hęreditas eſt, ita vt in bonis non legatis ſalua quarta maneat. Ius aliud ſeruandum, ſi ſatis bona alia ad quartam, aut legitimam etiam non ſunt, vt Doct. tradunt, qui relati in ſublimitatione ipſa quinta ſunt, & habetur apud Ang. in l. Papinian. §. ſi conditioni. ff. de inoffi. teſta. Ruin. in d. conſ. 57. nu. 19. lib. 2.

Locum ſecundo ſublimitatio hæc quinta non habet, vbicunq; res legantur, quæ precioſiores ex tota hęreditate ſunt, vt Alex. hic docet. nu. 15. & in fi. cõmentarij. poſt Imolam. Idem Corn. ſcribit in d. cõſ. 180. in quarto dubio lib. 4. Deci. in d. conſi. 81. in ſeptimo dubio. & in d. conſi. 633. col. 2. Iaſ. in d. l. pen. in prin. in quinto nota. C. de inoffic. teſtam. Rubeus Alexandri. in conſi. 156. nu. 12. circa med. nu. & quãuis in legitima Doct. loquantur, ratio tamen eadem in trebelliana mouet.

Sed enim animi pendeo in reſtrictione hac ſecunda. quoniam ratio multo diuerſa legitimæ, atq; trebellianæ eſt. cum prohiberi legitima non ſimiliter, vt trebelliana poſſit, & qua ratione inſolidum prohiberi trebelliana poteſt, ita & ratione faciliori diminui, vt in rebus capi precioſioribus nequeat. ſed re-

ſpon-

ſponderi poteſt, locum argumento eſſe, prohibi-
tione trebellianæ, aut diminutione eius interuenien
te. Apparere planè prohibitio, aut diminutio ob
id ſolum non videtur, quod præcioſiora legan-
tur. Aliter quippe ſemper in rebus legatis prohi-
bita quarta crederetur.

Sublimitatio ſexta à Ripa hic alluitur num. 102.
131 † vbicunque minoris quam ſunt, diſtractio bono-
rum fideicommiſſorum ab hærede grauato fit. ve
rum enim tum precium hæredi imputatur, non
quantiſacta venditio eſt. Sed obſeruandum in ſub-
limitatione hac, ſiquidem dolo verſatus hæres eſt
minoris vendendo, locum ſublimitationi non eſſe,
vt in quartam res diſtracta imputetur. verum alie-
nationem ipſam reſcindi per ea, quæ dicta ſuperius
circa dolum hæredis ſunt. Sinautem in culpa ſo-
lummodo hæres fuit, locus tum vero ſublimita-
tioni videtur. Culpa remota, non pluſquam pre-
tium acceptum quartæ imputandum.

Si dixeris, culpa ēt hęredis remota, æquũ non vi-
deri, vt damnũ ex facto hæredis alienantis fideicom
miſſarius faciat. Reſpondetur, ſiquidem ſupra di-
midiam læſio in precio interueniat, conditionem ex
l.2.C.de reſcinden. vendi. fideicommiſſario accom-
modari per ea, quę dicta ſuperius in fine primę ſub-
limitationis habemus. ſinautem infra dimidiam lę-
ſio vertitur, tunc aut modica eſt, & rationem habe-
ri eius non conuenit.arg.l.ſcio.ff.de reſtitu.in integr.
Aut exigua non eſt, quo caſu culpæ excuſandus hæ-
res non videtur, etiam ſi in rebus ſuis negligẽs ęquè
hæres ſit. quoniam prudentius verſari in alienis con
uenit, ſeu quas reſtitui alij oportet.l. quod nerua ff.
depoſi.l.ſi conſtante.§.ſi maritus. Ibique glo.in verſ.
culpanda.ff.ſolut.matrimonio. l. mulier.§.ſed & ſi-
cut.§.ad trebellian.

Sed iterum obiecturus quiſpiam erit, nonniſi do-
132 lum, & culpam † latam fideicommiſſario ab hæ-
rede grauato pręſtari.l.domos ſupra de lega.1.l.mu-
lier.§.ſed & enim ſi quis.l.deducta.§.ante diem.verſ.
cum autem infra ad trebel. Signorol. in conſi.110.
colum.4.poſt medium. verſic. item non obſtat. d.§.
Titius. vbi tex.etiam nominat in l. emptor hæredi-
tatis. ſupra de lega.2. quæ ab informato toto abeſt.
reſpondetur, culpam latam facilius in aliena-
tione bonorum fideicommiſſorum, quam in ſim-
plici adminiſtratione intelligi. Idque ratione for-
tiori ex text.oſtenditur, in d.l.mulier.§. ſed & enim
ſi quis, vbi in culpa lata hæres dicitur, qui res diſtra-
hendas non diſtrahit, à fortiori, culpæ teneri latæ
debebit, qui faciendo culpam committit primo pre
cio iniuſto diſtrahendo. Ibique glo. in verſic. con-
ſueta ait, culpam latam in rebus alienis puniri, quæ
in proprijs tolleratur. Sed & culpam leuem hæres
grauatus pręſtat, quotiens rei totius interitus verſa-
tur. veluti cum mentio domus perit. d.l.domos, &
l.ſequen. iuncta glo. ibi. Rei planè totius interitus
ſatis hoc ipſo vertitur, quod ea carere neceſſe fidei-
commiſſarius habet propter alienationem hęredis
vnde ſi culpa quicquam admiſſum hæredis ſit, quã-
uis leui, præſtandum id videtur.

Sublimitatio ſeptima ex Ripa colligitur. num.
103. quotiens alienatio tum fit, cum iam percepta
trebelliana ex fructibus eſt, ſed enim ad rem nullius
controuerſiæ ſublimitatio hæc ſpectat. Quis enim
dubitet, percipiendam iterum quartam non eſſe.l.
bonafides non patitur.ff.de reg.iuris.
133 Octaua ſublimitatio † à Ripa ſubijcitur. num.
104. ne locum in alienatione habeat, quæ per vlti-
mam voluntatem fit, legando puta. In id enim tem
poris alienatio confertur, quo ius quæſitum fidei-
commiſſario competitur. Proinde in necem eius
vires alienatio non habet. ex Bald. Ripa id probat
in d.filium quem nu.29. Idem Guido Papæ admit-
tit. quæſt.606.

Vacua à dubitatione ſublimitatio hęc non vide-
tur. quoniam ſi legãdo alienatio fit, ſtatim vt hæres
mortuus eſt, qui legauit, ius legatario antequæritur,
quam fideicommiſſario. ſiquidem dominium rei
legatæ ad legatarium ipſum mox ambulat.l.à Titio.
ff.de furtis. Quod aliter in fideicommiſſo eſt, in quo
reſtitutio hæreditatis deſideratur. l. reſtituta. & l. fa-
cta in princip.infra ad trebellia.§. reſtituta inſtitu.de
fideicom.hęredi.

Secundò contrarius ſublimitationi huic octauæ
Imola eſt in d.conſi.112.colum.4. poſt med.in ter-
tio dubio. Cuman.in conſi.133. filius.verſi. circa le-
gitimam vero, Com.in conſi.22. col. 8. verſic. qui-
nimo, & alia legata.lib.2.

Tertiò ſublimitationi huic regula iuris obſtat,
vbicunque permiſſa alienatio inter viuos eſt, ad vo-
luntatem vltimam quoque permiſſionem trahi. l.ſi
quis prioris.§.certum.C.de ſecun.nup. ſed & facilius
ex voluntate. vltima alienatio permitti, quam inter
viuos. ſolet, vt Alex.ſcribit in conſi. 189. num 8.lib.
2.Socin.in conſi.31.num.11.lib.4. inde Iaſ. ſcribit in
conſi.173.col.2.in fin.lib.2. & in conſi.130 col.4.lib.
4. Cum alienandi inter viuos facultas datur, longe
magis ex voluntate vltima conceſſam intelligi, quæ
fauorabilior eſt.l.in teſtamentis.ff.de reg.iur. & quã-
uis dubitari in ſpecie hac poſſit, vbicunq; ad actum
inter viuos permiſſio alienandi ſpectat, vacua tamen
à dubitatione res videtur, cum ſimpliciter alienatio
permittitur, inter viuos, aut voluntatis vltimæ men-
tione non facta d.l.ſi quis prioris.§.certum. ſed enim
permiſſa alienatio ſimpliciter quarta tenus hæredi
grauato ſub conditione eſt. ergo ad voluntatem vl-
timam etiam porrigi facultas iſta alienãdi debebit.

Dixerit hic aliquis, rationem æquitatis, de qua in
limitatione, locum in alienatione non habere, quæ
ſub voluntate vltima fit. ſiquidem indigens aliena-
tionis moribundus, aut fato proximus non eſt. Lon
ge minus poſt mortem ſuam, in quod tempus alie-
natio confertur, quæ ſub voluntate vltima fit. Re-
ſpondetur, maiorem æquitatis rationem in aliena-
tione verſari, quæ ex voluntate vltima fit. quo deſi-
derio ſatis teſtatoris fiat, vt rem vnam aliquam re-
linquere pro arbitrio, ei liceat quarta ſua portione
tenus.l.1. C.de ſacroſan. eccleſ.

Opinione hac admiſſa, atque ita confirmata, Bal-
di tatio non mutat in d.l.filium quem. nu.29. alie-
nationem, quæ in voluntate vltima fit, in tempus re-
ferri, quo ius bonorum penes fideicommiſſarium
eſt. ſeu quo fideicommiſſi ius cedit. Quoniam quod
134 ad vires actus † attinet, tempus ſpectandum eſt,
quo geritur, non quo effectum accipit.l. qui in pote-
ſtate.§.fin. ſupra de teſta. Inde tempus obſeruatur,
quo datum reſcriptum legitur, non quo præſenta-
tur, aut ad effectum perducitur, vbicunque de viri-
bus ipſius reſcripti contenditur. c.conſtitutus.c.eam
te. c.capitulum de reſcrip. c.duobus. c. tibi qui eod.
tit.lib 6.c.dilectus.2. de præbend. c.eũ cui eo. tit. li. 6.

Nonam poſteriorum quorundam ſublimitatio-
nem eleganter Ripa deridet nu. 104. etenim ſi lo-
cus trebellianæ non eſt, quæ detractio fieri eius po-
terit, quod non ſit. l. 2. ff. de vſufruct. cum talibus
non paucis.

Summa tractatus, aut diſceptationis huius circa
135 limitationem, & ſublimitationes erit, licentiã † hę-
redi rogato ſub conditione eſſe, trebellianam ex re
vna alienando, deducendi, præterquam in caſibus,
de quibus in ſublimitationibus. Conſequenter con-
cluſio deſumi de facultate ex re vna detrahendi, ex
limitatione poterit, ad quam cõcluſionem accom-
modari limitationes poſſunt in ſublimitationibus
com-

commemoratæ. Ad quem modum in concluſionem limitatio exibit. ex ſublimitationibus limitationes fient.

Sed quęſtio circa limitationem, aut concluſio-
136 nem, quæ ex ea colligitur, incurrit. † Quid ſi rem alienatam quartæ imputare hęres renuit, cum fideicommiſſarius id velit. Imputationem hęrede etiam detrectante, faciendam Ripa hic ſcribit.nu.105. per tex.in d.l.Marcellus. §. res quæ. Ibi imputantur hæredi.quę verba contra hęredem aſcripta, ad eumq; referri nolentem videntur. volens quippe imputationem non patitur.verum percipere potius,aut detrahere rem dicitur. Idque & Bart. hic ſentire Ripa ait, cum alienata computari ante omnia ſcribit. ſed expreſſius id glo. docet in d. §. res quæ.verſic.alij dicunt,quòd nec hoc tenet.

Conſequens dicto huic fit,concluſionem, quæ ex limitatione decerpitur,ampliari,vt quartę res cedat conditione pendente diſtracta, parte etiam alterutra reluctante.

F I N I S.

Series Chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z, Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz.

Omnes ſunt Ternæ præter Zz; Qui eſt Quaternæ.

T A V R I N I.

Apud Io. Dominicum Tarinum, M D C V.

AUT 131996

TEL. 22639
Achille Fiore

Digitized by Google